image
not
available

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT





Digitized by Google



Digitized by Google

# SUIDÆ
# LEXICON,
## GRÆCE & LATINE.
*TRIBUS VOLUMINIS.*

---

TOMUS I.

Digitized by Google

Digitized by Google

# ΣΟΥΙΔΑΣ.

# SUIDÆ LEXICON,

## GRÆCE & LATINE.

Textum GRÆCUM cum MANUSCRIPTIS
Codicibus collatum a quamplurimis mendis purgavit,
NOTISQUE perpetuis illustravit:

Versionem Latinam ÆMILII PORTI
innumeris in locis correxit;

*Indicesque* AUCTORUM *&* RERUM *adjecit*

LUDOLPHUS KUSTERUS,

*Professor humaniorum literarum in Gymnasio*
*Regio* BEROLINENSI.




*CANTABRIGIÆ,*

TYPIS ACADEMICIS. MDCCV.



Digitized by Google

Digitized by Google

*Serenissimo & Potentissimo Principi,*

# FRIDERICO,

DEI GRATIA,

## REGI BORUSSIÆ;

## MARGRAVIO BRANDENBURGENSI,

SACRI ROMANI IMPERII

## ARCHI-CAMERARIO

ET

## PRINCIPI ELECTORI;

SUPREMO PRINCIPI ARAUSIONENSI; MAGDEBURGI, CLIVIÆ, JULIÆ, MONTIUM, STETTINI, POMERANIÆ, CASSUBIORUM, VANDALORUMQUE, NEC NON IN SILESIA, CROSNÆ DUCI; BURGRAVIO NORINBERGENSI; PRINCIPI HALBERSTADII, MINDÆ ET CAMINI; COMITI DE HOHENZOLLERN, RUPPINI, MARCÆ, RAVENSBERGI, HOHENSTEINI, LINGÆ, MEURSII, BURÆ, LEHRDAMI; MARCHIONI VERÆ ET VLISSINGÆ; DOMINO IN RAVENSTEIN, LAUENBURG, BUTOW, ARLAY ET BREDA;

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.



Digitized by Google

Digitized by Google

# SERENISSIME

ET

# POTENTISSIME

# REX.

Cum Suida ad Majestatem Tuam accessurum me deterruit initio, fateor, Regii Fastigii Tui splendor; quod munus hoc minime dignum arbitrarer, cum quo conspectum Tuum subire auderem. Sed cum vicissim mecum reputarem, in oblatione munerum non tam ipsa spectanda esse, quam animum offerentis; & ipsum cœleste Numen, cujus Reges & Principes in hac Terra sunt Vicarii, non tam pingues hostias & pretiosa donaria, quam religiosam & castam mentem a cultoribus suis requirere; non dubitavi conscientia piæ & sinceræ venerationis, qua Purpuram Tuam prosequor, fretus, Auctorem hunc ut-

cunque a me expolitum, & nova quasi veste indutum, ad MAJESTATIS Tuæ pedes deponere. In peregrinis quidem terris natum est hoc opus, (in Magna, inquam, hac Britannia, fœcunda illa magnorum ingeniorum parente) sed Editor Tuus est, & MAJESTATI Tuæ subjectus; quem pro Regia Tua Munificentia ab aliquot jam annis non solum stipendio liberaliter aluisti, sed etiam titulo & dignitate Professoris ornasti. Officii igitur mei esse duxi, oblato hoc qualicunque munere, grati animi mei pietatem Tibi, REX SERENISSIME, declarare; & simul reddere rationem temporis, quod in exteris oris consumpsissem; ut MAJESTATI Tuæ constaret, me non abusum esse otio illo, quod mihi benigne hactenus indulsisti.

Sed privata hæc, & quæ ad me tantum referuntur, in præsens omittam, & ex angustis hisce spatiis in latiorem, qui sese mihi aperit, rerum campum prodibo. Sunt enim alia longe nobiliora, & quæ publicam rem spectant; quæ, postquam MAJESTATEM Tuam per epistolam hanc alloqui ausus sum, silentio prætermittere nefas duco.

Contulit in Te nuper summum Numen Dignitatem Regiam, & Tiaræ Electorali Coronæ & Purpuræ decus addidit; gaudentibus merito omnibus bonis, Principem illum, qui vivum esset Virtutis exemplar, Musarum Patronus maximus, Pater exulum benignissimus, Religionis purioris in patria nostra Defensor unicus, & communis Libertatis Assertor & Vindex strenuus, ad illud evectum esse Fastigium, quo nihil in hac terra augustius est & sublimius. Memorabile est in Gentis Tuæ annalibus nomen FRIDERICI illius, qui primus ex Majoribus Tuis dignitate Electorali auctus, eandem ad posteros suos transmisit. At Tuum Nomen, REX SERENISSIME, qui primus Purpuræ honorem in Augustam Familiam Tuam intulisti, tanto oportet esse illustrius, quanto Majestas Regia fastigio Electorali præstat. Jam ante quidem potentiæ & opum Tuarum magnitudo, provinciarum Tibi subjectarum amplitudo, magnorum Heroum, a quibus genus ducis, prosapia,

ſapia, & rerum domi foriſque geſtarum gloria, quibuſvis Te Regibus æquabant: ſed placuit tamen divino Numini in ſublimiori Te collocare faſtigio, ut virtus Tua hoc modo conſpectior omnibus fieret. Et ſane, ex quo regale Sceptrum capeſſiviſti, velut inſtinctu quodam divino cœleſtes animi Tui dotes magis exſerere viſus es; ut omnium conſenſu non tam Purpura Te, quam Ipſe Purpuram Tuam ornes. Teſtantur hoc abunde illuſtres actiones Tuæ, quibus non ſolum de ditionibus Tuis, ſed etiam meliori Europæ parte præclare mereris, & Pruſſico Nomini majorem quotidie ſplendorem concilias. Etenim, (ut laudes Tuas togatas hic prius attingam) quis ignorat, quanta juſtitiæ & moderationis laude poteſtatem divinitus Tibi commiſſam exerceas? quanta vigilantia & cura pro Populorum Tibi ſubjectorum ſalute excubes? quanta ſeveritate vitiorum licentiam compeſcas? quanta munificentia & liberalitate bonas literas & artes foveas? quanto ſtudio Religionis diſſidia componere, & Proteſtantes, quos vocant, in patria noſtra ad concordiam redigere allabores; felici nominis Tui augurio, quod PACEM ſignificat, vere reſpondens. Pauca tantum ex multis hic delibo: nam omnibus laudibus Tuis recenſendis, non dicam ingenii mei tenuitas, ſed ne eloquentiſſimi quidem oratoris facundia ſufficiat. Talis autem cum ſis Princeps, quid mirum, felicitatem gentium Tibi ſubjectarum lætius quotidie eſfloreſcere, & ad ditiones Tuas, tanquam ad tutum portum, ſeſe undique recipere, quos vel graſſantis heu! nimium Martis furor, vel durum aliorum in conſcientias imperium ſedibus ſuis ejectos aliam patriam quærere coëgit.

Nec domi tantum virtus Tua eniteſcit: ſed foris etiam rebus præclare gerendis nomen Brandenburgicum mirifice illuſtras. Ex quo enim cum aliis Auguſtis Principibus, ad communem Chriſtiani Orbis libertatem aſſerendam, ſocia arma junxiſti; lectiſſimas ad Danubium & Rhenum miſiſti copias, quarum fortitudinem & diſciplinam bellicam omnes uno ore deprædicant. Teſtis hujus rei eſt vel noviſſima & maxime memorabilis

victoria, ad Hochstadium a communi hoste reportata; quæ, ipso fatente Principe Eugenio, magna ex parte virtuti copiarum Tuarum debetur. Prælium erat atrox, & diu ancipiti Marte pugnabatur; quod cum flore & robore hostilis exercitus Nostris res esset. Sed tandem causa melior vicit, & tum militum Tuorum, tum aliorum Sociorum admirabili fortitudine, tanta hostibus clades illata est, ut nullam ei parem nostrorum temporum annales memorent. Hæc victoria nutantes Germaniæ res confirmavit, & belli terrorem a nobis in hostes transtulit; adeo ut stabilis & firmæ pacis Gallorum Regi extorquendæ nunquam major spes nobis affulserit. Deus O. M. cujus nutu res humanæ gubernantur, tranquillitatem turbatæ & bellis misere vexatæ Europæ tandem restituat, Tuamque sibi proximam Majestatem omnibus bonis, quibus felicitatis humanæ summa absolvitur, pro cœlesti benignitate sua largiter cumulet. Hæc ex animo vovet,

REX SERENISSIME,

MAJESTATI TUÆ

*devotissimus Servus*

LUDOLPHUS KUSTERUS

# PRÆFATIO
## AD
# LECTOREM.

HABES hic, LECTOR, SUIDÆ LEXICON, pertinaci plurium annorum labore a nobis utcunque expolitum, & novo quasi habitu indutum, sive Textum Græcum, sive Versionem Latinam, sive denique Notas & Indices spectes.

Antequam vero, quid in nova hac Editione a nobis præstitum sit, accuratius exponamus; de Suida, ejusque ætate; itemque de ipso hoc Lexico, & prioribus ejus Editionibus breviter agemus.

Quis Suidas fuerit, aut quando vixerit, frustra quis quæsiverit, si nullus unquam Suidas exstitit: ut virum politissimum Angelum Politianum censuisse plures referunt scriptores; respicientes procul dubio ad hæc ejus verba, quæ leguntur lib. XI. Epist. XX. *Suidas ipse, (si qui modo hic unquam Suidas) non omnino malus auctor.* Sed Suidam vere exstitisse, nec nomen ejus fictitium esse, non solum evincunt codices MSti Lexici hujus, in quibus Suidæ, vel Sudæ nomen comparet; sed etiam Eustathius, qui in verboso commentario in Homerum Suidam nostrum aliquoties laudat. Quis autem Suidas fuerit, difficile dictu est; cum non solum alii scriptores, sed etiam ipse de se sileat, nec in toto hoc Lexico quicquam de se memoriæ prodiderit. Videtur quidem in v. Σαμοθρᾴκη patriam vel gentem suam indicare, dum ait: *Qui enim initio insulam illam* (i. e. Samothraciam) *incoluerunt, Samii fuerunt, a quibus nos orti sumus.* Sed verba illa non sunt ipsius Suidæ, sed scriptoris Anonymi, ex quo locus iste excerptus est.

Quod ad ætatem Suidæ adtinet; de ea diversæ sunt virorum doctorum sententiæ; quarum nonnullas ad examen revocabimus. Hugo Grotius in Epist. CX. ad Gallos, Suidam paulo post Constantinum Leonis filium, qui A. C. 912. imperare cœpit, vixisse arbitratur; hac addita ratione, quod, quantum ipse meminerit, hic Imperatorum postremus sit, quem in libro suo nominet. Sed virum doctissimum memoria fefellit. Nam in v. Ἀδάμ mentio fit Imperatoris Joannis Zimiscæ; & in v. Κωνςαντινούπολις Basilii & Constantini fratrum; qui omnes Constantino, Leonis filio, posteriores fuerunt. Hieronymus Wolfius Suidam multo recentiorem facit, & ad Seculum XIV. refert; hac inductus ratione, quod Metochitam Logothetam citet; qui sub Palæologis vixerit. Verba ejus in Præfat. ad Suidam hæc sunt: *Atque adeo, cum Metochitam Logothetam citet, qui sub Palæologis vixit, apparet, eum vix annis abhinc* 300. *Lexicon hoc composuisse.* Scribebat autem ista Wolfius A. D. 1564. Sed Logotheta, quem Suidas diversis in locis laudat, non est Metochita Logotheta, quem ineunte Sec. XIV. vixisse constat; sed Symeon Metaphrastes Logotheta, qui initio Seculi X. floruit: ut & ante nos observavit vir magni inter eruditos nominis Richardus Bentleius, in præclara Dissertatione de Phalaridis Epistolis, pag. 23. Sententia igitur Wolfii hoc subducto tibicine sponte corruit. Alii, inter quos est vir doctissimus Gulielmus Cave, Nostrum vergente jam Seculo X. sub Basilio & Constantino fratribus vixisse censent: pro qua opinione facere videtur, quod Suidas in v. Ἀδάμ, ubi diversas annorum Æras sive Epochas recenset, Chronologiam perducat usque ad obitum Joannis Zimiscæ, cui anno C. 975. modo dicti Basilius & Constantinus fratres in imperio successerunt. Huc accedit, quod Noster in v. Κωνςαντινούπολις, annos a condita CPli computans, epocham eorum terminet in regno Basilii & Constantini

For

Porphyrogennetorum, ut illo tempore, quo ea scribebat, adhuc imperantium. Hæc sane speciosa sunt, & veram Suidæ ætatem indicare videntur. Sed si ex notis illis temporum, quæ hodie in Suidæ Lexico occurrunt, de ætate ejus judicandum est; recentiorem eum utique esse oportet: utpote, qui exeunte saltem Seculo XI. vel ineunte XII. sub Alexio Comneno vixerit. Nam (quod a nemine adhuc observatum esse video) in v. Γνώρας, v. Διέρτευ, & v. Ἡνίπορες, loca quædam ex Mich. Psello adducuntur, qui sub Alexio Comneno floruit, vitamque usque ad initium Seculi XII. produxit. Si igitur ipse Suidas loca ista Pselli Lexico suo inseruit, post Psellum utique vixisse eum oportet: sed ante Eustathium, quippe qui primus in Commentario ad Homerum Nostri meminit. Vixit autem Eustathius exiguo post Psellum intervallo; sub finem nimirum Seculi duodecimi, & initium decimi tertii. Sed quod ad loca illa Pselli adtinet; dubium non est, quin a recentioribus Lexico Suidæ addita sint; idque de loco primo, qui adducitur in v. Γνώρας, audacter affirmare ausim; quippe quem MSS. Paris. non agnoscunt. Si igitur nec ex hac nota temporis ætas Suidæ colligi potest; quid tandem hac de re statuendum sit, quæret Lector. Equidem, nos ita censemus: incertum quidem esse, quo tempore verus Suidas, sive primus Lexici hujus auctor vixerit; antiquiorem tamen procul dubio esse, quam vulgo credatur; cum persuasum nobis sit, plurima loca, quæ recentiorem ætatem sapiunt, ab aliis postea Lexico huic addita esse. Patet hoc vel ex MS. Paris. A. qui trium Codicum MStorum Suidæ, qui in Bibliotheca Regia Parisiensi adservantur, optimus est & vetustissimus. In eo enim multa loca, quæ in recentioribus MStis, omnibusque Edit. hodiernis reperiuntur, vel omnino desunt, vel recentiore interdum manu ad marginem scripta sunt: veluti versus Onirocritici, qui ex Astrampsycho vel Nicephoro in Lexicon hoc translati sunt; itemque loca ex Paulo Ægineta excerpta; & alia, de quibus in Notis nostris Lectorem monemus.

Quamvis autem Suidam antiquiorem, quam vulgo creditur, statuamus; non tamen cum Lil. Greg. Gyraldo eum adeo antiquum censemus, ut Strabo, quem sub Augusto floruisse constat, ejus meminisse potuerit. Existimat nimirum modo laudatus vir doctissimus, Suidam nostrum eundem esse cum Suida vetusto Historico, cujus præter Strabonem, Scholiastes Apollonii Rhodii, & Stephanus Byzantius mentionem faciunt. Verba ejus Dialogo III. *de Historia Poetarum* hæc sunt: *Quibus illud vere responderi potest, Suidam antiquum fuisse scriptorem, cujus inprimis a Strabone sit mentio, & ab iis, qui in Apollonium Rhodium commentaria scripsere, & a Stephano, & aliis. Is igitur Suidas inter alia (nam & Historiam scripsit,) commentaria, ut par est credere, non admodum magna condidit, quæ ab aliis postea multis locupletata & aucta, ad hanc, quam videmus, libri magnitudinem excrevere, primique Suidæ nomen obtinuere*, &c. Et paulo post: *Simul etiam abjiciendam puto, quam Grammatistæ quidam faciunt, duorum hujus nominis distinctionem, ut scilicet ille antiquior tantum sit Historicus; hic recentior, Grammaticus.* His verbis duplex continetur sententia; nimirum, Lexicon, quod Suidas primus composuerat, ab aliis postea locupletatum & auctum esse; & deinde, Suidam Historicum & Lexicographum eundem esse. Priorem sententiam probamus; & nobiscum plures alii. At posterior suffragatoribus caret, & Suidas noster communi eruditorum consensu a Suida Historico diversus, eoque recentior merito statuitur. Et hactenus de ætate Suidæ.

Quod ad Lexicon ipsum adtinet; id ex variis compilatum est auctoribus, quorum nomina partim Catalogus ille, qui ab ipso Suida Lexico huic præfixus putatur; partim duo nostri Indices posteriores Lectori exhibent. Mirabitur autem forsan Lector, in Indice ultimo, sive tertio, non comparere Scholiastam Pindari, Theocriti, & Apollonii; cum Reinesius *Var. Lect.* pag. 479. hæc de Suida habeat verba: *Suidas Harpocrationem, & Scholiastas veteres, maxime Aristophanis, Sophoclis, Thucydidis, Pindari, Theocriti, Apollonii, totos exhausit, & in suum hoc armarium digessit.* Sed incautius ibi Vir Magnus locutus est. Tantum enim abest, ut Suidas tres Scholiastas

stas posteriores totos exhauserit, & Collectanea sua inde locupletaverit, ut vix unum
vel alterum locum ex illis excerpserit.

Cæterum, ex Scholiastis veteribus nullum Suidas diligentius compilavit, quam
Scholiasten Aristophanis; quippe quem totum pene in Lexicon suum transfudit.
Quæritur autem inter eruditos, utrum Suidas ab hodierno Scholiaste Aristophanis,
an vero Scholiastes a Suida sua mutuatus sit: sive, an hodierna Scholia in Aristopha-
nem ex veteri quodam codice ad nos propagata sint; an vero a Musuro, vel alio
quodam, ex Suidæ Lexico consarcinata? Nos ita censemus: Hodierna Scholia in
Aristophanem maximam partem ex veteri quodam codice descripta ad nos perve-
nisse, eademque esse, ex quibus ipse Suidas sua hausit: non pauca tamen loca a re-
centioribus partim ex Suida, partim ex aliis Scriptoribus, illis infulta esse. Et sane,
quæ leguntur apud Scholiasten illum ad *Equit*. pag. 323. Ἡ δὲ στλεγγὶς τῆς περὶ ἄλλο
π, &c. itemque ad *Acharaens*. pag. 396. Σίχυον. ἀπὸ εὐθείας ὁ σίχυος, &c. ex Suida in
v. Στλεγγὶς, & v. Σίκυον inserta esse, emunctioris naris Lectores facile mecum sentient.
Lexicographum enim illa potius sapiunt, quam Scholiasten. Eundem porro Scho-
liasten interpolatum esse pag. 106. ad verba illa Comici in *Pluto*, Ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι,
&c. itemque pag. 486. ad verba illa in *Vespis*, Εἴλη κατ' ὄρθρον, &c. patet non so-
lum ex eo, quod illic citetur Eustathius, qui Suida utique recentior est; sed etiam
ex eo, quod duo ista loca in antiquissima Editione Aldina desint. Idem dicen-
dum est de alio loco, qui legitur in iisdem Scholiis, pag. 15. ubi Phalaris laudatur.
Nam nec illum vetus Editio Aldina agnoscit. Sed hac de re eruditos jam ante mo-
nuit Vir in omni doctrinæ genere excellens Richardus Bentlejus, in Dissert. de Pha-
laridis Epist. pag. 22. Notandum vero est, Suidam interdum plura habere, quam
hodierna Scholia in Aristophanem: unde recte colligi posse videtur, Scholia illa non
integra ad nos pervenisse. Vide Nostrum v. Ἀκαλήφη, v. Ἀχόρητος, v. Ἐγχεχεδυλη-
μένος, v. Μελλονικιᾶν, v. Ναξιουργὴς, v. Πυῤῥοπαγὴς, v. Σιβυλλιᾷ, v. Στρουθὸς, v. Τίτθαι, v. Τεχ-
νικώτερος, v. Ὑπερακοντίζεις, &c. Et hæc obiter de Scholiaste Aristophanis.

Quod ad modum adtinet, quo Collectanea hæc digesta sunt; in eo non raro ju-
dicium & diligentiam Compilatoris desideres. Nam primo, Noster, dum loca ex
variis Scriptoribus decerpta in Lexicon suum congessit, sæpe vitiosis codicibus decep-
tus fuit: unde fit, ut voces adulterinas & corruptas pro veris & genuinis Lectori in-
terdum obtrudat. Sic Ἀμάστις apud eum habes pro Ἀκμαστὴς; Ἡείθμησεν pro Ἠρέμησεν;
Πεπτασμένοις pro Μεμιασμένοις; Τάλεσι pro Τέλεσι; Ὕστιος pro Ὕστριχος; Κοιλιδιᾶν pro Κυλοι-
διᾶν; Φρήμας pro Δι' ἐρήμας; Δείξαντες pro Δήξαντες; Ἀλίβοις pro Οἱ Λίβυες; Ἡμιμαλλόνες pro
Αἱ μιμαλλόνες; Θεσμοτόκοι pro Ἐσμοτόκοι; Ἠβὸς pro Ὑβός; Ἀνάρπασοι pro Ἀνορπήασι; Δάψατο
pro Ὀλόψατο; Δοτὺς pro Ἐδοτύς; Εὐχείμερος pro Λευχείμερος; Παιόλη pro Ἀπαιόλη; Παι-
όλημα pro Ἀπαιόλημα; Ὀζωτὰ pro Ὀξωτά; Ὑσίπτερος pro Οἰσυπηρός; Φόαντα pro Ἀφόαντα;
Φυλοκενεῖ pro Φιλοκενεῖ; & alia. Interdum vero lectio Suidæ melior est ea, quam no-
stri Codices hodie exhibent. Exempli gratia: apud Aristophanem *Thesmophor*. pag.
811. hodie legitur, — Τηνίοισι καὶ Σκίροις: ubi codex Suidæ pro Τηνίοισι olim habuit Στη-
νίοισι; quam lectionem veram esse probamus in notis ad v. Στήνια. Conjectura enim
Biseti, qui Θεσμίοισι illic reponendum censebat, merito explodenda est. Apud eun-
dem Comicum in *Thesmophor*. pag. 777. versus hic legitur:

Τὰς συμφορὰς γὰρ ἤχι τοῖς πιάσμασι.

Vox ultima illic corrupta est: cujus loco Suidas in serie sua recte habet, πτχιάσμασι.
In fabula *Ecclesiazusis* versus hic occurrit:

Ἡ γραῦς ἀνεστηκυῖα παρὰ τῶν νεκρῶν.

Metrum manifeste claudicat; quod ex Suida in v. Πλειόνων sic in integrum restitues:

Ἡ γραῦς ἀνεστηκυῖα παρὰ τῶν πλειόνων.

Scholium enim locum genuinæ vocis apud Comicum hodie male occupavit. In
fabula *Thesmophoriaz*. pag. 794. inter alia & hæc leguntur:

Λέων, λέων σοι γέγονεν, αὐτ' εὔγμα σόν.

Magnus Scaliger, cum videret, versui huic modulum non constare, eum sic rescri-
bendum censebat,



Λέων

Λέων, λέων σοι γέγηθεν, αὖτ' εἶγμα σόν.

Sed frustra. Ex Suida enim in v. Λέων, pro εἶγμα reponendum esse ἔκμαγμα in Notis ad illum locum probamus. Anthologiæ lib. III. cap. XIV. pag. 343. Epigramma in Protesilaum legitur, cujus pars est Hexameter iste:

Δένδρεα δυσμίμητα, ἃ ἤν ποτε τεῖχος ἴδωσι.

Hic τὸ δυσμίμητα sensui manifesto adversatur: cujus loco Brodæus reponendum censebat δυσμήνιτα; & Obsopœus, δυσμείλικτα. Sed uterque a scopo aberravit. Ex Suida enim in v. Δυσμίσητος reponendum esse δυσμίσητα, in Notis ad locum illum monemus. Apud Josephum lib. I. *de Bello Jud.* cap. XIII. pag. 739. inter alia & hæc leguntur: Καὶ πᾶσα οἰκία ὁπλιτῶν ἐνεπέπτο. Vox ultima illic in mendo cubat: cujus loco ex Suida v. Νένακτο, rescribendum esse νένακτο, sensus manifesto suadet. Plura hujus generis exempla studiosus Lector ex Notis nostris colligere poterit. Nos enim hæc speciminis loco tantum proposuimus.

Porro, observandum est, Suidam res hominum cognominum perpetua serie interdum recitare, & ad unum caput referre solere: quo fit, ut, quæ ad diversos pertinent, uni tribui videantur, & in historiis turbentur omnia, nisi narrationes distinguas, & diligenter animadvertas, ad quos quæque Eclogæ referendæ sint. Exempla habes in v. Εὐμένης, v. Ἥρων, v. Σίβυρτος, & alibi.

Interdum vero (quod majus est peccatum) Grammaticus noster res hominum prorsus diversorum, & ne nomen quidem commune habentium, miscet, Eclogasque historicas ad alienum prorsus caput refert: cujus ἀβλεψίας pauca exempla in medium hic producam. In v. Μαξιμῖνος, ea, quæ leguntur ab initio usque ad verba illa, ἐπιβουλὰς ὑποπτεύων, de Imperatore Maximino Thrace intelligenda sunt. Quæ vero deinceps absque ulla nota distinctionis subjiciuntur, ad Galerium Maximianum pertinent: ut patet ex Euseb. *Hist. Eccles.* lib. III. cap. XIV. & XVI. In v. Ἀλυάττης, verba illa priora, Λυδῶν βασιλεὺς — ἀδελφὴν ἤχθετο, apud Nicol. Damascenum in Collectaneis Constantini a Valesio editis, pag. 453. unde locus iste depromptus est, de Sadyatte, patre Alyattis, dicuntur; quæ proinde Noster male ad Alyattem refert. In v. Νίκων Grammaticus noster supina negligentia ad Niconem refert, quæ apud Pausaniam lib. VI. pag. 364. unde totus iste locus excerptus est, de Theagene Thasio narrantur. In v. Εὐνομιανὸς Suidas Eunomianum quendam a Bellisario e sacro baptismi fonte susceptum fuisse narrat. Locus scriptoris, qui ibi adducitur, sumptus est ex Procopii *Hist. Arc.* cap. I. sed ubi de Theodosio quodam, Eunomianis parentibus nato, non autem homine aliquo, *Eunomianus* appellato, verba fiunt. Gothofredus in *Prolegom.* ad Philostorgium, pag. 2. ex loco hoc Suidæ Eunomianum aliquem sibi confinxit, qui nullus exstitit: ut in Notis nostris ad v. Εὐνομιανὸς pluribus docemus. In v. Πῶρος, verba illa, Τοῦτον ἤγετο περὶ διαίτης ὁ Ἀπολλώνιος, &c. excerpta sunt ex Philostrati lib. II. *de Vit. Apoll.* cap. XI. sed quæ Suidas pessime ad Porum refert, cum apud Philostratum de Phraorte Indorum Rege dicantur. Plura exempla brevitatis gratia adducere supersedeo.

Est & alius Lexici hujus nævus, qui in eo consistit, quod sexcentis in locis exempla, quæ ex scriptoribus veteribus adducuntur, a capite articuli aliena sint, nec quicquam faciant ad probandam significationem vocis propositæ. Sed istius rei culpam non tam in Suidam confero, quam in eos, qui varia auctorum loca Lexico huic vel ipsi adsuerunt, vel ea, quæ ad marginem scripta erant, absque judicio & delectu in textum receperunt. Multa enim esse apud Suidam loca, quæ ex margine in textum irrepserint, & imperitiam librariorum manifesto prodant, nemo nisi plane in Lexico hoc hospes negabit. Videat saltem Lector, quæ notavimus ad v. Ἀρχιάτης, v. Ἀναθεῖναι. v. Ἀειστογείτων, Κυδ. v. Εἴλλειν, v. Νάνος, v. Ὑπομαχῶ.

Quamvis autem & alii sint Lexici hujus nævi, partim ipsi Suidæ, partim librariis & recentioribus Compilatoribus tribuendi; est tamen liber longe utilissimus, & quem Thesaurum, omnigenæque eruditionis penu cum incomparabili Reinesio merito

rito appellaveris. Vel ſola hiſtoria Poetarum, Oratorum, Hiſtoricorum, &c. quæ in eo continetur, auro contra cara eſt, & qua ſine irreparabili damno Reſpubl. literaria carere non poſſit. Taceo tot & tam præclara fragmenta veterum ſcriptorum, hodie amiſſorum, quæ in Lexico hoc nobis conſervantur, & pretium ei non parvum conciliant.

Prodierunt autem hæc Collectanea Suidæ primo Mediolani, A. C. 1499. Græce tantum: in qua Editione nonnulla loca deſunt, quæ in reliquis Editt. reperiuntur. Eam ſecuta eſt Editio Veneta, ſive Aldina, A. 1514. & ea Græca tantum. Hæc nonnunquam a Mediolanenſi diſcrepat: unde ex alio codice MS. eam expreſſam eſſe apparet. Deinde Suidas editus eſt Baſileæ apud Frobenium, A. 1544. itidem Græce tantum. Hæc Editio haud fere ab Aldina diſcrepat, niſi ubi vel ſphalmata typographica habet, vel ab Editoribus Baſileenſibus interpolata eſt. Eodem anno Hieronymus Wolfius Suidam (omiſſis notis mere Grammaticis, & fragmentis brevioribus) Latine a ſe verſum abſque textu Græco Baſileæ edidit. Hæc verſio *Suidæ*, ab ipſo Wolfio recognita, poſtea recuſa eſt Baſileæ A. 1581. Mirum autem non eſt, Wolfio rem minus feliciter ſucceſſiſſe, cum nullis codicibus MStis inſtructus, textum Suidæ, ut tunc erat, corruptum in verſione ſua ſecutus ſit. Tandem Æmilius Portus, Franciſci filius, Græcæ Linguæ in Academia Heidelbergenſi quondam Profeſſor, Suidam cum nova verſione Latina, ſeu potius paraphraſi, & Notis, edidit Genevæ, A. *1619*. Hæc Editio, quoniam omnium earum, quæ Noſtram præceſſerunt, noviſſima eſt; quodnam de ea noſtrum ſit judicium, paulo fuſius Lectori exponemus.

Dicimus igitur, Portum non eam, quam par erat, diligentiam in Editione ſua Suidæ adhibuiſſe, nec idoneo ſatis inſtructum apparatu operi iſti manum admoviſſe. Non ſolum enim cum nullis codicibus MStis Suidam contulit, (qua in re tamen contingere potuit, ut fortuna votis ejus non reſponderet) ſed ne omnes quidem Editiones, tunc exſtantes, inter ſe comparavit. Ex tribus enim, quæ tunc prodierant, Editionibus, Mediolanenſem (quæ omnium prima eſt, & nonnullis in locis emendatior reliquis) nunquam inſpexit: quæ cauſa eſt, quare non paucos errores typographicos Editionis Aldinæ, in Editionem Baſileenſem, quam κατὰ πόδα ſecutus eſt, poſtea transfuſos, imprudenter in textum receperit, eoſque, tanquam variantes codicum MStorum lectiones, magno molimine interdum emendare conetur. Adhæc, cum totum fere Suidæ Lexicon ex fragmentis variorum auctorum, quorum major pars hodie adhuc exſtat, compoſitum ſit; Portus exiguam plane in inveſtigandis auctoribus, ex quibus Suidas ſua ſumpſit, diligentiam adhibuit: unde mirum non eſt, ſexcentis in locis Lexici hujus, quæ non niſi ex auctoribus ſuis illuſtrari & emendari poſſunt, aquam ei hæſiſſe. Præterea, (quæ major eſt negligentia) ne ipſum quidem Suidam ſecum contulit; cum ſæpe contingat, ut eædem ῥήσεις bis, vel ter, apud eum occurrant; hic corruptæ forſan & mutilæ; alibi vero ſanæ & integræ: ut proinde Suidas ex ipſo Suida non raro emendari & illuſtrari poſſit. Hoc cum non obſervaverit Portus, (obſervare autem debuit) ſæpe fit, ut, quæ uno in loco recte interpretatus fuerat, alibi, vitioſam lectionem ſecutus, ſuique prorſus immemor, peſſime vertat, & a ſcopo longe aberret. Ne autem hæc in virum, cujus conatus ſaltem de re literaria bene merendi laudandus eſt, immerito a me dici quiſquam putet; allatis quibuſdam exemplis rem probare, & omnem calumniandi ſuſpicionem a me amovere conabor.

Dixi, Portum Editionem Mediolanenſem nunquam inſpexiſſe: quod ex ſequentibus manifeſtum fiet. In v. Ἄβαρις Editiones Aldina & Baſileenſis habent, χρησμοὺς τοὺς καλουμένους Σκυθίνους; quam lectionem Portus ſecutus eſt: cum in Editione Mediolanenſi rectius legatur, Σκυθικούς. In eadem voce, pro ἀφάνισαι, MSti. & Ed. Med. recte exhibent ἠφάνισαι: ad quem locum Portus: Ἀφάνισαι] *Aldinus codex*, ἠφάνισαι. *Utrumque vitioſum. Scribendum enim* ἠφάνισαι, *ab* ἀφανίζω. Recte quidem mones Porte;

te: ſed quid opus fuit manifeſta menda typographica Editionis Baſileenſis in textum recipere, & inutilibus obſervatiunculis Suidam onerare? In v. Ἄρουραι, priores Edit. (ſi Mediolanenſem excipias) habent, ἐπὶ ἡ ἄρουρα πόδας ἔχειν; quod Portus vertit, *Rus pedes habere dicitur*; addita nota ſolita *N. L.* i. e. *Non liquet*. Si Editionem Mediolanenſem conſuluiſſet, non diu ei de emendatione hujus loci laborandum fuiſſet. In ea enim recte legitur, ὅτι ἡ ἄρουρα πόδας ἔχει ν': i. e. *Arura* (quæ eſt certa agri menſura, ita dicta) *pedes habet quinquaginta*: quam lectionem non ſolum confirmant Mſti, ſed etiam ipſe Suidas alio loco, nimirum in v. Σπάδιον, ubi idem locus repetitur. In v. Γηγενεῖς, in omnibus Editionibus præcedentibus, ſi Mediolanenſem excipias, ante Φυσήματι deſideratur vox Γηγενεῖ; ſine qua loci illius ſenſus omnino eſt obſcurus & mutilus. Hæc ratio eſt, quare Portus falſo exiſtimaverit, verba illa, Φυσήματι· ἀπὸ τοῦ μεγάλου, & quæ ſequuntur, non pertinere ad v. Γηγενεῖς, ſed alibi eſſe collocanda. Aliter certe ſenſiſſet, ſi inſpecta Editione Mediolanenſi locum hunc unius vocis adjectione ſuppleri & ſanari poſſe intellexiſſet: id quod etiam ex alio loco Suidæ in v. Σεισμὸς, ubi eadem ῥῆσις repetitur, diſcere poterat. Poſt v. Ἐπίβολος in Editione Baſileenſi & Porti legitur, Ἐπιβολώτατος, προσποιεύτατος: ubi nemo non videt, vocem poſteriorem eſſe παρακεκομμένην, & nullo modo ἐκ παραλλήλου reſpondere poſſe voci Ἐπιβολώτατος. Rectius igitur in Edit. Mediol. cui etiam ſuffragantur Mſti, ſic legitur: Ἐπιβολώτατος. † Ἐπηγάγετο. προσεποιήσατο. ἰδιοποιήσατο. Nuſquam hic comparet vox adulterina προσποιεύτατος, quam certum eſt, ex voce προσεποιήσατο eſſe corruptam, & e genuina ſede ſua, quæ eſt poſt Ἐπηγάγετο, motam, alienum locum in Editione Baſileenſi & Porti hodie occupare. In v. Εἰρύσατο, Editiones Aldina & Baſileenſis mendoſe exhibent ἐπικύφει; quam lectionem ſecutus eſt Portus: qui, ſi Editionem Mediolanenſem conſuluiſſet, in qua recte legitur Ἐπικύρει, vidiſſet utique, τὸ ἐπικύφει eſſe ſphalma typographicum, & proinde in Textum minime recipi debuiſſe. In v. Ὅμηρος, pag. 301. Edit. Genev. pro ἀφίκετο εἰς γάμον (quod Portus bona fide vertit, *Venit ad nuptias*) reponendum eſt, ἀφίκετο εἰς Σάμον, i. e. *Venit in Samum*; ut in Mſtis, & Editione Mediolanenſi recte legitur. Poſſem plura hujus generis exempla in medium adferre: ſed cum ex hiſce Lectori abunde patere arbitrer, Portum Edit. Mediolanenſem nunquam conſuluiſſe, ad alia pergo.

Dixi ſecundo, Portum exiguam diligentiam in inveſtigandis auctoribus, unde Suidas ſua ſumpſit, adhibuiſſe: quod omnibus editionem ejus inſpicientibus per ſe manifeſtum eſt. Si enim Ariſtophanem, ejuſque Scholiaſten, Anthologiam Epigrammatum editam, Sophoclem, ejuſque Scholiaſten, Herodotum, Thucydidem, & paucos alios excipias; de reliquis ſcriptoribus, ex quibus Lexicon hoc compilatum eſt, Portus ne ſomniavit quidem. Cæterum, quantam in hac Editione lucem Suidæ ex diligenti fragmentorum cum ipſis auctoribus, ex quibus ſumpta ſunt, collatione attulerimus, ex Notis noſtris Lectori patere poterit.

Dixi porro, Portum ne ipſum quidem Suidam ſecum contuliſſe; quod itidem exemplis quibuſdam in medium allatis probabo.

In v. Διεκωδώνισε priores Editt. habent, διεπείρασε καὶ ἐξηπάτησεν: quod Portus vertit, *Tentavit, exploravit, periculum fecit. Item, decepit.* Sed pro ἐξηπάτησε ſcribendum eſſe ἐξήτασε, non ſolum res ipſa docet, ſed etiam Suidas alio loco, nimirum in v. Κεκωδωνισμένος; ubi in omnibus Editionibus expreſſe legitur, καὶ διακωδωνίσαι, τὸ ἐξετάσαι.

In v. Θέμιν Portus fruſtra ſeſe torquet, dum non animadvertit, pro βύλιτα, vel, ut Editt. Mediol. & Aldina habent, βύλιται, reponendum eſſe Βούχετα, ut non ſolum in Mſtis, ſed etiam alibi apud Suidam in v. Βούχετα recte legitur. Locum Suidæ, ut in Editt. Baſil. & Genev. legitur, & verſionem Porti ſubjungam, ut Lector in rem præſentem quaſi deducatur. Θέμιν, (inquit Suidas) δικαιοσύνην. Βύλιτα, πόλις ἐστὶ τῆς Ἠπείρου, ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς λεγομένη· ἥν φησι Φιλόχορος ὀνομάσθαι διὰ τὸ τὴν Θέμιν ἐπὶ βοὸς ὀχουμένην ἐλθεῖν ἐκεῖ, κατὰ τὸν Δευκαλίωνος κατακλυσμόν. Portus hæc ita vertit: Θέμιν, *Themin. Hoc nomen juſtitiam ſignificare vult*, [*i. e. ſignificat. Unde compoſitum* Θεμίσ-

κυρα,

κυρα, *Themiscyra. Hæc autem*] *urbs est Epiri, quæ per neutrum genus & pluraliter effertur: quam Philochorus ait sic appellatam, quod Themis vecta bove illuc iverit, tempore diluvii Deucalionis.* Nugas agit Portus, dum Lectori persuadere conatur, Suidam hic de Themiscyra urbe loqui: quod est ab ejus mente alienissimum. Neque saniora sunt, quæ in notis affert; in quibus locum hunc sic emendare & supplere conatur: Θέμιν. δικαιοσύνην.] *Hæc ita fortasse legenda:* Θέμιν, δικαιοσύνην βούλεται σημαίνειν. ὅθεν Θεμίσκυρα. πόλις δ' ἐπὶ τῆς Ἠπείρου. *Consule Geographos in* Θεμίσκυρα. *Sed* Βύλεθα *urbem apud nullos reperio.* Omnia hæc sunt prorsus ἀπροσδιόνυσα, neque veram istius loci emendationem vel per somnium Portus vidit. Quam facile autem has tenebras discutere potuisset, si consuluisset Suidam in v. Βύχετα, ubi recte sic legitur: Βύχετα, πόλις ἐπὶ τῆς Ἠπείρου, οὐδετέρως, καὶ πολλαχῶς (lege πληθυντικῶς, ut in v. Θέμιν) λεγομένη· ἥν φησι Φιλόχορος ὀνομάσθαι, διὰ τὸ τὴν Θέμιν ἐπὶ βοὸς ὀχουμένην ἐλθεῖν ἐκεῖ, &c. Quam clara hic omnia? Dicit Suidas, Bucheta esse urbem Epiri, sic dictam, quod Themis ἐπὶ βοὸς ὀχουμένη, *bove vecta,* illuc venisset: quam etymologiam voci Θεμίσκυρα minime convenire, nemo est adeo hebes, quin facile intelligat.

Post v. Ταγήν. ἢν. ὀρ. in prioribus Editt. mendose legitur, Ταγὴν ὁ κνισσοθήρας. ὁ Ἰούνιος ἦν. Ad quem locum Portus: *Tagen.* ὁ κνισσοθήρας. *Cnissotheras. q. d. nidoris venator. Junius mensis. Legendum videtur* ὁ Ἰούνιος μήν. *Sed N. L.* Apage nugas istas. Ex ipso Suida in v. Φαγεῖν ζῶν constat, legendum esse, ταγηνοκνισσοθήρας; quæ est vox comica, eleganter significans lurconem, vel parasitum, (proprie eum, qui sartaginis nidorem captat) qualis erat Junius iste; quem Portus ridicule in Junium mensem transformat. Eadem vox in v. Ἰούνιος, sed alio modo ante depravata erat. Ibi enim in Editt. prioribus legitur, ταγηνοπυθοθήρας; in MSS. vero, ταγηνοκνυσθήρας: unde, unius literæ mutatione facta, veram lectionem ταγηνοκνισσοθήρας facile erueris.

In v. Τῷ νῦν λόγῳ, pulchra sententia Polybii (cujus nomen ibi quidem a Suida reticetur, sed alio loco, quem mox indicabo, laudatur) pessime corrupta, & mendo non leviter obscurata est. Quid enim sibi volunt verba ista, ἠτύχηκεν ὡς κεκληρονόμηκε ταύτην φήμην? Portus ea sic interpretatus est, *Infelix fuit, postquam talem famam jure hæreditario consecutus est.* Quam longe a scopo & mente Polybii? Ex MStis, & ipso Suida in v. Τύχη patet, legendum esse, ἡ τύχη κενῶς κεκληρονόμηκε ταύτην φήμην: quorum verborum sensus est, inane esse fortunæ nomen, & omnia, quæ vulgus ei tribuat, divinæ providentiæ re vera adscribenda esse.

In v. Καρῖνος hodie legitur, Γενόμενος ἐν ἐξουσίᾳ καὶ βουλήσεως κύριος ἀνέδειξε τηλικοῦτον κακὸν ἐς τυραννίδα· ὥστε καὶ τὸ ὄνομα τοῖς ἔργοις μακρῷ παρῆλθε, &c. quem locum non solum omnes Editt. sed ipsi etiam MSti sic mutilatum exhibent: cujus proinde supplendi spes nulla esset (præsertim cum Eunapii historia, unde locum illum depromptum esse ex v. Μακρῷ apparet, non amplius exstet) nisi Suidas ipse hic sibi opem ferret. Ex eo enim in v. Μακρῷ constat, locum hunc sic supplendum esse: Ἀνέδειξε τηλικοῦτον κακὸν ἐς τυραννίδα, ὥστε ἀπέδειξε χρυσῆν τὴν τραγῳδουμένην τυραννίδα. ὥστε καὶ τὸ ὄνομα, &c. Quorum verborum sensus est: Carinum tam malum & sævum fuisse principem, ut veterum tyrannorum sævitia, cum ejus tyrannide collata, aurum quasi videretur. Elegans proverbium, & frequens apud Græcos scriptores: quo etiam idem Eunapius in Excerptis Legationum, ab Hœschelio editis, pag. 13. usus est. Ibi enim de Thracia agens, eam a Scythis tam fœde devastatam esse ait, ὥστε χρυσῆν ἀποδειχθῆναι πρὸς τὰ Θρᾴκια πάθη τὴν Μυσῶν παροιμιώδη λείαν: i. e. *Ut vetus illa Mysorum prædatio, proverbio celebrata, cum hac Thraciæ vastatione collata, aurum esse videretur.* Sic enim locus hic reddendus est; quem Cantoclarus ita vertit, ut sensum ejus minime intellexisse appareat.

In v. Λευκὴ ἡμέρα refertur mos Scytharum, calculum album vel nigrum, prout rem ex animi sententia, vel secus, gessissent, antequam quieti se darent, in pharetram condendi, ut post illorum mortem ex numero calculorum de prospera vel adversa fortuna, qua in vita usi fuissent, judicari posset. Sed in prioribus Editt. ante μέλλοιεν desideratur vox Σκύθαι, quæ totius sententiæ cardo est. Eam proinde loco il-

li restituendam esse, etiamsi codices Msti. non docerent, clare tamen ostenderet Suidas in v. Τῶν εἰς τὴν φαρέτραν; ubi de eodem Scytharum more agens, expresse inquit, Φασὶ τοὺς Σκύθας μέλλοντας καθεύδειν, &c.

In v. Ἐχέμυθος Suidas inquit: Εἴς τι συναύξησιν ἀρετῆς, καὶ κακίας μείωσιν ὅλην ἐξεκέχυτο τὴν ψυχήν. Id est, *Omne suum studium ad augendam virtutem & imminuenda vitia conferebat.* Sed pro κακίας μείωσιν in prioribus Editt. ridicule legitur, κωμῳδίας μείωσιν: quod Portus, fidus interpres, *comœdiæ imminutionem* vertit. Sana, quam dixi, lectio apud Suidam alibi tribus diversis in locis occurrit, nimirum in v. Ἰδιώτης, v. Μύσων, & v. Ὅλην ἐξεκέχυτο: quod tamen a Porto observatum non fuerat.

In v. Ἡρεῖτο, pro ἐσιτοποιεῖτο legendum est σῖτον ᾑρεῖτο; ut in v. Βιτάλιος, ubi idem locus exstat. Portus, cum hoc non observaret, existimabat loco isti aliquid deesse; qua de re Lectorem hisce verbis monere voluit. *N. L. Desideratur enim verbum* ᾑρεῖτο, *cujus causa hæc videntur allata.* Sed nihil deerit, si, ut diximus, scribatur, σῖτον ᾑρεῖτο. Non me quidem latet, in Excerptis Joannis Antiocheni, ab Henr. Valesio editis, unde locus iste depromptus est, legi ἐσιτοποιεῖτο: sed utra lectio præstet, nunc non disputo. Illud saltem constat, ex mente Suidæ, qui ῥῆσιν istam sub voce Ἡρεῖτο collocavit, legendum esse, σῖτον ᾑρεῖτο.

Ex hisce paucis (sunt autem alia ejus generis quamplurima) manifestum est, operæ pretium facturum fuisse Portum, si ῥήσεις easdem, quæ apud Suidam diversis in locis repetuntur, diligentius inter se contulisset.

Quæ autem hactenus dicta sunt, ostendunt, Portum non eam, quam par erat, diligentiam in adornanda Suidæ editione adhibuisse. Sunt autem alia, haud sane leviora, nec pauciora, in quibus eruditionem quoque & judicium ejus merito desideres. Hoc ut Lectori manifestum fiat, pauca loca ex multis, in quibus nec accurati interpretis, nec acuti Critici partes implevit, in medium adducam.

In v. Λυκόφρων Suidas ait, διασκευὴ δ' ἐκ τούτων ἐστὶν ὁ Ναύπλιος: quorum verborum sensus est, fabulam *Nauplius*, cum recto talo prius non stetisset, a Lycophrone ad incudem revocatam, & denuo in Scena exhibitam fuisse. Διασκευὰς enim, sive διεσκευασμένα δράματα, appellatas fuisse fabulas, a Poetis nova lima perpolitas, & postea in Scena repetitas, accurate ostendit Magnus Casaubonus ad Athen. lib. III. cap. XXVI. quem lector consulat. Hinc ergo apparet, quam parum intellexerit Portus sensum verborum illorum, quæ sic Latine reddidit: *Ex his vero diasceve, sive historica narratio, est Nauplius.*

In v. Ἐωθὸς Suidas ait: Ἐωθός. χωρὶς τοῦ ι. Ἄρχιππος. καὶ Ἀραρὼς, ἴωθας. καὶ Θουκυδίδης, ἐώθισαι. Quem locum Portus sic vertit: Ἐωθός. *Sine* ι. *Solitum, consuetum. Archippus. Et aptatus consuevisti.* Male omnino. Vox enim Ἀραρὼς hic non significat *aptatus*, sed est nomen proprium poetæ, apud quem Suidas dicit τὸ ἴωθας absque ι legi, pro εἴωθας; uti τὸ ἐωθὸς, apud Archippum, pro εἰωθός; & apud Thucydidem ἐώθισαι, pro εἰώθισαι, reperiatur. De poeta autem Araro Suidas non solum suo loco agit, sed etiam fabulam ejusdem Ὑμέναιος laudat in v. Ἀναθεῖναι; cui loco imperitus aliquis homo, quem itidem fugiebat, τὸ Ἀραρὼς ibi nomen proprium viri esse, notam hanc omnino ἀπροσδιονύσως addidit: Ὅτι ἀραρὼς ἐπίρρημα, ἀντὶ τοῦ ἁρμοζόντως· ἀραρὼς δὲ, ἁρμόσας. Cæterum, errorem priori similem Portus commisit in v. Γνώρας, ubi τὸ ψελλοῦ vertit, *balbi, vel blæsi*; cum ibi sit nomen proprium viri, & Michaëlem Psellum designet.

In v. Νοθεύει, Portus verba hæc Suidæ, ἐν τῇ τοῦ μακαρίτου Λογοθέτου Μεταφράσει, reddit, *In interpretatione beati Historici.* At quis non videt, in versione retinendum fuisse nomen *Logothetæ*, cum manifestum sit, citari illic Μεταφράσεις certi alicujus scriptoris, ab officio, quo functus fuerat, *Logothetes* dicti. Eundem errorem erravit Portus in v. Ἄβαξι, v. Ἀλκαία, v. Αἰαίμονες, v. Καταπέλτης, v. Ὑπαγορεῦσαι: in quibus omnibus locis τὸ Λογοθέτης, *Historicus*, vel *Historiæ Scriptor*, interpretatur. In sola voce Ἐξαπάτη cautior fuisse videtur, ubi nomen *Logothetæ* in versione retinuit. Sed hoc non tam certa ratione, quam casu potius ab eo factum fuisse crediderim.

In v.

# AD LECTOREM.

In v. Αὐτόλυκος priores Editt. Suidæ habent, ἐν τοῖς Χαρωνικοῖς: quem locum Portus de locis Charonicis, sive speluncis pestiferis intelligendum censebat. Sed non animadvertit, rescribendum ibi esse, ἐν τοῖς Χαιρωνικοῖς, i. e. *tempore belli Chæronensis*: quæ mutatio levis quidem est, sed immanem in sensu differentiam parit.

In v. Σοφοκλῆς, Σοφ. Suidas inquit, Καὶ αὐτὸς ἦρξε τοῦ δρᾶμα πρὸς δρᾶμα ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ στρατολογίαν. Quæ verba Portus sic vertit: *Primus etiam ipse Tragicas inter se fabularum contentiones instituit: sed non delectum militum.* Quæ ἀβλεψία! Adeo nimirum obesæ naris Criticus fuit Portus, ut non animadverteret, pro στρατολογίαν legendum esse τετραλογίαν, & Suidam hic loqui de notissimo more Tragicorum apud Græcos, qui τετραλογία, sive quaternis fabulis in scena certare solebant. Ab isto ergo more ante recepto Sophoclem Tragicum primum recessisse, & non quaternis sed singulis fabulis certasse, Suidas hoc loco observat.

In v. Τίς τῇδε Suidas ex Scholiaste Aristophanis refert, eos, qui olim Diis libaturi essent, ad adstantes dixisse, *Quis adest?* Eos deinde linguis faventes respondisse, *Multi & boni*. Suidæ verba hæc sunt: Εἶτα οἱ παρόντες εὐφημιζόμενοι ἔλεγον, πολλοὶ κἀγαθοί: quæ Portus sic vertit: *Deinde, qui aderant, sese laudantes, dicebant, multique bonique.* En peritum interpretem, qui τὸ εὐφημιζόμενοι interpretatur, *sese laudantes*; cum vertendum esse, *linguis faventes*, vel, *bona verba dicentes*, vix tirones ignorent. Notissimum enim est, veteres existimasse, religionem violari, si, quo tempore sacra peragebantur, verba male ominata proferrentur: unde eos, qui aderant, vel tacere omnino; vel, si loqui quicquam vellent, bona verba (ut ajebant) dicere oportebat. Utrumque apud Latinos continetur significatione phrasis *linguis favere*; cui apud Græcos τὸ εὐφημεῖν, vel εὐφημίζεσθαι respondet.

Alibi Portus vocem εὐφημία non minori errore *beneficentia* interpretatur. Suidæ verba in v. Εὐφημία hæc sunt: Εὐφημίας χάειν προτιμᾷ τὴν Λακεδαίμονα τὸ θεῖον, ἤπερ τῶν Ἀθηναίων βωμοὺς σύμπαντας καὶ ναούς, &c. Portus hunc locum sic Latine vertit: *Beneficentiam enim Laconicam Deus pluris facit, quam universas Atheniensium aras & templa.* Scopum non ferit interpres. Ex iis enim, quæ de voce εὐφημεῖν & εὐφημίζεσθαι paulo ante diximus, liquet, τὸ εὐφημία proprie *faventiam*, ut Accii verbo utar, sive, silentium religiosum, vel bona verba, significare. Sensus ergo illius loci est, Deo magis placere Lacedæmoniorum pietatem, & animum religiosum, cujus index & argumentum sit ipsorum εὐφημία, quam universas Atheniensium aras & templa.

Plura de Editione Porti, ejusque nævis, non addam; cum hæc sufficere putem. Venio tandem ad Nostram; in qua quid a Nobis præstitum sit, paucis Lectorem docebimus. Primo, Textum Græcum cum tribus codicibus Mstis Bibliothecæ Regiæ Parisiensis contulimus; quorum unus (quem in Notis nostris Mstum A. appellare solemus) optimus est, & quingentorum saltem annorum vetustatem habet. Hujus præcipue Codicis ope ingentem mendorum numerum ex Suida sustulimus, & non paucas lacunas in eodem supplevimus; ut ex Notis nostris Lectori patere poterit. Alter est MS. B. cum priore nec vetustate nec bonitate comparandus: unde pauciores emendationes nobis suggessit. Tertius est MS. C. secundo deterior: qui proinde admodum exiguo nobis usui fuit. Præterea usi sumus variantibus lectionibus Msti Vaticani, quas Illustriss. Pearsonius, Magnus ille Episcopus Cestriensis, ad marginem Suidæ sui annotaverat. Sunt eæ pauciores quidem, sed interdum bonæ, & quæ plerumque auctoritate Msti Paris. A. confirmantur. Adhæc, specimina quædam variantium lectionum opera amicorum nacti sumus ex codice MS. Colbertino, (qui est in Bibliotheca Colbertina Lutetiæ Parisiorum) ex codice Vossiano, qui nunc est Lugduni Batavorum, & Antwerpiano Jesuitarum. Sed omnibus istis codicibus præstat ante dictus MS. Paris. A. quo meliorem vix in Europa nostra extare puto.

Porro, versionem Latinam Porti infinitis in locis emendavimus, resecta ubique inutili, qua luxuriabat, paraphrasi. Ultimam tamen limam, propter temporis angustiam,

gustiam, ei adhibere non potuimus. Unde, si quos forte errores vel reliquimus, vel ipsi commisimus, eos æquus Lector nobis facile condonabit; reputans, quam difficile sit & lubricum, moliri versionem fragmentorum, quorum sensus obscurus plerumque est & mutilus.

In Notis nostris brevitati, quantum fieri potuit, studuimus, idque operam præcipue dedimus, ut Suidam partim ex MStis; partim ex Scriptoribus, ex quibus Fragmenta sumpta sunt; & partim ex ingenio emendaremus. Transtulimus autem in Notas nostras ea, quæ Illustriss. Pearsonius, magnum illud Orbis literati decus, ad marginem Suidæ sui, qui hic Cantabrigiæ in Bibliotheca Collegii Trinitatis adservatur, annotaverat: addito ubique ejus nomine. Perlegerat Vir ille Magnus Suidam magna cum cura, eumque cum variis auctoribus diligenter contulerat: unde observationes ejus magno nobis usui fuerunt.

Ex Notis Æmilii Porti ea excerpsimus, quæ ad rem facere, & alicujus momenti nobis esse videbantur. Sunt enim annotationes ejus leviores plerumque, & tironibus tantum aptæ; quibus proinde Suidam onerare noluimus.

Habes instituti nostri rationem, benevole Lector. Illud, antequam Præfationem hanc finiam, paucis addam: Me per quadriennium, & eo amplius, in celeberrima hac Academia Cantabrigiensi vixisse; in qua omnium ea fuit erga me humanitas & comitas, ut nusquam majorem me expertum esse fatear.

Ingratus sane essem, nisi id publice omnibus testatum facerem, & simul profiterer, in magna me felicitatis parte ponere, tot viris, eruditione, pietate, & virtute insignibus hic in Anglia innotuisse. Faxit Deus O. M. ut virtus & eruditio tum hic, tum alibi magis magisque crescant; præsertim hoc tempore, quo ob licentiam seculi in deterius ruentis, religio & pietas, ne labefactentur, validis columinibus & illustribus morum exemplis indigent.

# ΤΟ ΜΕΝ ΠΑΡΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ

## ΣΟΥΙΔΑ· ΟΙ ΔΕ ΣΥΝΤΑΞΑΜΕΝΟΙ

τοῦτο ἄνδρες σοφοί·

Εὔδημος Ῥήτωρ, περὶ λέξεων, κατὰ στοιχεῖον.
Ἑλλάδιος, ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ νέου, ὁμοίως.
Εὐγένιος, Αὐγουστοπόλεως, τῆς ἐν Φρυγίᾳ, παμμιγῆ λέξιν κατὰ στοιχεῖον.
Ζώσιμος Γαζαῖος, λέξεις ῥητορικὰς, κατὰ στοιχεῖον.
Καικίλιος Σικελιώτης, ἐκλογὴν λέξεων κατὰ στοιχεῖον.
Λογγῖνος ὁ Κάσσιος, λέξεις κατὰ στοιχεῖον.
Λούπερκος Βηρύτιος, Ἀττικὰς λέξεις.
Ἰουστῖνος Ἰούλιος, σοφιστὴς, ἐπιτομὴν τῶν Παμφίλου γλωσσῶν, βιβλίων ἐνενήκοντα ἑνός.
Πάκατος, περὶ συνηθείας Ἀττικῆς κατὰ στοιχεῖον.
Πάμφιλος, λειμῶνα λέξεων ποικίλων, περιοχὴν βιβλίων ἐνενήκοντα πέντε. ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ ε στοιχείου ἕως τοῦ ω. τὰ γὰρ ἀπὸ τοῦ α, μέχρι τοῦ δ, Ζωπυρίων ἐπεποιήκει.
Πωλίων Ἀλεξανδρεὺς, Ἀττικῶν λέξεων συναγωγὴν κατὰ στοιχεῖον.

# PRÆSENS LIBER EST SUIDÆ:

## QUI VERO IPSUM COMPOSUERUNT,

Viri docti hi fuerunt :

Eudemus Rhetor, de Vocabulis, ordine Alphabetico.
Helladius, Theodosii Junioris tempore, similiter.
Eugenius, Augustopoli urbe Phrygiæ oriundus, Miscellaneam dictionem, ordine alphabetico.
Zosimus Gazæus, Voces Rhetoricas, ordine alphabetico.
Cæcilius Siciliensis, Vocabulorum delectum, ordine alphabetico.
Longinus Cassius, Vocabula ordine alphabetico.
Lupercus Berytius, Voces Atticas.
Justinus Julius Sophista, Pamphili Glossarum compendium, libris XCI.
Pacatus, de consuetudine Attica, ordine alphabetico.
Pamphilus, Pratum dictionum, libris XCV. constans. Est autem ab ε elemento usque ad ω. Nam reliqua ab initio literæ α usque ad δ, Zopyrio fecit.
Pollio Alexandrinus, Collectionem vocum Atticarum, ordine alphabetico.

---

* *In Præfatione ad Lectorem, ubi de prioribus Editionibus Suidæ ago, dixi, Hieronymum Wolfium versionem suam Latinam Suidæ primum publicasse Anno* 1545. *cum id ab eo factum fuerit Anno* 1564. *ut discimus ex Præfatione ipsius Wolphii, Editioni ultimæ præfixa.*


| | |
|---|---|
| **Ο ΧΑΛΚΟΤΥΠΟΣ ΤΟΙΣ** ἀναλεξομένοις εὖ πράττειν. | **TYPOGRAPHUS** Lectoribus S. |
| ΕΠΕΙΔΗ ἐπὶ τουτουὶ τοῦ Σουΐδα οὐχ ἡ αὐτὴ τάξις θεωρεῖται τῶν γραμμάτων, ἥτις καὶ ἐπὶ τοῦ ἀλφαβήτου, ἀλλ' ἄλλη τις καὶ διάφορος· δοκῶ μοι ὠφέλιμόν τι ποιήσειν τοὺς σπουδαίους, εἰ νῦν ὑποθήσομαι, τίνα τρόπον ἐνταῦθα ἕπονται ἀλλήλοις τά τε γράμματα, καὶ αἱ δίφθογγοι. καὶ πρῶτον μὲν τὰ τοῦ ἀλφαβήτου ὁμοῦ ἅπαντα, ὡς ἕπεται ἀλλήλοις ἐφεξῆς· ἔπειτα δὲ, ἰδίᾳ ἕκαστα τῶν εἰρημένων, ὧδε. | QUONIAM in hoc Suida non idem literarum ordo spectatur, qui & in Alphabeto communi cernitur; sed alius quidam, & diversus: existimo me literarum studiosis rem utilem gratamque facturum, si nunc moneam, quonam modo hic literæ singulæ & diphthongi aliæ alias sequantur. Ac primum quidem, quomodo omnes alphabeti literæ simul omnes ordine aliæ alias sequantur; deinde vero, quomodo separatim singulæ dictæ literæ collocentur: sic, ut sequitur. |
| Α. β. γ. δ. αι. ε. ζ. η. ι. θ. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. ω. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. | Α. β. γ. δ. &c. ut in Græco textu scribitur. |
| Τὸ α μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἄλλων ἐφεξῆς ὧδε. α. β. γ. δ. ε. ζ. ει. η. ι. θ. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. ω. π. ρ. σ. τ. οι. υ. φ. χ. ψ. | Α. solum, & cum aliis literis deinceps ita positum, ut sequitur, α. β. γ. &c. ut in Græco textu. |
| Τὸ β μετὰ τοῦ α. δ. αι. ε. ει. η. ι. λ. ο. ου. ω. ρ. οι. υ. | Β. cum α. δ. αι. &c. |
| Τὸ γ μετὰ τοῦ α. αυ. αι. ε. ευ. ει. η. ι. λ. ν. ο. ου. ω. ρ. υ. | Γ. cum α. αυ. αι. &c. |
| Τὸ δ μετὰ τοῦ α. αυ. αι. ε. ευ. ει. η. ι. μ. ν. ρ. ου. φ. ρ. οι. υ. | Δ. cum α. αυ. αι. &c. |
| Ἡ αι μετὰ τοῦ α. β. γ. δ. αι. ε. ζ. ει. η. θ. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. ω. π. ρ. σ. τ. φ. χ. ψ. | Αι. diphthongus cum α. β. γ. &c. |
| Τὸ ε μετὰ τοῦ α. αυ. β. δ. γ. ε. ζ. ει. η. ι. θ. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. ω. π. ρ. σ. τ. οι. ευ. φ. χ. ψ. | Ε. cum α. αυ. &c. |
| Τὸ ζ μετὰ τοῦ α. ε. ευ. ει. η. ι. ο. ω. υ. | Ζ. cum α. ε. &c. |
| Ἡ ει μετὰ τῶν α. β. γ. δ. ε. η. θ. κ. λ. μ. ξ. ο. ω. π. ρ. σ. τ. φ. χ. | Ει. cum α. β. γ. &c. |
| Τὸ η μετὰ τοῦ α. β. γ. δ. ε. ει. ι. θ. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. οι. ω. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. | Η. cum α. β. γ. &c. |
| Τὸ ι μετὰ τοῦ α. β. γ. δ. ε. ζ. ει. η. θ. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. ου. ω. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. | Ι. cum α. β. γ. &c. |
| Τὸ θ μετὰ τοῦ α. αυ. αι. ε. ευ. ει. η. ι. λ. ν. ο. ου. ω. ρ. οι. υ. | Θ. cum α. αυ. αι. &c. |
| Τὸ κ μετὰ τοῦ α. αι. ε. ει. η. ι. λ. ν. ο. ω. ρ. τ. οι. υ. | Κ. cum α. αι. ε. &c. |
| Τὸ λ μετὰ τοῦ α. αυ. αι. ε. ευ. ει. η. ι. ο. ου. ω. οι. υ. | Λ. cum α. αυ. αι. &c. |
| Τὸ μ μετὰ τοῦ α. αυ. αι. ε. ει. η. ι. ν. ο. ω. οι. υ. υ. | Μ. cum α. αυ. αι. &c. |
| Τὸ ν μετὰ τῶν α. αυ. αι. ε. ευ. ει. η. ι. ο. ου. ω. οι. υ. | Ν. cum α. αυ. αι. &c. |
| Τὸ ξ μετὰ τῶν α. αι. ε. ει. η. ι. ο. ου. υ. | Ξ. cum α. αι. ε. &c. |
| Τὸ ο μετὰ τοῦ α. β. γ. δ. ζ. θ. οι. κ. λ. μ. ν. ξ. ι. ἐν διφθόγγῳ. π. ρ. σ. τ. υ. ἐν διφθόγγῳ. φ. χ. ψ. | Ο. cum α. β. &c. |
| Τὸ ω μετὰ τοῦ α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. κ. λ. μ. ν. ξ. ο. π. ρ. σ. τ. υ. φ. χ. ψ. | Ω. cum α. β. γ. &c. |
| Τὸ π μετὰ τῶν α. αυ. αι. ε. ει. η. ι. λ. ν. ο. ου. ω. ωϋ. ρ. τ. οι. υ. | Π. cum α. αυ. αι. &c. |
| Τὸ ρ μετὰ τῶν α. αι. ε. ει. η. ι. ο. ου. ω. οι. υ. | Ρ. cum α. αι. ε. &c. |
| Τὸ σ μετὰ τοῦ α. αυ. αι. ε. ευ. ει. η. ι. θ. κ. μ. ο. ου. ω. π. τ. υ. φ. χ. | Σ. cum α. αυ. αι. &c. |
| Τὸ τ μετὰ τῶν α. αυ. αι. ε. ευ. ει. η. ι. λ. μ. ο. ου. ω. ρ. οι. υ. | Τ. cum α. αυ. αι. &c. |
| Τὸ υ μετὰ τῶν α. β. γ. δ. ει. η. θ. ι. κ. λ. μ. ν. ο. ω. π. ρ. σ. οι. φ. ψ. | Υ. cum α. β. γ. &c. |
| Τὸ φ μετὰ τοῦ α. αυ. αι. ε. ευ. ει. η. ι. θ. λ. ο. ου. ω. ρ. οι. υ. | Φ. cum α. αυ. αι. &c. |
| Τὸ χ μετὰ τοῦ α. αυ. αι. ε. ευ. ει. η. ι. θ. λ. ν. ο. ου. ω. ρ. οι. υ. | Χ. cum α. αυ. αι. &c. |
| Τὸ ψ μετὰ τῶν α. αυ. αι. ε. ευ. ει. η. ι. ου. ω. αι. υ. | Ψ. cum α. αυ. αι. &c. |

ΣΟΥ-




# [1] Σ Ο Υ Ι Δ Α Σ.

Α Α



2 Ἃ παρ' Ἀριστοφάνει, ἐπίρρημα μετ' ἐκπλήξεως καὶ παρακελεύσεως. Ἃ ἃ, τὴν δᾷδα μή μοι πρόσφερε. Τὸ ἃ ἃ, κατὰ διαίρεσιν ἀναγνωστέον, οὐ καθ' ἕνωσιν. ἀλλὰ καὶ ψιλωτέον ἀμφότερα. Εἰ γὰρ ἓν μέρος λόγου ἦν, καὶ κατὰ συνάφειαν ἀνεγινώσκετο, οὐ χρείαν εἶχε τῶν δύο τόνων, ἤτοι τῶν δύο ὀξειῶν. Καὶ τοῦτο μὲν ἐκπλήξεως ὂν, ψιλοῦται. Τὸ δὲ ᾶ ᾶ, θαυμαστικὸν, δασύνεται, ὡς ἐν Ἐπιγράμματι φησὶν Ἀγαθίας· 3 Ἃ μέγα τολμήεις κηρὸς ἀνεπλάσατο. 4 Περισπασθὲν δὲ καὶ ψιλοῦν δηλοῖ εἴθε. Καλλίμαχος· 5 Ἆ πάντως ἵνα γῆρας. Καὶ τὸ ὦ. Ὅμηρος· 6 Ἆ δειλή τι κακῶν. Σημαίνει δὲ καὶ τὸ πολὺ, καὶ μέγα παρ' Ἀρχιλόχῳ· 7 Ἃ δέκα ταύρους. Βραχέως δὲ καὶ δασέως τὸ ἅτινα. ὡς παρ' Ἱπποκράτει. Παρὰ δὲ Δημοκρίτῳ, ἴδια. Παρ' Ὁμήρῳ τὰ ἑαυ-

Α Α



Ἃ Apud Aristophanem est adverbium terrentis, atque dehortantis. Ἃ, ἃ, *facem ne mihi admove*. Hoc ἃ, ἃ, divisim, non conjunctim legendum est. Quinetiam utrumque tenui spiritu notandum. Si enim una esset orationis pars, & conjunctim legeretur, non indigeret duobus tonis, sive duobus acutis. Atque hoc quidem ἃ, ἃ, cum est terrentis, tenui spiritu notatur. At ᾶ, ᾶ, quod est admirantis adverbium, denso spiritu notatur, ut in Epigrammate dicit Agathias: *Ha, valde audax cera finxit*. Circumflexum vero, & tenui spiritu notatum ἆ, significat *utinam*. Callimachus, Ἆ (*utinam*) πάντως ἵνα γῆρας. Significat etiam *O*. Homerus: *O miseram te malorum causa*. Significat etiam *multum*, & *magnum* apud Archilochum: *Decem magnos tauros*. Correptum vero, & aspero spiritu notatum significat ἅτινα, *quæcunque*, ut apud Hippocratem. Apud Democritum vero significat, ἴδια, *pro-*

## N O T Æ.

1 ΣΟΥΙΔΑΣ] Lexici hujus compilatorem ab aliis *Suidam*, ab aliis vero *Sudam* vocari constat. *Suidas* vocatur ab Eustathio, Homeri interprete, qui in amplissimo ad Poetam istum commentario decies eum laudat; quo nomine etiam in omnibus editionibus vulgatis, & in plerorumque recentiorum scriptis (sunt enim, quibus *Sudæ* nomen placeat, ut Cœlio Rhodigino, Florenti Christiano, Cujacio, & nonnullis aliis) eundem appellari vides. Tres Codices MSS. Bibliothecæ Reg. Paris. nec non Codex Colbertinus, *Sudæ* nomen præferunt; quod tamen non obstitit, quo minus nomen *Suidæ* in editione hac retinendum putaverim, tum, quoniam id præ altero usu magis receptum esse videbam; tum, quoniam parum interesse arbitrabar, utrum nomen Collectaneis his præscriberetur.

2 Ἃ παρ' Ἀριστοφάνει] Apud Aristophanem in *Pluto*, pag. 49. Edit. Basil. ita scriptum legitur, Γρ. Ἃ, ἃ. Τὴν δᾷδα μή μοι πρόσφερε. ubi Scholiasta: Ἃ, ἃ. ἐπίρρημα ἐκπλήξεως, καὶ κελεύσεως P.

3 Ἃ μέγα τολμήεις] Sensus hujus fragmenti petendus est ex v. Σκοπῶν, ubi & præcedentia leguntur. Locum integrum apponam:

Ἄσκοπον, ἀγγελιώτερον, ἀσύμμετρον, οὐδὲ μορφῆς
Ἃ μέγα τολμήεις κηρὸς ἀνεπλάσατο.

Unde apparet, fragmentum hoc intelligendum esse de cera, in qua imago Dei ab artifice erat expressa. Cæterum, unde Suidas Epigramma hoc deprompserit, investigare non potui. Nam non solum in Anthologia Epigrammatum edita illud frustra quæsiveris, sed nec in inedita id a me lectum esse memini.

4 Περισπασθὲν δὲ] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli hujus, desunt in Editione Mediolanensi: eademque desiderantur in 3. Codd. Parisiensibus. Unde precario ista locum in hac editione retinuisse lector sciat velim, quoniam non dubito, ea a recentioribus Suidæ adsuta fuisse.

5 Ἆ πάντως] Apud Hesychium & Phavorinum legitur, Ἆ πάντως ἀνάγκης. Sed ex neutra lectione, propter brevitatem apospasmatii, commodum aliquem sensum elicere queas. Quæ ratio est, quare putaverim, locum hunc ἀνερμήνευτον potius relinquendum esse, quam meras de eo conjecturas, ut Portus fecerat, Lectori propinandas.

6 Ἆ δειλή τι] Apud Homerum. Od. γ. 351. legitur, Ἆ δειλοί τί κακὸν τόδε πάσχετε; uti etiam hic legendum est.

7 Apud Phavorinum fragmentum hoc sic legitur: Ἃ ἐν δ' εἰς τι ταύρους. Si integer Archilochi locus exstaret, facile dijudicatu foret, utra lectio præferenda esset.

τοῦ· [1] Τὰ ἃ πρὸς δώμαθ' ἕκαστος. Καὶ ἀντὶ τοῦ ὧν τέτακται· καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν [2] Μηδείᾳ· Πράξασ' ἃ μέλλω, καὶ τυχοῦσ' ἃ βούλομαι. καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ· Αἰτεῖς ἃ τεύξῃ. Εἰ δὲ ψιλωθείη περισπασθὲν τὸ νῦν σημαίνει. ὡς ἐν Εὐκλοῦ τοῦ χρησμολόγου ποιήματι. Βραχέως δὲ καὶ ψιλῶς σημαίνει ἀπόφασιν ἀρνητικήν.

Ἀαγές. ἄθραυστον, ἰσχυρόν.

Ἀάζειν. [3] ὀχλεῖν, ἀδικεῖσθαι, ἀπορεῖν, ἀσιτεῖν.

Ἀάλιον. ἄτακτον, ἀκρατές. ἅλιον δέ, τὸ μάταιον.

Ἄαπτος. ἀβλαβής. Ἡρωδιανός φησι περὶ τοῦ ἄαπτος, ὅτι γέγονεν ἀπὸ τοῦ ἰάπτω τὸ βλάπτω, καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α, καὶ κατ' ἔλλειψιν τοῦ ι. Ἄαπτος, ὃν οὐδεὶς δύναται βλάψαι. ἤ, οὐχὶ κατὰ στέρησιν ἐκληπτέον τὸ α, ἀλλὰ κατ' ἐπίτασιν. ἵν' ᾖ, ὁ μεγάλα δυνάμενος βλάπτειν. ὥστε τὸ μὲν πρῶτον δηλοῖ πάθος· τὸ δὲ δεύτερον, ἐνέργειαν. Λέγεται δὲ καὶ ἄαπτος, κατὰ στέρησιν, ὁ ἄψαυστος.

Ἀαρών. ὄνομα κύριον.

Ἀασάμην. [4] ἥμαρτον, ἐσφάλην, ἐβλάβην, ἄτῃ περιέπεσον.

Ἀάσαι τέσσαρα σημαίνει, κορέσαι, καθυπνῶσαι, βλάψαι, λυπῆσαι.

Ἀάσχετος. ἀκράτητος.

[5] Ἄατος. ἀβλαβής.

Ἄβαι. πόλις Φωκική. ἐκλήθη δέ, ἀπὸ ἥρωος Ἄβα.

Ἄβαζος. ἥσυχος. ἤγουν ἐστερημένος τοῦ βάζειν, ὅ ἐστι λέγειν.

Ἀβακής. ὁ λεπτός.

Ἀβακήμων. ὁ μωρός.

Ἀβακαῖνον. πόλις Σικελίας.

Ἀβάκησαν. [6] ἠγνόησαν, ἠσυνέτησαν.

Ἀββακούμ. [7] πατὴρ ἐγέρσεως. τὸ μὲν γὰρ Ἀββᾶ, σημαίνει πατήρ· τὸ δὲ Κοὺμ, ἔγερσις. ὡς καὶ παρὰ τῷ θείῳ [8] Εὐαγγελίῳ· Ταλιθὰ, κούμ. ἤγουν ἡ παῖς ἐγείρου. Ὅθεν δῆλον, ὅτι διὰ τῶν δύο ββ γραπτέον τὸ Ἀββακούμ.

[9] Ἀβάλε. εἴθε ἀβάλε.

*pria.* Apud Homerum idem valet ac τὰ ἑαυτοῦ, *sua*; ut, *suas ad ædes unusquisque profectus est.* Ponitur etiam pro ὧν, *quorum*, vel *quarum*, ut apud Euripidem in *Medea*: *Peractis illis, quæ sum peractura, & compos facta illorum, quæ cupio.* Et apud Sophoclem: *Petis, quæ consequeris.* Si vero [τὸ ἃ] tenui spiritu notetur, & sit circumflexum, significat *Nunc*: ut in Eucli Vatis poemate. Correptum vero [τὸ ἀ,] & tenui spiritu notatum, significat enunciationem negativam.

Ἀαγές. Non fractum. Firmum.

Ἀάζειν. Turbare, Injuria affici, Inopia laborare, A cibo abstinere.

Ἀάλιον. Incompositum, impotens. Ἅλιον vero, vanum.

Ἄαπτος. Intactus, Illæsus. Herodianus ait, vocem hanc Ἄαπτος deduci a verbo ἰάπτω, quod significat lædo, addito α, vim privationis habente, & subtracta litera ι. Ἄαπτος, quem nullus lædere potest. Vel illud α, non privationem, sed intentionem hic significat, ita ut denotetur ille, qui aliquem valde lædere potest. Itaque, prius quidem denotat passionem; posterius vero, actionem. Dicitur tamen & ἄαπτος per privationem, is, qui intactus est.

Ἀαρών. Aaron, nomen proprium.

Ἀασάμην. Peccavi, Lapsus sum, Læsus sum, In calamitatem incidi.

Ἀάσαι quatuor significat: Satiare, Consopire, Lædere, Dolore afficere.

Ἀάσχετος. Qui retineri nequit.

Ἄατος. Illæsus.

Ἄβαι. Urbs Phocensis. Vocata autem fuit sic ab Heroe Aba.

Ἄβαζος. Quietus. Qui videlicet privatus est ipsa τοῦ βάζειν, id est, loquendi facultate.

Ἀβακής. Tenuis.

Ἀβακήμων. Stultus.

Ἀβακαῖνον. Abacænum. Urbs Siciliæ.

Ἀβάκησαν. Ignorarunt, Non intellexerunt.

Ἀββακούμ. Pater excitationis. Nam vox Ἀββᾶ significat Pater. Illud vero Κοὺμ, idem valet ac ἔγερσις, excitatio. Ut in divino Evangelio, Ταλιθὰ, κούμ. Id est, *o puella, excitare.* Unde manifestum est, vocem Ἀββακοὺμ per duplex ββ scribendam.

Ἀβάλε. Utinam.

1 Τὰ ἃ πρὸς δ.] Homerus Odyss. B. 258.

2 Μηδείᾳ] Vitiose prius Μηδίᾳ scribebatur. Sic autem versu τῆς Μηδείας 758. scriptum legitur, Πράξασ' ἃ μέλλω, καὶ τυχοῦσ' ἃ βούλομαι. Τὸ τυγχάνειν tamen sæpissime cum accusativo positum legitur. Consule nostrum Pindaricum Lexicum. Item apud Sophoclem in *Oedipo Tyranno*, pag. 176. Τὸ γὰρ τυχεῖν αὐτοῦ ἅπαντ' ἐλπίζω ἔτι. Idem in *Oedipo Coloneo.* pag. 307. Αἰτεῖς ἃ τεύξῃ. &c. quod a Suida observatum: sed nec fabula, nec fabulæ locus notatus. P.

3 Ἀάζειν] Apud Hesychium, Phavorinum, & Photium in Lexico inedito, legitur ἀαδεῖν, cum circumflexo in ultima.

4 Ἀασάμην] Homer. Il. I. 116. Ἀασάμην, οὐδ' αὐτὸς ἀναίνομαι. ubi Schol. Ἐβλάβην, ἔβλαψα, ἠδίκησα, ἐνύβρισα. Cæterum ex Suida supple Hesych. in v. Ἀασάμην.

5 Ἄατος] Eustath. ὁ ἀβλαβὴς, παρὰ τὴν ἄτην στερητικῶς. ἢ ἄατος, ὁ βλαβερὸς, παρὰ τὸ ἀάσαι τὸ βλάψαι. Id est, ἄατος, illæsus, nomen compositum ex particula α privationis vim habente, & nomine ἄτη, quod damnum, ac detrimentum significat. Vel ita vocatur homo noxius, qui nocet aliis, eosque lædit. Tunc autem deductum à verbo ἀάσαι, quod lædere, atque nocere significat. P.

6 Ἀβάκησαν] Homer. Odyss. Δ. 249. οἱ δ' ἀβάκησαν πάντες. ubi Schol. Ἠγνόησαν. παρὰ τὸ βάζω ἐστερημένοι. ἡ λέξις τῶν ἅπαξ εἰρημένων ἐστί.

7 Ἀββακούμ] Hæc ex Patrum aliquo, qui scripsit in Prophetiam Habacuc. Est enim Prophetæ nomen cum interpretatione. *Pearſ.*

8 Εὐαγγελίῳ] Marci cap. 5. v. 41. P.

9 Ἀβάλε.] Lego, Ἀβάλε. εἴθε, ὦ βάλε. Nihili enim sunt, quæ hic Portus attulit. Βάλε per se *utinam* significat; quod & ὦ. Ipse Suidas Βάλε, εἴθε, εἴθε μοι. & Hesych. Βάλε, ὦ φίλε. Lege, ὄφελον. *Pearſ.*

Ἄβαλεν. ἀντὶ τοῦ ἀνέβαλεν.

Ἀβάντειος. ὁ τοῦ Ἄβαντος· καὶ Ἀβαντιάδης.

Ἀβαντὶς. ἡ Εὔβοια.

Ἄβαξι. τοῖς παρ' ἡμῖν λεγομένοις ἀβακίοις. Ὁ [1] Λογοθέτης ἐν τῷ τῆς ἁγίας Θέκλης μαρτυρίῳ. [2] Τρύφαινα δὲ πάθει ληφθεῖσα, νεκροῖς ὁμοία πρὸς τοῖς Ἄβαξιν ὤφθη κειμένη. [3] Κυρίως δὲ ἄβαξ, ὁ μὴ βάσιν ἔχων.

[4] Ἀββᾶ. ὁ πατήρ. Οἱ μὲν παλαιοὶ ἐκάλουν πατέρα τὸν Θεὸν ἐξ οἰκείας διανοίας (ὡς Μωϋσῆς, Θεὸν τὸν γεννήσαντά σε ἐγκατέλιπες· καὶ Μαλαχίας, ὁ Θεὸς εἷς ἐγέννησεν ἡμᾶς καὶ πατήρ) οἱ δὲ ἐν χάριτι, ἀπὸ πνευματικῆς ἐνεργείας κινούμενοι. [5] Ὥσπερ γὰρ πνεῦμα σοφίας ἐστὶ, καθὸ σοφοὶ οἱ ἄσοφοι ἐγένοντο (καὶ δηλοῦται τοῦτο ἀπὸ τῆς διδασκαλίας) καὶ πνεῦμα δυνάμεώς ἐστι, καθὸ οἱ ἀσθενεῖς νεκροὺς ἤγειρον· καὶ πνεῦμα προφητείας, καὶ πνεῦμα γλωσσῶν· οὕτω καὶ πνεῦμα υἱοθεσίας. καὶ ὥσπερ ἴσμεν τὸ πνεῦμα τῆς προφητείας, [6] ἀφ' οὗ ὁ ἔχων αὐτὸ λέγει τὰ μέλλοντα ὑπὸ τῆς χάριτος κινούμενος· οὕτω δὴ καὶ πνεῦμα υἱοθεσίας, ἀφ' οὗ ὁ λαβὼν, πατέρα καλεῖ τὸν Θεὸν, ὑπὸ πνεύματος κινούμενος. [7] Ὁ δὲ βουλόμενος δεῖξαι [8] γνησιώτατον ὄν, καὶ τῇ τῶν Ἑβραίων ἐχρήσατο γλώττῃ. οὐ γὰρ εἶπε μόνον, ὁ πατήρ, ἀλλ' ἀββᾶ ὁ πατήρ· ὅπερ τῶν παίδων μάλιστά ἐστι τῶν γνησίων πρὸς τοὺς πατέρας ῥῆμα.

[9] Ἄβαπτος. ἀστόμωτος. [10] καὶ ἀβαπτότατος, ἀστομωτότατος.

Ἄβαρις. Σκύθης, Σεύθου υἱός. συνεγράψατο δὲ [11] χρησμοὺς τοὺς καλουμένους Σκυθικούς· καὶ γάμον Ἑ-

Ἄβαλεν. Dictum pro ἀνέβαλεν. Sursum jecit.

Ἀβάντειος. Abanteus, qui pertinet ad Abantem. Et Ἀβαντιάδης, Abantiades.

Ἀβαντὶς. Euboea.

Ἄβαξι. Idem significat, ac apud nos Ἀβακίοις, sive *abacis*. Logotheta in *sanctæ Theclæ martyrio : Tryphæna vero animi dolore correpta, mortuis similis ad Abaces conspiciebatur jacens.* Proprie verò Ἄβαξ, dicitur, ὁ μὴ βάσιν ἔχων, qui nullam habet basin.

Ἀββᾶ. *Abba*, Pater. Veteres Deum vocabant *patrem* ex mente propria: ut Moyses dicit, *Deum, qui te genuit, dereliquisti.* Et Malachias: *Ille Deus, & Pater, qui nos genuit.* Illi vero, qui gratia præditi sunt, Spiritus S. operatione moti id faciunt. Sicut enim datur Spiritus sapientiæ, secundum quem insipientes facti sunt sapientes (ut S. Scriptura nos docet); nec non Spiritus miraculorum, secundum quem infirmi mortuos excitarunt; Spiritusque prophetiæ, & Spiritus linguarum: sic etiam datur Spiritus adoptionis. Et, ut novimus, Spiritum prophetiæ illum esse, a quo, qui eum accepit, impulsus, futura prædicit, gratia eum movente; sic etiam Spiritum adoptionis eum intelligimus, quem qui consecutus est, illo movente, Deum *patrem* appellat. Apostolus vero, ostendere volens, nos esse vere germanos Dei filios, Hebræorum quoque voce usus est. Non enim solum *pater* dixit, sed *Abba pater :* qua voce liberi germani patres suos plerumque compellare solent.

Ἄβαπτος. Cujus acies durata non est. Et ἀβαπτότατος, idem quod ἀστομωτότατος.

Ἄβαρις. *Abaris*. Scytha, Seuthæ filius. Conscripsit autem *Oracula*, quæ *Scythica* vocan-

1 Λογοθέτης.] Cum plures fuerint Logothetæ, qui ingenii monumenta reliquerunt, cave alium hic a Suida laudari putes, quam Simeonem Metaphrastam Logothetam, qui initio Seculi X. floruit, & multorum Sanctorum martyria & vitas literis mandavit. Hieronymus Wolfius in Præfatione ad *Excerpta Historica Suidæ*, Latine ab ipso edita Basil. MDLXXXI. non sine insigni errore existimavit, citari a Suida Metochitam Logothetam, qui diu post, id est, seculo XIV. Sub Palæologis vixit; de qua hallucinatione nos monuit eruditissimus Bentleius in *Dissertatione de Phalaridis Epistolis*, pag. 23. ad quem Lectorem remitto. Portus non solum hic, sed etiam aliis in locis apud Suidam, τὸ Λογοθέτης, quod nomen appellativum esse putabat, interpretatus erat, *historiæ Scriptor*; pro quo nos *Logotheta* in versione substituimus.

2 Τρύφαινα δὲ πάθει] Locum hunc mirifice illustrat Basilius Seleuciensis, Lib. 1. *de Vita S. Theclæ*, pag. 266. Edit. Paris. in Fol. ubi eandem historiam, quam Suidas ex Logotheta hic attingit, narrans, ait: Ἡ Τρύφαινα, ὑπὸ τῷ μακρῷ τοῦ χρόνου ἀπειρηκυῖα, ὑπό τε τοῦ μεγέθους τῆς ἐπὶ τῇ Θέκλῃ ἀγωνίας λειποψυχήσασά τε καὶ λειποθυμήσασα, ἀθρόον καταφέρεται τοῦ θεάτρου παρὰ τοὺς Ἄβακας. Τόπος δὲ ἦν οὕτω καλούμενος Ἄβακες. i. e. *Tryphæna, & temporis diuturnitate victa, & præ magnitudine doloris, Theclæ causa concepti, animo deficiens, & caligine oculis offusa, subito de superiore Theatri parte deorsum fertur, juxta Abaces, qui erat locus ita dictus.* Ex hoc loco simul apparet, quid vox Ἄβαξιν hic apud Suidam significet: nimirum, locum olim in Theatris ita dictum. Vide etiam Ducangium in Glossario Græc. v. Ἄβαξ.

3 Κυρίως δὲ ἄβαξ, ὁ μὴ βάσιν ἔχων.] Hæc verba desunt in MSS. Reg.

4 Ἀββᾶ] Totus hic locus sumptus est ex Chrysost. Homil. XIV. in cap. VIII. Epist. ad Rom. ut Pearsonius, literatæ Britanniæ decus quondam maximum, in notula ad marginem Suidæ sui recte observaverat. Reperiet autem ista Lector Tom. III. Oper. Chrysost. pag. 115. Edit. Savil. ubi cum nonnulla rectius legantur, locum hunc Suidæ inde restitui & emendavi.

5 Ὥσπερ γὰρ] In prioribus editionibus sic legitur, ὥσπερ πνεῦμα σοφίας εἶναι, cujus loco meliorem lectionem ex Chrysostomo substitui. Wolfius & Portus verum hujus loci sensum non fuerunt assecuti.

6 Ἀφ' οὗ] Sic Chrysostomus. In prioribus editionibus vero male legitur ἀφ' ὧν.

7 Ὁ δὲ] Pro ὁ δὲ, quod in prioribus Edit. invito sensu legitur, ex Chrysost. substitui Ὁ δὲ.

8 Γνησιώτατον ὄν.] In Chrysostomo rectius, ut puto, legitur γνησιότητα, cujus lectionis sensum in versione expressi.

9 Ἄβαπτος.] Ferrum candens, aquæ immersum, durius evadere notum est. Unde σίδηρος ἄβαπτος dicitur ferrum, cujus acies immersione in aquam durata non est. Sophocles in *Ajace Flagellif.* p. 39.

Κἀγὼ γὰρ, ὃς τὰ δείν' ἐκαρτέρουν τότε,
Βαφῇ σίδηρος ὣς, ἐθηλύνθην στόμα,
Πρὸς τῆσδε τῆς γυναικός.

ubi Scholiastа: Ἐν τῇ βαφῇ ὡς ἀνίεται ὁ σίδηρος, ἀλλὰ μᾶλλον στερεοῦται. P. † Huc spectat illud Homeri:

Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ χαλκεὺς πέλεκυν μέγαν ἠὲ σκέπαρνον
Εἰν ὕδατι ψυχρῷ βάπτῃ μεγάλα ἰάχοντα
Φαρμάσσων· τὸ γὰρ αὖτε σιδήρου γε κράτος ἐστίν.

10 Καὶ ἀβαπτότατος, ἀστομωτότατος.] Hæc verba desunt in Ed. Med. & 2 Codd. Paris.

11 Χρησμούς.] Oraculorum Abaridis meminit Apollonius *Histor. Comment.* c. 4. his verbis: Ἔγραψε δὲ καὶ χρησμοὺς, τοὺς χώρας (malim τὰς χώρας) περιερχόμενος, οἳ εἰσι μέχρι τοῦ νῦν ὑπάρχοντες. *Scripsit etiam Oracula, varias regiones obiens, quæ hodieque extant.* Schol. Aristoph. ad *Equites*, p. 331. Ὅτι δὲ καὶ Βάκιν (lege Ἄβαριν, cum Scaligero ad Euseb. Chron. Num. MCCCCLIV. & Maussaco ad Harpocrat.) φασὶ τὸν Ὑπερβόρεον ἐλθόντα ἤδη εἰς τὴν Ἑλλάδα Ἀπόλλωνι δουλεῦσαι, καὶ οὕτω συγγράψαι τοὺς χρησμοὺς, τοὺς νῦν προσαγορευομένους Βακίδος (lege Ἀβάριδος) id est, *Quo tempore Abarin Hyperboreum quoque legatum sacrorum causa in Græciam profectum, Apollini servisse. & sic conscripsisse ferunt Oracula, hodie Abaridis vocata.*

γραφὴν τοῦ ποταμοῦ· καὶ καθαρμοὺς· καὶ Θεογονίαν καταλογάδην. καὶ Ἀπόλλωνος ἄφιξιν εἰς Ὑπερβορέους, ἐμμέτρως. Ἧκε δὲ ἐκ Σκυθῶν εἰς Ἑλλάδα. Τούτου ὁ μυθολογούμενος [1] ὀϊστὸς, ὃν πετόμενον ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος μέχρι τῶν Ὑπερβορέων Σκυθῶν. ἐδόθη δὲ αὐτῷ παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος. Τούτου καὶ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος, ἐν τῷ εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον [2] Ἐπιταφίῳ μνήμην πεποίηται. [3] Φασὶ δὲ, ὅτι λοιμοῦ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην γενομένου, ἀνεῖλεν ὁ Ἀπόλλων μαντευομένοις Ἕλλησί τε καὶ Βαρβάροις, τὸν Ἀθηναίων δῆμον ὑπὲρ πάντων εὐχὰς ποιήσασθαι. Πρεσβευομένων δὲ πολλῶν ἐθνῶν πρὸς αὐτοὺς, καὶ Ἄβαριν ἐξ Ὑπερβορέων πρεσβευτὴν ἀφικέσθαι λέγουσι κατὰ τὴν [4] τρίτην ὀλυμπιάδα. [5] Ὅτι τοὺς Ἀβάρεις οἱ Βούλγαροι κατὰ κράτος ἄρδην ἠφάνισαν. [6] Ὅτι οἱ [7] Ἀβάρεις οὗτοι ἐξήλασαν [8] Σαβίνωρας, μετανάσται γενόμενοι ὑπὸ ἐθνῶν οἰκούντων μὲν τὴν παρωκεανῖτιν ἀκτὴν, τὴν δὲ χώραν ἀπολιπόντων διὰ τὸ ἐξ ἀναχύσεως τοῦ Ὠκεανοῦ ὁμιχλώδεις γενόμενοι, καὶ γρυπῶν δὲ πλῆθος ἀναφανέν. ὅπερ ἦν λόγος, μὴ πρότερον παύσασθαι, πρὶν ἢ βορὰν ποιήσασθαι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. Διὸ δὴ ὑπὸ τῶνδε ἐλαυνόμενοι τῶν δεινῶν, τοῖς πλησιοχώροις ἐνέβαλον, καὶ τῶν ἐπιόντων δυνατωτέρων ὄντων, οἱ τὴν ἔφοδον ὑφιστάμενοι μετανίσταντο, ὥσπερ καὶ οἱ Σαράγουροι [9] ἐλαθέντες πρὸς τοῖς [10] Ἀκτίροις Οὔννοις ἐγένοντο. Κλίνεται δὲ, Ἄβαρις, Ἀβάριδος, τοὺς Ἀβάριδας, καὶ κατὰ ἀποκοπὴν Ἀβάρεις. ζήτει περὶ τῶν αὐτῶν, ἐν τῷ Βούλγαροι.

Ἀβαρνὶς, ὄνομα πόλεως.

Ἄβας. σοφιστὴς, Ἱστορικὰ ὑπομνήματα καὶ Τέχνην Ῥητορικὴν καταλιπών.

Ἀβασάνιστος· ἀνεξέταστος, ἢ ἀγύμναστος καὶ ἀδοκίμαστος. εἴρηται δὲ [11] ἀπὸ τῆς βασάνου τῆς χρυσοχοϊκῆς λίθου, ἐν ᾗ δοκιμάζουσι τὸ χρυσίον. Ἐχρήσατο δὲ Αἰλιανὸς ἐν τῷ περὶ Προνοίας τῷ ἀβασάνιστος, ἀντὶ τοῦ ἄνευ ὀδύνης.

Ἀβάσκανος. ἀψευδής. ἀνεπίφθονος. [12] Ὁ δὲ

tur. Item *Nuptias Hebri Fluvii*. Item *Lustrationes*, sive *Expiationes*, & *Theogoniam*, oratione soluta. Item *Apollinis adventum ad Hyperboreos*, oratione ligata. Venit autem ex Scythia in Græciam. Hujus fertur fuisse illa fabulis celebrata sagitta, cum qua ex Scythia usque ad Hyperboreos Scythas volavit. Ab Apolline autem hæc sagitta ipsi data fuerat. Hujus & Gregorius Theologus in Oratione funebri in Magnum Basilium mentionem fecit. Aiunt autem, peste per universum terrarum orbem grassante, Apollinem & Græcis & Barbaris, Oraculum consulentibus, respondisse; oportere populum Atheniensem pro omnibus vota facere. Cum igitur multæ gentes Legatos ad ipsos mitterent, & Abarin ab Hyperboreis Legatum tertia Olympiade eo venisse dicunt. Abaros autem Bulgari per vim funditus deleverunt. Hi autem Abari expulerant Sabinores, cum ipsi prius ex suis sedibus expulsi fuissent a gentibus, quæ littus quidem Oceano vicinum incolebant, agrum vero proprium dereliquerant, ob nebulosum aerem, ex Oceani restagnatione provenientem; quin etiam propter Gryphorum copiam, quæ apparuerat, quam rumor erat, non prius cessaturam, quam homines devorasset. His itaque malis agitati, in vicinos impetum fecerunt: cumque invadentes potentiores essent; illi, qui invadebantur, in aliam regionem migrarunt, quemadmodum & Saraguri suis sedibus pulsi, Actiros Hunnos petiverunt. Declinatur autem Ἄβαρις, Ἀβάριδος, τοὺς Ἀβάριδας, & per apocopen Ἀβάρεις. Quære de iisdem in v. Βούλγαροι.

Ἀβαρνίς. Abarnis. Nomen urbis.

Ἄβας. Abas Sophista, qui Historicos Commentarios & Artem Rhetoricam reliquit.

Ἀβασάνιστος. Inexploratus, aut Inexercitatus, & Non examinatus. Dictum est à βάσανος, i. e. lapide aurificum, quo aurum probatur. Ælianus in libro *de Providentia* usus est voce ἀβασάνιστος de eo, qui nullis doloribus cruciatur.

Ἀβάσκανος. Non mendax. Non invidiosus.

1 Ὀϊστὸς] Iamblichus *de Vita Pyth.* p. 128. tradit, Abaridem dictum fuisse Αἰθροβάτην, ὅτι τῷ δοθέντι αὐτῷ ἐν Ὑπερβορέοις Ἀπόλλωνος ὀϊστῷ ἐποχούμενος ποταμούς τε καὶ πελάγη καὶ τὰ ἄβατα διέβαινεν. i. e. *Quod sagitta Apollinis Hyperborei vectus, fluvios, maria, & loca inaccessa transiret.* Plura de hoc Abaride leges apud eundem, p. 131. & alibi.

2 Ἐπιταφίῳ.] Locus, ad quem *Suidas* hic respexit, exstat p. 331. Tom. 1. Oper. Gregorii Nazianz. Edit. Paris. ann. MDCIX. Meminit præterea hujus Abaridis idem Gregor. Nazianz. Epist. VI. ad Basilium Magnum.

3 Φασὶ δὲ ὅτι λοιμοῦ.] Vide Harpocrat. v. Ἄβαρις, & ibi Valesium; item *Suidam* v. Εἰρεσιώνη, & v. Προηρόσια.

4 Τρίτην ὀλυμπ.] In uno MS. Paris. scriptum inveni, κατὰ τὴν νγ' ὀλυμπιάδα, i. e. *Olympiade LIII*; quod congruit cum opinione Pindari, qui, teste Harpocratione v. Ἄβαρις, Abarin temporibus Crœsi in Græciam venisse tradidit. Sed de Abaridis ætate legendus est Illustr. Bentleius in Dissertat. de Phalar. Epist. p. 48.

5 Ὅτι τοὺς Ἀβάρεις.] Hæc, & quæ sequuntur, a præcedenti articulo separari debuissent. Non enim in iis agitur de Abaride Philosopho, sed gente Abarorum, sive Avarum; quæ duo quam sint diversa, quivis facile videt. Multis autem in locis Lexici hujus simili modo peccatum esse video, rebus scilicet diversissimis, quæ nihil, præter nominis appellationem, commune habent, absque ulla distinctione, sub unum articulum redactis; quæ res incautum Lectorem facile decipere potest.

6 Ὅτι οἱ Ἀβάρεις.] Locus hic sumptus est ex Prisci Rhetoris & Sophistæ Historia, quæ quidem ipsa intercidit, sed luculenta ejus Fragmenta inter *Eclogas de Legationibus*, ab Hœschelio editas, hodie adhuc supersunt. In iis p. 43. Edit. Paris. ipsissimis verbis ea leguntur, quæ hic de Abaris narrantur: quamvis *Suidas* nonnulla habeat, quæ ibi non reperias.

7 Οἱ Ἀβάρεις.] Non solum Priscus, sed etiam alii Scriptores hanc gentem vocant Ἀβάρους & Ἄβαρες, uti etiam apud *Suidam* procul dubio legendum est.

8 Σαβίνωρας.] Apud Priscum hi vocantur Σαβῖροι, qui erant gens Hunnorum, ut nos docet Agathias, Lib. III. p. 92.

9 Ἐλαθέντες.] Apud Priscum post hanc vocem additur, [illegible]; uti etiam infra apud *Suidam* v. Ἀκάτιροι, ubi nonnulla ex hoc loco repetuntur.

10 Ἀκτίροις.] In 2 MSS. Paris. exaratum est Ἀκατίροις. Apud Priscum legitur Ἀκατζίροις, uti etiam apud *Suidam* suo loco. Ceterum locus hic fortasse rectius sic legeretur, πρὸς τοὺς Ἀκτίρους Οὔννους παρεγένοντο, i. e. *Actiros Hunnos petiverunt*, vel, *eos adiverunt*.

11 Ἀπὸ τῆς βασάνου] Schol. Thucyd. ad c. 20. L. 1. Ἀβασανίστως] Ἡ λέξις μεταφέρεται ἀπὸ τῆς βασάνου τῆς λίθου, ὅπου τὸ χρυσὸν δοκιμάζεται. *Pears.*

12 Ὁ δὲ μάρτυς] Hæc sunt verba Josephi *de Bello Judaico*, Lib. 1. c. 7. *Pears.*

μάρτυς ἀβάσκανος γίνεται πρὸς Καίσαρα τῶν Ἀντιπάτρου κατορθωμάτων.

Ἄβατον. ἱερόν. ἀπρόσιτον. ἔρημον. καὶ ὁδὸς ἄβατος, ἡ ἀπόρευτος.

Ἀβαχθανί. [1] λέξις Ἑβραϊκή, ἐγκαταλελειμμένος.

Ἀβδέλυκτα. τὰ μὴ μιαίνοντα. ἃ οὐκ ἄν τις βδελυχθείη, καὶ [2] δυσχεράνειε. Τραγικωτέρα δὲ ἡ λέξις. Αἰσχύλος Μυρμιδόσι·

Καὶ μὴν, φιλῶ γὰρ, ἀβδέλυκτ' ἐμοὶ τάδε.

[3] Ἄβδηρα. θάλασσα, καὶ ὄνομα πόλεως. ὁ πολίτης Ἀβδηρίτης. καὶ Φάληρα. καὶ Κύθηρα διὰ τοῦ η. Γάδειρα δὲ, καὶ Στάγειρα, καὶ Τόπειρα, καὶ Δότειρα διὰ τῆς ει διφθόγγου.

Ἀβδιού. ὄνομα κύριον.

Ἀβέβαιος. ὁ ἀσταθὴς καὶ εὐμετάβλητος.

Ἀβέβηλα. τὰ μὴ βάσιμα χωρία· ἱερὰ δὲ καὶ ὅσια. Βέβηλα γὰρ ἐλέγετο τὰ μὴ ὅσια, μηδὲ ἱερὰ, παντὶ δὲ βάσιμα. καὶ βέβηλοι, οἱ μὴ κεκοινωνηκότες ἱερῶν. καὶ λόγοι ἀβέβηλοι, ἀπόρρητοι. καὶ ἀβέβηλος, ὁ καθαρός.

Ἄβελ, υἱὸς Ἀδάμ. [4] οὗτος παρθένος καὶ δίκαιος ὑπῆρχε, καὶ ποιμὴν προβάτων. ἐξ ὧν καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ προσαγαγὼν, καὶ δεχθεὶς, ἀναιρεῖται φθονηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Κάϊν. Ὁ Κάϊν δὲ γεωργὸς τυγχάνων, καὶ μετὰ τὴν δίκην χειρόνως βιώσας, στένων καὶ τρέμων ἦν. Ὁ γὰρ Ἄβελ τὰ πρωτότοκα τῷ Θεῷ καθιερῶν φιλόθεον μᾶλλον, ἢ φίλαυτον, ἑαυτὸν καθίστη. ὅθεν καὶ διὰ τὴν ἀγαθὴν αὐτοῦ προαίρεσιν ἀπεδέχθη. Ὁ δὲ Κάϊν δυσσεβῶς ἑαυτῷ ἀπονέμων τὰ πρῶτα γεννήματα, τῷ Θεῷ δὲ τὰ δεύτερα, εἰκότως καὶ ἀπεβλήθη. Φησὶ γάρ· Καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέρας τινὰς, προσενήνοχε Κάϊν ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς. ὥστε διὰ τοῦτο Κάϊν ἐλέγχεται, ὅτι μὴ τὰ ἀκροθίνια γεννήματα προσενήνοχε τῷ Θεῷ, ἀλλὰ τὰ μεθ' ἡμέρας τινὰς, καὶ δεύτερα.

Ἀβελτεροκόκκυξ. ὁ κενὸς καὶ ἀβέλτερος.

Ἀβέλτερος. ἀνόητος. ἀσύνετος. [5] ὁ τὸ βέλτιον μὴ γινώσκων. Ὡς δὲ παρὰ τὸ φέρω φέρτερος, οὕτω παρὰ τὸ βάλλω, βέλτερος. Βέλτερος γὰρ ὁ φρόνιμος. Οὐ μὰ Δί' οὐχ ὁ πλεονέκτης καὶ ἀγνώμων, ἀλλ' [6] ὁ ἀνόητος καὶ εὐήθης μετὰ χαυνότητος. Μένανδρος ἐν Περινθίᾳ·



*Ille vero recte & praeclare ab Antipatro factorum testis apud Caesarem minime invidus fuit.*

Ἄβατον. Sacrum. Inaccessum. Desertum. Et ὁδὸς ἄβατος, Iter invium.

Ἀβαχθανί. Vocabulum Hebraicum, idem quod ἐγκαταλελειμμένος. *i. e.* Derelictus.

Ἀβδέλυκτα. Quae non polluunt. Quae quis non abominetur, nec iniquo animo ferat. Est autem vox Tragicis familiaris. Aeschylus in Myrmidonibus:

*Atqui ego ista (amo enim,) nequaquam abominor.*

Ἄβδηρα. Abdera. Mare. Et nomen urbis. Civis, Abderita. Dicitur autem & Φάληρα, & Κύθηρα, per η. Γάδειρα vero, & Στάγειρα, & Τόπειρα, & Δότειρα per ει diphthongum scribuntur.

Ἀβδιού. Abdiou. Nomen proprium.

Ἀβέβαιος. Inconstans, & qui facile mutatur.

Ἀβέβηλα. Non pervia loca, seu, per quae non licet ire, sed sacra, & sancta. Βέβηλα enim dicebantur, non sancta, neque sacra loca, sed cuilibet pervia. Et Βέβηλοι vocabantur, qui sacrorum participes non erant, seu, profani. Et Λόγοι ἀβέβηλοι, sermones arcani. Item ἀβέβηλος, purus.

Ἄβελ. Abel, filius Adami. Hic castus & justus erat, & pastor ovium, ex quibus sacrificium Deo cum obtulisset, idque ei acceptum fuisset, a fratre Cain per invidiam interfectus fuit. Cain vero, agricola, post judicium deterius vivens, perpetuo gemuit & tremuit. Abel enim primogenitos foetus Deo consecrans, se Dei, quam sui ipsius, amantiorem esse demonstravit. Quamobrem etiam ob bonam ipsius voluntatem Deo acceptus fuit. Cain vero, impie sibi ipsi attribuens primos fructus, ipsi vero Deo secundos offerens, jure rejectus fuit. Dicit enim Scriptura: *Et factum est post aliquot dies, & obtulit Cain de fructibus terrae.* Itaque eam ob causam Cain reprehenditur, quod non primitias frugum, sed secundas fruges, & post aliquot dies natas, Deo obtulisset.

Ἀβελτεροκόκκυξ. Vanus, & stolidus.

Ἀβέλτερος. Insipiens. Intelligentiae expers. Qui non cognoscit id, quod melius est. (Uti autem a φέρω fit φέρτερος, sic a βάλλω, βέλτερος. Nam βέλτερος significat *prudentem.*) Non per Jovem avarus & inconsideratus, sed insipiens & fatuus, cum fastu inani. Menander in *Perinthia:*

1 Ἀβαχθανί] Respicit Matth. XXVIII. 46. ubi tamen legitur Σαβαχθανί. Sed ita Graeci, linguae Syriacae ignari, nonnunquam scripsere, ut apud Epiphanium, p. 338. Ἠλί, ἠλί, λιμᾶς ἀβαχθανί. *Pears.*

2 Δυσχεράνει[ε] Hanc lectionem ex 2 MSS. & Edit. Med. revocavi. In caeteris enim Editionibus, praeter Mediolanensem, legitur δυσχεραίνει.

3 Ἄβδηρα. θάλασσα.] Herodotus lib. 1. 43. 22. de Teiis verba faciens, haec scribit, *Ἐσβάντες πάντες ἐς τὰ πλοῖα, οἴχοντο πλέοντες ἐπὶ τῆς Θρηΐκης. καὶ ἐνθαῦτα ἔκτισαν πόλιν Ἄβδηρα. Id est, Ingressi omnes navigia, abierunt navigantes in Thraciam, atque hic urbem Abdera condiderunt.* Ergo τὰ Ἄβδηρα, τῶν Ἀβδήρων, genere neutro dictum. Ab hac autem urbe, quam mare Thracium alluebat, ut verisimile videtur, ipsum quoque mare Abdera nominatum: quod minime παράδοξον. Sic igitur apud Suidam locus intelligendus. Nam Ἄβδηρα per se positum, pro mari sumptum, apud nullos (quod sciam) scriptores invenietur. Οἱ λεξικογράφοι, καὶ γραμματικοὶ tacent. Quare lector monendus. *P.* † Vide Stephanum h. v. & ibi Holstenium.

4 Οὗτος παρθένος.] Observandum (quod in vulgatis lexicis non traditur) hanc vocem παρθένος non solum foeminino genere efferri, ut puella virgo significetur, sed etiam masculo, maribusque tribui, qui nullam foeminarum notitiam unquam habuerunt, & qui propter vitae castitatem, coelesti regno dignam, à Latinis coelibes appellantur. Non solum autem hic nomen illud sic positum videmus: sed & infra in voce Μελχισεδέκ. Sic etiam apud Johannem, Ἀποκαλύψεως cap. XIV. v. 4. Οὗτοί εἰσιν οἳ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν. παρθένοι γάρ εἰσι. *P.*

5 Ὁ τὸ βέλτιον] Haec verba, & quae sequuntur, usque ad βάλλω. βέλτερος, desunt in MSS. Paris. unde suspicor, ea ex margine in textum irrepsisse, ut multa alia apud Suidam.

6 Ὁ ἀνόητος καὶ εὐήθης] Haec αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Eustath. ad Odyss. Β. p. 1448. 12.



Ὅτις

[1] Ὅστις παραλαβὼν δεσπότην ἀπράγμονα
Καὶ κοῦφον ἐξαπατᾷ θεράπων, οὐκ οἶδ᾽ ὅτι
Οὗτος μεγαλεῖον ἐστὶ διαπεπραγμένος
Ἐπαβελτερώσας τὸν ποτὲ ἀβέλτερον.

Λέγουσι δὲ καὶ ἀβελτήρειον, τὴν ἀβελτηρείαν. Ἀλεξανδρίδης Ἑλένῃ.

Ἄγκυρα, λέμβος, σκεῦος ὅτι βούλει λέγε.
Ὦ Ἡράκλεις [2] ἀβελτηρείου τηλικοῦ.
Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἂν εἰπεῖν τὸ μέγεθος δύναιτό τις.

Καὶ ἀβελτηρεία, ἡ ἀφροσύνη, ἡ ἀνοησία. Μένανδρος. [3] Εἰς τοῦτο ἀβελτηρείας ἤλασεν αὐτοῖς ὁ νοῦς, ὥστε θάτερον μέρος τὴν κατὰ θατέρου μᾶλλον ἢ τὴν κατὰ τῶν πολεμίων, εὔχεσθαι νίκην.

Ἀβελτερώτατος. [4] Ἀριστοφάνης.

Τέως δ᾽ ἀβελτερώτατοι
Κεχηνότες Μαμμάκυθοι
Μελιτίδαι κάθηνται.

Ἀβέλτερος νοῦς. χαῦνος, εὐήθης, νέος.

Ἀβέρβηλος. ὁ ἀκατάστατος. Λέγεται δὲ καὶ [5] Ἀβύρβηλον. ἀναίσχυντον, ἀπεχθές.

Ἀβεσσαλών, ὄνομα κύριον. ὃς τοῦ ἰδίου πατρὸς Δαβὶδ κατεξανέστη, καὶ ἀνῃρέθη ἐν τῷ πολέμῳ.

Ἀβειρών. ὄνομα κύριον.

Ἀβηρωθαῖος. ὄνομα κύριον.

Ἀβής. ὁ ἀσύνετος.

Ἀβιά. ὄνομα κύριον.

Ἀβιαδηνός. ἀπὸ πόλεως Ἀβιαδηνῆς.

Ἀβιάθαρ. ὄνομα κύριον.

Ἀβίας. υἱὸς Ῥοβοὰμ, τοῦ υἱοῦ Σολομῶντος. οὗτος ἐπολέμησεν Ἱεροβοὰμ τῷ δούλῳ Σολομῶντος, καὶ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀνεῖλεν [6] ἄνδρας δυνατοὺς αφ΄.

Ἀβίγας. ποταμός.

Ἀβιέζερ. ὄνομα κύριον.

[7] Ἀβιμέλεχ. ὄνομα κύριον. υἱὸς Γεδεών. οὗτος ἐπάταξε τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν ἐλευθέρων, ἄνδρας ο΄ ἐπὶ λίθον ἕνα. ἐξ ὧν οὐκ ἀπελείφθη πλὴν Ἰωάθαμ τοῦ νεωτέρου διαδράντος. ὃς καὶ παρερχομένου τοῦ Ἀβιμέλεχ μετὰ τοῦ λαοῦ, ἀνῆλθεν ἐπὶ τὴν

*Quicunque nactus Dominum segnem*
*Et levem, decipit eum famulus, nescio quodnam*
*Iste magnum facinus fecerit,*
*Quod in majorem stultitiam impulerit jam ante stultum.*

Ἀβελτηρείαν vero quidam etiam ἀβελτήρειον vocant. Alexandrides *Helena*:

*Anchora, lembus, vas quodcunque vis, dic.*
*O Hercules, amentiam grandem.*
*Sed neque magnitudinem dicere quis possit.*

Et ἀβελτηρεία dicitur amentia, vel insipientia. Menander: *Eo vesaniæ progressi sunt, ut a sese invicem magis, quam ab hostibus, victoriam reportare optarent.*

Ἀβελτερώτατος. Stupidissimus. Aristophanes:

*Interea vero stupidissimi,*
*Hiantes ut Mammacuthi*
*Et Melitidæ sedent.*

Ἀβέλτερος νοῦς, Stupida mens. Inanis. Fatua. Juvenilis.

Ἀβέρβηλος. Incompositus. Dicitur etiam Ἀβύρβηλον, Impudens, Invisum.

Ἀβεσσαλών. Abesalon. Nomen proprium viri, qui in suum patrem Davidem excitata seditione insurrexit, & in bello interfectus est.

Ἀβειρών. Abiron. Nomen proprium.

Ἀβηρωθαῖος. Aberothæus. Nomen propr.

Ἀβής. Insipiens.

Ἀβιά. Abia. Nomen proprium.

Ἀβιαδηνός. Abiadenus, ab urbe Abiadena sic dictus.

Ἀβιάθαρ. Abiathar. Nomen proprium.

Ἀβίας. Abias Roboami filius, Solomonis nepos, qui bellum intulit Hieroboamo, Solomonis subdito, & uno die sustulit quingenta millia fortium virorum.

Ἀβίγας. Abigas, fluvius.

Ἀβιέζερ. Abiezer. Nomen proprium.

Ἀβιμέλεχ. Abimelech. Nomen proprium. Filius Gedeonis. Hic interfecit suos fratres, ex ingenuis mulieribus procreatos, LXX. viros, supra lapidem unum: de quibus nullus relictus est præter Joathamum, minimum natu, qui aufugit, &, prætereunte Abimelecho cum po-

1 Ὅστις παραλαβὼν] Sunt senarii Iambici, in quorum ultimo, ut labans metrum fulciatur, lege τὸν ὄντα ἀβέλτερον, vel simile quid.

2 Ἀβελτηρείου τηλικοῦ] Iambum hunc esse corruptum, vel metri lex quemvis doceat. Quomodo autem sit restituendus, jam non succurrit. Portus pro ἀβελτηρείου legit ἀβελτηρίου, & pro τηλικοῦ, τοῦ μανικοῦ; quod arrideret, si probari posset, syllabam primam in μανικοῦ aliquando esse longam.

3 Εἰς τοῦτο ἀβελτηρείας] Hæc verba Portus infeliciter admodum in Iambos redigere tentavit, cum sint Menandri, non Comici, sed Historici, ex quo non pauca loca in hoc Lexicum translata sunt. Non exstat autem hæc ῥῆσις in *Excerptis Legationibus*, quæ ex Menandri historia hodie superstites sunt: unde dubium non est, Suidam ex integra ejus historia, quæ temporum injuria intercidit, locum hunc descripsisse.

4 Ἀριστοφάνης.] Apud Aristoph. ἐν Βατρ. p. 169. 10. sic legitur:

Τέως δ᾽ ἀβελτερώτεροι
Κεχηνότες Μαμμάκουθοι,
Καὶ Μελιτίδαι κάθηνται.

In hoc loco propter metrum legendum est Μαμμάκυθοι, ut in Editione principe Aristophanis Aldina, & apud Hesych. recte legitur. Versus ultimus apud Suidam recte se habet, & τὸ καὶ apud Aristoph. delendum, quoniam syllaba secunda in Μελιτίδαι est longa, ut apparet ex hoc versu ejusdem Comici in *Ran.* p. 180. Σκολιῶν Μελήτου [καὶ] Καρικῶν αὐλημάτων: ubi itidem τὸ καὶ delendum est, tam ob legem metri & sensum, quam auctoritatem Suidæ in v. Μέλητος, & Ἐκτελίων & Μαμμάκυθος, ut optime me monuit eruditiss. Bentlejus.

5 Ἀβύρβηλον] In prioribus Edit. legitur ἀβέρβηλον. Sed in 2. MSS. Paris. ἀβύρβηλον scriptum inveni. Vid. Suid. infra v. Ἀβύρβηλον.

6 Ἄνδρας δυνατοὺς αφ΄] Portus hunc locum verterat, *mille & quingentos viros*, cum debuisset, *quingenta millia*. Nam 2. Chron. XIII. expresse legitur, πεντακόσιαι χιλιάδες. Et Joseph. Antiq. l. VIII. c. 5. πεντήκοντα μυριάδες, i. e. 500000. Unde apud Suidam pro αφ, melius scribetur ϡ, quippe qua nota numerus modo dictus apud Græcos significatur. *Pears.*

7 Ἀβιμέλεχ] Totus hic locus ex cap. IX. *Judic.* transcriptus est.

κορυφὴν

κορυφὴν τοῦ ὄρους, καὶ ἐπάρας τὴν φωνὴν αὐτοῦ, ἔφη πρὸς αὐτοὺς παραβολὴν τοιαύτην. Ἀκούσατέ μου ἄνδρες Σικίμων, καὶ ἀκούσῃ ὑμῶν ὁ Θεός. Πορευόμενα ἐπορεύθησαν τὰ ξύλα, τοῦ χρίσαι βασιλέα ἐφ᾽ ἑαυτῶν. καὶ εἶπον τῇ ἐλαίᾳ, βασίλευσον ἐφ᾽ ἡμῶν. καὶ εἶπεν αὐτοῖς ἡ ἐλαία, ἀφεῖσα τὴν πιότητά μου, ἣν ἐδόξασεν ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς καὶ οἱ ἄνθρωποι, πορευθῶ ἄρχειν τῶν ξύλων; Καὶ εἶπον τὰ ξύλα τῇ συκῇ, δεῦρο, βασίλευσον ἐφ᾽ ἡμῶν. καὶ εἶπεν αὐτοῖς ἡ συκῆ, ἀφεῖσα τὴν γλυκύτητά μου, καὶ τὸ γέννημά μου τὸ ἀγαθὸν, πορευθῶ ἄρχειν τῶν ξύλων; Καὶ εἶπον τὰ ξύλα πρὸς τὴν ἄμπελον, δεῦρο βασίλευσον ἐφ᾽ ἡμῶν. καὶ εἶπεν αὐτοῖς ἡ ἄμπελος, ἀφεῖσα τὸν οἶνόν μου, καὶ τὴν εὐφροσύνην τῶν ἀνθρώπων, πορευθῶ ἄρχειν τῶν ξύλων; Καὶ εἶπον πάντα τὰ ξύλα τῇ ῥάμνῳ, δεῦρο, σὺ βασίλευσον ἐφ᾽ ἡμῶν. καὶ εἶπεν ἡ ῥάμνος πρὸς τὰ ξύλα, εἰ ἐν ἀληθείᾳ χρίετέ με ὑμεῖς τοῦ βασιλεύειν ἐφ᾽ ὑμῶν, δεῦτε, ὑπόστητε ἐν τῇ σκιᾷ μου. καὶ εἰ μὴ, ἐξέλθῃ πῦρ ἀπ᾽ ἐμοῦ, καὶ καταφάγῃ τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου. Καὶ νῦν εἰ ἐν ἀληθείᾳ καὶ ὁσιότητι ἐποιήσατε μετὰ τοῦ πατρός μου, καὶ μετὰ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ ἐβασιλεύσατε τὸν Ἀβιμέλεχ υἱὸν τῆς παιδίσκης αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς ἄνδρας Σικίμων, εὐφρανθείητε ἐν αὐτῷ, καὶ εὐφρανθείη γε καὶ αὐτὸς ἐν ὑμῖν· εἰ δὲ μὴ, ἐξέλθοι πῦρ ἐξ Ἀβιμέλεχ, καὶ καταφάγοι τοὺς ἄρχοντας ὑμῶν, καὶ τοὺς οἴκους αὐτῶν. καὶ ἐξέλθοι πῦρ ἐκ τῶν ἀνδρῶν Σικίμων, καὶ καταφάγοι τὸν Ἀβιμέλεχ. καὶ ἀπέδρα Ἰωάθαμ ἀπὸ προσώπου Ἀβιμέλεχ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἀβιμέλεχ ἦρξεν ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ ἔτη τρία. Καὶ ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς πνεῦμα πονηρὸν ἀναμέσον Ἀβιμέλεχ, καὶ ἀναμέσον ἀνδρῶν Σικίμων. Καὶ ἠθέτησαν οἱ ἄνδρες Σικίμων ἐν τῷ οἴκῳ Ἀβιμέλεχ, τοῦ ἐπαγαγεῖν ἀδικίαν καὶ τὸ αἷμα τῶν ο΄ υἱῶν Γεδεὼν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Ἀβιμέλεχ. [1] Καὶ γὰρ ἀπελθὼν πολεμῆσαι πύργον, ὥστε καθελεῖν, καὶ προσεγγίσας τῇ θύρᾳ τοῦ πύργου ἐμπρῆσαι αὐτὴν, συνετρίβη τὴν κεφαλὴν, κλάσμα μύλου γυναικὸς ἐγχεούσης κατ᾽ αὐτοῦ. Καὶ εἶπε πρὸς τὸν αἴροντα τὰ σκεύη αὐτοῦ, σπάσον τὴν ῥομφαίαν σου, καὶ θανάτωσόν με, μή ποτε εἴπωσι, γυνὴ αὐτὸν ἀπέκτεινε. Καὶ κεντήσας αὐτὸν τὸ παιδάριον, ἀνεῖλε. Καὶ ἐπέστρεψεν ὁ Θεὸς τὴν πονηρίαν Ἀβιμέλεχ, ἣν ἐποίησε τῷ πατρὶ αὐτοῦ, ἀποκτείνας τοὺς ο΄ ἀδελφοὺς αὐτοῦ. καὶ πᾶσαν τὴν πονηρίαν ἀνδρῶν Σικίμων ἐπέστρεψεν ὁ Θεὸς εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτῶν κατὰ τὸν λόγον, καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν Ἰωάθαμ.

pulo, in montis cacumen ascendit, & sublata sua voce, talem ad ipsos parabolam dixit. Audite me viri Sicimitæ, & Deus vos audiet. Arbores aliquando Regem sibi creare constituerunt. Et oleæ dixerunt: Regnum in nos obtine. Sed ipsis olea respondit, an relicta mea pinguedine, quam in me Deus, & homines, celebrant, proficiscar, ut imperem arboribus? Tunc arbores ficui dixerunt: Age, regnum in nos obtine. At ficus ipsis dixit, an relicta dulcedine mea, & meo bono fructu, proficiscar, ut arboribus imperem? Tunc arbores viti dixerunt: Age, in nos regnum obtine. Sed vitis ipsis respondit, an relicto meo vino, quod homines exhilarat, abibo, ut regnum in arbores exerceam? Tandem omnes arbores rubo dixerunt: Age vero, tu in nos regnum exerce. Tunc rubus arboribus respondit: Si vere vos me ungitis, ut regnum obtineam in vos, agite, subite meam umbram. Sin minus, ignis ex me egrediatur, & devoret Libani cedros. Nunc etiam, si juste, & pie cum patre meo, & cum ejus familia egistis, & Abimelechum, filium ancillæ ipsius, regem Sicimitarum creastis; ex ipso voluptatem capiatis, & ipse quoque ex vobis voluptatem capiat. Sin minus, ignis ex Abimelecho egrediatur, & devoret Principes vestros, & familias ipsorum. Ex Sicimitis etiam ignis egrediatur, & devoret Abimelechum. Joathamus autem, his dictis, ex fratris sui conspectu aufugit. Abimelechus vero cum tres annos in Israelitas imperium obtinuisset, Deus malum spiritum Abimelecho & Sicimitis immisit. Et Sicimitæ familiam Abimelechi reprobarunt, ut in ipsius caput injustam cædem LXX. filiorum Gedeonis converterent. Profectus enim ad oppugnandam quandam turrim, ut eam expugnaret, cum accessisset ad ostium illius turris, ejus incendendi causa, contritum est ipsi caput, muliere molaris saxi fragmentum in ipsum dejiciente. Tunc autem dixit ad armigerum suum, stringe tuum gladium, & me interfice, ne fortasse dicant, mulier ipsum interfecit. Puer igitur illum transfixit. Et sic Deus ultus est impietatem, quam Abimelechus exercuit in suum patrem, occisis LXX. fratribus suis: pariterque omnem improbitatem Sicimitarum in ipsorum caput convertit, secundum orationem, & parabolam Joathami.

Ἄβιλα, πόλις Φοινίκης. ἐξ ἧς ἦν [2] Διογένης ὁ διασημότατος σοφιστής. Τὸ ἐθνικὸν Ἀβιληνός.

Ἄβιλα. Abila, Phœniciæ urbs, ex qua erat oriundus Diogenes, celeberrimus ille Sophista. Gentile nomen est, Abilenus.

Ἀβίλυξ, Ἀβίλυκος. τὸ ἀειχείμερον ὄρος ἐκ τῆς

Ἀβίλυξ, Ἀβίλυκος. Abilyx, Abilycis. Afri-

[1] Καὶ γὰρ ἀπελθὼν] Hic locus in uno MS. Paris. sic scriptus est: Καὶ γὰρ ἀπελθὼν πολεμῆσαι πύργον, καὶ προσεγγίσας τῇ θύρᾳ τοῦ πύργου, ἐμπρῆσαι αὐτὴν, ἔῤῥιψε γυνὴ κλάσμα μύλου ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ συνέτριψε τὸ κρανίον αὐτοῦ. καὶ ἐπιβοήσας ταχὺ, εἶπε πρὸς &c.

[2] Διογένης ὁ διασημότατος.] Ex Stephano de Urbibus, v. Ἄβιλα.

Λιβύης

Λιβύης τῇ Κάλπῃ, ἥτις ἐστὶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, κατὰ τὸν πορθμὸν τῶν Γαδείρων.

Ἄβιννα. ὄνομα πόλεως.

[1] Ἄβιος. Ἀντιφῶν τὸν ἄβιον ἐπὶ τοῦ πολὺν τὸν βίον πάντα κεκτημένου. ὥσπερ καὶ Ὅμηρος, τὸ ἄξυλον, ἀντὶ τοῦ πολύξυλον.

Ἀβιούδ. ὄνομα κύριον.

Ἀβίωτον. κακὸν, ἀηδὲς, ὀδυνηρόν. Ὁ δὲ, ἀβιώτως εἶχεν, εἰ μὴ κρατήσει τῆς πόλεως. Καὶ ἀβίωτος, ὁ μὴ ζῶν.

Ἀβισάκ. ὄνομα κύριον.

Ἀβίσαρος. ὄνομα τόπου.

Ἄβιτος. ὄνομα κύριον. Ἄβιτος τὴν ἀσκητικὴν καλύβην ἐπήξατο.

Ἀβλεμέως. ἀφροντίστως. παρὰ τὸ μέλειν ἀμελέως, καὶ ἐν ὑπερθέσει, καὶ πλεονασμῷ τοῦ β, ἀβλεμέως. Οὕτως Ὠρίων.

[2] Ἀβλεπτήματα. ἁμαρτήματα. Ὁ δὲ φέρων ἐκαρτέρει τὰ τῶν ἰδιωτῶν ἀβλεπτήματα. τὰ δὲ τῶν λογικωτέρων αὐτὸν ἠνία. Καὶ ἀβλεπτοῦντες. Οἱ δὲ, ἀβλεπτοῦντες, καὶ αἰδούμενοι ἀντοφθαλμεῖν πρὸς τὸν Φίλιππον, ἐβοήθουν.

Ἄβληρος. ὄνομα κύριον.

[3] Ἀβλῆτα βέλη. τὰ μὴ πεμφθέντα εἰς τρῶσιν Καὶ ἀβλῆτα ὀϊστὸν, τὸν κακόβλητον. ἢ τὸ μήπω βεβλημένον. Κλίνεται δὲ ἀβλὴς, [4] ἀβλῆτος, παρὰ τὸ βέβλημαι. ἢ τὸν καινὸν, καὶ μήπω βεβλημένον, ἀλλὰ νεοπαγῆ, καὶ ἀκέραιον τὸν ἰὸν ἐν αὐτῷ ἔχοντα. Κλίνεται δὲ διὰ τοῦ τος. οἷον ἀβλὴς, ἀβλῆτος. Τὰ γὰρ εἰς σ λήγοντα ὀξύτονα σύνθετα, ἀπὸ ῥημάτων γινόμενα, μίαν συλλαβὴν φυλάττοντα τοῦ παθητικοῦ παρακειμένου, διὰ καθαροῦ τοῦ τος κλίνεται. εἴτε εἰς ως ὦσιν, εἴτε εἰς ης, εἴτε εἰς ας. οἷον κέκραται. χαλκοκρὰς, χαλκοκρᾶτος, ὁ χαλκῷ κεκραμένος. νεοκρὰς, νεοκρᾶτος, ὁ νεωστὶ κεκραμένος. βέβληται. ἀβλὴς, ἀβλῆτος, ὁ μὴ βληθείς. τέτρωται. ἀτρὼς, ἀτρῶτος, ὁ μὴ τρωθείς. πέπτωκε. ἀπτὼς, ἀπτῶτος, ὁ μὴ πεσών. ἔγνωσται. ἀγνὼς, ἀγνῶτος, ὁ ἄγνωστος. τέθνηκα. ἡμιθνὴς, ἡμιθνῆτος, ὁ ἡμιθανής.

Ἀβληχρόν. ἀσθενές. Βληχρὸν γὰρ τὸ ἰσχυρόν. [5] Αἰλιανός. Κατέστρεψεν οὖν τὸν βίον πρᾴως, καὶ σὺν γαλήνῃ, καὶ ἀβληχρῷ θανάτῳ, ὅνπερ οὖν ἐπαινεῖν καὶ [6] Ὅμηρος δοκεῖ μοι.

Ἀβολήτωρ, καὶ ἄβολις, ἢ ἄβολος, ὄνος ὁ μηδέπω βεβληκὼς ὀδόντας. ἐξ οὗ γνωρίζεται ἡ ἡλικία τοῦ

cæ mons, oppositus Calpæ, quæ est in Europa, juxta fretum Gaditanum.

Ἄβιννα. Abinna. Nomen urbis.

Ἄβιος. Antipho τὸν ἄβιον accipit pro illo, qui multas opes possidet: ut Homerus τὸ ἄξυλον accipit pro πολύξυλον, i. e. arboribus abundans.

Ἀβιούδ. Abiud. Nomen proprium.

Ἀβίωτον. Malum, Injucundum, Molestum. *Ille vero vitam minime vitalem sibi fore putabat, nisi urbe potiretur.* Et ἀβίωτος, non vivens.

Ἀβισάκ. Abisac. Nomen proprium.

Ἀβίσαρος. Abisarus. Nomen loci.

Ἄβιτος. Abitus. Nomen proprium. Abitus tugurium, sive casam asceticam exstruxit.

Ἀβλεμέως. Negligenter. A verbo μέλειν, curare, fit ἀμελέως, sine cura, & per literarum transpositionem, & pleonasmum literæ β, ἀβλεμέως. Sic Orion.

Ἀβλεπτήματα. Peccato. *Ille vero idiotarum peccata patienter ferebat: sed prudentiorum, ipsum male habebant.* Et ἀβλεπτοῦντες. Conniventes. *Illi vero conniventes, & verentes Philippo resistere, ei opitulabantur.*

Ἄβληρος. Ablerus. Nomen proprium.

Ἀβλῆτα βέλη. Sagittæ nondum emissæ vulnerandi causa. Et ἀβλῆτα ὀϊστὸν, sagittam perniciosam, vel nondum jactam (Declinatur autem hoc nomen, ἀβλὴς, ἀβλῆτος, a βέβλημαι) vel novam, & nondum jactam, sed recenter factam, & omne adhuc venenum illitum habentem. Declinatur autem per τος: ut, ἀβλὴς, ἀβλῆτος. Nam nomina in σ desinentia, acutitona, composita, a verbis deducta, & unicam syllabam servantia passivi præteriti perfecti, declinantur per purum τος, sive in ως desinant, sive in ης, sive in ας. Ut a κέκραται, mixtus est, Χαλκοκρὰς, χαλκοκρᾶτος, Ære mixtus. Νεοκρὰς, νεοκρᾶτος, Recens mixtus. A βέβληται, jactus est, Ἀβλὴς, ἀβλῆτος, Qui non est jactus. A τέτρωται, vulneratus est, Ἀτρὼς, ἀτρῶτος, Qui non est vulneratus. A πέπτωκε, cecidit, Ἀπτὼς, ἀπτῶτος, Qui non cecidit. Ab ἔγνωσται, cognitus est, Ἀγνὼς, ἀγνῶτος, Incognitus. A τέθνηκα, mortuus sum, Ἡμιθνὴς, ἡμιθνῆτος. Semimortuus.

Ἀβληχρόν. Infirmum. Βληχρὸν enim significat firmum. Ælianus. *Vitam igitur finivit placide, & tranquille, & leni morte, quam & Homerus laudare mihi videtur.*

Ἀβολήτωρ, & ἄβολις, vel ἄβολος, dicitur asinus, qui nondum amisit dentes, ex quorum indicio hujus animalis ætas cognoscitur. Hinc eadem

1 Ἄβιος] Ex Harpocratione.

2 Ἀβλεπτήματα] Hoc Fragmentum Casaubonus ad Polyb. refert.

3 Ἀβλῆτα βέλη] Hom. Il. Δ. v. 116. ἐκ δ' ἕλετ' ἰὸν ἀβλῆτα πτερόεντα. ubi Schol. Μήπω βεβλημένον, καινόν.

4 Ἀβλῆτος] In prioribus editionibus post ἀβλῆτος hæc leguntur, ἀβλῆτος, καινός, ἢ τὸν κακόν: quæ verba induxi, non solum, quia in MSS. non exstant, sed etiam, quia loco prorsus alieno a librario, qui ea ad marginem sui Codicis scripta repererat, infarcta esse videbam.

5 Αἰλιανός] Fragmenta, quæ Æliani nomen in Suida præferunt, paucissimis exceptis, frustra quæras in Scriptis ejus auctoris, hodie adhuc superstitibus, quoniam omnia fere ex libris ejus περὶ προνοίας, & περὶ θείων ἐναργειῶν, hodie deperditis, deprompta sunt; qua de re Lectorem monere volui, ne quis forte, hæc ignorans, miraretur, quare non, uti reliquorum scriptorum, sic etiam Æliani fragmenta cum ipsis auctoris locis, unde desumpta sunt, contulerim.

6 Ὅμηρος δοκεῖ] Respicit locum Homeri Odyss. Λ. 134. ubi Poeta ait, θάνατος δέ τοι ἐξ ἁλὸς αὐτῷ Ἀβληχρὸς μάλα τοῖος ἐλεύσεται.

ζῶν.

ζώου. Ἐκ δὲ τούτου ὁ νέος, οὐδέπω γνώμονα ἔχων. (Γνώμονα δὲ ἔλεγον τὸν βαλλόμενον ὀδόντα, δι' οὗ τὰς ἡλικίας ἐξήταζον.) τὸν δὲ αὐτὸν καὶ [1] καταρτυκότα ἔλεγον, ἐκ μεταφορᾶς τῶν τετραπόδων. Καὶ ἀπογνώμονας, τοὺς ἀπογεγηρακότας, οὓς ἐλελοίπει τὸ γνώρισμα. καὶ ἀβόλους πώλους, τοὺς μηδέπω βεβληκότας ὀδόντας.

voce significatur is, qui per ætatem teneram γνώμονα, i.e. dentem ætatis indicem, nondum habet. (Γνώμονα enim vocabant dentem, per quem animalium ætates explorabant.) Eundem etiam καταρτυκότα nominabant, per translationem a quadrupedibus ductam. Et ἀπογνώμονας vocabant eos, qui consenuerant, quos ætatis indicium defecerat. Ἀβόλους etiam vocabant equorum pullos, qui nondum abjecerant dentes.

Ἀβουλεί. ἀβούλως, ἀφρόνως, ἀμαθῶς. Ὁ δὲ, οὐ σφόδρα στοχαζόμενος τῆς τοῦ Βασιλέως γνώμης, ἀβουλότατα διεπράξατο.

Ἀβουλεί. Inconsulte, Imprudenter, Imperite. *Ille vero, non admodum considerata, nec satis intellecta Regis sententia, inconsultissime rem gessit.*

Ἀβουλεῖν. μὴ βουλεύεσθαι, ἢ μὴ βούλεσθαι. Πλάτων.

Ἀβουλεῖν. Non consultare. Vel, Non velle. Plato.

Ἀβούλητον κακόν. ἀθέλητον, ὃ οὐ θέλει τις. καὶ ἀβούλητος, ὁ μὴ βουλόμενος. Ἀβούλιος δὲ, ὄνομα κύριον, διὰ τοῦ ἰῶτα.

Ἀβούλητον κακόν. Malum non voluntarium, quod quis non vult. Ἀβούλητος etiam dicitur ille, qui non vult. At Ἀβούλιος per ἰῶτα, est proprium nomen.

Ἀβουλία. ἀπαιδευσία, ἄνοια, καὶ μωρία.

Ἀβουλία. Inscitia, Amentia, & Stultitia.

Ἀβούλως. ἀφρόνως, ἀμαθῶς, κακῶς, ἄνευ λόγου.

Ἀβούλως. Imprudenter, Imperite, Male, Sine ratione.

Ἀβώνου τεῖχος. πόλις ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ. καὶ [2] Ἀβωνοτειχίτης, τὸ ἐθνικόν.

Ἀβώνου τεῖχος. Oppidum ad Pontum Euxinum. Gentile nomen est Abonotichita.

Ἄβωρα. ὄνομα τόπου.

Ἄβωρα. Abora. Nomen loci.

Ἀβοριγῖνες. ἔθνος Ἰταλικόν. [3] Ἀβοριγῖναι δέ.

Ἀβοριγῖνες. Aborigines. Gens Italica. Aborigini vero.

Ἅβρα, οὔτε ἁπλῶς θεράπαινα, οὔτε ἡ εὔμορφος θεράπαινα λέγεται, ἀλλ' οἰκότριψ γυναικὸς κόρη, καὶ ἔντιμος, εἴτε οἰκογενής, εἴτε μή. Μένανδρος Ψευδηρακλεῖ·

Ἅβρα, neque simpliciter quævis, neque formosa ancilla ita appellatur, sed domestica & honoratior heræ puella, sive illa sit verna, sive non. Menander *Pseudo-Hercule:*

[4] Μήτηρ τέθνηκε ταῖν ἀδελφαῖν ταῖν δυοῖν
Ταύταιν. [5] τρέφει δὲ παλλακή τις τοῦ πατρὸς
Αὐτάς, ἅβρα τῆς μητρὸς αὐτῶν γενομένη.

*Mater obiit duarum sororum*
*Harum: alit vero pellex quædam patris*
*Eas, quæ ancilla matris illarum fuit.*

1 Καταρτυκότα] In prioribus Edd. legitur καταρτυκότα, quam vocem, utpote corruptam, merito delendam censui. Καταρτυκώς enim non solum legitur apud Hesychium & Eustathium, sed etiam ipsum Suidam duobus locis, nimirum v. Γνώμονα, & v. Καταρτυκότα. Significat autem καθαρτύω, præter alia, πληρόω, sive perficio, teste Hesychio. Inde καταρτυκότα dicuntur animalia, quæ sunt adultæ & perfectæ ætatis. Idem Hesychius: Καταρτυκώς. τελειώσας. κυρίως δὲ ἐπὶ ἀλόγων ζώων, ὅταν ἐκβάλῃ πάντας ὀδόντας. i.e. Καταρτυκώς, *qui perfecit. Proprie autem hæc vox dicitur de brutis, postquam omnes dentes amiserunt.* Constat enim, nonnulla animalia ad certum usque ætatis annum dentes quosdam amittere, in quorum locum alii postea succrescunt. Tum igitur perfectæ demum ætatis esse censentur, postquam omnes dentes & renatos & immutabiles habere cœperunt; quod Plinius L. XI. c. 37. in equis anno septimo contingere ait. Hinc igitur patet, quomodo intelligendus sit locus Hesychii, quem paulo ante laudavimus. Apud Philostratum *de Vit. Apollon.* L. VII. c. 2. οἱ καθαρτύσαντες τῶν ἵππων sunt *equi perfectæ ætatis*, quod interpres *domitores equorum* male reddidit. Porro, animalia καταρτυκότα, sive, perfectæ ætatis, dicebantur etiam λειπογνώμονα, ideo nimirum, quod ætas illorum ex dentibus amplius cognosci non posset. Γνώμων enim Græcis significat omne id, cujus indicio aliquid cognoscitur. Inde dentes, quia sunt ætatis indices, recte γνώμονες dicuntur. Animalia autem, veluti equi, tenerioris ætatis, quia notam aliquam in dentibus habent, & nonnulli ipsis ad certum usque tempus decidere & renasci solent, ætas illorum inde cognosci potest. Postquam vero, procedente ætate, omnes eorum dentes immutabiles esse cœperunt, & prior nota in illis non amplius apparet, indicium hoc in sequentes annos deficit; unde dicuntur λειπογνώμονες. Aristophanes Grammaticus apud Eustath. ad Odyss. A. p. 1404. 58. Τὰ τέλεια ἐπὶ πλεῖστον χρόνον καὶ καταρτυκότα, λειπογνώμονα καλοῦσι, διὰ τὸ μηκέτι ἔχειν ὀδόντας τοὺς γνώμονας καλουμένους, οἷς ἐπιγινώσκουσιν αἱ ἡλικίαι τῶν στραβήλων. Etymologus, v. Ἄβολος. Ἀφ' οὗ καὶ λειπογνώμονας καλοῦσιν, οἱ μηκέτι διὰ τῶν ὀδόντων γνωσθῆναι δυνάμενοι. Cave autem existimes, λειπογνώμονας vocari equos, qui ipsos dentes, ætatis indices, amiserint, ut Portus putavit; sed potius, quorum ætas, ut diximus, ex dentibus amplius cognosci non potest. Dentes enim vocantur γνώμονες, quatenus sunt ætatis indices: inde contingere potest, ut desinant esse γνώμονες, licet ipsi maneant. Idem quod λειπογνώμων, significat etiam ἀπογνώμων. Ἀγνώμονες vero dicuntur equi, qui nondum γνώμονα habent; qui etiam ἄβολοι vocantur, ideo, quod nondum ullos dentes amiserint. Testatur enim Plinius, equos mense tricesimo demum primores binos dentes amittere: ante quod igitur tempus recte vocantur ἄβολοι. Hinc autem apparet, non confundendas esse has duas voces λειπογνώμων & ἀγνώμων, quod tamen a Magno Salmasio ad Solinum, pag. 471. Edit. Ultraj. factum video. Cæterum, iis, quæ modo disputavimus (nimirum τὸ καταρτυκὼς accipi de animalibus, quæ sunt adultæ ætatis,) videtur contradicere Suidas hoc ipso loco, ubi expresse ait, τὸ καταρτυκὼς etiam significare νέον, sive ἀγνώμονα, id est, eum, qui per ætatem teneram nondum dentem, ætatis indicem, habet; quod e diametro cum prioribus pugnat. Sed, cum ex auctorum locis, a nobis citatis, luce clarius pateat, τὸ καταρτυκὼς significare id, quod diximus; quid aliud respondebimus, nisi fallere hic & falli Grammaticum nostrum, & proinde assensum minime ei præbendum esse? Obiter hic addam, dentes γνώμονας etiam a Græcis vocari Φραστῆρας, ut docet Suidas infra v. Φραστῆρες: quo etiam spectare videtur illud Hesychii, Φραστῆρες, μηνυταί. Neque illud silentio prætermittendum censeo, pro καταρτυκότα, in uno Ms. Paris. scriptum esse καταρτυκότα; in 2. aliis vero καταρρυκότα: quæ lectiones, licet corruptæ, proxime tamen ad veram accedunt.

2 Ἀβωνοτειχίτης] Abonoteichita fuit famosus ille impostor Alexander, de quo legendus Lucianus in *Pseudomante.*

3 Ἀβοριγῖναι δέ] Videtur legendum Ἀβοριγῖνοι, & sensus esse, gentem istam dici & Ἀβοριγῖνες & Ἀβοριγῖνοι; quam utramque lectionem agnoscit Stephanus *de Urbibus.* Quoniam tamen locus hic Suidæ est mutilus, ἐπέχομεν, nec quicquam temere affirmamus.

4 Μήτηρ τέθν.] Hi, & sequentes Menandri versus ante confusi legebantur, quos nos in hac Edit. distinximus & in ordinem redegimus.

5 Τρέφει δὲ παλλ.] Hunc & sequentem versum Menandri citat etiam Eustath. ad Odyss. Τ. p. 1854. 15.

[1] Σικυωνίῳ·

Καὶ ἄβραν γὰρ ἀντωνούμενος
Ἐρωμένην, αὐτῇ μὲν οὐ παρέδωκ' ἔχειν
Τρέφει δὲ χωρὶς ὡς ἐλευθέραν πρέπει.

Idem *Sicyonio:*

*Nam ancillam [alterius] loco emens*
*Amatam, huic quidem non dedit servandam,*
*Sed alendam seorsim, ut ingenuam decet.*

[2] Ἀπίστῳ·

Ὤμην εἰ τὸ χρυσίον λάβοι
Ὁ γέρων, θεράπαιναν εὐθὺς ἠγορασμένην
Ἄβραν ἔσεσθαι.

Idem *Apisto:*

*Existimabam, si aurum accepisset*
*Senex, ancillam emptam statim*
*Habram futuram.*

Ἰάμβλιχος· Ἐπεὶ δὲ τοῦτο χαλεπὸν ἦν, καὶ σπάνιον ἦν τὸ τῆς οἰκουροῦ φυλαττούσης, καὶ ἄβρας ἑτέρας ἄλλης συμπαρούσης, ἀναπείθει τὴν κόρην λαθοῦσαν τοὺς γονεῖς ἀποδρᾶναι.

Iamblichus: *Quoniam autem illud ministerium ædes custodiendi molestum erat & insolens, præsertim, cum alia ancilla una adesset; persuadet puellæ, ut clam parentibus aufugiat.*

Ἀβραάμ· ὁ πρῶτος ἐν Πατριάρχαις· εἰς ὃν ἀπεσεμνύνετο δῆμος ὁ τῶν Ἑβραίων τὸ πρότερον, πρὶν ἢ θεοῦ ἀποσκιρτῆσαι, καὶ γενέσθαι τούτου ἀλλότριοι, καὶ τὸ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ υἱοῦ αἷμα ἐφ' ἑαυτοὺς ἐπισπάσασθαι. Οὗτος ἐκ μὲν τῆς Χαλδαίων γῆς ὑπῆρχεν ὁρμώμενος, τῶν περὶ τὰ μετέωρα καὶ τοὺς ἀστέρας τὸν βίον ὅλον καταναλισκόντων. Ἀσκηθεὶς οὖν κατὰ τὸν πάτριον νόμον τὰς τῶν ἐπουρανίων ἀστέρων κινήσεις, καὶ στοχασάμενος ὡς οὐκ ἐν τούτοις ἵσταται τὸ μεγαλουργὸν τῆς φαινομένης ταυτησὶ κτίσεως, ἀλλ' ἔχει τινὰ τὸν δημιουργὸν καὶ κινοῦντα καὶ διευθύνοντα τὴν ἐναρμόνιον τῶν ἀστέρων πορείαν, καὶ τοῦ κόσμου παντὸς τὴν κατάστασιν. Καὶ διὰ τοῦ μεγέθους καὶ τῆς καλλονῆς τῶν κτισμάτων τὸν γενεσιουργὸν αὐτῶν, ὡς οἷόν, θεωρήσας, οὐκ ἔστη μέχρι τούτων, οὐδὲ τὴν ἔφεσιν εἰς ταῦτα κατεδαπάνησεν· ἀλλὰ τὴν οὐρανίαν ἁψῖδα ὑπεραρθεὶς, καὶ πᾶσαν διαβὰς τὴν νοητήν τε καὶ ὑπερκόσμιον σύμπηξιν, οὐκ ἀπέστη τοῦ ζητουμένου, ἕως οὗ ὁ ποθούμενος ἑαυτὸν αὐτῷ ἐφανέρωσε, τύποις τε καὶ μορφώμασι, καὶ οἷς ἑαυτὸν ἐμφανίζει ὁ ἀφανὴς καὶ ἀόρατος. Καὶ μετανάστην αὐτὸν ἐκ τῆς πατρίδος λαβὼν, ἐπὶ τὴν Χαναναίων κατέστησε, τὸν ἐνενηκοστόν που καὶ ἔνατον ἤδη χρόνον παρελκόντα· καὶ ἄπαιδα μέχρι τότε τυγχάνοντα, γεννήτορα τοῦ θαυμασίου καὶ μάκαρος κατέστησεν Ἰσαὰκ, ἵν' ἔχοι μονογενῆ υἱὸν καὶ πρωτότοκον, τοῦ μονογενοῦς καὶ πρωτοτόκου μυστικὴν εἰκόνα προδιαχαράξαντα· τοῦτο γέρας αὐτῷ κατ' ἐξαίρετον χαρισάμενος, τὸ δοῦλον καὶ φίλον καὶ πατέρα χρηματίσαι τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ κατὰ σάρκα, τοῦ τὸν κόσμον ὅλον δημιουργήσαντος. Οὗτος εὗρεν ἱερὰ γράμματα, καὶ γλῶσσαν ἐμηχανήσατο, ἧς Ἑβραίων παῖδες ἐν ἐπιστήμῃ ἐτύγχανον, ὡς ὄντες τούτου μαθηταὶ καὶ ἀπόγονοι. Ἐκ τούτου καὶ τὰ Ἑλλήνων γράμματα τὰς ἀφορμὰς ἔλαβε, κἂν ἀλ-

Ἀβραάμ. Abrahamus, inter Patriarchas primus: quo populus Hebræorum olim gloriabatur, priusquam a Deo defecissent, atque ab eo alienati fuissent, & ipsius unigeniti filii sanguinis se reos fecissent. Hic oriundus erat ex terra Chaldæorum, qui totam ætatem in carum rerum, quæ in sublimi fiunt, & stellarum observatione consumunt. Exercitatus igitur patrio more in cœlestium stellarum motibus, sagaciter animadvertit, vim effectricem rerum conditarum & in oculos incurrentium, non in iis consistere, sed habere aliquem opificem, qui moveat & dirigat aptum illum & concinnum stellarum motum, & mundi totius constitutionem. Atque ex magnitudine, & elegantia rerum conditarum, creatorem ipsarum, quantum licuit, contemplatus, in his non substitit, neque suum desiderium in his consumpsit: sed supra cœlestes orbes evectus, & pervagatus omnem rerum conditarum compagem, quæ sub intelligentiam cadit, mundumque superat, ab eo quærendo, quem cognoscere cupiebat, non destitit, donec ille, cujus desiderio flagrabat, se ipsi patefecit, typis quibusdam & imaginibus, & cæteris rationibus, quibus ille, qui cerni conspicique nequit, se mortalibus patefacere solet. Ipsum autem ex patria translatum in Chananæa collocavit, cum ætatis annum jam nonagesimum & nonum ageret: cumque ad id usque tempus expers liberorum esset, ipsum admirandi & beati Isaaci parentem effecit, ut haberet unigenitum, & primogenitum filium, qui unigeniti, & primogeniti Filii mysticam imaginem præfiguraret: idque munus ei eximium dedit, ut servus, & amicus, & pater, secundum carnem, appellaretur unigeniti Filii, qui mundum universum fabricavit. Hic sacras literas invenit, & linguam excogitavit, cujus notitiam habuerunt Hebræorum filii, quod essent hujus discipuli, & posteri. Ab hoc etiam literæ Græcorum originem duxerunt, quamvis Græci, se ipsos

1 Σικυωνίῳ] Sic ex MSS. hanc vocem restituimus, cum in prioribus Edit. male legeretur Σικυωνίᾳ. Fabulam hanc *Sicyonius* Suidas etiam infra, v. Ἀγγαρεύω & v. Κναῖ μὲν, laudat. Portus in hoc loco interpretando graviter hallucinatus est, quoniam non vidit τὸ Σικυωνίῳ, uti & paulo post vocem Ἀπίστῳ, esse fabularum nomina, quæ proinde inconsiderate admodum cum reliquis Menandri verbis miscens, haud valde gratum lectori cinnum propinat. Nos errorem istum ex versione Latina sustulimus, eamque textui Græco accommodavimus.

2 Ἀπίστῳ] Hanc fabulam Menandri haud temere alibi laudatam reperies. Tacent enim de ea Scholiastæ Græci, tacet Athenæus, tacent reliqui Scriptores veteres, quos quidem legi, omnes. Eadem effugit diligentiam accuratissimi Meursii, *Bibliothec. Attic.* L. IV. in v. *Menander*, ubi catalogum fabularum, quas Comicus iste docuit, exhibet. Obiter hic Lectorem moneo, *Bibliothecam Atticam* Meursii esse opus postumum, & ante paucos demum annos editum esse in Tomo X. *Thesauri Antiquitatum Græcarum*, qui Lugduni Batav. in lucem prodiit.

λως

λως ἑαυτοὺς διαπαίζοντες ἀναγράφουσιν Ἕλληνες. Καὶ τούτου μαρτυρεῖ ἡ τοῦ Ἄλφα φωνὴ τοῦ πρώτου στοιχείου καὶ ἀρχικοῦ, ἀπὸ τοῦ Ἄλεφ Ἑβραϊκοῦ λαβοῦσα τὴν ἐπίκλησιν τοῦ μακαρίου καὶ πρώτου καὶ ἀθανάτου ὀνόματος. Ἐκ τούτου καὶ τὰ ὀνείρων βιβλία ἐσφετερίσαντο Ἕλληνες. Καὶ μάρτυς Ἰωσὴφ ὁ πανθαύμαστος ὁ τούτου ἀπόγονος, ὁ τοῦ Φαραὼ τὰ ἐνύπνια ὡς ἔμελλεν ἀποβήσεσθαι διηγούμενος. Τοῦτό μοι καὶ Φίλων, ἐξ Ἑβραίων φιλόσοφος, ἐν τῷ τοῦ Πολιτικοῦ βίῳ συνεπιμαρτυρήσει. Φίλων, περὶ οὗ ἐῤῥέθη, Φίλων [1] πλατωνίζει, ἢ Πλάτων φιλωνίζει.

[2] Ὅτι ἤρξατο [3] ἡ εἰδωλολατρεία ἀπὸ Σεροὺχ ἕως τῶν χρόνων Θάρα τοῦ πατρὸς Ἀβραάμ. Ὃς Ἀβραὰμ ὑπάρχων ἐτῶν ιδʹ, καὶ θεογνωσίας ἀξιωθεὶς, ἐνουθέτει τὸν πατέρα αὐτοῦ, λέγων· τί πλανᾷς τοὺς ἀνθρώπους διὰ κέρδος ἐπιζήμιον (τουτέστι, τὰ εἴδωλα); οὐκ ἔστιν ἄλλος θεὸς, εἰ μὴ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὁ καὶ πάντα τὸν κόσμον δημιουργήσας. Ὁρῶν γὰρ τοὺς ἀνθρώπους κτισματολατροῦντας, διήρχετο διαπονούμενος, καὶ τὸν ὄντως ὄντα θεὸν ἐκζητῶν ἐκ φιλοθέου καρδίας. [4] Ὁρῶν δὲ τὸν οὐρανὸν ποτὲ μὲν λαμπρὸν, ποτὲ δὲ σκοτεινὸν, ἔλεγεν ἐν ἑαυτῷ, Οὐκ ἔστιν οὗτος θεός. Ὁμοίως καὶ τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, τὸν μὲν ἀποκρυπτόμενον καὶ ἀμαυρούμενον· τὴν δὲ φθίνουσαν καὶ ἀπολήγουσαν, ἔφησεν, οὐδ' οὗτοι εἰσὶ θεοί. Καὶ μέν τοι καὶ [5] τὴν τῶν ἀστέρων κίνησιν, ἐκ τοῦ πατρὸς γὰρ ἐπαιδεύετο τὴν ἀστρονομίαν, ἀπορῶν ἐδυσχέραινεν. Ὤφθη δὲ αὐτῷ θεὸς, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου. Καὶ λαβὼν τὰ εἴδωλα τοῦ πατρὸς, καὶ τὰ μὲν κλάσας, τὰ δὲ ἐμπυρίσας, ἀνεχώρησε μετὰ τοῦ πατρὸς ἐκ γῆς Χαλδαίων καὶ ἐλθόντων εἰς Χαῤῥὰν, ἐτελεύτησεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Καὶ ἐξελθὼν ἐκεῖθεν ἐν λόγῳ Κυρίου ἦλθε σὺν τῇ γυναικὶ Σάῤῥᾳ, καὶ τῷ ἀνεψιῷ Λὼτ, μετὰ πάσης αὐτῶν τῆς ἀποσκευῆς εἰς τὴν ὀφειλομένην γῆν Χαναὰν, ἣν οἱ Χαναναῖοι τυραννικῶς ἀφελόμενοι ᾤκουν. Λιμοῦ δὲ γενομένου καταλιπὼν τὴν Χαναναίων γῆν εἰς Αἴγυπτον ἀπῄει, οὗ καὶ γυναῖκα Σάῤῥαν [6] Ἀβιμέλεχ ἥρπασεν ὁ βασιλεύς. Τοῦτον ὁ θεὸς ἐνδειματώσας, καὶ πάρεσιν τῶν μελῶν ἐπάξας, ἀπόδος, ἔφη, τῷ

illudentes, aliter hac de re scribant. Hujus vero rei testimonium est appellatio τοῦ Ἄλφα, primæ & principis literæ, ab Aleph Hebraico, beato illo & primo & immortali nomine suum nomen sortitæ. Ab hoc etiam somniorum libros acceptos Græci sibi vendicarunt. Testis est Josephus ille maxime admirandus, hujus pronepos, qui Pharaonis insomnia sic exposuit, ut erant eventura. Hoc autem & Philo, Hebræus Philosophus, in *Viri Politici Vita* suo testimonio confirmabit: Philo inquam, de quo dictum est, *aut Philo platonissat, aut Plato philonissat*.

Imaginum cultus cœpit a Serucho, & viguit usque ad tempora Tharæ, patris Abrahami; qui Abrahamus, natus quatuordecim annos, & Dei cognitione præditus, suum patrem admonuit his verbis: *Quid seducis homines ob lucrum perniciosum*, (hoc est, ob imagines)? *Non est alius Deus, nisi ille, qui in cœlis est, & universum mundum fabricavit*. Cum enim videret homines res creatas colere, magno labore & animo religioso verum Deum exquirens varias regiones peragrabat. Cum autem videret cœlum, modo quidem serenum, modo vero nubilum & obscurum, in animo suo dixit, *hoc cœlum non est Deus*. Similiter etiam, cum Solem & Lunam, illum quidem occultari & obscurari; hanc vero deficere & desinere cerneret, dixit, *ne isti quidem sunt Dii*. Quinetiam astrorum motum considerans (a patre enim astronomiam edocebatur) animo dubitans molestia quadam affici cœpit. Apparuit autem ipsi Deus, & ipsi dixit: Exi ex tua terra & ex cognatione tua. Quamobrem correptis patris simulacris, iisque partim fractis, partim crematis, ex Chaldæorum terra cum patre excessit. Cum autem Charram pervenissent, ipsius pater obiit. Illinc autem Domini jussu egressus cum uxore Sara, & consobrino Loto, & omni ipsorum supellectile in Chananæam terram sibi debitam pervenit, quam Chananæi per vim occupatam incolebant. Exorta autem fame, relicta Chananæorum terra, in Ægyptum abiit, ubi etiam Abimelechus Rex Saram ejus uxorem rapuit. Huic autem Deus, terrore injecto, & membrorum laxatione in corpus inducta, *Redde* (inquit) *huic*

1 Φίλων πλατωνίζει] Photius Cod. CV. ubi de Philone agit: Τοσοῦτο δὲ αὐτὸν τῆς Ἑλληνικῆς παρεχεῖν θαῦμα τῆς ἐν τῇ λόγοις δυνάμεως, ὡς καὶ λέγειν αὐτούς· ἢ Πλάτων φιλωνίζει, ἢ Φίλων πλατωνίζει. i. e. *Græcos facultate dicendi adeo in admirationem sui rapuit, ut dicerent: Aut Plato philonizat, aut Philo platonizat.* Vide etiam Suid. infr. v. Φίλων.

2 Ὅτι ἤρξατο ἡ εἰδωλ.] Hic incipit nova de Abrahamo Ecloge, a superioribus omnino distinguenda, quam proinde Portus & Wolfius male cum periodo præcedenti connectendam putarunt, locumque hunc ita verterunt, quasi cœpta ante de Philone oratio, absque ulla interruptione, etiam in sequentibus continuaretur; quod est omnino falsum. Ne ergo Lector in eundem errorem incideret, nos Eclogam hanc a præcedentibus manifesto separavimus, & a capite lineæ, ut vocant, imprimendam curavimus.

3 Ἡ εἰδωλ. ἀπὸ Σερούχ] Suffragatur Anonymo huic Johan. Antiochenus in Excerpt. Peiresc. p. 778. ubi hæc leguntur: Ὅτι ἡ εἰδωλολατρεία ἤρξατο ἀπὸ Σερούχ τινος, καταγομένου ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Ἰάφεθ, δογματίσαντος, εἰκόσι καὶ ἀνδριᾶσι τιμᾶσθαι τοὺς πάλαι διαπρέψαντας. i. e. *Idolorum cultus auctor fuisse dicitur Seruch quidam, ex posteris Japhet, qui primus decrevit, ut, qui olim res præclare gessissent, imaginibus ac statuis honorarentur.* Vide etiam Suidam, v. Σερούχ, ubi ipsissimum hunc locum ex Joh. Antioch. descripsit. Epiphanius quoque *Adversus Hæres.* lib. 1. cap. 6. originem Idololatriæ ad Seruch his verbis refert: Φαλὲκ δὲ γεννᾷ τὸν Ῥαγαῦ. Ῥαγαῦ τὸν Σερούχ, τὸν ἑρμηνευόμενον ἐρεθισμόν. Ἐν ᾧ ἤρξατο εἰς ἀνθρώπους ἡ εἰδωλολατρεία.

4 Ὁρῶν δὲ τὸν οὐρανὸν] Gemina his de Abrahamo, leguntur apud Mich. Glycam. *Annal.* Part. 2. p. 131. qui tamen sua ex Syncello descripsit.

5 Τὴν τῶν ἀστέρων κίνησιν] Hic ἀπὸ κοινοῦ repetenda est vox ὁρῶν. quod cum non observassent Wolfius & Portus, in loco hoc interpretando longe a vero aberrarunt. Nos genuinum auctoris sensum in versione expressimus.

6 Ἀβιμέλεχ ἥρπασεν] Hic duæ historiæ confunduntur, ut patet ex Genes. cap. XII. & cap. XX. Non enim Abimelechus, qui erat Rex Gerarensium, Saram abstulit Abrahamo, in Ægypto degenti, sed Pharao, ut in citato cap. XII. expresse traditur. Vicissim, Abimelechus rapuit Saram tempore & loco diverso, nimirum, cum Abrahamus Geraris esset, ut discimus ex cap. XX.

ἀνθρώπῳ τὴν γυναῖκα· ὅτι προφήτης ἐστὶ, καὶ προσεύξεται περὶ σοῦ, καὶ ζήσῃ. εἰ δὲ μὴ ἀποδῷς, γνῶθι ὅτι ἀποθανῇ σὺ καὶ τὰ σὰ πάντα. Καὶ οὕτως ἀπολαβὼν τὴν γυναῖκα ἀμίαντον, καὶ προσευξάμενος, ἰαθῆναι ἐποίησε τῆς παρέσεως τὸν Ἀβιμέλεχ καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ. Καὶ ἔκτοτε ἐτίμησεν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς καὶ προσεῖχεν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένοις. Διδάσκαλος οὖν ὁ Ἀβραὰμ εὐσεβείας καὶ πολυπειρίας Αἰγυπτίοις ἐγένετο. Ὁ αὐτὸς Ἄβραμ ἐπιστρέφων ἐκ τοῦ πολέμου τῆς εὐλογίας τοῦ Μελχισεδὲκ κατηξίωται, τοῦ βασιλέως Σαλὴμ, ὃς ἐξήνεγκεν αὐτῷ ἄρτους καὶ οἶνον. Ἦν δὲ καὶ ἱερεὺς τοῦ Ὑψίστου. καὶ ἔδωκεν αὐτῷ Ἄβραμ δεκάτην ἀπὸ πάντων. Ἦν δὲ ὁ Μελχισεδὲκ ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, ἀφωμοιωμένος τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Τῷ δὲ Ἄβραμ ἀτεκνίαν ὀλοφυρομένῳ καθ' ὕπνους ἐπιδείξας ὁ Θεὸς τοὺς ἀστέρας, κατὰ τὸ πλῆθος αὐτῶν ἔσεσθαί οἱ τὸ σπέρμα προεδήλου. Ὁ δὲ ἐπίστευσε τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. Ἡ δὲ Σάρα στεῖρα οὖσα συνεχώρησεν Ἄβραμ ἀπὸ τῆς παιδίσκης παιδοποιήσασθαι· καὶ ἔσχε τὸν Ἰσμαήλ. Ἐνενήκοντα δὲ καὶ ἐννέα ἐτῶν ὄντι τῷ Ἄβραμ ἐπιφανεὶς ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ μετωνόμασεν. Ἄβραμ γὰρ πρώην ὠνομάζετο. Ὁμοίως δὲ καὶ τὴν Σάραν Σάῤῥαν, προσθεὶς καὶ ἕτερον ρ. Καὶ περιέτεμε τὸν Ἰσμαὴλ, καὶ πάντας τοὺς ἐξ αὐτοῦ. Κύριος δὲ τῷ Ἀβραὰμ ἐπιξενωθεὶς ἐπηγγείλατο τέξεσθαι Σάῤῥαν αὐτῷ παῖδα. Ἡ δὲ, ἐμειδίασε, καὶ Ἰσαὰκ τὸ γεννηθὲν προσηγορεύθη, φερωνύμως τῷ μεθ' ἡδονῆς γέλωτι κατὰ τὴν Ἑβραΐδα διάλεκτον.

Ἀβραμιαῖος· ὁ ἀπόγονος Ἀβραὰμ, ἢ Γιγανταῖος, ἱεροπρεπής.

[1] Ἁβρὰ βαίνων. θρυπτόμενος· [2] χαλακευόμενος. Ἐκεῖνος ὄντως ἁβρὰ βαίνων ἐδόκει, ἔχων τὰς ὀφρῦς ὑπηρμένας ἄνω.

Ἀβρανῖτις. χώρα.

Ἁβραῖς. ἁπαλαῖς. τρυφεραῖς. Αἰλιανός· [3] Ἐπὶ κλίναις μάλα ἁβραῖς, καὶ στρωμναῖς ὑφὴν ὑπερηφάνῳ κεκοσμημέναις, ἐπιθέντες.

Ἀβρέας. ὄνομα κύριον.

Ἀβρεττανή. χώρα, ἡ λεγομένη Μυσία. ἀπὸ [4] Βρετίας Νύμφης.

Ἀβρηλία. χώρα. καὶ Ἀβρηλιανὸς, καὶ Ἀβρήλιος, ὀνόματα κύρια.

[5] Ἀβρικέστερον. τὸ ἀληθέστερον.

Ἄβρικτον· τὸ δύσκωφον, ἤτοι ἐκ μέρους ἀκοῦον.

*homini suam uxorem, quia est Propheta, & pro te precabitur, & vives. Nisi vero eam ipsi reddideris, scito te moriturum, & tua omnia peritura.* Sic igitur Abrahamus, recepta uxore impolluta, Deum precatus, effecit, ut Abimelechi, & ipsius familiæ, paralysis sanaretur. Ex eo autem tempore Rex ipsum honorare ejusque verbis aures attentas præbere cœpit. Abrahamus igitur pietatis & multiplicis doctrinæ magister Ægyptiis exstitit. Eidem Abrahamo, ex bello revertenti, benedixit Melchisedecus, Rex Salem, qui ipsi panes & vinum obtulit. Erat autem Altissimi Sacerdos, eique Abrahamus decimam omnium rerum dedit. Melchisedecus autem erat sine patre, sine matre, sine generis origine, similis Filio Dei. Abrahamo autem orbitatem suam deploranti Deus in somnis stellas ostendens, progeniem ipsi futuram prædixit tantam, quanta esset illarum multitudo. Ille vero Deo credidit, & hoc ipsi in Justitiam est imputatum. Sara vero, cum esset sterilis, indulsit Abrahamo, ut ex ancilla liberos susciperet, ex qua natus est ei Ismael. Abrahamo autem, nonagesimum nonum ætatis annum agenti, Deus apparens ipsum mutato nomine vocavit Abrahamum. Abramus enim prius vocabatur. Eodem etiam modo Saram, vocavit Sarram, addito altero r. Ismaelem autem & omnes suos Abrahamus circumcidit. Dominus etiam ab Abrahamo exceptus hospitio promisit ei, fore, ut Sarra filium ipsi pareret. Illa vero, his auditis, risit: unde filius, ex ea natus, a *risu* appellatus fuit Isaac, quoniam ea vox lingua Hebraïca *suavem risum* significat.

Ἀβραμιαῖος. Abramiæus. Ab Abrahamo oriundus. Aut Gigantiæus. Sanctimonia præditus.

Ἁβρὰ βαίνων. Molliter & delicate vivens. Assentatoribus gaudens. *Ille profecto molliter vivere videbatur, habens supercilia valde subducta.*

Ἀβρανῖτις. Abranitis. Regio sic appellata.

Ἁβραῖς. Teneris. Delicatis. Ælianus. *In lectos valde molles & stragula pretiose contexta imponentes.*

Ἀβρέας. Abreas. Nomen proprium.

Ἀβρεττανή. Abrettane. Regio, quæ Mysia vocatur, a Brettia Nympha.

Ἀβρηλία. Abrelia. Regio sic dicta. Et Abrelianus, & Abrelius, sunt nomina propria.

Ἀβρικέστερον. Verius.

Ἄβρικτον. Surdastrum. Ex parte tantum audiens.

1 Ἁβρὰ βαίνων] Proprie, *molliter incedens.* Hoc loco vero, *molliter vivens.* Hominum enim delicatorum & effœminatorum mollities, cum ex aliis signis exterioribus, tum etiam ex incessu apparere solet. Senec. Epist. cxiv. *Non vides, si animus languet, trahi membra, & pigre moveri pedes? Si ille effœminatus est, in ipso incessu apparere mollitiem?*

2 Χαλακευόμενος] In 2 MSS. Paris. exaratum est βλακευόμενος, i. e. *inertiæ se dedens*, quam lectionem prætulerim vulgatæ; quamvis & ea sensum huic loco satis commodum habeat.

3 Ἐπὶ κλίναις] Vide Suid. infra v. Ὑπερήφανος, & v. Ὑφή, ubi Fragmentum hoc repetitur.

4 Βρετίας] Vel Βρεττίας per duplex ττ scribendum. si verum est ipsam regionem ab hac Nympha dictam Ἀβρεττανήν, vel in utroque nomine simplex τ scribendum videtur. Stephanus. Ἀβρεττηνὴ χώρα Μυσίας, ἀπὸ Βρεττίας Νύμφης. τὸ ἐθνικὸν, Ἀβρεττηνός. Strabo lib. 12. 395. Ἀβρεττηνὴν appellat. Hæc igitur vocum, & scripturæ varietas est observanda. *P.*

5 Ἀβρικέστερον] Forte hæc vox errore librariorum corrupta est ex ἀκριβέστερον.

Ἀβεῖξαι. τὸ ἀπὸ βορᾶς νυστάξαι, ἢ κοιμηθῆναι.

Ἀβειέλιξ. ὄνομα κύριον.

Ἀβρογάστης Φράγγος. ὃς [1] κατὰ ἀλκὴν σώματος καὶ θυμοῦ τραχύτητα φλογοειδὴς ἦν, δευτεραγωνιστὴς τυγχάνων Βαύδωνος. Ἄλλως τε ἦν καὶ πρὸς σωφροσύνην [2] πεπηγώς τε καὶ διηρθρωμένος, καὶ πρὸς χρήματα πόλεμον πολεμῶν ἄσπονδον. Διέφερε γοῦν τῶν εὐτελῶν στρατιωτῶν ὅσον γε εἰς πλοῦτον οὐδέν. καὶ διὰ τοῦτο ἐδόκει τῷ Βασιλεῖ Θεοδοσίῳ χρήσιμος, ὅς τε πρὸς τὸν Οὐαλεντινιανοῦ τρόπον ἀρρενωπὸν ὄντα καὶ δίκαιον, καὶ τὸ παρ' ἑαυτοῦ βάρος ἐπετίθει, καθάπερ ὀρθὸν καὶ ἀτρεκῆ τινα [3] κανόνα τοῖς βασιλείοις, πρὸς τὸ μηδὲν τῶν περὶ τὴν αὐλὴν παραβλάπτεσθαι, ἢ ἁμαρτάνεσθαι.

Ἀβροδίαιτος. Abrogastus Francus, robore corporis ferox, & animi iracundia flammæ similis, secundas a Baudone partes agebat: cæteroqui temperantiæ & vitæ moderatæ deditissimus, & bellum irreconciliabile cum pecunia gerens. Quamobrem a gregariis militibus, quod ad divitias attinet, nihil differebat: eandemque ob causam Cæsari Theodosio videbatur utilis, quippe qui ad Valentiniani mores viriles & justos suum quoque adjungebat pondus, tanquam rectam & accuratam Regiæ normam, ne quid in aula peccaretur, vel res ejus detrimenti quicquam caperent.

Ἀβροδιαίτη. τρυφερὰ ζωὴ καὶ ἁπαλή. Καὶ Ἀβροδίαιτος. τρυφητής, τρυφερόβιος. Τοῖς δὲ Ῥωμαίοις οὐκ ἐς τὸ ἀβροδίαιτον ὁ βίος· ἄλλως δὲ ὡς φιλοπόλεμοι τέ εἰσι καὶ φερέπονοι. Σημαίνει δὲ, καὶ τὸν πλουσίως ζῶντα. Καὶ Ἀβρότης. τρυφερότης, ἁπαλότης.

Ἀβροδιαίτη. Mollis & delicata vita. Et Ἀβροδίαιτος. Delicatus. Molliter vivens. *Romani vero non sunt assueti molliter vivere, utpote bellicosi & laborum patientes.* Significat etiam Ἀβροδίαιτος eum, qui more divitum splendide vivit. Et Ἀβρότης. Mollitie. Deliciis.

[4] Ἀβροκόμας. οὗτος Σατράπης ἦν Ἀρταξέρξου τοῦ Περσῶν Βασιλέως.

Ἀβροκόμας. Abrocomas. Hic Satrapa fuit Artaxerxis Persarum Regis.

Ἄβρομος. χωρὶς οἴνου.

Ἢν ὀλοοῦ διὰ [5] καῦμα φύγω πυρὸς, εἰς ἑκατόν σοι
Ἠελίους [6] δροσερῶν πίομαι ἐκ λιβάδων,
Ἄβρομος καὶ ἄοινος.

Ἐν Ἐπιγράμμασι.

Ἄβρομος. Sine vino.

*Si pernitiosi æstum ignis effugero, per centum*
*Dies roscidis bibam ex fontibus*
*A vino abstinens.*

Sunt verba Epigrammatis.

Ἄβρομος. [7] ὁ θορυβώδης.

Ἄβρομος. Tumultuosus.

Ἀβρόν. παρὰ Ἡροδότῳ καλὸν, αὔθαδες, σεμνὸν, τρυφερόν.

Ἀβρόν. Apud Herodotum significat pulchrum, arrogans, gravitatem præ se ferens, delicatum.

Ἀβρός. λαμπρός. τρυφερός. ἁπαλός. [8] Ἐν Ἐπιγράμμασι·

Ἀβρὸν ἐπιψύζων κιθάρας ὕπερ ἕζετο τέττιξ.

Ἀβρός. Splendidus, Mollis, Delicatus. In Epigrammate:

*Suaviter stridens supra citharam sedebat cicada.*

Ὅμως δὲ ὁ τρυφερὸς ἐκεῖνος καὶ ἀβρὸς, καὶ ὑπὸ μαλακίας τοῦ σώματος [9] κατεαγὼς καὶ [10] λελυγισμένος, καὶ [11] τάς τε κόμας ἀναδούμενος, ὥσπερ αἱ τῶν ἑταιρίδων ἀσελγέστεραι, καὶ ἀβροσταγὲς ἔχων ἀεὶ τὸ μέτωπον καὶ τοὺς βοστρύχους, λαβὼν χρυσίον ἐκ τῶν κοινῶν συμφορῶν, ὅσον ἱκανὸν ἦν ἐμπλῆσαι καὶ τὸν ἐκ μύθου Μίδαν, εἰσέρρει πρὸς τὸν Βασιλέα.

*Verumtamen ille mollis, & delicatus, & præ corporis mollitie fractus, & viminis instar flexilis, & comas coronis ornans, ut lasciviores meretriculæ, & faciem cincinnosque pretiosis unguentis perfusos semper habens, auro ex communibus calamitatibus collecto, quantum sufficeret ad explendum vel illum fabulis celebrem Midam, ad Regem ingressus est.*

1 Κατὰ ἀλκὴν σώματος] Eustath. ad Il. Ε. p. 513. locum hunc de Abrogasto (quem Ἀβρογάστην vocat) ex Suida, ut opinor, (nomen enim ejus ibi reticet) αὐτολεξεὶ descripsit.

2 Πεπηγὼς καὶ διηρθρωμένος] Proprie, *temperantiæ affixus & ei firmiter junctus.* Διαρθροῦν enim apud Medicorum filios dicitur de articulatione & junctura partium corporis humani; & ὀστᾶ διηρθρωμένα Galenus vocat ossa in corpore humano sibi invicem juncta & cohærentia.

3 Κανόνα] Hanc lectionem ex 2. MSS. Paris. revocavi. Ante enim legebatur κίονα, *columnam.*

4 Ἀβροκόμας] Ex Harpocratione: ubi vide Maussacum.

5 Καῦμα] In prioribus Edit. pessime legitur κῦμα, i. e. *fluctus*; quam vocem Portus loci hujus sensui frustra accommodare conatus est. Καῦμα recte legitur in *Antholog. Epigramm.* lib. 11. cap. 34. unde hæc Suidas deprompsit. Loquitur autem Epigramma istud de anu temulenta & merobiba, quæ, cum vehementi febre laboraret, Jovi se hoc voto obstrinxit, se, si a febri ista liberaretur (id enim sibi volunt verba ista, *si pernitiosi æstum ignis effugero*: nam febris sæpe ab Hippocrate πῦρ vocatur) per centum *Soles*, id est, dies, aquam meram, loco vini, bibituram esse. Cæterum in Anthol. minus recte legitur διάκαυμα, una voce, cum præpositio διὰ referenda sit ad sequentem vocem φύγω, quoniam nihil frequentius est apud Poetas, quam præpositiones per tmesin a verbis suis separari.

6 Δροσερῶν πίομαι] Verti, *Roscidis bibam ex fontibus*; i. e. rore plenis. Ros autem hic Poetice pro quavis aqua accipitur.

7 Ὁ θορυβώδης] Hesychius contra, χωρὶς βρόμου, ἢ ἄνευ ψόφου. Etymologus tamen cum Suida consentit. *Pears.*

8 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Antholog. lib. VI. cap. 16.

9 Κατεαγώς] Homines molles & effeminati a Græcis dicuntur κατεαγότες, i. e. *fracti.* Hesychius. Ἰωνικόν. τρυφερόν, ἢ ἐπὶ τοῦ κατεαγότος ἢ θηλυκοῦ.

10 Λελυγισμένος] Puto me sensum in versione expressisse. Hominum enim delicatorum & σκιατραφῶν corpus solet esse fractum quasi, & in omnes partes flexile, utpote tenerum & molle; contra viri fortes & laboribus innutriti dicuntur esse corpore firmo, duro & solido. In editione Basileensi & Genevensi pro λελυγισμένος male legitur λελογισμένος, quod Portus recte quidem in λελυγισμένος mutandum esse vidit, sed infeliciter admodum interpretatus est. Τὸ λυγίζω enim non solum significat *ligo, vincio*; sed etiam, testibus Grammaticis, κάμπτω, στρέφω, i. e. *flecto, torqueo, verto*, quæ significatio huic loco convenit.

11 Τάς τε κόμας ἀναδούμενος] Hæc repetuntur infra v. Ἀναδούμενος. ubi pro ἀβροσταγές, melius, ut puto, legitur, μυροσταγές, i. e. *unguentis madens.*

Ἀβρὸς λειμών. [1]χειμότερος καὶ εὐθαλής. Πάντας δὲ ὡς ἀβρότατά τε καὶ ἅμα εἰς ἔκπληξιν [2]κατὰ πλοῦτον, τόνγε δὴ πλοῦτον θαυμάζοντε, ἐσταλμένους.

[3] Ἄβρος, παροξυτόνως. ἔθνος πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ.

Ἀβροσύνη. Φαιδρότης.

Ἀβροτάζω. ἁμαρτάνω.

Ἀβρότερον. Ἀλλ' ἀβρότερον αὐτῶν εἶχον, καὶ [4]Συβάειδος μεστοὶ ἦσαν.

[5] Ἀβρότη. ἡ νύξ. παρὰ τὸ ἐστερῆσθαι βροτῶν.

Ἀβροτήμων. ἁμαρτωλός.

Ἄβροτον. ἄψυχον, ἀναίσθητον.

Ἀβρότονον. εἶδος βοτάνης θαμνῶδες. ἔστι δὲ πικρότατον, [6]θερμαῖνον καὶ ξηραῖνον κατὰ τὴν τρίτην ἀπόστασιν· [7]διαφορητικῆς τε καὶ τμητικῆς ὑπάρχον δυνάμεως. Ἀναλειφόμενον δὲ σὺν ἐλαίῳ δι' ὅλου τοῦ σώματος τὰ κατὰ περίοδον ῥίγη ὑγιάζει, καὶ τὸ κεκαυμένον μᾶλλον τοῦ ἀκαύστου. ἀλωπεκίας ἰᾶται, σὺν τινι τῶν λεπτομερῶν ἐλαίων.

Ἀβροχίτων. τρυφερὰ φορῶν.

Ἄβρων. Φρὺξ, ἢ Ῥόδιος· Γραμματικὸς, μαθητὴς Τρύφωνος, σοφιστεύσας ἐν Ῥώμῃ. [8]γεγονὼς δὲ ἐκ δούλων, ὥς φησιν [9]Ἕρμιππος.

Ἄβρωνος βίος. ἐπὶ πολυτελῶν. Ἄβρων γὰρ παρ' Ἀργείοις ἐγένετο πλούσιος. Ἢ καὶ ἀπὸ ἀβροῦ. Καὶ Ἀβρώνειος.

Ἀβρύνεται. κοσμεῖται, θρύπτεται, καυχᾶται.

[10] Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα. Ὅταν ἀκαίρως ἐπιφανέντος τινὸς ἀηδία τις ᾖ, εἰώθαμεν λέγειν Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα. διὰ τὸ τοὺς Ἀβυδηνοὺς, ὅταν τινὰ τῶν πολιτῶν ἢ ξένων ἑστιῶσι, [11]μετὰ τὸ μύρον καὶ τοὺς στεφάνους, τὰ παιδία περιφέρειν φιληθησόμενα. Τῶν τε τιθηνῶν θορυβουσῶν, τῶν τε παιδίων κεκραγότων, ἐνοχλεῖσθαι τοὺς παρόντας. ἀφ' οὗ εἴθισται λέγειν τὸ προκείμενον.

Ἄβυδος. πόλις. ἐπὶ συκοφάντου τάττεται ἡ λέξις, διὰ τὸ δοκεῖν συκοφάντας εἶναι τοὺς Ἀβυδηνούς. Καὶ ἐπίρρημα, Ἀβυδόθι, ἐν Ἀβύδῳ. Καὶ [12]Ἄβυδον φλυα-

Ἀβρὸς λειμών. Pratum molle & virens. *Omnes autem splendidissime & ad admirationem usque, saltem illius, qui divitem cultum miratur, vestitos.*

Ἄβρος. Habri, cum accentu in priore syllaba. Gens juxta Adriam.

Ἀβροσύνη. Splendor. Nitor.

Ἀβροτάζω. Aberro.

Ἀβρότερον. *Sed delicatius ipsis vivebant, & lautioribus epulis pleni erant.*

Ἀβρότη. Nox. Sic dicta, quod careat hominibus.

Ἀβροτήμων. Peccator.

Ἄβροτον. Inanimum. Sensu carens.

Ἀβρότονον. Abrotonum, genus herbæ fruticosæ. Est autem amarissimum, calefaciens, & siccans in tertio gradu, discutiendi, & incidendi vim habens. Tritum vero mixtumque cum oleo, periodicos algores per totum corpus sanat, & quidem ustum magis, quam non ustum. Alopeciis medetur, si adhibeatur cum aliquo oleo, tenuioribus partibus constante.

Ἀβροχίτων. Molles, sive pretiosas vestes gestans.

Ἄβρων. Abron, Phryx, aut Rhodius. Grammaticus, Tryphonis discipulus, qui Romæ Rhetorica præcepta docuit, ex servitute manumissus ut ait Hermippus.

Ἄβρωνος βίος. Abronis vita. De sumptuosis dicitur. Abron enim quidam apud Argivos dives fuit. Vel etiam hoc deduci potest a voce ἀβροῦ. Dicitur etiam Ἀβρώνειος.

Ἀβρύνεται. Ornatur, Deliciis indulget, Gloriatur.

Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα. Abydena bellaria. Cum ex alicujus intempestivo interventu molestia aliqua nobis oboritur, dicere consuevimus, *Abydena bellaria.* Nam Abydeni, quum aliquem civem aut peregrinum excipiunt convivio, post unguentum & coronas illatas, pueros osculandos circumferunt. Nutricibus vero tumultuantibus, & pueris vociferantibus, præsentes molestia afficiuntur: unde proverbium hoc originem duxit.

Ἄβυδος. Abydus. Urbs. Hoc vocabulum pro *Sycophanta* ponitur, quod Abydeni tales esse crederentur. Et adverbium Ἀβυδόθι, in

1 Κωμότερος] Vocem hanc suspectam habeo, quare eam in versione non expressi.

2 Κατὰ πλοῦτον] Hæc puto esse supervacanea, præsertim cum tribus vocibus interjectis τὸ πλοῦτον iteretur.

3 Ἄβρος παροξυτ.] Lege Ἄβροι. Vide Ethnicographum h. v.

4 Συβάειδος] Verti, *lautioribus epulis*, secutus auctoritatem Hesychii, qui Σύβαρις, πολυτελὴ τροφὴν interpretatur.

5 Ἀβρότη. ἡ νύξ] Sic noctem vocat Homerus. Il. Ξ. 78. ubi vide Scholiastam.

6 Θερμαῖνον] Hæc sumpta sunt ex Paulo Ægineta, lib. III. c. 7. ut Pearsonius ad marginem Suidæ sui recte observaverat. Eadem autem desunt in MSS. Paris. ut fere omnia alia loca, quæ in vulgatis Edit. Suidæ, ex illo scriptore translata, hodie leguntur.

7 Διαφορητικῆς] Si codex mendo caret, jam τὸ διαφορητικὸν idem est, ac τὸ διαφορητικὸν, quod a Medicis passim usurpatur. Διαφορητικὰ φάρμακα, medicamenta discussoria, quæ discutiendi vim habent. Διαφορητικὴ δύναμις, discussoria vis, quæ vapores, flatus, humores, ac tumores discutere ac dissipare potest. Consule Oeconomiam Hippocratis. Ἀπόστασιν vero vocant Græci Medici, quum de medicamentorum viribus & facultatibus verba faciunt, quod Latini Medici gradum appellant, ut, quum dicunt primo, secundo, tertio gradu calidum, vel frigidum, &c. *P.*

8 Γεγονὼς δὲ ἐκ δούλων] Sensus est ambiguus. Potest enim verti, *ex servis parentibus procreatus*, ut a Porto factum: vel, ut a nobis, *ex servitute manumissus.* Ἐκ δούλων enim, sive ἀπὸ δούλων apud Græcos dicitur, qui ante servus fuit, uti ἀπὸ βασιλέων, Exrex; ἀπὸ ὑπάρχων, Expræfectus, sive Præfectura functus.

9 Ἕρμιππος] Scripserat is enim περὶ τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων, i. e. *de servis qui eruditione clari fuerunt*, cujus operis librum secundum laudat Suidas v. Ἴστρος.

10 Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα] Vide de hoc proverbio Zenobium & Diogenianum; item Athen. L. XIV. c. XI. & ibi Casaub.

11 Μετὰ τὸ μύρον] Id est, finito convivio, sive, ut Zenobius, idem adagium exponens, ait, μετὰ τὸ δεῖπνον. Solebant enim veteres in conviviis, mensis remotis, caput demum coronis redimire, & unguentis sese perfundere: quod vel ex Athenæo patet, qui convivium Dipnosophistarum ordine describens, ultimo operis sui libro, quo τὰ μετὰ τὸ δεῖπνον ἐπιτελούμενα complexus est, de coronis & unguentis demum agit.

12 Ἄβυδον φλυαρίαν] Hoc figurate dictum, pro τὴν Ἀβυδηνῶν ἢ τὴν Ἀβυδηνὴν φλυαρίαν. De Abydo, & proverbiis inde natis, consule Dionysium de *Situ Orbis* pag. 73. & 74. ubi Eustathius verba facit de hoc versu,

Σηστὸς ὅπη καὶ Ἄβυδος ἐναντίον ὅρμον ἔθεντο. *P.*

είαν, τὴν πολλήν. καὶ Ἀβυδηνὸς, ὁ ἀπὸ Ἀβύδου.

[1] Ἀβυδὼν, Ἀβυδῶνος. χωρίον Μακεδονίας. ὡς Στράβων.

Τηλόθεν ἐξ Ἀβυδῶνος ἀπ' Ἀξίου εὐρὺ ῥέοντος.

Ἀβυρβηλον. ἀναίσχυντον, ἀπεχθές. καὶ Ἀβυρβηλος, ὁ πολὺς, ὁ μέγας, ἢ ὁ κατακορής. Λέγεται καὶ Ἀβέρβηλος, ὡς καὶ πρὸ ὀλίγου γέγραπται, ὁ ἀκατάστατος.

Ἀβυρτάκη. ὑπότριμμα βαρβαρικὸν, κατασκευαζόμενον διὰ πράσων καὶ καρδάμων καὶ ῥοιᾶς κόκκων, καὶ ἑτέρων τοιούτων. δριμὺ δηλονότι. [2] Θεόπομπος Θησεῖ·

Ἥξει δὲ Μήδων γαῖαν, ἔνθα καρδάμων

Πλείστων ποιεῖται, καὶ πράσων ἀβυρτάκη.

Ἔστι δὲ ἐν [3] Κεκρυφάλῳ Μενάνδρου τοὔνομα.

Ἄβυσσος. ([4] ἣν οὐδὲ βυθὸς χωρῆσαι δύναται· Ἴωνες δὲ τὸν βυθὸν, βυσσὸν φασίν. Ὅθεν δοκεῖ λέγεσθαι καὶ βυσσοδομεύειν) παρὰ τὸ δύω, τὸ ὑπέρχομαι, κατὰ τροπὴν βύω, βύσω, βέβυσμαι, βυστὸς, καὶ ἄβυσσος, ἣ οὐδεὶς εἰσέρχεται, διὰ τὸ βάθος. [5] Ἀριστοφάνης Βατράχοις·

Εὐθὺς γὰρ ἐπὶ λίμνην ἥξεις μεγάλην πάνυ

Ἄβυσσον.

Καὶ οὐδετέρως φησὶν ὁ αὐτός· [6] Ἕως ἂν ᾖ τὸ ἀργύριον τὸ ἄβυσσον παρὰ τῇ θεῷ, οὐκ εἰρηνεύσουσιν. ἐν γὰρ τῇ ἀκροπόλει [7] χίλια τάλαντα ἀπέκειτο.

[8] Ἄβυσσον καλεῖ τὴν ὑγρὰν οὐσίαν ἡ θεία γραφή. ἐπεὶ γοῦν ἡ γῆ πανταχόθεν ὕδασι περιέχεται μεγάλοις καὶ μικροῖς πελάγεσι, εἰκότως ἄβυσσον περιβόλαιον αὐτῆς εἴρηκεν ὁ Δαβίδ. Καὶ, Ἄβυσσος ἄβυσσον ἐπικαλεῖται, ὁ αὐτὸς προφήτης φησί· τὰ στρατιωτικὰ λέγων τάγματα, καὶ τὴν τοῦ πλήθους ὑπερβολὴν τροπικῶς. Ὡς ἐν ἀβύσσῳ τινὶ ὑποβρύχιος ἐγενόμην. Ἄβυσσος οὖν, ὑδάτων πλῆθος πολύ.



urbe Abydo. Et Abydenam nugacitatem, i. e. magnam. Et Abydenus, qui est ex urbe Abydo.

Ἀβυδὼν, Ἀβυδῶνος. Abydon, Abydonis. Locus Macedoniæ, ut Strabo scribit.

*Procul ex Abydone, ab Axio late fluente.*

Ἀβυρβηλον. Impudens, Invisum. Et Ἀβυρβηλος, multus, magnus, satietatem afferens. Ἀβέρβηλος etiam (ut paulo ante dictum est) Instabilis vocatur.

Ἀβυρτάκη. Abyrtace. Barbaricum est intritum, confectum ex porris, & nasturtio, & mali punici granis, & aliis hujusmodi rebus: unde acre est. Theopompus *Theseo:*

*Veniet autem Medorum in terram, ubi ex nasturtiis*

*Plurimis & porris abyrtace conficitur.*

Hoc autem nomen in Menandri *Cecryphalo* quoque legitur.

Ἄβυσσος. Abyssus, (quam ne profunditas quidem capere potest. Iones enim pro βυθὸν dicunt βυσσόν: unde etiam dicta videtur vox βυσσοδομεύειν, i. e. alte in animo versare) a δύω, subeo: unde per mutationem quandam fit βύω, βύσω, βέβυσμαι, βυστὸς, & ἄβυσσος, quam nemo, propter profunditatem, ingredi potest. Aristophanes *Ranis:*

*Statim enim ad paludem magnam venies,*

*Et valde profundam.*

Idem etiam neutro genere [ἄβυσσον] dixit. *Quamdiu immensa illa pecunia apud Deam recondita erit, non sane pacate vivent. Nam in arce mille talenta reposita erant.*

Ἄβυσσον καλεῖ. Abyssum Sacra Scriptura vocat substantiam aqueam. Quia autem terra undique circumdatur aquis, magnisque & parvis maribus, ideo jure David Abyssum vocavit terræ amictum. Idem etiam Propheta dicit, *Abyssus Abyssum invocat:* sic nimirum exercitus militum, & ingentem multitudinem, tropice vocans. Ut in Abysso quadam submersus fui. Abyssus igitur, aquarum magna copia vocatur.

1 Ἀβυδὼν, Ἀβυδῶνος] Strabo nullam Ἀβυδῶνος mentionem facit. In iis tamen, quæ ex septimi libri fine sunt excerpta, pagina 228. ex Vignonii typis, hæc scripta leguntur. Ἐπίκειται δὲ τῷ Ἀξιῷ ποταμῷ χωρίον, ὅπερ Ὅμηρος Ἀμυδῶνα καλεῖ· καί φησι τοὺς Παίονας ἐντεῦθεν εἰς Τροίαν ἐπικούρους ἐλθεῖν.

Τηλόθεν ἐξ Ἀμυδῶνος, ἀπ' Ἀξιοῦ εὐρὺ ῥέοντος.

ubi nomen hoc fluvii Ἀξιός, Ἀξιοῦ, Ἀξιῷ, scribitur. At apud Homerum Iliados B. cum Eustathii commentariis pag. 258. sic totus locus scribitur, ut etiam scribendus videtur:

Αὐτὰρ Πυραίχμης ἄγε Παίονας ἀγκυλοτόξους,

Τηλόθεν ἐξ Ἀμυδῶνος, ἀπ' Ἀξίου εὐρὺ ῥέοντος,

Ἀξίου, οὗ κάλλιστον ὕδωρ ἐπικίδναται αἶαν. P. † Strabo nullam Ἀβυδῶνος mentionem facit, inquit Portus. In Excerptis quidem nullam: at in Opere pleno fecerat. Testis Eustath. Il. B. 360. ubi ait: Ὡς δῆλον, ἐξ ὧν ὁ Γεωγράφος φησὶ, λέγων, ὅτι ἡ παρ' Ὁμήρῳ Ἀμυδὼν, Ἀβυδὼν ὕστερον ὠνομάσθη. Pears.

2 Θεόπομπος] Locum hunc Theopompi citat etiam ex Ælio Dionysio Eustath. ad Odyss. T. p. 1854. 18.

3 Κεκρυφάλῳ] Fabulam Menandri, dictam *Cecryphalus*, præter Suidam hoc loco, & infra v. Ἄγυρις, laudat etiam aliquoties Athenæus.

4 Ἣν οὐδὲ βυθὸς] Verba hæc, & quæ sequuntur usque ad βυσσοδομεύειν, parenthesi inclusi, quoniam ex margine in textum videntur esse recepta, & connexionem loci hujus dirimunt, qui sic absque ulla interruptione legendus est: Ἄβυσσος. παρὰ τὸ δύω &c. Cæterum, obscura sunt verba illa, ἣν οὐδὲ βυθὸς χωρῆσαι δύναται, quorum loco non male forsan legeretur, ἧς οὐδὲ βυθὸν εὑρεῖν τις δύναται, i. e. *cujus fundum invenire nemo potest*. Sed judicent peritiores.

5 Ἀριστοφάνης Βατράχοις] Pag. 135, 136. Sequens vero locus urbinam exstet sic, ut a Suida scribitur, non recordor. In Lysistrata, pag. 545. vers. 174. legitur.

Καὶ τ' ἀργύριον τὤβυσσον ᾖ παρὰ ταῖ σιοῖ.

Quem locum fortasse Suidas intellexit. Dorice vero dictum τὤβυσσον, κατὰ κρᾶσιν ἀντὶ τοῦ τὸ ἄβυσσον, ὅπερ ἄπειρον. Sequentes vero voces ita more prisco sunt scribendæ, ταῖ σιοῖ, pro communi recentiorum Doriensium τᾷ σιῷ, ποιητικῶς τῇ θεῷ. Prisci enim τὸ ι non subscribebant, sed adscribebant. Deam vero vocat ipsam Minervam. De toto hoc loco consule *Plutum* Aristophanis pag. 55. ubi Poeta sic Carionem introducit loquentem:

Ἱδρυσόμεσθ' οὖν αὐτίκα, ἀλλὰ περίμενε,

Τὸν Πλοῦτον, οὗπερ πρότερον ἦν ἱδρυμένος,

Τὸν ὀπισθόδομον ἀεὶ φυλάττων τῆς θεοῦ.

Græca Scholia. Τὸν ὀπισθόδομον.] ὄπισθεν τοῦ νεὼ διπλοῦς τοῖχος τῆς καλουμένης Πολιάδος Ἀθηνᾶς, ἔχων θύραν, ὅπου καὶ θησαυροφυλάκιον. ἐπειδὴ τὰ χρήματα ἐν τῷ ὀπισθοδόμῳ ἀπέκειτο. &c. P.

6 Ἕως ἂν ᾖ τὸ ἀργύριον] Hæc non sunt verba ipsius Aristophanis, ut Portus putavit, sed Scholiastæ deperditi in Lysistratam, ad hæc verba Comici, pag. 545.

Καὶ τ' ἀργύριον τὤβυσσον ᾖ παρὰ ταῖ σιοῖ. Pears.

7 Χίλια τάλαντα] In arce urbis Athenarum mille talenta, instar sacri thesauri, adservabantur, quæ, lege sancita, nefas erat delibare, vel ad ullum usum impendere, præterquam si hostis classe Atticam invasisset. Rem pluribus exponunt Meursius *Cecropia*, c. 26. & Sam. Petitus *de LL. Attic.* p. 382. quorum scrinia compilare nolo.

8 Ἄβυσσον καλεῖ] Hæc ex Theodoreto in Psalmum CIII. 6. sumpta sunt: uti & ea, quæ paulo post sequuntur, Καὶ ἄβυσσος ἄβυσσον ἐπικαλεῖται &c. ex eodem Theodor. in Psalm. XLI. 8. Suidas deprompsit, ut Pearsonius ad hunc locum optime observaverat.

Ἀβυσ-

Ἄβυσσος. ἱερὸν ἦν τῆς Περσεφόνης, πολὺν χρυσὸν ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου πεφυλαγμένον ἄθικτον ἔχον. ἐν ᾧ χρυσός τις ἄβυσσος, ἀόρατος τοῖς πολλοῖς κατὰ γῆς κεκρυμμένος.

Ἀγάγῃς. αὐθυπότακτον. καὶ ἀγάγωμεν.

Ἀγάζω. γενικῇ.

Ἀγαθά. ἐπὶ τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ εὐωχίαν σιτίων καὶ ποτῶν ἐχρήσατο Ξενοφῶν τῇ λέξει. Καὶ [1] Ἀγαθὰ Κιλίκων, λείπει τὸ ἔχει. Κιλίκων δὲ ὄνομα κύριον. εὔπορος δὲ ἦν.

Ἀγάθαρχος. ὄνομα κύριον. Ἦν δὲ ζωγράφος ἐπιφανής, Εὐδήμου υἱός, τὸ δὲ γένος, Σάμιος.

Ἀγαθὴ καὶ μάζα μετ' ἄρτον. ἐπὶ τῶν τὰ δευτερεῖα διδόντων, ἢ αἱρουμένων.

[2] Ἀγαθῆς Τύχης νεώς. οὐκ ἄδηλον τὸ σημαινόμενον.

Ἀγαθίας. Σχολαστικός. [3] Μυριναῖος. [4] ὁ γράψας τὴν μετὰ Προκόπιον ἱστορίαν τοῦ Καισαρέως. [5] τὰ κατὰ Βελισάριον, καὶ τὰς ἐν Ἰταλίᾳ καὶ ἐν Λιβύῃ πράξεις. τουτέστι, τὰ κατὰ Ναρσῆν ἐν Ἰταλίᾳ· καὶ τὰ ἐν [6] Λαζικῇ, καὶ Βυζαντίῳ. Οὗτος συνέταξε καὶ ἕτερα βιβλία, ἔμμετρά τε, καὶ καταλογάδην· τά τε καλούμενα [7] Δαφνιακά· καὶ [8] τὸν Κύκλον τῶν νέων Ἐπιγραμμάτων, ἃ αὐτὸς συνῆξεν ἐκ τῶν κατὰ καιρὸν ποιητῶν. Σύνακμασε καὶ Παύλῳ τῷ Σιλεντιαρίῳ, καὶ [9] Μακεδονίῳ τῷ ὑπάτῳ, καὶ Τριβωνιανῷ, ἐπὶ τῶν Ἰουστινιανοῦ χρόνων.

Ἀγαθικά. τὰ σπουδαῖα.

Ἄβυσσος. Abyssus. Ædes fuit Proserpinæ, in qua multum auri, ab omni ævo intacti, servabatur: sive in qua immensa erat auri vis, a vulgo nunquam visa, & sub terra abscondita.

Ἀγάγῃς. Duxeris. Subjunctivi modi. Et ἀγάγωμεν, Ducamus.

Ἀγάζω. Admiror. Genitivo [gaudet.]

Ἀγαθά. Xenophon hac voce usus est de cibo & potu, sive rebus, ad voluptatem conviviorum pertinentibus. Et, Ἀγαθὰ Κιλίκων, i. e. Bona Cilico; deest, *habet*. Cilicon vero, est nomen proprium viri divitis.

Ἀγάθαρχος. Agatharchus. Nomen proprium. Erat autem pictor insignis, Eudemi filius; genere vero, Samius.

Ἀγαθὴ καὶ μάζα μετ' ἄρτον. Bona etiam est maza post panem. De illis dicitur, qui deteriora dant, vel eligunt.

Ἀγαθῆς Τύχης νεώς. Bonæ Fortunæ templum. Haud obscurum est, quid hoc significet.

Ἀγαθίας. Agathias. Scholasticus. Murinensis; qui historiam scripsit, initio inde sumpto, ubi desiit Procopius Cæsareensis (qui res a Belisario in Italia & Libya gestas literis mandavit) id est, res Narsetis in Italia; item ea, quæ in Lazica, & Byzantii gesta sunt. Idem etiam alios libros, partim ligata, partim soluta oratione, composuit. Ut & ea, quæ *Daphniaca* vocantur, & Corpus novorum Epigrammatum, quæ ipse ex recentioribus Poetis collegit. Floruit autem eodem tempore, quo Paulus Silentiarius, Macedonius Consul, & Tribonianus, sub Justiniano.

Ἀγαθικά. Bona.

1 Ἀγαθὰ Κιλίκων] Scribendum videtur Κιλλικῶν, ut Ξενοφῶν. Sic etiam apud Aristophanem scribendum (ut patet ex genitivo Κιλλικῶντος, ut Ξενοφῶντος) in *Pace* 446.

Οὐδὲν πονηρόν, ἀλλ' ὅπερ γ' ὁ Κιλλικῶν.

De Cillicontis proditione, & fœdo vitæ genere, ac justis pœnis, consule Græca Scholia, quæ rem totam fuse declarant. Vide & Suidam infra in Κιλίκων. & paulo post, in Κιλλικῶν, ubi recte vox scripta legitur, & Aristophanis versus affertur. *P.*

2 Ἀγαθῆς Τύχης] Vid. Harpocrationem hac voce.

3 Μυριναῖος] In prioribus Edit. male legitur Σμυρναῖος; pro quo in uno MS. Paris. scriptum inveni Σμυρ(?)ναῖος; in duobus aliis vero Μυρηναῖος, quæ, si τὸ η in ι mutes, vera lectio est. Patriam enim Agathiæ fuisse Myrinam, urbem Æolidis in Asia, ipse de se in Præfat. Historiæ suæ expresse testatur, his verbis: Ἐμοὶ Ἀγαθίας μὲν ὄνομα, ΜΥΡΙΝΗ δὲ πατρίς. Multi viri docti vulgata lectione Suidæ antea decepti, existimarunt, Agathiam Smyrnæum fuisse, quam opinionem etiam secutus est Salmasius ad Solinum, pag. 607. Edit. Ultraject. qui eo nomine Petavio in *Miscellaneis Exercitationibus*, pag. 383. vapulat. Bonaventura Vulcanius initio notatum ad Agathiam, recte quidem monet, errare eos, qui Agathiam, non Myrinæum, sed Smyrnæum fuisse credant; sed, cum ipsi in mentem non veniret, τὸ Σμυρναῖος apud Suidam esse corruptum, in alium errorem incidit. Existimat enim, vocem illam non esse accipiendam de patria Agathiæ, sed ad Σχολαστικὸς referendam; & Agathiam a Suida dici Scholasticum Smyrnæum, quod in ea urbe Scholasticum, sive Advocatum, egisset: quod etiam Vossio in Opere *de Histor. Græc.* ubi de Agathia agit, persuasum video. Sed cum opinio ista solo hoc Suidæ loco nitatur, apparet, viros illos doctos falli, quoniam pro Σμυρναῖος, ut diximus, suffragantibus MSS. reponi debet Μυριναῖος, eaque vox de patria Agathiæ necessario accipienda est. Pene oblitus eram monere, in Codice etiam Vaticano, pro Σμυρναῖος, recte legi, Μυριναῖος, ut Pearsonius ad hunc locum adnotavit.

4 Ὁ γράψας τὴν μετὰ Προκόπιον] Sensus horum verborum est is, quem in versione expressi. Ipse enim Agathias in fine Præfationis ad Historiam suam ita de se inquit: Καὶ Προκοπίῳ μὲν τῷ Ῥήτορι ἐν τοῖσδε εἰρήσεται αὐτοῦ τὰ τῆς ξυγγραφῆς εἰπόντι, ἐξ ὧν ἐπιτελεῖσθω. ἐμοὶ δὲ εἰς τὰ ἐχόμενα τούτων, ἐφ' ἅπερ ἐγὼ τὴν ἀρχὴν ὡρμήθην ἰέναι, ἤδη ἐπὶ ταῦτα εἶμι τὴν δὲ ἀρχὴν τῶν συγγραμμάτων. i. e. interprete Bonav. Vulcanio: *Ac Procopius quidem in his, uti arbitror, finem historiæ suæ facit. Ego vero his proxima, & consequentia, ut initio mihi propositum fuit, persequens, res ipsas aggredior.*

5 Τὰ κατὰ Βελισάριον &c.] Probe novi, delicatioris stomachi lectores locum hunc minime concocturos esse: est enim turbatus & mutilus. Quare, cum MSS. me hic destituant, ex ingenio eum in integrum restituere conabor. Censeo igitur, omnia fore clara & plana, si, verbis nonnullis parenthesi inclusis, & addita voce συνταξαμένου, totus iste locus ad hunc modum concipiatur: Ὁ γράψας τὴν μετὰ Προκόπιον ἱστορίαν τοῦ Καισαρέως (τοῦ τὰ κατὰ Βελισάριον, καὶ τὰς ἐν Ἰταλίᾳ, καὶ ἐν Λιβύῃ πράξεις συνταξαμένου) τουτέστι, τὰ κατὰ Ναρσῆν &c. Neminem puto veritatem conjecturæ meæ in dubium vocaturum esse. Nam nisi locus iste sic scribatur, non solum sensus ejus erit obscurus, sed etiam falsus. Nusquam enim Agathias in libris historiarum suarum res Libycas exposuit, uti exposuisse Procopium in *Vandalicis* notissimum est. Quæ autem sequuntur parenthesin, optime conveniunt in Agathiam, quippe qui bella Justiniani in Lazica contra Persas, & in Italia, ductu Narsetis, contra Gothos gesta, in opere suo historico fuse narrat. Ceterum, sensum loci hujus in versione ita expressi, uti eum restituendum putavi.

6 Λαζικῇ] i. e. Colchide. Agathias lib. II. p. 55. Οἱ δὲ Λαζοί, Κόλχοι τὸ παλαιὸν ὀνομάζοντο. i. e. *Lazi autem olim Colchi dicebantur.*

7 Δαφνιακά] Erat hoc opus eroticum, hexametris versibus conscriptum, & novem libris constans. ut ipse Agathias testatur in Epigrammate, quod exstat Anthol. lib. VI. cap. 9.

Δαφνιακῶν βίβλων Ἀγαθίου ἐννέα εἰμί.
Ἀλλά μ' ὁ ποιητὴς ἄνθετό σοι, Παφίη.
*Daphniacorum Agathiæ sumus hic libri novem.*
*Sed auctor nos, tibi, o Venus, dedicavit.*

Hunc locum eo lubentius attuli, quod eum a Vossio in Opere *de Histor. Græcis*, ubi de *Daphniacis* Agathiæ agit, prætermissum esse videbam.

8 Τὸν Κύκλον τῶν νέων Ἐπιγρ.] Ante Agathiam Epigrammata varia in unum corpus collegerant Meleager, Philippus, Diogenianus, Philochorus, Polemo, & alii. Quæ hodie exstat Anthologia Epigrammatum, a Maximo Planude, ex Meleagri, Philippi & Agathiæ Anthologiis, conflata & compilata est.

9 Μακεδονίῳ] Hic est ille Macedonius, cujus Epigrammata non pauca hodie in Anthologia leguntur.

Ἀγα-

Ἀγαθοεργία. [1] Δαμάσκιος. Ὡς δὲ ἑνὶ λόγῳ τὸ πᾶν συλλαβεῖν, ὅπερ ἔφη ὁ Πυθαγόρας, ὁμοιότητα ἔχειν τῷ θεῷ τὸν ἄνθρωπον, τοῦτο σαφῶς ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτὸς ἐπεδείκνυτο, τὴν ἀγαθοεργὸν προθυμίαν, καὶ τὴν εἰς πάντας ἐπεκτεινομένην εὐεργεσίαν· μάλιστα μὲν [2] τὴν ἀναγωγὴν τῶν ψυχῶν ἀπὸ τῆς κάτω βεβυθισμένης παιδίας κακίας. ἔπειτα καὶ τὴν σωτηρίαν τῶν σωμάτων ἐκ τῆς ἀδίκου, ἢ ἀνοσίου ταλαιπωρίας. τὸ δ' αὖ τρίτον, ἐπεμελεῖτο τῶν ἔξω πραγμάτων, ὅση δύναμις.

[3] Ἀγαθοεργοί. αἱρετοὶ κατ' ἀνδραγαθίαν ἐκ τῶν Ἐφόρων.

Ἀγαθοθέλεια. ἡ τῶν ἀγαθῶν ἐκλογή. Οὐκ ἀρκεῖ τοῖς πράγμασιν ἡ ἀγαθοθέλεια μόνον, ἀλλὰ δεῖ καὶ ῥώμης, καὶ ἐπιστρεφείας.

[4] Ἀγαθοῦ Δαίμονος. Ἔθος εἶχον οἱ παλαιοὶ μετὰ τὸ δεῖπνον πίνειν Ἀγαθοῦ Δαίμονος, ἐπιρροφοῦντες ἄκρατον, [5] καὶ τοῦτο λέγειν Ἀγαθοῦ Δαίμονος. χωρίζεσθαι δὲ μέλλοντες, Διὸς Σωτῆρος. Καὶ ἡμέραν δὲ τὴν δευτέραν τοῦ μηνὸς οὕτως ἐκάλουν. Καὶ ἐν Θήβαις δὲ ἦν ἡρῷον Ἀγαθοῦ Δαίμονος. † Ὅτι περὶ τ' Ἀγαθοῦ βιβλίον συντάξας Ἀριστοτέλης, τὰς ἀγράφους τοῦ Πλάτωνος δόξας ἐν αὐτῷ κατατάττει. καὶ μέμνηται τοῦ συντάγματος [6] Ἀριστοτέλης ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ψυχῆς, ἐπονομάζων αὐτὸ περὶ Φιλοσοφίας.

[7] Ἀγαθῶν ἀγαθίδες. τάττεται ἡ παροιμία παρὰ τοῖς Κωμικοῖς ἐπὶ τῶν πολλῶν ἀγαθῶν. καὶ ἀγαθῶν θάλασσα, ἐπὶ πλήθους ἀγαθῶν. καὶ ἀγαθῶν μυρμηκιά, ἐπὶ πλήθους εὐδαιμονίας. καὶ ἀγαθῶν σωρὸς, ἐπὶ πλήθους ἀγαθῶν, καὶ πολλῆς εὐδαιμονίας.

Ἀγάθων. ὄνομα κύριον. ἦν δὲ Τραγικός. διεβέβλητο δὲ ἐπὶ μαλακίᾳ. [8] Ἀριστοφάνης

Ἀγάθων ποῦ ἐστιν. ἀπολιπών μ' ἀποίχεται.
Ποῖ γῆς ὁ τλήμων; ἐς μακάρων εὐωχίαν.

Οὗτος ὁ Ἀγάθων ἀγαθὸς ἦν τὸν τρόπον, [9] ποθει-



Ἀγαθοεργία. Beneficentia. Damascius. *Ut autem uno verbo rem omnem complectar, id, quod Pythagoras dixit, Hominem habere quandam cum Deo similitudinem, id factis clare demonstravit, nimirum prompta benefaciendi voluntate, & ad omnes sese extendente benignitate; maxime ea, qua animæ a vitiis, ipsas prægravantibus, & deorsum trahentibus, ad cœlestia revocantur: deinde ea, qua corpora ab injusta & impia servitute liberantur. Tertio vero loco, externarum quoque rerum pro virili curam gerebat.*

Ἀγαθοεργοί. Agathoergi. Ob fortitudinem ab Ephoris delecti.

Ἀγαθοθέλεια. Bonorum electio. *Non sufficit ad res gerendas meliora velle, sed etiam opus est viribus & industria.*

Ἀγαθοῦ Δαίμονος. Boni Dei. Moris erat apud antiquos, a cœna Boni Dei poculum bibere, merum sorbentes, atque hoc *Boni Dei* poculum vocare: cum autem essent discessuri, JOVIS SERVATORIS bibere solebant. Quin etiam cujusque mensis secundum diem sic appellabant. Fuit & Thebis fanum Boni Genii. † Aristoteles librum *de Bono* composuit, in quem Platonis sententias, scriptis non mandatas, retulit. Idem Aristoteles in primo libro *de Anima* meminit hujus operis, idque *De Philosophia* vocat.

Ἀγαθῶν ἀγαθίδες. Bonorum glomi. Hoc proverbium apud Comicos pro copia bonorum ponitur. Et, Ἀγαθῶν θάλασσα. Mare Bonorum. De copia bonorum dicitur. Et, Ἀγαθῶν μυρμηκιά, Bonorum myrmecia: de magna felicitate dicitur. Et, Ἀγαθῶν σωρὸς, Bonorum cumulus: de bonorum copia & multa felicitate dicitur.

Ἀγάθων. Nomen proprium. Erat autem Tragicus, & ob mollitiem infamis. Aristophanes:

*Agathon ubi est? Me derelicto abiit.*
*Quo terrarum ille miser abiit? Ad beatorum convivium.*

Hic Agathon bonis moribus erat præditus,

1 Δαμάσκιος] Hoc fragmentum procul dubio depromptum est ex Vita Isidori Philosophi, a Damascio olim conscripta, ex qua Photius. Cod. CCXLII. excerpta satis prolixa nobis conservavit. In illis Excerptis multa hodieque leguntur loca, quæ Suidas sub Damascii nomine passim adducit: sed sunt & alia, haud pauciora, (inter quæ etiam hoc fragmentum est) quæ in Photio non reperias: unde dubium non est, Suidam integra Vita Isidori usum fuisse.

2 Τὴν ἀναγωγὴν τῶν ψυχῶν] Hæc Philosophiam Platonicam sapiunt, secundum quam nonnullæ animæ, postquam e loco superiore in corpora descendissent, amore crassioris & immundæ materiæ captæ, omnibus vitiis sese polluebant, deorsumque semper vergentes, ad cœlestia nunquam respiciebant. Hæ igitur animæ, si ab illa ἀλιχῇ συμπαθείᾳ liberarentur, & a labe, quam contraxerant, ope virtutum purgarentur, dicebantur ἀνάγεσθαι ἀπὸ τῆς κάτω βεβυθισμένης παιδείας κακίας, ut Damascii verbis utar. Hinc patet, quare μετάνοια ab illis vocaretur φάρμακον ἀναγωγὸν καὶ σωτήριον. quoniam nimirum notitia peccati, & pœnitentia vitæ prioris male actæ, primus ad salutem gradus est. Vide Nicephorum in Scholiis ad Synesium, pag. 384.

3 Ἀγαθοεργοί] Apud Spartanos *Agathoergi* vocabantur Equitum natu maximi, qui quotannis, numero quini, a reliquo Equitum corpore secreti, per Laconiam dimittebantur, ut discimus ex Herodoto, lib. 1. c. 68. p. 27. quem locum Portus hic recte observaverat. Vide etiam Hesych. v. Ἀγαθοεργοί. Cæterum apud Suidam pro, ἐκ τῶν Ἐφόρων, rectius legas ἐκ τῶν ἱππέων, quoniam, ut diximus, Agathoergi ex Equitibus eligebantur: vel, si pro ἐκ legas ὑπὸ, sensus esse poterit, Agathoergos ab Ephoris ex Equitum numero delectos fuisse.

4 Ἀγαθοῦ Δαίμονος] De poculis apud Veteres *Boni Dei* & *Jovis Servatoris* vocatis, vide Schol. Aristoph. ad *Equit.* p. 293. ad *Vesp.* p. 466. ad *Pac.* p. 642. item Athen. lib. 11. *cap.* 2. p. 38. lib. xv. *cap.* 5. p. 675. & *cap.* 13. p. 692. Inde enim petant lectores velim, quæ ad loci hujus illustrationem faciunt. Nobis enim in his Notis brevitati studendum est.

5 Καὶ τοῦτο λέγειν Ἀγαθοῦ Δαίμονος] In prioribus Edit. verbis istis hæc subjuncta sunt: ἄλλοι δέ φασι τὸ πρῶτον ποτήριον οὕτω λέγεσθαι: quæ cum non solum seriem orationis interrumpant, sed etiam in MSS. desint, tanquam Scholium ex textu ejiciendа putavi.

6 Ἀριστοτέλης ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ψυχῆς] Cap. 2. his verbis: Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ Φιλοσοφίας λεγομένοις διωρίσθη. ad quem locum Philoponus ait: Τὰ περὶ τ' Ἀγαθοῦ ἐπιγραφόμενα, περὶ φιλοσοφίας λέγει. ἐν ἐκείνοις δὲ τὰς ἀγράφους συνουσίας τοῦ Πλάτωνος ἱστορεῖ ὁ Ἀριστοτέλης. ἔστι δὲ γνήσιον αὐτοῦ τὸ βιβλίον. quæ verbis Suidæ omnino sunt consona.

7 Ἀγαθῶν ἀγαθίδες] De his & similibus proverbiis legendi sunt scriptores proverbiorum veteres, a Schotto editi; item recentiores, Michael Apostolius, Erasmus, Junius, Brassicanus & alii; qui quoniam sunt omnibus notissimi & obvii, raro eos cum Suida confero: idque ideo, ne Suidam inutili & non necessaria notarum mole onerem, quod a Porto factum video.

8 Ἀριστοφάνης Ἀγάθων] Hæc ita sunt scribenda, ut apud Aristophanem in Ranis, pag. 133. scribuntur.

Ἀγάθων δὲ ποῦ 'στιν; Ἀπολιπών μ' ἀποίχεται.
Ποῖ γῆς ὁ τλήμων; Ἐς μακάρων εὐωχίαν.

De Agathone si plura, eaque scitu digna scire cupis, consule τὰς Ἀριστοφάνους Θεσμοφοριαζούσας, præcipue vero pag. 516. v. 28. 29. & pag. 517. v. 10. 11. 12. P.

9 Ποθεινὸς τοῖς φίλοις] Aristoph. *Ranis*, p. 214. de Agathone ait: Ἀγαθὸς ποιητὴς καὶ ποθεινὸς τοῖς φίλοις. ubi vide Scholiastam, ex quo Suidas hunc locum descripsit.

νὸς τοῖς φίλοις, καὶ τὴν τράπεζαν λαμπρός. Φασὶ δὲ ὅτι καὶ Πλάτωνος Συμπόσιον ἐν ἑστιάσει αὐτοῦ γέγραπται, πολλῶν ἅμα φιλοσόφων παραχθέντων. [1] Κωμῳδοποιὸς Σωκράτους διδασκάλου. ἐκωμῳδεῖτο δὲ εἰς θηλύτητα.

Ἀγαθώνειος αὔλησις. ἡ μαλακὴ καὶ ἐκλελυμένη· ἢ ἡ μήτε χαλαρά, μήτε πικρά, ἀλλ' εὔκρατος καὶ ἡδίστη.

[2] Ἀγαθώνιος. ὄνομα κύριον, ὃς ἐβασίλευσε τῆς Ταρτησσοῦ.

Ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες. ἐπὶ τῶν σφόδρα ταχέως ἔλεον ῥεπόντων.

[3] Ἀγαθοκλῆς. οὗτος ἐγένετο τύραννος, καὶ ὥς φησι Τίμαιος, κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν κοινὸς πόρνος, ἕτοιμος τοῖς ἀκρατεστάτοις, κολοιός, [4] τριόρχης, πάντων τῶν βουλομένων τοῖς ὄπισθεν ἔμπροσθεν γενόμενος. ὃς ὅτε ἀπέθανε, τὴν γυναῖκά φασι κατακλαιομένην αὐτὸν οὕτω θρηνεῖν· Τί δ' οὐκ ἐγὼ σέ; τί δ' οὐκ ἐμὲ σύ; Ὅτι δὲ ἐκ φύσεως ἀνάγκη μεγάλα προτερήματα γεγονέναι περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα τοῦτον, δῆλον. Εἰς γὰρ τὰς Συρακούσας [5] παραγενηθεὶς φυγὼν τὸν τροχόν, τὸν καπνόν, τὸν πηλόν, περί τε τὴν ἡλικίαν ὀκτωκαίδεκα ἔτη γεγονώς, καὶ μετά τινα χρόνον ὁρμηθεὶς ἀπὸ τοιαύτης ὑποθέσεως, κύριος μὲν ἐγένετο πάσης Σικελίας, [6] μεγίστοις δὲ κινδύνοις περιέστησε Καρχηδονίους. Τέλος ἐγγηράσας τῇ δυναστείᾳ, κατέστρεψε τὸν βίον, βασιλεὺς προσαγορευόμενος.

[7] Ἀγαθόν, κοινῶς μέν, τὸ, τι ὄφελος. ἰδίως δέ, ἤτοι ταὐτόν, ἢ οὐχ ἕτερον ὠφελείας· ὅθεν αὐτήν τε τὴν ἀρετήν, καὶ τὸ μετέχον αὐτῆς ἀγαθόν, τριχῶς λέγεσθαι. οἷον τὸ ἀγαθόν, ἀφ' οὗ συμβαίνει, ὡς τὴν πρᾶξιν καὶ τὴν ἀρετήν. ὑφ' οὗ δέ, ὡς τὸν σπουδαῖον τὸν μετέχοντα τῆς ἀρετῆς. Ἢ οὕτω· τὸ ἀγαθόν, τὸ τέλειον κατὰ φύσιν λογικοῦ, ἢ ὡς λογικοῦ. τοιοῦτο δ' εἶναι τὴν ἀρετήν [8] ὡς μετέχοντάς τε πράξεις τὰς κατ' ἀρετήν, καὶ τὸ σπουδαίους εἶναι. Ἐπιγεννήματα δέ, τήν τε χαράν, καὶ τὴν εὐφροσύνην, καὶ τὰ παραπλήσια. Ἔτι τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι περὶ ψυχήν· τὰ δέ, ἐκτός· τὰ δέ, οὔτε περὶ ψυχήν, οὔτε ἐκτός. Τὰ μὲν περὶ ψυχήν, ἀρετάς, καὶ τὰς

charus amicis, & in victu splendidus. Aiunt autem, Platonis Symposium scriptum fuisse in Agathonis convivio, multis simul Philosophis eo adductis. Fuit idem Comœdiarum scriptor, & Socratis discipulus. Ob vitam effœminatam vero a Comicis perstringebatur.

Ἀγαθώνειος αὔλησις. Agathonius tibiæ cantus: i. e. mollis, & dissolutus; vel neque mollis, neque acerbus, sed bene temperatus, atque suavissimus.

Ἀγαθώνιος. Agathonius. Nomen proprium viri, qui Tartessi Rex fuit.

Ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες. Boni viri facile lacrymantur. Dicitur hoc de iis, qui ad misericordiam valde sunt propensi.

Ἀγαθοκλῆς. Agathocles. Hic fuit tyrannus, & (ut ait Timæus) prima ætate publicum prostibulum, omnium incontinentissimorum libidini expositum, graculus, triorcha, qui aversus & adversus omnibus copiam sui præberet. Hic ubi mortuus esset, uxorem eum lamentantem hæc verba dixisse ferunt: Quid non ego tibi? quid non tu mihi? Necesse autem omnino esse, ut ingentibus a natura dotibus esset ornatus Agathocles, manifestum est. Syracusas enim venit, rotam figularem, fumum, & lutum fugiens, & ætatis annum circiter decimum octavum agens; & aliquanto post, ab hujusmodi principio profectus, totius Siciliæ dominus est factus; Carthaginenses in maxima pericula adduxit, & tandem, cum in principatu consenuisset, vitam finivit, Rex appellatus.

Ἀγαθόν. Bonum generaliter vocatur, cujus est aliqua utilitas; proprie vero, vel idem est, ac utilitas, vel non diversum ab utilitate. Unde & ipsam virtutem, & id, quod ipsius est particeps, bonum trifariam dici ait: veluti bonum, unde aliquid existit, ut actio & virtus; a quo, ut vir bonus virtutis particeps. Vel ita: Bonum est id, quod perfectum est secundum naturam ratione præditi, vel quasi ratione præditi. Hujusmodi vero est virtus, adeo ut, quæ de ea participant, sint cum actiones secundum virtutem, tum ipsi probi. Accessiones vero ipsius sunt gaudium & lætitia, & his similia. Præterea, bona alia sunt animi, alia externa; alia nec animi, nec externa. Animi, ut virtutes, &, quæ secundum eas fiunt,

1 Κωμῳδοποιός] Falluntur Wolfius & Portus, qui hæc de alio Agathone, & a priori diverso, accipienda putant. Nam ex Schol. Aristoph. clarissime patet, hæc ad unum eundemque Agathonem pertinere. Turbat tamen nonnihil vox κωμῳδοποιός, quoniam Agatho non fuit Poeta Comicus, sed Tragicus, ut non solum Suidas hoc ipso loco docet, sed etiam Aristophanes *Thesmophoriaz.* p. 766. ubi eum expresse τραγῳδοποιὸν vocat. Quare, qui hoc loco τραγῳδοποιὸς pro κωμῳδοποιὸς scribendum censuerit, me non habebit dissentientem.

2 Ἀγαθώνιος] Existimo scribendum potius Ἀργανθώνιος, ut ex Herodoto patet. Sic enim ille lib. 1. 42. Ἀπικόμενοι δὲ ἐς τὸν Ταρτησσόν, προσφιλέες ἐγένοντο τῷ βασιλέϊ τῶν Ταρτησσίων, τῷ οὔνομα μὲν ἦν Ἀργανθώνιος, ἐτυράννευσε δὲ Ταρτησσοῦ ὀγδώκοντα ἔτεα. &c. *Profecti autem Tartessum, amici facti sunt Regi Tartessiorum, cui nomen erat Arganthonius, & qui Tartessi regnaverat annos octoginta.* P. † Recte hic Portus ex Herodoto monuit, pro Ἀγαθώνιος legendum esse Ἀργανθώνιος, cujus, præter Herodotum, meminerunt etiam Cicero, Plinius, Lucianus, Silius Italicus, Valerius Maximus, Hesychius v. Ταρτ. & alii.

3 Ἀγαθοκλῆς. οὗτος] Totus hic locus sumptus est ex Polyb. lib. XII. pag. 918.

4 Τριόρχης. πάντων] Hæc repetuntur infra v. Τριόρχης. Significat autem τριόρχης proprie genus accipitris, a numero trium testium ita appellatum, ut docet Plinius lib. x. cap. 8. Romani *buteonem* vocarunt, eodem Plinio teste; Lacones vero *bellunam*, ut didici ex Hesychio, v. Βελλούνα. Hic tropice significat hominem incontinentem, & libidini maxime deditum.

5 Παραγενηθείς] Vocem hanc ex Polybio, & tribus MSS. Paris. Suidæ restitui. In prioribus enim Edit. corrupte legitur παρ' αὐτῆς ἐγεννήθη.

6 Μεγίστοις δὲ κινδύνοις] Apud Polybium melius legitur, μεγίστοις δὲ κινδύνοις περιέστησε Καρχηδονίους.

7 Ἀγαθόν. κοινῶς μέν] Locus hic, satis prolixus, sumptus est ex Laertio lib. VII. Sect. 94. & seqq. qui cum Suida conferendus est.

8 Ὡς μετέχοντάς τε πράξεις] Lege & distingue ex Laertio, ὡς μετέχειν, τάς τε πράξεις, τὰς κατ' ἀρετήν, καὶ τοὺς σπουδαίους εἶναι. ad quem locum vide Meric. Casaubonum. Nos versionem Porti, in qua nihil sani erat, hic induximus, aliamque substituimus, in qua verus sensus expressus est.

κατὰ ταύτας πράξεις. Τὰ δὲ ἐκτὸς, τό, τε σπουδαίαν ἔχειν πατρίδα, καὶ σπουδαῖον φίλον, καὶ τὴν τούτων εὐδαιμονίαν. Τὰ δὲ οὔτε ἐκτὸς, οὔτε περὶ ψυχὴν, τὸ αὐτὸν ἐν αὐτῷ εἶναι σπουδαῖον καὶ εὐδαίμονα. Ἔτι τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι τελικά· τὰ δὲ, ποιητικά· τὰ δὲ, τελικὰ καὶ ποιητικά. Τὸν μὲν οὖν φίλον, καὶ τὰς ὑπ' αὐτοῦ προσγινομένας ὠφελείας, ποιητικὰ εἶναι ἀγαθά. Θάρσος δὲ, καὶ φρόνημα, καὶ ἐλευθερίαν, καὶ τέρψιν, καὶ εὐφροσύνην, καὶ ἀλυπίαν, καὶ πᾶσαν τὴν κατ' ἀρετὴν πρᾶξιν, τελικά. Ποιητικὰ δὲ, καὶ τελικὰ, καθὸ μὲν ποιοῦσι τὴν εὐδαιμονίαν, ποιητικά ἐστιν ἀγαθά· καθὸ δὲ συμπληροῦσιν αὐτὴν, ὥστε μέρη αὐτῆς γενέσθαι, τελικά· οἷον φίλος, καὶ ἐλευθερία, καὶ τέρψις. Ἔτι τῶν περὶ ψυχὴν ἀγαθῶν, τὰ μέν εἰσιν ἕξεις· τὰ δὲ, διαθέσεις· τὰ δὲ, οὔτε ἕξεις, οὔτε διαθέσεις. Διαθέσεις μὲν, αἱ ἀρεταί· ἕξεις δὲ, τὰ ἐπιτηδεύματα· οὔτε δὲ ἕξεις, οὔτε διαθέσεις, αἱ ἐνέργειαι. Κοινῶς δὲ τῶν ἀγαθῶν [1] μικρὰ μέν ἐστιν, εὐτεκνία, καὶ εὐγηρία. ἁπλοῦν δέ ἐστιν ἀγαθὸν, ἐπιστήμη. Καὶ ἀεὶ μὲν παρόντα, αἱ ἀρεταί· οὐκ ἀεὶ δὲ, οἷον χαρὰ, περιπάτησις. Πᾶν δὲ ἀγαθὸν, λυσιτελὲς εἶναι, καὶ συμφέρον, καὶ δέον, καὶ χρήσιμον, καὶ εὔχρηστον, καὶ καλὸν, καὶ ὠφέλιμον, καὶ δίκαιον, καὶ αἱρετόν. [2] Ἀγαθὸν δέ ἐστι, τὸ πᾶσιν ἐφετόν. Καὶ ἔτι ἀγαθόν ἐστιν, εἰς ὃ πάντα ἀνήρτηται· αὐτὸ δὲ εἰς μηδέν.

[3] Ἀγαθόν. ὁμώνυμός ἐστι φωνή. Κατηγορεῖται δὲ τὰ δέκα γένη τοῦ ἀγαθοῦ, τουτέστιν αἱ ι' κατηγορίαι. Καὶ τὸ μὲν Ποιεῖν, ἐπεὶ ἐστι τινὰ ἀγαθὰ ὡς ποιητικά. λέγεται γὰρ τὸ ἀγαθοῦ ποιητικὸν, ἀγαθόν. οἷον τὸ ὑγιείας ποιητικὸν, ἢ ἡδονῆς· καὶ ὅλως ὠφέλιμον. τὸ γὰρ ἐν τῷ ἐδέσματι ἀγαθὸν, ὡς ποιητικὸν ἀγαθοῦ, ἀγαθόν. Τὸ δὲ Ποιὸν ὑπὸ τὴν τοῦ Ποιοῦ κατηγορίαν. Ποτὲ δὲ τὸ Ποιὸν, ἐπὶ ψυχῆς. Ὅταν γὰρ κατηγορήσωμεν τὸ ἀγαθὸν τῆς ψυχῆς, λέγοντες αὐτὴν ἀγαθὴν, τὸ ποιὰν αὐτὴν εἶναι σημαίνομεν· οἷον σώφρονα, ἢ ἀνδρείαν, ἢ δικαίαν. ποιότητος δὲ παρουσία τὰ ποιά. Ὁμοίως καὶ ἀνθρώπου. Ὅταν γὰρ τὸ ἀγαθὸν κατηγορήσωμεν αὐτοῦ, τὸ ποιὸν αὐτὸν εἶναι σημαίνομεν· οἷον σώφρονα, ἀνδρεῖον, δίκαιον, φρόνιμον. Ἐνίοτε δὲ τὸ ἀγαθὸν τὸ Ποτὲ σημαίνει. Τὸ γὰρ ἐν τῷ προσήκοντι καιρῷ γινόμενον, ἀγαθὸν λέγεται. Σημαίνει δὲ ἀγαθὸν, καὶ τὸ Ποσόν. Τὸ γὰρ μέτριον καὶ μὴ ὑπερβάλλον, μήτε ἐνδέον, εἴη ἂν ποσὸν, καθόσον τοσοῦτόν ἐστι. Λέγεται καὶ ὡς Οὐσία τι ἀγαθόν· ὡς θεὸς, νοῦς. Λέγεται δὲ καὶ ὡς Πρός τι. Τὸ γὰρ

actiones. Externa, ut, præclaram habere patriam, amicum probum, & comitem horum felicitatem. Nec externa vero, nec animi, ut, si quis in sese sit vir bonus & felix. Porro, bonorum alia ad finem pertinent, alia sunt efficientia; alia utrumque simul. Ac amicus quidem, & quæ ex eo capiuntur utilitates, sunt bona efficientia. Fiducia vero, elatio animi, libertas, oblectatio, lætitia, vita doloris expers, & omnis actio secundum virtutem, sunt bona ad finem pertinentia. Efficientia vero & ad finem pertinentia simul, quatenus felicitatem efficiunt, efficientia bona sunt; quatenus vero eandem complent, tanquam partes ejus, ad finem pertinent: veluti, amicus, libertas, & oblectatio. Præterea bonorum animi alia sunt habitus, alia affectiones, alia vero, neque habitus, neque affectiones. Affectiones, sunt ipsæ virtutes. Habitus vero, studia. Neque habitus, neque affectiones, sunt actiones. Communiter autem, bonorum quædam sunt mista, ut liberorum copia, & placida senectus. Simplex vero bonum est scientia. Adhæc, bonorum alia nobis semper adsunt, ut virtutes; alia non semper, ut gaudium & deambulatio. Omne porro bonum expedit, conducit, convenit, est utile, commodum, honestum, emolumentum afferens, justum, & expetendum. Bonum est, quod ab omnibus expetitur. Item, bonum est, ex quo omnia pendent; ipsum vero, ex nullo alio.

Ἀγαθόν. Bonum. Est vox homonyma. Nam decem genera, hoc est, decem Categoriæ, de Bono dicuntur. Nam. I. *Facere*, de Bono dicitur, quia quædam bona sunt Efficientia. Dicitur enim bonum id, quod est efficiens boni, ut, sanitatis, aut voluptatis, aut denique, quod est utile. Quod enim in edulio bonum est, id dicitur bonum, ut boni efficiens. II. *Quale* vero, sub Qualitatis Categoria continetur. Interdum vero *Quale* de animo dicitur. Quum enim bonum de animo prædicamus, vocantes ipsum bonum, *Qualem* ipsum esse significamus, ut, temperantem, aut fortem, aut justum. *Qualia* enim sunt ea, quibus inest Qualitas. Similiter etiam in homine se res habet. Quum enim bonum de ipso dicimus, *Qualem* ipsum esse significamus, ut, temperantem, fortem, justum, prudentem. III. Interdum vero Bonum *Quando* significat. Quod enim opportuno, suoque tempore fit, Bonum dicitur. IV. Bonum etiam significat *Quantum*, & ad Quantitatem refertur. Quod enim est mediocre, & neque redundat, neque deficit, illud est *Quantum*, quatenus est aliquid tantum. V. Dicitur etiam a-

1 *Μικρὰ μέν ἐστι*] Sic legitur in omnibus editionibus. Sed corrigendum est ex Laertio μικτά, i.e. *mixta*. Sensus enim est, quædam bona non esse simpliciter talia, sed aliquid mali interdum admixtum habere: quæ proinde recte *mixta* vocantur, & aliis bonis ἀμιγέσι, sive sinceris, opponuntur.

2 *Ἀγαθὸν δέ ἐστι, τὸ πᾶσιν ἐφετόν*] Aristoteles *Ethicor. Nicomach.* cap. 1. *Διὸ καλῶς ἀπεφήναντο τἀγαθὸν, οὗ πάντα ἐφίεται.* i.e. *Quare recte bonum id dixerunt, quod omnia appetunt.*

3 *Ἀγαθόν. ὁμώνυμος* &c.] Hic locus procul dubio ex aliquo interpretum Aristotelis descriptus est, ut multa alia, quæ suo loco indicabimus. Docet enim diversis in locis Philosophus ille, bonorum tot esse genera, quot sunt categoriæ, sive, bonum in omnibus categoriis reperiri: ut *Magnor. Moral.* lib. 1. c. 1. ubi inquit: *Τἀγαθὸν ἐν πάσαις ταῖς κατηγορίαις ἐστί· καὶ γὰρ ἐν τῷ Τί, καὶ ἐν τῷ Ποιῷ, καὶ ἐν τῷ Ποσῷ, καὶ Πότε, καὶ Πρός τι, καὶ ἁπλῶς ἐν πάσαις.* i.e. *Bonum est in omnibus categoriis. Nam & in Substantia, & in Qualitate, & in Quantitate, & in Quando, & in Relatis, & simpliciter in omnibus reperitur.* Vide eundem *Ethic. Nicomach.* lib. 1. cap. 1. & *Ethic. Eudem.* lib. 1. c. 8. Ex aliquo ergo interpretum ad hæc, vel similia loca Aristotelis Suidam articulum illum descripsisse non dubito.

σύμμετρον, οὕτως ἀγαθόν. Καὶ ἐν τῷ Πάσχειν. ὡς, τὸ θεραπεύεσθαι, καὶ διδάσκεσθαι. Ἔστι τι ἀγαθὸν, καὶ ἐν τῷ Πῶ· οἷον τὸ ἐν Ἑλλάδι εἶναι· τὸ ἐν ὑγιεινοῖς χωρίοις εἶναι· τὸ ἐν ἡσυχίαν ἔχουσι ἢ εἰρήνην. Ἔστι δ' ἂν καὶ ἐν τῷ Κεῖσθαι. ὅταν ᾧ μὲν λυσιτελὲς τὸ καθέζεσθαι, καθέζηται ᾧ δὲ τὸ ἀνακεῖσθαι, ἀνάκειται. [1] τῷ πυρέττοντι φέρε εἰπεῖν.

Ἀγαθός. ὁ φρόνιμος. Οὐχ ἁπλῶς δὲ ὁ φρόνιμος καὶ ὁ ἀγαθός. Ἐπιπλέον γὰρ ὁ ἀγαθός. Ἀγαθὸς γὰρ, ὁ σώφρων, ὁ ἀνδρεῖος, [2] καὶ οἱ λοιποὶ ἀγαθοὶ λέγονται καὶ οἱ ἐπιστήμονες. Τοὺς δὲ [3] Δαίους ἀγαθοὺς μὲν ἀκοντιστὰς, ἀγαθοὺς δὲ καὶ ἐν χερσὶ ποιήσασθαι μάχην.

Ἀγάθυρσα. πόλις Σικελίας, ὡς Πολύβιος.

[4] Ἀγάθυρσοι. ἔθνος ἐνδοτέρω τοῦ Αἵμου. ἢ ἀπὸ Ἀγαθύρσου τοῦ Ἡρακλέους. ἢ, ὡς Πείσανδρος, ἀπὸ τῶν θύρσων τοῦ Διονύσου.

Ἀγακλειτός. ὁ ἄγαν ἔνδοξος. καὶ Ἀγακλειτή.

[5] Ἀγάλακτες. ὁμογενεῖς. ὅμαιμοι. ἀδελφοί. Ἄλλοι δὲ, τοὺς [6] ἱερείων κοινωνοὺς, καὶ συγγενεῖς. Οἱ δὲ, συντρόφους.

[7] Ἀγαλέον. ὄνομα ὄρους.

Ἀγάλλει. ποιεῖ. σκευάζει. κοσμεῖ.

[8] Ἄγαλμα. πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται. Καὶ δίδωσιν ἀργύριον, ἵνα ἐκποιήσῃ τὸ ἄγαλμα ἄκρας τέχνης, φρασθεὶς τὸ μέγεθος, καὶ προσειπὼν τῆς λίθου τὴν φύσιν.

Ἄγαλμα Ἀθηνᾶς. ἔστιν [9] ἐν Ἀθήναις. Καί ἐστιν ἄγαλμα βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως ἐν Ἀντιοχείᾳ. Καὶ ἄγαλμα Ἀπόλλωνος, ἐν τῷ Ἀπόλλων. καὶ ἄγαλμα Διονύσου, ἐν τῷ Αὐξέντιος.

Ἀγάλματα. τὰ τῶν θεῶν μιμήματα, καὶ πάντα τὰ κόσμου λόγον μετέχοντα. [10] Ὅμηρος· Βασιλῆϊ δὲ κεῖται ἄγαλμα. Καὶ Ἡσίοδος τὸν ὅρμον ἄγαλμα καλεῖ. [11] Πίνδαρος δὲ τὴν ἐπὶ τάφῳ στήλην ὑπο καλεῖ. Εὐριπίδης, τὸν ἐπὶ νεκροῖς κόσμον. Καὶ ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται. Καὶ τὸ εἴδωλον, βρέτας, χάρμα, καλλονὴ, κόσμος, καύχημα, θαλλοὶ, ἀνδριάντες, ἐπι-

liquid Bonum, ut, Essentia; ut, Deus, Mens. VI. Dicitur etiam Bonum, ut ad aliquid *Relatum*. Quod enim decentem ad aliquid proportionem habet, eatenus bonum est. VII. In ipso etiam *Pati* Bonum versatur, ut, curari, doceri. VIII. Est etiam aliquod bonum in Categoria *Ubi*: Ut, in Græcia esse, vel, in locis salubribus, pacatisque & tranquillis versari. IX. Est etiam in *Situ*; veluti, cum is sederit, cui id expedit; & cubuerit, cui cubare expedit.

Ἀγαθός. Prudens. Non tamen idem omnino est ἀγαθὸς καὶ φρόνιμος, i. e. bonus & prudens. Boni enim vocabulum latius patet. Nam bonus dicitur temperans, fortis, & reliqui virtute aliqua præditi. Ἀγαθοὶ etiam vocantur, qui rei alicujus periti sunt. *Dacos vero tam bonos esse jaculatores, quam pugnæ cominus committendæ peritos.*

Ἀγάθυρσα. Agathyrsa, urbs Siciliæ, auctore Polybio.

Ἀγάθυρσοι. Agathyrsi. Gens interiora Hæmi incolens, vel ab Agathyrso, Herculis filio, vel (ut tradit Pisander) a Bacchi thyrsis sic appellata.

Ἀγακλειτός. Valde clarus. Et fœmininum, ἀγακλειτή.

Ἀγάλακτες. Cognati. Consanguinei. Fratres. Alii vero, victimarum participes, & cognatos. Alii vero, simul educatos.

Ἀγαλέον. Agaleum. Nomen montis.

Ἀγάλλει. Facit. Parat. Ornat.

Ἄγαλμα. Omnis res pretiosa & pulchra, qua quis se jactat, vel oblectatur. *Et dat ipsi argentum, ut elaboret statuam artificiosissimam, indicata magnitudine, & lapidis natura declarata.*

Ἄγαλμα Ἀθηνᾶς. Simulacrum Minervæ: de quo vide in v. Ἀθηνᾶς. Et de simulacro, quod dicitur abominatio vastationis, lege in v. Ἀντιόχεια. De simulachro Apollinis, vide v. Ἀπόλλωνος: & de simulachro Bacchi, v. Αὐξέντιος.

Ἀγάλματα. Deorum imagines. Item omnia ornamenta. Homerus: *Regi vero, tanquam res pretiosa, id repositum est.* Hesiodus monile ἄγαλμα vocat. Pindarus, cippum; & Euripides, ornatum mortuorum sic appellat. Item, omne id, quo quis se jactat. Et, effigies; simulacrum; gaudium; decus; ornamentum; quo quis gloriatur; rami virentes; statuæ, & inscriptiones sic appellantur. Ἀγάλματα

1 Τῷ πυρέττοντι φέρε εἰπεῖν] Loco huic aliqua desunt, & ultimis verbis istis nullus omnino sensus inest; quæ ratio est, quare ea in versione prætermiserim.

2 Καὶ οἱ λοιποί] Locum hunc prava interpunctio obscurum reddit. Clara autem erunt omnia, si eum sic legeris & distinxeris, καὶ οἱ λοιποί. Ἀγαθοὶ λέγονται καὶ οἱ ἐπιστήμονες. quem sensum in versione secutus sum.

3 Δαίους] Imo Δάους potius. Portus hanc vocem pro nomine appellativo accepit (vertit enim *bellicosos*) cum sit ὄνομα κύριον, significans Dacos, gentem notissimam, quam auctor anonymus, unde Suidas ista descripsit, tam cominus quam eminus pugnandi peritum vocat. De hoc errore Porti (quem etiam ante eum erraverat Wolfius) eruditos monuit Lucas Holstenius ad Stephanum *de Urbibus*, v. Δάοι, quem consule.

4 Ἀγάθυρσοι] Ex Stephano *de Urbibus*.

5 Ἀγάλακτες] Apud Pollucem hi vocantur ὁμογάλακτες. Vide eum lib. III. cap. 2. p. 133.

6 Τοὺς ἱερείων κοινωνοὺς] Intelligit sacra gentilitia, quibus tantum τοῖς συγγενέσι, sive, genere junctis, interesse licebat.

7 Ἀγαλέον] In MSS. Ἀγαλαιόν.

8 Ἄγαλμα πᾶν] Schol. Homer. ad Il. Δ. v. 144. Ἔστι δὲ ἄγαλμα καλλώπισμα πᾶν, ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται καὶ χαίρει. Οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον ποιηταὶ ἄγαλμα εἶπον τὸ ξόανον. Quæ verba Etymologus αὐτολεξεὶ descripsit.

9 Ἐν Ἀθήναις] Lege, ἐν τῷ Ἀθηνᾶς, id est, in voce Ἀθηνᾶς, ubi de simulacro Minervæ agitur. Et sic paulo post, pro ἐν Ἀντιοχείᾳ, legendum ἐν τῷ Ἀντιόχεια. Eo enim Suidas lectorem remittit; quod Porto non suboluerat.

10 Ὅμηρος] Il. Δ. v. 144. P.

11 Πίνδαρος] Nem. Od. 10. 125. Idem Pindarus aliis in locis τὸ ἄγαλμα pro quovis ornamento accipit.

γρα-

γραφαί. Ἀγάλματα δὲ καὶ τὰς γραφὰς καὶ τοὺς ἀνδριάντας λέγουσιν. Ἀγαλμάτιον δὲ, ὑποκοριστικῶς.

Ἀγαλματοποιοὶ (τυπῖσι, χειρουργοί) οὗτοι ἀκριβεῖς, [1] Λύσιππος, Πολύκλειτος, Φειδίας.

Ἀγαλματοφορούμενος. ἀγάλματα, ἤτοι τύπους τῶν νοηθέντων φέρων ἐν ἑαυτῷ. οὕτω Φίλων.

Ἀγάλλων. ἑαυτὸν σεμνοποιῶν.

Ἄγαμαι καρδίας. Ἀττικῶς, ἀντὶ τοῦ θαυμάζω. Ἄγαμαι κατὰ περιποίησιν, γενικῇ. Τὸν φίλον ἄγαμαι τῶν τρόπων καὶ τοῦ χρηστοῦ ἤθους ἕνεκα. Αἰτιατικῇ δέ· Οἶμαι δὲ τὸν πόλεμον θεῶν τινὰ ἀγασθῆναι. [2] Ὅταν ἔχῃ τὴν σὲ αἰτιατικὴν, καὶ ὅταν ἐξακούηται τὸ ἕνεκα, γενικῇ συντάσσεται. Αἰλιανός· Ἐπεὶ καὶ τὴν τοῦ Μενέλεω πρὸς τὸν τοῦ Πριάμου Πάριν οὔτε ἐπαινῶ, οὔτε ἄγαμαι. Ἐγὼ δὲ ἄγαμαι καὶ τούσδε τοὺς ἄνδρας· τὸν δὲ [3] Ἀκαρνᾶνα μάλιστα καὶ περὶ τούτων. ἃ γὰρ πεισομένους ἐγίνωσκε, τούτων ἐπεθύμησε τοῖς ἀνδράσι κοινωνῆσαι.

Ἀγαμέμνων, Ἀγαμέμνονος, ὦ Ἀγάμεμνον. καὶ Ἀγαμεμνόνειος οἶκος, καὶ Ἀγαμεμνονία ναῦς.

Ἀγάμενος. θαυμάζων. Ἀγάμενοι τοῦτον τῆς εὐψυχίας ἐποχοῦσι τοῦ ἵππου.

Ἀγαμήδης. ὄνομα κύριον. καὶ θηλυκὸν, Ἀγαμήδη.

Ἄγαν ἐγκεῖσθαι τῷδε. οἷον, αἰτιᾶσθαι καὶ ἐπιτίθεσθαι.

Ἀγάννιφον. [4] Ὅμηρος, τὸ ὄρος τὸ λίαν χιονιζόμενον.

Ἄγανον. προπαροξυτόνως, τὸ κατεαγὸς ξύλον, ἢ τὸ φρυγανῶδες, καὶ ἕτοιμον πρὸς τὸ κατεαγῆναι. Οἱ δὲ, τὸ ἀπελέκητον. Ἀγανὸν δὲ ὀξυτόνως, καλὸν, ἢ ἀγαθὸν, ἢ ἱλαρόν. οἱ δὲ, ἀθάνατον. Ἔνθεν καὶ Ἀγανοφροσύνη. καὶ Ἀγανοῦμεν, ἀντὶ τοῦ κοσμήσομεν. καὶ αὖθις·

> [5] Ὡς ἄν τοι ῥείῃ μὲν ἀγανὸς Ἀτθίδι [6] δέλτῳ
> Κηρὸς, ὑπὸ στεφάνοις δ᾽ αἰὲν ἔχοις πλοκάμους.

Ἀγανόφρονος. Τότε τῆς ἀγανόφρονος ἡσυχίας εὐήμερον πρόσωπον. τῆς πρᾳεῖας, καὶ προσηνοῦς.

Ἀγανοφροσύνη. προσηνία, πρᾳότης.

Ἀγανώπιδος. πρᾳέα βλεπούσης.

Ἀγανώτερον. ποθεινότερον. πρᾳότερον.

etiam picturas & statuas vocant. Ἀγαλμάτιον vero diminutive, parva statua vocatur.

Ἀγαλματοποιοί. Statuarii insignes & accurati fuerunt, Lysippus, Polycletus, Phidias.

Ἀγαλματοφορούμενος. Imagines, sive formas rerum, animo perceptarum, in se ferens. Ita Philo.

Ἀγάλλων. Se ipsum magnifice jactans, vel ad gravitatem componens.

Ἄγαμαι καρδίας. Attice dicitur pro θαυμάζω, admiror. Ἄγαμαι, secundum acquisitionem, genitivo gaudet. *Amicum admiror ob mores probos.* Accusativo etiam, ut in hoc: *Existimo Deorum aliquem hoc bellum mirari.* Cum accusativum σὲ, *te*, adjunctum habet, & subauditur τὸ ἕνεκα, cum genitivo construitur. Ælianus: *Quoniam* [*pugnam*] *Menelai cum Paride, Priami filio, neque laudo, neque admiror.* Item: *Ego vero admiror & hosce viros: Acarnanem vero maxime. Malorum enim, quæ ipsos passuros esse noverat, particeps cum illis esse cupiebat.*

Ἀγαμέμνων. In genitivo, Ἀγαμέμνονος, & in vocativo, ὦ Ἀγάμεμνον. Hinc dicitur Agamemnonia domus, & Agamemnonia navis.

Ἀγάμενος. Admirans. *Admirantes illum ob animi fortitudinem, equo imponunt.*

Ἀγαμήδης. Agamedes. Nomen proprium. Et fœmineum, Agamede.

Ἄγαν ἐγκεῖσθαι τῷδε. Alicui vehementer instare: vel, accusare, & in aliquem invehi.

Ἀγάννιφον. Homerus montem nivosum sic appellat.

Ἄγανον, Cum accentu in antepenultima, significat lignum fractum, aut aridum, vel fragile. Alii vero, indolatum. Ἀγανὸν vero, cum acuto, pulchrum, bonum, aut lætum. Alii vero, immortale. Hinc derivatur ἀγανοφροσύνη, lætitia. Et ἀγανοῦμεν, ornabimus. In Epigrammate:

> *Ut tibi fluat perennis in Attica tabella*
> *Cera; coronis vero semper comas redimitas*
> *habeas.*

Ἀγανόφρονος. Placidi. Blandi. Ut, *Placidæ tranquillitatis jucunda facies.*

Ἀγανοφροσύνη. Jucunditas, lenitas.

Ἀγανώπιδος. Placidum aspectum habentis.

Ἀγανώτερον. Desiderabilius. Mitius.

1 Λύσιππος] In vulgatis Edit. Lysippum sequitur *Apelles*; sed quem merito ex loco isto, quem precario hactenus obtinuerat, migrare jussi, tum, quia is pictor fuit, non statuarius; tum etiam, quia in duobus MSS. Paris. vox ista non legitur.

2 Ὅταν ἔχῃ τὴν σὲ αἰτ.] Verba ista, & quæ sequuntur, usque ad συντάσσεται, connexionem loci hujus dirimunt, & proinde existimo, ea ex margine in textum irrepsisse, quod sexcentis in locis apud Suidam contigit. Iis ergo inductis, optime omnia sese habebunt, & ῥῆσις Æliani, in qua τὸ ἄγαμαι cum accusativo constructum legitur, recte cohærebit cum superioribus, ubi Suidas dixerat, verbum istud aliquando accusativum adsciscere.

3 Ἀκαρνᾶνα] Hæc repetuntur infra v. Ἀκαρνᾶνα.

4 Ὅμηρος] Il. A. 420. & alibi.

5 Ὡς ἄν τοι ῥείῃ] Distichum hoc est pars Epigrammatis in Sophoclem, quod exstat Antholog. lib. III. cap. 25. p. 396. Ibi autem pro ἀγανὸς, legitur ἀέναος, i. e. *perpetuo manans*; quæ lectio præferenda videtur, non solum propter metrum versus, sed etiam quia præcedenti verbo ῥείῃ, i. e. *fluat*, apte convenit. Portus, quamvis nesciret unde distichum istud depromptum esset, bene tamen conjecerat, pro ἀγανὸς, legendum esse ἀέναος: qua in re tamen præeuntem habuit Wolfium, qui locum hunc sic Latine interpretatus est: *Atthide scriptura tibi manet cera perennis.* Cæterum, sensum distichi hujus pete ex ipsa Anthologia, & Commentatoribus ad eum locum.

6 Δέλτῳ] In prioribus editionibus, repugnante prorsus versus modulo, legitur Δελτάριῳ; glossemate nimirum, loco genuinæ vocis, in textum recepto: qua ratione sexcenta veterum auctorum loca corrupta esse constat. Quare, cum non solum in Anthologia, sed etiam in duobus MSS. Paris. legatur δέλτῳ, non dubitavi vocem istam huic loco restituere.

Ἀγαπᾷν. ἀποδέχεσθαι.

Ἀγαπᾷν. ἀρκεῖσθαί τινι, καὶ μηδὲν πλέον ἐπιζητεῖν.

Ἀγαπήνορος. τὴν ἀνδρείαν ἀγαπῶντος.

[1] Ἀγαπησμός. ἀγαπησμὸν λέγουσι καὶ ἀγάπησιν τὴν φιλοφροσύνην. Συναριστώσαις Μενάνδρος·

Καὶ τὸν ἐπὶ κακῷ
Γενόμενον ἀλλήλων ἀγαπησμὸν οἷος ἦν.

Ἀγαπητὰ ἔθη. τὰ καλὰ καὶ ἀγαθά.

Ἀγαπητόν. τὸ ἠγαπημένον, [2] ἢ τὸ μονογενές. καὶ Ἀγαπητῶς. Οὕτω δὲ ἄρα πολὺ τὸ ἀνόητον ἐν τοῖς ἡγεμόσιν αὐτῶν ἦν, ὥστε ἀγαπητῶς εἶδον, εἰ μὴ μετὰ πάντων ἀγωνιεῖται τῶν συναραμένων τῆς στρατείας. Ἀγάπη οὐ περπερεύεται, ὁ Ἀπόστολος Παῦλος φησί. τουτέστιν, οὐ προπετεύεται.

Ἀγαπητός. Ἐπίσκοπος Συνάδων, ὃν ἐν ἐπαίνῳ πολλῷ τίθεται [3] Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, καὶ θαυμάτων αὐτοῦ ἐξαισίων μνήμην ποιεῖται, ὀρῶν μεταστάσεις καὶ ποταμῶν, καὶ νεκρῶν ἐγέρσεις. καὶ ὅτι στρατιώτην ὄντα ἠβουλήθη Μαξιμῖνος ὡς Χριστιανὸν ἀποκτεῖναι, διὰ τὸ πυνθάνεσθαι πολλοὺς τὰ παρ' αὐτοῦ πλημμελήματα ὑπεραγαμένους.

Ἀγάπιος. Ἀθηναῖος φιλόσοφος, μετὰ Πρόκλον ἀποχόμενον, ὑπὸ Μαρίνῳ. ὃς ἐθαυμάζετο ἐπὶ φιλομαθίᾳ, καὶ ἀπείρων προβολῇ [4] δυσεπιβόλων.

[5] Ἀγάπιος. οὗτος ἦν Ἀλεξανδρεὺς μὲν τὸ γένος· ἐκ παίδων δὲ λόγοις ἐντραφεὶς ἐλευθερίοις, καὶ ἰατρικῶν μαθημάτων ἐξηγητὴς γεγονώς, ἀνελθὼν εἰς τὸ Βυζάντιον διατριβήν τε συνεπήξατο μάλα διαπρεπῆ, φύσεώς τε μεγέθει καὶ δεξιότητι τύχης χρησάμενος, ἔνδοξός τε ἐπὶ τῇ τέχνῃ γέγονε, καὶ χρήματα μεγάλα συνείλοχεν.

[6] Ἀγαπώην. εὐκτικῶς.

Ἀγγαρεία. καὶ Ἄγγαρος. ἐργάτης. ὑπηρέτης. [7] ἀχθοφόρος. Ὅθεν ἀγγαρείαν, ἀνάγκην ἀκούσιον λέγομεν, καὶ ἐκ βίας γινομένην ὑπηρεσίαν.

Ἄγγαρος. καὶ Ἀγγαρεία, ἡ δημοσία, καὶ ἀναγκαία δουλεία. [8] Ὥσπερ γάρ τι αὐτῷ πάρεργον τὸ ἐσθίειν τῆς φύσεως

Ἀγαπᾷν. Probare.

Ἀγαπᾷν. Re aliqua contentum esse, & nihil praeterea quaerere.

Ἀγαπήνορος. Fortitudinem amantis.

Ἀγαπησμός. Graeci ἀγαπησμὸν & ἀγάπησιν vocant benevolentiam & comitatem erga amicos. Menander *Synaristosis:*

*Et dolosum illum*
*Mutuum amplexum, qualis esset.*

Ἀγαπητὰ ἔθη. Mores amabiles & boni.

Ἀγαπητόν. Amatum, aut Unigenitum. Et ἀγαπητῶς, libenter. *Tanta erat in Ducibus illorum vecordia, ut gratum sibi fore ostenderent, si non cum omnibus expeditionis sociis dimicaturi essent.* Apostolus Paulus inquit, *Charitas non agit perperam.* i. e. non peccat inconsulta temeritate.

Ἀγαπητός. Agapetus, Synadorum Episcopus, quem valde laudat Eusebius Pamphili, & insignium miraculorum ipsius mentionem facit; montium videlicet & fluviorum translationes, & mortuorum resuscitationes commemorans. Idem etiam narrat, Maximinum interficere eum voluisse, ut Christianum, cum miles esset, ideo quod audivisset, multos facta ejus supra modum mirari.

Ἀγάπιος. Agapius. Atheniensis Philosophus, post obitum Procli, sub Marino. Hic propter cupiditatem discendi, & propositionem quaestionum difficilium, in admiratione fuit.

Ἀγάπιος. Agapius. Hic erat Alexandrinus genere, & a puero in artibus liberalibus educatus, medicaeque disciplinae enarrator. Byzantium profectus, ludum literarium valde insignem aperuit, & ingenii magnitudine & fortunae favore usus, clarusque arte sua, magnam pecuniae vim collegit.

Ἀγαπώην. Optative. Amem.

Ἀγγαρεία. Angaria. Et ἄγγαρος, operarius, minister, bajulus. Unde ἀγγαρείαν vocamus, necessitatem invitis impositam, & ministerium vi extortum.

Ἄγγαρος. Angarus. Et Ἀγγαρεία, publica & coacta servitus. *Nam edere quasi quoddam ac-*

1 Ἀγαπησμός] Apud Hesychium per ι scribitur, ἀγαπισμός.

2 Ἢ τὸ μονογενές] Pollux lib. III. cap. 2. p. 132. Καλοῖτο δ' ἂν υἱὸς ἀγαπητός, ὁ μόνος ὢν πατρί, ἢ μητρί. ὥσπερ καὶ ἀγαπητὴ θυγάτηρ καὶ μονογενὴς κατ' Ἡσίοδον. Scholiastes quoque Homeri ad Il. Z. v. 401. Τὸν Ἑκτορίδην ἀγαπητόν, exponit μονογενῆ. Huc spectat, quod LXX Interpretes vocem Hebraicam יחיד, quae *unicus* significat, saepe ἀγαπητὸς interpretentur, ut Genes. XXII. 2. Jerem. VI. 26. & alibi.

3 Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου] Nihil tale apud Eusebium reperio. Apud Philostorgium autem lib. II. c. 8. similia his de Agapeto leguntur, quem adi. *Pears.*

4 Δυσεπιβόλων] In MSS. Paris. legitur δυσεπιβόλων, per ι.

5 Ἀγάπιος] Hujus Agapii cum laude meminit Photius ex Damascio, Cod. CCXLII. p. 1073. his verbis: Σεμνὸς ἦν ἄκρως τὸν τρόπον ὁ Ἀγάπιος, τοῖς τε ἀρχαίοις γλώτταις ὑπὲρ τὸν ἰδιώτην μελετήσας, ἐπισπεύσας εἰς ἑαυτὸν τοὺς ἐν Βυζαντίῳ ἀνθρώπους. Θαῦμα δὲ ἐκεῖνος παρεῖχε καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τοῖς λογιωτέροις. ἁρμοδίως γὰρ ἀπὸ πάσης τῆς παιδείας, ζητητικός τις καὶ κριτικὸς ἐβούλετο εἶναι, χαριεντισμῶν τε καὶ ῥητορικῶν. Καὶ συνελόντα εἰπεῖν, ἰδέας πλεονεκτῶν τῆς σοφίας.

6 Ἀγαπώην. εὐκτικῶς.] Quae sequuntur in vulgatis editionibus, usque ad v. Ἀγγαρεία, expungenda censui, quia in vetustissimo MS. Paris. desunt, in altero vero margini adscripta leguntur; certissimo indicio, ea a recentioribus libro huic adsuta fuisse.

7 Ἀχθοφόρος] In praecedentibus Edit. post ἀχθοφόρος haec leguntur, λείας αἴσθησιν ἡμῶν : quibus in hac Editione locum dare nolui, cum & seriem orationis interrumpant, & in 2 MSS. Paris. desint.

8 Ὥσπερ γάρ τι αὐτῷ] Ex Procop. Hist. Arcan. cap. 13. ubi locus integer sic legitur: Ἦν τε ἄοκνος, εἰ καὶ ἀπετελεῖτο εἰκῆ, σιτίων μὲν οὐ ποτε κρείσσονος ἐδωδῆς γέγονεν· ἀλλὰ χείλεσι ἄκροις δακτύλῳ ἀπογευσάμενος ἀπηλλάσσετο. ὥσπερ γάρ τι αὐτῷ πάρεργον τῆς φύσεως ἀναγκαζομένης τὰ τοιαῦτα ἐφαίνετο εἶναι. i. e. interprete Nic. Alemanno: *Nunquam amavit otiosum negotium* (sc. Justinianus): *cibus potusque illi nunquam ad satietatem, sed pene extremis digitis delibatis ferculis, mensam tolli jussit; praeter operam id esse ratus, & ex violento naturae quodam imperio.* Apparet autem, voces nonnullas a Suida ad explendam sententiam loco huic additas esse, quae apud Procopium subintelliguntur.

στεως αὐτὸν ἀγγαρευούσης περὶ τὰ βρώματα ἐφαίνετο εἶναι.

Ἄγγαρος. οὕτως ἐκάλουν οἱ Πέρσαι τοὺς βασιλέων ἀγγέλους. Πέμπει τὸν πιστότατον ἄγγαρον παρὰ τὸν Βαβυλώνιον, διὰ Περσάνδην τὸν ἄριστον.

[1] Ἄγγαροι. οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ Ἀστάνδαι. τὰ δὲ ὀνόματα Περσικά. Αἰσχύλος [2] Ἀγαμέμνονι·

Φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς
Ἔπεμπε.

[3] Τίθεται τὸ ὄνομα, καὶ ἐπὶ τῶν φορτηγῶν, καὶ ὅλως ἀναισθήτων, καὶ ἀνδραποδωδῶν. καὶ τὸ Ἀγγαροφορεῖν, ἐπὶ τοῦ τὰ φορτία φέρειν. καὶ Ἀγγαρεύεσθαι καλοῦσιν ὥσπερ ἡμεῖς νῦν, τὸ εἰς φορτηγίαν καὶ τοιαύτην τινὰ ὑπηρεσίαν ἄγεσθαι. Μένανδρος καὶ τοῦτο ἐν τῷ Σικυωνίῳ παρίστησιν·

Ὁ πλέων [4] κατήχθη. κεῖνος οὗτος πολέμιος.
Ἐὰν ἔχῃ τι μαλακὸν, ἀγγαρεύεται.

[5] Ἀγαρικόν. ῥίζα ἐστὶν, ἐπίφυσις πρέμνου, χαύνη τὴν σύστασιν· σύνθετος ἐξ ἀερώδους καὶ γεώδους οὐσίας, διαφορητική τε τὴν δύναμιν, καὶ πάχους τμητικὴ, καὶ καθαρτικὴ μάλιστα τῶν ἐν τοῖς σπλάγχνοις ἐμφράξεων.

Ἀγάζοιτο. θαυμάζοιτο. καὶ Ἄγασθαι παρ' Ὁμήρῳ ἐπὶ τοῦ θαυμάζειν, καὶ φθονεῖν.

Ἀγασθέντος. ἐκπλαγέντος. θαυμάσαντος. Τοῦ δὲ ἀγασθέντος ἐπὶ τῇ προαιρέσει. Καὶ ἀγασθείς. Ὁ δὲ ἀγασθεὶς ἐπί τε τῇ πόλει, καὶ τοῖς ἀνθρώποις, ἐπέμεινε τρεῖς ἡμέρας.

Ἀγασθῶ τινί. ἀντὶ τοῦ θαυμάσω τινά. Ξενοφῶν· Ὅταν τινὶ ἀγασθῶ τῶν στρατιωτῶν.

Ἀγασικλῆς. ὄνομα κύριον. ὃς λέγεται [6] Ἁλιμουσίοις συνδικάσαι, καὶ διὰ τοῦτο ξένος ὢν ἐγγραφῆναι τῇ πολιτείᾳ.

Ἀγάσματα. σεβάσματα. ἃ ἄν τις ἀγάσαιτο. Σοφοκλῆς κέχρηται.

[7] Ἀγάστονος. πολυστένακτος.

[8] Ἀγάστορες. ἀδελφοί. ὅμαιμοι. [9] δίδυμοι.

Ἀγαστός. θαυμαστός.

[10] Ἀγάστου. θανάτου.

Ἀγαυρίαμα. ἔπαρμα.

*cessorium opus, & quod ex violento Naturæ imperio fieret, ipsi esse videbatur.*

Ἄγγαρος. Angarus. Sic Regum nuntios Persæ vocabant. *Mittit Angarum ex fidelissimis ad Babylonium, propter optimum Persondam.*

Ἄγγαροι. Angari, tabellarii, alii aliis succedentes. Iidem & Astandæ vocantur. Sunt autem hæc nomina Persica. Æschylus *Agamemnone:*

*Fax vero facem huc a nuntio igne*
*Misit.*

Ponitur hæc vox etiam pro bajulis, & in genere, pro stupidis, & servili ingenio præditis. Et Ἀγγαροφορεῖν, pro onera ferre. Et Ἀγγαρεύεσθαι vocant ad onerum gestationem, vel simile ministerium cogi; (qua significatione & nos hac voce utimur). Docet hoc Menander *Sicyonio:*

*Navigans in portum delatus est? illico pro hoste habetur.*
*Si quis molle quid habeat, bajulare cogitur.*

Ἀγαρικόν. Agaricum, est radix, trunco adnascens, fungosæ naturæ, composita ex aerea & terrea substantia, discutiendi vim habens, & prædita facultate incidendi crassitiem humorum, & præcipue vim habens purgandi obstructiones in visceribus.

Ἀγάσαιτο. Miretur. Et ἄγασθαι apud Homerum accipitur pro mirari & invidere.

Ἀγασθέντος. Obstupefacti. Admirati. *Cum autem ille propositum ejus admiratus esset.* Et ἀγασθείς. *Ille vero admiratione & urbis & hominum perculsus, mansit ibi tres dies.*

Ἀγασθῶ τινι. Pro, Miratus fuero aliquem. Xenophon: *Quum aliquem militum admiratus fuero.*

Ἀγασικλῆς. Agasicles. Nomen proprium. Qui fertur Halimusinis patrocinatus, & propterea, cum esset peregrinus, in illorum civitatem adscriptus esse.

Ἀγάσματα. Res veneratione dignæ. Res, quas quis admiretur. Hac voce Sophocles usus est.

Ἀγάστονος. Multum gemens.

Ἀγάστορες. Fratres. Consanguinei. Gemelli.

Ἀγαστός. Admirandus.

Ἀγάστου. Admiratione digni.

Ἀγαυρίαμα. Elatio animi.

1 Ἄγγαροι] De Angaris Persarum vide insignem locum apud Herodotum, lib. VIII. cap. 98. ubi describitur modus, quo Xerxes cladis suæ nuntios ex Græcia in Persidem miserit. De iisdem sat multa collegit Stanlejus ad Æschyli *Persas*, v. 247. quem adi.

2 Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι] Vers. 290. sed ubi hodie pro ἀγγάρου legitur αἰθάλου, glossemate, ut puto, locum genuinæ vocis occupante. Ἀγγάρου enim, præter Suidam hoc loco, agnoscunt etiam Etymologus, v. Ἀγγαρεύειν, & Eustath. ad Odyss. T. p. 1854.

3 Τίθεται τὸ ὄνομα] Quæ hic Suidas de Angaris affert, αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Eustathium, loco laudato; qui tamen ea non ex Suida, sed ex Ælio Dionysio descripsit.

4 Κατήχθη] In prioribus Edit. male legitur κατείχθη, cujus loco κατήχθη ex 3 MSS. Paris. reposui. Cæterum, sensus horum verborum obscurus est, quoniam integer locus Menandri non exstat.

5 Ἀγαρικόν] Ex Paulo Ægineta lib. VII. cap. 3. *Pears.* † In MSS. Paris. hic locus deest.

6 Ἁλιμουσίοις] Lege Ἁλιμουσίοις, ut infra v. Ἁλιμούσιος. Vide etiam Harpocrat. v. Ἀγασικλῆς, & v. Ἁλιμούσιοι, & ibi Maussacum.

7 Ἀγάστονος] Vide Schol. Homer. ad Odyss. M. v. 97.

8 Ἀγάστορες] Lycophron *Alexand.* 265. Τὸν φίλτατόν γε τῶν ἀγαστόρων. quam vocem Scholiasta (non Isaacus, ut omnes hactenus crediderunt, sed Ioannes Tzetzes; ut demonstrare possum ex epistola Ioannis Tzetzis inedita, quam penes me habeo) per ὁμογαστρίων ibi exponit.

9 Δίδυμοι] Unus MS. Paris. post hanc vocem addit, ὁμογάστριοι.

10 Ἀγάστου. θανάτου] Qui hanc lectionem vitii non habeant suspectam, diu frustra se torquebunt, donec indagaverint rationem, quare Ἀγάστου per θανάτου hic exponatur. Quovis enim pignore contendere ausim, locum hunc operarum vel librariorum incuria esse corruptum, & scripsisse Suidam Ἀγαστοῦ. θαυμαστοῦ. quæ etiam Pearsonii conjectura est.

Ἀγαυ

Ἄγαυρος. ὁ κομψός. Οἱ δὲ, κακός. Ὑπὸ Ἰώνων δὲ ἄπορος. Ὑπὸ δὲ Ἀττικῶν, τρυφερός.

1 Ἄγβαρος. ὄνομα κύριον. ὁ τῆς Ἐδέσσης Βασιλεύς. Ἔστι ἐν τῷ Αὔγαρος.

Ἀγαίομαι. φθονοῦμαι. καὶ Ἀγαῖος, ὁ ἐπίφθονος.

Ἀγγαῖος. ὄνομα κύριον.

Ἄγε δῆτα. φέρε. κόμιζε δεῦρο. καὶ Ἐπίγραμμα εἰς Διογένην τὸν Κύνα·

2 Διόγενες, ἄγε λέγε τίς ἔλαβέ σε μόρος
Ἐς ἅιδος; ἔλαβέ με κυνὸς ἄγριον ὀδάξ.

τὸ δὲ ἐπίγραμμα, διὰ 3 βραχέων.

Ἀγέλαστα. τὰ μὴ γέλωτος ἄξια, ἀλλ' ἀγανακτήσεως.

Ἀγέλαος. ὄνομα κύριον.

Ἀγελάρχης. ὁ τῆς ἀγέλης τῶν βοῶν ἄρχων.

Ἀγελαία σταφυλή. ἡ εὐτελής. καὶ Ἀγελαῖα, τὰ οὐ γενναῖα.

4 Ἀγελαίη. ἡ Ἀθηνᾶ.

Ἀγέλαιος. προπαροξυτόνως μὲν, ὁ ἀμαθής. Ἀγελαῖος δὲ, ὁ ἐκ τῆς ἀγέλης.

Ἀγελαῖος. ἰδιώτης. ἢ ὁ ἐν ἀγέλῃ διάγων. καὶ Ἀγελαίων. ἰδιωτῶν. ῥεμβωδῶν. Τῶν ἀγελαίων ἔοικεν ἀνθρώπων εἶναι ὁ τοιοῦτος. ἀντὶ τοῦ, εὐτελῶν. καὶ Ἀγελαίων, τῶν πολλῶν καὶ τυχόντων. Εἴη δ' ἂν ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀγελαίων ζώων. ἢ ἀπὸ τῶν ἰχθύων, οὓς βόσκεσθαι ῥύδην καὶ ἀγεληδὸν φασι.

Ἀγελαιών. ὁ τόπος τῆς ἀγέλης.

Ἀγελαῖοι ἰχθύες. οἱ εὐτελεῖς, καὶ μικροί.

Ἀγελείη. ἡ Ἀθηνᾶ, ἡ ἀπὸ τοῦ ἄγειν λείαν· τουτέστι, στρατιωτική.

Ἀγεληδόν. ἐπίρρημα.

Ἀγελήτης βοῦς. ὁ ἐξ ἀγέλης.

Ἀγέληφι. ἐκ τῆς ἀγέλης.

Ἀγγελιαφόρος. πρεσβευτής.

5 Ἀγγέλιος. Οὗτος ἐπὶ Οὐάλεντος τῆς Κωνσταντινουπόλεως Ἐπίσκοπος, βίον ἀποστολικὸν βιούς. Ἀνυπόδητος γὰρ διόλου διῆγεν, ἑνί τε χιτῶνι ἐκέχρητο, τὸ τοῦ Εὐαγγελίου φυλάττων ῥητόν.

Ἄγγελοι. οἱ ἄγγελοι μόνον τῇ τοῦ νοὸς καταλήψει εἰσὶ περιγραπτοί. 6 οὔτε δὲ ἐν τόπῳ, οὐδὲ ἐν σώματι, οὐδὲ ἐν χρόνῳ. Πρὸ γὰρ τοῦ ἡλίου ἡ γένεσις αὐτῶν. Ἀγγέλους πονηροὺς, τοὺς τῆς τιμωρίας ὑπουργοὺς ἡ γραφὴ καλεῖ· ὥσπερ ἡμέραν πονηρὰν, τὴν τῆς τιμωρίας.

Ἄγαυρος. Elegans. Alii vero, Malus. Ab Ionibus sic appellatur Inops. Ab Atticis vero, Delicatus.

Ἄγβαρος. Nomen proprium. Edessæ Rex. Vide in v. Αὔγαρος.

Ἀγαίομαι. Invidia petor. Et, Ἀγαῖος, Invidiosus.

Ἀγγαῖος. Aggæus. Nomen proprium.

Ἄγε δῆτα. Age. Huc affer. In Epigrammate in Diogenem Cynicum:

*Diogenes, age, dic, quænam te corripuit mors, & deduxit*
*Ad Plutonis domum? Mortuus sum sævo canis morsu.*

Epigramma hoc brevibus syllabis constat.

Ἀγέλαστα. Res non risu, sed indignatione, dignæ.

Ἀγέλαος. Agelaus. Nomen proprium.

Ἀγελάρχης. Boum armenti præfectus.

Ἀγελαία σταφυλή. Vilis uva. Et ἀγελαῖα dicuntur, quæ sunt vilia, & non eximia.

Ἀγελαίη. Minerva.

Ἀγέλαιος. Cum accentu in antepenultima, significat Imperitus. Sed ἀγελαῖος, qui est ex grege.

Ἀγελαῖος. Idiota. Imperitus. Vel, gregarius. Et ἀγελαίων, Idiotarum. Huc illuc vagantium. *Iste ex numero hominum* (ἀγελαίων) *gregariorum*, (vel, vilium) *esse videtur*. Et ἀγελαίων, plebeiorum, vulgarium; ducta metaphora ab animalibus gregalibus: vel a piscibus, quos promiscue & gregatim pasci tradunt.

Ἀγελαιών. Locus gregis.

Ἀγελαῖοι ἰχθύες. Viles & parvi pisces.

Ἀγελείη. Minerva, sic appellata, a præda agenda; id est, militaris.

Ἀγεληδόν. Adverbium. Gregatim.

Ἀγελήτης βοῦς. Bos ex armento.

Ἀγέληφι. Ex grege.

Ἀγγελιαφόρος. Legatus.

Ἀγγέλιος. Angelius. Hic Valentis tempore Constantinopolis fuit Episcopus, & vitam Apostolicam vixit. Semper enim discalceatus incessit, & unica tantum tunica usus fuit, Evangelii præceptum sensu stricto & proprio servans.

Ἄγγελοι. Angeli tantum mentis apprehensione circumscribi possunt. Neque enim in loco, neque in corpore, neque in tempore existunt; ante Solem quippe creati. Angelos malos, supplicii ministros, Scriptura vocat. Quemadmodum diem malum appellat

1 Ἄγβαρος] Promiscue tam Ἄβγαρος, quam Ἄγβαρος Regem hunc Edessæ a scriptoribus vocari constat.

2 Διόγενες] Epigramma hoc in Diogenem exstat apud Laertium, lib. VI. segm. 79. unde id Suidas descripsit; idemque repetitur infra v. Διογένης, & v. Ὀδάξ. Male autem in prioribus Edit. post κυνὸς omissa est vox ἄγριον, quam Laertius, & ipse Suidas infra, locis laudatis agnoscunt, & quam ad hiatum versus implendum necessarium esse apparet.

3 Διὰ βραχέων] Constat enim proceleusmatico, qui quatuor breves habet.

4 Ἀγελαίη] Minerva promiscue tam Ἀγελαίη quam Ἀγελείη vocatur; quas voces alii παρὰ τὸ ἄγειν λαούς; alii vero παρὰ τὸ ἄγειν λείαν dictas esse volunt. Vide Schol. ad Theog. Hesiod. p. 299. & Schol. Hom. ad Il. Δ. v. 128.

5 Ἀγγέλιος] Hæc ex Socratis Histor. Ecclesiast. lib. IV. cap. 9. descripsit Suidas. *Pears.*

6 Οὔτε δὲ ἐν τόπῳ] Contrarium de Angelis docet Athanasius Catena in Jobum, cap. 11. Ἄγγελοι ἐν τόπῳ εἰσίν, ὃ ἐὰν ἀποσταλῶσιν ἐκεῖ πάρεισι. Μόνος δὲ ὁ Θεὸς ἀπερίγραπτος. i. e. *Angeli in loco sunt, & quo mittuntur, illic adsunt: solus vero Deus circumscribi nequit.* Hunc locum acceptum refero Suicero in *Thesauro Ecclesiastico.* v. Ἄγγελος. ubi plura lege.

Ὀρ-

Ὀργὴν δὲ καὶ θυμὸν ἐπὶ θεοῦ, τὰς πικρὰς τιμωρίας καὶ θλίψιν καλεῖ. οὐ γὰρ φύσιν, οὐδὲ προαίρεσιν φησίν.

Ἀγένεια, ἡ δυσγένεια.

Ἀγεννῶς. ἀνάνδρως. καὶ Ἀγεννὲς, ἐπὶ τοῦ ἀσθενοῦς, καὶ ἐπὶ δυσγενοῦς. καὶ Ἀγεννία, ἡ ἀνανδρεία, καὶ ἡ δειλία. Ἔθεντο οὖν οἱ Ῥωμαῖοι σπονδὰς ἀγεννεῖς διὰ δέος πρὸς Οὔννους.

[1] Ἀγενής. Ἰσαῖος. ἀντὶ τοῦ, ἄπαις.

Ἀγέραστος. ἄτιμος.

Ἀγέρωχος. [2] ὁ σπανίως ἐρχόμενος.

Ἀγερωχία. ὑπερηφανία. ὅτι οἱ Σκύθαι εἰσὶν ὑπερόπται καὶ λίαν ἀγέρωχοι. καὶ Ἀγέρωχος. ἔντιμος, ἀνδρεῖος. [3] Ἀγαθίας. Ἵππου ἐπιβὰς εὐηνιωτάτου τε, καὶ ἀγερώχου, καὶ οἵου οὐκ ἀπρεπῶς ἐξάλλεσθαι, καὶ σκιρτᾶν. Καὶ αὖθις. Ὡς ἂν ἔσοιτο εὐκλεὴς τοῖς μετέπειτα, καὶ ἀγέρωχος. ἢ Ἀγέρωχος, ὁ ἀλαζών.

[4] Ἄγεστα. πολεμικὸν μηχάνημα ἐκ λίθων, καὶ ξύλων, καὶ χοῦ ἐγειρόμενον. Οἱ δὲ [5] Ἄγεστά φασι τὸ τοιοῦτον μηχάνημα.

Ἄγεται. μνηστεύεται, ἐπὶ γάμον λαμβάνει. Αἰλιανός. Τὴν δὲ ἀδελφὴν αὐτοῦ Ἰόβας ὁ Μαυρούσιος ἄγεται.

Ἄγετε. τὸ ἡγεῖσθε, καὶ οἴεσθε.

Ἄγετος. ὄνομα κύριον.

Ἄγευστος θοίνης. ὁ τῆς εὐωχίας μὴ μετασχών. [6] Ἄγευστος θοίνης, ἀστείως βίον ἔχων. Καὶ ἄγευστοι, ἄπειροι. Ἄγευστον, [7] διχῶς. ἢ γὰρ τὸ ἀχύμωτον μὲν πως, δυνάμενον δὲ χυμωθῆναι, ὡς τὸ ὕδωρ. [8] ἄποιον γὰρ ὄν, δύναται χυμωθῆναι. ἢ τὸ ταῖς ἄλλαις αἰσθήσεσιν ὑποκείμενον, ὡς ὁ ψόφος. ἢ τὸ μικρὰν ἔχον γεῦσιν, ὡς τὰ ὑδαρῆ τῶν ῥοφημάτων. ἢ τὸ κακὴν ἔχον γεῦσιν, ὡς τὰ δηλητήρια. Καὶ δῆλον τίνων τούτων ἀντιλαμβάνεται ἡ γεῦσις, καὶ τίνος μή. Καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ αἰσθήσεων τὰ δ' ταῦτα γινώσκεται σημαινόμενα. [9] Ἀρχὰς δὲ τῶν γευστῶν, τὸ ποτόν φασι, καὶ τὸ ἄποτον. εἰς ταῦτα γὰρ πρότερον διαιρεῖται

diem pœnæ vel ultionis. Cum autem iram & indignationem Deo tribuit, sic vocat afflictionem & acerbas pœnas; non autem naturam & voluntatem ejus.

Ἀγένεια. Generis obscuritas.

Ἀγεννῶς. Ignave. Timide. Et ἀγεννὲς accipitur pro infirmo & ignobili. Et ἀγεννία, Ignavia. Timiditas. *Propter metum igitur Romani turpe fœdus cum Hunnis fecerunt.*

Ἀγενής. Isæus. Pro eo, qui nullos habet liberos.

Ἀγέραστος. Inhonoratus.

Ἀγέρωχος. Raro veniens [in hominum conspectum.]

Ἀγερωχία. Superbia. Scythæ sunt supra modum fastuosi & superbi. Item Ἀγέρωχος. Honoratus. Fortis. Agathias. *Cum equum conscendisset, frænis obedientissimum & animosum, & qui non indecore exultaret aut subsiliret.* Et iterum. *Ut apud posteros clarus & generosus haberetur.* Vel etiam ἀγέρωχος significat hominem arrogantem & ostentatorem.

Ἄγεστα. Bellica machina, sive agger, ex lapidibus, & lignis, & terra aggesta excitatus. Alii vero machinam hujusmodi vocant Egesta.

Ἄγεται. Uxorem ducit. In matrimonium accipit. Ælianus. Sororem vero ejus Iobas Maurusius in matrimonium ducit.

Ἄγετε. Ducitis. Putatis.

Ἄγετος. Agetus. Nomen proprium.

Ἄγευστος θοίνης. Qui convivii particeps non fuit. *Convivii expers, eleganterque & lepide vivens.* Item ἄγευστοι, inexperti. Ἄγευστον quadruplici sensu accipitur. Aut enim significat id, quod saporis quidem expers est, sapore tamen imbui potest, ut aqua. Quamvis enim aqua sit expers qualitatis, saporem tamen accipere potest. Aut id, quod aliis sensibus subjectum est, ut strepitus. Aut quod exiguum habet saporem, ut sorbitiones, aqua multa dilutæ. Aut, quod malum habet saporem, ut venena. Manifestum autem est, quænam ex his gustum afficere possint, quæque non. Atque in cæteris etiam sensibus hæ quatuor significationes locum habent. Principia autem

1 Ἀγενής. Ἰσαῖος] Ex Harpocratione.

2 Ὁ σπανίως ἐρχόμενος] Apud Hesychium legitur ὁ σπανίως εὐχόμενος. i. e. qui raro vota facit: quod amplector.

3 Ἀγαθίας] Extat hic locus apud Agathiam, lib. I. p. 33. ubi de Narsete verba fiunt.

4 Ἄγεστα. Vide Suidam infra v. Ἄκεστα. & Ἔγεστα: item Ducangium in Glossar. Græc. & Meursium, itidem in Glossar. v. Ἄκεστα.

5 Ἄγεστά φασι] Lege Ἄκεστα, vel Ἔγεστα.

6 Ἄγευστος θοίνης] Ni fallor est versus Iambicus, qui sic scribendus, Θοίνης ἄγευστος, ἀστείως βίον δ' ἔχων. P. † Recte Portus vidit, esse versum Iambicum, in quo pro ἀστείως, tam propter metrum, quam sensum, scribendum puto, ἀθλίως, i. e. misere. Videtur enim Poeta iste anonymus describere aliquem parce & sordide viventem, & qui nunquam ad convivia vel alios invitaret, vel ipse ab aliis invitaretur; quod convenit characteri hominis sordidi, & ob avaritiam aliis invisi.

7 Διχῶς] Imo Τετραχῶς, ut in uno MS. Paris. recte scriptum inveni. Expresse enim hic docemur, τὸ ἄγευστον quadruplici sensu accipi: & partitio, quæ sequitur, quatuor, non duabus, partibus constat; quod & a Porto recte observatum fuerat. Cæterum cum hoc loco conferenda sunt, quæ leguntur infra v. Ἀόρατον.

8 Ἄποιον γὰρ ὄν] Quomodo Suidas ὕδωρ ἄποιον vocat? Recte. Aqua enim, quatenus est aqua, nullum odorem, nullum saporem, nullum colorem habere debet, quum est pura, nec medicata nec ex metallorum venis fluens. Harum igitur qualitatum aquam expertem esse debere docet Suidas. Χυμοῦν autem significat, ut cum medicis loquamur, insaporare, saporem indere, efficere, ut aliquid habeat aliquem saporem; & χυμοῦσθαι, insaporari, saporem aliquem accipere, ac habere. Dicitur autem ad similitudinem τοῦ χυλοῦσθαι. Quid sit χυλὸς, & quid χυμὸς, horumque discrimen, in vulgatis Græcolatinis lexicis vide. Hic locus me monet de Criticorum quorundam felici conjectura, qui versum illum Virgilianum, Æn. lib. VI. v. 20. vulgo sic scriptum,

*Melle soporatam, & medicatis frugibus offam,*

ita legendum censent, *Melle saporatam*, i. sapore conditam. P.

9 Ἀρχὰς δὲ τῶν γευστῶν, τὸ ποτόν φασι] Hæc procul dubio sumpta sunt ex aliquo interpretum Aristotelis, ad verba illa Philosophi lib. II. *de Anima*, cap. 10. Δοκεῖ δὲ εἶναι ἀρχὴ, τὸ ποτὸν καὶ ἄποτον. γεύσεως γάρ τις ἀμφότερα &c. Quis autem sit iste interpres, investigare non potui. Simplicius quidem & Johannes Philoponus similia his ad locum istum Aristotelis afferunt; non tamen inde Suidam sua descripsisse apparet.

τὸ γευστόν. καὶ γὰρ ἐν τῷ ὑγρῷ μάλιστα καὶ ὁ χυμὸς ἐκ τῆς ἐπιμιξίας τῶν ξηρῶν προσγινόμενος. Καὶ ὥσπερ τὸ ποτὸν πότιμον γίνεται διὰ τὴν ἐπιμιξίαν τοῦ χρηστοῦ χυμοῦ, οὕτω καὶ τὸ ἄποτον διὰ τὴν ἐπιμιξίαν τοῦ φαύλου χυμοῦ. Ἀμφότερα δὲ, τό, τε ἄποτον, καὶ τὸ ποτὸν, γευστά. γευστὸν δὲ τὸ ἄποτον, οὐχ ὡς τελειωτικὸν, ἀλλ' ὡς φθαρτικὸν τῆς γεύσεως διὰ μοχθηρίαν χυμοῦ. Τὸ δὲ ποτὸν, ὡς σωστικόν τε, καὶ τελειωτικὸν τοῦ κατὰ φύσιν γευστικοῦ. Ἀρχὴ οὖν τῶν γευστῶν, κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, τὸ ποτὸν καὶ τὸ ἄποτον. Ἐπεὶ δὲ τὸ ποτὸν, ὑγρὸν, τὸ δὲ ὑγρὸν, τῇ ἁφῇ ἀντιληπτόν· ὡς μὲν ὑγρὸν, ἁπτόν· ὡς δὲ τοιόνδε χυμὸν ἔχον, γευστόν. Τοῦτο οὖν κοινὸν ἁφῆς, καὶ γεύσεως. τῆς μὲν ἁφῆς, ὡς ἴδιον αὐτῆς αἰσθητόν· τῆς δὲ γεύσεως, ὡς ὕλη, καὶ ὄχημα τῶν γευστῶν.

ferum, quæ guſtatu percipiuntur, aiunt eſſe id, quod potari poteſt, & potari non poteſt. In hæc enim primum dividitur id, quod ſub guſtum cadit. Hoc autem in humido potiſſimum conſiſtit, ſapore ex admixtione aridorum accedente. Et ut id, quod potari poteſt, propter admixtionem boni ſaporis ſit potu gratum; ſic contra, potabile non eſt, cui malus ſapor admixtus eſt. Utrumque autem, tam id quod potari poteſt, quam quod non poteſt, ſub guſtum cadit. Poſterius quidem, non ut perficiens, ſed ut deſtruens guſtum, propter malum ſaporem. Prius vero, ut conſervans & perficiens facultatem naturalem guſtandi. Hac igitur ratione guſtabilium principatum tenet id, quod potari poteſt, & quod potari non poteſt. Quoniam vero potabile eſt liquidum; liquidum vero tactu percipi poteſt: quatenus quidem eſt liquidum, ſub tactum cadit; quatenus autem tali ſapore imbutum eſt, ſub guſtatum cadit. Hoc igitur tactui & guſtatui commune eſt: tactui quidem, ut proprium ejus ſenſile; guſtatui vero, ut materia & vehiculum guſtabilium.

Ἀγγείδιον. τὸ μικρὸν ἀγγεῖον.

Ἀγγείδιον. Parvum vas.

Ἄγειν, καὶ φέρειν. τὸ λῃστεύειν, καὶ ἁρπάζειν. Ἄγειν δὲ καὶ ἀπάγειν χρήματα, καὶ ἐπὶ ἀψύχων καὶ κομίζειν ἀδιαφόρως. Ὁ δὲ, ἐπεὶ ἐπεραιώθη εἰς τὸ κατ' ἀντικρὺ τοῦ ῥείθρου, παραχρῆμα τάς τε κώμας ἐνεπίμπρα τῶν Σκλαβηνῶν, καὶ ἐσύλα τοὺς ἀγροὺς, ἦγέ τε, καὶ ἔφερεν ἅπαντα, οὐδενός πω τῶν ἐκεῖσε βαρβάρων θαῤῥήσαντός οἱ εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, εἰς τὰ λάσια, καὶ κατηρεφῆ τῆς ὕλης καταπεφευγότων.

Ἄγειν, καὶ φέρειν. Prædari & rapere. De rebus inanimatis promiſcue dicitur ἄγειν καὶ ἀπάγειν καὶ κομίζειν. *Ille vero cum in adverſam fluminis ripam perveniſſet, confeſtim, incenſis Sclavenorum vicis, agros vaſtavit, omniaque diripuit, nemine barbarorum prælium cum ipſo inire audente, quippe qui in denſas & opacas ſylvas fuga ſe receperant.*

[1] Ἀγείρας. ὁ χωλός.

Ἀγείρας. Claudus.

Ἀγείρει. συνάγει. καὶ Ἀγείρουσιν. Ὁ γὰρ τρόπος ἱερὸς ἦν καὶ οὐδὲν ἐοικὼς τοῖς ἀγείρουσι. καὶ αὖθις Ὁ δὲ λαθεῖν θέλων, ξυρεῖται τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ γένειον καὶ στολὴν Αἰγυπτίαν ἀναλαβὼν, ἣν οἱ τῆς Ἴσιδος θεραπευτῆρες ἠμφίεσαν, καὶ σεῖστρον ἐπισείων καὶ πόλιν ἐκ πόλεως ἀμείβων, καὶ [2] τῇ θεῷ ἀγείρων, καὶ ἀναγκαίας τροφὰς, λιμοῦ φάρμακα, ἀγαπητῶς λαμβάνων.

Ἀγείρει. Colligit. Et ἀγείρουσι. Ille enim pecuniæ colligendæ mos ſacer erat, & nullo modo ſimilis mendicantibus. Et rurſus: *Ille vero latere volens, caput barbamque raſit, & Ægyptia veſte aſſumpta, qualem Iſidis cultores geſtant, & ſiſtrum quatiens, de urbe in urbem profectus eſt, Deæ ſtipem colligens, & neceſſaria alimenta ad propulſandam famem libenti gratoque animo accipiens.*

Ἀγή. θαῦμα. χαρά. ἀπιστία. ζῆλος. Παρ' Ἡρο-

Ἀγή. Admiratio. Gaudium. Diffidentia.

1 Ἀγείρας. ὁ χωλός.] Locum hunc eſſe corruptum, recte monuit Portus, qui pro ὁ χωλὸς, legendum putat ὁ πτωχὸς, i. e. *pauper*; quod non diſplicet. Significat enim τὸ ἀγείρειν, colligere & corrogare ſtipem, quod mendicorum eſt: & ipſe Suidas infra τὸ ἀγύρτης (quæ vox, ſecundum Grammaticos, ἀπὸ τοῦ ἀγείρειν originem ducit) exponit, πτωχός. Potuit tamen etiam Suidas ſcripſiſſe, Ἀγείρας, ὀχλαγωγός; quoniam Heſychius vocem Ἀγύρτης ſic interpretatur, addens, ἔστι δὲ καὶ ὁ ἀγείρων ὄχλον.

2 Τῇ θεῷ ἀγείρων] Per *Deam* hic intelligitur Iſis, ut ex præcedentibus patet. Notandus autem hoc loco mos veterum, Diis vel Deabus ſuis ſtipem corrogandi, cui mori ſimilem hodieque inter Pontificios confratrix, ut vocant, Divæ Virginis ſervant. Dicebantur autem illi, qui ſtipem iſtam ſacram cogebant, *agyrtæ*; inter quos notiſſimi fuerunt Μητραγύρται, ſive Matris Deorum agyrtæ, qui ſingulis menſibus Deæ iſti ſtipem colligere ſolebant; unde etiam appellati fuerunt Μηναγύρται. Suidas infra: Μηναγύρτης, ὁ τῆς Ῥέας ἱερεὺς, ὁ κατὰ μῆνα ἀγείρων, καὶ συναθροίζων. i. e. *Menagyrta. Rheæ ſacerdos, ſingulis menſibus ſtipem colligens & cogens.* De hoc more intelligenda ſunt verba Legis XII. Tab. apud Ciceronem *de Leg.* lib. II. *Præter Idææ Matris famulos, eoſque juſtis diebus, ne quis ſtipem cogito.* Ut autem agyrtæ iſtiuſmodi hominum animos religione magis moverent, ipſas Deorum Dearumve effigies circumferre ſolebant, ut nos docet Suidas v. Θεοπλάστ. Tzetzes quoque Chil. XIII. cap. 475. de Menagyrtis inquit: Εἰς ὄνον θέντες εἴδωλον θεᾶς αὐτῶν τῆς Ῥέας Τυμπάνοις περιήρχοντο τὰς κώμας ἐπαιτοῦντες. i. e. *In aſinum imponentes ſimulacrum Deæ ſuæ Rheæ, cum tympanis circuibant oppida ſtipem petentes.* Dionyſius Halicarnaſſæus apud Euſeb. *de Præpar. Evang.* lib. II. cap. 8. p. 79. de Matris Idææ ſacerdotibus, ſive agyrtis, inquit: Περιάγουσι ἀνὰ τὴν πόλιν οὗτοι μηναγυρτοῦντες, ὥσπερ αὐτοῖς ἔθος, ΤΥΠΟΥΣ τε περικείμενοι τοῖς στήθεσι &c. i. e. interprete Franciſco Vigero: *Totam civitatem circumeunt, ſingulis menſibus ſtipem ſuo more hinc inde corrogantes,* & IMAGUNCULAS *pectori alligatas geſtantes*: qui locus apud ipſum Dionyſium lib. II. p. 91. Edit. Wechel. exſtat. Præter hos agyrtas, qui Diis & Deabus ſtipem corrogabant, erant & alii, variis nominibus appellati, quorum duo tantum genera ſuperioribus addam. *Chelidoniſtæ* vocabantur, qui hirundini ſtipem colligebant. Heſychius, Χελιδονισταὶ, οἱ τῇ χελιδόνι ἀγείροντες. Athen. lib. VIII. cap. 15. Εἶδος δέ τι τοῦ ἀγείρειν χελιδονίζειν οἱ Ῥόδιοι καλοῦσιν, ὃ γίνεται τῷ Βοηδρομιῶνι μηνί. Χελιδονίζειν δὲ λέγεται, διὰ τὸ εἰωθὸς ἐπιφωνεῖσθαι,

Ἦλθ' ἦλθε χελιδὼν, καλὰς
Ὥρας ἄγουσα, καὶ καλοὺς ἐνιαυτοὺς &c.

i. e. *Rhodii autem modum quendam cogendæ ſtipis vocant χελιδονίζειν, quod fit menſe Boedromione. Vocatur autem χελιδονίζειν, quod cantilenam hanc accinere ſoleant:*

*Venit, venit Lirundo, pulchra*
*Tempora, & pulchros annos adducens.*

Erant & alii, qui cornici ſtipem corrogarent, eam ob cauſam Κορωνισταὶ vocati. Athenæus, loco paulo ante laudato: Κορωνισταὶ δὲ ἐκαλοῦντο, οἱ τῇ κορώνῃ ἀγείροντες. καὶ τὰ ᾄσματα ὑπ' αὐτῶν κορωνίσματα καλεῖται. i. e. *Coroniſtæ autem vocabantur, qui cornici ſtipem cogebant. Et carmina, ab illis cantari ſolita, coroniſmata dicebantur.* Sed de his ſatis.

δότω

δότῳ βασκανία. [1] Παρ' Ὁμήρῳ, ἔκπληξις. πληγή. θραῦσις. κλάσις. ἀπώλεια. Ἔνιοι, ἱερεῖα. Ἄγη μὲν οὖν παροξυτόνως, ἡ ἔκπληξις. Ἀγὴ δὲ, ἡ κλάσις τοῦ κύματος.

Ἀγηγέρατο. συνηθροίζοντο.

Ἀγηλατεῖν. διώκειν. φυγαδεύειν. ἐπιτάττειν. Ἡρόδοτος, ὑβρίζειν.

Ἀγηλατεῖν. ὡς ἄγος καὶ ἐναγεῖς τινας ἀπελαύνειν. ἐὰν μὲν δασέως, τὸ τὰ ἄγη ἀπελαύνειν· ἐὰν δὲ ψιλῶς, ἀντὶ τοῦ [2] ἀπελάσειν.

[3] Κλαίων δοκεῖς μοι κ' σὺ, χ' ὡ συνθεὶς τάδε,
Ἀγηλατήσειν.

Καὶ [4] Ἡρόδοτος· Ὁ δὲ σὺν μεγάλῃ χειρὶ ἀπικόμενος, ἀγηλατέει ἑπτακόσια ἐπίστια Ἀθηναίων.

[5] Ἀγηλατοί. οἱ κεραυνοί. ἀγηλατεῖ δὲ ῥῆμα, ἄγει. κεραυνοῖ. ἢ διώκει.

Ἀγῆλαι. τιμῆσαι θεὸν ἀγλαΐαις. Οὕτως Εὔπολις Δήμοις· [6] Ἀναθῶμεν νῦν χ' ἡμεῖς τούτοις τὰς διττὰς εἰρεσιώνας, καὶ προσαγήλωμεν ἐπελθόντες. χαίρετε πάντες. δεχόμεθα. [7] Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ· Καὶ σὲ θυσίαισιν ἱεραῖσι, προσόδοις τε μεγάλαις ἰδίᾳ πάντες ὦ πότνι' ἀγαλοῦμεν ἡμεῖς ἀεί. Ἕρμιππος Ἀρτοπώλισι·

Φέρε νῦν ἀγήλω τοὺς θεοὺς [8] οἵοις ἐγὼ,
Καὶ θυμιάσω τοῦ τέκνου σεσωσμένου.

Καὶ παροιμία· Ἀγὼν οὐ δέχεται σκήψεις. τάττεται ἐπὶ τῶν μηδὲν ὠφελουμένων εἰ σκήψαιντο. καὶ, [8] Ἀγὼν πρόφασιν οὐκ ἀναμένει. ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν φύσει ῥαθύμων καὶ ἀμελῶν. ἢ ἐπὶ τῶν μὴ προσιεμένων τοὺς λόγους τῶν προφασιζομένων.

Ἄγγωνες. [9] ἐπιχώρια δόρατα παρὰ Φράγγοις.

Ἀγκωνίσκοι. σκεύη τιμωρητικά.

Ἀγωνίᾳ. [10] Ξενοφῶν. ἀντὶ τοῦ ἀγῶνι.

Ἀγωνιᾷν. Ἰσοκράτης, ἀντὶ τοῦ ἀγωνίζεσθαι.

Ἀγωνιστὴς. ὁ ἐν ἀγῶνι. καὶ θηλυκὸν Ἀγωνία, ὁ φόβος. Ἀγονία δὲ διὰ τοῦ ο μικροῦ, ἡ στείρωσις.

Ἀγωνιούμενοι. εἰς ἀγῶνας ἐμβαλοῦντες. Τοῖς πολεμίοις ἀγωνιούμενοι, ἀποτράποιντο ἀμαχεί.

Ἀγωνιῶ. κινδυνεύω, καὶ τὸ φοβοῦμαι. [11] Πολύβιος· Πολλαὶ δὲ πόλεις προσετίθεντο τῶν μεσογαίων τοῖς Ῥωμαίοις, ἀγωνιῶσαι τὰς [12] πεζικὰς δυνάμεις. καὶ Ἀγωνιῶν, δεδιώς. [13] Ἀγωνιῶν δὲ τὴν ἀθεσίαν τῶν Κελτῶν, καὶ τὰς ἐπιβουλὰς τὰς περὶ τὸ σῶμα. † Ἠγωνία δὲ, μὴ τοὺς στρατιώτας ἐπιλείπῃ τὰ ὀψώνια. καὶ Ἀγωνιῶντες, ἀντὶ τοῦ ἀγωνιζόμενοι. Ἰσοκράτης.

Ἀγωνίς. ὄνομα ἑταίρας.

hitur: aut duci vehique facile potest. Et Ἀγωγίμων, onerum mercatoriorum. *Mercatores illæsos servare, mercesque conservatas eis reddere.*

Ἀγωγόν. Allicendi vim habens. Et Pisides: *Ad canales Tigridis se convertit.* Loquitur de Chosroe. Et Ἀγωγοὺς, Deductores.

Ἀγωγαῖος. In Epigrammate: *Et lorum, quo canes ducuntur.*

Ἀγώμενος. Qui admirationem sui apud alios movet. Ἀγόμενος vero, qui ducitur, vel vehitur.

Ἀγών. Exercitatio, qua ad certamina præparamur. Homerus vero Ἀγῶνα vocat locum certaminis. Thucydides lib. v. *Progressus in stadium, aurigam coronavit.*

Ἀγωνάρχαι. Agonothetæ. Præsides certaminum. Sophocles:

*Et mea arma neque Agonarchæ*
*Proponent Achivis, neque perniciosus ille adversarius meus.*

Et proverbium: Certamen non admittit prætextum; quod dicitur de illis, quibus nihil prodest, excusationibus uti. Et, Certamen prætextum non expectat: quod proverbium dicitur de hominibus natura segnibus & negligentibus. Vel, de illis, qui verba illorum, qui multa causantur, non admittunt.

Ἄγγωνες. Sic Franci hastas, in sua regione usitatas, vocant.

Ἀγκωνίσκοι. Instrumenta quibus sontes puniuntur, vel torquentur.

Ἀγωνίᾳ. Xenophon. Pro ἀγῶνι, *i. e.* certamine.

Ἀγωνιᾷν. Isocrates, pro Ἀγωνίζεσθαι, *i. e.* certare.

Ἀγωνιστὴς. Qui in certamine versatur. Et fœmininum, Ἀγωνία, metus. Ἀγονία vero, per o parvum, sterilitas.

Ἀγωνιούμενοι. Certaturi. In certamina ruituri. *Cum hostibus certaturi, avertantur sine pugna.*

Ἀγωνιῶ. Periclitor. Et metuo. Polybius: *Multæ autem civitates mediterraneæ se Romanis adjunxerunt, terrestres copias formidantes.* Et Ἀγωνιῶν. Metuens. *Metuens Gallorum levitatem, & ne vitæ suæ insidias struerent.* † *Timebat vero, ne milites cibaria deficerent.* Et Ἀγωνιῶντες, certantes. Isocrates.

Ἀγωνίς. Nomen meretricis.

1 Τοῦ Τίγριδος] Sic in MSS. scriptum inveni. In prioribus Edit. vero legitur Τίγρεως, quam vocem metrum versus hujus, qui est Iambicus, respuit.

2 Ἀγωγαῖος.] Ex præcedentibus Suidæ verbis apparet hic legendum ἀγωγαῖος, & paulo post, ἀγωγαῖον. Quam lectionem habemus in Epigrammatum Anthologia, lib. vi. p. 441. 5. unde locus hic depromptus est.

Γαυλούς τε γλαγοπῆγας, ἀγωγαῖόν τε κυνάγχαν. *P.*

3 Κυνάγχαν] Lorum, quo canes ducuntur, colla eorum arcte stringere & angere solet: unde dicitur κυνάγχη.

4 Ἀγώμενος] Sic in MSS. exaratum est. In prioribus vero Edit. contra literarum seriem legitur, Ἀγάμενος. Est autem Ἀγώμενος, ab ἀγάομαι.

5 Ὅμηρος τὸν τόπον] Odyss. Θ. v. 260. Λείηναν δὲ χορὸν, καλὸν δ᾽ εὔρυναν ἀγῶνα. ubi Scholiast. Ἀγῶνα. τὸν τόπον ἐν ᾧ ἠγωνίζοντο.

6 Θουκυδίδης πέμπτῃ] Pag. 381. *P.*

7 Σοφοκλῆς] Ἐν Αἴαντι μαστιγοφόρῳ, Pag. 34. *P.*

8 Ἀγὼν πρόφασιν] Vide Zenobium, vel potius Zenodotum, (ut eum Aristophanis enarrator vocat) Centur. II. Prov. 45. & ibi Andream Schottum.

9 Ἄγγωνες] Vide Meursium in Glossario, & Ducangium, itidem in Glossario, tam Græco, quam Latino.

10 Ξενοφῶν] Cyropæd. lib. ii. p. 54. *P.*

11 Πολύβιος] Lib. i. c. xx.

12 Πεζικὰς δυνάμεις] In prioribus Edit. pessime legitur Περσικάς. cujus loco non solum ex 2 MSS. sed etiam ex Polybio, πεζικὰς reposui. Eodem mendo priores Editiones Suidæ laborant in v. Τελέσαι, ubi Περσικῶν pro πεζικῶν legitur. Cæterum, Casaubonus, cum nesciret, unde locus hic depromptus esset, corrupta Suidæ lectione deceptus, verba ista Polybii de Perseo, Rege Macedonum, accepit: quem errorem recte notavit Jacobus Gronovius in Notis ad Fragmenta Polybii, a Casaubono collecta, pag. 455.

13 Ἀγωνιῶν δὲ τὴν ἀθεσίαν] Ex Polybio, lib. iii. c. lxxviii. ut bene observavit Gronovius. Vide etiam infra v. Ἀθεσίαν.

Ἀγώ-

Ἀγώνισμα. σπουδήν. Ἐπιμέλειαν. Ἀγώνισμα τίθενται συλλαβεῖν αὐτόν. [1] Ἀριστοφάνης· Ἐγὼ δ' εὐξαίμην ἂν, ἐντυχεῖν τινὶ (λείπει θηρίῳ) λαβεῖν τ' ἀγώνισμ' ἄξιόν τι τῆς ὁδοῦ. ἔπαθλον.

Ἀγώνων ἐπιταφίων. [2] ἀγόνων δὲ χοῶν.

Ἀγωνοθέτης. ὁ ἐν τοῖς Σκηνικοῖς. Ἀθλοθέτης δὲ, ὁ ἐν τοῖς Γυμνικοῖς.

Ἄγρα. [3] Δήμητρος ἱερὸν ἔξω τῆς πόλεως, πρὸς τῷ Ἰλισσῷ.

Ἄγραυλοι. οἱ ἐν τῷ ἀγρῷ διανυκτερεύοντες, ἢ αὐλιζόμενοι.

Ἄγραφα ἀδικήματα. οἷον εἰ, ὑπὲρ ὧν νόμος οὐ γέγραπται.

[4] Ἀγραφίου. εἶδος δίκης κατὰ τῶν ὀφειλόντων μὲν τῷ δημοσίῳ, καὶ διὰ τοῦτο ἐγγραφέντων· πρὶν δὲ ἐκτίσαι, ἐξαλειφθέντων. οὕτω [5] Δημοσθένης, καὶ Δείναρχος, καὶ Λυκοῦργος.

Ἀγραφίου δίκη. Τῶν ἐκ καταδίκης ὠφληκότων τῷ δημοσίῳ γράφουσι τὰ ὀνόματα ἐν σανίσιν οἱ κατὰ καιρὸν περὶ τούτων διοικοῦντες, προστιθέντες ἀνὰ πόσον ἐστὶ τὸ ὄφλημα. ὅταν δὲ ἀποδιδῷ ἕκαστος, ἐξαλείφεται τῆς σανίδος τὸ ἐπίγραμμα. Ἐὰν οὖν τις ἀναγραφῇ μὲν ὠφληκέναι, δόξῃ δὲ μὴ ἀποδεδωκέναι, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐξηλειμμένον ᾖ ἐκ τῆς σανίδος, συγκεχώρηται τῷ βουλομένῳ τῶν ἀστῶν εἰσάγειν κατ' αὐτοῦ δίκην Ἀγραφίου.

Ἀγράφου [6] μετάλλου δίκη. Οἱ τὰ ἀργύρεια μέταλλα ἐργαζόμενοι, ὅπου βούλοιντο καινοῦ ἔργου ἄρξασθαι, φανερὸν ἐποιοῦντο τοῖς ἐπ' ἐκείνοις τεταγμένοις ὑπὸ τοῦ δήμου, καὶ ἀπεγράφοντο, τοῦ τελεῖν ἕνεκα τῷ δήμῳ εἰκοστὴν τετάρτην τοῦ καινοῦ μετάλλου. Εἴ τις οὖν ἐδόκει λάθρα ἐργάζεσθαι μέταλλον, τὸν μὴ ἀπογραψάμενον ἐξῆν τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι καὶ ἐλέγχειν.

Ἀγρέμιος. ὁ ἀπὸ τῆς ἄγρας. [7] Ἀγρέμιον πολιᾶς ἐξ ἁλὸς εὑράμενος.

Ἀγρεσία. ἡ ἄγρα. ἐν [8] Ἐπιγράμμασι·

Οἱ τρισσοί τοι ταῦτα τὰ δίκτυα θῆκαν ὅμαιμοι,
Ἀγρότα Πὰν, ἄλλης ἄλλος ἀπ' ἀγρεσίης.

Ἀγρεύς. ὁ ἐπὶ τῆς θήρας.



Ἀγώνισμα. Studium. Diligentiam. *Certatim ipsum comprehendere student.* Aristophanes: *Ego vero optarim incidere in aliquam feram, & accipere præmium aliquod certaminis dignum hac via.*

Ἀγώνων ἐπιταφίων. Certaminum funebrium. Ἀγόνων χοῶν vero significat, sterilium libationum.

Ἀγωνοθέτης. Qui Scenicis ludis præest. Ἀθλοθέτης vero, qui Gymnicis.

Ἄγρα. Cereris templum extra urbem, ad Ilissum.

Ἄγραυλοι. In agro pernoctantes, vel stationem habentes.

Ἄγραφα ἀδικήματα. Sic vocantur crimina, de quibus lex non est scripta.

Ἀγραφίου. Genus Judicii, instituti adversus ærarii debitores, in tabulas quidem publicas eo nomine inscriptos, sed ante solutionem ex iis expunctos. Sic Demosthenes, Dinarchus & Lycurgus.

Ἀγραφίου δίκη. Nominis ex tabulis publicis expuncti actio. Nomina illorum, qui aliquam pecuniæ summam, mulctæ nomine, ærario debebant, tabulis inscribebant illi, qui pro tempore ista administrabant; addentes, quantum singulorum esset debitum: quo persoluto, nomen illorum ex tabulis expungebatur. Si igitur nomen alicujus inter debitores quidem referretur; expungeretur vero, antequam debitum persolvisse videretur, licebat cuilibet civium actionem *deleti nominis* contra eum instituere.

Ἀγράφου μετάλλου δίκη. Non scripti metalli actio. Qui argenti fodinas exercebant, cum novum opus incepturi esset, indicabant id illis, qui a Populo metallis præfecti erant, eorumque nomina inscribebantur tabulis, ut Populo vigesimam quartam novi metalli partem penderent. Si quis igitur clam metalla exercere videretur, cuilibet licebat eum, cujus nomen in tabulas publicas relatum non erat, accusare & convincere.

Ἀγρέμιος. In venatione captus. *Qui te invenit prædam cani maris.*

Ἀγρεσία. Venatio. In Epigrammate:

*Tres tibi hæc retia dedicarunt fratres,*
*Pan agrestis, singuli ex diversa venatione.*

Ἀγρεύς. Qui venationi præest.

1 Ἀριστοφάνης] Ἐν Βατράχοις, pag. 141. 32. ubi versus hi ita distinguuntur.
Ἐγὼ δέ γ' εὐξαίμην ἂν ἐντυχεῖν τινὶ
Λαβεῖν τ' ἀγώνισμ' ἄξιόν τι τῆς ὁδοῦ.
Apud Suidam post hæc verba subjiciendum. τινί. Λείπει θηρίῳ. Et, Ἀγώνισμα. ἔπαθλον. Id est, quum dixit poeta τινί, subauditur ac desideratur nomen θηρίῳ, quod feram significat. Ἀγώνισμα vero, certaminis præmium, quod victori datur. Haud enim poetæ verba cum Scholiis & interpretatione sunt confundenda. P.

2 Ἀγόνων δὲ χοῶν] Vide supra.

3 Ἄγρα] Præter Berkelium & Holstenium ad Stephanum v. Ἄγρα. vide etiam Petavium ad Themist. Orat. XII. p. 657. Edit. Paris. in 4.

4 Ἀγραφίου. εἶδος] Ex Harpocratione, quem vide.

5 Οὕτω Δημοσθένης] Demosthenis verba Oratione contra Theocrinem, pag. 723. Edit. Morell. hæc sunt: Ὅτι ὁ νόμος οὐ κατὰ τῶν ὀφειλόντων, ὅσοι μὴ ἐγγεγράφαται, κελεύει τὰς γραφὰς τοῦ Ἀγραφίου εἶναι, ἀλλ' ὅσοι ἂν ἐγγραφέντες, καὶ μὴ ἀποτίσαντες τῇ πόλει τὸ ὄφλημα, ἐξαλειφθῶσι. i. e. *Lex non jubet actionem* Ἀγραφίου *institui contra eos, qui Reipubl. quidem debent, at in tabulas relati non sunt: sed adversus eos, quorum nomina ex tabulis publicis, quibus inscripta erant, debito nondum persoluto, expuncta sunt.* Hic locus pulchre Harpocrationem & Suidam illustrat, quem proinde a viris doctissimis Maussaco & Valesio ad Harpocrationem prætermitti non oportebat.

6 Ἀγράφου μετάλλου] Vide Petitum *de Legibus Attic.* lib. VII. Tit. XII.

7 Ἀγρέμιον πολιᾶς] Est pars Epigrammatis ex Anthologia inedita, quod integrum exhibebimus infra ad v. Λαβεόχειρος.

8 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Anthol. lib. VI. p. 431. P. † Epigramma hoc agit de tribus fratribus, retia sua Pani dedicantibus, quorum unus erat venator, alter, auceps, & tertius, piscator.

Ἀγρευτά. [1] λεπτά.

Ἄγρει. ἄγε δή.

Ἀγρεία ᾠδή. ἡ ἀγροικική. Τὸ σκῦτος ἀγρείης εἵνεκα τῆς πλατάνου. ἐν Ἐπιγράμμασι. καὶ Ἀγρεῖος. ὁ ἀγροῖκος. ὁ ἀμαθὴς, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀγροῦ. [2] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Ὡς ἀγρεῖος εἶ καὶ σκαιός. (Γράφεται δὲ καὶ ἀγροῖκος) ἤγουν ὁ ἄγροικος, καὶ μέγαν πώγωνα ἔχων. καὶ αὖθις·

Ἄλλως [3] τ' ἄμουσόν ἐστι ποιητὴν ἰδεῖν

Ἀγρεῖον ὄντα, καὶ δασύν.

Ἀγρεῖφνα. γεωργικὸν ἐργαλεῖον, δι' οὗ συνάγουσι τὸν χόρτον. [4] Ἄλκιμος ἀγρεῖφναν, καὶ κενοδένταδα, καὶ Φιλοδύτου Φᾶρος, ἅμα τελεῖ χῆρον ἐλαΐνου.

Ἀγρία μέλιττα. ἐπὶ τῶν σφόδρα πονηρῶν, καὶ ὠμῶν.

Ἀγρία συκῆ. ζήτει ἐν τῷ Ἀνειλάτος.

Ἀγριᾶνες. τάξις στρατιωτική.

Ἀγρίδιον.

Ἀγριόθυμος. ὁ ἄγριος τῇ ψυχῇ.

Ἄγριον ὑποβλέπει με. μᾶλλον λεκτέον, ἢ ὑποβλέπεται. Οἱ δὲ ἐλέφαντες ἀνέτρεχον καὶ ἐβόων ἀγριαίνοντες, καὶ ἄγριον ὑποβλέποντες. Καὶ αὖθις. Ὁ δὲ τὸ θηριῶδες καὶ ἄγριον ὑπεκάει καὶ διηρέθιζεν, εἴπου κύριος γένηται τοῦ χωρίου.

Ἀγριοποιόν. ἀγρίους εἰσάγοντα τοὺς Ἥρωας. [5] Ἀριστοφάνης περὶ Αἰσχύλου· [6] Ἐγ' ᾧδα τοῦτον κἀξεπίσταμαι καὶ διέσκεμμαι πάλαι, ἄνθρωπον ἀγριοποιὸν, αὐθαδόστομον, ἔχοντ' ἀχάλινον ἀκρατὲς ἀθύρωτον στόμα, ἀπεριλάλητον, κομποφακελλορήμονα.

Ἄγριος. ὄνομα κύριον. καὶ Ἄγριος, ἄμικτος καὶ ἀνήμερος. Λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ κακίας [7] ὑπερβολῇ. Αἰλιανός· Ἀποστείλας τοὺς ἀγριωτάτους τῶν δορυφόρων, ἐξήρπασε τὴν γυναῖκα, καὶ πρὸς βίαν ἤγαγεν

Ἀγρευτά. Quæ capi possunt.

Ἄγρει. Age igitur.

Ἀγρεία ᾠδή. Rustica cantio. *Pellem agrestis platani causa:* in Epigrammate. Et Ἀγρεῖος, Rusticus, Imperitus, vel Agrestis. Aristophanes *Nubibus: Quam agrestis es & sinistris moribus* (quo in loco nonnulli scribunt ἀγροῖκος) Ἀγρεῖος, i. e. Rusticus, & promissam barbam habens. Et rursus: *Præterea vero inscita res est, videre Poetam qui sit rusticus & villosus.*

Ἀγρεῖφνα. Rusticum instrumentum, quo rustici fœnum colligunt. *Alcimus rastrum dentibus carens, & laceram vestem, & manubrio carentem [arthropedam tibi, Minerva, dedicavit.]*

Ἀγρία μέλιττα. Agrestis apis. De valde improbis & crudelibus dicitur.

Ἀγρία συκῆ. Agrestis ficus. Quære in voce Ἀνειλάτος.

Ἀγριᾶνες. Corpus quoddam militum.

Ἀγρίδιον. Agellus.

Ἀγριόθυμος. Efferus animo.

Ἄγριον ὑποβλέπει με. [Truci vultu me intuetur] potius dicendum, quam ὑποβλέπεται. *Elephanti autem recurrebant, & efferati, trucibusque oculis intuentes, barriebant.* Item. *Ille vero feritatem & immanitatem illorum excitabat & acuebat, si forte locum in suam potestatem redigere posset.*

Ἀγριοποιόν. Feros & truces heroes in scenam inducentem. Aristophanes de Æschylo dicit: *Ego novi istum & perspexi jampridem hominem, sævos heroes inducentem, contumaci ore præditum, habentem effrænatum, impotens, & nullo quasi obice clausum os, temere quidvis effutientem, & sesquipedalia verba jactantem.*

Ἄγριος. Agrius. Nomen proprium. Item, Ἄγριος, Insociabilis & inhumanus. Dicitur etiam de summa malitia. Ælianus: *Missis satellitum sævissimis, rapuit mulierem, & per*

1 Ἀγρευτά. λεπτά.] In prioribus Edit. male legitur λεπτά. quod Portus verterat, *Tenuia & subtilia*; inepte prorsus, & sensu ab hoc loco alienissimo. Facile enim videre potuisset, unica litera mutata, scribendum esse ληπτά: quam lectionem, tacentibus licet MSS. me huic loco recte restituisse puto. Idem mendum occurrit apud Hesych. v. Ἑλετή, ubi λεπτή pro ληπτή legitur.

2 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 97. 2. ubi hodie legitur ἀχρεῖος, i. e. inutilis. Non displicet tamen lectio Suidæ ἀγρεῖος.

3 Ἄλλως τ' ἄμουσον] Aristoph. Θεσμοφοριαζ. p. 515. 41. P.

4 Ἄλκιμος ἀγρεῖφναν] Locus hic ex Anthologia inedita, ubi Epigramma istud integrum exstat, sic legendus & distinguendus est:

Ἄλκιμος ἀγρεῖφναν κενοδένταδα, καὶ φιλόδειπνον
Φᾶρος, ἅμα τελέον χῆρον ἐλαΐνου
Ἀρθροπέδαν &c.

Nimirum, Alcimus in hoc Epigrammate instrumenta sua rustica, usu jam attrita & consumpta, secundum veterem morem, agriculturæ labore defunctus, Minervæ dedicat: quod cum ex loco hoc Suidæ, mutilo prorsus & imperfecto, intelligi non posset, sensum ejus ex Anthologia Epigrammatum inedita in versione supplevi. Ἀγρεῖφνα κενοδόντις significat rastrum dentibus vacuum, sive, quod longo usu dentes jam amiserat. Φᾶρος Suidas infra exponit ῥάκος, i. e. *lacera*, vel, *attrita vestis*, & exempli loco ipsum Epigrammatis hujus locum adducit. Cæterum, quomodo τῷ Φᾶρος epithetum φιλόδειπνον conveniat, non satis capio: uti nec scire me fateor, quale instrumentum fuerit ἀρθροπέδα, quoniam Grammatici de ea voce tacent. Suidas quidem infra in Ἀρθροπέδα partem Epigrammatis hujus adducit, sed, quod sæpe facere solet, vocem non explicat. Quod autem hic dicitur, Arthropedam manubrio caruisse, facit ut obiter hic notem morem veterum, res eas, quas Diis dedicare volebant, mutilandi, ne usui humano amplius inservire possent, & eam ob caussam a manibus fugacibus, hominumque rapina tutæ essent. Aristophanes *Equit.* p. 340.

Οὐ γὰρ ἐχρῆν, εἴπερ φιλεῖς τὸν δῆμον, ἐᾶν σ' αὐτοῖσι
Ταύτας ἐᾶν αὐτοῖσι τοῖς πόρπαξιν ἀνατεθῆναι.

i. e. interprete Frischlino:

*Neque enim oportebat te, (si quidem amas populum) scuta cum ipsis*
*Loris, ex composito, in templo suspendere.*

Ad quem locum Scholiastes: Ἀνετίθεσαν δὲ τὰ ἐκ τῶν πολέμων ὅπλα ἄνευ τῶν ὀχάνων, ἵνα μὴ ἕτοιμα ἔχωσιν αὐτὰ χρῆσθαι. i. e. *Suspendebant vero Diis scuta bellica absque ansis, ne parata essent ad usum hominum:* quæ verba Scholiastæ Suidas descripsit in v. Πόρπαξ. Idem Suidas: Κατατεμὼν. κατασχίσας. οἱ γὰρ ἀνατιθέντες τοῖς θεοῖς κατατεμάχιζον ἵνα μή τις ἄρῃ. i. e. Κατατεμὼν, *Lacerans. Qui enim Diis (vestes) consecrant, eas lacerant, ne quis eas auferat:* quem locum Portus minime intellexit. Hinc ergo apparet, quare Alcimus arthropedam, manubrio carentem, Minervæ dedicaverit. Quamvis etiam dici possit, arthropedam illam non fuisse ab Alcimo data opera mutilatam, sed ob longum & diuturnum usum manubrium sponte amisisse.

5 Ἀριστοφάνης] Totus hic locus sic est scribendus, ut apud Aristophanem in *Ranis* pag. 163. recte scriptus legitur:

Ἐγ' ᾧδα τοῦτον, καὶ διέσκεμμαι πάλαι,
Ἄνθρωπον ἀγριοποιόν, αὐθαδόστομον,
Ἔχοντ' ἀχάλινον, ἀκρατὲς, ἀπύλωτον στόμα,
Ἀπεριλάλητον, κομποφακελορρήμονα.

Vide hic Scholiastam. P.

6 Ἐγ' ᾧδα τοῦτον] Hæc repetuntur infra v. Ἐγ' ᾧδα.

7 Ὑπερβολῇ] Legendum est ὑπερβολῆς.

τοι-

πιεζομένην καὶ βοῶσαν. Καὶ ὁ Ἅδης, δημιουργὸς ἄγριος.

Ἀγρίους.[1] Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου, τοὺς σφόδρα ἐπτοημένους περὶ τὰ παιδικὰ οὕτως ὀνόμασε. καὶ Μένανδρος δὲ, ἄγριον εἶπε κυβευτὴν, τὸν λίαν περὶ τὸ κυβεύειν ἐσπουδακότα. [2] Ἀγρίους καὶ [3] καλοπεδιλάκας ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τοὺς παιδεραστάς. Ὅτι ἐκωμῳδοῦντο οἱ Ἀχαρνεῖς, ὡς ἄγριοι καὶ σκληροί. καὶ ἔστιν [4] ἐν τῷ δράματι Ἀχαρνεῖς.

Ἀγριότης. ὁρμή. Θαυμαστὴ γάρ τις κίνησις (ὡς ἔοικε) παρθένετο πρὸς τοῦτο τὸ μέρος. Ἀγριότης, ἐπὶ φιλαργυρίας. Ἀγριώτατος, ὁ ἀνήμερος.

Ἀγριωπός.[5]

Τὴν ἀγριωπὸν ἀκρασίας γαυρουμένην.

Λέγει δὲ τὴν ἁμαρτίαν. ἐκ τοῦ ὤψ, ὠπὸς, ὃ σημαίνει τὸν ὀφθαλμόν. τοῦτ' ἔστιν ἡ ἀναιδὴς, καὶ ἄγριος.

Ἀγρίππας. ὄνομα κύριον.

Ἄγριππος. ἡ ἀγρία ἐλαία. [6] καὶ παροιμία· Ἀκαρπότερος ἀγρίππου.

Ἀγρίφη. δίκελλα. σκεῦος γεωργικὸν πολύγομφον.

Ἀγρολέτειρα. ἡ Ἄρτεμις.

Ἀγρόμενοι. συναθροιζόμενοι. Ἀγρόμενοι πᾶς δῆμος. σύνταξις πρὸς σχῆμα. ὁ δῆμος ἀγρόμενοι. ἐπεὶ ὁ δῆμος πλῆθος σημαίνει.

Ἀγρονόμοι, οἱ ἐν ἀγροῖς διάγοντες.

Ἠχήεις [7] τέττιξ δροσεροῖς σταλάγμασι μεθυσθεὶς
Ἀγρονόμον μέλπει μοῦσαν ἐρημολάλον.

ἐν Ἐπιγράμματι.

Ἀγρόται. ἀγροῖκοι. καὶ ἀγρότης ὁ ἐν ἀγρῷ διαιτώμενος.

Ἀλλ' ὡς πάροινος ἀγρότης ἀνεκλίθης.

Θηλυκὸν δὲ, Ἀγρότις. ἐν Ἐπιγράμματι· [8] Ἄνθετο δέρμα λέοντος Τεῦκρος Ἄραψ κἀυτὴν ἀγρότιν αἰγανέαν.

Ἀγροτέρας. ἀγρίας. ἐν Ἐπιγράμματι.

Τοῦτό [9] σοι ἀγροτέρας Διονύσιος αὐτὸς ἐλαίης θῆκε ῥόπαλον.

*vim stupravit quiritantem & plorantem.* Et Orcus, opifex sævus.

Ἀγρίους. Agrestes. Æschines in Oratione contra Timarchum sic appellat eos, qui nimio puerorum amore flagrant. Menander etiam aleatorem ἄγριον vocat, aleæ studio nimis deditum. Veteres quoque Ἀγρίους & Καλοπεδιλάκας vocarunt pædicones. † Acharnenses ut agrestes & asperi a Comicis perstringebantur: qua de re legenda est fabula [Aristophanis] *Acharnenses.*

Ἀγριότης. Impetus. *Mirus enim quidam motus ac impetus (ut par est) hujus hominis fuit ad hanc partem.* Ἀγριότης, *etiam dicitur* de avaritia. Ἀγριώτατος, valde immanis.

Ἀγριωπός. Impudens. Nomen istud compositum est ex ὤψ, ὠπὸς, i. e. oculus, & ἄγριος, ferus.

*Impudentem & impotenter superbientem.*

Sic autem vocat peccatum.

Ἀγρίππας. Agrippa. Nomen proprium.

Ἄγριππος. Agrestis olea, Oleaster. Et proverbium: Sterilior oleastro.

Ἀγρίφη. Ligo. Instrumentum rusticum, multis clavis instructum.

Ἀγρολέτειρα. Diana.

Ἀγρόμενοι. Congregati. *Totus populus congregati:* est constructio figurata. Nam τὸ Δῆμος multitudinem significat.

Ἀγρονόμοι. Qui in agris degunt.

*Canora cicada, roscidis guttis ebria,*
*Agrestem canit Musam, in solitudine loquacem.*

In Epigrammate.

Ἀγρόται. Agrestes. Rusticos. Et Ἀγρότης, qui ruri degit.

*Sed ut temulentus rusticus accubuisti.*

Fœmininum est, Ἀγρότις. In Epigrammate: *Dedicavit pellem Leonis Teucer Arabs, & ipsum jaculum rusticum.*

Ἀγροτέρας. Agrestis. Sylvestris. In Epigrammate: *Hanc tibi, Hercules, clavam Dionysius dedicavit, ab agresti olea recisam.*

1 Ἀγρίους ] Vide Harpocrationem, ex quo hæc sumpta sunt.

2 Ἀγρίους & καλοπεδ. ] Ex Scholiaste Aristophanis ad Nubes, p. 81. *P.* † Pag. 146. Ed. Genev.

3 Καλοπεδιλάκας ] Sic vocantur, qui pueros sectantur. Pueros enim interdum appellare solebant καλόποδας, i. e. pulchrum pedem habentes. Schol. Aristoph. ad *Aves*, p. 575. Ἐπεὶ καλόποδας εἰώθασί πως τῶν ἐρωμένων καλόποδας λέγειν καὶ καλλιπύγους: quæ verba Suidas exscripsit in v. Ὄρνις. ὄρνις, & in v. Οἰωνοί. Fallitur ergo Portus, qui existimat, τὸ καλόπους, in voce καλοπεδιλάκας, significare ligneam formam pedis; quæ significatio, licet alias frequenter usitata, hic locum non habet.

4 Ἐν τῷ δράματι Ἀχαρνεῖς ] Quod cum ex aliis locis, tum vero præcipue ex illo patet, qui legitur apud Aristophanem pag. 269. 1.

—— πρεσβῦταί τινες
Ἀχαρνικοὶ, στιπτοὶ γέροντες, πρίνινοι, &c.
—— *Senes quidam*
*Acharnici, duri, iligini.* &c.

ubi vide Scholia. *P.* † Ad hunc locum Aristophanis respexit Julianus *Misopog.* p. 78. ubi inquit: Οἱ σε ἀποδεξάμενοι καθ' ὑμᾶς στρατιῶται, σφενδονῆται, οὐκέτι μέντοι Μαραθωνομάχαι, ἀλλ' Ἀχαρνεῖς μὲν ἐξ ἡμισείας, ἄνδρες ἀηδεῖς καὶ ἄγροικοι. Vide etiam infra v. Δρυαχαρνεῦ.

5 Ἀγριωπὸς. τὴν ἀγριωπὸν ] Locus hic, ut multa alia apud Suidam, est penitus turbatus & confusus, &, quod dici solet, calx absque arena. Sic autem in ordinem redigendus est: Ἀγριωπός. τουτέστιν ὁ ἀναιδής. ἐκ τοῦ ὤψ, ὠπὸς (ὃ σημαίνει τὸν ὀφθαλμόν) & ἄγριος.
Τὴν ἀγριωπὸν ἀκρασίας γαυρουμένην.
Λέγει δὲ τὴν ἁμαρτίαν. Ordinem hunc in versione secutus sum.

6 Καὶ παροιμία ] Vide infra v. Ἀκαρπότερος ἀγρίππου.

7 Ἠχήεις τέττιξ ] Anthologiæ libro tertio, p. 265. hoc distichum ita legitur,

Ἀχήεις τέττιξ, δροσεραῖς σταγόνεσσι μεθυσθεὶς,
Ἀγρονόμαν μέλπεις μοῦσαν ἐρημολάλον. *P.*

8 Ἄνθετο δέρμα ] Sexto τῶν Ἐπιγραμμάτων libro, p. 434. integrum distichum ita legitur.

Ἄνθετο δέρμα λέοντος ὑπὲρ πίτυν, αἰγιπόδη Πάν,
Τεῦκρος Ἄραψ, καὐτὴν ἀγρότιν αἰγανέην. *P.*

9 Τοῦτό σοι ἀγροτέρας ] Est pars Epigrammatis ex Anthologia inedita, quod integrum hic subjiciam:

Ἡρακλέης Τρηχῖνα παλάμῃσιν ὅς τε & Οἴτην
Καὶ βαθὺν εὐδένδρου πρῶνα πατεῖς Φολόης,
Τοῦτό σοι ἀγροτέρης Διονύσιος αὐτὸς ἐλαίης
Χλωρὸν ἀπὸ δρεπάνῳ θῆκε ταμὼν ῥόπαλον.

Idem Epigramma edidit Holstenius ad Stephanum, v. Τραχίς: qui in suo Codice scriptum reperit Τρηχῖνα, pro Τρηχῖνα; & ἀδένδρου, pro εὐδένδρου. qua lectione tamen nostram, εὐδένδρου, meliorem puto. Partem hujus Epigrammatis adducit etiam Suidas infra v. Πρῶνες.

Ἀγρο-

Ἄγροφιν. ὀρεινόν.

Ἀγρώσσω. τὸ ἀγρεύω. καὶ [1] Ἀγρῶσται, οἱ κυνηγέται, ἀπὸ τοῦ ἀγρώσσω ῥήματος. Ὅμηρος· [2] Ἰχθῦς ἀγρώσσων.

Ἀγροῦ [3] πηγή. ἐπὶ τῶν λιπαρῶν, καὶ ἐπιμόνως ἔργοις τισὶν ἔργῳ προσκαθημένων.

Ἀγρωνίδης. Ἄγρωνος παῖς.

Ἄγρωστις. εἶδος βοτάνης, ἣ [4] κοινῶς ἀγρία.

Ἀγροικίζω. καὶ Ἄγροικος. ἄφρων. δύσκολος. σκληρός. καὶ ἀπαίδευτος. ἢ ὁ ἐν ἀγρῷ κατοικῶν. Κατὰ μεταφορὰν δὲ ὁρίζονταί τινες τὴν ἀγροικίαν, σκληρότητα ἤθους. ἡ γὰρ σκληρότης κυρίως ἐπὶ σωμάτων.

Ἄγροικος [5] ἐξ ἄστεος. Οὐκ ἀργῶς τῇ παραθέσει ταύτῃ ἐχρήσατο. Οὐ γὰρ ἑαυτὸν διασύρειν βουλόμενος, ἑαυτὸν ἄγροικον καλεῖ· ἀνόητον γὰρ καὶ ἄγροικον παντάπασι διαβάλλειν ἑαυτόν· ἀλλὰ πρῶτον μὲν διὰ τούτου λεληθότως τὴν εὐπορίαν [6] παρεισήνεγκε τὴν αὐτοῦ. Οὐ γὰρ ἄν, εἰ μὴ πάνυ ἦν πλούσιος, ἐπεδέξατο ἂν αὐτοῦ ἡ γυνή, καὶ τῇ δόξῃ [7] αὐχοῦσα τοῦ γένους, καὶ τῇ ἐν ἄστει διαγωγῇ. Ἀδοξεῖν γὰρ εἰώθαμεν ἐπὶ τοῖς ἀγροίκοις. Ἔπειτα δὲ κἀκείνην θεραπεύει τὴν ἀντίθεσιν, τῷ ὑποτετάχθαι αὐτὸν τῇ γυναικί. Δεσπόζειν γὰρ εἰώθασιν οἱ ἄνδρες τῶν γυναικῶν. Ὁ δὲ τῇ ἀντιπαραθέσει καὶ τοῦτο ἐπιστώσατο, φήσας ἄγροικον αὐτὸν εἶναι, τὴν δὲ γυναῖκα πολιτικήν. Θαυμαστὸν γὰρ οὐδέν, εἰ ἄνθρωπον ἰδιοπράγμονα καὶ μέτριον τοὺς τρόπους, διὰ τὴν ἐπὶ τῆς ἀγροικίας διαίταν, γυναικὸς ὑπέταξε πολιτικὴ καὶ καθεδουλώσατο.

Ἄγροικος [8] ὀργήν. φιλόδικος. ἀκρόχολος. εἰς ὀργὴν εὔκολος. Ἀριστοφάνης· Νῷν γάρ ἐστι δεσπότης ἄγροικος ὀργήν. καὶ Ἀγροίτης, ὁ ἄγριος.

Ἀγροίκους μὴ καταφρόνει ῥήτορος. Ὅτι μηδὲ τῶν εὐτελῶν δεῖ καταφρονεῖν.

Ἀγρυλῆθεν. [9] Ἀγρύλη δῆμός ἐστι τῆς Φυλῆς Ἐ-

Ἄγροφιν. Montanum.

Ἀγρώσσω. Venor. Et Ἀγρῶσται, Venatores, ab ἀγρώσσω. Homerus: *Pisces venans.*

Ἀγροῦ πηγή. Agri fons. Dicitur de assiduis, & constanter alicui operi assidentibus.

Ἀγρωνίδης. Agronides. Agronis filius.

Ἄγρωστις. Agrostis. Genus herbæ, quæ communiter Ἀγρία vocatur.

Ἀγροικίζω. Rustice me gero. Et Ἄγροικος, Amens, Morosus, Durus & Indoctus: vel, qui ruri vivit. Per metaphoram vero Ἀγροικίαν quidam definiunt, duritiem morum. Durities enim proprie de corporibus dicitur.

Ἄγροικος ἐξ ἄστεος. Rusticus [uxorem ducit] ex urbe. Non otiose ista comparatione nunc est usus. Haud enim se ipse vituperare volens, se appellat rusticum (stultum enim est & ineptum, se ipsum vituperare): sed primum quidem eo ipso tacite suam opulentiam declarat. Nisi enim valde dives fuisset, haud sane ipsi nupsisset uxor ista, & splendore natalium, & urbanæ vitæ deliciis superbiens. Nam ob parentes rusticos contemni solemus. Deinde vero, oppositionem istam mollit, eo quod se uxori obedire ostendat; cum alias viri uxoribus imperare soleant. Ille vero oppositione ista ejus rei fidem fecit, dicens, se esse rusticum; uxorem vero, urbanam. Non enim mirum est, si hominem minime curiosum, & modestum, & vitæ rusticæ assuetum, muliercula urbana in servitutem redigat, & sibi obsequentem reddat.

Ἄγροικος ὀργήν. Litium amans. Valde iracundus. Ad iram pronus. Aristophanes: *Nobis enim est dominus valde iracundus.* Et Ἀγροίτης, ferus.

Ἀγροίκους μὴ καταφρόνει ῥήτορος. Rusticum ne contemne oratorem. Sensus est, ne viles quidem homines contemnendos esse.

Ἀγρυλῆθεν. Agrocle est populus Tribus E-

1 Καὶ ἀγρῶσται] Schol. Apollonii Rhodii (quem Sophoclem vulgo appellant) ad v. 175. Lib. IV. Argonauticorum: Ἀγρῶσται, οἱ κυνηγοὶ ἀπὸ τοῦ ἀγρώσσω ῥήματος κέκληνται. Ὅμηρος· Ἰχθῦς ἀγρώσσων γναμπτοῖς ἀγκίστροισιν, ἔτειρε δὲ γαστέρα λιμός. Quæ simillima prorsus sunt iis, quæ Suidas hoc loco adducit. Cæterum, versus Homeri, quem Scholiasta Apollonii & Suidas citant, exstat Odyss. E. v. 53.

2 Ἰχθῦς ἀγρώσσων] Quæ in vulgatis Edit. sequuntur, καὶ αὖθις. Ἄλλους τ' ἀμφιέσαι &c. supra etiam leguntur, v. Ἀγρεῖα, & v. Ἀγρεῖαι; eademque ad hunc locum nullatenus pertinent: quæ ratio est, quare ea hic inducenda putaverim, præsertim cum & partem eorum in MSS. deesse cernerem.

3 Ἀγροῦ πηγή] In 2 MSS. scriptum reperi πυγή, de qua lectione, quam veriorem puto, cogitent eruditi. In Vaticana Proverbiorum Appendice, in qua proverbium hoc paulo prolixius exponitur, legitur etiam πηγή, ut in vulgatis Edit. Suidæ. Cæterum, adagium hoc omisit Schottus in Collectione proverbiorum, quæ ex Suida excerpsit, & una cum aliis paroemiographis edidit Antwerp. 1612. in 4.

4 Ἡ κοινῶς ἀγρία] Schol. Theocriti, Idyll. XIII. v. 42. ad verba illa Poetæ,

Εἰλιτενῆ ἄγρωστιν

Ἡ συνεστραμμένη κατὰ τὸ εἴλεσθαι ἐπὶ μῆκος, ἣ περιπλέκεται τῇ φυτῇ ἀνατεινομένη, ἥτις παρὰ τοῖς γεωργοῖς καλεῖται ΑΓΡΙΑ.

5 Ἄγροικος ἐξ ἄστεος] Aristophanes in *Nubibus*. pag. 61. 3.

*Ἐμοὶ γὰρ ἦν ἄγροικος ἥδιστος βίος.*

*Mihi enim erat rustica jucundissima vita.*

Et paulo post subjicitur,

*Ἔπειτ' ἔγημα Μεγακλέους, τοῦ Μεγακλέους*

*Ἀδελφιδῆν, ἄγροικος ὤν, ἐξ ἄστεος.*

*Deinde uxorem duxi Megaclis, illius Megaclis*

*Sororis filiam, rusticus urbanam.*

Consule Græca Scholia, quæ Suidas ad verbum fere descripsit. Est tamen in Scholiis aliqua lectionis varietas. *P.*

6 Παρεισήνεγκε] Apud Scholiastam legitur, ἐδείκνυσι.

7 Αὐχοῦσα] In Edit. Basileensi & Genevensi legitur καυχῶσα; cui lectioni alteram merito prætuli, quippe quæ non solum in MSS. sed etiam Scholiasta Aristophanis, & Edit. Mediolanensi reperitur.

8 Ἄγροικος ὀργήν] Aristophanes in *Equitibus*. pag. 193. ita scribit:

*Λέξω· νῷν γάρ ἐστι δεσπότης*

*Ἄγροικος ὀργήν, κυαμοτρώξ, ἀκράχολος.*

Scholia consule, unde pleraque Suidas desumpsit. Illic docetur, quis dicatur ἄγροικος ὀργήν, quis ἄγριος, quis κυαμοτρώξ, quis ἀκρόχολος. *P.* † Cave putes, voces φιλόδικος & ἀκρόχολος esse interpretationes τοῦ Ἄγροικος ὀργήν. Nam φιλόδικος quidem est expositio vocis κυαμοτρώξ, quæ apud Aristophanem post Ἄγροικος ὀργήν legitur. Ἀκρόχολος vero est vox ipsius Poetæ, quæ exponitur per ea, quæ sequuntur, εἰς ὀργὴν εὔκολος. Apparet ergo, τὸ Ἄγροικος ὀργήν, quod est articuli caput, interpretatione carere, & reliqua nullo judicio loco huic addita esse, utpote nihil ad rem pertinentia: quo quidem nomine Suidas, vel quisquis est Lexici hujus compilator, merito reprehendendus est.

9 Ἀγρυλῆθεν] Vide Harpocrationem v. Ἀγρύλη. & Meurs. *de Populis Atticæ*, v. Ἀγρύλη.

Ἐρεχθηίδος. ὁ δὲ δημότης πάλαι ἐλέγετο Ἀγρυλεύς.

Ἀγροιώτης. ὁ γεωργικὸς λεώς. ὁ ἐν ἀγρῷ.

Ἀγροιώτα[1] τῷδε μονοστόρθυγγι Πριήπῳ.
Στόρθυγξ[2] γὰρ, τὸ ἄκρον τοῦ δόρατος, ἢ τὸ τοῦ βέλους σιδήριον. Θηλυκῶς δὲ ἀγροιῶτις, διὰ τοῦ ι.

Ἄγει.[3] πολλὰ σημαίνει. Ἰσαῖος δὲ ἀντὶ τοῦ φέρειν, καὶ ἐνάγειν, καὶ ἕλκειν ἔλαβεν. Ἔβλαψε γάρ με, φησὶ, Ξενοκλῆς[4] ἀφελόμενος Εὐμάθην εἰς ἐλευθερίαν, ἄγοντος ἐμοῦ εἰς δουλείαν. Ἀντιφῶν δὲ τὸ ἄγει ἀντὶ τοῦ ἡγείτω παρείληφε. Φησὶ γὰρ ἐν τῷ περὶ Ἀληθείας· Τοὺς νόμους μεγάλους ἄγοι.

Ἀγυιαί. ἄμφοδα. ῥύμαι. ἢ ἐπιμήκεις ὁδοί. παρὰ τὸ μὴ ἔχειν πως γυῖα, καὶ μέλη, καὶ κάμψεις. Τὰ δὲ ἄμφοδα ἔχουσιν ἑκατέρωθεν διεξόδους, καὶ ταύτῃ διαφέρουσι. Ἀγυιὰς δὲ ἔνιοι μὲν ὀξύνουσι. θηλυκῶς δὲ λεγόμενοι, οἷον τὰς ὁδούς. βέλτιον δὲ περισπᾷν, ὡς ἀπὸ τοῦ ἀγυιέας.[5] Ἀγυιεὺς δέ ἐστι, κίων εἰς ὀξὺ λήγων, ὃν ἱστᾶσι πρὸ τῶν θυρῶν. ἰδίους δέ φασιν αὐτοὺς εἶναι Ἀπόλλωνος· οἱ δὲ, Διονύσου· οἱ δὲ, ἀμφοῖν. Ἔστιν οὖν τὸ ὁλόκληρον ἀγυιεύς· καὶ ἡ αἰτιατικὴ, ἀγυιέας, ἐν συναλοιφῇ δὲ, ἀγυιᾶς. ἔστι δὲ ἴδιον Δωριέων. Εἶεν δ᾽ ἂν οἱ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς λεγόμενοι[6] ἀγυιεῖς, οἱ πρὸ τῶν οἰκιῶν βωμοί.[7] ὡς Σοφοκλῆς μετάγων τὰ Ἀθηναίων ἔθη εἰς Τροίαν, φησί·

Λάμπει[8] δ᾽ ἀγυιεὺς βωμὸς ἀτμίζων πυρὶ
Σμύρνης σταλαγμοὺς βαρβάρους εὐοσμίας.

καὶ Ἀγυιεὺς, ὁ πρὸ τῶν αὐλίων θυρῶν κωνοειδὴς κίων, ἱερὸς Ἀπόλλωνος. καὶ αὐτὸς θεός. Φερεκράτης Κραπατάλοις·

Ὦ δέσποτ᾽ Ἀγυιεῦ, ταῦτα σὺ μέμνησό μου.

Ἀγυιάν. τὸν στενωπόν. Ξενοφῶν. καὶ ὅλως, πολλὰ τὰ γλωσσηματικὰ παρ᾽ αὐτῷ.

Ἀγύλαιος. ὄνομα κύριον.

Ἀγύριον. πόλις Σικελίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἀγυριναῖος. Διονύσιος δὲ, τὸ Ἀγύριον ἔφη.

Ἀγύριος.[9] ὄνομα κύριον. ὃς ἐπὶ μαλακίᾳ διαβέ-

rechtheidis; cujus popularis olim dicebatur Agrœleus.

Ἀγροιώτης. Rusticus populus; sive, ruri agens. *Rustico huic & unum spiculum habenti Priapo.* Στόρθυγξ enim significat extremam hastæ partem, vel teli spiculum ferreum. Fœminino vero genere dicitur Ἀγροιῶτις, per ι.

Ἄγει. Multa significat. Isæus vero sumpsit pro, ferre, ducere, & trahere. *Nocuit enim mihi,* inquit, *Xenocles, asserens Eumathem in libertatem, me in servitutem eum abducente.* Antipho autem τὸ ἄγει accepit pro, ducat, vel; existimet. Nam in Tractatu *de Veritate* inquit: *Leges in magno pretio habeat.*

Ἀγυιαί. Viæ, Vici, vel, longæ viæ: inde ita dictæ, quod nulla quasi membra, nec flexus ullos habeant. Ἄμφοδα vero utrinque habent exitus, & hoc differunt ab ἀγυιαῖς. Vocem autem ἀγυιᾶς nonnulli acuunt, genere fœminino ea utentes, pro ὁδοὺς, i. e. vias. Melius autem est, eam circumflectere, utpote sic dictam pro ἀγυιέας. Ἀγυιεὺς autem est columna in acutum desinens, quam ante fores statuunt. Dicunt nonnulli, eas Apollini esse sacras; alii, Baccho; alii vero, utrique. Integrum igitur vocabulum est, ἀγυιεὺς; & accusativus ἀγυιέας, unde per synalœphen fit ἀγυιᾶς. Est autem Dorum proprium. Ἀγυιεῖς vero, ab Atticis ita vocati, possunt dici fuisse aræ, ante ædes collocari solitæ: ut Sophocles, Atheniensium ritus ad Trojam transferens, ait:

*Lucet vero igne ara, præ foribus ædium collocata,*
*Myrrhæ barbaricæ suaviter olentis fumum exhalans.*

Et Ἀγυιεὺς vocatur columna in conum assurgens, & ante vestibuli fores collocari solita, quæ Apollini sacra est. Et ipse Apollo [sic vocatur.] Pherecrates *Crapatalis*: *O Domine Apollo, ob hæc memento mei.*

Ἀγυιάν. Angiportum. Xenophon. Apud eum enim multæ glossæ, sive voces obscuræ, occurrunt.

Ἀγύλαιος. Agylæus. Nomen proprium.

Ἀγύριον. Agyrena. Urbs Siciliæ. Gentile, Agyrenæus. Dionysius vero dixit Agyrium.

Ἀγύριος. Agyrius. Nomen proprium viri,

1 Ἀγροιώτα.] Epigrammatum lib. VI. pag. 430. sic ista scribuntur. & locus integer hic est:

Ἀγροιώτῃ τῷδε μονοστόρθυγγι Πριήπῳ
Θῆκεν ὁ κηποφύλαξ δενδρεακὴν θυσίαν.

*Agresti huic unicum habenti spiculum Priapo*
*Fructuum custos arboreum fecit sacrificium.* P.

2 Στόρθυγξ γὰρ, τὸ ἄκρον τοῦ δόρατος, ἢ τὸ τοῦ βέλους σιδήριον] Hæc sic in omnibus Edit. leguntur. Eadem autem desunt in 2. MSS. Paris. & in uno ad marginem scripta leguntur. Unde apparet, verba ista esse glossema, & ex margine in textum irrepsisse.

3 Ἄγει. πολλὰ σημ.] Eadem legas apud Harpocrationem v. Ἄγει ubi vide Valesium.

4 Ἀφελόμενος] Græci asserere in libertatem vocant ἀφαιρεῖσθαι εἰς ἐλευθερίαν. Harpocratio: Ἀφαίρεσις, ἰδίως λέγεται ἡ εἰς ἐλευθερίαν. i. e. Ἀφαίρεσις, *proprie dicitur assertio in libertatem.* Pro eodem etiam dicebant ἐξαιρεῖσθαι & ἐξαίρεσις, testibus Harpocratione & Suida. v. Ἐξαιρέσεως δίκη.

5 Ἀγυιεὺς δέ ἐστι] Totus hic locus sumptus est ex Schol. Aristoph. ad *Vespas*, pag. 493. Vide etiam Harpocrationem, v. Ἀγυιᾶς.

6 Ἀγυιεῖς, οἱ πρὸ τῶν οἰκιῶν βωμοί] Helladius Bezantinous apud Photium, Cod. CCLXXIX. Τὸν Λοξίαν γὰρ προσκυνοῦσιν, ὃν πρὸ τῶν θυρῶν ἕκαστος ἱδρύουσιν ἐν τάξει βωμοῦ παρ᾽ αὐτοῖς στρογγύλου κιόνος, καὶ μυρσίνας στέφοντες ἔκαστος οἱ παριόντες. τὸν δὲ βωμὸν ἐκεῖνον, ἀγυιᾶ Λοξίαν ἐκάλουν, τὴν τε παρ᾽ αὐτοῖς θεοῦ προστηγορίαν νέμοντες τῷ βωμῷ. ad quem locum vide Meursium. Huc pertinet illud Hesychii: Προστατήριος. τὸν Ἀπόλλωνα οὕτω λέγουσι, προεστῶτα πρὸ τῶν θυρῶν αὐτὸν ἀφιδρυσάμενοι.

7 Ὡς Σοφοκλῆς] In fabula Laocoonte, ut nos docet Harpocratio.

8 Λάμπει δ᾽ ἀγυιεὺς βωμός] Solebant veteres in aris ἀγυιεῦσι, sive ante fores ante ædium collocatis, odores incendere, vel victimas immolare, ut lætum nuntium a Diis impetrarent. Aristoph. *Equitibus*, p. 361.

Τί δ᾽ ἔχεις φέρειν ἀγαθὸν ἥκεις; ἐφ᾽ ὅτῳ κνισῶμεν ἀγυιάς.

Ubi Scholiastes inquit: Ἔθυον γὰρ περὶ τῶν εὐαγγελίων πρὸ τῶν πυλῶν ἕκαστος. Ἀγυιὰς δὲ, τοὺς ἀγυιεῖς θεούς. ἀντὶ τοῦ θυσίας ἐπιτελοῦμεν τοῖς θεοῖς. Et ibidem: Ἔθος ἦν τοῖς ἐν ἀγυιαῖς ἱσταμένοις θεοῖς ἐπὶ ταῖς ἱερεμφέρεσιν ἀγγελίαις θύειν. ὡς ἂν εἰ ἀγαθὰ εἴη, ἐπιτελοῦσι ταύτας· εἰ δὲ τοὐναντίον, ἀποτρέψωσιν. De hoc ergo more videtur accipiendum esse fragmentum illud Sophoclis, quod emendatius apud Harpocrationem legitur, quem vide.

9 Ἀγύριος] Infra, v. Πέρδιξ, idem vocatur Ἀγύρριος.

βλητο, ὡς καὶ πέρδεσθαι αὐτόν. [1] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ. Ἐκωμῳδεῖτο δὲ καὶ εἰς θρασύτητα. καὶ [2] Ἀγύρριος, δημαγωγὸς Ἀθηναίων οὐκ ἀφανής. [3] Ἀγύρριος τὸν [4] Παρθενόμου πώγων᾽ ἔχων λέληθεν. ὁ Ἀγύρριος, στρατηγὸς θηλυδριώδης, ἄρξας [5] ἐν Λήμνῳ, τὸν μισθὸν τῶν ποιητῶν συνέτεμεν. Ὁ δὲ [6] Παρθένιος αὐλητὴς ἦν, μέγαν πώγωνα ἔχων.

Ἄγυρις. ἄθροισις. καὶ Ἀγυρισμός. Ὁ δὲ ἐσπούδασεν εἰς τὸ δυνατὸν, περὶ ἀγυρισμὸν τῶν ἀπορρήτων τῆς θείας θεραπείας. καὶ Ἀγυρμός. ἐκκλησία. συναγωγή.

Ἀγυρτείαν. ὁμιλίαν. [7] οἵαν ἐκεῖνος ἐθηρᾶτο περὶ ἀγυρτείαν ἱερὰ θρασυνομένην.

Ἀγύρτης. πτωχός. ὀχλαγωγός. ἐπαίτης φιλοκερδής, ἢ συρφετώδης. Ἔστι δὲ καὶ βόλος κυβευτικός, καὶ Γάλλος, καὶ μάντις. ὡς [8] Ἀπίων ἐν Ἐπιγράμμασι·

Κειράμενος γονίμην τις ἀπὸ φλέβα μητρὸς ἀγύρτης.

Καὶ αὖθις· [9] Δόλιον ἀγύρτην, ὃς ἐν τοῖς κέρδεσι μόνον δέδορκε. Καὶ αὖθις· Ἦν γὰρ αὐτὸς ἀγύρτης τῷ ὄντι καὶ φιλομαντευτής.

Ἀγύρτης. ὁ ἀλαζὼν, καὶ ἀπατεών. [10] τὸ δὲ ἀγείρειν καὶ τὸ περιάγειν, τὸ περιϊέναι, καὶ περινοστεῖν, καὶ ἐπὶ νίκῃ, ἢ ἄλλῳ ἑτέρῳ τοιούτῳ σεμνύνειν. Ὁ δὲ ἀγύρτης, καὶ κυβευτικοῦ βόλου ὄνομά ἐστι. Ἐμέμφετο αὐτοῦ τὸ περὶ τὰς μαντείας ἐπτοημένον, καὶ βουλόμενον ἀεὶ τοῖς ἀγύρταις ἐπιτρέπειν τὰ οἰκεῖα πράγματα. Καὶ Ἀγυρτικά, χυδαῖα ψεύσματα. καὶ Ἀγυρτώδη, συρφετώδη.

Ἀγχαάσας. [11] ἀναχλάσας. ἀνακουφίσας. ἀναβαστάσας.

Ἄγχαυρος. [12] ὁ παχνώδης ὄρθρος. παρὰ τὸ ἀγχοῦ ἤτοι πλησίον ἔχειν τὴν αὔραν. [13] Ὅμηρος. Αὔρη δὲ ψυχρὴ πνέει ἠῶθι πρό.

Ἀγχεῖος. ὁ πλησίον.

Ἀγχίσειος. ὁ τοῦ Ἀγχίσου.

Ἀγχιστῖνοι. [14] πυκνοί. καὶ Ἀγχιστῖνος, ἡ εὐθεῖα.

qui propter mollitiem erat infamis, adeo ut etiam publice pederet. Vide Aristophanem *Pluto*. Traducebatur etiam a Comicis ob audaciam. Et Agyrrhius, Demagogus Athenis fuit non obscurus. *Agyrrhius nescit se Pronomi barbam habere.* Agyrrhius Dux fuit effœminatus, Lemni præfectus, qui Poetarum mercedem imminuit. Pronomus vero fuit tibicen, magnam barbam habens.

Ἄγυρις. Congregatio. Et Ἀγυρισμός. *Ille vero pro viribus operam dedit collectioni arcani Deorum cultus.* Et Ἀγυρμός, Concio. Cœtus.

Ἀγυρτείαν. Conversationem. - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - -

Ἀγύρτης. Mendicus. Plebis ductor. Mendicus avarus, aut trivialis. Sic autem appellatur etiam jactus quidam tesserarum, & Gallus (i. e. Matris Deum Sacerdos) & vates. Alcæus in Epigrammate: *Matris Deorum agyrta quidam, qui sibi venam genitalem amputaverat.* Et rursus: *Dolosum agyrtam, qui in lucris tantum acutum cernit.* Et rursus: *Erat enim ille revera agyrta, & vaticinandi studiosus.*

Ἀγύρτης. Jactator, & Impostor. Ἀγείρειν vero & περιαγείρειν significat circumire, & ob victoriam, vel aliud quid, magnifice se jactare. Ἀγύρτης etiam nomen est jactus tesserarum. † *Reprehendebat vero ipsum, quod tantopere vaticiniis esset deditus, & agyrtis semper negotia sua committere vellet.* Et Ἀγυρτικά, trivialia mendacia. Et Ἀγυρτώδη, vilia.

Ἀγχαάσας. Sublevans. In sublime tollens.

Ἄγχαυρος. Gelidum, vel pruinosum mane. Sic dictum, quod (ἀγχοῦ αὔραν) propinquam habeat auram. Homerus: *Aura vero frigida spirat ante auroram.*

Ἀγχεῖος. Vicinus.

Ἀγχίσειος. Qui est Anchisis.

Ἀγχιστῖνοι. Densi. Et Ἀγχιστῖνος, casus rectus.

1 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ ] Pag. 10. 4. ubi agitur de pecuniæ vi, propter quam nullum quantumvis atrox ac immane facinus intentatum relinquitur. Illic etiam docetur quomodo iste Agyrius (qui illic Ἀργύριος vocatur, fortasse pro Ἀγύρριος) pecuniæ parandæ causa publice impudenter pedere consuevisset.

*Ἀργύριος δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον πέρδεται;*

*Argyrius vero nonne propter hunc* Plutum *pedit?* P.

2 Ἀγύρριος, δημαγωγὸς ] Meminit hujus Agyrrhii Harpocratio, v. Θεωρικά. & Plato Comicus apud Plutarchum ἐν Πολιτ. Παραγγέλμ. p. 801.

3 Ἀγύρριος τὸν Παρθενόμου ] Corruptam hanc lectionem & Wolfius est sequutus: at Προνόμου scribendum. Integer locus apud Aristophanem ἐν ταῖς Ἐκκλησιαζούσαις. pag. 487. ita habet:

*Τίς οὖν ἂν ἡμῶν ἄνδρας ἐγχειρεῖ ὁρᾶν;*

*Ἀγύρριος γ' ἂν τὸν Προνόμου πώγων' ἔχων*

*Λέληθε, καί τοι πρότερον οὗτος γυνή.*

Consule Græca Scholia, unde Suidæ verba deprompta. P.

4 Παρθενόμου ] Vide Meurs. in *Lect. Attic.* L. vi. cap. iv. qui recte legendum monet Προνόμου, uti etiam legitur in 2 MSS. Paris. Errorem ex compendio scripturæ natum esse manifestum est.

5 Ἐν Λήμνῳ ] Meursius *Lect. Attic.* vi. 4. legendum monet, ἐν Λέσβῳ; quem vide.

6 Παρθένιος ] Lege, Πρόνομος, ut ante.

7 Οἵαν ἐκεῖνος ] Quoniam ex Fragmento hoc nullum sensum elicere potui, versionem ejus prætermisi.

8 Ὡς Ἀπίων ἐν Ἐπιγράμμασι ] Antholog. lib. 1. p. 64. Epigrammatis illius auctor vocatur Alcæus, non Apion. P.

9 Δόλιον ἀγύρτην ] Sunt verba Sophoclis, qui in *Oedipo Tyranno* Regem Oedipum de Creonte conquerentem, quod vatem Tiresiam subornasset, ut se de regno pelleret, his verbis inducit loquentem:

*Ὑφεὶς μάγον τοιόνδε μηχανορράφον,*

*Δόλιον ἀγύρτην, ὅστις ἐν τοῖς κέρδεσι*

*Μόνον δέδορκε, τὴν τέχνην δ' ἔφυ τυφλός.*

*Subornato impostore tali, machinarum & fraudum consutore,*

*Doloso, mendico, qui in lucris captandis*

*Tantum videt, arte vero est cæcus.* P.

10 Τὸ δὲ ἀγείρειν καὶ τὸ περιάγειν ] In 2 MSS. legitur, Τὸ δὲ ἀγείρειν, καὶ τὸ περιαγείρειν, quæ vera lectio est. Vide Suidam infra. v. Περιαγειρόμενοι, unde loci hujus illustrationem pete.

11 Ἀγχαάσας. ἀναχλάσας ] Locus mendosus. Portus corrigit, Ἀγχαλάσας, Ἀναχαλάσας, putatque priorem vocem per syncopen dictam esse pro Ἀναχαλάσας: cujus conjecturam confirmat Etymol. M. in quo legitur, Ἀγχλάσας, ἀναχαλάσας.

12 Ἄγχαυρος ] Scholiasta Apollonii Rhodii ad lib. iv. *Argonaut.* v. 111. Ἄγχαυρον. τὸν καιρὸν τὸν πλησίον καὶ ἐγγὺς τῆς ἡμέρας, ὥσπερ τὸ ἡμιλύκιον λυκόφως. περὶ γὰρ τὸν τοιοῦτον καιρὸν αἱ αὖραι πνέουσι. καὶ τοῦτο δὲ ἐκ τοῦ Ποιητοῦ· Αὔρη δ' ἐκ ποταμοῦ ψυχρὴ πνέει ἠῶθι πρό. P.

13 Ὅμηρος ] Odyss. E. v. 469. P.

14 Ἀγχιστῖνοι ] Scribendum ἀγχιστῖνοι, & ἀγχιστῖνος. Eustathius docet dici & ἀγχηστῖνοι, per η in penultima, & per ι, ἀγχιστῖνοι. 541. 42. 46. Idem 257. 24. Ἀγχιστῖνοι εἰσὶν, οἱ ἄγχι ἀλλήλων ἱστάμενοι, ὃ ἐστι πυκνοί. P.

Ἀγ-

Ἄγχι. ἐγγύς.

Ἀγχιάλεια. πόλις. καὶ Ἀγχίαλος, ἡ ἐγγὺς τῆς θαλάσσης. Οὐ πάντως δὲ αἱ ἀγχίαλοι, καὶ ἀμφίαλοι εἰσίν. οἷά ἐστιν ἡ Ἀλεξάνδρεια, ἀγχίαλος μὲν, οὐκ ἀμφίαλος δέ. αἱ δὲ νῆσοι, ἀγχίαλοι καὶ ἀμφίαλοί εἰσι. [1] Σοφοκλῆς· Τελαμῶνος παῖ τῆς ἀμφιρρύτου Σαλαμῖνος. καὶ αὖθις

—— —— Θεῖον Ὅμηρον
Κλεινὸς ἐπ' ἀγχιάλῳ τύμβος ἔχει σκοπέλῳ.

Ἀγχιάλη. [2] πόλις, ἣν ἔκτισεν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ Σαρδανάπαλος ὁ τῶν Ἀσσυρίων Βασιλεύς. Ὁμοίως ἔκτισε καὶ τὴν Ταρσὸν ὁ αὐτός.

Ἀγχιβαθής. [3] ὁ ἐγγύβαθος.

Ἀγχιβατεῖν. Ἴωνες τὸ ἀμφισβητεῖν. καὶ Ἀγχιβασίην, Ἡράκλειτος.

Ἀγχίθυρος. πλησιαίτατος. γείτων. [4] Ἀγχίθυροί τε καὶ γείτονες ἀλλήλων αἱ δυνάμεις ἐγένοντο.

Ἀγχίμαχος. ἐγγύθεν μαχόμενος.

Ἀγχίμολον. ἐγγὺς ἐλθόν.

Ἀγχίνους. συνετός. ὀξὺς τὸν νοῦν. Δημηγορήσαντος τοῦ βασιλέως, τοῦ τε ἱεροῦ ξυλλόγου τὸ ἀγχίνουν τε καὶ βουλευτικὸν τοῦ βασιλέως ἐπαινέσαντος. [5] Ὅτι τρία μέρη εὐμαθείας, ἀγχίνοια, μνήμη, ὀξύτης. καὶ μνήμη μέν ἐστι τήρησις, ὧν ἔμαθέ τις. ὀξύτης δὲ, ἡ ταχύτης τῆς διανοίας. ἀγχίνοια δὲ, τὸ, ἐξ ὧν ἔμαθε, θηρεύειν καὶ ἃ μὴ ἔμαθεν.

Ἀγχίνοια. σύνεσις, ἡ ἕξις εὑρετικὴ τοῦ καθήκοντος, ἐκ τοῦ παραχρῆμα. ἡ εὐστοχία τις ἐν ἀσκέπτῳ χρόνῳ. καὶ Ἀγχίνουν. [6] Δαμάσκιος· Ὀξεῖαν δὲ καὶ ἀγχίνουν φύσεως δύναμιν, ἐπὶ πολλὰ δι' ὀλίγου φέρεσθαι δυναμένην, ἑτοιμοτάτην συνιέναι, καὶ γνωρίζειν τὰ ἴχνη τῶν θηραμάτων. Περὶ Ἰσιδώρου ὁ λόγος.

Ἀγχίσης. Ἀγχίσου. καὶ Ἀγχισιάδης.

Ἀγχίσπορος. ἐγγὺς γένους. [7] Δαμάσκιος· Ἀλλὰ ῥώμη γενναίας φύσεως, καὶ θεῶν ἀγχισπόρου.

Ἄγχιστα. ἔγγιστα.

Ἀγχιστεύς. καὶ Ἀγχιστεία. συγγένεια. καὶ Ἀγχιστεῖς, οἱ ἀπὸ ἀδελφῶν καὶ ἀνεψιῶν, καὶ θείων κατὰ πατέρα καὶ μητέρα ἐγγυτάτω τελευτήσαντος. Οἱ δὲ ἔξω τούτων, συγγενεῖς μόνον. Οἱ δὲ κατ' ἐπιγαμίαν μιχθέντες τοῖς οἴκοις, οἰκεῖοι λέγονται.

Ἀγχιστεία. [8] ἡ μετουσία τῆς οὐσίας. παρὰ Ἀρι-

Ἄγχι. Prope.

Ἀγχιάλεια. Anchialia, urbs. Et ἀγχίαλος, sita prope mare. Non omnes autem urbes, mari vicinæ, etiam ab utraque parte mari alluuntur. Ut Alexandria, est quidem urbs maritima, at non utrinque mari circumfusa. Sophocles: *Telamonis fili, circumfluæ Salaminis solum tenens.* Et rursus:

—— —— *Divinum Homerum*
*Inclytus tumulus habet ad vicinum mari scopulum.*

Ἀγχιάλη. Anchiale. Urbs, quam unico die Sardanapalus Assyriorum Rex condidit. Idem etiam similiter Tarsum condidit.

Ἀγχιβαθής. Prope littus, vel ripam, profundus.

Ἀγχιβατεῖν. Iones dicunt pro ἀμφισβητεῖν, contendere. Et Ἀγχιβασίην usus est Heraclitus.

Ἀγχίθυρος. Proximus. Vicinus. *Copiæ proxime ad se invicem accesserunt.*

Ἀγχίμαχος. Cominus pugnans.

Ἀγχίμολον. Quod prope accedit

Ἀγχίνους. Solers. Ingeniosus. *Rege concionante, & sacro Concilio ingenium ejus & prudentiam collaudante.* Tres sunt docilitatis partes: Ἀγχίνοια, solertia; Μνήμη, memoria; Ὀξύτης, acumen. Et Μνήμη quidem est, cum memori mente servantur ea, quæ quis didicit. Ὀξύτης, cum celeriter aliquid intelligimus & percipimus. Ἀγχίνοια vero, cum ex iis, quæ quis didicit, etiam ea, quæ non didicit, investigat.

Ἀγχίνοια. Solertia, vel facultas extempore inveniendi id, quod decet. Vel sagacitas quædam extemporalis. Et Ἀγχίνουν, solertem. Damascius: *Celerem & solertem ingenii vim, quæ brevi tempore multa percurrere poterat, promptissimam ad intelligendum, & cognoscenda vestigia rerum quærendarum.* De Isidoro illic verba fiunt.

Ἀγχίσης. Ἀγχίσου. Anchises. Anchisæ. Et Ἀγχισιάδης. Anchisides.

Ἀγχίσπορος. Genere propinquus. Damascius: *Sed robur naturæ generosæ, & ad Deorum genus proxime accedentis.*

Ἄγχιστα. Proxime.

Ἀγχιστεύς. Genere propinquus. Et Ἀγχιστεία, generis propinquitas. Et Ἀγχιστεῖς vocantur, fratrum, consobrinorum, & patruorum aut avunculorum liberi, qui defunctum cognatione proxime contingunt. Reliqui vero Συγγενεῖς tantum dicuntur. Qui vero per jus connubii aliis juncti sunt, (οἰκεῖοι) affines vocantur

Ἀγχιστεία. Jus adeundæ hæreditatis. Ari-

1 Σοφοκλῆς] In *Ajace flagellifero*, p. 9. 1. sic legitur:
Τελαμῶνος παῖ, τῆς ἀμφιρρύτου
Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον ἀγχιάλου.
Sequens vero locus exstat Epigrammatum libro tertio, 269. 1.
Ἐνθάδε Πιερίδων τὸ σοφὸν στόμα, θεῖον Ὅμηρον
Κλεινὸς ἐπ' ἀγχιάλῳ τύμβος ἔχει σκοπέλῳ. P.

2 Ἀγχιάλη] Vide Stephanum de Urbibus, & infra, v. Σαρδανάπαλος.

3 Ἀγχιβαθής] In prioribus Edit. legitur Ἀγχιβαθύς. Sed MSS. major apud me fuit auctoritas, quæ Ἀγχιβαθής exhibent.

4 Ἀγχίθυροί τε & γείτονες] Ex Theophylacto Simocatta, lib. II. cap. VIII.

5 Ὅτι τρία μέρη εὐμαθείας] Hæc sumpta sunt ex Vita Pythagoræ apud Photium, Cod. CCXLIX. pag. 1319. Edit. Rhotom. Ultima autem apud Photium minus recte se habent, quæ ex Suida emendanda sunt.

6 Δαμάσκιος. Ὀξεῖαν δὲ] Hæc leguntur apud Photium in Vita Isidori Philosophi, Cod. CCXLII. pag. 1034. Vide etiam infra, v. Ἔρως.

7 Δαμάσκιος] Apud Photium, Cod. CCXLII. pag. 1035. ubi locum integrum lege. Utitur autem hac phrasi idem Damascius apud Photium, pag. 1031. ubi homines ætatis aureæ eleganter vocat, θεῶν ἀγχίσπορον γένος.

8 Ἀγχιστεία] Proprie significat jus cognationis vel agnationis, cum quo semper conjunctum esse solet jus participandi bona defuncti: Unde per metonymiam consequentis pro antecedenti etiam significat jus adeundæ hæreditatis.

στάζει ἐν Ὄρνισι· [1] Νόθῳ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν. καὶ Ἀγχιστεύω ῥῆμα, γενικῇ.

Ἀγχιστίνδην. τὸ κατ' ἀγχιστείαν. ὡς ἀπὸ τοῦ ἄριστος, ἀριστίνδην, καὶ πλοῦτος, πλουτίνδην.

Ἀγχίστροφοι. συστραφέντες. ἢ ταχὺ ἐπιστρεφόμενοι. Προκόπιος· [2] Ἦν τε μάχη καρτερὰ ἐγεγόνει, καὶ ἐν χερσὶν ἦν, ἀγχιστρόφους τε τὰς διώξεις ἐποιοῦντο ἐς ἀλλήλους ἑκάτεροι. καὶ αὖθις· Εἶτα ὑμεῖς τὰς φάλαγγας ἐξελίξαντες ἀγχίστροφοι γενόμενοι, ἀντιμέτωποι γίνεσθε τοῖς διώκουσι. καὶ αὖθις· Τῷ ἀγχιστρόφῳ τῆς τύχης. † [3] Ὁ Θηραμένης ποικίλος τις ὢν καὶ ἀγχίστροφος, καθωμίλει τοῖς καιροῖς, πρὸς τὸ κρεῖττον ἀεὶ διδοὺς ἑαυτόν.

Ἀγχιτέρμων. ὁ γείτων.

Ἀγχόνη. [4] ὁ βρόχος. τὸ σχοινίον. παροξυτόνως. Ἀγχονὴ δὲ τὸ πρᾶγμα, ὀξυτόνως. ἡ ἐνέργεια.

Ἀγχνίσας. πνίξας.

Ἀγχότερος. ἐγγύτερος. Ἡρόδοτος· Στεινοτέρη ἐφαίνετο καὶ ἀγχοτέρη ἡ εἰσβολή.

Ἀγχοῦ. ἐγγύς.

Ἀγχούροις. πλησιοχώροις. παρὰ τὸ ἄγχι τοὺς ὅρους εἶναι.

Ἄγχουσα. εἶδος βοτάνης. ἧς ἡ ῥίζα ἐρυθρά, ᾗ ἐρυθραίνουσι τὰ πρόσωπα αἱ γυναῖκες. [4] Ἡ ἄγχουσ' ὀδυνήσει καὶ τὸ σὸν ψιμμύθιον.

Ἀγχώμαλον. καὶ Ἀγχωμάλου, ἴσης. ἐγγὺς τοῦ ὁμαλοῦ συμμίξαντος. Καὶ ἀγχώμαλα ἀγωνισάμενοι, καὶ μήτε ζωγρήσαντές τινα, μήτε ἐπὶ τὸ πλέον ἔτι προχωρήσαντες, διελύθησαν. καὶ αὖθις· Ἱππομαχία γίνεται καρτερὰ καὶ πλήθει τῶν ἀγωνιζομένων ἀγχώμαλος, καὶ ἀρεταῖς ἐμφερής.

Ἄγχων. περισφίγγων. θλίβων. Ὁ δὲ ἄγχων τὴν αὐτῆς δεξιὰν καὶ περιάγων, περιαιρεῖται τὸ ξίφος.

Ἄγχω. αἰτιατικῇ.

Ἀδαήμονες. ἄπειροι. Ὁ δὲ τὴν τῶν Αἰγυπτίων σοφίαν ἦν ἀδαημονέστερος. ὁ Ἀσκληπιόδοτος.

Ἀδαϊστί. ἀπείρως.

Ἄδακρυς πόλεμος. ἐπὶ τῶν ἔξω παντὸς κινδύ-

stophanes *Avibus*: *Notho non esse jus adeundæ hæreditatis.* Et Ἀγχιστεύω verbum, cum genitivo construitur.

Ἀγχιστίνδην. Secundum jus propinquitatis. Dictum autem hoc eodem modo, quo ab ἄριστος, ἀριστίνδην, & a πλοῦτος, πλουτίνδην.

Ἀγχίστροφοι. Qui celeriter vertuntur. Procopius: *Et prælium acre fuit, & cominus committebatur, & utrique celeri conversione facta se mutuo persequebantur.* Et rursus: *Deinde, evolutis phalangibus, celeriter conversi, adversa fronte occurrite hostibus, vos insequentibus.* Et iterum: *Celeri mutatione fortunæ.* † Theramenes homo varius & mutabilis, inserviebat temporibus, ad potentiores semper sese applicans.

Ἀγχιτέρμων. Vicinus.

Ἀγχόνη. Laqueus. Funis: cum acuto in antepenultima. Ἀγχονὴ vero, cum acuto in ultima, significat ipsam actionem strangulandi.

Ἀγχνίσας. Qui strangulavit.

Ἀγχότερος. Propinquior. Herodotus: *Angustior & propinquior aditus videbatur.*

Ἀγχοῦ. Prope.

Ἀγχούροις. Vicinis. Ita dicti, quod prope invicem habeant fines.

Ἄγχουσα. Anchusa. Genus herbæ, cujus radix est rubra, qua mulieres faciem rubefaciunt. *Anchusa te dolore afficiet, & tua cerussa.*

Ἀγχώμαλον. Æquale: & Ἀγχωμάλου, æqualis. *Et cum æquo Marte pugnassent, neque quenquam vivum cepissent, nec longius processissent, discesserunt.* Et rursus: *Equestre prælium acre committitur, & multitudine pugnantium, & virtute æquale.*

Ἄγχων. Angens. Stringens. Premens. *Ille vero ipsius dextram stringens & circumagens, ei gladium eripit.*

Ἄγχω. [Ango.] Gaudet accusativo.

Ἀδαήμονες. Imperiti. *Ille vero Aegyptiorum sapientiæ erat imperitior.* Asclepiodotus scilicet.

Ἀδαϊστί. Imperite.

Ἄδακρυς πόλεμος. Bellum carens lacrymis.

1 Νόθῳ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν] Apud Aristophanem in *Avibus*, p. 429. integer locus ita scriptus legitur:

Ἐρῶ δὲ δή σοι τὸν Σόλωνός σοι νόμον.
Νόθῳ δὲ μὴ εἶναι ἀγχι-
στείαν, παίδων ὄντων γνη-
σίων. ἐὰν δὲ παῖδες
Μὴ ὦσι γνήσιοι, τοῖς
Ἐγγυτάτω γένους
Μετεῖναι τῶν χρημάτων.

*Dicam vero jam etiam Solonis tibi legem. Notho ne sit jus propinquitatis, liberis existentibus legitimis. Si vero liberi non fuerint legitimi, illis, qui sunt genere proximi, jus sit participandorum bonorum.* Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Μακάρτατον λόγῳ, pag. 242. hujus legis mentionem his verbis facit, ubi pluribus de hæreditatis jure disserit: Νόθῳ δὲ, μηδὲ νόθῃ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν. &c. Locus est observatu dignus. Legum studiosi legant. P. † Vide Petit. *de LL. Att.* lib. II. Tit. IV. p. 139.

2 Προκόπιος] Lib. I. *de Bello Persico*, cap. XV.

3 Ὁ Θηραμένης] Aristophanes ἐν Βατράχοις, pag. 151. 152. hujus Theramenis levitatem & inconstantiam egregie describit his verbis:

Ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρός ἐστι
Νοῦν ἔχοντος, καὶ φρένας, καὶ
Πολλὰ περιπεπλευκότος,
Μετακυλινδεῖν αὑτὸν ἀεὶ
Πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον
Μᾶλλον, ἢ γεγραμμένην
Εἰκόν' ἑστάναι, λαβόνθ' ἓν
Σχῆμα. τὸ δὲ μεταστρέφεσθαι
Πρὸς τὸ μαλθακώτερον,
Δεξιοῦ πρὸς ἀνδρός ἐστι, καὶ φύσει Θηραμένους.

Consule Græca Scholia. Item Xenophontem τῶν Ἑλληνικῶν secundo, pag. 465. & 466. P. † Vide infra v. Δεξιός. v. Θηραμένης. & v. Εὐμεταβολώτερος.

4 Ἀγχόνη] Aristophanes *Acharnens.* p. 376. Ταῦτ' ἐστὶν οὐκ ἀγχόνης; ubi Scholiasta: Ἡ διαφορὰ τῆς ἀγχόνης ἐν τῷ τόνῳ. ὀξυτόνως μὲν γὰρ τὸ εἶδος τῆς πνίξεως. βαρυτόνως δὲ τὸ σχοινίον καὶ ὁ βρόχος. Quæ pene eadem sunt cum iis, quæ Suidas hic habet.

4 Ἡ ἄγχουσα] Locus integer apud Aristophanem in *Concionatricibus*, pag. 586. sic habet:

Οὐ τἀμὰ δ' ὀδυνήσει σε γῆρας. Ἀλλὰ τί;
Ἡ ἄγχουσα μᾶλλον, καὶ τὸ σὸν ψιμμύθιον.
*Non mea dolore afficiet te senectus. Sed quid?*
*Anchusa potius, & tua cerussa.* P

τε, καὶ ῥᾷστα, καὶ παρ' ἐλπίδα [1] τὰ πράγματα κατορθοῦντας.

Ἀδακρυτί. ἀκλαυτί.

Ἀδαλίδης. ὄνομα κύριον.

[2] Ἀδάμ. ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, ὁ χειρὶ Θεοῦ πλασθεὶς, καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν μορφωθεὶς τοῦ δημιουργοῦ τε καὶ κτίσαντος· ὁ καὶ τιμηθεὶς τὴν εἰς Παράδεισον οἴκησιν. Οὗτος δικαίως ἂν πρῶτος καλοῖτο σοφὸς, ὡς πρωτόκτιστον ἄγαλμα, καὶ εἰκὼν οὖσα θεόγραφος· ὡς τῶν χαρίτων ὅλων ὑπάρχων ἀνάπλεως, καὶ πάντα καθαρὰ καὶ ἀκίβδηλα περιφέρων τὰ τῆς ψυχῆς τε καὶ σώματος αἰσθητήρια. μαρμαρυγαὶ γάρ τινες, ὡς εἰπεῖν, ἐκ τῆς ἐκείνου ψυχῆς ἀπαστράπτουσαι, καὶ θείων ἐννοιῶν τε καὶ ἐνεργειῶν πλήθουσαι κατὰ πᾶσαν εἰσέτρεχον φύσιν, [3] εὐστόχως καὶ ἀναμαρτήτως τὸ οἰκεῖον ἑκάστης πλεονέκτημα φθάνουσαι. ὃς οὐ παρὰ ἀνθρώπων ἐδοκιμάσθη τῶν τὰς κρίσεις πολλάκις ἐπισφαλῶς ποιουμένων, ἀλλὰ παρὰ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ τοῦ πᾶσαν γνῶσιν καὶ κρίσιν ὀρθῶς πεποιημένου, καὶ πρὸ τοῦ τὰς ἐννοίας κινηθῆναι παρὰ τῆς ὠδινούσης τὰ τοιαῦτα ψυχῆς, καὶ ἀποτικτούσης νοήματα. Καὶ γὰρ φησὶν ἡ γραφὴ, Ἐποίησεν ὁ Θεὸς πάντα τὰ κτήνη, καὶ τὰ θηρία, καὶ τὰ ἑρπετὰ, καὶ τὰ πετεινὰ, καὶ ἤγαγεν αὐτὰ πρὸς τὸν Ἀδὰμ, ἰδεῖν, τί καλέσει αὐτά. καὶ ὡς ἐκάλεσεν Ἀδὰμ, τοῦτο ὄνομα αὐτῷ. Τί τῆς φωνῆς ταύτης καὶ μαρτυρίας ἀριδηλότερον; τί τῆς σοφίας ταύτης καὶ διαγνώσεως ὑψηλότερον; Ἐκάλεσεν ὀνόματα, τὴν φύσιν αὐτὴν καὶ τὴν ὑπόστασιν ἑκάστου ζώου ὥσπερ ὑπογραφόμενος, οὐ μελετήσας, οὐ προσκεψάμενος, οὐδέν τι προσπεπονθὼς τῶν ὅσα μεταμανθάνουσιν ἄνθρωποι. καὶ πολλῶν καὶ ἀναρίθμων γενεῶν παραδεδραμηκυιῶν, οὐκ ἴσχυσεν οὐδεὶς ὑπαλλάξαι κἂν τοῦ τυχόντος ζώου τὸ ὄνομα, οὐδὲ τῆς ἐκείνου δράξασθαι μεγαλονοίας καὶ διαγνώσεως. Μᾶλλον μὲν οὖν μένουσιν ἅπαντες κατὰ πᾶσαν ἐσπαρμένοι τὴν γῆν ἄνθρωποι τοῖς ἐκείνου στοιχοῦντες ἀμεταθέτοις θεσπίσμασι. Καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστη τοῦ πρωτογόνου ἀνθρώπου τὸ ὑπερβάλλον ἐν πᾶσιν ἀξίωμα· ἀλλὰ καὶ σπερμάτων, καὶ φυτῶν διαφορὰς, ῥιζῶν τε καὶ βοτανῶν δυνάμεις, καὶ ὅσα εἰς ἀντίληψιν καὶ θεραπείαν ἡ φύσις ἑκάστῳ προσαρμόττει τῶν ζώων, διέκρινέ τε, καὶ διεσάφησε. Οὗτος καὶ τὴν γυναῖκα πρῶτος ἰδὼν, οὐχ ὥσπερ ἐκ στόματος ἀνθρωπίνου περὶ ταύτης ἐφθέγξατο· ἀλλ' ὡς ἔκ τινος θείας ὀμφῆς ἐνηχούμενος, εὐστόχως τὸ πολυύμνητον ἐκεῖνο καὶ θαυμαστὸν ἀπεφοίβασε λόγιον· Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου, καὶ σὰρξ



Dicitur de illis, qui extra omne periculum, & facillime, & præter spem res feliciter gerunt.

Ἀδακρυτί. Sine lacrymis.

Ἀδαλίδης. Adalides. Nomen proprium.

Ἀδάμ. Adam primus homo, Dei manu effictus, & ad imaginem & similitudinem opificis & conditoris formatus, & habitatione Paradisi honoratus. Hic jure primus sapiens appellari potest, ut primo conditum simulacrum, & imago divinitus picta: ut omnium gratiarum plenus, & omnes animi corporisque sensus puros & incorruptos circumferens. Radii enim quidam (ut ita loquar) ex illius animo effulgentes, & divinarum cogitationum & actionum pleni, per omnem naturam penetrabant, sagaciter & sine errore proprium cujusque & præcipuum bonum antevertentes. Qui non ab hominibus probatus fuit, qui in judiciis suis sæpe labuntur: sed a Deo universitatis auctore, qui de rebus omnibus recte judicat, etiam priusquam cogitationes moveantur in anima nostra, & in ea quasi conceptæ & genitæ sint. Nam (ut Scriptura dicit) *Deus fecit omnia jumenta, & feras, & serpentes, & volucres, & ipsa ad Adamum adduxit, ut videret, quo nomine ipsa esset nominaturus. Ut autem Adamus vocavit ea, ita nomen ipsis mansit.* Quid hac voce, & testimonio est evidentius? Quid hac sapientia, & cognitione sublimius? Nominibus enim impositis, naturam ipsam & vim cuique animanti insitam veluti penicillo expressit, non præmeditatus nec præparatus, nec perpessus simile quid cæteris hominibus, qui cognito priori errore, alia deinceps probare solent. Quamvis autem multæ, atque adeo innumeræ ætates jam præterierint, nullus tamen vel minutissimi atque vilissimi animalis nomen mutare, neque amplitudinem ingenii atque cognitionis, quæ in illo fuit, assequi potuit. Imo vero potius omnes homines per universum terrarum orbem dispersi, immutabilia ejus Oracula constanter sequuntur. Neque vero usque ad hos terminos progressa stetit hominis primogeniti omnibus in rebus excellens dignitas. Sed & seminum, & plantarum discrimina, & radicum & herbarum vires, & quæcunque ad auxilium & medicinam unicuique animali Natura attribuit, distinxit & dilucide explicavit. Hic etiam uxore primum conspecta, confestim de ipsa non ut ex ore humano loquutus est: sed quasi quadam divina voce in ipso resonante, felici conjectura rem assequutus, celeberrimum illud & admirabile oraculum protulit: *Hoc est os ex ossibus meis, & caro ex carne mea: vocabiturque virago, quia ex viro sumpta fuit.* Hic

1 *Τὰ πράγματα κατορθοῦντας*] Hæc totidem verbis leguntur etiam apud Zenodotum. Diogenianus vero addit: *χρησμὸς γὰρ ἦν Λακεδαιμονίοις, ἀδάκρυτον μάχην νικῆσαι. ὅθεν* [illegible] i. e. interprete Andrea Schotto: *Datum enim Spartanis Oraculum, fore, ut pugna sine lacrymis victores evaderent. Quo factum est, ut caderet ex ipsis nemo.*

2 *Ἀδάμ. ὁ πρῶτος ἄνθρ.*] In hoc articulo nonnulla sunt obscura, nec satis inter se cohærentia; quibus lucem dare, & remedium adhibere non potui, quoniam auctorem, unde hæc sumpta sunt, ignoro. nec in MSS. hic quicquam præsidii est. de quo ideo lectorem moneo, ne quis forte putet, me hic dormitasse, vel difficultates hujus loci dissimulare voluisse.

3 *Εὐστόχως καὶ ἀν. τὸ οἰκ. ἑκ. πλ. φθ.*] Si locus sanus est, videant alii, quid auctor, ex quo Suidas hæc depromsit, sibi velit. Ego enim ista non satis capio.

ἐκ τῆς σαρκός μου. αὕτη κληθήσεται γυνή, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη. Οὗτος τοίνυν ἐστὶν ὁ δοκιμάσας ἕκαστα, καὶ πᾶσι κανόνας καὶ στάθμας ἀκριβεῖς, καὶ ὅρους ἀναντιῤῥήτους ἐναρμοσάμενος. Τούτου τέχναι, καὶ γράμματα. Τούτου ἐπιστῆμαι λογικαί τε, καὶ ἄλογοι. Τούτου προφητεῖαι, ἱερουργίαι, καὶ καθαρμοί, καὶ νόμοι γραπτοί τε καὶ ἄγραφοι. Τούτου πάντα εὑρήματα καὶ διδάγματα, καὶ ὅσαι κατὰ τὸν βίον ἀναγκαῖαι χρεῖαί τε καὶ δίαιται. Οὗτός ἐστιν ὁ πρῶτος ἀνδριάς, τὸ θεόκλητον ἄγαλμα, ἀφ' οὗπερ ἀπευθύνονται πᾶσαι ἀνθρώπων ἀγαλματουργίαι, κἂν πρὸς τὸ ἧττον μᾶλλον καὶ μᾶλλον ἐκπίπτωσιν ἐκείνου τοῦ μακαρίου καὶ θεοειδοῦς ἀπεικάσματος, μηδεμίαν ἔχοντος ἀφορμὴν, ἧς ἂν ἐπιλάβοιτο ὁ μετ' ἐκεῖνον διαπλαττόμενος, ἢ ζωγραφούμενος. ἕως ὁ παλαμναῖος, καὶ ἀποστάτης καὶ πλάνος διάβολος, τοῦτον ἐξεκύλισεν τῆς οἰκείας ἱδρύσεώς τε καὶ στάσεως, καὶ κατὰ τοῦ πρανοῦς εἴασε φέρεσθαι, καὶ πρὸς βαραθρώδεις τινὰς καὶ ἀλαμπεῖς χώρους, μέχρι τῶν ἀμειδήτων τοῦ ᾅδου κευθμώνων ἐγγίζοντας. Κἀντεῦθεν ἤρξατο φύσις ἡ τῶν ἀνθρώπων παραχαράττεσθαι τοῖς τοῦ τυράννου μορφώμασί τε καὶ σχήμασιν. Ἐντεῦθεν ἡ νόθος σοφία τὰς ἀφορμὰς ἔλαβε, τῆς θείας δραπετευσάσης, καὶ πρὸς οὐρανὸν ἀναπτάσης, ὅθεν τὸ πρότερον ἦν ἀφορμήσασα. Ὅθεν ὁ πλάνος τὸ καὶ θεοῦ σφετερισάμενος ὄνομα, εἰς πολλὰ κατεμέρισε, Κρόνους τε, καὶ Ζῆνας, καὶ Ποσειδῶνας, ἑαυτὸν μετακαλῶν· καὶ τὸ δὴ πάντων ἀνοσιώτατον, εἰς ὀνόματα θήλεά τε καὶ ἄσημα τὴν μακαρίαν καὶ ἄῤῥητον συγκατασπάσαι φύσιν ὁ ἀλιτήριος κατετόλμησεν, εἴς τε τὰς Ῥέας ἐκείνας, καὶ Ἀφροδίτας, καὶ Ἀθηνᾶς, καὶ εἰς ἄλλας μυρίας καὶ ἀλλοκότους ἀλόγων ἰδέας τε καὶ μορφὰς, ἃς ὁ κακίας δημιουργὸς, καὶ τὴν ἀποστασίαν νοσήσας, ἐπέχρωσέ τε καὶ διεχάραξεν. Ἐντεῦθεν Αἰγυπτίων τὰ περὶ Ὄσιριν καὶ Τυφῶνα καὶ Ἶσιν μοχθηρὰ διηγήματα, καὶ Περσῶν μαγικὰ μαγγανεύματα, καὶ Βραχμάνων Γυμνοσοφιστίαι, καὶ ἄκαιροι φαντασίαι, καὶ [1] ἡ θαυμαζομένη Σκυθῶν ῥῆσις, καὶ τὰ Θρᾳκῶν ὄργια, καὶ οἱ Φρυγῶν αὐλοὶ καὶ Κορύβαντες. Ἐντεῦθεν ἡ Χαλδαίων ἀστρονομία ἡ σφαλερά τε καὶ [2] πολυώδυνος. Ἐντεῦθεν ἡ τοῦ ψεύδους λοχεύτρια ποίησις, ἡ τῶν Ἑλληνικῶν ληρημάτων σεμνομυθία. Ἐντεῦθεν Ὀρφεύς τε καὶ Ὅμηρος, [3] καὶ ὁ τῶν ἀθεμίτων γονῶν ζωγράφος Ἡσίοδος. Ἐντεῦθεν ἡ Θάλητος δόξα, καὶ ὁ κλεινὸς Πυθαγόρας, καὶ ὁ σοφὸς Σωκράτης, καὶ Πλάτων, τὸ τῆς Ἀθηναίων Ἀκαδημίας πολυθρύλλητον

Hic igitur est ille, qui probavit omnia, & omnibus regulas & amusses exquisitas, & limites minime dubios assignavit. Hujus inventa sunt artes & literæ. Hujus sunt scientiæ, tam liberales, quam illiberales. Hujus sunt prophetiæ, sacrificia, lustrationes, & leges, tam scriptæ, quam nullis scriptis mandatæ. Hujus sunt omnia inventa, & disciplinæ, & quidquid ad vitam degendam est utile & necessarium. Hæc est illa prima statua, & simulacrum, cui divinitus nomen impositum est, a quo omnes humanæ simulacrorum fingendorum artes diriguntur: quamvis ab ea divina & beata imagine magis ac magis deflectentes, in pejus excidant, cum illa nullam habeat ansam, quam apprehendat is, qui post illum fingitur aut pingitur: donec scelestus homicida, apostata, & impostor Diabolus eum de sua sede & statu dejecit, & præcipitem deturbavit ad profunda quædam & obscura, tristibusque Orci latebris vicina loca. Hinc autem cœpit hominum Natura depravari & adulterari, & hujus tyranni formis & figuris signari. Hinc autem initium duxit adulterina sapientia, postquam illa divina ex terris aufugit, & in cœlum sublimis avolavit, unde prius descenderat. Hinc impostor ille Dei nomen usurpans, id in multas partes divisit, Saturnos nimirum, Joves, & Neptunos; nomen suum varie mutans. Imo, quod omnium est maxime impium, ad nomina fœminea & inhonesta beatam illam & ineffabilem Naturam sceleratus ille detrahere ausus est; Rheas nimirum, Veneres & Minervas, & alias infinitas & monstrosas brutorum species & formas, quas ille improbitatis opifex & apostata coloribus exornavit, & signis cœlavit. Hinc ortæ sunt illæ Ægyptiorum de Osiride & Typhone & Iside improbæ narrationes, & Persarum magicæ imposturæ, & Brachmanum Gymnosophistiæ & importunæ phantasiæ, & dictum Scytharum, quod multi admirantur, & Thracum Orgia, & Phrygum tibiæ & Corybantes. Hinc manavit illa lubrica & cruciatus plena Chaldæorum astrologia. Hinc nata illa mendacii obstetrix poesis, & Græcanicarum nugarum fabulosa pompa. Hinc etiam Orpheus, & Homerus, & qui impias Deorum generationes conscripsit, Hesiodus. Hinc illa Thaletis gloria, & inclytus Pythagoras, & sapiens Socrates, & Plato, quo Academia Atheniensium tantopere se jactat.

1 Ἡ θαυμαζομένη Σκ.] Vide infra v. Ἡ ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις.

2 Πολυώδυνος] Auctorem hunc anonymum exiguo judicio præditum fuisse, & vere de eo dici posse proverbiale illud, Flumen verborum, & gutta mentis, ex tota hac de Adamo Ecloga satis apparet. Quare, licet ejusmodi scriptores corrigere & emendare, velle res sit lubrica & aleæ plena; quoniam sæpe incertum est, utrum vox aliqua, quæ ineptam reddit sententiam, sit ingenii illorum, ἀπεικότως non raro sensus parturientis, abortus, an vero librariorum σφάλμα: conabor tamen pro πολυώδυνος aliam vocem hic substituere, quam auctorem nostrum potius, quam altera illa, usum esse existimo. Ea autem est πολυώνυμος i. e. nominibus abundans; quod epithetum Astronomiæ, propter multitudinem stellarum, variasque earum appellationes, haud inepte tribui potest. Qui enim τὸ πολυώδυνος ei conveniat non video; nisi forte quis Astronomiam sic appellare velit, quod multos homines dolore afficiat, ob tristes rerum eventus, ex astrorum inspectione prædictos: quod tamen coactum esse & longe petitum quivis facile videt.

3 Καὶ ὁ τῶν ἀθεμ. γονῶν ζ.] Perstringit his verbis auctor Anonymus *Theogoniam* Hesiodi.

σεμνο-

σεμνολόγημα. Ἐντεῦθεν οἱ Παρμενίδαι, καὶ Πρωταγόραι, καὶ Ζήνωνες. Ἐντεῦθεν αἱ Στοαὶ, καὶ οἱ Ἄρειοι πάγοι, καὶ Ἐπικούρειοι. Ἐντεῦθεν οἱ Τραγῳδῶν θρῆνοι, καὶ κοπετοὶ, καὶ τὰ Κωμικῶν παίγνια, καὶ τωθάσματα. Ἐντεῦθεν τὰ δολερὰ τοῦ Λοξίου καὶ ψευδηγόρου θεσπίσματα, καὶ ἡ λοιπὴ τῆς Ἑλληνικῆς κομψευμάτων ἐρεσχελία καὶ τερθρεία. Καὶ ἵνα μὴ μακρὸν ἀποτείνω τὸν λόγον, εἰς σαπρούς τε καὶ ὀδωδότας μύθους ἐνασχολούμενος, πᾶσαν εἰς ἑαυτὸν τὴν κτίσιν ὁ πλάνος ἐμφορεσάμενος, καὶ λαβὼν ὑπὸ χεῖρα τὸν ἄνθρωπον ὡς ἀνδράποδον, καὶ διερχόμενος τὴν ὑπ᾽ οὐρανὸν, καὶ περιπατῶν τὴν γῆν, καὶ ὡς ᾠὰ πάντα κατέχων, ὡς αὐτός που φησὶν ἀλαζονευόμενος, ᾤετο δεῖν τὸν ἑαυτοῦ θρόνον θήσειν ἐπάνω τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔσεσθαι ὅμοιος τῷ Ὑψίστῳ. Ἀλλ᾽ ὁ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος ὁ προαιώνιος, οἰκτείρας τὸν ἄνθρωπον ὡς ἠπατημένον ὑπὸ τοῦ Δράκοντος, ἐκ τῶν τοῦ πατρὸς κόλπων ἑαυτὸν ἐκένωσεν· καὶ σαρκωθεὶς ἐκ Πνεύματος Ἁγίου, καὶ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας, καὶ διὰ τοῦ τιμίου σταυροῦ καὶ τοῦ πάθους αὐτοῦ καταβαλὼν τὸν ἀντίπαλον, καὶ καταβὰς εἰς τὰ κατώτατα μέρη τῆς γῆς, ἐκεῖθεν εἵλκυσε τὸν προεκπεσόντα Πρωτόπλαστον, ἀποδοὺς τῇ εἰκόνι τὸ πρῶτον κάλλος, καὶ τῇ φύσει τὸ ἀρχαῖον ἀξίωμα. Κἀντεῦθεν ἠφάνισται πᾶσα ἡ τοῦ τυράννου δυναστεία καὶ συμμορία, τοῦ τῆς εὐσεβείας φωτὸς διαυγάσαντος πάσῃ τῇ κτίσει τῶν ἡλιακῶν μαρμαρυγῶν τηλαυγέστερον. Ἐκ τούτου τοῦ φωτὸς ἡ κατὰ Θεὸν σοφία πάλιν διέλαμψε, καὶ γλώσσας ἁλιέων ἐστόμωσε, καὶ τῶν σοφῶν διδασκάλους τοὺς ἀπείρους εἰργάσατο. Ἐντεῦθεν ὁ τῆς βροντῆς γόνος, τὸ Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, ἐξ οὐρανίων νεφελῶν ἀπαστράψας, ἐξεβρόντησε, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐλάμπρυνε. Κἀκ τούτου τοῦ φωτὸς Παῦλος εἰς τρίτον οὐρανὸν ἀναφέρεται, καὶ θεᾶται τὰ ἀθέατα, καὶ τῶν ἀρρήτων ὑπακούει λογίων, καὶ διατρέχει πᾶσαν τὴν γῆν ὡς πτηνὸς καὶ ἀέριος, τὸν Ἰησοῦν εὐαγγελιζόμενος. Ἐντεῦθεν ὁ Πέτρος τὸν Χριστὸν υἱὸν Θεοῦ τοῦ ζῶντος ὀνόμασε, καὶ τὰς κλεῖς τῆς τῶν οὐρανῶν πιστεύεται βασιλείας, ἵνα ἀνοίγῃ μὲν τοῖς πιστοῖς, ἀποκλείῃ δὲ τοῖς ἀπίστοις τῶν θείων ἀνακτόρων τὴν εἴσοδον. Ἐντεῦθεν ἀγέλαι μαρτύρων καταβάλλουσιν εἴδωλα, καὶ τρέχουσιν ἕτοιμοι πρὸς τὸν θάνατον, ὡς στεφάνους τὰς πληγὰς, καὶ ὡς πορφύρας τὰ ἑαυτῶν αἵματα περιφέροντες οἱ καλλίνικοι. † [1] Ἔστω γοῦν ὁ πρωτόπλαστος ἀρχηγὸς τοῦ γράμματος, κατά γε τὸν ἐμὸν ὅρον καὶ λόγον, ὡς ποταμὸς, πηγή τε καὶ θάλασσα, καὶ ῥίζα καὶ κλάδοι καὶ ὅρπηκες, καὶ πάσης ὑπάρχων τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀπαρχὴ καὶ πρωτόλειον. † [2] Ὅτι ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ, ἔτη δισχίλια. σ.

Hinc Parmenidæ, & Protagoræ, & Zenones. Hinc Porticus, & Areo-pagi, & Epicurei. Hinc Tragœdorum lamentationes & planctus, & Comicorum joci atque risus. Hinc dolosa Apollinis obliqui & falsidici Oracula, & reliquæ Græcorum pomposæ & portentosæ nugæ. Denique, ne longius producam orationem, putidis, fœtidisque fabulis diutius immorans, omnes creaturas Impostor ille in humeros suos suscepit, & hominem ut mancipium in suam potestatem redegit; viamque ad cœlum ingrediens, & terram obambulans, & tanquam ova, omnia continens, ut ipse alicubi gloriatur, putabat suum solium supra cœli nubes esse collocandum, seque Altissimo fore similem. Verum unigenitus Dei filius, & æternus Sermo, miseratus hominem, ut a Dracone deceptum, ex Patris sinu se ipsum demisit, & assumpta carne ex Spiritu Sancto, & sancta Virgine & Deipara Maria, per venerandam Crucem & supplicium suum, quod passus est, prostrato adversario, in infimas terræ partes descendit, & inde prolapsum illum primum hominem eduxit, prima pulchritudine imagini restituta, & Naturæ pristina dignitate. Hinc autem abolitus est omnis hujus tyranni principatus, & ditio, postquam veræ religionis lux, solari splendore splendidior, omni creaturæ illuxit. Ex hac luce divina sapientia rursus resplenduit, & linguas piscatorum acuit, & insipientes sapientum doctores effecit. Hinc ille Tonitrus filius, *IN principio erat Sermo*, ex cœlestibus nubibus fulguris instar emicans, intonuit, & omnem orbem terrarum illustravit. Ex hac etiam luce Paulus in tertium cœlum sublimis tollitur, & non contemplanda mortalibus contemplatur, & ineffabilia audit Oracula, & omnem terram; ut volucer & aerius, percurrit, Jesum euangelizans. Hinc Petrus Christum Dei viventis filium vocavit, regnique cœlestis claves fidei suæ commissas accepit, ut fidelibus quidem aperiret divini templi ingressum, infidelibus vero occluderet. Hinc greges Martyrum dejiciunt simulacra, & alacres ad mortem currunt, plagas ut coronas, & suum sanguinem ut purpuram circumferentes; victores vere inclyti. † Esto igitur primus ille homo princeps & caput literæ, secundum meam definitionem & orationem, ut fluvius, & fons, & mare, & radix, & rami, & surculi, & totius humanæ naturæ primitiæ. † Ab Adamo usque ad diluvium sunt anni 2242. A

1 *Ἔστω γοῦν ὁ πρωτόπλ.*] Hæc a superioribus distinguenda sunt, quoniam ex alio auctore, & quidem Lexicographo quodam descripta esse apparet.

2 *Ὅτι ἀπὸ Ἀδάμ*] Pearsonius ad marginem Suidæ sui recte observaverat, locum hunc, qui varias annorum Epochas complectitur, descriptum esse ex Nicephori Patriarchæ CP. Chronographia Compendiaria, quæ in Corpore Historiæ Byzantinæ Georgio Syncello subjuncta est. In ea enim pag. 404. paucissimis verbis mutatis eadem leguntur, quæ Suidas usque ad verba illa Ἀπὸ δὲ Μιχαὴλ ἕ. 'Γ. hoc loco tradit.

τεσσα-

τεσσαράκοντα δύο. ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ, ἕως τῆς πυργοποιίας, ἔτη φκε. [1] ἀπὸ δὲ τῆς πυργοποιίας, ἕως τοῦ Ἀβραάμ, ἔτη υκε. ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀβραὰμ ἕως τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου, ἔτη υλ. ἀπὸ δὲ τῆς ἐξόδου ἕως τῆς οἰκοδομῆς τοῦ Σολομωντείου Ναοῦ, ἔτη ψνζ. ἀπὸ δὲ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ Ναοῦ ἕως τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ Ἰσραήλ, υκε. ὁμοῦ ἔτη τετρακισχίλια ω ὀγδοήκοντα. ἀπὸ δὲ τῆς αἰχμαλωσίας ἕως Ἀλεξάνδρου Μακεδόνος τοῦ βασιλέως τιη. ἀπὸ δὲ Ἀλεξάνδρου ἕως Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τγ. ὁμοῦ [2] ἔτη εφ. ἀπὸ δὲ τοῦ Χριστοῦ [3] ἕως τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, τιη. ἀπὸ δὲ Κωνσταντίνου μέχρι Μιχαὴλ υἱοῦ τοῦ Θεοφίλου φνε. ὁμοῦ τὰ πάντα ἔτη ςτοε. ἀπὸ δὲ Μιχαὴλ ἕως Ῥωμανοῦ υἱοῦ Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου, [4] ἔτη εὕρηνται ρκ. ἀπὸ δὲ τοῦ Πορφυρογεννήτου ἕως τῆς τελευτῆς Ἰωάννου τοῦ Τζιμισκῆ, [5] ἔτη κε. καὶ Ἀδαμιαῖος, ἀπὸ Ἀδάμ.

Ἀδάμας. ὁ λίθος. καὶ Ἀδαμάντινα, τὰ στερρά. Ὁ [6] δὲ Ἀπολλώνιος ὥσπερεὶ ἑαυτῷ διελέγετο, οἶδα, ἔλεγε· καὶ, δοκεῖ μοι· καὶ, ποῖ φέρεσθε· καὶ, χρὴ εἰδέναι. καὶ δόξαι βραχεῖαι, καὶ ἀδαμάντιναι.

Ἀδαμαστί. ἐπίρρημα.

Ἀδάμαστος παρθένος. ἄζυξ. [7] Σοφοκλῆς· Νῦν δ' ἡ Διὸς γοργῶπις παρθένος θεὰ ἔσφηλεν ἐμβαλοῦσα λυσσώδη νόσῳ.

Ἀδαμίθειος.

Ἀδαξῆσαι, τὸ κνῆσαι. οὐκ [8] ἐν τῷ ὀδαξῆσαι. καὶ Ἀδαχεῖν. τὸ κνήθειν. [9] Ἀδαχεῖ γὰρ αὐτοῦ τὴν ἄχωρα ἐκλέγει τ' ἀεί. Ἀριστοφάνης.

Ἀδαῖον. ἄκαυστον. καὶ [10] Ἀδαῖος. ὄνομα κύριον.

Ἀδαίρετον. ἀμέριστον.

Ἅδεν. ἤρεσκεν. ἐν Μύθοις.

Οὐδέ οἱ οὐδ' αἴθων ἅδε πάρδαλις, οὕνεκα θυμοῦ
Ἐμπλείη.

Ἀδεές. ἀσφαλές. οὐ φοβερόν. ὡς ἡ παροιμία. Ἀδεὲς



diluvio vero, usque ad Turris ædificationem, anni 525. A Turris ædificatione, usque ad Abrahamum, anni 425. Ab Abrahamo, usque ad Exitum filiorum Israel ex Ægypto, anni 430. Ab Exitu, usque ad Solomonii Templi ædificationem, anni 757. Ab ædificatione Templi, usque ad captivitatem Israelitarum, anni 425. qui anni in unum summam collecti, sunt 4880. A captivitate, usque ad Alexandrum Macedonem Regem, 318. Ab Alexandro, usque ad Christum, Deum nostrum, 303. Tota summa, 5500. A Christo, usque ad Constantinum Magnum, 318. A Constantino, usque ad Michaelem, Theophili filium, 555. Tota summa est annorum 6375. A Michaele, usque ad Romanum, Constantini Porphyrogenneti filium, anni reperiuntur 120. A Porphyrogenneto, usque ad obitum Johannis Tzimiscæ, sunt anni 25. Et Ἀδαμιαῖος, ab Adamo oriundus.

Ἀδάμας. Adamas. Lapis. Et Ἀδαμάντινα, dura. *Apollonius cum dissereret, quasi Oracula proferens, Novi, aiebat; &, Videtur mihi; &, Quo ferimini? &, Oportet scire: & sententiæ ejus erant breves & quasi adamantinæ.*

Ἀδαμαστί. [Indomite.] Adverbium.

Ἀδάμαστος. Virgo, nondum viro juncta. Sophocles: *Nunc vero illa Jovis filia, & terribilis aspectu Dea me in errorem induxit, furore immisso.*

Ἀδαμίθειος. Adamithius.

Ἀδαξῆσαι. Scalpere. Fricare. Significat idem quod ὀδαξῆσαι. Et Ἀδαχεῖν, scalpere. *Scalpit enim semper ipsius caput, colligitque ex eo* [*sordes*]. Aristophanes.

Ἀδαῖον. Non ustum. & Adæus, nomen proprium.

Ἀδαίρετον. Indivisum.

Ἅδεν. Placuit. In Fabulis: *Nec illi ullo modo ardens placuit pardalis, quod iræ esset plena.*

Ἀδεές. Tutum. Non metuendum. Ut in

1 Ἀπὸ δὲ τῆς πυργοποιίας, ἕως τοῦ Ἀβρ.] Hic omissa est Epocha annorum 76. quæ, ut ratio summæ constet, ex Nicephoro huic loco addenda est. Apud eum enim recte sic legitur: Ἀπὸ δὲ τοῦ πύργου ἕως τῶν διχοτομημάτων Ἀβραάμ, ἔτη υκέ. Ἀπὸ δὲ τῶν διχοτομημάτων Ἀβραάμ, ἕως τοῦ τέλους Ἀβραάμ, ἔτη ος´. Si ad calculum revoces summas annorum hic percensitas, iisque Epocham modo dictam addas, videbis exacte inde confici summam annorum 4880, quantam Suidas paulo post colligit.

2 Ἔτη εφ´] Lege ἔτη εφα´, i. e. 5501. Tot enim anni ex præcedentibus colliguntur. Causa & origo mendi est τὸ α´ in voce ἀπὸ: quod alterum α´ proxime præcedens absorpsit.

3 Ἕως τοῦ μεγάλου Κωνς.] Iohannes Massonius, vir eruditus, & judicii in Chronologicis perquam acuti, bene me monuit, verba hæc Suidæ, vel potius Nicephori, non esse intelligenda de obitu Constantini, quasi a nato Christo ad id usque tempus anni 318. tantum effluxissent; sed de anno imperii ejus vigesimo: quoniam in eum annus a nato Christo trecentesimus duodevigesimus incidit, secundum sententiam ipsius Nicephori, qui pag. 401. tempus Concilii Nicæni in annum Christi 318; Constantini vero, vigesimum confert.

4 Ἔτη εὕρηνται ρκ´] De hoc loco modo laudatus Joh. Massonius „ sequentem observationem mecum communicavit. In Edit. Me- „ diolan. εὕρηνται ἔτη tantum, absque annorum numero, legitur. „ Nec sine τὸ ρκ´ bene se habet. Etenim testibus Glyca, Cedre- „ no &c. Romanus imperium A. M. Cpolit. 6456. Ind. 3. Men- „ se Sept. iniit; obiit vero, cum 3 annos & 6 fere menses re- „ gnasset, A. M. Cpolit. 6471. Martii 15. Ind. 6. i. e. anno Æræ „ vulgaris 963. quo ea Indictio ad Septembrem usque decurrebat. „ Jam si annos inter annum M. 6375. Cpolit. Michaelis, secun- „ dum Suidam, emortualem, & A. M. 6471. Romani itidem e- „ mortualem interjectos computemus, annos tantum 97, non „ 120, inveniemus. At si ab initio Michaelis, anno nempe M. „ Cpolit. 6350. numeremus, tum annos 121. a Michaele usque ad „ Romanum reperiemus; quod proxime ad calculum Suidæ ac- „ cedit.

5 Ἔτη κέ] Hic numerus cum veritate Chronologiæ pugnat, sive cum de initiis sive obitu utriusque Imperatoris accipias. Constantinus enim Porphyrogeneta A. M. Cpolit. 6468. i. e. Ær. vulgaris 960. mense Sept. excessit; 55 circiter annis postquam imperium susceperat: Tzimisches vero secundum Glycam, Cedrenum &c. A. M. Cpolit. 6484. i. e. Ær. vulg. 976. obiit. Itaque inter Constantini Porphyrog. mortem & Tzimischis obitum anni tantum 16 intersunt; at circiter 50 inter utriusque initia.

6 Ὁ δὲ Ἀπολλώνιος] Hæc excerpta sunt ex Philostrato de Vit. Apollon. lib. 1. cap. XIII. ex quo pro ὥσπερεὶ ἑαυτῷ διελέγετο, legendum est, ἀλλ' ὥσπερ ἐκ τρίποδος ὅτε διαλέγοιτο, οἶδα, ἔλεγε &c. uti etiam infra v. Καπηλεύειν σοφίαν recte legitur.

7 Σοφοκλῆς] In Aj. Flagellif. p. 27. ut a Porto observatum fuit. Ibi autem versus hi sic distinguuntur & leguntur:

Νῦν δ' ἡ Διὸς γοργῶπις ἀδάμαστος θεὰ
Ἔσφηλεν, ἐμβαλοῦσα λυσσώδη νόσον.

8 Οὐκ ἐν τῷ Ὀδαξ.] Puto Suidam scripsisse, ταυτὸν ἐν τῷ ὀδαξῆσαι, quod in versione secutus sum. Nam infra Ὀδαξησμὸς exponitur itidem κνησμός.

9 Ἀδαχεῖ γ.] De sensu hujus senarii ἰσχύω, donec ipsum locum Aristophanis, ubi is exstat, invenero. Interim verti, ut potui, & ἄχωρα caput reddidi, quoniam Hesychius auctor est, vocem istam secundum quosdam κεφαλὴν etiam significare.

10 Ἀδαῖος] De Adæo quodam vide Athen. XII. p. 532.

δεδιας

δέδιας δέος. Λεγόμενόν ἐστιν ἐπὶ τῶν τὰ μὴ φοβερὰ φοβουμένων.

Ἀδέητος. ὁ μηδενὸς δεόμενος, καὶ πάντα ἔχων. Ἀντιφῶν ἐν ά Ἀληθείας. Διὰ τοῦτο οὐδενὸς δεῖται, οὔτε προσδέχεται οὐδενός τι, ἀλλ' ἄπειρος, καὶ ἀδέητος.

Ἀδεκάστως. ἀμερίστως. δικαίως. ἀδωροδοκήτως. ὀρθῶς.

Ἀδεκατεύτους. [1] Ἀριστοφάνης. ἀτελωνήτους. τὰς γὰρ δεκάτας τῶν κοιλιῶν τῶν θυομένων ἐδίδοσαν τὴν δεκάτην μοῖραν ἐν τῷ πρυτανείῳ.

Ἀδεκτώ. ὄνομα Δαίμονος.

Ἀδελφά. οἰκεῖα. ἁρμόζοντα. πρέποντα.

Ἀδέλφιος. ὄνομα κύριον.

Ἀδελφεός. ὁ ἀδελφός. Ἀδελφιδοῦς δὲ, ὁ ἀνεψιός. καὶ τὸν ἀδελφιδοῦν. καὶ Ἀδελφίζειν, ἀντὶ τοῦ ἀδελφὸν καλεῖν. οὕτως Ἰσοκράτης. καὶ ὁ Μιλήσιος Ἑκαταῖος, καὶ Ἀπολλοφάνης ἐχρήσαντο. καὶ τὸ θηλυκὸν, ἡ ἀδελφιδῆ. [2] Ὅτι Ἀλυάττης ὁ τῶν Λυδῶν βασιλεὺς ᾔσχυνε τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφήν.

Ἀδελφὸς [3] παρείη. ὅτι προτιμητέον τοὺς οἰκείους εἰς βοήθειαν ἐν καιρῷ περιστάσεως.

Ἀδέση. [4] ἡ φλύαρος. ἡ δεῖνα.

Ἀδερβός. ὄνομα κύριον.

Ἄδερ. [5] ὁ ἀλιτήριος, ὁ ἐπαναστὰς Σολομῶντι. παῖς οὗτος ἦν Ἰδουμαῖος, γένος ἐκ βασιλικῶν σπερμάτων. Καταστρεψαμένου δὲ τὴν Ἰδουμαίαν Ἰωάβου τοῦ Δαβὶδ στρατηγοῦ, καὶ πάντας τοὺς ἐν ἀκμῇ καὶ φέρειν ὅπλα δυναμένους διαφθείραντος μησὶν ἕξ, φυγὼν οὗτος ἧκε πρὸς Φαραὼ τὸν Αἰγύπτου βασιλέα. Ὁ δὲ φιλοφρόνως αὐτὸν ὑποδεξάμενος, οἶκόν τε αὐτῷ δίδωσι, καὶ χώραν εἰς διατροφὴν καὶ γενόμενον ἐν ἡλικίᾳ λίαν ἠγάπα, ὡς καὶ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς αὐτῷ δοῦναι πρὸς γάμον τὴν ἀδελφὴν, ὄνομα Θαφίνην· ἐξ ἧς υἱὸς αὐτῷ γενόμενος, τοῖς τοῦ βασιλέως παισὶ συνανετράφη. Ἀκούσας οὖν τὸν Δαβὶδ θάνατον ἐν Αἰγύπτῳ καὶ τὸν Ἰωάβου, προσελθὼν ἐδεῖτο τοῦ Φαραὼ ἐπιτρέπειν αὐτῷ βαδίζειν εἰς τὴν πατρίδα. τοῦ δὲ βασιλέως ἀνακρίνοντος, τίνος ἐνδεὴς ὢν, ἢ τί παθὼν ἐσπούδακε καταλείπειν αὐτὸν, [6] τότε μὲν οὐκ ἀφείθη. Ὕστερον δὲ καθ' ὃν ἤδη καιρὸν Σολομῶντι τὰ πράγματα κακῶς εἶχε διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας καὶ παρανομίας, καὶ τὴν ὀργὴν τὴν ἐπ' αὐτοῖς τοῦ θεοῦ, [7] συγχωρήσαντος τοῦ Φαραὼ, ὁ

proverbio: *Non metuendum metuis metum.* Dicitur de iis, qui non timenda timent.

Ἀδέητος. Qui nulla re indiget, & qui omnia habet. Antipho in primo *de Veritate: Propterea nulla re indiget, nec a quoquam quidquam accipit: sed est immensus, & nullius opera indigens.*

Ἀδεκάστως. Sine ulla participatione. Juste. Incorrupte. Recte.

Ἀδεκατεύτους. Res, quarum decimas vel vectigal quis non solvit. Aristophanes. Decima enim pars eorum, quæ Diis immolabantur, Prytanibus dari solebat.

Ἀδεκτώ. Adecto. Nomen Dæmonis.

Ἀδελφά. Similia. Convenientia. Decentia.

Ἀδέλφιος. Nomen proprium.

Ἀδελφεός. Frater. Ἀδελφιδοῦς vero, fratris vel sororis filius. Et Ἀδελφίζειν, fratrem vocare. Sic Isocrates, & Hecatæus Milesius, & Apollophanes hac voce usi sunt. Et fœmininum, Ἀδελφιδῆ. Alyattes Lydorum Rex sororem suam incesto polluit.

Ἀδελφὸς π. Frater adsit. Significat, cognatis tempore necessitatis potius succurrendum esse quam aliis.

Ἀδέση. Garrula. Quædam.

Ἀδερβός. Aderbus. Nomen proprium.

Ἄδερ. Ader. Ille sceleratus, qui insurrexit in Salomonem. Hic gente erat Idumæus, & genere regio oriundus. Cum autem Joabus, Davidis dux, Idumæam subegisset, atque omnes adultos, & qui arma ferre poterant, occidisset sex mensium spatio: hic fuga elapsus ad Pharaonem Regem Ægypti se contulit. Ille vero homini comiter excepto & domum dedit & agrum, unde viveret; adultumque adeo dilexit, ut uxoris suæ sororem, nomine Taphinam, ipsi in matrimonium daret: ex qua natus ei filius, cum regiis liberis est educatus. Audita igitur in Ægypto Davidis & Joabi morte, Pharaonem rogavit, ut sibi in patriam ire permitteret. At Rege interrogante, qua re indigens, vel qua alia de causa a se discedere cuperet, tunc quidem dimissus non est. Postea vero, afflictis jam rebus Salomonis, ob causas ante dictas, & peccata ejus, & Dei propter illa indignationem, permissu Pharaonis Aderus in Idumæam venit: regnoque Syriæ potitus, Is-

1 Ἀριστοφάνης] Locus Comici, quem Suidas respexit, exstat in *Equitibus*, p. 304. ubi Cleon sic inducitur loquens:

Καί σε φανῶ τοῖς Πρυτάνεσιν
Ἀδεκατεύτους τῶν θεῶν ἱε-
ρὰς ἔχοντα κοιλίας.

Ubi Scholiasta: Ἀδεκατεύτους] Μὴ δεδωκότα ἀπ' αὐτῶν τὴν δεκάτην μοῖραν τοῖς θεοῖς. Ἔθος δὲ εἶχον τὰς κοιλίας τῶν θυομένων τοῖς Πρυτάνεσιν οἱ μάγειροι διδόναι. Δίος δὲ εἰπεῖν, ἀδεκατεύτους ἔχοντα κοιλίας, ὁ δὲ ...οιας, ...εν, ὡς ἀδεκατεύτους.

2 Ὅτι Ἀλυάττης ὁ τ. Λ. β. ᾖ. τ. ἑ. ἀδελφήν] Hæc verba in uno MS. Parisiensi desunt, & in altero ad marginem scripta leguntur; certissimo indicio, hæc non ab ipso Suida, sed interpolatoribus esse profecta esse.

3 Ἀδελφὸς παρείη] Hæc auctoritate duorum MSS. inductus a capite reposui, cum in cæteris Edit. superiori articulo annexa sint. Cæterum, proverbium hoc legitur etiam apud Diogenianum.

4 Ἀδέση. ἡ φλ.] Vocabulum hoc apud alios Grammaticos non reperio. Quare de eo ἐπέχω.

5 Ἄδερ. ὁ ἀλιτ.] Totum hunc articulum Suidas descripsit ex Josepho *Antiquit. Judaic.* lib. VIII. p. 273. ubi nonnulla tamen paulo aliter leguntur.

6 Τότε μὲν οὐκ ἀφ.] Locus hic ex Josepho sic supplendus est, ἐνοχλῶν πολλάκις καὶ παρενοχλῶν τότε μὲν οὐκ ἀφ. Possunt tamen illa absque ullo sensus dispendio etiam abesse.

7 Συγχωρήσαντος τοῦ Φαραὼ] Hinc puto emendandum esse Josephum, apud quem legitur συγχωρήσαντος τοῦ θεοῦ Φαραῶνος. Apparet enim, vocem θεοῦ per errorem librarii ex loco proxime præcedenti hic repetitam esse.

Ἄδερος ἥκει εἰς τὴν Ἰδουμαίαν. ὃς τῆς Συρίας βασιλεύσας, κατέτρεχε τὴν τῶν Ἰσραηλιτῶν χώραν, ἐπιτίθεται δὲ Σολομῶντι.

Ἀδέρκων. πόλις Ἰβηρίας.

Ἀδέρκτως. οὐ προσβλέποντες, [1] ἀλλ' ἢ καταμύοντες. [2] παραμειβόμεσθα ἀδέρκτως.

Ἀδέψητον. τὸ ὠμόν.

Ἄδεια. ἄνεσις. ἀφοβία. Ἰώσηπος· [3] Οἱ δὲ στασιασταὶ [4] τοὺς Ῥωμαίους ὁρῶντες, κακῆς ὁμονοίας κατήρχοντο. καὶ λόγον ἀλλήλοις ἐδίδοσαν, τί μένοιεν; τί παθόντες ἀνέχοιντο τριχῇ τοῖς ἀναπνοαῖς αὐτῶν [5] ἀναφρασσόμενα τείχη, [6] καὶ τοῦ πολέμου μετ' ἀδείας [7] ἀντιπολεμίζοντος ἑαυτόν.

Ἄδεια. ἡ ἀφοβία. Ἐκέλευον αὐτὸν λέγειν ὅτι χρήζει μετ' ἀδείας. † Ὁ δὲ τῆς μὲν ἀδείας χάριν ὡμολόγει. τὸ δὲ ἑαυτοῦ πάθος ἐπὶ μέγα ἐξαίρων, Ῥωμαίοις ἐμέμφετο.

Ἀδειάς.[8] εἶδος ἐσχάρας.

Ἀδεής. ἄφοβος. καὶ Ἄδειος, ὁμοίως.

Ἀδείμαντα. ἄφοβα. καὶ Ἄδειμος, ὁ ἄφοβος.

Ἀδείμαντος. Κορινθίων στρατηγός, [9] ὃς ἄπολιν εἶπε τὸν Θεμιστοκλέα. Ὁ δὲ, τίς, εἶπεν, ἄπολις, ἔχων σ' τριήρεις. Τούτου καὶ Πλάτων μέμνηται [10] ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ. ἦν γὰρ τῶν περὶ τοὺς χρόνους τούτους στρατηγούντων. [11] Ἐκωμῳδοῦντο δὲ ἐπὶ πονηρίᾳ, Κλέων, Μύρμηξ, καὶ Νικόμαχος, καὶ [12] Ἀρχέμορος μετ' Ἀδειμάντου [13] τοῦ Λευκολόφου.

Ἄδειν[14] κελεύεις ὥσπερεὶ τέττιγα ἑστιῶν. διότι πολυλάλον ἐστὶ τὸ ζῶον. Ἀδεῖν δὲ, ἀρέσαι.

Ἄδεις ὥσπερ εἰς Δῆλον πλέων. [15] ἐπὶ τοῦ ἀφροντίστου καὶ φιληδοῦντος.

Ἀδηκότες.[16] ταλαιπωρήσαντες.

Ἀδήλητος. ἀσινής. ἀβλαβής. [17] Ἀγαθίας· Καὶ ἐπεδείκνυντο σῶοί τε καὶ ἀδήλητοι. Δηλῶ γὰρ τὸ βλάπτω.

Ἀδηλία. ἀορισία. ἀπειρία. Τῷ δὲ ὑπερηφανίᾳ χρωμένῳ, καὶ τὴν τοῦ πολέμου ἀδηλίαν ἥκιστα εἰς

raelitarum terram incursionibus vexavit, & Salomonem bello adortus est.

Ἀδέρκων. Adercon. Urbs Iberiæ.

Ἀδέρκτως. Non intuentes, sed oculos claudentes. *Præterimus clausis oculis.*

Ἀδέψητον. Crudum.

Ἄδεια. Remissio. Metus vacuitas. Josephus: *Seditiosi vero Romanos videntes, malam concordiam inire cœperunt, sermonesque invicem miscentes quæsiverunt, quid expectarent? quave de causa spiritum sibi tribus muris intercludi paterentur?*

Ἄδεια. Metus vacuitas [Securitas.] *Jusserunt ipsum libere & sine metu dicere, quæ vellet.* † *Ille vero impunitatis causa rem confessus est: suamque calamitatem vehementer extollens, Romanos incusabat.*

Ἀδειάς. Genus foci.

Ἀδεής. Metus expers. Et Ἄδειος, idem.

Ἀδείμαντα. Metu carentia. Et Ἄδειμος, metu carens.

Ἀδείμαντος. Adimantus. Corinthiorum Dux, qui Themistoclem vocavit patria carentem. Ille vero, Quis, inquit, patria caret, qui 200. triremes habet? Hujus etiam meminit Plato in *Protagora.* Fuit enim de numero illorum Imperatorum, qui circiter illa tempora vixerunt. Propter improbitatem autem a Comicis perstringebantur Cleon, Myrmex, & Nicomachus, & Archemorus, cum Adimanto, Leucolophi filio.

Ἄδειν κελ. Canere jubentem quasi cicadam convivio excepisset. Valde garrulum enim est hoc animal. Ἀδεῖν vero, placere.

Ἄδεις ὥσπ. Canis tanquam in Delum navigans. De homine dissoluto, & voluptatibus dedito.

Ἀδηκότες. Qui ærumnas sunt passi.

Ἀδήλητος. Illæsus. Incolumis. Agathias: *Et ostendebantur salvi & illæsi.* Δηλῶ enim significat lædo.

Ἀδηλία. Incertitudo. Ignorantia. *Illi vero, homini superbo, & incertos belli eventus mi-*

1 Ἀλλ' ἢ καταμύοντες] Locus hic ex Scholiasta Sophoclis ad *Oedip. Colon.* p. 275. sic supplendus est: Ἀλλ' ἢ καταμύοντες, ἢ κάτω τείνοντες.

2 Παραμειβόμεσθ' ἀδ.] Hæc sunt verba ipsius Sophoclis loco modo laudato, ubi Chorus de Eumenidibus inquit: Ἃς τρέμομεν λέγειν Καὶ παραμειβόμεσθ' ἀδέρκτως, Ἀφώνως, ἀλόγως. Locum hunc Sophoclis Portus etiam recte observaverat.

3 Οἱ δὲ στασιασταὶ τ.] Locus hic sumptus est ex Josepho *de Bello Judaico* lib. VI. pag. 908. ex quo Suidas partim supplendus, & partim emendandus est.

4 Τοὺς Ῥωμ. ὁρ. κακῆς] Supple ex Josepho, τοὺς Ῥωμαίους ὁρῶντες στρατοπεδευομένους τριχῇ, κακῆς &c. i. e. *cum Romanos viderent exercitu in tres partes diviso castra posuisse.* Vetus Josephi interpres, quem Rufinum vulgo appellant, locum hunc aliter olim legit & distinxit, ut ex ejus versione apparet, quæ tamen verum auctoris sensum minime exprimit.

5 Ἀναφρασσόμενα] Lege ex Josepho ἀποφρασσόμενα.

6 Καὶ τοῦ πολ. μ. ἀδ. ἀντ. ἑ.] Hæc verba in versione non expressi, quoniam sensus eorum pendet ab iis, quæ proxime apud Josephum sequuntur.

7 Ἀντιπολεμίζοντος] Sic etiam legitur infra v. Πολεμίζειν. Sed ex Josepho restituendum est ἀντιπολίζοντας, quæ vox significat, urbem vel munimenta instar urbis contra aliquos exstruere, ut hostes contra obsessos facere solent.

8 Ἀδειάς. εἶδος ἐσχ.] Apud Hesychium post v. Ἀδελφίζοντες legimus Ἀδία, ἐσχάρα, βωμός. Et Alibi, Ἄδις, ἡ ἐσχάρα.

9 Ὃς ἄπολιν εἶπε τὸν Θεμ.] Vide Herodotum in *Urania* cap. LXI. & Plutarchum in *Themistocle* pag. 117.

10 Ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ] Pag. 195. G.

11 Ἐκωμῳδοῦντο δὲ ἐπὶ πον.] Vide Aristoph. *Ran.* p. 188. Edit Basil. quem locum Suidas respexit, ut recte a Porto observatum fuerat.

12 Ἀρχέμορος] Apud Aristoph. loco laudato idem vocatur Ἀρχέδημος.

13 Τοῦ Λευκολόφου] Apud Platonem, loco paulo ante citato, Adimanthus hic vocatur filius Λευκολοφίδου.

14 Ἄδειν κελεύεις ὥσπ.] Non displicet opinio Porti, qui locum hunc sic legendum & distinguendum putat:

Ἄδειν κελεύεις ὥσπερεὶ τινα τέττιγ' ἑστιῶν.

15 Ἐπὶ τοῦ ἀφρ. καὶ φιληδ.] Zenobius addit: Εὐχερεῖς γὰρ οἱ περὶ τὴν Δῆλον πλέοντες, ἐφ' οἱ ὅλως καταίροντες ἀδιαφορήσαντες πλέοντες ᾔδον.

16 Ἀδηκότες] Vide Hesychium & Etymologum h. v.

17 Ἀγαθίας] Locus iste exstat apud Agathiam lib. 1. p. 24.

νῦν βαλλομένῳ, ἠλπίζετο ῥᾳδίως αἱρήσειν τὸν βάρβαρον. Ἀδηλία δὲ, ἡ κρυφιότης.

Ἀδηλώσας. ἀγνώριστον ποιήσας. Ὁ δὲ ἀδηλώσας ἑαυτὸν πιναρᾷ στολῇ, καὶ λαβὼν δρέπανον ὡς ἂν γῆς ἐργάτης.

Ἀδημονία. ἡ φροντίς.

Ἀδημονῶ. τὸ λίαν λυποῦμαι. Ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἠδημόνει, καὶ ἡσυχίαν εἶχεν ὑπὸ τοῦ παρόντος κακοῦ. καὶ Ἀδημονούσης, ἀπορούσης.

Ἀδημονῶν. ἀγωνιῶν. ἀκηδιῶν. καὶ Ἀδημονέστερος, ἀντὶ τοῦ ἀγωνιστικώτερος. Ὢν δὲ τοῦ προσήκοντος ἀδημονέστερος, ἀντεῖχε τούτῳ.

Ἄδην. ἅλις. ἢ εἰς κόρον. ἱκανῶς. δαψιλῶς. ἢ λάβρως. κατακόρως. Ἐν Χαρμίδῃ· Ἐπεὶ δὲ τῶν τοιούτων ἄδην ἔχομεν. καὶ Ἡρόδοτος· Ὡς δὲ ἄδην εἶχον κτείνοντες, τὰ λοιπὰ αὐτῶν ἤλαυνον. † Ἐπινεμομένου τε ἄδην τοῦ πυρὸς τὰς ἀγχοῦ τειχῶν οἰκίας, ταραχῆς ἐπλήσθη ἡ πόλις. Καὶ αὖθις· Οἱ δὲ οἴνῳ ἄδην ἐχρῶντο ἑσπέρας καὶ ἐς νύκτα τελευτῶντες. Καὶ αὖθις· Οἱ [1] δὲ ἄδην καὶ ἀπείρως σπῶσι τοῦ οἴνου. Καὶ ἀναπεσόντες ἔκειντο ὡς ἔτυχεν αὐτῶν ἕκαστος εἰκῇ. Καὶ αὖθις· [2] Τοῦ δὲ οἴνου καὶ τῶν ἄλλων ἄδην ἐνεπίπλαντο οἱ Κελτοὶ, τήν τε φύσιν ὄντες ἀκρατεῖς, καὶ χώραν ἔχοντες ὅτι μὴ πρὸς δημητριακοὺς καρποὺς τῶν ἄλλων ἄγονον καὶ ἀφυᾶ. τά τε σώματα αὐτοῖς μεγάλα ὄντα, καὶ τρυφηλὰ, καὶ σαρκῶν ὑγρῶν μεστὰ, καὶ ὑπὸ τῆς ἀδηφαγίας καὶ μέθης ἐς ὄγκον καὶ βάρος ἐξεχεῖτο· ἐς δρόμους δὲ καὶ πόνους ἀδύνατα πάμπαν. καὶ ἀπὸ ἱδρῶτος καὶ ἄσθματος, [3] ὅπου τι δέοι κάμνειν, ἐξελύοντο ταχέως. Καὶ αὖθις· [4] Οἱ δὲ βασιλικοὶ ἐν ἐξουσίᾳ γενόμενοι τοῦ ἄδην τὰ δημόσια καταναλίσκειν, Συβαριτικῶς τὸν νέον κραιπαλᾷν ἐνῆγον.

Ἀδηῶς. ἁπλῶς, καὶ ἀταλαιπώρως. κατὰ στέρησιν τῆς δηΐας, καὶ μεριμνῶν.

Ἀδήριτος. ἀνίκητος. ἄμαχος. ἀκαταπόνητος. Τὴν [5] λείαν τῶν πολεμίων ἤλπισεν ἀδήριτον περιαιρεῖν. ἀντὶ τοῦ ἄμαχον. καὶ Ἀδηρίτως, ἀφιλονείκως.

Ἄδης. [6] Ἄδη δυσκίνητε, τί τὴν ἐπέραστον ἑταίραν
Ἥρπασας; ἦ καὶ σὴν Κύπρις ἔμηνε φρένα;

Ἀδήσεις. ἀρέσεις.

Ἀδηφαγία. ἡ ἀπληστία. καὶ Ἀδηφάγος, ἀθρόως ἐσθίων, πολυφάγος, γαστρίμαργος. [7] Ἀδηφάγοι τριήρεις λέγοιντ' ἂν αἱ ἐντελόμισθοι, καὶ πολλὰ ἀναλίσκουσαι, ἐκ μεταφορᾶς τῶν τελείων καὶ ἀγωνιστῶν

*nime secum reputanti spes erat, se Barbarum facile superaturum esse.* Ἀδηλία significat rem occultam & absconditam.

Ἀδηλώσας. Ignotam speciem inducens. *Ille vero sordida veste indutus, & velut agricola, falce sumpta, se omnibus ignotum reddidit.*

Ἀδημονία. Cura. Solicitudo.

Ἀδημονῶ. Vehementer doleo. *Ille primum quidem dolore anxius ob præsens malum quiescebat.* Et Ἀδημονούσης, cum ad angustias redactam se sentiret.

Ἀδημονῶν. Animo anxius. Solicitus. Et Ἀδημονέστερος, Certaminis cupidior. *Cum autem supra modum esset certaminis cupidus, illi restitit.*

Ἄδην. Satis. Vel, ad satietatem usque. Abunde. Vel, vehementer. In Charmide: *Siquidem talia ad satietatem usque habemus.* Et Herodotus: *Cum autem cæde satiati essent, reliqua ipsorum abegerunt.* † *Igne autem ædes muris vicinas longe lateque depascente, urbs tumultu repleta est.* Et rursus: *Illi vero & vesperi & nocte vino sese ingurgitabant.* Et rursus: *Illi vero, affatim & supra modum vino hausto, prostrati & passim fusi temere jacebant.* Et rursus: *Galli autem vino aliisque rebus affatim sese replebant, quippe natura intemperantes, & terram incolentes, quæ nihil præter Cereales fruges producit. Quare corpora illorum natura magna, delicata & molli carne distenta, præ nimia cibi & potus copia in molem & pondus iners soluta, cursus & labores neutiquam ferre poterant, sed anhelitu & sudore, ubi molestia aliqua exantlanda erat, cito diffluebant.* Et rursus: *Aulici vero, nacti potestatem pecuniam publicam luxu perdendi, adolescentem impulerunt, ut more Sybaritico ebrietati indulgeret.*

Ἀδηῶς. Simpliciter. Sine molestia. Vox enim ista privationem δηΐας, i. e. curarum significat.

Ἀδήριτος. Invictus. Expers prælii. Qui nullo labore fatigari potest. *Prædam hostium se absque prælio ablaturum speravit.* Et Ἀδηρίτως, absque contentione.

Ἄδης. *Orce inexorabilis, cur amabilem amicam*
*Rapuisti? An & tuam Venus amore inflammavit mentem?*

Ἀδήσεις. Placebis.

Ἀδηφαγία. Insatiabilis edendi aviditas. Et Ἀδηφάγος. Cibo se ingurgitans. Edax. Gulosus. Triremes Ἀδηφάγοι dici possunt eæ, quæ plenum stipendium accipiunt, & multa consumunt; per metaphoram ab equis per-

1 Οἱ δὲ ἄδην κ.] Eadem leguntur infra v. Ἀναπεσόντες.

2 Τοῦ δὲ οἴνου κ. τ. ἄλ.] Fragmentum hoc esse Appiani discimus ex Excerptis Peiresc. a Valesio editis, pag. 557. & 558. ubi hæc inter Excerpta ex Appiano ipsissimis verbis leguntur.

3 Ὅπου τι δέοι] In prioribus Edit. post δέοι desideratur vox κάμνειν, quam ex Appiano huic loco restituendam putavi.

4 Οἱ δὲ βασιλικοὶ ἐν ἐξ.] Locum integrum auctoris, cujus hoc est ἀποσπασμάτιον, Suidas adducit infra v. Ζήνων. βασιλ.

5 Τὴν λείαν τῶν πολ.] Hæc stilum Polybii sapiunt, qui lib. III. cap. XCIII. de Fabio ipsissimis pene verbis inquit: Τὴν μὲν λείαν αὐτῶν ἤλπισεν ἀδηρίτως περιαιρεῖν· quem locum acceptum refero eruditissimo viro Jacobo Gronovio, qui eum ad Fragmenta Polybii e Suida collecta observavit.

6 Ἄδη δυσκίνητε] Est pars Epigrammatis in Laidem meretricem, quod integrum legitur Anthol. lib. III. p. 329. ut a Porto etiam observatum fuerat.

7 Ἀδηφάγοι τριήρ.] De significatione vocis ἀδηφάγος eadem habent Harpocratio, Hesychius, & Eustathius ad Odyss. Λ. p. 1394. Vide etiam Pollucem lib. I. cap. IX. num. 25.

ἵππαιαν. Ἀλκαῖος δὲ [1] ἐν τῷ Κωμῳδοτραγῳδῷ [2] τοὺς πότας λύχνους ἀδηφάγους εἶπεν.

Ἀδῄωτον. ἀπόρθητον. Οἱ δὲ τὴν γῆν ἀδῄωτον ἔχειν ἐθέλοντες, ὡμολόγησαν ἀργυρίου σταθμὰ δισχίλια δώσειν.

Ἀδιαβηνή. [3] αὕτη ἡ χώρα κεῖται πρὸ τῆς Μεσοποταμίας ὡς ἐπὶ ἀνατολὴν πέραν τοῦ Τίγρητος. ἐν αὐτῇ δέ ἐστι καὶ ἡ ἄσφαλτος [4] ἡ λεγομένη Νάφθα. Λέγεται δὲ Ἀδιαβηνή, διὰ τὸ εἶναι πλείους ποταμοὺς ἐν αὐτῇ, καὶ δυσχερεστέραν ποιεῖν τὴν διάβασιν. Ἐκεῖ που ἐστὶ καὶ ἡ Νινευΐ. τοσαύτην δὲ ἀσφάλειαν ποιεῖ τοῖς κτίσμασιν ἡ ἄσφαλτος, ὥς τε ταῖς ὀπταῖς πλίνθοις, καὶ τοῖς λεπτοῖς λίθοις συμμιγεῖσα, ἰσχυροτέρα γίνεται παντὸς σιδήρου. Ἐκεῖσε δέ ἐστι καὶ τὸ Ἄορνον στόμιον, ἐξ οὗ δεινὸν πνεῦμα ἀναδίδεται, ὥστε πᾶν μὲν ἐπίγειον ζῶον, πᾶν δὲ πτηνὸν ἀποφθείρεσθαι, καὶ εἰ πρὸς τὸ τυχὸν ὀσφρήσαιτο. [5] καὶ εἰ ἐσκεδάννυτο, οὐκ ἂν ᾠκίσθη ὁ χῶρος. [6] ἀλλὰ κατ' εὐθεῖαν ἄνεισι, καὶ ὀλίγον ἀνερχόμενον πάλιν ἀντανακλᾶται· καὶ ἐκ τούτου τά τε ἐν ὑψηλοτέρῳ πετόμενα σώζεται, καὶ [7] τὰ πέριξ νεμόμενα. καὶ Ἀδιαβηνός.

Ἀδιάδραστον. ἄφυκτον. Καταπλαγείη δ' ἄν τις τὸ ἀδιάδραστον τῆς δίκης ἐκ τῆς συμβάσης τούτῳ τιμωρίας.

Ἀδιάκριτος. ἀδιαχώριστος. λαμβάνεται δὲ, καὶ ἐπὶ τῶν μὴ γινωσκόντων τὰ δέοντα, [8] ἢ ἀφρόνως φλυαρούντων.

Ἀδιάλειπτον.

Ἀδιαλώβητον. ἀβλαβές.

Ἀδιάρθρωτον. ἄσημον. ἀτράνωτον.

Ἀδιάσκευον. ἀκόσμητον. ἀνεπιμέλητον. Ὁ δὲ λαβὼν ἵππον ἀδιάσκευον, καὶ καθωπλισμένον ἀνεπίφαντον, βάδην προσήλαυνε [9] πρὸς τοὺς πολεμίους.

Ἀδιάστατον. τὸ μήπω διεστηκὸς, μηδὲ διακεκριμένον. Ἀντιφῶν εἶπεν.

Ἀδιαφορία. ἀμέλεια. χωρὶς παρατηρήσεως. [10] Τὸ δὲ ἀδιάφορον, διχῶς λέγεται. ἅπαξ μὲν, τὸ μήτε πρὸς εὐδαιμονίαν, μήτε πρὸς κακοδαιμονίαν συνεργοῦν· ὡς ἔχει πλοῦτος, δόξα, ὑγίεια, ἰσχὺς, καὶ τὰ ὅμοια. ἐνδέχεται γὰρ καὶ χωρὶς τούτων εὐδαιμονεῖν, τῆς ποιᾶς αὐτῶν χρήσεως εὐδαιμονικῆς οὔσης, ἢ κα-

fectis & certamini assuetis ductam. Alcæus vero in *Comœdotragœdo* bibulas lucernas ἀδηφάγους vocavit.

Ἀδῄωτον. Non vastatum. *Illi vero agrum a vastatione immunem habere cupientes, se bis mille argenti pondo daturos promiserunt.*

Ἀδιαβηνή. Adiabene. Hæc regio sita est ante Mesopotamiam, orientem versus, ultra Tigridem. In ea vero est etiam bitumen, quæ Naphtha dicitur. Dicitur autem Adiabene, quod in ipsa plures sint fluvii, qui transitum ejus difficilem reddunt. Illic etiam sita est Ninive. Tantam vero firmitatem ædificiis affert hoc bitumen, ut cum coctis lateribus parvisque lapillis commixtum, quovis ferro validius evadat. Illic etiam est Averni ostium, ex quo dirus halitus exspirat, adeo ut omne terrestre animal, omnemque volucrem interimat, si forte vel minimus inde odor ad nares eorum pervenerit. Qui si spargeretur, locus ille non posset habitari. Verum recta linea ex faucibus sursum exit, & cum paululum ascendit, rursus refringitur: quod volucribus in sublimi volantibus, & pecoribus circum pascentibus saluti est. Hinc dicitur Adiabenus.

Ἀδιάδραστον. Inevitabile. *Hujus pœnam qui secum animo reputaverit, merito inevitabilem Numinis vindictam horreat.*

Ἀδιάκριτος. Indiscretus. Dicitur etiam de illis, qui nesciunt quid cuique loco & tempori conveniat, vel qui stulte quidvis effutiunt.

Ἀδιάλειπτον. [Perpetuum. Assiduum.]

Ἀδιαλώβητον. Illæsum.

Ἀδιάρθρωτον. Inarticulatum. Non perspicuum.

Ἀδιάσκευον. Incultum. Neglectum. *Ille vero cum cepisset equum incultum, & armaturam nullo ornatu insignem, pedetentim ad hostes accessit.*

Ἀδιάστατον. Quod nondum est distinctum, neque discretum. Antipho.

Ἀδιαφορία. Indifferentia. Rei alicujus neglectus. Ἀδιάφορον vero, sive Indifferens, duplici modo accipitur. Uno quidem, cum aliquid nec ad felicitatem nec infelicitatem quicquam conferre dicitur; ut sunt divitiæ, gloria, bona valetudo, robur, & similia. Licet enim vel sine istis felicem esse, cum talis eorum sit

1 Ἐν τῷ κωμῳδοτραγῳδῷ] Apud Harpocrationem legitur, ἐν τῇ κωμῳδοτραγῳδίᾳ.

2 Τοὺς πότας λύχνους] Apud Aristoph. in *Nubib.* p. 126. Strepsiades inquit: Οἴμοι τί γάρ μοι τὸν πότην ἧψας λύχνον· ubi Scholiastes: Πότης. Ἀττικῶς ὁ πολὺν ἀναλίσκων. Vide etiam Suidam v. Πότης λύχνος.

3 Ἀδιαβηνή. αὕτη ἡ χ.] Quæ de Adiabena regione hic tradit Suidas, iisdem pene verbis leguntur etiam apud Codinum de *Origin. Constantinopol.* pag. 13. ut vix dubitem, ex eodem auctore utrumque sua descripsisse. Præter Codinum cum hoc loco Suidæ conferendus est Ammianus Marcellinus lib. XXIII. p. 251. itemque legendi sunt Salmasius ad Solinum, pag. 492. Edit. Ultraj. Holstenius & Berkelius ad Stephanum v. Ἀδιαβηνή; & Lambecius ad modo indicatum locum Codini: a quibus viris doctis omnia præcepta esse video, quæ ad locum hunc illustrandum dici poterant.

4 Ἡ λεγομένη Νάφθα] Legenda sunt quæ de Naptha hac erudite observavit Henr. Valesius ad supra laudatum locum Ammiani Marcellini. Vide etiam infra v. Φάρμακον, ubi docemur, Naphtham *Medeæ oleum* a Græcis vocatam fuisse.

5 Καὶ εἰ ἐσκεδάννυτο, οὐκ ἂν ᾠκίσθη ὁ χῶρος] Hæc desunt apud Codinum, qui proinde ex hoc loco Suidæ supplendus est.

6 Ἀλλὰ κατ' εὐθεῖαν] Apud Codinum legitur, ἀλλ' εἰ κατ' εὐθεῖαν ἐξέρχεται· ὀλίγον δὲ ἀνερχόμενον ἄνεισι καὶ πάλιν ἀντανακλᾶται.

7 Καὶ τὰ πέριξ νεμόμενα] Post ista verba Codex Vaticanus Codini addit: Λέγει δὲ ὁ Δίων τοιοῦτον ὑπάρχειν ἐν Ἱεραπόλει τῆς Ἀσίας, ὅπερ πάντα τὰ ὀσφραινόμενα φθείρει, πλὴν τῶν εὐνούχων. Lege ibi Lambecium: a quo tamen video prætermissum esse locum Philostrati in *Vita Apollon.* lib. II. c. V. p. 66. qui huc facit.

8 Ἢ ἀφρόνως φλυαρ.] Idem significat ἀμετροεπὴς apud Homerum Il. B. v. 246. ubi Epithetum istud Thersiti tribuitur, cui homini os erat ἀχάλινον, ἀκρατὲς, ἀπύλωτον, ut Comici verbis utar.

9 Πρὸς τοὺς πολεμίους] Sic in 2 MSS. exaratum reperi. In prioribus Edit. vero legitur εἰς τοὺς πολεμίους.

10 Τὸ δὲ ἀδιάφορον διχῶς λ.] Totus hic locus, in quo de rebus indifferentibus disputatur, sumptus est ex Laertio in Vita Zenonis, lib. VII, Sect. 104. quod miror Wolfio & Porto non suboluisse.

κοδαι-

κοδαιμονικῆς. Ἄλλως δὲ λέγεται ἀδιάφορον, τὸ μήτε ὁρμῆς, μήτε ἀφορμῆς κινητικόν, ὡς ἔχει τὸ ἀρτίας ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τρίχας, ἢ περιττάς· ἢ ἐκτεῖναι τὸν δάκτυλον, ἢ συστεῖλαι. τῶν προτέρων ἀδιαφόρων οὐκ ἔτ' οὕτω λεγομένων. Ὁρμῆς γάρ ἐστιν ἐκεῖνα, καὶ ἀφορμῆς κινητικά. Διὸ τὰ μὲν αὐτῶν ἐκλέγεται· τῶν δ' ἑτέρων ἐπίσης ἐχόντων πρὸς αἵρεσιν, καὶ φυγήν. Τῶν ἀδιαφόρων, τὰ μὲν λέγουσι [1] προηγμένα, τὰ δὲ, ἀποπροηγμένα. Προηγμένα μὲν, τὰ ἔχοντα ἀξίαν. Ἀποπροηγμένα δὲ, τὰ ἔχοντα ἀπαξίαν. Ἀξίαν δὲ, τὴν μέν τινα σύμβλησιν πρὸς τὸν ὁμολογούμενον βίον· ἥτις ἐστὶ περὶ πᾶν ἀγαθόν· τὴν δὲ, εἶναι μέσην τινὰ δύναμιν, ἢ χρείαν [2] συλλαμβανομένην πρὸς τὸν κατὰ φύσιν βίον. ὅμοιον εἰπεῖν, ἥν τινα εἰσφέρεται εἰς τὸν κατὰ φύσιν βίον, πλοῦτος, ὑγεία. [3] τὴν δὲ εὐεξίαν, ἀμοιβὴν δοκιμαστοῦ· ἣν ἂν ὁ ἔμπειρος τῶν πραγμάτων τάξῃ. ὅμοιον εἰπεῖν, [4] ἀμείβεσθαι πυροὺς πρὸς τὰς σὺν ἡμιόνῳ κριθάς. Προηγμένα μὲν οὖν εἶναι, ἃ καὶ ἀξίαν ἔχει· οἷον ἐπὶ μὲν τῶν ψυχικῶν εὐφυΐαν, τέχνην, προκοπὴν, καὶ τὰ ὅμοια. ἐπὶ δὲ τῶν σωματικῶν, ζωὴν, ὑγείαν, ῥώμην, εὐεξίαν, ἀρτιότητα, κάλλος. ἐπὶ δὲ τῶν ἐκτὸς, πλοῦτον, δόξαν, εὐγένειαν, καὶ τὰ ὅμοια. Ἀποπροηγμένα δὲ, ἐπὶ μὲν τῶν ψυχικῶν, ἀφυΐαν, ἀτεχνίαν, καὶ τὰ ὅμοια. ἐπὶ δὲ τῶν σωματικῶν, θάνατον, νόσον, ἀσθένειαν, καχεξίαν, πήρωσιν, αἶσχος, καὶ τὰ ὅμοια. ἐπὶ δὲ τῶν ἐκτὸς, πενίαν, ἀδοξίαν, δυσμένειαν, καὶ τὰ παραπλήσια. Οὔτε δὲ προήχθη, οὔτε ἀποπροήχθη, τὰ μηδετέρως ἔχοντα. Ἔτι τῶν προηγμένων τὰ μὲν δι' αὐτὰ προῆκται· τὰ δὲ δι' ἕτερα· τὰ δὲ, καὶ δι' αὐτὰ, καὶ δι' ἕτερα. δι' αὐτὰ μὲν, εὐφυΐα, προκοπὴ, καὶ τὰ ὅμοια. δι' ἕτερα δὲ, πλοῦτος, εὐγένεια, καὶ τὰ ὅμοια. δι' ἕτερα δὲ, καὶ δι' αὐτὰ, ἰσχὺς, εὐαισθησία, ἀρτιότης. δι' αὐτὰ μὲν, ὅτι κατὰ φύσιν ἐστί. δι' ἕτερα δὲ, ὅτι περιποιεῖ χρείας οὐκ ὀλίγας. Ὁμοίως δὲ ἔχει καὶ τὸ [5] ἀποπροηγμένον κατὰ τὸν ἐναντίον λόγον.

qualitas, ut pro diverso usu vel felicem vel infelicem aliquem reddere queant. Alio vero sensu dicuntur ἀδιάφορα, quæ neque appetitum, neque aversationem in nobis excitant: cujusmodi est, pares habere capitis pilos, aut impares; extendere digitum, vel contrahere. Priora enim, quæ diximus, indifferentia haud eodem modo se habent, quoniam appetitum & aversationem movent. Inde quædam horum eliguntur: illa vero talia sunt, ut nihil intersit, sive ea eligas, sive asperneris. Porro, indifferentium quædam *præposita* dicunt, quædam *rejecta*. Illa, quæ æstimationem aliquam habeant: hæc, quæ nullam. Æstimationem vero vocant, aliam quidem, quæ conferat aliquid ad vitam rationi consentaneam; eaque ad omne bonorum genus pertinet: aliam vero, vim quandam mediam, sive utilitatem, quæ vitam secundum naturam agendam adjuvet. Quod perinde est, ac si dicas, quem usum ad vitam secundum naturam degendam conferunt opes & sanitas. Aliam vero esse æstimationem, compensationem æstimatoris, sive quam peritus rerum æstimator statuerit. Id autem idem est ac si dicas, permutare triticum cum hordeo & mulo. Esse igitur *præposita*, quæ & æstimationem habeant: ut in iis quidem, quæ ad animum pertinent, naturæ dexteritatem, artem, profectum, & similia. In rebus vero ad corpus pertinentibus, vitam, valetudinem, robur, bonam habitudinem, membrorum integritatem, pulchritudinem. In externis vero, divitias, gloriam, generis nobilitatem, & similia. *Rejecta* vero esse, in iis quidem quæ ad animum pertinent, ingenium inhabile, artium imperitiam, & similia. In rebus ad corpus pertinentibus, mortem, morbum, infirmitatem, malam habitudinem, membrorum mutilationem, deformitatem, & similia. In rebus externis vero, paupertatem, nominis obscuritatem, ignobilitatem, & similia. Neque *præposita* vero sunt, neque *rejecta*, quæ neutro modo se habent. Præterea, *præpositorum* alia quidem propter se ipsa *præposita* sunt; alia vero, propter alia; alia denique, & propter se ipsa, & propter alia. Propter se ipsa quidem; ingenii dexteritas, profectus, & similia. Propter alia vero; divitiæ, generis nobilitas, & similia. Propter alia denique, & se ipsa; robur, sensuum vigor, membrorum integritas. Propter se ipsa quidem, quia secundum naturam sunt. Propter alia vero, quia non paucas utilitates adferunt. Eodem modo se habet & *rejectum*, contraria ratione.

Ἀδιαίτητος. ἀλλότριος. ἀήθης.

Ἀδιεξίτητον. ἀδιεξέλευστον.

Ἀδίη. λύπη.

Ἀδιήγητον. τὸ μὴ δυνάμενον δι' ὑπερβολὴν κα-

Ἀδιαίτητος. Alienus. Insuetus.

Ἀδιεξίτητον. Transitu carens.

Ἀδίη. Tristitia.

Ἀδιήγητον. Quod propter mali magnitudi-

1 Προηγμένα, τὰ δὲ ἀποπροηγμένα.] Lege ex Laertio προηγμένα καὶ ἀποπροηγμένα: & sic in locis sequentibus ubi eædem voces occurrunt, quas, Ciceronem secutus, Latine verti *præposita* & *rejecta*. Quid autem illæ voces apud Stoicos significent notum est non solum ex hoc loco Suidæ, vel potius Laertii, sed etiam ex Cicerone, Seneca, Sexto Empirico, & aliis. Veteribus his adde recentiores, Lipsium in Manuductione ad Philosoph. Stoicam, Dissert. XXIII. & XXIV. Gatakerum ad Marc. Antoninum lib. III. §. XI. & commentatores ad laudatum locum Laertii.

2 Συλλαμβανομένην] Apud Laertium legitur συμβαλλομένην.

3 Τὴν δὲ εὐεξίαν] Corrige ex Laertio, τὴν δ', εἶναι ἀξίαν.

4 Ἀμείβεσθαι πυροὺς πρὸς τ. σ. ἡμιόνῳ κρ.] Locus est obscurus & ὕπουλος; quem omnes interpretes Laertii silentio prætermiserunt, præter Kuhnium, qui in eo restituendo vires ingenii sui periclitatus est, & pro ἡμιόνῳ legendum contendit ἡμιόλῳ vel ἡμιολίῳ, quæ vox sescuplum significat. Existimat enim pretium tritici habuisse rationem sescupli ad pretium hordei, & legitimam compensationem fuisse, si e. g. sex modii tritici cum novem hordei permutarentur. Conjectura ista viri docti mihi non displicet, & in ea acquiescam, donec melius quid in mentem venire. Secundum hanc igitur sententiam locus iste Laertii sic vertendus est, *permutare triticum cum sescuplo hordei*.

5 Ἀποπροηγμένον] In cæteris Edit. male legitur προηγμένον, pro quo ex Laertio reponendum est ἀποπροηγμένον.

κοῦ διηγηθεῖσαι. Ὥς τ' ἀδιήγητον κακὸν γενέσθαι.

Ἀδικεῖν. αἰτιατικῇ. τὸ βλάπτειν ἑκόντα. Τὸ δὲ μὴ ἀδικεῖσθαι Θεὸν ἔνδοξον, καὶ ἐναργές. ὑπ' οὐδενὸς γὰρ Θεὸς ἀδικεῖται.

Ἀδικία. παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ, ἡ τῶν εἰδώλων ἀπάτη. Ἔχουσι γὰρ τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατέχοντες, ὅσοι τὸ σέβας τοῦ Θεοῦ περιπέμπουσιν εἰδώλοις. τὸ δὲ κατεχόντων, ἀντὶ τοῦ φυλαττόντων.

Ἀδικίου.[1] οἷον ἀδικήματος. ἔστι δὲ ὄνομα δίκης. ἀποτίνεται δὲ τοῦτο ἁπλοῦν, ἐὰν πρὸ τῆς ἐνάτης πρυτανείας ἀποδοθῇ. εἰ δὲ μὴ, διπλοῦν καταβάλλεται.

Ἀδικία. Πλάτων φησὶ τὴν ἀδικίαν νόσον ψυχῆς εἶναι. μηδεμία δὲ νόσος ψυχῆς ὠφέλιμός ἐστι. καὶ οὕτως πᾶσα κακία βλαβερά ἐστι τῷ ἔχοντι αὐτήν. ἡ δὲ ἀδικία, κακία. οὐκοῦν βλαβερόν. ἡ γὰρ ἀδικία καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν ἀδικεῖ, παρ' ὅσον αὕτη σφετερίζεται. ἔστι δὲ καὶ φθαρτικὴ τοῦτο μὲν τῆς ἐν πόλει κοινωνίας· τοῦτο δὲ τῆς πάσης συναλλαγῆς. Ἐναντία δὲ καὶ παρὰ φύσιν τοῖς ἀνθρώποις. οἱ γὰρ ἄνθρωποι φύσει κοινωνικοί.

Ἀδικοδοξία. παράλογος λοιδορία. [2]Ὁ δὲ στρατηγὸς οὐ δυνάμενος ἐνεγκεῖν τὴν ἀδικοδοξίαν τῶν ταῦτα λεγόντων.

Ἀδινοί. ἀντὶ τοῦ ἀθρόοι, πάντες. ἢ Ἀδινῶς, οἰκτρῶς. καὶ Ἀδινὸν τὸ ἀθρόον, ἢ [3]γοερόν.

Ἄδιον. τὸ πλάγιον.

Ἀδίοπον. ἄναρχον. ἀφύλακτον. ἀπὸ τοῦ διέπω. Δίοποι γὰρ ἐλέγοντο οἱ τῆς νεὼς φύλακες.

Ἀδιόριστον. τὸ ἀδιαχώριστον.

Ἀδμεύειν.[4] ὑγιαίνειν.

Ἀδμήτης.[5] ὁ ἀδάματος. Ἀδμῆτις δὲ γυνὴ, διὰ τοῦ ἰῶτα.

Ἄδμητος. ὄνομα κύριον.

Ἀδμήτου[6] μέλος, καὶ [7]Ἁρμοδίου. [8]ἐπὶ τῶν ῥᾳδίων καὶ εὐκόλων. τοιαῦτα μὲν γὰρ καὶ τὰ σκολιὰ λεγόμενα.

Ἀδμωλεῖν. ἀγνοεῖν. ἢ ἀγνωμονεῖν. ἀκηδιᾷν.

Ἀδμωλία. ἡ ἄγνοια παρὰ Καλλιμάχῳ. καὶ Ἀδμωλεὶ, χωρὶς δόλου, ἢ δουλείας. καὶ Ἀδμωλῶ, τὸ ἀκηδιῶ.

Ἄδμωνι τῷ Μιτυληναίῳ.

Ἀδνούμιον.[9] ἀπογραφὴ ὀνομάτων παρὰ Ῥωμαίοις. οἱ δὲ Ἀνουμῖνος, τὸ ἀδνούμιον.

nem narrari non potest. *Ita ut malum verbis exprimi non posset.*

Ἀδικεῖν. Accusativo. Dicitur de eo, qui prudens & volens alterum lædit. *Quod autem Deus lædi non possit, clarum & perspicuum est. A nullo enim Deus læditur.*

Ἀδικία. Apud Apostolum significat fallacem Idolorum culturam. Illi enim veritatem in injustitia detinent, qui cultum Deo debitum ad Idola transferunt. Κατεχόντων vero dictum est pro φυλαττόντων.

Ἀδικίου. Idem quod ἀδικήματος. Est autem actionis nomen, secundum quam simplum solvitur, si ante nonam Prytaniam redditum fuerit; sin secus, duplum.

Ἀδικία. [Injustitia.] Plato dicit, injustitiam esse morbum animi. Nullus vero morbus animi est utilis. Quare omne vitium noxium est habenti. Injustitia autem est vitium. Ergo est noxia. Injustitia enim ipsam etiam naturam lædit, quatenus aliena injuste sibi vendicat. Destruit etiam partim quidem societatem civilem, partim vero contractus omnes. Est etiam contraria naturæ hominum: quoniam illi natura societatem amant.

Ἀδικοδοξία. Absurdum convicium. *Cum autem Imperator injustam maledicentiam ferre non posset illorum, qui hæc dicebant.*

Ἀδινοί. Conferti. Frequentes. Omnes. Vel Ἀδινῶς, Miserabiliter. Et Ἀδινὸν, Confertum, vel Luctuosum.

Ἄδιον. Obliquum.

Ἀδίοπον. Rectore carens. Incustoditum. A διέπω. Δίοποι enim navis custodes vocabantur.

Ἀδιόριστον. Indistinctum.

Ἀδμεύειν. Valere.

Ἀδμήτης. Jugo non subactus. Ἀδμῆτις vero per ι de fœmina dicitur.

Ἄδμητος. Admetus. Nomen proprium.

Ἀδμήτου μέλ. Admeti & Harmodii cantilena. De rebus, quæ sunt faciles. Talia enim sunt carmina, quæ σκολιὰ vocantur.

Ἀδμωλεῖν. Ignorare. Imperitum esse. Item, Dolore affici.

Ἀδμωλία. Ignorantia apud Callimachum. Et Ἀδμωλεί. Sine dolo, vel servitute. Et Ἀδμωλῶ. Dolore afficior.

Ἄδμωνι. Admoni Mitylenæo.

Ἀδνούμιον. Descriptio nominum apud Romanos. Alii vero idem Ἀνουμῖνος vocant.

1 Ἀδικίου] Vide Harpocrationem & Etymologum.
2 Ὁ δὲ στρατηγὸς οὐ δ.] Hoc fragmentum ad Polybium refert Valesius p. 212. Excerptor. Peiresc.
3 Ἢ γοερόν] Vid. Homer. Il Σ. 316. Χ. 430. & ibi Scholiastam.
4 Ἀδμεύειν. ὑγ.] Sic etiam Etymologus. Apud Hesychium vero legimus, Ἀδμεύειν. ὑγιαίνειν, ζῇν. In MSS. vox ista deest.
5 Ἀδμήτης. ὁ ἀδάμ.] Unus MS. Paris. post hunc articulum addit, Ἀδμισσιονάλιος. ὁ τῶν Σιλεντιαρίων πρῶτος· quæ etiam legi in MS. Romano, Illustriss. Pearsonius in notula ad marginem Suidæ sui monet. Est autem Ἀδμισσιονάλιος Latine *Admissionalis*, cujus quænam in aula Constantinopolitana olim fuerit dignitas satis hic declaratur ex eo, quod Silentiariorum primus fuisse dicatur. Quodnam enim fuerit ἀξίωμα Silentiariorum, plures viri docti abunde docuerunt, nec id ignorare poterunt, qui vel Meursii vel Ducangii Glossarium inspicere voluerint.

6 Ἀδμήτου μέλος] Vide Zenobium, qui fabulam de Admeto, quæ proverbio huic locum dedit, prolixe narrat. Significat hic autem Ἀδμήτου μέλος scolium, sive carmen convivale, in Admetum cani solitum, cujus mentio fit apud Aristophanem *Vespis* p. 519. his verbis: Ἀδμήτου λόγον ὦ 'ταῖρε μαθὼν τοὺς ἀγαθοὺς φίλει. Vide ad locum illum Scholiastam, cujus verba brevitatis gratia non adduco.
7 Ἁρμοδίου] Vide infra v. Ἁρμοδίου.
8 Ἐπὶ τῶν ῥᾳδίων καὶ εὐκόλων] Infra v. Ἁρμοδίου contraria affertur explicatio, ἐπὶ τῶν δυσκόλων; ubi vide quæ notavimus. Priori autem interpretationi favent ea, quæ leguntur apud Schol. Aristoph. loco paulo ante laudato: Ἔνιοι δέ φασιν, ὡς δεῖ τὸν ἐναντίον παρασυνᾴδοντα σκολιὰ τὰ παρῄνια μέλη. Ἀπλᾶ γὰρ αὐτὰ ᾄδειν εἶναι καὶ εὔκολα, ὡς παρὰ πότον ᾀδόμενα.
9 Ἀδνούμιον] De significatione hujus vocis abunde egerunt Meursius & Ducangius in Glossariis, quos vide.

Ἀδό-

Ἀδόκητον. διεψευσμένοι. Δεδιὼς μὴ ἀφυλάκτοις αὐτοῖς ἐπιπέσοιεν· ὃ δὴ οὐκ ἀδόκητον ἐγεγόνει. ἐπεὶ καὶ λῃστεῖαι αὐτοὺς προέλαβον. καὶ Ἀδόκητος, ἀπροσδόκητος.

Ἀδοκίμαστος.[1] Δοκιμασθῆναι λέγεται εἰς ἄνδρας ἐγγραφῆναι. Ἀδοκίμαστος, ὁ μήπω ἐγγεγραμμένος. Λυσίας εἶπεν.

Ἀδόκιμος. ἀδοκίμαστος.

Ἀδολεσχία. ἀχρειία. [2]Φλυαρία. συνεχῆ. Ἀττικοὶ ἐκτείνουσι τὸ α. Ἀδολεσχία δὲ παρὰ τῇ Γραφῇ, ἡ συνεχὴς μελέτη. καὶ Ἀδολεσχήσω, ἀντὶ τοῦ διηνεκῶς μελετήσω.

Ἀδόλως. ἁπλῶς. ἀληθῶς. τὸ δὲ ψεῦδος περιπεπλεγμένον, καὶ δόλου μεστόν.

Ἀδόνητον. ἀσάλευτον.

Ἀδοξεῖται. οὐ τιμᾶται. οὐκ ἀποδεκτόν ἐστι [3] τὸ νικᾶν παρὰ Ῥωμαίοις ἄνευ παραγγέλματος. ἀδοξεῖται γάρ.

Ἀδόξαστα. τὰ παράδοξα. τὰ ἀδύνατα παρὰ Ἀριστοτέλει. ἔστι δὲ παράδοξα τὰ τοῖς ἐνδόξοις ἐναντία, ἃ οὐ πάντως ἤδη καὶ ἀδύνατά ἐστι.

Ἀδορατία. ἡ ἀστρατία. κυρίως δὲ, ἡ ἀργία.

Ἀδωροδόκητος. ὁ μὴ δωρολήπτης ὤν.

Ἀδορεί. ἀνεκδαρτί.

Ἄδορος. κώρυκος. καὶ Ἄδορον, τὸ ἀνέκδαρτον. καὶ Ἀδόροις, ἀνεκδάρτοις.

Ἀδδώ. ὄνομα κύριον.

Ἄδου κυνῆν. ἔστιν [4] ἐν τῷ Κυνῆ.

Ἀδωναΐ. Ἑβραϊστί.

Ἀδωναῖος.[5] ὁ ὑπὸ τὸν ᾅδην.

Ἀδώνειοι [6] καρποί. λέγονται οἱ μετέωροι κῆποι.

Ἀδωνία.[7] συνεσταλμένως. [8]Ἀδώνια ἄγομεν, καὶ τὸν Ἄδωνιν κλάομεν. Φερεκράτης. Καλοῦσι καὶ τὸ εἴδωλον τοῦ Ἀδώνιδος, Ἀδώνιον. καὶ [9]Ἀδωνίδειος καρπὸς, ὁ τοῦ Ἀδώνιδος.

Ἄδωνις. Ἀδώνιδος. ὄνομα κύριον. Καὶ πένθος ἦν ἱερὸν, [10] οἷον ἐν Λιβάνῳ τὸ ἐπ' Ἀδώνιδι καὶ [11] Βύβλῳ.

Ἀδόκητον. Quod [expectationem] fefellit. *Metuens ne in ipsos incautos irruerent. Quod profecto haud inexpectatum fuit, quia latronum manus ipsos praecesserat.* Et Ἀδόκητος. Inexpectatus.

Ἀδοκίμαστος. [Non probatus.] Δοκιμασθῆναι dicitur in virorum album referri. Ἀδοκίμαστος qui in album nondum relatus est. Sic Lysias.

Ἀδόκιμος. Non probatus.

Ἀδολεσχία. Intempestiva loquacitas. Garrulitas continua. Attici producunt τὸ ά. Sed in Sacra Scriptura Ἀδολεσχία vocatur assidua meditatio. Et Ἀδολεσχήσω, assidue meditabor.

Ἀδόλως. Simpliciter. Vere. Mendacium enim est perplexum, & doli plenum.

Ἀδόνητον. Inconcussum.

Ἀδοξεῖται. Non habetur in pretio. Non probatur. *Apud Romanos absque praecepto Ducis hostem vincere nulla in laude ponitur.*

Ἀδόξαστα. Apud Aristotelem sic vocantur paradoxa, & quae fieri nequeunt. Paradoxa autem appellantur, quae iis, quae vulgo creduntur, sunt contraria, & quae non omnino talia sunt, ut fieri non possint.

Ἀδορατία. Cessatio a militia. Proprie vero, otium.

Ἀδωροδόκητος. Qui donis corrumpi non potest.

Ἀδορεί. Sine excoriatione.

Ἄδορος. Saccus. Uter. Et Ἄδορον. Non excoriatum. Et Ἀδόροις. Non excoriatis.

Ἀδδώ. Addo. Nomen proprium.

Ἄδου κυνῆν. Orci galeam. Est in voce Κυνῆ.

Ἀδωναΐ. Hebraice [Dominus].

Ἀδωναῖος. Qui est sub Orco.

Ἀδώνειοι καρποί. [Adonii fructus.] Pensiles horti sic vocantur.

Ἀδωνία. Contracte. *Adonia celebramus, & Adonidem lugemus.* Pherecrates. Simulacrum quoque Adonidis vocant Adonium. Et fructus Adonius, i. e. Adonidis.

Ἄδωνις. Ἀδώνιδος. Nomen proprium. *Erat autem sacer luctus, qualis est is, qui in Libano & urbe Byblo Adonidis gratia instituitur.*

1 Ἀδοκίμαστος] Ex Harpocratione, quem cum Suida confer. Vide etiam infra v. Δοκιμασθείς.

2 Φλυαρία. συνεχῆ] Legendum est, φλυαρίας συνέχεια, vel φλυαρία συνεχής, quam lectionem in versione secutus sum.

3 Τὸ νικᾶν παρὰ Ῥωμ.] Hoc fragmentum Casaubonus ad Polybium refert: in quo vir doctissimus fallitur. Sunt enim verba Josephi *de Bello Judaico* lib. VI. p. 912. ubi locus iste sic legitur: Ὅτι καὶ τὸ νικᾶν παρὰ Ῥωμαίοις δίχα παραγγέλματος ἀδοξεῖται. Unde apparet, praecedentia illa, οὐκ ἀποδεκτόν ἐστι, esse verba ipsius Suidae, quibus vocem Ἀδοξεῖται interpretatur; non autem partem fragmenti ex alio quodam scriptore deprompti, ut Casaubonus & Portus putarunt.

4 Ἔστιν ἐν τῷ Κυνῆ] Sed ibi nihil de hoc proverbio reperias.

5 Ἀδωναῖος] Pro Ἀϊδωναῖος. Ἀϊδωνεὺς enim idem est quod Ἅδης, i. e. Infernus vel Orcus. Vide Etymol. M. v. Ἀϊδωνεύς.

6 Ἀδώνειοι καρποί] Legendum est Ἀδώνιοι κῆποι, ut Portus quoque ad hunc locum recte monuit.

7 Ἀδωνία] Imo potius Ἀδώνια, quod est nomen festi, in honorem & memoriam Adonidis olim celebrati.

8 Ἀδώνια ἄγομεν] Versus hic Iambicus ita constituendus & legendus est, Ἀδώνι' ἄγομεν καὶ τὸν Ἄδωνιν κλάομεν. Sic enim metri ratio ei constabit.

9 Ἀδωνίδειος καρπός] Sic ex 2 MSS. locum hunc restitui. Ante enim legebatur Ἀδώνιδος καρπός.

10 Οἷον] Hanc vocem ex 2 MSS. Paris. revocavi. Deest enim in prioribus Edit. Portus in loco hoc explicando frustra sese torsit, quod putaret, verba illa, καὶ πένθος ἦν ἱερὸν, & quae sequuntur, esse notam ipsius Suidae, cum sint fragmentum auctoris cujusdam anonymi, ut attentus lector facile animadvertet.

11 Βύβλῳ] Cave cum Wolfio putes τὸ Βύβλος hic esse nomen proprium hominis, cujus gratia luctus aliquis a veteribus fuerit institutus: sed haec ita cape, ut in versione expressimus. Adonidem enim in urbe Byblo olim lugeri solitum fuisse expresse testatur Lucianus *de Dea Syria*, p. 1058. his verbis: Εἶδον δὲ καὶ ἐν Βύβλῳ μέγα ἱρὸν Ἀφροδίτης Βυβλίης, ἐν τῷ καὶ τὰ ὄργια ἐς ΑΔΩΝΙΝ ἐπιτελέουσι. ἐδάην δὲ καὶ τὰ ὄργια. Λέγουσι γὰρ δὴ ὦν τὸ ἔργον τὸ ἐς Ἄδωνιν ὑπὸ τοῦ συὸς ἐν τῇ χώρῃ τῇ σφετέρῃ γενέσθαι, καὶ μνήμην τοῦ πάθεος τύπτονταί τε ἑκάστοτε, καὶ ΘΡΗΝΕΟΥΣΙ, καὶ τὰ ὄργια ἐπιτελέουσι, καὶ σφίσι μεγάλα ΠΕΝΘΕΑ ἀνὰ τὴν χώρην ἵσταται. Idem etiam testatur Procopius Gazaeus in Esaiam cap. XVIII.

Ἀδώνιδος [1] κῆποι. ἐκ θριδάκων καὶ μαράθρων, ἅπερ κατέσπειρον ἐν ὀστράκοις. λέγονται δ' ἐπὶ τῶν ἐπιπολαίων καὶ κούφων τῇ παροιμίᾳ.

Ἀδώνιδος κῆπος. ἐπὶ τῶν ἀώρων, καὶ ὀλιγοχρονίων, καὶ μὴ ἐρριζωμένων.

Ἄδων τὴν σπιθαμὴν τοῦ βίου πρὸς ἄνηθον. ἐπὶ τῶν γλίσχρων καὶ μικροψύχων.

Ἄδωρα. κακόδωρα. τὰ ἐπὶ κακῷ διδόμενα. [2] Σοφοκλῆς·

Ἐχθρῶν [3] ἄδωρα δῶρα, κοὐκ ὀνήσιμα.

Ὁ δὲ νοῦς, ὅτι μηδὲ τὰ μέγιστα τῶν ἐχθρῶν ἐφίεσθαι ἔχει. τῶν δὲ φίλων, καὶ τὰ ἐλάχιστα. καὶ Αἰλιανός· Λαβόντες ἑκάτερος [4] τῆς κόρης τὴν ἄδωρον μοῖραν, ἐν τῷ ἑαυτῶν λέχει, Τραγικὸς ἂν εἶπε ποιητὴς, ἑαυτοὺς κατέσφαξαν.

Ἀδωρεός. πόλις.

Ἀδραμύττειον. οὕτως Εὔπολις. καὶ Ἀδραμυττηνός. ὁ [5] δὲ Θουκυδίδης, Ἀτραμύττειον.

Ἀδρανές. ἀσθενές. καὶ Ἀδρανία, διὰ τοῦ ι, ἀδυναμία. ἀσθένεια. ἐν Ἐπιγράμματι·

Ἄνθετο [6] δειμαίνων γήραος ἀδρανίην.

καὶ αὖθις·

Ἐπεὶ [7] παρῳχήσατο τὸ πλεῖον
Ἥβης, ἐκ γήρως δ' ἀδρανίῃ δέδεται.

Σημαίνει δὲ καὶ ὄνομα ποταμοῦ. Ἀδράνεια δὲ, διφθόγγῳ, ἀπὸ τοῦ ἀδρανὴς ἀρσενικοῦ.

Ἀδράστεια Νέμεσις. ἣν οὐκ ἄν τις ἀποδράσειεν. Ἀδράστεια αὐτῷ Νέμεσις τιμωρὸς ὑπερόγκων καὶ ἀχαλίνων λόγων ἠκολούθησεν. Ἀδράστεια οὖν Νέμεσις, ἀπὸ Ἀδράστου. ἐπὶ τῶν πρότερον μὲν εὐδαιμονησάντων, ὕστερον δὲ δυστυχησάντων. Τῶν γὰρ [8] Ἀπογόνων, Θηβαίοις ἐπιστρατευσάντων, μόνος Αἰγιαλεὺς ἀπώλετο Ἀδράστου παῖς.

Ἀδράστεια. [9] οἱ μὲν τὴν αὐτὴν τῇ Νεμέσει λέγουσι· λαβεῖν δὲ τοὔνομα ἀπὸ Ἀδράστου τινὸς βασιλέως. ἢ ἀπὸ Ἀδράστου τοῦ παλαιοῦ, νεμεσηθέντος ἐφ' οἷς τὸν

Ἀδώνιδος κῆποι. Adonidis horti, ex lactucis & fœniculo constabant, quæ in testis seminabant. Hoc autem proverbio utuntur de rebus levibus, & quibus nihil solidi subest.

Ἀδώνιδος κῆπος. Adonidis hortus. De rebus immaturis, & exigui temporis, & quæ non egerunt altas radices, dicitur.

Ἄδων τὴν σπ. Cantans vitæ spithamam ad anethum. De tenacibus & sordidis dicitur.

Ἄδωρα. Mala dona. Dona, quæ in alicujus perniciem dantur. Sophocles:

*Inimicorum dona pernitiosa sunt, & minime utilia.*

Sensus autem est, ne maxima quidem inimicorum dona expetenda esse: amicorum vero vel minima. Item Ælianus: *Accipientes uterque infaustum puellæ munus suo se in lecto, ut Tragicus aliquis Poeta diceret, jugularunt.*

Ἀδωρεός. Urbs.

Ἀδραμύττειον. Adramytium. Sic Eupolis. Et Adramytenus. At Thucydides, Atramyttium.

Ἀδρανές. Infirmum. Et Ἀδρανία, per ι, infirmitas. Imbecillitas. In Epigrammate:

*Hæc dedicavit, formidans senectutis imbecillitatem.*

Et rursus:

*Postquam præteriit majorem partem*
*Pubertatis, & senectutis imbecillitate constrictus est.*

Significat etiam nomen fluvii. Ἀδράνεια vero per diphthongum, a masculino Ἀδρανής.

Ἀδράστεια. Adrastia Nemesis. Quam nullus vitare potest. *Adrastia Nemesis ultrix superborum & immoderatorum verborum ipsum secuta est.* (Adrastia igitur Nemesis dicta est ab Adrasto.) Dicitur hoc de illis, qui prius quidem felici rerum successu utentes, postea in calamitates incidunt. Ex Epigonis enim, qui Thebanis bellum intulerunt, solus periit Ægialeus, Adrasti filius.

Ἀδράστεια. Adrastia. Nonnulli aiunt Adrastiam & Nemesin eandem esse: nomen vero accepisse a quodam Adrasto Rege: vel ab il-

1 Ἀδώνιδος κῆποι] Horti, qui Adonidis vocabantur, erant portatiles, & in testis, vel vasibus fictilibus, pompæ gratia circumferri solebant. Constabant autem potissimum ex lactucis, ut hic Suidas, & alii Scriptores testantur: cujus rei rationem docet Hesychius v. Ἀδώνιδος κῆποι. Plura hac de re lege apud Meursium *Græc. Feriat.* v. Ἀδώνια.

2 Σοφοκλῆς] In *Aj. Flagellif.* p. 40. ut Portus observavit.

3 Ἄδωρα δῶρα] Locum hunc Sophoclis respexit Theophyl. Simocatta, lib. VII. c. XV. ubi ait: Ὁ δὲ Χαγᾶνος δυσανασχέτως εἶχε τὰ βασιλικὰ καταδέξασθαι δῶρα, μονονουχὶ τὸ τῆς Τραγῳδίας ἐπιφθεγγόμενος· Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα. i. e. *Chaganus vero Imperatoria dona accipere gravabatur, tantum non illud e Tragœdia occinens: Hostium dona non dona, nec utilia sunt.* Ἄδωρα δῶρα autem eleganter dictum est, ut μήτηρ ἀμήτωρ, apud Sophocl. *Electr.* p. 131. Ἄπολις πόλις, in Epigramm. Leonidæ Anthol. lib. 1. p. 6. Κόσμος ἄκοσμος, in Epigr. Antipatri Anthol. lib. 1. p 7. Ἄπολις πόλις, in alio Epigrammate Anthol. lib. 1. p. 151. Γάμος ἄγαμος, infra v. Ἀλῆται. & v. Διαξάνειν: aliaque multa hujus generis.

4 Τῆς κόρης τὴν ἄδωρον μοῖραν] Verba hæc obscura sunt, nec illustrari a nobis possunt, quoniam integer Æliani locus hodie non exstat.

5 Ὁ δὲ Θουκυδίδης] Lib. V. cap. 1. & lib. VIII. c. CVIII.

6 Ἄνθετο δειμαίνων γ.] Est pars Epigrammatis, quod ex Anthologia inedita integrum publici juris fecit Salmasius ad Solinum, pag. 609.

7 Ἐπεὶ παρῳχήσατο τὸ π.] Est pars Epigrammatis, quod quia nondum a quoquam editum esse memini, integrum ex Anthologia MS. hic exhibebo:

Ἀστεμφῆ ποδάγρην, καὶ δούνακας αἰθυκτῆρας,
Καὶ λίνα, καὶ γυρὸν τοῦτο λαγωβόλον,
Ἰοδόκον, καὶ τοῦτον ἐπ' ὄρτυγι τετρημένον
Αὐλὸν, καὶ πλωτῶν εὔπλεκες ἀμφίβολον,
Ἑρμείῃ Σώσιππος, ἐπεὶ παρῳχήσατο τὸ πλεῖον
Ἥβης, ἐκ γήρως δ' ἀδρανίῃ δέδεται.

*Immotam pedicam, & sagittas veloces,*
*Et retia, & curvum telum, quo lepores petuntur,*
*Pharetram, & hanc coturnicis capiendæ gratia perforatam*
*Tibiam, & aquatilium bene plexum rete*
*Mercurio Sosippus [dedicavit] postquam præteriit*
*Pubertatem, & senectutis infirmitate constrictus est.*

In ultimo disticho mihi non placet illud τὸ πλεῖον ἥβης, quoniam non convenit de sene dicere, cum majorem partem pubertatis præteriisse, cum totam utique pubertatem excessisse necesse sit eum qui tali nomine appellandus est. Quare alii, quibus plus otii est, videant, quomodo loci istius sensui consuli possit.

8 Ἀπογόνων] Recte Portus monuit, legendum hic esse Ἐπιγόνων: quo nomine appellabantur apud Græcos liberi illorum Argivorum, qui in bello ab Adrasto Thebanis illato occubuerant. Res nota est ex Pausania aliisque scriptoribus.

9 Ἀδράστεια. οἱ μὲν τ.] Eadem leguntur apud Harpocrationem h. v. Multa etiam de Adrastia habet Eustath. ad Il. B. p. 355. quæ cum hoc loco Suidæ conferenda sunt. Nec abs re erit legere, quæ hanc in rem notavit Henr. Stephanus ad Adagia Erasmi, p. 17.

Θη-

Θηβαίων καταλαζονευσαμένῳ, ἱδρυσαμένων ἱερὸν Νεμέσεως, ὃ μετὰ ταῦτα προσηγορεύθη Ἀδράστεια. Δημήτριος δὲ ὁ Σκήψιος Ἄρτεμιν φησὶν εἶναι τὴν Ἀδράστειαν, [1] ὡς ὑπὸ Ἀδράστου ταύτης ἱδρυμένην. Ὁ δὲ Ἀντίμαχος λέγει·

Ἔστι [2] δέ τις Νέμεσις μεγάλη θεὸς, ἣ τάδε πάντα
Πρὸς μακάρων ἔλαχεν. βωμὸν δέ οἱ εἵσατο πρῶτος
Ἄδρηστος, ποταμοῖο παρὰ ῥόον.

Ἔνιοι μέντοι, ὡς μὴ διαφέρουσαν συγκαταλέγουσιν αὐτὴν τῇ Νεμέσει, ὡς Μένανδρος, καὶ Νικόστρατος.

lo antiquo Adrasto, qui in Nemesis indignationem inciderat ob jactantiam adversus Thebanos, qui Nemesi templum exstruxerant, quod postea vocatum est Adrastia. Demetrius vero Scepsius ait, Adrastiam esse Dianam, sic vocatam ab Adrasto, qui ei templum consecraverat. Antimachus vero ait:

*Est autem Nemesis magna Dea, cui imperium in omnia*
*A Diis datum est. Aram vero ei erexit primus*
*Adrastus juxta fluvium* [*Æsepum.*]

Quidam illam eandem cum Nemesi statuunt, ut Menander & Nicostratus.

Ἀδραστίδης. ὄνομα κύριον. Adrastides. Nomen proprium.

Ἀδραστίνη. ἡ τοῦ Ἀδράστου θυγάτηρ. Adrastine. Adrasti filia.

Ἄδραξις. ἡ ἀπραξία. Vacuitas a negotiis.

Ἀδριανός. [3] βασιλεὺς Ῥωμαίων. ἦν δὲ τὸ γένος βουλευτοῦ πατρὸς ἐστρατηγηκότος Ἄφρου. οὕτω γὰρ ὠνομάζετο. φύσει δὲ φιλολόγος ἦν ἐν ἑκατέρᾳ τῇ γλώσσῃ, καί τινα πεζὰ, καὶ ἐν ἔπεσι ποιήματα παντοδαπὰ κατέλιπε. φιλοτιμίᾳ τε γὰρ [4] ἀπλήστως ἐχρῆτο, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ τἄλλα πάντα, καὶ τὰ βραχύτατα ἐπετήδευε. καὶ γὰρ ἔπλαττε, καὶ ἔγραφε, καὶ οὐδὲν, ὅ, τι οὐ καὶ εἰρηνικὸν καὶ πολεμικὸν καὶ βασιλικὸν καὶ ἰδιωτικὸν εἰδέναι ἔλεγε. Καὶ τοῦτο μὲν οὐδὲν που τοὺς ἀνθρώπους ἔβλαπτεν. ὁ γὰρ δὴ φθόνος αὐτοῦ δεινότατος ἐς πάντας τοὺς τινι [5] προέχοντας, ὧν πολλοὺς μὲν καθεῖλε, συχνοὺς δὲ ἀπώλεσε. βουλόμενος γὰρ πάντων ἐν πᾶσι περιεῖναι, ἐμίσει τοὺς ἔν τινι ὑπεραίροντας. κἀκ τούτου καὶ [6] τὸν Γαλάτην Φαβωρῖνον, τόν τε Διονύσιον τὸν Μιλήσιον τοὺς σοφιστὰς, καταλύειν ἐπεχείρει, τοῖς τε ἄλλοις, καὶ μάλιστα τῷ τοὺς ἀνταγωνιστὰς σφῶν ἐξαίρειν· τοὺς μὲν, μηδενὸς, τοὺς δὲ, βραχυτάτου τινὸς ἀξίους ὄντας. † Οὗτος ἐν ἐπιστολῇ ἔγραψε τά τε ἄλλα μεγαλοφρονησάμενος, [7] καὶ ἐπομόσας, μήτε τι τῶν ἔξω δημοσίων συμφερόντων ποιήσειν, μήτε βουλευτήν τινα ἀποσφάξειν, καὶ ἐξώλειαν ἑαυτῷ, ἂν καί ὁποιοῦν αὐτῶν ἐκβῇ, προσεπαρασάμενος. ἀλλ' ὅμως διεβλήθη εἰς πολλά. † [8] Οὗτος ἦν ἡδὺς μὲν ἐντυχεῖν, καὶ ἐπήνθει τις αὐτῷ χάρις, τῇ τε Λατίνων καὶ Ἑλλήνων γλώττῃ ἄριστα χρώμενος· οὐ μὴν ἐπὶ πραότητι τρόπων ἄγαν ἐθαυμάζετο. περί τε τὴν τῶν δημοσίων χρημάτων ἐσπουδακὼς ἄθροισιν. † Οὗτος [9] φύσει τοιοῦτος ἦν, ὥστε μὴ μόνον τοῖς

Ἀδριανός. Adrianus, Romanorum Imperator, filius fuit, quod ad gentem attinet, viri Senatoris & Prætorii, nomine Afri. Natura fuit doctrinæ & utriusque linguæ amans, & scripta quædam oratione soluta, & omnis generis poemata reliquit. Nam supra modum laudis & honoris erat cupidus: unde fiebat, ut omnibus, etiam minutissimis, operam daret. Nam & fingebat & pingebat, & nullum erat studium, vel ad pacem, vel ad bellum, vel ad Regem, vel privatum spectans, quod non scire se profiteretur. Et hoc quidem nihil incommodabat hominibus. Sed summa invidia prosequens omnes, qui in aliqua re excellebant, multos eorum depressit, multosque occidit. Nam cum vellet omnes in omnibus superare, viros in aliquo studio præstantes oderat. Hinc & Phavorinum Gallum, & Dionysium Milesium Rhetores opprimere studebat, cum aliis modis, tum vero adversariis eorum, hominibus partim nullius, partim minimi pretii, extollendis. † Hic in epistola quadam, tum alia magnifice jactans, tum etiam jurejurando fidem suam adstringens scripsit, se neque quicquam facturum, quod Reip. non conduceret, neque Senatorem quenquam interfecturum: exitium sibi imprecans, si secus egisset. Nihilominus multa ei crimini data sunt. † Hic in colloquiis erat suavis, & gratia quædam in vultu ejus eminebat, Latinamque & Græcam linguam optime callebat. Non tamen magnam clementiæ laudem adeptus est: & coacervandæ publicæ pecuniæ fuit studiosus. † Hic eo fuit ingenio, ut non

1 Ὡς ὑπὸ Ἀδράστου ταύτης ἱδρυμένην] Sic etiam apud Harpocrationem. Sed meo quidem judicio locus iste non satis integer nec sinus est: quem proinde ex Eustathio sic restituendum putem: ὑπὸ Ἀδράστου Μυσοῦ. ἱδρυσαμένου αὐτῆς ἱερόν.

2 Ἔστι δέ τις Νέμεσις μ.] Iidem versus de Adrastia, vel Nemesi, leguntur etiam apud Harpocrationem h. v. Strabonem lib. XIII. p. 588. & Eustath. ad Homer. loco paulo ante laudato; ex quibus post ποταμοῖο παρὰ ῥόον. addendum est Αἰσήποιο Ἔνθα τετίμηταί τε καὶ Ἀδρήστεια καλεῖται.

3 Ἀδριανός. βασ. Ῥωμ.] Vide Collectanea Constantini Porphyrog. *de Virtutibus & Vitiis*, pag. 713. ubi inter Excerpta ex Dione omnia pene αὐτολεξεὶ ea leguntur, quæ Suidas hic de Adriano tradit. Solet autem Suidas non raro illorum Collectaneorum scrinia compilare: unde dubium non est, quin & hunc locum inde deprompserit. Ex ipso enim Dione hæc eum non descripsisse satis patet ex eo, quod non alia excerpserit, quam quæ apud Constantinum leguntur.

4 Ἀπλήστως] Apud Constantinum in Excerptis Peiresc. & Xiphilinum rectius legitur ἀπληστος.

5 Προέχοντας] Lectionem hanc ex MSS. revocavi, quam etiam agnoscunt Excerpta Constantini; itemque Xiphilinus, epitomator Dionis, cujus hæc de Adriano sunt verba: Ἐκ τούτου καὶ τῶν ἔν τισι προεχόντων πολλοὺς μὲν καθεῖλε &c. In prioribus Edit. inepte legitur προσέχοντας.

6 Τὸν Γαλάτην Φαβωρῖνον] Erat enim τῶν Ἑσπερίων Γαλατῶν, Ἀρελάτου πόλεως, i. e. *Occidentalis Gallus, Arelatensis*, teste Philostrato lib. 1. *de Vit. Sophist.*

7 Καὶ ἐπομόσας, μήτε τι τῶν ἔξω δημοσίων] Locum hunc partim ex MSS. partim ex Collectaneis Constantini in integrum restitui, qui in cæteris Edit. duobus mendis obscuratus est. Nam & pro ἐπομόσας legitur ἀπομόσας, & vox ἔξω prorsus omissa est, in qua tamen totius sensus cardo vertitur.

8 Οὗτος ἦν ἡδὺς μὲν ἐντ.] Hæc & quæ sequuntur usque ad ἐσπουδακὼς ἄθροισιν, sunt verba Johannis Antiocheni apud Constantinum in Excerptis Peiresc. p. 818. unde ea Suidas deprompsit.

9 Οὗτος φύσει τοιοῦτος ἦν] Hæc sunt Dionis, ut discimus ex Xiphilino & Collectaneis Constantini, pag. 713.

ζῶσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς τετελευτηκόσι φθονεῖν. Τὸν γοῦν Ὅμηρον καταλύων, Ἀντίμαχον ἀντ' αὐτοῦ εἰσῆγεν, οὗ μηδὲ τὸ ὄνομα πολλοὶ πρότερον ἠπίσταντο. Ἠτιῶντο μὲν δὴ ταῦτά τε αὐτοῦ, καὶ τὸ πάνυ ἀκριβὲς, τό, τε περίεργον καὶ [1] πολύπραγμον. ἐθεράπευε δὲ αὐτὰ καὶ ἀνελάμβανε, τῇ τε ἄλλῃ ἐπιμελείᾳ, καὶ προνοίᾳ, καὶ μεγαλοπρεπείᾳ, καὶ δεξιότητι, καὶ τῷ μήτε τινὰ πόλεμον ταράξαι, καὶ τοὺς ὄντας παῦσαι· μήτε τινὰ χρήματα ἀδίκως ἀφελέσθαι, καὶ πολλοῖς πολλὰ καὶ [2] δήμοις καὶ ἰδιώταις χαρίσασθαι. † Ἦν δὲ περιεργότατος, καὶ μαντείαις καὶ μαγγανείαις παντοδαπαῖς ἐχρῆτο. παιδικά τε αὐτῷ ἐγένετο Ἀντίνοός τις· ἔκτισε δὲ πόλιν καὶ συνῴκισεν, ἀπ' αὐτοῦ τε ὠνόμασε. [3] καί τινα ὁρᾶν τε Ἀντίνοον λέγων. † Οὗτος [4] ἐς Παννονίαν ἀφίκετο, καὶ τὸν Ἴστρον μετὰ τῶν ὅπλων διενήξατο. καὶ τοῦτο οἱ παρόντες βάρβαροι ἐξεπλάγησαν.

Ἀδριανός. [5] Σοφιστὴς, μαθητὴς Ἡρώδου. ἀκμάσας δὲ ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου. ἀντισχολαστὴς Ἀριστείδου τοῦ ῥήτορος ἐν Ἀθήναις γενόμενος. Ἐσοφίστευσε δὲ καὶ κατὰ τὴν Ῥώμην, καὶ [6] ἀντιγραφεὺς τῶν ἐπιστολῶν ὑπὸ Κομόδου ἐγένετο. Ἔγραψε μελέτας, καὶ μεταμορφώσεις ἐν βιβλίοις ἑπτά. περὶ ἰδεῶν λόγου, ἐν βιβλίοις πέντε. περὶ τῶν ἐν ταῖς στάσεσιν ἰδιωμάτων, ἐν βιβλίοις τρισίν. ἐπιστολὰς καὶ λόγους ἐπιδεικτικούς. Φάλαριν. παραμυθητικὸν εἰς Κέλερα.

Ἀδριανοί. [7] πόλις Μυσίας, τῆς νῦν Βιθυνίας.

Ἀδρίας. [8] πέλαγος. ζήτει ἐν τῷ Ἀρέθουσα.

Ἁδρόν. πολύ. μέγα. δαψιλές. πλούσιον. καὶ Ἁδρότης, ἡ ὑψηλότης. Ἁδροῖς μισθοῖς προαγαγὼν εἰς τὸ τόλμημα, τοῦτον ἀναιρεῖ. καὶ Αἰλιανός· Τινὰς προσλαβὼν ἁδροῦ μισθοῦ ἐς Βυζάντιον ἐλθεῖν πείθει. καὶ αὖθις· Ἑκάστου τὴν τέχνην ἐπιδεικνυμένου ἐπὶ μισθοῖς ἁδροῖς.

Ἄδρυσις. [9] ἡ ἀδράνεια. ἡ ἀπραξία.

Ἁδρυνέσθω, αὐξανέσθω.

Ἁδύ. τὸ ἡδύ. [10] Θεόκριτος· Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα, καὶ ἁ πίτυς, αἰπόλε, τήνα.

Ἀδύνατα εἶναι. ἀντὶ τοῦ, ἀδύνατον. πολλάκις γὰρ κέχρηται Θουκυδίδης τοῖς πληθυντικοῖς ἀντὶ ἑνικῶν· μάλιστα δ' ἐπὶ ταύτης τῆς λέξεως. [11] Ἀδύνατον δὲ ἐ-

solum viventibus, sed etiam mortuis inv ideret. Homerum enim abolere cogitans, Antimachum ejus loco introducere cœpit, cujus ne nomen quidem multi antea noverant. Hæc igitur in eo reprehendebantur, uti & nimia subtilitas & curiositas. Sed vitia ista molliebat & pensabat, tum cætera diligentia, tum prudentia, magnificentia, & dexteritate: item, quod nullum bellum concitaret, & exorta sedaret; nec opes cuiquam injuste eriperet, sed potius multis cum Rebusp. tum privatis hominibus multa largiretur. † Cum admodum esset curiosus, divinationibus & magicis artibus non raro usus est. In deliciis habuit Antinoum quendam, urbemque condidit, quam ejus nomine appellavit. Stellam etiam quandam Antinoi commentus est. † Hic in Pannoniam venit, & Istrum armatus tranavit; cujus rei admiratione Barbari, qui aderant, perculsi fuerunt.

Ἀδριανός. Adrianus. Sophista. Herodis discipulus. Floruit sub Marco Antonino, & Athenis in declamando æmulus fuit Aristidæ Rhetoris. Docuit etiam RhetoricamRomæ, & Dictator Epistolarum a Commodo creatus est. Scripsit Declamationes & Metamorphoses libris VII. De Formis orationis, lib. V. De Statuum proprietatibus lib. III. Epistolas & Orationes declamatorias. Phalarin. [Orationem] consolatoriam in Celerem.

Ἀδριανοί. Adriani. Urbs Mysiæ, quæ nunc Bithynia vocatur.

Ἀδρίας. Adria. Mare. Quære in voce Ἀρέθουσα.

Ἁδρόν. Multum. Magnum. Copiosum. Opulentum. Et Ἁδρότης. Altitudo. *Cum magna mercede [aliquem] ad istud facinus induxisset, eum interfecit.* Et Ælianus: *Cum quosdam [socios] adscivisset, ampla mercede proposita, ut Byzantium irent, persuasit.* Item: *Cum quilibet artem suam amplis præmiis propositis ostentaret.*

Ἄδρυσις. Negligentia.

Ἁδρυνέσθω. Augeatur. [Crescat.]

Ἁδύ. Dulce. Theocritus: *Dulcis est valde susurrus, & pinus, o caprarie, illa.*

Ἀδύνατα εἶναι. Pro, ἀδύνατον. Sæpe enim Thucydides plurali pro singulari utitur; præcipue vero in hac dictione. Ἀδύνατον vero di-

1 Πολύπραγμον] Apud Xiphilinum legitur πολύπραγμον.
2 Καὶ δήμοις καὶ ἰδιώταις χαρ.] Apud Xiphilinum plenius legitur, καὶ δήμοις καὶ ἰδιώταις καὶ βουλευταῖς τε καὶ ἱππεῦσι χαρίσασθαι.
3 Καί τινα ὁρᾶν τε Ἀντ.] Locus est mutilus, qui in Collectaneis Constantini sic legitur: καὶ τέλος ἀστέρα τινα αὐτὸς ὁρᾶν ὡς καὶ τὸν Ἀντινόου ὄντα ἔλεγε. Apud Xiphilinum vero rectius ita: καὶ τέλος ἀστέρα τινὰ αὐτὸς τε ὁρᾶν ὡς τὸν Ἀντινόου ὄντα ἔλεγε. i. e. *Et tandem stellam se aliquam, quasi Antinoi, vidisse dicebat.*
4 Οὗτος ἐς Παννονίαν ἀφ.] Locum Dionis, ex quo hæc sumpta sunt, conservavit nobis Xiphilinus, ejus Epitomator; qui tamen non ipsum Adrianum, sed equitatum ejus Istrum cum armis tranasse scribit. Verba ejus hæc sunt: Οὕτω γὰρ καλῶς ἤσκητο τὸ στρατιωτικὸν αὐτῷ, ὥστε καὶ τὸ ἱππικὸν τῶν καλουμένων Βατάβων τὸν Ἴστρον μετὰ τῶν ὅπλων διενήξατο. Ἃ ὁρῶντες οἱ βάρβαροι, τοὺς μὲν Ῥωμαίους κατεπλήττοντο &c.
5 Ἀδριανός. Σοφ.] De hoc Adriano vide Philostratum de *Vitis Sophistarum* lib. II. p. 582.
6 Ἀντιγραφεὺς τῶν ἐπιστολῶν] Id est, dictator epistolarum. Non enim Ἀντιγραφεὺς manum scribendis epistolis ipse commodabat, sed sub se habebat scribas & librarios, quibus verba dictabat. Suidas infra τὸ Γραμματεὺς per ἀντιγραφεὺς exponit: sed fallitur. Erant enim hæc duo diversa ministeria, ut pluribus ostendit Salmasius ad Flavium Vopiscum pag. 785.
7 Ἀδριανοί. πόλις Μ.] Hic locus Suidæ male intellectus in errorem induxit Ortelium, existimantem, Bithyniam fuisse Mysiæ urbem, eamque Adrianos vocatam auctore Suida: quod tamen secus est. Vide Holstenium ad Stephanum v. Βιθυνίον, qui errorem istum Ortelii ibi observavit.
8 Ἀδρίας. πέλ.] In uno MS. Parisiensi locum hunc sic scriptum inveni: Ἀδρίας. Σικελικὸν πέλαγος, ὃ διαδύνων ὁ Ἀλφειὸς ἀπὸ Ἀρκαδίας τῇ Σικελικῇ πηγῇ Ἀρεθούσῃ μίγνυται κατακρινόμενος.
9 Ἄδρυσις. ἡ ἀδρ.] Locus est corruptissimus, quem sic in integrum restitues: Ἄδρανεια, ἡ ἄδρανσις, ἡ ἀπραξία. Vide supra v. Ἀδράνεια. Vocem primam & ultimam ex MSS. revocavi, in quibus recte legitur ἄδρανσις & ἀπραξία. Non mirum est autem ἄδρυσις pro ἄδρανσις hic scriptum esse, quoniam τὸ ν & υ ob affinitatem pronuntiationis apud veteres scriptores sæpissime locum invicem permutasse constat.
10 Θεόκριτος] Idyll. I. v. 1.
11 Ἀδύνατον δὲ ἐστιν, ὃ μὴ ἔστιν ἐπιδ. τοῦ ἀλ. εἶναι, οἷον ἡ γ. ἵπταται] Hæc excerpta sunt ex Laert. lib. VII. Sect. 75.

τὶ, ὃ μὴ ἔστιν ἐπιδεκτικὸν τοῦ ἀληθὲς εἶναι. οἷον, ἡ γῆ ἵπταται. † [1] Ἀδύνατα ἔχοντος τοῦ στρατηγοῦ, κύβον ἀναῤῥίψαι πολέμου τοσούτου.

Ἀδύνατα θηρᾷς. παροιμία ἐπὶ τῶν ἐγχειρούντων μείζοσιν ἢ κατ᾽ ἑαυτούς.

Ἀδυνατί. ἀδυνάτως.

Ἀδύνατοι.[2] οἱ πεπηρωμένοι τὸ σῶμα. ἐλάμβανον δὲ οὗτοι δοκιμασθέντες ὑπὸ τῆς βουλῆς, οἱ μὲν [3] πεντακόσιοι, ἑκάστης ἡμέρας ὀβολοὺς δύο. οἱ δὲ, ὀβολόν. Φιλόχορος δέ φησιν, ἐννέα δραχμὰς κατὰ μῆνα.

Ἀδυσώπητον. ἀπροσωπόληπτον.

Ἄδυτον. σπήλαιον. ἢ τὸ ἀπόκρυφον μέρος τοῦ ἱεροῦ.

Ἀεκήλια, οὐχ ἥσυχα, οὐδ᾽ εἰρηναῖα, ἀλλὰ ταραχώδη. [4] πρὸς τὴν συναλοιφῇ ἐκληπτέον κατὰ ἀπόφασιν τοῦ ἐκήλου. ἐφ᾽ οἷς οὐχ οἷόν τε ἡσυχάζειν, ἀλλὰ τοὐναντίον ταράττεσθαι. ἢ Ἀεκούσια, ἃ οὐκ ἄν τις ἑκὼν πάθοι. ἢ Ἀεικέλια, οἷον ἀπεοικότα. [5] Ὅμηρος· Ἀεικέλια ἔργα.

Ἀέκητι. [6] τῇ ἀβουλίᾳ.

Ἄελλα. ἀνέμων συστροφή.

Ἀελλάδες ἵπποι. αἱ ταχεῖαι. καὶ τοῦτο Τραγικόν.

Ἀελλόπους. ταχεῖα τοὺς πόδας.

Ἀελπέων. οὐκ ἐλπίζων.

Ἀελπτέοντες. ἀνελπιστοῦντες. [7] Ἡρόδοτος· Ἀελπτέοντες τοὺς Ἕλληνας ὑπερβαλέσθαι.

Ἄελπτον. ἀνέλπιστον. ἢ σκληρόν. δυσχερές. [8] Σοφοκλῆς·

Οὐκ ἔστ᾽ ἄελπτον οὐδὲν, ἀλλ᾽ ἁλίσκεται
Χ᾽ ὁ δεινὸς ὅρκος, καὶ περισκελεῖς φρένες.

Αἴας λέγει. καὶ Ἄελπτα, ἀνέλπιστα, ἀπροσδόκητα, ἢ σκληρά. [9] Ἀριστοφάνης· Ἦ πόλλ᾽ ἄελπτ᾽ ἔστιν ἐν τῷ μακρῷ βίῳ.

Ἀέναον. τὸ ἄπαυστον. καὶ Ἀέναος, ὁ ἀεὶ ῥέων. ἀπὸ τοῦ νάω, ὅ ἐστι ῥέω. [10] Ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς, ὥσπερ ποταμὸς ἀέναος ἐς ἡμέραν ἑκάστην ἤδη τι καὶ ἐληΐζετο τοὺς ὑπηκόους.

Ἀέξετο. ηὐξάνετο.

Ἀερέθονται. λίαν παροξύνονται.

Ἀέρα δαίρειν.

Ἀεργηλή. ἀργή. ἄπρακτος. [11] ἐν Ἐπιγράμματι·

citur id, quod nullo modo verum esse potest. Ut, si terram volare dicas. † *Cum Imperator tanti belli aleam subire non posset.*

Ἀδύνατα θηρᾷς. Impossibilia venaris. Proverbium, quod dicitur, de illis, qui res viribus majores aggrediuntur.

Ἀδυνατί. Impossibiliter.

Ἀδύνατοι. Corpore mutilati. Ii vero a Senatu probati accipiebant quotidie duos obolos. Alii vero [dicunt,] obolum. Philochorus vero tradit, novem drachmas singulis mensibus.

Ἀδυσώπητον. Qui nullum personarum respectum habet.

Ἄδυτον. Spelunca. Vel secreta pars Templi.

Ἀεκήλια. (Accipienda enim est hæc vox per negationem τοῦ ἐκήλου) Quæ nos quiescere non sinunt, sed contra perturbant. Vel Invita, quæ quis non volens patitur. Vel quasi Ἀεικέλια, i. e. indigna. Homerus: *Indigna facinora.*

Ἀέκητι. Præter voluntatem.

Ἄελλα. Ventorum turbo.

Ἀελλάδες ἵπποι. Veloces equæ. Hoc autem est Tragicum.

Ἀελλόπους. Velox pedibus.

Ἀελπέων. Non sperans.

Ἀελπτέοντες. Desperantes. Herodotus: *Desperantes fore, ut Græci vincerent.*

Ἄελπτον. Insperatum. Desperandum. Vel Durum. Difficile. Sophocles:

*Nihil est quod fieri non posse sperandum sit:*
*sed expugnatur etiam*
*Rigidum jusjurandum, & præfractæ mentes.*

Sic Ajax inquit. Et Ἄελπτα, Insperata, Inexpectata, vel, Dura. Aristophanes: *Profecto multa inexpectata in vita longa accidunt.*

Ἀέναον. Quod nunquam cessat. Et Ἀέναος, semper fluens. A verbo νάω, i. e. fluo. *Justinianus vero instar fluvii perennis subjectorum fortunas quotidie vastabat & populabatur.*

Ἀέξετο. Augebatur.

Ἀερέθονται. Valde instigantur.

Ἀέρα δαίρειν. [Aerem cædere.]

Ἀεργηλή. Otiosa. Negotiis vacua. In Epigrammate:

1 Ἀδύνατα ἔχοντος] Hoc fragmentum repetitur infra v. Κύβον.

2 Ἀδύνατοι. οἱ πεπ.] Eadem apud Harpocrationem, cum aliqua tamen scripturæ varietate, leguntur.

3 Πεντακόσιοι] Deest hæc vox in Harpocratione; item in MS. Vaticano, ut Pearsonius ad marginem Suidæ sui notaverat. Quare in versione eam prætermittendam putavi. Quod si tamen quis eam vocem retinendam contendat, legerim cum Wolfio, ὑπὸ τῆς βουλῆς τῶν πεντακοσίων. Ad Senatum enim quingentorum cura τῶν ἀδυνάτων, eorumque examen pertinebat. Vide Petit. *de LL. Attic.* pag. 559.

4 Πρὸς τὴν συναλοιφῇ] Legendum esset συναλοιφήν. Sed, ut breviter dicam, verba hæc expungenda sunt, quoniam sensui loci hujus minime conveniunt. Certe apud Etymologum, qui eodem prorsus modo, quo Suidas, vocem hanc enarrat, verba illa non reperias.

5 Ὅμηρος. ἀεικ.] Homerus voce ista variis in locis utitur.

6 Τῇ ἀβουλίᾳ] Ἀβουλία hic significat *noluntatem*, ut barbare loquar; ab ἀβουλεῖν, nolle. Suidas supra, Ἀβουλεῖ. μὴ βούλεσθαι. μὴ θέλειν. Πλάτων. Locum Platonis, qui tunc non occurrebat, postea inveni. Exstat is enim *De Republ.* IV. p. 452. D. ubi Philosophus inquit: Τί δαί; τὸ ἀβουλεῖν, καὶ μὴ ἐθέλειν, μηδ᾽ ἐπιθυμεῖν, οὐκ εἰς τὸ ἀπωθεῖν καὶ ἀπελαύνειν ἀπ᾽ αὐτῆς, καὶ εἰς ἅπαντα τἀναντία θήσομεν ἐκείνοις;

7 Ἡρόδοτος] Lib. VII. p. 278. 25. P.

8 Σοφοκλῆς] In *Ajace Flagell.* p. 39. P.

9 Ἀριστοφάνης] *Lysistrata*, p. 852. ubi versus hi ita distinguuntur:

Ἦ πόλλ᾽ ἄελπτ᾽ ἔνεστ᾽ ἐν
Τῷ μακρῷ βίῳ. φεῦ.

10 Ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς] Fragmentum hoc apud Procopium *Histor. Arc.* c. 19. unde id Suidas deprompsit, sic legitur: Ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς ὥσπερ ποταμὸς ἀέναος ἐς ἡμέραν ἑκάστην ἐληϊζόμενος κατέκλυζε τοὺς ὑπηκόους.

11 Ἐν Ἐπιγράμματι] Antholog. lib. VI. p. 441. P.

Δάφνις ὁ συριγκτὰς τρομερῷ περὶ γήρᾳ κάμπτων,
Χειρὸς[1] ἀεργηλᾶς τάνδε βαρυνομέναν,
Πανὶ Φιλαγραύλῳ νομίαν ἀνέθηκε κορύναν.

Ἀεργός. ὁ ἀργός.

Ἀέριον ὕδωρ. τὸ ἐν τῷ ἀέρι. καὶ Ἀέριος, ὁ ἐν τῷ ἀέρι.

Ἀέρκτον.[2] ἀντὶ τοῦ ἄφρακτον, καὶ πανταχόθεν ὁρώμενον. Λυσίας.

Ἀεροβατεῖν. εἰς τὸν ἀέρα περιπατεῖν. τῷ ἀέρι ἐπιβαίνειν. ὁ Σωκράτης ἔφη· [3]Ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον, ἵνα μὴ ἕλκῃ τὴν ἰκμάδ' ἐς τὰ κάρδαμα.

Ἀερόεν. τὸ μέγα.

Ἀερονηχεῖς. τὰς ἐν τῷ ἀέρι νηχομένας νεφέλας. Ἀριστοφάνης.

Ἀερόπη. ὄνομα κύριον.

Ἀέροψ. Ἀέροπος.

Ἀερσίπους.[4] ὁ εἰς ὕψος αἴρων τοὺς πόδας.

Ἀέσαμεν. ἀνεπαυσάμεθα. ἐκοιμήθημεν. [5]Ὅμηρος· Νύκτα μὲν ἀέσαμεν χαλεπὰ φρεσὶν ὁρμαίνοντες.

Ἄεσις.[6] πόνος τις.

Ἀεσίφρων.[7] ματαιόφρων, ἐπηρμένος, ἢ βεβλαμμένος τὴν φρένα. παρὰ τὸ ἄω, τὸ πνέω. ἢ ἄσαι, τὸ βλάψαι.

Ἀετασία.[8] λύπη.

Ἀέτειον πτερόν, καὶ κρέας.

Ἀετιδεῖς. οἱ ἀετῶν παῖδες. Αἰλιανός. καὶ πελαργιδεῖς, οἱ τῶν πελαργῶν.

Ἀέτιος.[9] ἐξ Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, διδάσκαλος Εὐνομίου, ἀπὸ πενιχρῶν καὶ εὐτελῶν γονέων τυγχάνων. [10]ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ τῶν ἐν στρατιᾷ δυσπραγέστερος ἐναλεγμένων γενόμενος, ἐτεθνήκει κομιδῇ παῖδα τοῦτον ἀφείς. αὐτὸς δὲ εἰς ἐσχάτην ἀπορίας ἥκων, ἐπὶ χρυσοχοΐαν ἐχώρησεν, ἀκρότατός τε ἐγένετο. ἐπεὶ δὲ ἡ φύσις μειζόνων ὠρέγετο μαθημάτων, πρὸς λογικὰς θεωρίας ἐτράπετο. καὶ δῆτα συγγίνεται [11]Παυλίνῳ, ἄρτι ἀπὸ Τύρου εἰς Ἀντιόχειαν ἀφιγμένῳ, ἐπὶ τῶν Κωνσταντίνου χρόνων. τούτου ἠκροᾶτο, πολλὴν ἐπίδειξιν φαίνων τῆς ἀσεβείας τὴν ῥώμην εἰς τὰς πρὸς τοὺς διαφερομένους ζητήσεις· καὶ οὐχ ὑπο-

*Daphnis fistulator tremula senectute confectus*
*Manus a labore cessantes hancce onerantem*
*Pani ruri degentes amanti pastoralem dedicavit clavam.*

Ἀεργός. Otiosus.

Ἀέριον ὕδωρ. Aeria aqua. Et Ἀέριος, qui est in aere.

Ἀέρκτον. Non septum, & quod undique conspici potest. Lysias.

Ἀεροβατεῖν. Per aerem ambulare. Per aerem incedere. Socrates [apud Aristophanem] inquit: *Per aerem ambulo, & contemplor Solem, ne trahat humorem in nasturtia.*

Ἀερόεν. Magnum.

Ἀερονηχεῖς. In aere natantes nubes. Aristophanes.

Ἀερόπη. Aerope. Nomen proprium.

Ἀέροψ. Ἀέροπος. Acrops. Aeropis.

Ἀερσίπους. Qui pedes in altum tollit.

Ἀέσαμεν. Quievimus. Dormivimus. Homerus: *Noctem quidem dormivimus molestas cogitationes animo agitantes.*

Ἄεσις. Labor.

Ἀεσίφρων. Qui est vanæ mentis, [vana spe] elatus, vel non sana mente præditus. Ab ἄω, spiro: vel ab ἄσαι, quod significat lædere.

Ἀετασία. Dolor.

Ἀέτειον πτ. Aquilina ala, & caro.

Ἀετιδεῖς. Aquilarum pulli. Ælianus. Et πελαργιδεῖς, ciconiarum pulli.

Ἀέτιος. Aetius, natus Antiochiæ, urbe Syriæ, magister Eunomii, pauperibus & vilibus parentibus ortus. Ejus autem pater, cum cæteris ad militiam delectis infelicior fuisset, obiit, hoc admodum puero relicto. Ipse vero ad extremam inopiam redactus, ad aurificum artem animum applicuit, summusque artifex evasit. Cum autem ejus ingenium sublimiores disciplinas affectaret, ad studia erudita se convertit. Quamobrem Paulinum, qui recens Tyro Antiochiam venerat, sectari cœpit, Constantino adhuc imperante. Hunc igitur audivit, impietatis suæ vires evidenter demonstrans in quæstionibus, quæ cum adversariis agitabantur: nec ab iis, qui vulgari

1 Χειρὸς ἀεργηλᾶς] Sic etiam legitur in Anthologia. Sed constructionis ratio potius requirit χεῖρας ἀεργηλάς, quam lectionem post Wolfium in versione secutus sum.

2 Ἀέρκτον. ἀντὶ τ.] Ex Harpocratione.

3 Ἀεροβατῶ καὶ περιφρ.] Hunc locum mala fide, vel ut mollius dicam, negligenter prorsus excerpsit Suidas ex Aristoph. *Nubib.* pag. 136. ut lector, qui ipsum Comicum consulere voluerit, facile perspiciet. Inter primum enim & ultimum versum multa apud Aristophanem interjecta sunt, sine quibus verum hujus loci sensum intelligere non queas.

4 Ἀερσίπους] Hanc vocem ex MSS. revocavi. In prioribus enim Edit. vitiose legitur, Ἀερίπους. Est autem ἀερσίποδες epithetum equorum apud Homerum Il. Γ. v. 327. ad quem locum Scholiasta: Ἀερσίποδες. αἴροντες εἰς ὕψος τοὺς πόδας, κουφίζοντες τοὺς πόδας. Hunc locum Poetæ & Scholiastæ Suidam ob oculos habuisse manifestum est: unde nemini dubium erit, scribendum hic esse ἀερσίπους.

5 Ὅμηρος] Odyss. Γ. v. 151.

6 Ἄεσις. πόνος τις.] Sic etiam Hesychius & Etymologus. Existimabam autem aliquando, legendum hic esse, ἄνεσις. τόνος τις: quoniam Suidas infra vocem ἄνεσις, quæ tonum quendam apud Musicos veteres significabat, exponit per ἄεσις. Cogitet eruditus lector.

7 Ἀεσίφρων] Simili modo vocem hanc exponit Proclus Scholiasta Hesiodi ad Ἔργων α. p. 78. cujus verba adducam: Τὸν δὲ ἀεσίφρονα θυμόν, ὅτι τὸν ἀεσίφρονα φασίν, ὅ ἐστιν ὁ ματαιόφρων, καὶ πρὸς μηδὲν τῶν ἀναγκαίων συντεταγμένος· ἢ τὸν βλαψίφρονα. τὸ γὰρ ἄσαι τὸ βλάψαι σημαίνει.

8 Ἀετασία] Apud Hesychium & Etymologum legitur, Ἀητάσιον, λύπῃ μεμορυγμένον. Unde quis forte suspicetur, legendum hic esse apud Suidam Ἀητασία.

9 Ἀέτιος. ἐξ Ἀντιοχείας τ.] Eadem prorsus, si sensum non verba spectes, de Aetio leguntur apud Philostorgium lib. III. c. XV. qui cum hoc loco Suidæ conferendus est.

10 Ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ τῶν ἐν στ.] Apud Philostorgium legitur: Τοῦ δὲ πατρὸς αὐτοῦ τῶν ἐν στρατείᾳ δυσπραγέστερον ἀπαλλαγμένων. Sed utraque lectio dura est & insolens, nec, ut puto, satis placebit auribus, puriori Hellenismo assuetis.

11 Παυλίνῳ ἄρτι ἀπὸ Τύρου] Vide Valesium ad Histor. Eccles. Euseb. p. 190.

στὸς ἤδη τοῖς πολλοῖς ἦν. ἐπεὶ δὲ Παυλῖνος ἐτεθνήκει, Εὐλαλίου τρίτου καὶ εἰκοστοῦ ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων ἔχοντος τὸν θρόνον, πολλοὶ τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀετίου ἐλεγχομένων δεινὸν ποιησάμενοι παρὰ ἀνδρὸς δημιουργοῦ καὶ νέου καταφανῶς ἐλαύνεσθαι, συστάντες ἐξελάσαι αὐτὸν τῆς Ἀντιοχείας. ἐξελαθεὶς δὲ, εἰς Ἀνάζαρβον ἀφικνεῖται. ὁ δὲ ἤδη τὰ μέγιστα δυνάμεως πάσης πεπλασμένος, μείζους ἀεὶ τῶν διδομένων ἀφορμῶν εἰσέφερε τοὺς καρπούς. ὁ δὲ οὐδὲν ἐπαύετο τοὺς μὲν διελέγχων· φαύλως δὲ ἀμπεχόμενος καὶ ὡς ἔτυχε ζῶν. † Οὗτος [1]αἱρεσιάρχης ἦν, ὃς καὶ ἄθεος ἐπεκλήθη ἐπὶ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. τὰ αὐτὰ μὲν οὖν ἐφρόνει Ἀρείῳ, καὶ τὴν αὐτοῦ συνεκρότει δόξαν. πρὸς δὲ Ἀρειανίζοντας διεκρίνετο. Ἦν δὲ καὶ πρότερον αἱρετικὸς ἄνθρωπος Ἀέτιος, καὶ τῷ Ἀρείου δόγματι [2]διαπρύσιος συνηγορεῖν ἐσπούδει. ἐν γὰρ τῇ Ἀλεξανδρείᾳ μικρὰ παιδευθεὶς, ἀνεζεύγνυεν. καὶ καταλαβὼν τὴν ἐν Συρίᾳ Ἀντιόχειαν, ὅθεν γὰρ ἦν, ὑπὸ Λεοντίου τοῦ τότε Ἀντιοχείας Ἐπισκόπου χειροτονεῖται διάκονος. εὐθὺς οὖν [3]συνεξέφαινε τοὺς ἐντυγχάνοντας ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους κατηγοριῶν διαλεγόμενος, τοὺς ἐριστικοὺς κατωρθωκὼς λόγους. ἐπιστολάς τε συνεκάττυεν πρὸς βασιλέα Κωνστάντιον. ἀλλ' εἰ τὰ αὐτὰ τοῖς Ἀρειανίζουσιν ἔλεγεν, ὅμως ὑπὸ τῶν οἰκείων οὐ δυναμένων συνιέναι τὸ περιεσκελὲς τῶν λογισμῶν, ὡς αἱρετικὸς ὁ ὁμόφρων αὐτοῖς ἐνομίζετο. καὶ διὰ τοῦτο ἐκδιωχθεὶς τῆς αὐτῶν Ἐκκλησίας, [4]ἔδοξεν αὐτὸς μὴ βούλεσθαι κοινωνεῖν αὐτοῖς. καὶ νῦν εἰσὶν ἐξ ἐκείνου, οἱ τότε μὲν Ἀετιανοὶ, νῦν δὲ Εὐνομιανοὶ λεγόμενοι. Εὐνόμιος γὰρ ταχυγράφος ὢν ἐκείνου, καὶ ὑπ' αὐτοῦ παιδευθεὶς τὴν αἱρετικὴν λέξιν, τοῦ στίφους τούτου προέστη.

Ἀετίτης. εἶδος λίθου. ὡς καὶ Ἀχάτης, καὶ Λυχνίτης.

Ἀετὸν ἵπτασθαι διδάσκεις. ἐπὶ τῶν ἐπιχειρούντων διδάσκειν τινὰς, ἃ ἐπίστανται μᾶλλον τῶν θελόντων διδάσκειν.

Ἀετὸν [5]κάνθαρος μαιεύσομαι. ἐπὶ τῶν τιμωρουμένων τοὺς μείζονας προκατάρξαντας κακοῦ. λέγεται γὰρ τὰ ᾠὰ τοῦ ἀετοῦ ἀφανίζειν ὁ κάνθαρος.

Ἀετὸς ἐν νεφέλαις. ἐπὶ τῶν δυσαλώτων. παρόσον ἀετὸς ἐν νεφέλαις ὢν οὐχ ἁλίσκεται.

Ἀετὸς οἰκοδομημάτων. τὸ κατὰ τὸν ὄροφον, ὅ τινες ἀέτωμα καλοῦσιν.

Ἀετοῦ γῆρας, κορύδου νεότης. παρόσον καὶ γηράσκων ὁ ἀετὸς ἀμείνων ἐστὶ παντὸς ὄρνιθος.

Ἀετώματα. τὰ τῶν ἱερῶν στεγάσματα, πτέρυγας καὶ

erant ingenio, ei amplius resisti poterat. Post Paulini vero obitum, cum Eulalus vicesimus tertius ab Apostolis sedem teneret, multi eorum, qui ab Aetio arguebantur, indignati, se ab homine opifice & adolescente palam exagitari, conspiratione facta, ipsum Antiochia expulerunt. Expulsus Anazarbum pervenit. Ille vero quam celerrime omnem ibi facultatem consecutus majores quam pro oblatis occasionibus fructus reportabat: nec cessabat unquam alios redarguere. Vili vero amictu & victu utebatur. † Hic hæresiarcha fuit, cognomine Ἄθεος vocatus, Constantini M. tempore. Eadem autem sentiebat quæ Arius, ejusque opinionem tuebatur. Nihilominus cum Arrianis ei [identidem] controversiæ intercedebant. Fuit autem & ante homo hæreticus Aetius, Arii dogma summo studio defendens. Cum enim Alexandriæ leviter literarum studiis imbutus fuisset, illinc discessit, & Antiochiam, unde oriundus erat, profectus, a Leontio, tunc Antiochiæ Episcopo, Diaconus creatur. Statim igitur cum discipulis ex categoriis Aristotelis disserere cœpit, in disputationibus contentiosis probe versatus. Epistolas quoque composuit ad Imperatorem Constantium. Quamvis autem eadem profiteretur, quæ Ariani, tamen a suis, qui durum ejus argumentandi modum intelligere non poterant, pro hæretico habitus est, quamvis cum ipsis sentiret. Expulsus igitur ex illorum Ecclesia, præ se tulit, se illorum communioni sponte renuntiasse. Sectatores ejus, qui hoc tempore supersunt, tunc quidem Aetiani, nunc vero Eunomiani vocantur. Eunomius enim, illius notarius, ab eo hæresin edoctus, sectæ isti postea præfuit.

Ἀετίτης. Aetites. Lapidis genus: ut & Achates, & Lychnites.

Ἀετὸν ἵπτ. Aquilam volare doces. De illis [dicitur,] qui se peritiores docere conantur.

Ἀετὸν κάνθ. Aquilæ Scarabæus obstetricabor. [Dicitur] de illis, qui potentiores, a quibus priores injuria affecti sunt, ulciscuntur. Dicitur enim scarabæus aquilæ ova perdere.

Ἀετὸς ἐν νεφέλαις. Aquila in nubibus. De illis, qui difficulter capiuntur. Aquila enim inter nubes [volans] capi non potest.

Ἀετὸς οἰκοδομημάτων. Fastigium ædificiorum, sive pars illa tecti quam quidam etiam ἀέτωμα vocant.

Ἀετοῦ γῆρας. Aquilæ senectus, corydi juventus. Nam aquila vel senex quavis alia ave præstantior est.

Ἀετώματα. Templorum tecta vocant ἀετώ-

1 Οὗτος αἱρεσιάρχης ἦν, ὃς καὶ ἄθ.] Hæc est nova de Aetio ecloga, quam Suidas excerpsit ex Socratis Histor. Eccles. lib. II. cap. xxxv. ut Pearsonius ad marginem Suidæ sui recte notaverat.

2 Διαπρύσιος] Hanc vocem ex MSS. & Socrate Suidæ restitui. Ante enim legebatur διαπύρως.

3 Συνεξέφαινε] Apud Socratem recte legitur, Ἐξενοφάνει, i. e. sermonum novitate perculit, vel in admirationem rapuit.

4 Ἔδοξεν αὐτὸς] Sic in MSS. & Socrate recte legitur. Priores vero Editiones exhibent, ἔδοξεν αὐτοὺς; quæ lectionis differentia, quamvis levissima, effecit, ut Wolfius & Portus in loco hoc interpretando longe a vero sensu aberrarent.

5 Ἀετὸν κάνθαρος μ.] Hoc proverbio usus est Aristoph. Lysistr. pag. 851.

ἀετοὺς χαλοῦσιν. Ἀριστοφάνης· [1] Τὰς οἰκίας ἐρέψομεν πρὸς ἀετόν. ἀντὶ τοῦ στεγάσομεν.

Ἀζαλέας [2] δρῦς. πρὸς τὸ σημαινόμενον. πότερον ὅτι φυλλοῤῥοεῖ καθ' αὐτὴν τὴν ὥραν ξηραινόμενα τὰ δένδρα ἐκ ῥιζῶν ἀναβαλλόμενα ὑπὸ τῶν χειμάῤῥων· ἢ ὅτι δρυτόμοι εἰς τὰς ποταμίους ἐμβάλλουσι διώρυχας κόψαντες, [3] ἵνα συγκαταφέρηται τῷ ὄμβρῳ· ὅπερ ὑγιές.

Ἀζαλέη. ξηρά.

Ἀζαρίας. ὄνομα κύριον.

Ἀζαίνεσθαι. ξηραίνεσθαι.

Ἀζέμιλκος. ὄνομα κύριον.

Ἀζειάδης. ὄνομα κύριον. καὶ πατρωνυμικῶς Ἀζείδας.

Ἀζείδης. ὄνομα κύριον.

Ἀζείθει. τὸ ζέει. Ἀζήρει δὲ, τὸ ξηραίνει.

Ἄζειρον. ἀποίκιλτον. ζειρὸν γὰρ, τὸ ποικίλον. ἢ τὸ ἄχρωστον. [4]

Ἀζειῶται. Τρωϊκὸν ἔθνος.

Ἀζήϊος. ὄνομα κύριον.

Ἀζηλόειν. τὸ μέλαν.

Ἄζηλον. ὃ οὐκ ἄν τις ζηλώσειεν. Ἄζηλον οὕτως ἔργον εἰργάσθαι με φής. καὶ Ἄζηλος βίος, ὁ εὐτελής. [5] Ἐξ ὀλβίων ἄζηλον εὑροῦσαι βίον, χωροῦσι πρὸς σέ.

Ἀζήμιθρον. ἀζήμιον.

Ἀζήμιος. ἀβλαβής. κυρίως δὲ ζημία, ἡ τῆς ζωῆς μείωσις. ἢ τὸ ἐν ζωῇ [6] μικρόν. [7] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ· Μῶν ἀξιοῖς φενακίσας ἡμᾶς ἀπαλλαγῆναι. ἢ Ἀζήμιος, [8] ὁ ἀληθὴς, καὶ μὴ ὑπέχων ζημίαν τοῦ πάθους.

Ἀζηνᾶς. ὄνομα κύριον. καὶ Ἀζηνεύς.

Ἀζηνιεύς. Ἀζηνία δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Ἱπποθοωντίδος. ἀφ' ἧς ὁ φυλέτης Ἀζηνιεύς. καὶ Ἀζηνιεῖς, καὶ Ἑρχιεῖς, καὶ Ἁλιεῖς, καὶ πάντα τὰ ὅμοια δασέως φασὶ φθέγγεσθαι τοὺς Ἀττικοὺς τοὺς παλαιούς. [9] Πολέμων ἐν τοῖς πρὸς Ἀδαῖον, καὶ Ἀντίγονον.

Ἄζηρος. ὁ μὴ ξηρός.

μαλα & πτέρυγας. Aristophanes: *Domus vestras tegemus ad aquilam usque.* [Ἐρέψομεν hic dictum est] pro στεγάσομεν.

Ἀζαλέας δρῦς. Aridas quercus. [Est constructio] quæ ad sensum refertur. Num [hoc ideo dictum] quod arbores eodem tempore a torrentibus radicitus evulsæ folia amittant: vel, quia lignarii eas cæsas in fluviorum fossas conjiciunt, ut simul cum pluvia deferantur: quæ opinio recte se habet.

Ἀζαλέη. Arida. Sicca.

Ἀζαρίας. Azarias. Nomen proprium.

Ἀζαίνεσθαι. Arescere.

Ἀζέμιλκος. Azemilcus. Nomen proprium.

Ἀζειάδης. Nomen proprium. Et patronymice Ἀζείδας.

Ἀζείδης. Azides. Nomen proprium.

Ἀζείθει. Fervet. Ἀζήρει vero, arefacit.

Ἄζειρον. Non variegatum, (Ζειρὸν enim variegatum significat) vel, nullo colore ornatum.

Ἀζειῶται. Aziotæ. Troica gens.

Ἀζήϊος. Azeius. Nomen proprium.

Ἀζηλόειν. Atrum. Nigrum.

Ἄζηλον. Quod nemo æmulari velit. *Tam indignum facinus me perpetrasse dicis.* Et Ἄζηλος βίος, vita vilis [& minime invidiosa.] *Ex fortunatis ad miserum vitæ statum redactæ, veniunt ad te.*

Ἀζήμιθρον. Damni expers.

Ἀζήμιος. Illæsus. Proprie autem ζημία dicitur imminutio facultatum vel opum. Aristophanes: *An putas, postquam fucum nobis fecisti, te illæsum hinc abiturum.* Et Ἀζήμιος, verax, qui mendacii pœnam non patitur.

Ἀζηνᾶς. Nomen proprium. Et Azeneus.

Ἀζηνιεύς. Azenia oppidum est Tribus Hippothoontidis, cujus tribulis [vocatur] Azenius. Ἀζηνιεῖς, & Ἑρχιεῖς, & Ἁλιεῖς, & omnia similia, cum spiritu aspero Atticos veteres pronuntiare aiunt: ut [auctor est] Polemo in iis quæ ad Adæum & Antigonum scripsit.

Ἄζηρος. Non siccus.

1 Τὰς οἰκίας ἐρέψ.] Apud Aristoph. in *Avibus*, p. 411. 19. versus iste sic scriptus legitur:

Τὰς γὰρ ὑμῶν οἰκίας ἐρέψομεν πρὸς αἰετόν.

Ubi Scholiasta inquit: Ἐρέψομεν. διὰ τὰ ἐν τοῖς ναοῖς αἰετώματα. ἀντὶ τοῦ στεγάσομεν πρὸς αἰετώματα. τὰς γὰρ τῶν ἱερῶν στέγας πτερὰ καὶ αἰετοὺς καλοῦσιν. *P.*

2 Ἀζαλέας δρῦς. πρὸς τὸ σημ.] Hunc locum Suidas procul dubio excerpsit ex aliquo Scholiasta veteri, qui enarraverat versum illum Homeri Il. Λ. 494.

Πολλὰς δὲ δρῦς ἀζαλέας, πολλὰς δέ τε πεύκας.

Ibi enim Poeta loquitur de fluvio, qui, postquam imbribus ultra solitum modum intumuit, *aridas quercus* aliasque arbores secum abripere solet. Adducam hic verba Eustathii ad locum illum Homeri, quoniam Suidam non parum illustrant. Δρῦς δὲ ἀζαλέας ἢ ἁπλῶς εἶπε τὰς ἐκ τοῦ παρόντος χειμῶνος ἀνασπασθείσας, καὶ χέρσῳ ἀφαναισθείσας. καὶ οὕτω ἐῤῥιζωμένας ἐλαφρῶς χειμάῤῥῳ παρασυρείσας, ἢ τὰς ἐκ προνοίας ἀποξηρανθείσας, ὡς εἰκός. ὃ δὴ πολλαχοῦ γίνεσθαι εἰώθασι, παραβληθείσας μετὰ ὑγρὰν ὑλοτομίαν ἐγγὺς χειμάῤῥου, ἵνα, ὅτε ξηρανθῶσι, κατασύρῃ αὐτὰς ὕδωρ χειμερινόν.

3 Ἵνα συγκαταφέρηται τῷ ὄμβ.] Portus locum istum sic verterat: *Ut simul cum ipsa pluvia absportetur id, quod in ipsis arboribus est humidum ac sanum.* Quam inepta sit ista versio, facile perspicient omnes, qui nostram interpretationem cum ea conferre voluerint.

4 Ἄχρωστον] Repræsentavi lectionem Editionis Mediolanensis, quoniam reliquæ mendo typographico hic inquinatæ sunt. Suspecta mihi autem est vox ἄχρωστον, quoniam Hesychius in diversa abit, & τὸ Ἀζειρὸν exponit per ἀζέστον. Quare si quis & hic pro ἄχρωστον scribendum censuerit ἄζεστον, me non habebit dissentientem.

5 Ἐξ ὀλβίων ἄζηλον εὑρ.] Fragmentum hoc depromptum est Sophocl. *Trachin.* p. 341. ut Portus recte observaverat.

6 Μικρόν.] Hanc lectionem omnes Editiones agnoscunt. In MSS. vero Paris. exaratum est μιαρόν: quæ vox an loco huic magis conveniat, statuat eruditus lector.

7 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 15. 11. *P.*

8 Ἢ ἀζήμιος, ὁ ἀληθ.] Portus bene observaverat, Suidam locum hunc descripsisse ex Schol. Sophocl. ad *Electram*, pag. 129. ex quo pro ζημίαν τοῦ πάθους legendum est ζημ. τοῦ ψεύδους.

9 Πολέμων ἐν τοῖς πρὸς Ἀδ. καὶ Ἀντ.] Scholiast Aristoph. ad *Aves*, pag. 572. auctor est, Polemonem literis mandasse τοὺς ἐπωνύμους τῶν δήμων καὶ φυλῶν, i. e. qui a Populis & Tribubus nomen acceperant: quod opus forte idem est, cujus Suidas hic meminit.

Ἀζήρει·

Ἀζήρει. τὸ ξηραίνει. [1] Ἀζείρει δὲ, τὸ ζέει.

Ἀζησία. [2] ἡ κόρη. Ἀμαία δὲ, ἡ Δημήτηρ. καὶ παροιμία· Ἡ Ἀμαία τὴν Ἀζησίαν μετῆλθεν. ἐπὶ τῶν πολυχρονίους ζητήσεσι χρωμένων.

Ἀζήτητον. [3] τὸ ζήτησιν καὶ κατηγορίαν ἔχειν κεκωλυμένον. οὕτως Αἰσχίνης.

Ἀζητός. ὁ σεβαστός.

Ἀζηχές. [4] ἀδιεχές, [5] ἀδιάλειπτως.

Ἀζημώθ. ὄνομα κύριον.

Ἀζουρός τις.

Ἄζωρος. ὄνομα κύριον. σημαίνει δὲ καὶ τὸν εὔκρατον οἶνον.

Ἄζυξ. ὁ μὴ συνεζευγμένος γάμῳ. καὶ ὁ κέλης ἵππος.

Ἄει. πνέει. Ἀεὶ δὲ, ἀντὶ τοῦ ἕως, καὶ ἀντὶ τοῦ μέχρι.

Ἀεί. [6] εἰώθασι γὰρ τὸ ἀεὶ καὶ ἐπ' ὀλίγου χρόνου τάττειν. ὡς καὶ Ὅμηρος· Ἔχων κότον ἔμμενες αἰεί. καὶ Σοφοκλῆς· [7] Ὡς λελοιπότα κεῖνον τὸν ἀεὶ βίοτον ἐξεπίστασο. τουτέστι, τὸ μακρὸν γῆρας τῆς ζωῆς.

Ἀεί. [8] τούτου ια φωναί. † Ἀεὶ [9] δὲ χρὴ τὸν σοφὸν εἶναι ὅμοιον, ἐν ἀλγηδόσιν ὀξείαις, ἐν ἀποβολῇ τέκνων, ἐν μακραῖς νόσοις. οἷος ἦν Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεύς. καὶ παροιμία· [10] Ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι. ἐπὶ τῶν ἀξίως καὶ εἰς πάντα εὐδαιμονούντων. [11] οἱ δὲ, ἐπὶ τῶν ἀξίως τιμωρουμένων.

Ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιος. ἐπὶ τῶν ἐλπίδι μὲν ἀεὶ τρεφομένων ἀπαλλάττεσθαι τῶν δεινῶν, τοῖς αὐτοῖς δὲ πάλιν περιπιπτόντων.

Ἀειγλαύκοισιν. [12] ταῖς διηνεκέσι ῥυπαρίαις.

Ἀειδάμνα. ὄνομα κύριον.

Ἄειδε. ᾆδε. λέγε.

Ἀείδελον. [13] ἀόρατον. καὶ Ἀηδὲς, λυπηρόν. καὶ Ἀειδέστερον. ἄμορφον. Τὸν χαλκὸν ἄμορφον παραλαβόντες καὶ ἀειδέστερον, εἰς μορφὴν ἐκτείνουσι καὶ καταχηματίζουσι.

Ἀειδής. ὁ ἀφανής. ἀειδὴς ψυχή. καὶ Ἀειδία, ἡ ἀμορφία.

Ἀειδίνητος. ὁ πάντοτε στρεφόμενος.



Ἀζήρει. Arefacit. Ἀζείρει vero, Fervet.

Ἀζησία. Proserpina. Ἀμαία vero, Ceres. Et proverbium: Ceres Proserpinam quærit. [Quod dicitur] de illis, qui diu aliquid quærunt.

Ἀζήτητον. Res, de qua quæstio habita non est, vel ob quam quis accusatus non est. Sic Æschines.

Ἀζητός. Augustus. Venerabilis.

Ἀζηχές. Perpetuo, sine intermissione.

Ἀζημώθ. Nomen proprium.

Ἀζουρός τις. Azurus quidam.

Ἄζωρος. Nomen proprium. Significat etiam vinum bene temperatum.

Ἄζυξ. Nondum matrimonio junctus. Item, equus singularis.

Ἄει. Flat. Ἀεὶ vero, usque ad, donec.

Ἀεί. [Semper.] Solent autem hanc vocem etiam de exiguo tempore usurpare. Ut Homerus: *Pertinacem semper iram alens.* Et Sophocles: *Illum semper durantem vitam liquisse scias.* [Ubi τὸν ἀεὶ βίοτον significat] longævam vitæ senectutem.

Ἀεί. Undecim modis effertur. † *Semper autem sapientem sui similem esse oportet, & in acerbis doloribus, & in amissione liberorum, & in diuturnis morbis.* Talis erat Apollonius Tyaneus. Et proverbium: *Semper bene cadunt Jovis tesseræ.* Quod dicitur de illis, qui merito & in omnibus rebus felices sunt. Alii vero [hoc accipi volunt] de illis, qui meritas pœnas luunt.

Ἀεὶ γεωργὸς εἰς ν. Semper agricola in proximum annum est dives. Dicitur de iis, qui spe semper aluntur, fore, ut ex calamitatibus evadant, & tamen in easdem subinde recidunt.

Ἀειγλαύκοισιν. Perpetuis sordibus.

Ἀειδάμνα. Aidamna. Nomen proprium.

Ἄειδε. Cane. Dic.

Ἀείδελον. Quod non cernitur. Et Ἀηδὲς, molestum. Et Ἀειδέστερον, informe. *Accipientes æs rude & informe, illud formant & figurant.*

Ἀειδής. Qui non videtur. Anima, quæ cerni non potest. Et Ἀειδία, deformitas.

Ἀειδίνητος. Qui semper circumagitur.

1 Ἀζείρει δὲ, τὸ ζέει.] Vide paulo ante v. Ἀζείρει, & notam varietatem lectionis. Edit. Mediolanensis utroque in loco agnoscit τὸ Ἀζείρει: sed τὸ ἀζήρει esse veram lectionem non dubito.

2 Ἀζησία. ἡ κόρη.] Vide infra v. Ἀμαία.

3 Ἀζήτητον. τὸ ζήτ.] Ex Harpocratione.

4 Ἀζηχές.] Vide Hesych. v. Ἀζηχές. Ἀζιχές. & Ἀζαχές.

5 Ἀδιαλείπτως.] Schol. Homeri ad Il. Δ. v. 435. Ἀζηχές. ἀδιαλείπτως. συνεχῶς. Ἀζ ἐστιν ἐξ ἄδην, ὅ δηλοῖ, τὸ ἀθρόως, ὅτι ἄχρις. ὅ ἐστιν ἀεὶ ἄχρι ἰσχυρῶς.

6 Ἀεί. εἰώθασι γ.] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Oedip. Colon.* p. 322. ut a Porto recte observatum fuerat.

7 Σοφοκλῆς] Apud Sophoclem loco modo laudato versus hi sic distincti sunt:

——Ὡς λελοιπότα
Κεῖνον τὸν αἰεὶ βίοτον ἐξεπίστασο.

8 Τούτου ια φωναί] Quis sit horum verborum sensus, ignorare me fateor. Porti autem ad hunc locum observatio quam sit frigida & inepta, quivis Lector, etiam parum acutus, facile animadvertet.

9 Ἀεὶ δὲ χρὴ τὸν σ.] Hoc fragmentum depromptum est ex Marci Antonini Τῶν εἰς ἑαυτὸν lib. 1. §. 8. ubi tamen verba illa, οἷος ἦν Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεύς, non reperiuntur. Ea enim sunt assumentum inepti cujusdam hominis, qui, cum eodem loco Apollonii cujusdam mentionem factam vidisset, a quo Marcus Antoninus se didicisse profitetur ea, quæ toto illo paragrapho recenset; putavit de Apollonio Tyaneo ibi verba fieri: in quo tamen eum ratio fefellit. Nam Apollonius Tyaneus, quem sub Nerone jam floruisse constat, non potuit ad Marci Antonini ætatem usque pervenire: ne dicam, ex veteribus scriptoribus satis constare, alium esse Apollonium, quem ibi Marcus Antoninus inter præceptores suos refert.

10 Ἀεὶ γὰρ εὖ π.] Vide Eustath. ad Odyss. p. 397. 18.

11 Οἱ δὲ ἐπὶ τῶν ἀξίως τιμ.] Eo sensu proverbium illud usurpavit Euripides in fragmento, quod exstat apud Stobæum in Eclogis Physicis lib. 1. cap. VII. p. 9.

12 Ἀειγλαύκοισιν] Hic articulus in uno MS. Paris. deest: in duobus aliis vero sola vox Ἀειγλαύκοισιν, nulla addita interpretatione, legitur.

13 Ἀείδελον] Vide Etymolog. M. qui vocabulum hoc pluribus explicat.

Ἀειδάνιος. ὄνομα κύριον.

Ἀειεστώ.[1] Ἀντιφῶν τὴν ἀϊδιότητα, καὶ τὸ ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἀεὶ ἑστάναι. ὥσπερ καὶ [2] εὐεστὼ ἡ εὐδαιμονία καλεῖται. ἡ λέξις [3] παρὰ τῷ Διογενιανῷ ἐν Ἀληθείας δευτέρῳ.

Ἀειθαλής. ἀεὶ θάλλων.

Ἀεικέλιος. ὁ εὐκαταφρόνητος.

Ἄεικες. τὸ ἀνόμοιον. Ἀεικὲς δὲ, τὸ ἀπρεπές. ἐν Ἐπιγράμματι· Οὔτι ἀεικές. καὶ αὖθις. Εἰς ἄτας ἐμπέπτωκας οὕτως ἀεικῶς.

Ἀεικέστερος. ἀπρεπέστερος.

Ἀείκεια. ἡ ἀπρέπεια.

Ἀεικέλιον. τὸ ἀπρεπές.

Ἀεικίας. τὰς ὕβρεις σημαίνει. καὶ ὄνομα κύριον.

Ἀεικίσουσι. ὑβρίσουσιν.

Ἀεικῶς. ἀπρεπῶς. ἀσυνήθως. [4] Οὕτως ἀεικῶς οἰκτρῶς τε θανόντος. οἰκτρῶς μὲν διὰ τὸ βίᾳ ἐπιβουλευθέντα. ἀεικῶς δὲ, διότι πελέκει αὐτὸν μεθ' ὕβρεως ἐπίσαντο.

Ἀειλογεῖς. ἀεὶ λαλεῖς. καὶ Ἀειλογία, πολυλογία, ἢ ταυτολογία, ἢ τὸ διαπαντὸς ἐξεῖναι λέγειν.

Ἀειλογία.[5] τὸ ἀεὶ λόγον καὶ εὐθύνας ὑπέχειν. οὕτω Δημοσθένης. καὶ Ἰσαῖος.

Ἀεί με τοιοῦτοι [6] πολέμιοι διώκοιεν. ἐπὶ τῶν ἀνάνδρων, καὶ μηδενὸς λόγου ἀξίων.

Ἀείμνηστος.

Ἀεὶ [7] νῶν. τὸ ἀέναον.

Ἀεὶ παρθένους. τὰς Ἐριννῦς. μυθικὸν δέ ἐστι τοῦτο. ὑπονοεῖν δὲ χρὴ, τὰς ἀδωροδοκήτους, καὶ οὐχὶ χραίνεσθαι δώροις δυναμένας ὑπὸ τῶν ἀδικούντων. [8] Σοφοκλῆς·

Καλῶ δ' ἀρωγοὺς τὰς ἀεί τε παρθένους
Σεμνὰς Ἐριννῦς [9] τανύποδας.

Ἀείπλανα. πεπλανημένα. φλύαρα. πλήρη φλυαρίας. Ἀείπλανα χείλεα γραός.

Ἀείραχος. ἡ ἔλαφος [10] παρὰ Κρήταις.

Ἄειρε. πρόσφερε. [11] Ὅμηρος· Μή μοι οἶνον ἄειρε μελίφρονα.

Ἄειρεν. ἔβαλε. Καὶ ἵππεια λύματ' ἄειρεν.

Ἀειρός. ὁ ἄπειρος.

Ἀειδάνιος. Nomen proprium.

Ἀειεστώ. Antipho sic vocat perpetuitatem, & in eodem statu permansionem: ut Εὐεστὼ vocatur felicitas. Vocabulum hoc legitur apud Diogenianum ex libro secundo [Antiphontis] *de Veritate.*

Ἀειθαλής. Perpetuo florens.

Ἀεικέλιος. Contemnendus.

Ἄεικες. Dissimile. Ἀεικὲς vero, Indecorum, [Indignum]. In Epigrammate: *Nihil indecori.* Item. *In calamitates tam indigne incidis.*

Ἀεικέστερος. Indecentior. [Indignior.]

Ἀείκεια. Indignitas.

Ἀεικέλιον. Indecorum. Indignum.

Ἀεικίας. Contumeliam significat. Item, nomen proprium.

Ἀεικίσουσι. Contumelia afficient.

Ἀεικῶς. Indigne, præter morem. *Adeo indigne & miserabiliter illo mortuo.* Ac miserabiliter quidem, quod per vim & ex insidiis fuerit interfectus. Indigne vero, quod securi ipsum ignominiose [percussum] ulti sint.

Ἀειλογεῖς. Semper loqueris. Et Ἀειλογία. Loquacitas, vel earundem rerum in loquendo incepta iteratio, vel perpetua garrulitas.

Ἀειλογία. Semper rationes [alicujus rei gestæ vel gerendæ] in promptu habere. Sic Demosthenes & Isæus.

Ἀεί με τοιοῦτ. Semper me tales hostes persequantur. Dicitur de imbellibus & nullius pretii hominibus.

Ἀείμνηστος. [Cujus memoria perpetuo durat.]

Ἀεὶ νῶν. Perpetuo fluens.

Ἀεὶ παρθένους. Furias. Hoc autem ex fabulis petitum est, & sensum talem habet: eas nullis muneribus nec donis ab improbis corrumpi posse. Sophocles: *Imploro autem opem semper-virginum, Venerandarumque & velocium Furiarum.*

Ἀείπλανα. Errantia. Nugatoria. Futilitatis plena. *Futilia labra vetulæ.*

Ἀείραχος. Cerva apud Cretenses.

Ἄειρε. Offer. Homerus: *Ne mihi vinum offeras suave.*

Ἄειρεν. Abjecit. *Et equinas sordes abjecit.*

Ἀειρός. Imperitus.

1 Ἀειεστώ. Ἀντιφ.] Ex Harpocratione. Vide infra v. Αἰειεστώ. Sic enim ibi legendum est pro Αἰεὶ ἐστώ.

2 Εὐεστώ.] Vide infra suo loco.

3 Παρὰ τῷ Διογεν.] Maussacus ad Harpocrationem locum hunc sic legendum & supplendum esse recte monuit: Παρὰ τῷ Διογενιανῷ ἐν ἀληθείας δευτέρῳ Ἀντιφῶντος. Non enim Diogenianus, sed Antipho libros de veritate scripserat. Diogenianus vero in Lexico suo notaverat, vocabulum illud legi apud Antiphontem libro secundo *de Veritate.* Hunc enim esse verum hujus loci sensum vel ex ipso Suida patet, apud quem infra in Diphthongo Αι, ubi eadem vox repetitur, sic legitur: Ἡ λέξις Διογενιανῷ ἐν ἀληθείας δευτέρῳ Ἀντιφῶντος.

4 Οὕτως ἀεικῶς οἰκτρ. τ. θανόντος] Hæc sunt verba Electræ de Agamemnone, a Clytemnæstra crudeliter trucidato, apud Sophoclem in Fabula *Electra* pag. 85. ubi pro ἀεικῶς legitur αἰκῶς, quæ lectionum diversitas notanda est. Reliqua verba, quæ hoc loco leguntur, Suidas ex Sophoclis Scholiasta deprompsit.

5 Ἀειλογία] Vide Harpocrationem, unde Suidas.

6 Πολέμιοι] Sic in MSS. exaratum inveni. Priores vero Edit. exhibent πόλεμοι.

7 Ἀεὶ νῶν] Antea corrupte legebatur Ἀεινῶν: pro quo duabus distinctis vocibus scribendum esse ἀεὶ νῶν optime ad hunc locum monuit Portus; de quo utinam semper dicere liceret βαίν' ὅπως. Respexit hic autem Suidas ad locum illum Aristophanis in *Ranis*, pag. 218. Σκῶρ ἀεὶ νῶν, i. e. *stercus semper fluens*: quæ verba Grammaticus noster infra suo loco enarrans ait: Σκῶρ δὲ ἀεὶ νῶν. τὸ ἀεὶ ῥέον. νάον, νῶν.

8 Σοφοκλῆς] In *Ajac. Flagell.* pag. 50. ubi vide Scholia, ex quibus Suidas sua descripsit. *P.*

9 Τανύποδας] Eustathius ad Il. I. p. 763. ubi de Furiis agit, hunc ipsum locum Sophoclis respiciens, eas τανύποδας vocari ait, διὰ τὸ οἷον μακροσκελεῖς τοὺς ὅπου ποτὲ τοὺς διαβαίνοντας ἐν τάχει ἐκτινάσσειν. Sic enim ibi legendum est pro ἐκκίνεστι, quæ est vox nihili. Vide etiam infra v. Τανύποδας.

10 Παρὰ Κρήταις] Insolens prorsus est Κρήταις pro Κρησί. Quare licet vocem istam suspectam haberem, nolui tamen absque auctoritate MSS. quicquam mutare.

11 Ὅμηρος] Iliad. Z. v. 264.

Ἀεί-

Ἀείρω. τὸ ἐπαίρω, καὶ κουφίζω, καὶ βαστάζω.

Ἀείρων. ἀθώπευτος.

Ἀείρρυτος. ὁ ἀεὶ ῥέων.

Ἀεί τις.[1] ὁ ἑταῖρος.

Ἀεί τις[2] ἐν Κύδωνος. ἐπὶ τῶν φιλοξένων, καὶ πρὸς ὑποδοχὴν ἑτοίμων. παρόσον Κύδων Κορίνθιος φιλοξενώτατος ἐγένετο.

Ἀεὶ τοῖς ἐρῶσιν σύνεσμεν.[3] Ἀριστοφάνης περὶ ὀρνίθων. διὰ τὸ τοὺς ἐραστὰς ὄρνιθας εὐγενεῖς χαρίζεσθαι τοῖς ἐρωμένοις. καὶ ἡ σίττη δὲ, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ὄρνεον, δεξιὰ πρὸς ἔρωτα φαίνεται. Ἐγὼ μὲν ὦ Λευκίππη, δεξιὰ σίττη. ἡ νῦν, οἶμαι, λεγομένη σιττὶς.

Ἀείυπνος. ὁ ἀεὶ κοιμώμενος.

Ἀείφρουρος.

Ἀειφυγία. ἡ εἰς ἀεὶ φυγή. Χωρήσειν δ' αὐτοῖς ἅπαντα κατὰ νοῦν, εἰ τὸν αὐτόχειρα ἐλάσειε τοῦ στρατοῦ ἀειφυγίᾳ. τουτέστιν ἐξορίᾳ.

Ἀηδής. ὁ ἀνεύφραντος. ὁ δυσειδής. καὶ Ἀηδὲς, τὸ ἀνέραστον.

Ἀηδία. ἡ ἀνορεξία. Ἀειδία δὲ, ἡ ἀμορφία.

Ἀηδίζομαι. Οὐκ εὐφραίνομαι.

Ἀηδόνειος ᾠδή. καὶ Ἀηδόνειον μέλος.

Ἀηδὼν,[4] καὶ ἀηδοῦς. ὡς Σαπφὼ [5] κατὰ Μιτυληναίους. [6] Σοφοκλῆς· Οὐδ' οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος ἀηδοῦς ἄσει δύσμορος· ἀλλ' ὀξυτόνους ᾠδὰς θρηνήσει, χερόπληκτοι δὲ στέρνοις πεσοῦνται δοῦποι. καὶ αὖθις. Οὐδ' ὅσον ἀηδόνες ὑπνώουσιν. ἐπὶ τῶν ἀγρυπνούντων. καὶ αὖθις·

> Ἀλλ'[7] ἐμέ γ' ἁ στονόεσσ' ἄραρε φρένας
> Ἃ Ἴτυν αἰὲν, Ἴτυν γ' ὀλοφύρεται
> Ὄρνις [8] ἀτυζομένα Διὸς ἄγγελος.

Ἀττικῶς ἄραρέ μοι. αὕτη ἴση μοι ταῖς φρεσίν. ἀντὶ τοῦ, σύμφωνα πράττομεν ἐγώ τε καὶ ἡ ἀηδὼν ἕνεκα τοῦ θρηνεῖν. οἷον ἥρμοσταί μοι ταῖς φρεσίν. τουτέστιν ἐκείνην ζηλῶ τὴν ἀξίως τὸν Ἴτυν στενάζουσαν. Διὸς δὲ ἄγγελος ἡ ἀηδὼν, ὅτι ἔαρ σημαίνει. ἢ ὅτι τὴν ἡμέραν. καὶ Ὅμηρος·[9] Χλωρηῒς ἀηδών. ἢ ὅτι τὰ ἑαυτῆς ἀγγέλλει κακὰ, καὶ τὴν θρυλλουμένην ἀγγελίαν καὶ τὸ πάθος. ἢ ἄγγελος, οἷον τέρας, τὸ παρ' αὐτῆς γινόμενον εἰς παρανομίαν τῆς φύσεως. καὶ Σαπφώ· Ἦρος ἄγγελος ἱμερόφωνος ἀηδών. Ἀηδὼν δὲ, ἀηδόνος, συστέλλει.

Ἀηδῶς. ἀνωφελῶς.

Ἀείρω. Tollo, levo, porto.

Ἀείρων. Qui nullis blanditiis capitur.

Ἀείρρυτος. Semper fluens.

Αἰτης. Socius.

Ἀεί τις ἐν Κύδωνος. Semper aliquis in Cydonis ædibus. Dicitur de hominibus hospitalibus, & ad quosvis hospitio excipiendos paratis. Nam Cydon Corinthius hospitalitatis amantissimus fuit.

Ἀεὶ τοῖς ἐρ. *Semper cum amatoribus sumus.* Aristophanes hoc de avibus dicit. Quia amatores suis amasiis generosas aves donare solent: & pica, & si qua est alia hujusmodi avis, bonum amantibus omen videtur. *Ego quidem, o Leucippa, fausta tibi sum pica.* [Est autem avis σίττη ea] quæ nunc, ut puto, σιττὶς appellatur.

Ἀείυπνος. Qui semper dormit.

Ἀείφρουρος. [Semper custodiens.]

Ἀειφυγία. Perpetuum exilium. *Omnia autem ex animi sententia ipsis successura, si homicidam ex exercitu pulsum perpetuo exilio multarent.* [Ubi ἀειφυγία positum est] pro ἐξορία.

Ἀηδής. Injucundus. Deformis. Et Ἀηδὲς, Non amabile.

Ἀηδία. Fastidium. Ἀειδία autem, Deformitas.

Ἀηδίζομαι. Voluptatis & lætitiæ expers sum.

Ἀηδόνειος ᾠδή. Luscinïæ cantus, & Luscinïæ melos.

Ἀηδὼν, & [Ἀηδὼ,] ἀηδοῦς, ut Σαπφὼ, οῦς. Sophocles: *Neque miserabilis gemitum lusciniæ imitabitur infelix, sed questus & lamenta clara voce edet, percussaque sonabunt manuum plangore pectora.* Et rursus. Vix tantum dormit, quantum luscinia. Dicitur de illis, qui multum vigilant. Et rursus:

> *Sed gemebunda illa animo meo convenit*
> *Quæ Ityn semper, Ityn illum luget*
> *Avis inquam malis mæsta, Jovis nuntia*
> *[luscinia.]*

Attice dictum est ἄραρέ μοι. i. e. hæc animo meo similis est: vel, paria facimus & ego & luscinia, quod ad luctum attinet. [Aliter. Ἄραρέ μοι φρένας] pro ἥρμοσταί μοι τ. φρ. i. e. congruit animo meo: vel, imitor illam, quæ merito Ityn luget. Jovis vero nuntia dicitur luscinia, quia ver prænuntiat, vel diem. Et Homerus: *Locis viridibus gaudens luscinia:* Vel, quia propria nuntiat mala, & celebratam illam fabulis calamitatem. Vel [dicitur] nuntia, quasi prodigium quoddam, ob perpetratum ab illa monstrosum facinus. Et Sappho: *Veris nuntia suaviter cantans luscinia.* Ἀηδὼν vero ἀηδόνος, corripit [syllabam tertiam.]

Ἀηδῶς. Inutiliter.

1 Ἀείτης. ὁ ἑτ.] Scribendum est Αἰτης, ut Portus etiam monuit.

2 Ἀεί τις ἐν Κύδ.] Hæc repetuntur infra v. Τίς ἀντὶ τοῦ ἑκ.

3 Ἀριστοφάνης] *Avibus* pag. 574. D. Consule ad eum locum Scholia vetera, unde Suidas sua descripsit.

4 Ἀηδὼν, καὶ ἀηδοῦς.] Locus hic procul dubio sic legendus & integritati suæ restituendus est: Ἀηδὼν. καὶ Ἀηδὼ, ἀηδοῦς. Vocem enim ἀηδὼ, quæ in omnibus Edit. desideratur, ad sensum hujus loci supplendum necessariam esse manifesto patet.

5 Κατὰ Μιτυληναίους] Has duas voces esse nothas & παρεμβεβλημένας non dubito, quoniam a sensu hujus loci omnino alienæ sunt.

6 Σοφοκλῆς] In *Ajace* p. 38. ubi versus hi sic distinguuntur & leguntur.

> Οὐδ' οἰκτρᾶς γόον
> Ὄρνιθος ἀηδοῦς
> Ἥσει δύσμορος,
> Ἀλλ' ὀξυτόνους μὲν ᾠδὰς
> Θρηνήσει. Χερόπληκτοι
> Δ' ἐν στέρνοισι πεσοῦνται
> Δοῦποι. *P.*

7 Ἀλλ' ἐμέ γ' ἁ στ.] Ex Sophocl. *Electra* pag. 87. ubi consule Græca Scholia, unde Suidæ verba deprompta sunt. *P.*

8 Ἀτυζομένα Διὸς ἀγ.] Hæc repetuntur infra v. Ἀτυζόμενος.

9 Ὅμηρος] Odyss. T. v. 518.

Ἀήθεσσον. ἀήθεις ἦσαν. καὶ Ἀηθέσσουσιν, ἀσυνήθεις εἰσίν. Ἀηθέσσω ἐπιστὸς, ἀηδίζομαι, ἀΐω, ἄω, [1] οὐ τρέπουσι τὸ α εἰς η κατὰ τὸν παρατατικόν. καὶ τὸ μὲν ἀήθεσσον, καὶ ἀηδιζόμην, ἵνα μὴ εὑρεθῇ ἀλληλοπαλλήλως τὸ η. τὸ δὲ ἄω, τὸ πνέω, καὶ ἀΐω, τὸ ἀκούω, ἵνα μὴ συμπέσωσιν ἑτέρῳ σημαινομένῳ. τὸ γὰρ ἀΐω συνέπιπτε τῷ ᾔει, τῷ ἐπορεύετο. τὸ δὲ ἄω, τῷ ἦν, τῷ ὑπῆρχεν.

Ἀήθεσσον. Insueti erant. Et Ἀηθέσσουσιν, insueti sunt. [Quatuor hæc verba] ἀηθέσσω, ἀηδίζομαι, ἀΐω, ἄω, non mutant α in η in imperfecto. Et ἀήθεσσον quidem & ἀηδιζόμην ideo, ne τὸ η in duabus syllabis proximis bis ponatur. Verba vero ἄω, i. e. spiro, & ἀΐω, audio, ad evitandam ambiguitatem. Nam τὸ ἀΐω concurrit cum ᾔει, quod significat, ibat. Verbum ἄω vero, cum ἦν, i. e. erat.

Ἄηκες.[2] τὸ ἠκονημένον ξίφος.

Ἄηκες. Gladius aciem non habens.

Ἄημα. ἡ πνοὴ τοῦ ἀνέμου.

Δεινῶν [3] τ' ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε
Στένοντα πόντον. ὁ δὲ παγκρατὴς ὕπνος
Λύει πεδήσας, οὐδ' ἀεὶ λαβὼν ἔχει.
Ἡμεῖς δὲ πῶς οὐ γνωσόμεσθα σωφρονεῖν;
Ἐγὼ δ' ἐπίσταμαι γὰρ ἀρτίως, ὅτι
Ὅτ' [4] ἐχθρὸς ἡμῖν ἐς τοσόνδ' ἐχθραντέος
Ὡς καὶ φιλήσων αὖθις. ἔς τε τὸν φίλον
Τοσαῦθ' ὑπουργῶν ὠφελεῖν βουλήσομαι,
Ὡς αἰὲν οὐ μενοῦντα. τοῖς πολλοῖσι γὰρ
Βροτῶν ἄπιστός ἐσθ' ἑταιρείας λιμήν.

Ἄημα. Venti flatus. *Et vehemens ventorum flatus [tandem cessans] pristinæ tranquillitati restituit æstuans mare: & omnia domans somnus solvit tandem quos vinxerat, nec semper constrictos tenet. Nos vero nulla moderatione uti sciemus? Ego vero nunc demum didici, inimicum ita a nobis odio prosequendum esse, ut qui amare rursus nos possit. Et vicissim, amicum ita amabo & officiis juvabo, ut qui aliquando possit esse inimicus. Plerisque enim mortalium infidus est amicitiæ portus.*

Ἄημαι. [5] ἐν Ἐπιγράμματι·

Ἀσπὶς ἀπὸ βροτέων ὤμων [6] Τιμάνορος [7] ἄημαι
Ναῷ [8] ὑπορροφίας Παλλάδος ἀλκιμάχας.

ἀντὶ τοῦ ἀνάκειμαι.

Ἄημαι. In Epigrammate:

*Clypeus, quem humeris gestavit Timanor, nunc suspensus sum*
*Sub tecto templi Palladis bellatricis.*

Ἀήμεναι. πνεῦσαι.

Ἀηνές. τὸ αἴδιον. τὸ λαμπρόν.

Ἀηνόβαρβος.[9] ὁ χαλκοπώγων.

Ἀήπιον. τὸ μὴ πρᾶον.

Ἀήσσατος. ἀήττητος. [10] Ἔμμι δ' ἀήσσατος πάμπαν ἀφ' οὗ γενόμαν.

Ἀήσυλον. τὸ ἄδικον. ἁμαρτωλόν.

Ἀήσυρον.[11] τὸ λεπτόν. τὸ μετέωρον, καὶ κοῦφον. τὸ ἐλαφρόν. παρὰ τὸ ἀέρι σύρεσθαι. ἐπὶ ὀρνέων. Ἀήσυρον γόνυ κάμψει.

Ἀήτης. ὁ ἄνεμος. καὶ ὥσπερ ἡγήσω, ἡγητής· ποιήσω, ποιητής· οὕτως ἔδει ἄω, ἀήσω, ἀητής. ἀλλ' ἡμάρτηται. [12] Καρπαθίην ὅτε νυκτὸς ἅλα στρέψαντος ἀήτου.

Ἀήμεναι. Spirare.

Ἀηνές. Perpetuum. Illustre.

Ἀηνόβαρβος. Ænobarbus.

Ἀήπιον. Immite.

Ἀήσσατος. Invictus. *Sum autem invictus prorsus, ex quo natus sum.*

Ἀήσυλον. Injustum. Iniquum.

Ἀήσυρον. Tenue. In sublimi agens. Leve. Dicitur de avibus, quod in aere suspensæ ferantur. *Leve genu flectet.*

Ἀήτης. Ventus. Ut ab ἡγήσω fit ἡγητής; a ποιήσω, ποιητής: sic ab ἄω, ἀήσω, oportebat formari ἀητής. Quod tamen secus est. *Cum ventus noctu Carpathium mare agitaret.*

1 Οὐ τρέπουσι τὸ α εἰς η] Eadem habet Etymologus v. Ἀηθέσσω, qui cum Suida conferendus est.

2 Ἄηκες. τὸ ἠκον.] Assentior Henrico Stephano, putanti, excidisse hic vocem μὴ, & legendum esse, τὸ μὴ ἠκονημένον ξίφος. Uti enim εὐηκὴς significat ὁ καλῶς ἠκονημένος, teste Suida infra: sic ἀηκὴς, sive ἄηκες erit ὁ μὴ ἠκονημένος.

3 Δεινῶν τ' ἄημα κτλ.] Versus hi elegantissimi deprompti sunt ex Sophocl. *Ajace Flagell.* pag. 41. ubi in versu primo pro δεινῶν, legitur δεινόν. Reliqua non discrepant a lectione Suidæ. Locum autem hunc paulo liberius verti, neque verbis stricte & religiose inhæsi, ut sensum Poetæ eo melius & clarius exprimerem.

4 Ὅτ' ἐχθρὸς ἡμῖν] Interpretes non observaverant versum hunc Sophoclis in mendo cubare, & pro ὅτ' ἐχθρὸς ἡμῖν, legendum esse, ὅ, τ' ἐχθρὸς ἡμῖν; quæ mutatio quamvis levissima sit, magnam tamen Poetæ verbis lucem affert, ut ex versione nostra apparet. Emendationem hanc confirmat ipse Suidas v. Ἐχθραντέος, ubi idem versus, sic recte scriptus, repetitur.

5 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. VI. p. 576.

6 Τιμάνορος] Sic etiam legitur in Anthologia. Priores vero Edit. habent Τιμήνορος per η; quæ lectio metro versus repugnat, quoniam duæ priores syllabæ in Τιμάνορος longæ sunt.

7 Ἄημαι] In Antholog. legitur ἧμαι. Sed utrumque mendosum est. Legendum enim est ἧμμαι, ab ἅπτω, annecto, appendo: quæ vox de dedicatione donariorum frequenter usurpari solet.

8 Ὑπορροφίας] In Antholog. scriptum est ὑπωροφίας. Sed cum Brodæo legere malim ὑπωρόφιος, eamque vocem ad ἀσπὶς referre; quod in versione secutus sum.

9 Ἀηνόβαρβος] Fridericum I. Imperatorem dictum esse Ænobarbum, sive Barbarossam, a barba rufa, ex historiis notissimum est.

10 Ἔμμι δ' ἀήσσατος] Pentameter hic est pars elegantis Epigrammatis, quod in gratiam Lectoris curiosi ex Anthologia inedita integrum hic subjiciam:

Ἀσπὶς Ἀλεξάνδρου τοῦ Φυλλίου ἱερὸν ὧδε
Δῶρον Ἀπόλλωνι χρυσοκόμῃ δίδομαι.
Γηραλέα μὲν ἴτυς πολέμων ὕπο, γηραλέα δὲ
Ὀμφαλός· ἀλλ' ἀρετᾷ λάμπομαι ἃς ἔκιχον.
Ἀνδρὶ κορυσσομένῳ σὺν ἀρίστῳ ὅς μ' ἀνέθηκε·
Ἔμμι δ' ἀήσσατος πάμπαν ἀφ' οὗ γενόμαν.

*Clypeus ego Alexandri Phyllensis, sacrum*
*Donum Apollini auricomo datus sum.*
*Vetus quidem est ambitus meus propter bella, vetus item*
*Umbo; sed virtutis laude, quam consecutus sum, splendeo,*
*In præliis præsto fui viro fortissimo, qui me dedicavit:*
*Invictus autem semper fui, ex quo natus sum.*

Idem Epigramma edidit Holstenius ad Stephanum *de Urbibus* v. Φυλλὰς; qui ibidem addit, in Epigrammate isto mentionem fieri Apollinis Phyllei: quod miror qui viro illi doctissimo in mentem venire potuerit. Manifestum enim est, τὸ Φυλλίου non esse hic epithetum Apollinis, sed Alexandri, auctoris donarii, a patria sua ita appellati.

11 Ἀήσυρον. τὸ λεπτ.] Scholiasta Æschyli ad *Prometh. Vinct.* v. 451. Ἀήσυροι, οἱ ἀεὶ στρεφόμενοι καὶ ἰσχνοί. ἢ ἀήσυροι, ὥσπερ οἱ κοῦφοι καὶ οἷον πτερωτοί.

12 Καρπαθίην ὅτε ν.] Est initium Epigrammatis nondum, ut puto, editi, quod proinde ex Anthologia MS. integrum cum lectore curioso communicabo.

Ἀήτ-

Ἀκάτπιστος. ὁ ἀκαταπόνητος.

Ἄκτον. τὸ καταπνεόμενον.

Ἄκτος.[1] ὁ ἀκόρεστος.

Ἀνδᾶς. ὁ δεσπότης.

Ἀΐδας.[2] ὁ τάφος.

Ἀϊδές. τὸ ἀκατάληπτον.

Ἀΐδηλον[3] πῦρ. τὸ ἀφανιστικόν. καὶ Ἀϊδήλως, ἀφανιστικῶς.

Ἀΐδης. ὁ ᾅδης. κατὰ διάλυσιν. καὶ Ἀϊδωνεῖ, καὶ Ἀϊδωνῆι, τῷ ᾅδῃ.

Ἀΐδιος. αἰώνιος.

Ἀϊδής. ὁ μὴ βλεπόμενος.

Ἄϊδος κυνῆ. παροιμία. περὶ τοὺς ἐπικρύπτοντας ἑαυτοὺς διά τινων μηχανημάτων. τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ ᾅδου κυνῆ, ἣν Περσεὺς λαβόμενος τὴν Γοργόνα ἐδυρετόμησεν.

Ἄϊδος κυνῆ.[4] Ἀριστοφάνης. Λάβε δ' ἐμοῦ γ' ἕνεκα παρ' Ἱερωνύμου σκοτοδασυπυκνότριχα τὴν Ἄϊδος κυνῆν. ἐπὶ τῶν ἀφανῶν εἴρηται ἡ παροιμία. νῦν δὲ ἐπὶ τῶν ἄγαν κομώντων. Οὗτος γὰρ Ἱερώνυμος μελῶν ἦν ποιητής, καὶ τραγῳδιῶν ἀνώμαλος, καὶ ἀνεπιτέτευκτος, διὰ τὸ ἄγαν ἐμπαθεῖς γράφειν ὑποθέσεις, καὶ φοβεροῖς προσωπείοις χρῆσθαι. ἐδόκει δὲ κροτεῖσθαι. ἐκωμῳδεῖτο δὲ ὡς πάνυ κομῶν. διόπερ Ἄϊδος κυνῆν ἔφη αὐτὸν[5] κωμῳδικῶς, ὡς κομῶντα.

Ἀϊδείη. ἡ ἀπειρία.

Ἀΐδρις. ἀμαθής. ἄπειρος.[6] Ἐγὼ δ' ὁ πάντα κωφός, ὁ πάντ' ἄϊδρις, κατημέλησα. ἀντὶ τοῦ ὁ ἀναίσθητος. Ἴδρις γὰρ ὁ ἔμπειρος. ὁ Θεολόγος·

Γέρων μέν εἰμι, καὶ πολλῶν κακῶν ἴδρις.

Ἀϊδρόν.[7] τὸ διαφανές.

Ἀΐδυλος.[8] ὁ θρασύς.

Ἄϊεν. ἐξέπνεεν.

Ἀΐειν. ἀκούειν. αἰσθάνεσθαι.

Ἄϊθες. ἐθνικόν.

Ἄϊκες. αἱ ὁρμαί.

Ἀΐξας. ὁρμήσας.

> Ἀΐξας[9] ἔνθοδε νεοσσοκόμοιο χελιδόνος
> Νόσφισεν ὠδίνων τετραέλικτος ὄφις.

Ἀκάτπιστος. Qui nulli labori succumbit.

Ἄκτον. Quod vento perflatur.

Ἄκτος. Insatiabilis.

Ἀνδᾶς. Dominus.

Ἀΐδας. Sepulcrum.

Ἀϊδές. Quod comprehendi non potest.

Ἀΐδηλον πῦρ. Ignis vim habens absumendi. Et Ἀϊδήλως, more ejus, quod vim habet consumendi.

Ἀΐδης. Orcus. Per dissolutionem. Et Ἀϊδωνεῖ, vel Ἀϊδωνῆι, Orco.

Ἀΐδιος. Æternus.

Ἀϊδής. Qui non videtur.

Ἄϊδος κυνῆ. Orci galea. Proverbium, quod dicitur de illis, qui se artibus quibusdam conspectui aliorum subtrahunt. Talis enim fuisse fertur Orci galea, qua Perseus usus Gorgoni collum præcidit.

Ἄϊδος κυνῆ. Orci galea. Aristophanes. *Accipe vero mea causa ab Hieronymo corio obductam & densis pilis horrentem illam Orci galeam.* De iis, qui aliorum conspectui se subtrahunt, hoc proverbium dici solet. Hic vero de iis, qui nimiam comam alunt. Hic enim Hieronymus erat Poeta melicus, & Tragicus inæqualis, & nullo judicio fabulas suas concinnans, quod argumenta nimis tragica adhiberet, & terribilibus personis uteretur. Nihilominus multorum plausum provocare videbatur. A Comicis autem perstringebatur, tanquam nimiam comam alens. Quare Orci galeam cum comice vocavit, tanquam nimis comatum.

Ἀϊδρίη. Imperitia.

Ἀΐδρις. Ignarus. Imperitus. *Ego vero ad omnia surdus, & omnium ignarus hæc neglexi.* [Hic vox ἄϊδρις] significat stupidum. Ἴδρις enim est peritus [& catus.] [Gregorius] Theologus:

*Senex sum & multorum malorum gnarus.*

Ἀϊδρόν. Transparens.

Ἀΐδυλος. Audax.

Ἄϊεν. Exspirabat.

Ἀΐειν. Audire. Sentire.

Ἄϊθες. Aithes. Nomen gentile.

Ἄϊκες. Impetus.

Ἀΐξας. Qui irruit.

> *Irruens in nidum pullos foventem*
> *Abegit matrem a partu in quaternos orbes convolutus serpens.*

> Καρπαθίου ὅτε πόντος ἅλα στρέψαντος ἀήτου
> Λαίλαπι Βορρείῃ κλασθὲν ἴδοιτο κέρας
> Εὔξατο κῆρα φυγών, Βοιώτιε σοί με Κάβειρε
> Δέσποτα, χειμερίης ἄθλιον ναυτιλίης
> Ἀρτήσειν ἱεροῖς τόδε λαῖφος ἐν προπυλαίοις
> Διογένης. ἀλέξεις δ' ἀνέρα καὶ πενίην.
>
> *Cum mare Carpathium nolla agitante procella*
> *Antennam vehementi Aquilone fractam vidisset,*
> *Votum fecit, se, si mortem evasisset, tibi, Bœotie Cabire*
> *Domine, hybernæ donarium navigationis*
> *Suspensurum esse hanc vestem in sacri aditu templi*
> *Diogenes. Propulses vero etiam a viro paupertatem.*

In pentametro primo pro ἴδοιτο κέρας, scribendum est ἐσεῖδε κ. ut infra v. Λαίλαψ recte legitur. In versu tertio pro σοί με Κάβειρε, lege σοί γε K. Deum autem Cabirum, vel Deos Cabiros tempestatum averruncatores creditos fuisse, iisque navigantes vota olim facere solitos, ex veteribus scriptoribus constat. Vide quæ hac de re observamus infra v. Ἀλλ' εἴ τις ἐρωτᾷ.

1 Ἄκτος. ὁ ἀκόρεστος.] Pro ἄατος.

2 Ἀΐδας] Dorice pro Ἀΐδης. & hoc pro ᾅδης. P.

3 Ἀΐδηλον πῦρ] Respexit ad versum illum Poetæ Il. B. 455: Ἠΰτε πῦρ ἀΐδηλον. ubi Scholiasta: Ἀΐδηλον. ἀδηλωτικόν. ἀφανιστικόν.

4 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* pag. 378. ubi consule Græca Scholia, unde Suidas sua descripsit.

5 Κωμῳδικῶς, ὡς κ.] Apud Scholiastam Aristophanis legitur, παίζων κωμικῶς τὸν κομῶντα.

6 Ἐγὼ δ' ὁ πάντα κ.] Ex Sophocl. *Ajace Flag.* p. 54. P.

7 Ἀϊδρόν. τὸ διαφ.] Lege & emenda, Ἀϊδνόν. τὸ ἀφανές. Vide Etymologum v. Ἀϊδνός.

8 Ἀΐδυλος] Hanc lectionem ex MSS. revocavi, quam etiam agnoscunt Hesychius, Etymologus, & ipse Suidas infra in Diphthongo Αι. In prioribus vero Edit. legitur αἴδηλος.

9 Ἀΐξας ἔνθοδε νεοσ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis in hirundinem, cujus nidum invaserat serpens, pullos recens natos devoraturus: ut discimus ex Anthol. lib. III. p. 384. ubi Epigramma istud integrum legitur.

Ἄϊρος, ὄνομα κύριον.

Ἄϊς.[1] ὁ μὴ βλεπόμενος.

Ἀΐσθων. ἐκπνέων.

Ἀΐσσουσιν. ὁρμῶσι. φοιτῶσι. [2] Πολύβιος. Ἐν γὰρ τῇ Ῥώμῃ Μάρκον Πόρκιον ἀκούσαντα τὰς ἀριστείας Σκιπίωνος, [3] εἰπεῖν πάλιν ἄλλον πρὸς ἐκεῖνόν τι ἀκηκοότας; [4] οἶος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν.

Ἀϊσί. ἀφανῶς.

Ἄϊστος. ἀνιστόρητος. ἀφανής.

Ἀϊστωθείη. ἀφανισθείη.

Ἄϊστωρ, ἄπειρος. ἀμαθής.

Ἀϊστῶσαι. ἀφανίσαι.

Ἀΐτης. ὁ ὁρμητικός.

Ἀΐτια.[5] ἡ χορδή.

Ἄϊτος. ὄνομα κύριον.

Ἀϊχθήτην. ὡρμήθησαν.

Ἀθαμαντίδης. πατρωνυμικόν.

Ἀθάμας. ὄνομα κύριον. [6] εἰσάγεται ὁ Ἀθάμας ἐστεφανωμένος ὥσπερ ἱερεῖον σφαγιασθησόμενος διὰ Φρίξον. παραδείγματι οὖν χρώμενος ὁ Ἀριστοφάνης, δεδιέναι φησὶ τὰ Ἀθάμαντι παραπλήσια μέλλοντι θύεσθαι.

Ἀθαμβής. ἄφοβος.

Ἀθανάριχος. ὃς ἐβασάνισε τὸν ἅγιον Νικήταν, καὶ μέγαν μάρτυρα Χριστοῦ πεποίηκεν.

Ἀθάνατος.[7] τὸ ἀθάνατος ἐπὶ ἐμψύχων· τὸ δὲ ἄφθιτος, ἐπὶ ἀψύχων φιλόσοφοι τάττουσι. † Ὅτι ὁ Πλάτων ἀθάνατον λέγων τὴν ψυχὴν, ἀθανάτοις ὁμώνυμον εἶναι ἐπιφέρει. διότι τὸ μὲν κυρίως ἀθάνατον, καὶ κατ' οὐσίαν, καὶ κατ' ἐνέργειαν ἐστὶν ἀμετάβλητον. τὴν δὲ ψυχὴν κατ' οὐσίαν μὲν οἶδεν ἀθάνατον· οὐκέτι δὲ καὶ κατ' ἐνέργειαν. οὕτω δ' ἂν εἴποις καὶ τὰ οὐράνια ἀθανάτοις ὁμώνυμα. μεταβάλλει γὰρ καὶ αὐτὰ, εἰ καὶ μὴ κατ' οὐσίαν, ἀλλὰ κατὰ τόπον. ὅτι δὲ πάθος τῆς ζωῆς ἡ ἀθανασία, καὶ σύμπτωμά τι. [8] ἐπὶ ὑποθέσει γάρ τινι δείκνυνται. ἐκ θνητοῦ ἀθάνατον γίνεσθαι, οὐ μεταλήψει ἄλλης ζωῆς, τὸ θνητὸν ἀθάνατον γίγνεσθαι. ἐγράφη ἐν τῷ Π στοιχείῳ περὶ πάθους. Ὁ δὲ τὴν ἀθανασίαν ὁριζόμενος στέρησιν θανάτου, ἁμαρτάνει. οὐ γὰρ στέρησις θανάτου ἡ ἀθανασία, ἀλλ' ἐν ἕξει καὶ διαθέσει.

Ἄϊρος. Nomen proprium.

Ἄϊς. Qui non videtur.

Ἀΐσθων. Exſpirans.

Ἀΐσσουσιν. Impetu feruntur. Vagantur. Polybius. *Romæ enim Marcum Porcium, cum res a Scipione præclare geſtas audiviſſet, dixiſſe ferunt : Solus ſapit, reliqui vero ut umbræ vagantur.*

Ἀϊσί. Obſcure.

Ἄϊστος. De quo nihil ſcitur. Obſcurus.

Ἀϊστωθείη. Aboleatur. [Vel, de medio tollatur.]

Ἄϊστωρ. Imperitus. Ignarus.

Ἀϊστῶσαι. Delere. Perdere.

Ἀΐτης. Impetuoſus.

Ἀΐτια. Chorda.

Ἄϊτος. Aitus. Nomen proprium.

Ἀϊχθήτην. Impetum fecerunt.

Ἀθαμαντίδης. Athamantides. Patronymicum.

Ἀθάμας. Athamas. Nomen proprium. Athamas coronatus inducitur, tanquam victima propter Phrixum jugulandus. Sed Hercules ipſum liberat, affirmans Phrixum vivere. Hoc igitur exemplo utens Ariſtophanes, dicit ſe metuere eadem, quæ Athamas, cum eſſet jamjam immolandus.

Ἀθαμβής. Impavidus.

Ἀθανάριχος. Athanaricus, qui S. Nicetam excruciavit, & magnum Chriſti martyrem effecit.

Ἀθάνατος. [Immortalis.] Philoſophi vocem ἀθάνατος de rebus animatis; ἄφθιτος vero, de inanimatis uſurpant. † Plato animam immortalem vocans, ei immortalitatem æquivoce tantum tribuit. Nam quod proprie eſt immortale, tam quod ad eſſentiam, quam actionem attinet, eſt immutabile. Animam vero ſecundum eſſentiam quidem ſtatuit immortalem : non vero, quod ad actionem ejus attinet. Sic igitur & cœleſtia, immortalia æquivoce dixeris. Nam & ipſa, quamvis non eſſentia, loco tamen mutantur. Quod autem immortalitas ſit vitæ quædam affectio & accidens, demonſtrari poterit, ſi ponamus, aliquem ex mortali immortalem fieri : non enim aſſumptione alterius vitæ mortale fit immortale ; ut clarius expoſitum eſt infra in litera Π, περὶ πάθους. Qui immortalitatem definit privationem mortis, errat. Non enim immortalitas eſt privatio mortis , ſed in habitu & diſpoſitione conſiſtit.

1 Ἄϊς. ὁ μὴ βλεπ.] Vox iſta mihi ſuſpecta eſt. Vide paulo ante v. Ἀϊδνής.

2 Πολύβιος] Fragmentum hoc in iis, qui hodie ſuperſunt, Polybii libris non exſtat.

3 Εἰπεῖν πάλιν ἄλλον κτ.] Locus hic male affectus eſt, eique aliqua deeſſe videntur. Quare in eo vertendo ſenſum potius quam verba ſpectavi.

4 Οἶος πέπνυται, τοὶ δ.] Graviſſimi hujus judicii & teſtimonii, quo M. Porcius Cato Scipionis virtutem proſecutus eſt, etiam alii ſcriptores meminerunt. Livius in Epitome libri XLIX. *Scipionis virtutem & Cato, vir promptioris multo ad vituperandum linguæ, in Senatu ſic proſecutus eſt, ut diceret, reliquos, qui in Africa militarent, umbras militare: Scipionem vigere.* Plutarchus ἐν Παραγγέλμασι Πολιτικοῖς pag. 804. F. Καὶ Σκιπίωνα δὲ Κορνήλιον, οὐκ ἀφ' ἧς ἔτυχεν ἀρχῆς ὁ Ῥωμαίων δῆμος ἀγορανομίαν μετερχόμενον ἐξαίφνης ὕπατον ἀπέδειξε παρὰ τὸν νόμον· ἀλλὰ θαυμάσας αὐτοῦ μειρακίου μὲν ὄντος τὴν ἐν Ἰβηρίᾳ μονομαχίαν καὶ νίκην, μικρὸν δὲ ὕστερον τὰ πρὸς Καρχηδόνι χιλιαρχοῦντος ἔργα, περὶ ὧν καὶ Κάτων ὁ πρεσβύτερος ἀνεφώνησεν,
Οἶος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.
Vide etiam Suidam infra v. Κάτων.

5 Ἀΐτια. ἡ χορδή.] Vide Etymologum v. Ἀΐτιας χορδῆς.

6 Εἰσάγεται ὁ Ἀθάμας] Portus recte obſervavit, pertinere hæc ad locum illum Ariſtophanis *Nubib.* pag. 138.

——————Τουτονὶ τοίνυν λαβὲ
Τὸν στέφανον. ἐπὶ τί στέφανον; οἴμοι Σώκρατες
Ὥσπερ με τὸν Ἀθάμανθ' ὅπως μὴ θύσετε.

Conſule ibi Græca Scholia, ex quibus loci hujus illuſtratio petenda eſt.

7 Τὸ ἀθάνατος ἐπὶ ἐμψ.] Hæc Suidas deprompſit ex Scholiaſta Homeri ad Il. Β. v. 186. ubi Poeta ſceptrum Agamemnonis ἄφθιτον vocat. Vide etiam infra v. Ἄφθιτος.

8 Ἐπὶ ὑποθέσει γάρ τινι δείκνυνται. ἐκ θν. ἀθ. γ.] Locus hic corruptus eſt & mutilus, qui emendari & ſuppleri debet ex iis, quæ Suidas tradit infra v. Πάθος, ubi hæc ipſa repetuntur.

Ἀθα-

Ἀθᾶνες. ὄνομα ἔθνους.

Ἀθάνατοι.[1] μύριοι Περσῶν ἐπίλεκτοι. [2]οὓς Ἀρδαβούριος ἐπὶ Θεοδοσίου βασιλέως διέφθειρε καὶ ἠφάνισεν. [3]οὓς εἶχε Ξέρξης ὁ Δαρείου.

Ἀθάρα. ἄλευρον ἡψημένον. κλίνεται δὲ παρὰ μὲν Ἀττικοῖς διὰ τοῦ η ἀθάρης. οἱ δὲ κοινοὶ διὰ τοῦ α ἀθάρας. [4]Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

———————— Ἀλλά με
Ἀθάρης χύτρα τις ἐξέπληττε κειμένη
Ὀλίγον ἄπωθεν τῆς κεφαλῆς τοῦ γρᾳδίου.

Ἀθάρην οὐκ ἀθαρὴν τὴν [5]ἐρεικτὴν καλοῦσι. Κράτης ἥρωσιν·

Οὐκοῦν ἔτνους χρὴ δεῦρο τρυβλίον φέρειν
Καὶ τῆς ἀθάρης.

Ἀθαυμαστί. χωρὶς θαύματος.

Ἄθε.[6] εὐχῆς σημαντικόν. ἀντὶ τοῦ εἴθε.

Ἀθέατος. μὴ τεθεαμένος. Ὢν γὰρ εἰς τέλος ἀθέατος τῆς Ἑλλάδος, διὰ τοὺς ἐν Ἰβηρίᾳ πολέμους κατὰ[7] τοὺς ἐν Λιγυστικοῖς, παρῆγεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα.

Ἀθέλγεται[8]. [9]παραθεῖται. διαλύεται.

Ἀθεεί. χωρὶς θεοῦ.

Ἀθέλιμνος. ὁ κακός.

Ἀθέμιστα. ἄδικα. Ἀθέμιστος. ἄνομος. λέγεται δὲ καὶ ἄθεσμος, ὁ παράνομος. Ἠράσθη Πίασος Θετταλὸς Λαρίσσης τῆς ἑαυτοῦ θυγατρὸς ἔρωτα ἄθεσμόν τε καὶ δυστυχῆ.

Ἀθέμιτον. τὸ ἄδικον. καὶ Ἀθεμιτώτατον.[10] διφορεῖται.

Ἄθεον. Ἄθεόν ἐστι τὸ μὴ τὴν ἀθανασίαν τῆς ψυχῆς διασώζειν, καὶ ἀνάγειν εἰς τὸ θεοειδές, καὶ συνάγειν αὐτὴν πρὸς τὸ θεῖον ἀρρήκτοις καὶ ἀλύτοις δεσμοῖς. ἢ τἀναντία τούτων τὸ κατασπᾶν, καὶ καθέλκειν τὸ ἐν ἡμῖν θεῖον εἰς τὸ γηγενές, καὶ ἀλιτήριον, καὶ γιγαντῶδες, ἢ Τιτανικὸν δεσμωτήριον.

Ἀθεωρητί. χωρὶς θεωρίας. καὶ Ἀθεώρητος, ἀθέατος.

Ἀθεραπευσία. ἡ παντελὴς καταφρόνησις. [11]Τὸ δὲ στρατόπεδον ταῖς τῶν σωμάτων ἀθεραπευσίαις κακῶς ἀπήλλαττεν.

Ἀθᾶνες. Athanes. Nomen gentis

Ἀθάνατοι. [Immortales. Sic vocabantur] decies mille delecti Persæ, quos Xerxes Darii filius habuit. Eos Ardaburius sub Theodosio Imperatore perdidit & delevit.

Ἀθάρα. Puls farinacea. Declinatur autem hoc nomen apud Atticos quidem per η, ἀθάρης: communiter vero per α, ἀθάρας. Aristophanes in *Pluto:*

———————— *Sed me*
*Pultis olla quædam vehementer solicitabat*
*Posita non admodum procul a capite vetulæ.*

Ἀθάρην non ἀθαρὴν legumina fresa vocant. Crates *Heroibus*: *Leguminum ergo elixorum oportet huc patellam adferre, & pultis farinaceæ.*

Ἀθαυμαστί. Sine admiratione.

Ἄθε. Adverbium optandi. Pro εἴθε.

Ἀθέατος. Qui non vidit. *Cum enim nunquam Græciam vidisset propter bella Iberica & Ligustica, in Græciam profectus est.*

Ἀθέλγεται. Laxatur. Resolvitur.

Ἀθεεί. Sine Deo.

Ἀθέλιμνος. Malus.

Ἀθέμιστα. Injusta. Ἀθέμιστος. Injustus. Idem etiam significat Ἄθεσμος. *Piasus Thessalus filiam suam Larissam incesto ac infelici amore amavit.*

Ἀθέμιτον. Injustum. Et Ἀθεμιτώτατον. [Injustissimum]. Duobus modis effertur.

Ἄθεον. *Impium est, immortalitatem animæ non conservare, nec eam ad Dei similitudinem reducere, & ipsam cum Numine firmissimis & indissolubilibus vinculis conjungere. Aut, quæ sunt his contraria, id, quod in nobis divinum est, detrahere & detrudere in terrestrem, & sceleratum, & Giganteum, atque Titanicum carcerem.*

Ἀθεωρητί. Sine contemplatione. Et Ἀθεώρητος, qui nunquam contemplatus est.

Ἀθεραπευσία. Summus contemptus, [quo rem nulla cura dignam judicamus.] *Exercitus autem propter neglectam corporum curationem male se habebat.*

1 Ἀθάνατοι. μύριοι Π.] Rationem appellationis hujus reddit Herodotus *Polyhymnia* pag. 260. his verbis: Ἐκαλέοντο δὲ ΑΘΑΝΑΤΟΙ οἱ Πέρσαι οὗτοι ἐπὶ τῷδε. Εἴ τις αὐτῶν ἐξέλιπε τὸν ἀριθμὸν, ἢ θανάτῳ βιασθεὶς, ἢ νόσῳ, ἄλλος ἀνὴρ ἀραίρητο. καὶ ἐγίνοντο οὐδαμὰ οὔτε πλεῦνες μυρίων, οὔτε ἐλάσσονες. i. e. *Vocabantur autem hi Persæ IMMORTALES ideo, quod, si quis eorum aut morte aut morbo correptus numerum imminueret, alius sufficiebatur: nec unquam plures erant pauciores ve decem millibus.*

2 Οὓς Ἀρδαβούριος ἐπὶ Θεοδ.] Historiam, quam Suidas hic leviter tangit, prolixius narrat Socrates Histor. Eccles. lib. VII. c. XX. qui post expositam ibi Persarum cladem addit: Οὕτω μὲν οὖν οἱ λεγόμενοι παρὰ Πέρσαις ΑΘΑΝΑΤΟΙ θνητοὶ πάντες ἠλέγχθησαν. i. e. *Ad hunc igitur modum illi, qui a Persis IMMORTALES dicebantur, mortales esse convicti sunt.*

3 Οὓς εἶχε Ξέρξ. ὁ Δ.] Hæc verba, loco suo mota, reponenda sunt post Περσῶν ἐπίλεκτοι: quem ordinem in versione secuti sumus.

4 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 71. ubi vide Scholiastam, ex quo Suidas sua deprompsit.

5 Ἐρεικτὴν κ.] Apud Grammaticos tria hæc, ἀθάρα, ἔτνος & ἐρεικτὴ interdum confundi solent, quamvis, si accuratius rem examinemus, diversa fuerint eduliorum genera. Ἀθάρα enim proprie erat puls triticea, vel generalius, puls ex quavis farina confecta: quo sensu Suidas eam vocem hic exponit ἄλευρον ἡψημένον. Ἔτνος vero erat puls ex leguminibus non in farinam redactis, sed fresis confecta: sive, legumina elixa. Ἐρεικτὴ autem vocabantur legumina fresa, etiam non cocta. Hæc differentia trium istorum vocabulorum notanda est, quamvis, ut jam dictum est, Grammatici eam non semper observent.

6 Ἄθε] Portus legendum suspicatur Αἴθε: quæ conjectura non est aspernanda.

7 Κατὰ τοὺς ἐν Λιγ.] Legendum est καὶ τοὺς &c. Vide Suidam infra v. Λιγυστικός.

8 Ἀθέλγεται. παρ. διαλ.] Hic articulus non solum in 2 MSS. Paris. sed etiam in Edit. Mediol. deest. Pro ἀθέλγεται autem legendum est ἀθέλγεται, quæ vox apud Hippocratem occurrit, ut Grammatici observarunt. Phavorinus. Ἀθέλγεται, διηθεῖται, διαλύεται, παρὰ τῷ Ἱπποκράτει. Galenus in Glossis Hippocratis: Ἀθέλγεται, διαλύεται. Plura de hac voce lege apud Foesium in *Oeconom. Hippocratis.*

9 Παραθεῖται] In uno MS. Paris. scriptum est παρηθεῖται. Sed legendum est vel παρηθεῖται, ut Porto videtur; vel παρέλκεται, ut apud Galenum loco laudato. Posterius in versione secutus sum.

10 Διφορεῖται] Sensus est, dici & ἀθέμιτος & ἀθέμιστος.

11 Τὸ δὲ στρατόπ.] Hoc fragmentum depromptum est ex Polyb. lib. III. cap. LX.

Ἀθέρες. εἶδος σπέρματος.

Ἀθέριζον. ἀποδοκίμαζε.

Ἀθερώσσει. ἀγρυπνεῖ.

Ἀθεσίαν. παράβασιν. [1] Ἀγωνιῶν γὰρ τὴν ἀθεσίαν τῶν Κελτῶν, καὶ τὰς ἐπιβουλὰς τὰς καὶ ἐπισυμφύας. [2] Ὅτι Ἀθηνᾶ καὶ Ποσειδῶν ἐφιλονείκησαν περὶ τῆς Ἀττικῆς. ἔστιν ἐν τῷ Γεραίπερος. [3] Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι συλλογισάμενοι τὴν τῶν Γαλατῶν ἀθεσίαν. Καὶ αὖθις Πολύβιος· Ἐπικρύπτειν ἅπασι τὴν ἀθεσίαν αὐτῶν καὶ τὴν ἀβεβαιότητα.

Ἀθέσμιον. τὸ ἄδικον.

Ἀθέτησις. ἐκβολή. καὶ Ἀθετῶ αἰτιατικῇ. γενικῇ δὲ, ὡς τὸ, κατάρχων μὲν καὶ ἀθετῶν τοῦ τολμήματος.

Ἀθήλωτον. ἀδάμαστον. σκληρόν.

Ἀθηνᾶ [4] τὸν αἴλουρον. ἐπὶ τῶν κακῶς συγκρινόντων τὰ κρείττονα τοῖς ἥττοσι διὰ μικρὰν ὁμοιότητα, ἡ παροιμία εἴρηται. ὡς εἴ τις διὰ γλαυκότητα τὸν αἴλουρον τῇ Ἀθηνᾷ συμβάλλοι.

Ἀθηνᾶς [5] ἄγαλμα δόρυ κρατεῖ· διὰ τὸ σταθερὸν καὶ ἀνδρεῖον. ὁμοίως καὶ ἀσπίδα· διὰ τὸ πᾶσαν ἐπιβουλὴν διὰ τῆς σοφίας ἀπωθεῖσθαι. ἡ αὐτὴ γάρ ἐστι τῷ νῷ. καὶ περικεφαλαίαν διδόασιν αὐτῇ· διὰ τὸ εἶναι τῆς σοφίας τὸ ἀκρότατον ἀθέατον. καὶ ἐλαίαν, ὡς καθαρωτάτης οὐσίας οὔσης. φωτὸς γὰρ ὕλη ἡ ἐλαία. καὶ Γοργόνα διδόασιν ἐπὶ τοῦ στήθους αὐτῇ, διὰ τὸ ταχὺ τοῦ νοῦ.

Ἀθηναία. ἡ δὲ γυνὴ, ἀστή.

Ἀθηναίας. [6] ὁ [7] Μεγακλείδης οὔ φησι καλεῖσθαι τὰς γυναῖκας Ἀθηναίας, ἀλλ' Ἀττικάς, ἐν τοῖς περὶ Ὁμήρου, ἅμα καὶ τὴν αἰτίαν ἀποδιδούς. Μόνους γάρ, φησι, τοὺς ἐκεῖθεν ἄνδρας μὲν Ἀθηναίους ὀνομάζουσι· γυναῖκας δὲ Ἀττικάς· ἵνα [8] μὴ τὴν ἄγαμον αἱ γαμούμεναι τῇ προσηγορίᾳ καταισχύνωσιν. Ἀλλὰ ἰδοὺ Φερεκράτης ἐν Γραυσί φησιν·

Ἀθηναίαις αὐταῖς τε, καὶ ταῖς συμμάχοις.

Καὶ Κάνθαρος Τηρεῖ·

Γυναῖκα [9] ἀθηναίαν, καλήν τε, καὶ ἀγαθήν.

Ἀθέρες. Seminis genus.

Ἀθέριζον. Rejice. Sperne.

Ἀθερώσσει. Vigilat.

Ἀθεσίαν. Pactorum violationem. [Perfidiam.] *Metuens enim Gallorum perfidiam, & ne insidias sibi struerent.* † Minerva & Neptunus de Attica contenderunt: de quo vide v. Γεραίπερος. † *Romani vero considerantes Gallorum levitatem in pactis servandis.* Et rursus Polybius: *Apud omnes occultare perfidiam illorum & inconstantiam.*

Ἀθέσμιον. Injustum.

Ἀθέτησις. Ejectio. Et Ἀθετῶ. [Irritum facio.] Accusativo. Genitivo vero gaudet in hoc exemplo: Κατάρχων μὲν καὶ ἀθετῶν τοῦ τολμήματος.

Ἀθήλωτον. Indomitum. Durum.

Ἀθηνᾶ τὸν αἴλουρον. Minervæ felem [comparas.] Hoc proverbium dicitur de iis, qui propter exiguam similitudinem præstantiora cum deterioribus comparant. Ut, si quis propter glaucos oculos felem Minervæ comparet.

Ἀθηνᾶς ἄγαλμα. Minervæ simulacrum hastam tenet: propter ipsius constantiam, & fortitudinem. Similiter etiam clypeum: quia per sapientiam omnes insidiæ repelluntur. Minerva enim & Mens idem sunt. Galeam etiam ipsi tribuunt, quia summa sapientia oculos hominum latet. Item oleam, quia natura purissima est. Lucis enim materia est olea. Gorgonem etiam pectori ejus assignant, ob mentis celeritatem.

Ἀθηναία. Dea Minerva. Fœmina vero [Atheniensis vocatur] ἀστή.

Ἀθηναίας. Megaclides in commentariis in Homerum dicit fœminas [Athenis natas] non Ἀθηναίας sed Ἀττικάς vocari: simulque ejus rei rationem reddit. *Solos enim,* inquit, *viros illinc oriundos vocant* Ἀθηναίους; *fœminas vero* Ἀττικάς, *ne [Minervam] virginem nuptæ hac appellatione dedecorent.* Sed ecce Pherecrates in *Vetulis* inquit:

*Fœminis* Ἀθηναίαις, *& illarum sociis.*

Et Cantharus *Tereo*:

*Fœminam* Ἀθηναίαν *pulchram & bonam.*

1 Ἀγωνιῶν γὰρ τὴν ἀθ.] Ex Polyb. lib. III. cap. LXXVIII. ubi pro τὰς καὶ ἐπισυμφύας recte legitur τὰς ἐπ. τὰς περὶ τὸ σῶμα: uti etiam supra v. Ἀγωνιῶν, ubi eadem Polybii verba citantur.

2 Ὅτι Ἀθηνᾶ καὶ Ποσ. ἐφιλ. π. τ. Ἀτ. ἔστιν ἐν τῷ Γερ.] Hæc verba desunt in 2 MSS. Paris. nec sane ad hunc locum ullo modo pertinent, sed ad articulum paulo post sequentem, ubi de Minerva agitur.

3 Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι συλλ.] Hoc fragmentum excerpsit Suidas ex Polyb. lib. II. c. XXXII.

4 Ἀθηνᾶ τὸν αἴλουρον.] Vide Zenobium & Diogenianum.

5 Ἀθηνᾶς ἄγαλμα δ.] Hæc totidem verbis leguntur apud Codinum *de Origin. Constantinop.* p. 13.

6 Ἀθηναίας. ὁ Μεγακλ. οὔ φησι κτλ.] Eustath. ad Il. A. p. 84. idem argumentum, de quo auctor noster hic agit, erudite pertractat, cujus verba digna sunt, quæ ad locum hunc illustrandum adducantur. Ἱστέον δὲ, inquit, ὅτι παρασεσημείωται, μὴ λέγεσθαί ποτε Ἀθηναίας γυναῖκας διὰ τὴν τοιαύτην Ὁμηρικὴν Ἀθηναίαν, ἢ Ἀθηνᾶν. Ἀττικὸς μὲν γάρ, φασιν, Ἀθηναῖός ἐστιν, ὥσπερ Θηβαῖος. Οὐ μὴν ὥσπερ Θηβαία, οὕτω καὶ Ἀθηναία γυνή. ἀλλὰ ἰσοδυνάμως γυνὴ Ἀττική. Τὸ γὰρ Ἀθηναία ἤδη προκατείληπται. ὅθεν εἰς ὕβριν τι τεχνάζοντες ὅτε καὶ ἱεροσυλίας ἐγκληθεῖσαι, καὶ ὡς οἷον ἱεροσυλήσασαι θεῖαν κλῆσιν. Παυσανίας δὲ καὶ Αἴλιος Διονύσιος ἐν τοῖς οἰκείοις Λεξικοῖς φασιν, ὅτι Μεγακλείδης αἰτίαν φησὶ τοῦ μὴ λέγεσθαι Ἀθηναίας τὰς Ἀττικὰς γυναῖκας, ἵνα μὴ τὴν ἄγαμον αἱ γαμούμεναι τῇ προσηγορίᾳ καταισχύνωσιν. Ὅτι δὲ ἐκλήθησαν αἱ ἀσταὶ ποτε Ἀττικαὶ γυναῖκες, Ἀθηναῖαι λέγεσθαι· τότε δὲ ἐπειδὴ καὶ τὴν θεὸν μηκέτι Ἀθηναίαν καλεῖσθαι, ἀλλὰ κατὰ συναίρεσιν Ἀθηνᾶν. Ἕτερος δὲ τῶν παλαιῶν οὕτω συντόμως εἶπεν· ἀνέτρεψεν Ἀθηναίας γυναῖκας εἰπεῖν. ἀστὰς δὲ τὰς Ἀττικὰς γυναῖκας ἔλεγον, ὡς καὶ τοὺς ἄνδρας ἀστούς. Sensus hujus loci est, fœminas Athenis natas olim vocatas fuisse Ἀστάς vel Ἀττικάς, non vero Ἀθηναίας, ne nomen cum Minerva, quam Athenienses vocabant Ἀθηναίαν, commune haberent. Postea vero cum usu tandem invaluisset, ut fœminæ Atticæ dicerentur Ἀθηναῖαι, Minervam non amplius Ἀθηναίαν, sed contracte Ἀθηνᾶν dictam fuisse, ut & sic inter utrumque nomen aliqua esset differentia. Hæc Eustathius. Varro apud Augustinum *de Civitate Dei* lib. XVIII. c. IX. aliam reddit rationem, quare fœminæ Atticæ non fuerint vocatæ Ἀθηναῖαι. Locum ipsi lectores consulant, quoniam brevitatis gratia eum hic describere noluimus.

7 Μεγακλείδης] Hunc Eustathius loco laudato vocat Μετακλείδην. Sed lectionem Suidæ confirmant Athenæus & Hesychius.

8 Ἵνα μὴ τὴν ἄγαμ. αἱ γαμ. τ. πρ. κατ.] Eadem verba leguntur etiam apud Eustath. loco citato; qui ea ex Pausaniæ & Ælii Dionysii Lexico se deprompsisse testatur.

9 Γυναῖκα Ἀθηναίαν] Versus hic, flagitante metri ratione, ita legendus est:

Γυναῖκ' Ἀθηναίαν, καλήν τε κ' ἀγαθήν.

Καὶ [1] Φιλήμων Πτέρυγι·

Τὰς Ἱππονίκας τάσδε, καὶ Λυσιστράτας
Καὶ Ναυσινίκας τὰς Ἀθηναίας λέγω.

Οἱ [2] δὲ μὴ δεῖν φάσκοντες Ἀθηναίας λέγεσθαι τὰς Ἀττικὰς τὴν ὁμωνυμίαν αἰτιῶνται, ἣν ἐπιδέχονται πρὸς τὴν θεόν. Ἀθηναία γὰρ καὶ ἡ θεὸς καλεῖται. ἀλλ' ἀντὶ τοῦ Ἀθηναίας, αὐτὰς φασὶ λέγεσθαι Ἀττικάς. πλὴν πολλή γε ἡ χρῆσις τῆς φωνῆς ἐπὶ τῶν γυναικῶν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις· ὡς οἵ τε προειρημένοι ποιηταὶ μαρτυροῦσι, καὶ Δίφιλος ἐν Ἀμάστριδι. καὶ γὰρ καὶ τὴν Θεμιστοκλέους θυγατέρα, Ἀθηναίαν ξένην φησίν. καὶ [3] Πίνδαρος ἐν χολῇ. Ὁ [4] μὲν τοι Φρύνιχος ἀνάττικόν φησιν εἶναι τὴν φωνήν, καὶ θαυμάζει, πῶς ὁ Φερεκράτης ἀττικώτατος ὢν χρῆται τῇ λέξει.

Ἀθήναιον. [5] ὅτι Ἀπολλώνιον βραχέως, τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. οὕτω καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ ἀναγνωστέον. καὶ Ποσειδώνιον, τὸ τοῦ Ποσειδῶνος. ὡς Ἀθήναιον, τὸ τῆς Ἀθηνᾶς. καὶ Διονύσιον, καὶ Δημήτριον, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ὁμωνύμως τοῖς ἀνθρωπωνυμικοῖς. τὸ δὲ Ποσειδάνιον, δῆλον ὅτι Δωρικόν ἐστιν.

Ἀθήναιος. [6] Ναυκρατίτης. Γραμματικός. γεγονὼς ἐπὶ τῶν χρόνων Μάρκου. ἔγραψε βιβλίον ὄνομα Δειπνοσοφισταί· ἐν ᾧ μνημονεύει, ὅσοι τῶν παλαιῶν μεγαλοψύχως ἔδοξαν ἑστιᾶν. [7] Ὁ μέγας Ἀλέξανδρος κἀκεῖνον νικήσας ναυμαχίαν Λακεδαιμονίους, καὶ τειχίσας τὸν Πειραιᾶ, καὶ ἑκατόμβην θύσας, πάντας εἱστίασεν Ἀθηναίους. καὶ Ἀλκιβιάδης Ὀλύμπια νικήσας, τὴν πανήγυριν ἅπασαν εἱστίασε. τὸ αὐτὸ καὶ Λεώφρων Ὀλυμπιονίκης. καὶ Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος, Πυθαγορικὸς ὤν, καὶ ἐμψύχων ἀπεχόμενος, Ὀλύμπια νικήσας, ἐκ λιβανωτοῦ καὶ σμύρνης καὶ τῶν πολυτελῶν ἀρωμάτων βοῦν ἀναπλάσας, διένειμε τοῖς εἰς τὴν πανήγυριν ἀπαντήσασι. καὶ ὁ Χῖος Ἴων, τραγῳδίαν νικήσας Ἀθήνησιν, ἑκάστῳ τῶν Ἀθηναίων ἔδωκε Χῖον κεράμιον. καὶ ὁ Ἀκραγαντῖνος [8] Τελλίας φιλόξενος ὢν καταλύσασί ποτε πεντακοσίοις ἱππεῦσιν, ὥρᾳ χειμῶνος, ἔδωκεν ἑκάστῳ χιτῶνα καὶ [9] ἱμάτιον. Ὅτι Χάρμος ὁ Συρακούσιος εἰς ἕκαστον τῶν ἐν τοῖς δείπνοις παρατιθεμένων στιχίδιον καὶ παροιμίας

Et Philemon Πτέρυγι:

*Hipponicas istas, & Lysistratas*
*Et Nausinicas* Ἀθηναίας *dico.*

Illi vero qui dicunt, fœminas Atticas non esse vocandas Ἀθηναίας, rationis loco adducunt, quod hanc appellationem cum Minerva communem habituræ essent. Ἀθηναία enim vocatur etiam Minerva. Hinc igitur pro Ἀθηναίας eas vocandas esse Ἀττικὰς dicunt. Veruntamen hujus vocis fœminis attributæ frequens est usus apud antiquos: ut & ante laudati Poetæ testantur, & Diphilus in *Amastride*. Is enim filiam Themistoclis Ἀθηναίαν peregrinam vocat. Item Pindarus in Scoliis. Phrynichus autem hoc vocabulum negat esse Atticum, miraturque Pherecratem, Atticæ dialecti observantissimum, eo uti.

Ἀθήναιον. [Minervæ templum.] Ἀπολλώνιον, Apollinis templum, corripitur. Et sic apud Thucydidem legendum est. Et Ποσειδώνιον, Neptuni templum, & Ἀθήναιον, Minervæ templum, itemque Διονύσιον, & Δημήτριον, & omnia hujus generis eandem habent terminationem, quam nomina virorum. Ποσειδάνιον vero, Doricum esse manifestum est.

Ἀθήναιος. Athenæus, Naucratita, grammaticus, qui Marci tempore vixit. Scripsit librum vocatum Δειπνοσοφισταί, in quo commemorat quotquot inter veteres magnifici convivatores fuerint. Alexander Magnus cum navali prœlio Lacedæmonios vicisset, & Piræeum muro circumdedisset, & hecatomben immolasset, omnibus Atheniensibus epulum dedit. Alcibiades etiam, cum Olympia vicisset, totum conventum convivio excepit. Idem fecit & Leophron in Olympiis victor. Empedocles Agrigentinus, qui Pythagoricus erat, & ab omnibus animatis abstinebat, in Olympiis victoriam adeptus, bovem e thure, myrrha, & preciosis aromatibus concinnatum illis distribuit, qui ad illam ludorum celebritatem convenerant. Item Ion Chius, cum Athenis Tragœdiam vicisset, unicuique Atheniensium dedit vas fictile Chium. Item Tellias Agrigentinus, vir valde hospitalis, quingentis equitibus, qui hyberno tempore apud ipsum diverterant, viritim dedit tunicam & pallium. † Epicharmus Syracusius ad singula conviviorum fercula versiculos & ada-

1 Καὶ Φιλήμων Πτέρυγι] Fragmentum hoc Philemonis Comici apud Stephanum *de Urbibus* v. Ἀθῆναι ita legitur:

Νυνὶ δ' ὅταν λάβῃ τις εἰς τὴν οἰκίαν
Τὰς Ἱππονίκας τάσδε, καὶ Ναυσιστράτας
Καὶ Ναυσινίκας, τὰς Ἀθηναίας λέγω.

2 Οἱ δὲ μὴ δεῖν φ.] Huc pertinent verba Scholiastæ Aristoph. ad *Aves*, pag. 580. Ἀθηναίαν. ὅτι τὴν θεὸν οὕτως ἔλεγον Ἀθηναίαν. Διὸ καὶ τὰς πολίτιδας οὐκ Ἀθηναίας, φεύγοντες τὴν ὁμωνυμίαν, ἀλλ' ἀστάς.

3 Πίνδαρος ἐν χολῇ] Fœdus error. Lege Πίνδαρος ἐν Σκολιοῖς. Scripsisse enim Pindarum Scolia, sive carmina convivalia. & Suidas suo loco docet, & Athenæus testatur, qui scolii ejus in Hieronem meminit. Quomodo autem vox σκολιοῖς in χολῇ degeneraverit, paucis docebo. Cum initio in Codicibus Suidæ recte scriptum esset ἐν σκολιοῖς, festinantes librarii ejus loco ἐν χολίοις legentes vocem istam ad hunc modum contraxerunt ἐν χο (sic enim vox χόλιοι in MSS. breviatæ scribi solet) unde alii tandem effecerunt ἐν χολῇ. Conjecturam meam confirmat codex Vaticanus, in quo pro ἐν χολῇ scriptum est ἐν σκο. ut Pearsonius ad marginem Suidæ sui annotavit.

4 Ὁ μέν τοι Φρύνιχος] Eadem habet Stephanus *de Urbibus* v. Ἀθῆναι, ex quo Suidam emendavi, & pro ἀντὶ τῆς ἀττικῶν, ut antea corruptissime legebatur, reposui ἀνάττικον.

5 Ἀθήναιον. ὅτι Ἀπολλώνιον βρ.] Eadem repetuntur infra v. Ποσειδώνιον.

6 Ναυκρατίτης] Ipse Athenæus hanc fuisse patriam suam indicat lib. VII. p. 301. ubi ait, ἐν δὲ τῇ ἐμῇ Ναυκράτει. *Pears.*

7 Ὁ μέγας Ἀλέξ. κἀκεῖνον ν.] Quæ hic de Alexandro M. referuntur, Athenæus lib. I. p. 3. unde locus Suidæ depromptus est, Cononi Atheniensi, & quidem recte, tribuit. Ratio diversitatis est, quod apud Suidam omissa sint verba quædam (ipsiusne Suidæ, an vero aliorum culpa, haud facile dixeris) quæ apud Athenæum leguntur; ex quo proinde locus hic ita supplendus & integritati suæ restituendus est: Τοιοῦτος μὲν ὁ μέγας Ἀλέξανδρος (quorum verborum sensus a præcedentibus apud Athenæum pendet) Κόνων δὲ τῇ περὶ Κνίδον ναυμαχίᾳ νικήσας Λακεδαιμονίους, καὶ τειχίσας &c. Locum hunc Suidæ eo, quo diximus, modo ex Athenæo emendandum esse observavit etiam Reinesius *Var. Lect.* lib. III. p. 477.

8 Τελλίας φιλόξενος] De hujus Telliæ insigni munificentia & liberalitate vide Valer. Max. lib. IV. cap. ult. qui eum Gilliam vocat.

9 ἱμάτιον] Hanc lectionem ex 2 MSS. Paris. & Athenæo revocavi. In prioribus enim Edit. male legitur κεράμιον.

ἔλεγε

ἔλεγε. [1] Κλέαρχος δὲ ὁ Σολεὺς δειπνολογίαν καλεῖ τὸ ποίημα. ἄλλοι ὀψολογίαν. Χρύσιππος, γαστρονομίαν. ἄλλοι, ἡδυπάθειαν. Ὅτι ἐν τῷ [2] συμποσίῳ Πλάτωνος εἰκοσιοκτὼ ἦσαν δειπνοῦντες.

Ἀθηναίων δυσβουλία. ἐπὶ τῶν παρ' ἐλπίδας, καὶ ἀναξίως εὐτυχούντων. [3] τὸ γὰρ κακῶς βουλεύεσθαι, Ἀθηναίοις ἤσκητο· τὸ δὲ Ἀθηνᾶν παρασχεῖν τὸ κακῶς βουλευθὲν ἀποκλῖναι καλῶς. καὶ ἦν τοῦτο λεγόμενον ἐπιχώριον· [4] Ὦ πόλις, ὡς εὐτυχεῖς μᾶλλον, ἢ καλῶς φρονεῖς. καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις·

Φασὶ [5] γὰρ δυσβουλίαν
Τῇδε τῇ πόλει προσεῖναι. ταῦτα μέντοι τοὺς θεοὺς
Ἅττ' ἂν ὑμεῖς ἐξαμάρτητε, ἐπὶ τὸ βέλτιον τρέπειν.

Ὅτι αὐτόχθονες οἱ Ἀθηναῖοι ἐλέγοντο, καὶ Ἀρκάδες, καὶ Αἰγινῆται, καὶ Θηβαῖοι. ἢ ἐπεὶ τὴν χθόνα, ἤτοι τὴν γῆν ἀργὴν οὖσαν πρῶτοι εἰργάσαντο· ἢ διὰ τὸ μὴ εἶναι αὐτοὺς ἐπήλυδας.

Ἀθήνησιν. ἐν ταῖς Ἀθήναις. Ἀθήνη δὲ πόλις καὶ τῆς Λακωνικῆς.

Ἀθηνόδωρος. [6] οὗτος ἦν στρατιώτης Ἀθηναῖος. ἔστι δὲ καὶ ἕτερος, μαθητὴς Διονυσίου τοῦ Ἀρεοπαγίτου. ἔγραψε δὲ διάφορα. καὶ ἕτερος σοφιστὴς, ἀδελφὸς Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ.

Ἀθηνόδωρος. Στωϊκὸς φιλόσοφος, ἐπὶ Ὀκταουΐανοῦ βασιλέως Ῥωμαίων· [7] ἐφ' οὗ πᾶσα ἀνάγκη κοινὸν εἶναι δυστύχημα τὴν τοῦ κρατοῦντος ἄλογον ἐξουσίαν, [8] ἐξ οὗ δὴ μάλιστα ταῖς Ἀθηνοδώρου τούτου συμβουλίαις ἐπείσθη. καὶ διαδέχεται Τιβέριος τὴν βασιλείαν. τότε γὰρ οἱ κόλακες παρὰ τοῦ βασιλέως δωρεῶν καὶ τιμῶν ἀξιούμενοι, μεγίστων ἀρχῶν ἐπέβαινον, οἵτε ἐπιεικεῖς καὶ ἀπράγμονες, μὴ τὸν αὐτὸν ἐκείνοις αἱρούμενοι βίον, εἰκότως ἐσχετλίαζον, οὐ τῶν αὐτῶν ἀπολαύοντες. ὥστε ἐκ τούτου τὰς μὲν πόλεις στάσεων πληροῦσθαι καὶ ταραχῶν· τὰ δὲ πολιτικὰ κέρδους ἥττοσιν ἄρχουσιν ἐκδιδόμενα, τὸν μὲν ἐν εἰρήνῃ βίον λυπηρὸν καὶ ὀδυνηρὸν τοῖς χαριεστέροις ἐποίουν, τὴν δὲ ἐν τοῖς πολέμοις προθυμίαν ἐξέλυον. Κατὰ δὲ τοὺς καιροὺς ἐκείνους [9] καὶ ἡ παντόμιμος ὄρχησις εἰσήχθη, οὔπω πρότερον οὖσα·

gium adjecit. † Clearchus autem Solensis id poema vocat Δειπνολογίαν, quod alii appellant Ὀψολογίαν; Chrysippus, Γαστρονομίαν; alii, Ἡδυπάθειαν. † In Platonis convivio XXVIII. convivæ fuerunt.

Ἀθηναίων δυσβουλία. Atheniensium in capiendis consiliis temeritas. Dicitur de illis, quibus præter spem & meritum res ex sententia succedunt. Nam mala consilia capere Atheniensibus solenne erat: Minervæ vero beneficio, quod male consultando peccatum erat, feliciter ipsis cedebat. Hinc vulgo dici solebat: *O urbs, ut meliore fortuna quam prudentia uteris.* Et Aristophanes *Nubibus:*

*Aiunt autem mala consilia capere*
*Hanc urbem solere. At Deos*
*Quæ a vobis peccata sunt, ad melius convertere.*

† Athenienses vocabantur Αὐτόχθονες, uti & Arcades & Æginetæ & Thebani: vel, quod primi terram ante incultam coluissent: vel, quod non essent advenæ.

Ἀθήνησιν. Athenis. Ἀθήνη vero erat urbs Laconiæ.

Ἀθηνόδωρος. Athenodorus. Hic erat miles Atheniensis. Est & alius, discipulus Dionysii Areopagitæ. Varia autem scripsit. Et alius, Sophista, frater Gregorii Thaumaturgi.

Ἀθηνόδωρος. Athenodorus, Stoicus Philosophus, sub Octavio, Romanorum Imperatore: sub quo omnino necesse fuit temerariam imperantis licentiam in perniciem Reip. redundare; ex quo tempore præcipue hujus consiliis obtemperare cœpit. Ei Tiberius in imperio successit. Tunc autem adulatores muneribus & honoribus ab Imperatore affecti, summos magistratus capessiverunt. At viri modesti & minime ambitiosi, qui eandem vitæ rationem non sequebantur, iniquo animo merito ferebant, se non iisdem juribus gaudere. Hinc autem fiebat, ut urbes seditionibus & turbis complerentur: & civiles militaresque magistratus, ad homines lucro nimis addictos translati, in pace quidem viris elegantioribus vitam molestam & acerbam redderent; alacritatem vero in bellis enervarent.

1 Κλέαρχος δὲ ὁ Σολ. δειπν.] Hæc leguntur apud Athen. lib. I. c. IV. quem vide.

2 Συμποσίῳ] Apud Athenæum legitur συσσιτίῳ.

3 Τὸ γὰρ κακῶς βουλ.] Hæc sumpta sunt ex Scholiasta Aristoph. ad *Nubes*, pag. 161.

4 Ὦ πόλις] Idem fragmentum Eupolidis apud Athenæum lib. X. p. 425. rectius sic legitur:

Ὦ πόλις πόλις
Ὡς εὐτυχὴς εἶ μᾶλλον, ἢ καλῶς φρονεῖς.

Hinc ergo Scholiasta Aristophanis & Suidas emendandi sunt.

5 Φασὶ γὰρ δυσβουλίαν κ.] Huc spectat alius locus ejusdem Aristophanis in Ἐκκλησιαζούσαις. p. 737. quem Suidas citat infra v. Γεραίτερος, & v. Μῶρα.

6 Οὗτος ἦν στρατιώτης Ἀθ.] Vide Harpocrationem h. v.

7 Ἐφ' οὗ πᾶσα ἀν. κοινὸν εἶναι δυσ. τὴν τοῦ κρ. ἄλ. ἐξ.] Hæc & quæ deinceps sequuntur usque ad verba illa πολλῶν κακῶν αἴτια γεγονέναι, negligenter admodum & turbato prorsus ordine excerpta sunt ex Zosimi Historiar. lib. I. adeo ut, quod ad sensum & historiam attinet, nihil in illis sit sani, sed omnia a veritate & mente Zosimi prorsus aliena. Nam quæ hic de Tiberio, & misera Imperii Romani sub eo conditione leguntur, sunt omnia penitus falsa, & quæ Zosimo ne per somnium quidem in mentem unquam venerunt. Is enim de Octavio Augusto, post Cæsarem summa rerum Romæ potito, verba faciens, Romanos, ait, ingenti aleæ se & sua omnia commisisse, totius imperii potestate ad unum hominem translata. Sive enim talis Monarcha recte & bene imperium administrare velit, cum tantæ rerum & negotiorum moli solum non sufficere dicit: sive ad tyrannidem deflectat, τότε δὴ, inquit, πᾶσαν ἀνάγκη κοινὸν εἶναι δυστύχημα τὴν τοῦ κρατοῦντος ἄλογον ἐξουσίαν. οἵτε γὰρ κόλακες παρὰ τούτου δωρεῶν καὶ τιμῶν ἀξιούμενοι, τῶν μεγίστων ἀρχῶν ἐπιβαίνουσιν. οἵτε ἐπιεικεῖς καὶ ἀπράγμονες μὴ τὸν αὐτὸν ἐκείνοις αἱρούμενοι βίον εἰκότως σχετλιάζουσιν &c. Ex his apparet, quam mala fide Suidas sensum & mentem verborum Zosimi repræsentaverit. Quæ enim is in tempore præsenti de malo Principe in genere & γνωμικῶς profert, ea Suidas, tempus præsens immani audacia in imperfectum mutans, Tiberio tribuit: quamvis de Augusto, ut diximus, non vero Tiberio Zosimum ibi loqui manifestum sit. Hinc ergo Lectores discant, quam parum fidei veteribus illis Lexicorum compilatoribus tribuendum sit, & in quam crassos errores incidere nos sæpe necesse sit, si eorum auctoritatem temere & absque examine semper sequamur.

8 Ἐξ οὗ δὴ μάλιστα ταῖς Ἀθηνοδ. τ.] Audax & temerarium facinus, loca auctorum transponere & mutilare, verumque illorum sensum corrumpere: quod hic factum est. Non solum enim Suidas verba hæc alieno prorsus loco posuit, sed etiam sensum illorum adulteravit, omissis iis, quæ apud Zosimum præcedunt; ut Lector, qui ipsum Zosimum inspicere voluerit, facile animadvertet.

9 Καὶ ἡ παντόμιμος ὀρχ. εἰσ.] Vide Salmasium ad Histor. Aug. pag. 828. ubi de pantomimis, eorumque saltatione & gesticulatione erudite agit, locumque hunc Zosimi ad examen revocat.

καὶ προσέτι γε ἕτερα πολλῶν κακῶν αἴτια γεγονότα. † [1] Ὅτι τῷ Ἀθηνοδώρῳ πάντα παρεσκεύαστο πρὸς φιλοσοφίαν, τά τε ἀπὸ τῆς φύσεως, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς ἐπιεικοῦς προαιρέσεως, ὅτι Πρόκλος ἔζη. καὶ διαφανῶς ἐξηγεῖτο τοῖς πλησιάζουσιν. ὃν ὁ Σαλούστιος θαυμάζων ἐπὶ σπουδῇ, ἔλεγεν, ὅτι πυρὶ ἄρα ἐῴκει ὁ ἄνθρωπος ἐξάπτοντι πάντα τὰ παρακείμενα. ἀλλ' ὅμως ἔπεισεν Ἀθηνόδωρον μὴ φιλοσοφῆσαι.

Ἀθηρηλοιγός. [2] τὸ πτύον τὸ τοὺς ἀθέρας ὀλοθρεῦον.

Ἄθηρον. τὸ ἀθήρατον.

Ἀθησαύριστον. ἀνεπιτήδειον εἰς ἀπόθεσιν.

Ἀθλητάς. ἀγωνιστάς. ἀσκητάς. [3] Αἰλιανός· Τοιγαροῦν οὐ μόνον τοῦτ' ἔχειν αὐτοὺς παρεσκεύαζεν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης ἀδικίας, καὶ βδελυρίας ἀθλητὰς εἶναι. τί γὰρ τῶν αἰσχρῶν καὶ δεινῶν αὐτοῖς οὐ προσῆν; ἢ τί τῶν καλῶν καὶ σπουδαίων οὐκ ἀπῆν;

Ἀθλητής. ὁ τοὺς ἄθλους ἐξησκηκώς. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἄνδρα πολέμων ἀθλητὴν ὡς τὸν Ἀννίβαν ἐκπέμπουσιν.

Ἆθλον. [4] ἀγώνισμα. ἡ τιμή. ὁ μισθός. καὶ τὸ τοῦ ἀγῶνος βραβεῖον. καὶ Ἆθλος ἀρσενικῶς, τὸ ἔργον καὶ τὸ ἀγώνισμα. καὶ τὸ ἔπαθλον. διαφέρει δὲ τοῦτο τοῦ οὐδετέρου· ὅτι τὸ μὲν οὐδέτερον δηλοῖ κυρίως τὸ ἔπαθλον· τοῦτο δὲ, τὸν ἀγῶνα.

Ἀθμονίς. ὄνομα κύριον.

Ἀθμονία. δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Κεκροπίδος. ἀφ' οὗ ὁ δημότης Ἀθμονεύς.

Ἀθόλωτος. ὁ ἀτάραχος.

Ἄθων. τὸ ὄρος. σὺν τῷ ν λέγουσιν.

Ἀθωνίς. πόλις.

Ἀθῷος. ὁ ἀζήμιος. παροιμία. [5] Ἐνιψάμην ἐν ἀθῴοις τὰς χεῖράς μου. ἀντὶ τοῦ, ἀθῷον ἐμαυτὸν ἐτήρησα. οὐκ ἐκοινώνησα τοῦ κακοῦ. Ἀθῷος οὖν, ἀναίτιος.

Ἀθώπευτον. ἀκολάκευτον. ἄσπλαγχνον. ἐν Ἐπιγράμμασι· [6] Θηρὸς ἀθωπεύτου Πανὶ κρέμασε δέρας. περὶ κάπρου φησὶ τοῦτο.

Circa illa vero tempora etiam saltatio Pantomimica introducta est, antea non usitata; aliaque præterea, quæ multorum malorum causa fuerunt. † Athenodorus omnibus ad Philosophiam subsidiis, tam ab ingenio, quam recta animi voluntate, instructus erat, quo tempore Proclus vivebat: idemque dilucide discipulis suis disciplinas explicabat. Hunc Salustius ob studium admiratus, igni similem esse dixit, omnia propinqua incendenti. Nihilominus Athenodoro persuasit, ne philosopharetur.

Ἀθηρηλοιγός. Ventilabrum, minutissimas paleas perdens & dissipans.

Ἄθηρον. Quod capi non potest.

Ἀθησαύριστον. Quod tale non est, ut recondi & asservari queat.

Ἀθλητάς. Athletas. Certatores. Ælianus: *Itaque non solum effecit, ut hæc tenerent, sed etiam ad omnis nequitiæ ac spurcitiæ certamen eos provocavit. Quod enim turpitudinis & flagitii genus illis non inerat? quid contra honestatis & virtutis non deerat?*

Ἀθλητής. Certaminum peritus. *Romani vero virum in bellis exercitatum adversus Annibalem mittunt.*

Ἆθλον. Honor. Merces. Certaminis præmium. Et Ἆθλος genere masculino, certamen. Differt autem hoc ab ἆθλον, quod est generis neutrius. Nam ἆθλον proprie significat præmium certaminis. Ἆθλος vero, ipsum certamen.

Ἀθμονίς. Nomen proprium.

Ἀθμονία. Oppidum est Tribus Cecropiæ. Ejus popularis dicitur Ἀθμονεύς.

Ἀθόλωτος. Non turbatus.

Ἄθων. Nomen montis. Cum litera ν in fine.

Ἀθωνίς. Athonis. Urbs.

Ἀθῷος. Indemnis. Et proverbium: Lavi manus meas inter innocentes. Id est, innocentem me ipse conservavi. Mali alicujus facinoris me participem non feci. Ἀθῷος igitur hic significat, crimine vacans.

Ἀθώπευτον. Quod nullis blanditiis mitigatur. Misericordiæ expers. In Epigrammate: *Feræ immitis pellem Pani suspendit.* De apro ibi verba fiunt.

1 Ὅτι τῷ Ἀθηνοδώρῳ πάντα κ.] Cave hæc de eodem Athenodoro dici putes, cujus Suidas initio hujus articuli meminit. Hic enim priore longe recentior est, & æqualis fuit Procli & Salustii Philosophorum, qui seculo V. sub Leone Thrace vixerunt. Minime autem dubium mihi est, quin Suidas hæc deprompserit ex Damascii Vita Isidori Philosophi, ex qua Excerpta hodie apud Photium supersunt.

2 Ἀθηρηλοιγός. τὸ κτ.] Est vox Homerica Odyss. Λ. versu 127. ubi Poeta inquit:

Φήῃ ἀθηρηλοιγὸν ἔχειν ἀνὰ φαιδίμῳ ὤμῳ.

Scholiasta ad eum locum: Τὸν ἀθέρων ὀλεθρευτικὸν ὄργανον. Ἀθέρες γὰρ λέγονται κυρίως τῶν ἀσταχύων τὰ ἄκρα. λέγει δὲ τὸ πτύον. Vide etiam Hesych.

3 Αἰλιανός] Nescio quomodo nomen Æliani in hunc locum irrepserit. Verba enim, quæ sequuntur, non sunt Æliani, sed Theopompi apud Polybium in Excerptis Peiresc. p. 22. unde ea Suidas descripsit. Idem fragmentum Theopompi legitur etiam apud Athenæum lib. VI. pag. 260.

4 Ἆθλον. ἀγών.] Locum hunc, in quo nonnulla turbata sunt, sic legendum & constituendum esse non dubito: Ἆθλον. ἡ τιμή. ὁ μισθός. καὶ τὸ τοῦ ἀγ. βραβεῖον, καὶ τὸ ἔπαθλον. καὶ Ἆθλος ἀρσενικῶς, τὸ ἔργον καὶ τὸ ἀγώνισμα. Διαφέρει δὲ τοῦτο τοῦ οὐδ.

5 Ἐνιψάμην ἐν ἀθ. τὰς χ. μου.] Sunt verba Davidis Ps. XXV. v. 6.

6 Θηρὸς ἀθωπεύτου Πανὶ κρέμασε δέρας] Pentameter hic est pars elegantissimi Epigrammatis, quod in Anthologia inedita Paulo Silentiario tribuitur. Id autem quoniam nondum a quoquam editum esse memini, integrum hic cum lectore curioso communicabo.

Βοτρυόεντ' ἀκάμαντα φυτῶν λωβήτορα κάπρον,
Τὸν θρασὺν ὑψικόμων ἐννέταν δονάκων,
Πολλάκις ἐξερύσαντα θοαῖς ἀκμαῖσιν ὀδόντων
Δένδρεα, καὶ νομίους πτώξαντα σκύλακας,
Ἀντίος ποταμοῖο τίλας, πεφρικότα χαίτας,
Ἄρτι καὶ ἐξ ὕλης πάγχυ λιπόντα βαθὺ,
Χαλκῷ Ξενόφιλος κατηνήρατο, καὶ παρὰ φηγῷ
Θηρὸς ἀθωπεύτου Πανὶ κρέμασε δέρας.
*Vitium indefessum vastatorem aprum,*
*Et audacem altarum incolam arundinum,*
*Qui sæpe eruerat fulmineorum acie dentium*
*Arbores, & pastorios in fugam verterat canes,*
*Prope fluvium habens obvium, setis horrentem*
*Et modo ex denso nemore egressum*
*Ferro Xenophilus occidit, & ad fagum*
*Feræ immitis Pani appendit pellem.*

Epigrammatis hujus membra diversis in locis dispersa leguntur apud Suidam: nimirum v. Ἀκάμαντα. v. Ἐννέται. & v. Λωβητῆρα. In versu primo pro βοτρύων, ut in Anthologia scriptum erat, recte

Ἄθως καλύπτει πλευρὰ Λημνίας βοός. παροιμία ἐπὶ τῶν ἱερὰς λυπούντων, ἢ βλαπτόντων. ἐπειδὴ τινὰ βοῦν τὴν ἐν Λήμνῳ λευκοῦ λίθου πεποιημένην ὁ Ἄθως τὸ ὄρος ἐπισκιάζει.

Ἄθραυστον. ἰσχυρόν. ἄκλαστον.

Ἀθρέμβολα.[1] ὄργανα μηχανικὰ, ἄρθροις ὡς ἔοικεν ἐμβαλλόμενα, καὶ διασπῶντα, καὶ πλήττοντα.

Ἄθρει. ὅρα. βλέπε. καὶ Ἀθρείοντες, ἰδεῖν ἐπιθυμοῦντες.

Ἀθρεῖν. τὸ περισκοπεῖν, καὶ μετ' ἐπιτάσεως ὁρᾷν. παραδειγμάτων δὲ πάντα μεστά.

Ἀθρήνη. εἶδος μελίσσης.

Ἀθρηνί. χωρὶς θρήνου.

Ἀθρήνιον.[2] ὁ μουσῶν τόπος.

Ἀθρήσειεν. ἀπίδοι.

Ἀθριβίς.[3] πόλις Αἰγύπτου.

Ἀθρίμματα.[4] δῶρα πεμπόμενα ταῖς γεγαμημέναις.

Ἀθρόως. ταχέως.

Ἀθρόους. καὶ Ἄθρους λέγουσι δισυλλάβως.

Ἄθρους. εἰς ἅπαν συνηγμένους. ὁμοῦ. ἢ Ἀθρόως. τοιαῦτα μὲν ἐποίκιλλεν ἄθρους διδοὺς τόμον.

Ἀθροίζει. συνάγει. Τούτους ἀθροίζοντες, ἀλλήλους παρεκρότουν. [5] Ἰώσηπος.

Ἀθροίζω. ἀπὸ τοῦ θροῦς, θροίζω, θροός, θροίζω, καὶ, μετὰ τοῦ ἐπιτατικοῦ α, ἀθροίζω.

Ἄθροι[6] καταῤῥέοντες. ἀντὶ τοῦ ὁμοῦ. προπαροξύνειν δὲ δεῖ τὸ ὄνομα, καὶ δασύνειν τὴν πρώτην συλλαβὴν Ἀττικῶς. καταῤῥέοντες δὲ, ἀντὶ τοῦ ἀθρόως κατερχόμενοι. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ποταμίων ῥευμάτων. Ὅμηρος·[7] Τὰ δ' ἐπέῤῥεον ἔθνεα πεζῶν.

Ἄθροισμα. τὸ σώρευμα.

Ἄθρυπτος. ἀνδρώδης. μὴ θελακεύουσα. μηδὲ μαλακιζομένη. μηδὲ χαυνουμένη. Δαμάσκιος·[8] Τὴν δὲ τροφὴν ἐχρήσατο μετρίαν τινὰ καὶ ἄθρυπτον· οὔτε κακουργοῦσαν διὰ πενίαν, οὔτε διὰ πλοῦτον θελακεύουσαν· ἀλλὰ μέσην καὶ μουσικὴν καὶ τὸν [9] Δώριον τρόπον ὡς ἀληθῶς ἡρμοσμένην.

Ἄθυμος. ἀντὶ τοῦ ἀθυμήτης. Πλάτων Πολιτείας έ. [10] ἦγεν ὁ λελυπημένος. Οἱ δὲ στρατιῶται καὶ

Ἄθως καλύπτει. Athos obumbrat latera Lemniæ bovis. Proverbium hoc dicitur de illis, qui aliquos molestia afficiunt, aut lædunt. Nam bovem in Lemno ex albo lapide factum mons Athos obumbrat.

Ἄθραυστον. Firmum. Non fractum.

Ἀθρέμβολα. Instrumenta, quibus fontes torquentur. Sic dicta, quod articulis membrorum injiciantur, eosque lacerent & lædant.

Ἄθρει. Aspice. Vide. Et Ἀθρείοντες. Videre cupientes.

Ἀθρεῖν. Circumspicere, & cum intentione intueri. Exempla ubique sunt obvia.

Ἀθρήνη. Genus apis.

Ἀθρηνί. Sine luctu.

Ἀθρήνιον. Musarum sedes.

Ἀθρήσειεν. Aspexerit.

Ἀθριβίς. Athribis. Urbs Ægypti.

Ἀθρίμματα. Dona, quæ nuptis mittebantur.

Ἀθρόως. Celeriter.

Ἀθρόους. Dicitur etiam Ἄθρους, per duas syllabas. † Ἄθρους. In unum coactos. Simul. Vel Ἀθρόως. - - - - - - - - - - - - - - - - -

Ἀθροίζει. Congregat. *Hos congregantes, se mutuo plausu exhortabantur.*

Ἀθροίζω. A nomine Θροῦς, Θροός, fit Θροίζω & Θροΐζω: & addito α intensivo, ἀθροίζω.

Ἄθροι κατ. Confertim & uno agmine descendentes. Vox autem ista in tertia ante finem syllaba acuto notanda & aspiranda est, more Atticorum. Καταῤῥέοντες vero hic [ significat ] confertim descendentes. Metaphora sumpta est a fluxu amnium. Homerus: *Peditum copiæ irruebant.*

Ἄθροισμα. Congeries. Acervus.

Ἄθρυπτος. Virilis. Non mollis. Non delicata. Non inflata. Damascius: *Cibo autem usus est mediocri & minime delicato, nec propter paupertatem noxio, nec ob divitias luxu animum enervante: sed medio & Musico, & qui vere Dorio quodam modo temperatus esset.*

Ἄθυμος. Pro ἀθυμήτης. Apud Platonem de Republ. V. Id est, tristis, [ animum de-

me tam propter metrum quam sensum βοτρυΐων substituisse puto. Uti enim a φρυγὸς dicitur φρύγιος, a πίτυς πιτυῖος; sic a βότρυς fit βοτρυΐος. In ultimo autem versu notandum est, Xenophilum Pani primitias prædæ suæ obtulisse, & in ejus honorem pellem occisi apri fago appendisse vel affixisse: quo honore Dianam Venatricem plerumque prosequi solebant veteres, ut non solum ex antiquorum scriptis, sed etiam marmoribus vetustis erudite ostendit incomparabilis Spanhemius ad Callimachum pag. 205. 206.

1 Ἀθρέμβολα ] Infra suo loco rectius scriptum legitur Ἀρθρέμβολα, ut Portus etiam monuit.

2 Ἀθρήνιον. ὁ Μουσῶν τόπος ] Forte legendum est Ἀθήναιον, Athenæum.

3 Ἀθριβίς ] Vide Stephanum *de Urbibus*, v. Ἀθλιβίς.

4 Ἀθρίμματα ] Lege ἀθρήματα, ut apud Hesychium. Eadem autem dona dicebantur etiam ὀπτήρια (ab ὀπτάζομαι videre; ut ἀθρήματα ab ἀθρεῖν, quod itidem videre significat) de quibus vide Pollucem, Hesychium, & Excellentiss. Spanhemium ad Callimachum pag. 180.

5 Ἰώσηπος ] *De Bello Judaico* lib. VI. c. III. ut ad marginem Edit. Basil. qua Pearsonius usus fuit, annotatum erat.

6 Ἄθροι καταῤῥέοντες ] Vide Scholiastam Aristophanis ad *Acharnens.* p. 372. D unde Suidas hæc descripsit. Apud Aristophanem autem προπαροξυτόνως legitur ἀθρόοι, uti etiam hic apud Suidam scribendum est. Secundum observationem vero enarratoris Græci legendum esset ἄθροοι; quoniam ait, vocem illam esse proparoxytonam, eandemque spiritu aspero notari debere.

7 Ὅμηρος ] Il. Λ. v. 723.

8 Τὴν δὲ τροφὴν ἐχρήσατο μετρ. ] Hoc fragmentum legitur apud Photium in Excerptis ex Vita Isidori, a Damascio conscripta, pag. 1037. idemque repetitur infra v. Δώριος: ut Pearsonius ad marginem Codicis sui observaverat.

9 Τὸν Δώριον τρόπον ] Apud Photium loco laudato, & infra v. Δώριος legitur τῷ Δωρ. τρόπῳ τῷ ὄντι.

10 Ἦγεν ] Hanc lectionem ex MSS. revocavi. In prioribus enim Edit. excepta Mediolanensi, corrupte legitur ἦγ vel ἦγ. Editio Mediolanensis notam, qua vox ἦγεν in MSS. breviate scribi solet, retinuit. Observavi autem, librarios in veterum libris describendis notam illam perperam non raro interpretatos esse, &

τοι ἄθυμοι δοκοῦντες, καὶ τὰ σώματα πιεσθέντες ἐν τῇ προτέρᾳ μάχῃ, παρεβάλλοντο, καὶ ἐνίκησαν. ἀντὶ τοῦ, τὴν ψυχὴν κακοί.

Ἀθυμότερος. ἀψυχότερος. κακοψυχότερος.

Ἄθυρμα. παίγνιον. [1] Ἰώσηπος. Ὃς ἦν τοῦ βασιλέως ἄθυρμα, καὶ πρὸς τὰ σκώμματα, καὶ τοὺς ἐν τοῖς πότοις γέλωτας ἐπεδείκνυτο. καὶ αὖθις· Οὐκ ἔστιν ἀνδρῶν ἀθύρμασιν ἐμφιλοχωρεῖν παιδίων. καὶ ἐν Ἐπιγράμματι·

Πανὶ [2] δέ μιν ξέσαντες ὁδῷ ἔπι, καλὸν ἄθυρμα
Κάτθεσαν.

ἀντὶ τοῦ ἄγαλμα. Κρατῖνος Ὀδυσσεῦσι. Νεοχμὸν παρῆχθαι ἄθυρμα.

Ἀθύρειν. τὸ παίζειν. Πλάτων Νόμοις. Ἡ δ' αὖ παρ' ἡμῖν κόρη καὶ δέσποινα εὐφρανθεῖσα τῇ τῆς χορείας παιδιᾷ, κεναῖς χερσὶν οὐκ ᾠήθη δεῖν ἀθύρειν. Ἀθύρω, ὁ ἐνεστώς.

Ἀθύρμιον. παίγνιον.

Ἀθυρογλωττία. ἡ ἀχάλινος γλῶσσα.

Ἄθυρος. ὄνομα κύριον.

Ἀθύρωτον στόμα. οὕτως ἀθύρωτον. οὐκ ἀπύλωτον. [3] Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις. καὶ Φρύνιχος. Οἱ δὲ γράφουσιν ἀπύλωτον. ἀντὶ τοῦ, ἀνεῳγμένον καὶ πύλην μὴ ἔχον. τοῦτ' ἔστι, μὴ χαλιναγωγούμενον, μηδὲ κρατούμενον.

Ἀθύτους. ἄνευ θυσιῶν. [4] Καὶ γάμους ἀθύτους τε καὶ ἀγάμους γάμους ἐκείνους, ἐφ' οἷς οἶδα καὶ τὸν θεὸν σείσαντα, καὶ διοσημίας ἄλλας κατιδόντα ἂν ὑφ' ἡλίῳ ἔτι καὶ τυραννῶν. † Ἐδεῖτο μὲν οἱ τὸ σῶμα κρεωφαγίας, ἀθύτων δὲ οὐκ ἠνέσχετο μεταλαβεῖν. [5] Δαμάσκιός φησιν.

Ἀκαδημία. [6] Γυμνάσιον ἦν ἐν Ἀθήναις. Προάστειον ἀλσῶδες, ἐν ᾧ διέτριβε Πλάτων. Ἀπὸ [7] Ἑκαδήμου τινὸς ἥρωος ὀνομασθέν. Πρότερον δὲ διὰ τοῦ ε Ἑκαδημία ἐκαλεῖτο. [8] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Ἀλλ' εἰς [9] Ἑκαδημίαν κατιὼν, ὑπὸ ταῖς μορίαις ἀποθρέξεις
Στεφανωσάμενος καλάμῳ λευκῷ μετὰ σώφρονος ἡλικιώτου
Μίλακος ὄζων, καὶ ἀπραγμοσύνης καὶ λεύκης φυλλοβολούσης

spondens,] *Milites vero quamvis animum despondisse, & in priore pugna viribus exhausti esse viderentur, Martis aleam audacter subeuntes hostem vicerunt.*

Ἀθυμότερος. Animo fractus. Tristis.

Ἄθυρμα. Ludus. Ludicrum. Josephus. *Qui Regis erat ludicrum, & cavillorum causa, risusque in conviviis movendi gratia ostendebatur.* Et rursus: *Non decet viros, puerorum crepundiis immorari.* In Epigrammate: *Pani autem simulacrum ex [ligno] illo pulchre polito factum in via posuerunt.* Cratinus Ὀδυσσεῦσι. *Novum introductum esse ludicrum.*

Ἀθύρειν. Ludere. Plato in *Legibus. Nostra vero puella & domina, choreæ ludo delectata, manibus inanibus non putavit oportere ludere.* Præsens est ἀθύρω. Ludo.

Ἀθύρμιον. Ludus.

Ἀθυρογλωττία. Effrænata lingua.

Ἄθυρος. Athyrus. Nomen proprium.

Ἀθύρωτον στόμα. Os nullis foribus clausum. Sic autem scribendum est, non ἀπύλωτον. Aristoph. *Ranis:* item Phrynichus. Alii vero scribunt ἀπύλωτον, i. e. apertum & portam non habens. Sive, os effrænatum, & quod regi nescit.

Ἀθύτους. Sacrificiis carentes. *Et cum nuptias illas absque sacris contractas & infaustas celebrasset, propter quas terram tremuisse novi, multaque alia prodigia accidisse animadverti, cum adhuc Rex essem.* † *Corpus quidem ejus indigebat carnium esu: at nunquam iis vescebatur, quin prius earum primitias Diis consecrasset.* Damascius inquit.

Ἀκαδημία. Academia, Gymnasium fuit Athenis. Suburbium nemorosum, in quo Plato versabatur, ab Hecademo quodam Heroe nominatum. Olim enim per ε Hecademia vocabatur. Aristophanes in *Nubibus:*

*At in Hecademiam descendens, sub oleis sacris decurres*
*Coronatus calamo albo, cum aliquo æquali & modesto viro*
*Milacem redolens, & apragmosynem, & albam populum folia protrudentem*

veram ejus lectionem ignorantes, ἥρως vel ἥρωος pro ea plerumque scripsisse. Quare si corrupta ista vox in veterum libris occurrat (occurrit autem non raro) ejus loco ἄγρων legendum esse lector meminerit.

1 Ἰώσηπος] *Antiquit. Judaic.* lib. XII. pag. 405. G. ubi pro ἐπεδείκνυτο legitur ἀνεδείκνυτο. Locum autem Josephi, ubi fragmentum hoc extat, observaverat vir aliquis doctus in notula ad marginem Edit. Basil. qua Pearsonius usus fuit.

2 Πανὶ δέ μιν ξέσαντες] Est fragmentum Epigrammatis inediti, quod ex Antholog. MS. integrum hic subjiciam:

*Γήραϊ δὴ καὶ τόνδε κεκυφότα φήγινον ὄζον*
*Οὔρεσιν αἰχμηταὶ βουκόλοι ἐξέταμον.*
*Πανὶ δέ μιν ξέσαντες ὁδῷ ἔπι καλὸν ἄθυρμα*
*Κάτθεσαν, ὀρείων φύλακι βουκολίων.*
*Senectute curvatum fagineum hunc ramum*
*In montibus rustici pastores exciderunt.*
*Affabre vero politum ludicri oblectamenti loco in via*
*Posuerunt Pani, montanorum custodi armentorum.*

In versu ultimo pro ὀρείων, ad marginem exemplaris MS. Bigotiani (ex quo maximam Anthologiæ hujus ineditæ partem Parisiis descripsi) recte, ut puto, emendatum erat ὀρείων, quod in versione secutus sum.

3 Ἀριστοφάνης ἐν Βατρ.] Pag. 163. P. † Consule ibi Scholia Græca, ex quibus Suidas.

4 Καὶ γάμους ἀθύτους τ.] Fragmentum hoc ex Opere Æliani *de Providentia*, quod cum magno rei literariæ detrimento intercidit, & cujus scrinia Suidas non raro compilare solet, depromptum esse, & sensus & stilus verborum suadet.

5 Δαμάσκιος φησί.] Fragmentum hoc Damascii non memini me legisse in Excerptis Photianis e Vita Isidori Philosophi: quare Suidas id ex integro Damascii opere descripserit.

6 Ἀκαδημία. Γυμν.] Ex Laert. lib. III. Segm. VII. ubi vide Menagium. Huc pertinent verba Schol. Aristoph. ad *Nubes* p. 181. Ἦν γὰρ ὁ Γυμνάσιον ἀπὸ Ἀκαδήμου τινὸς, καταλελοιπότος τὴν κτῆσιν ἑαυτοῦ πρὸς ἐπισκευὴν τοῦ τόπου. Loquitur enim ibi de Academia.

7 Ἑκαδήμου] In vulgatis Laertii Edit. minus recte hodie scriptum est Ἀκαδήμου. Quæ enim sequuntur verba, πρότερον γὰρ διὰ τοῦ ε Ἑκαδημία ἐκαλεῖτο, lectionem Suidæ veram esse ostendunt.

8 Ἀριστοφάνης Νεφέλ.] Pag. 180. P.

9 Ἑκαδημίαν] Apud Aristophanem hodie legitur Ἀκαδημίαν.

Ἦρος ἐν ὥρᾳ χαίρων, ὁπότ' ἂν πλάτανος πτελέα ψιθυρίζῃ.

Ἀκαδημία. τρία ὑπῆρχε γυμνάσια, Λύκειον, Κυνόσαργες, Ἀκαδημία. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τοῦ καθιερώσαντος αὐτὴν Ἀκαδήμου. καὶ οὐδετέρως Ἀκαδήμειον. λέγεται δὲ Ἀκαδημία, ἡ [1] τῶν φίλων διατριβή.

Ἀκάθαρτος. ἁμαρτητικός. Ἀκάθαρτος γὰρ τὴν ψυχὴν ὅγε κακός. καθαρὸς δὲ, ὁ ἐναντίος.

Ἀκαθαίρετος. ἀκαταμάχητος. πύργος ἀκαθαίρετος.

Ἀκάθεκτος. ἀκατάσχετος. Ἦν γὰρ ἀκάθεκτος ὁρμὴ περὶ αὐτὸν διὰ τὰς τῶν Περσῶν ἐπάρσεις.

Ἀκαθοσίωτον. ἄνομον, ἄκοσμον, ἀπόβλητον.

Ἀκακήσιον. ὄνομα ὄρους.

Ἀκάκητος. ὁ Ἑρμῆς.

Ἀκακία. ἡ ἀγαθωσύνη. καὶ ἡ ἰατρικὴ βοτάνη.

Ἀκάκιος. [2] ὁ Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως. αἰδέσιμος ἦν ὡς οὐκ ἄλλος τις. [3] ὀρφανοτρόφος γὰρ γενόμενος, καὶ καλῶς τὰ τῶν ὀρφανῶν διοικῶν, πᾶσιν ἐφαίνετο καθ' ἡδονήν. καὶ δὴ καὶ τῷ βασιλεῖ Λέοντι συνήθης γενόμενος, ὑπερφυῶς ἤρεσκε. καὶ τούτῳ πρώτῳ ἀεὶ πάντα ἀνεκοινοῦτο τά τε κοινὰ καὶ τὰ ἴδια. καὶ ὅτι τὴν βουλὴν ἤθροιζε, συνεκάλει καὶ τοῦτον· καὶ τῆς σκέψεως ἀρχὴν ἐξ αὐτοῦ πάσης ἐτίθετο. Ὃς Ἀκάκιος τὴν τοῦ [4] Λέοντος τοῦ Μακέλλη ὠμότητα συνιδὼν πρὸς τούς τι λυπήσαντας, καὶ τὸ ἦθος ἀκριβῶς τὸ ἐκείνου φωράσας, ὅτι τοῖς ἐπαίνοις μόνοις ὑπάρχει εὐάλωτον, ἐπιτηδείως πάντα τὰ ἐκείνου θαυμάζειν. Τοιγαροῦν πειθήνιον αὐτὸν εἶχεν ἑτοίμως· τότε θυμὸν αὐτοῦ ῥᾳδίως κατέστελλε, καὶ πολλοῖς προσκεκρουκόσι τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύετο, καὶ τοὺς ἐξορίαν ἀΐδιον ἔχοντας, ἀνεκαλεῖτο πρὸς τὴν πατρίδα. Οὗτος μετὰ θάνατον Γενναδίου, Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, σπουδῇ Ζήνωνος ἱερᾶσθαι προεβλήθη. Ὃς ὢν ἀρχικὸς, καὶ πάσας τὰς ἐκκλησίας ὑφ' ἑαυτὸν ποιήσας, περιεργασμένως τῶν ἐν αὐταῖς [5] κεκληρωμένων ἐποιεῖτο τὴν κηδεμονίαν. οἱ εὐτυχοῦντες ἐν γραφαῖς ἀνέθηκαν αὐτὸν κατὰ τοὺς εὐκτηρίους οἴκους. [6] Ἐπείπερ οὖν ἀθρόον ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις ἐδείχθησαν αὐτοῦ



*Veris tempore, gaudens, quum platanus & ulmus susurrabit.*

Ἀκαδημία. Fuerunt tria Gymnasia, Lyceum, Cynosarges, Academia. Vocata autem fuit [Academia] a quodam Academo, qui eam dedicavit. Et in neutro genere dicitur Ἀκαδήμειον. Academia autem dicitur locus, ubi Philosophi versabantur.

Ἀκάθαρτος. Impurus. Ad peccandum proclivis. Improbus enim est animo impuro. Probus vero, puro.

Ἀκαθαίρετος. Qui dirui non potest. Turris, quæ dirui non potest.

Ἀκάθεκτος. Qui retineri non potest. *Impetus ejus enim retineri non poterat, propter elatos Persarum animos.*

Ἀκαθοσίωτον. Injustum. Inordinatum. Abjiciendum.

Ἀκακήσιον. Nomen montis.

Ἀκάκητος. Mercurius.

Ἀκακία. Bonitas. Item, herba medica.

Ἀκάκιος. Acacius, Patriarcha Constantinopolitanus. Vir fuit, si quisquam alius, venerandus. Cum enim orphanotrophii præpositus fuisset, & pupillorum res præclare administrasset, omnibus gratus fuit. Quinetiam familiaris fuit Leoni Imperatori, eique valde placuit. Is enim omnia & publica & privata cum eo primo semper communicabat. Et Senatum convocans, hunc etiam simul accersebat, & omnis consultationis initium ab ipso faciebat. Hic Acacius cum animadvertisset Leonis Macellæ crudelitatem in eos, qui ipsum aliqua in re offendissent, ejusque ingenio diligenter explorato, observasset, eum laudibus facile capi; omnia ejus magni se facere simulabat. Quamobrem ipsum sibi obtemperantem habuit, iramque ejus facile compressit, & multis, qui eum offenderant, salutis auctor fuit, illosque, qui ad perpetuum exilium damnati erant, in patriam revocavit. Hic post obitum Gennadii, Patriarchæ Constantinopolitani, studio Zenonis, successor ejus designatus est. Hic cum ad gubernandum alios aptus esset, & omnes Ecclesias sibi subjectas haberet, summam eorum, qui Clero adscripti erant, curam gessit: qui imaginem ejus in Oratoriis dedicarunt. Cum igitur in omnibus simul Ecclesiis ejus imagines

1 Ἡ τῶν φίλων] Scribendum hic esse φιλοσόφων etiam Portus recte monuit. Error natus est ex compendio scribendi.

2 Ἀκάκιος, ὁ Π.] Locum hunc de Acacio Suidam ex Malcho descripsisse suspicatur Valesius in notis ad Theod. Lector. p. 167.

3 Ὀρφανοτρόφος γὰρ γενόμ.] Acacium ex orphanotrophii præfecto ad thronum Patriarchalem post Gennadium evectum fuisse testatur etiam Evagrius Histor. Eccles. lib. II. cap. XI. his verbis. Ἀναπαύεται δὲ πληρώσας, τὸν θρόνον τῆς βασιλευούσης διαδέχεται Γεννάδιος. καὶ μετ' αὐτὸν Ἀκάκιος, ὃς τῶν γηροκομείων τῶν ὀρφανῶν προέστηκε κατὰ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν.

4 Λέοντος τοῦ Μακέλλη] Leo hic dictus fuit Μακέλλης, quod ante imperium in macello carnes vendidisset, ut nos docet Codinus de Origin. Constantinop. pag. 53. his verbis: Ὅτι Λέων ὁ Μακέλλης, ὃς ἐρμηνεύεται σφαγεὺς, ἐπεὶ πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι λέγεται ὅτι κρέα ἐπώλει.

5 Κεκληρωμένων] Hanc vocem Wolfium & Portum non intellexisse ex illorum versione apparet. Significat autem κληρικῶν vel κληροῦσθαι apud scriptores Græcos mediorum seculorum, Clero adscribi, ut jam pridem monuit Henr. Vales. ad Evagrium lib. IV. cap. XXXVI.

6 Ἐπείπερ οὖν ἀθρόον ἐν πάσαις ταῖς Ἐκκλησ.] De hoc loco Suidæ legendus est Henricus Valesius in Notis ad Theodor. Lectorem, pag. 167. qui tamen minus recte affirmare mihi videtur, Acacium orphanotrophum adhuc, nondum vero Patriarcham fuisse, cum ei imagines, de quibus Suidas hic loquitur, in Ecclesiis ponerentur. Non video enim, quomodo orphanotropho convenire possint verba illa præcedentia, καὶ πάσας τὰς Ἐκκλησίας ὑφ' ἑαυτὸν ποιήσας, i. e. *omnes Ecclesias sibi subjectas habens*: quod de solo tantum Patriarcha dici posse manifestum est. Præterea, quis sibi persuadeat, orphanotropho in omnibus Ecclesiis publice imagines fuisse collocatas? quoniam honor iste tantus est, ut non nisi fastigio Patriarchali convenire potuerit. Porro, est & aliud, de quo eidem viro doctissimo non assentior. Videtur is enim obiter tantum legisse locum illum, qui paulo sequitur, τὴν ἐκ ψηφίδων γραφὴν διαμαργαρίζουσαν ἐν τῇ πρὸς τῷ νεωρίῳ Ἐκκλησίᾳ. Horum enim verborum sensus non est is, quem Valesius iis affingit, nimirum, Ecclesiam, juxta navale sitam, tessellato opere fabricatam fuisse; sed, imaginem Acacii in illa Ecclesia opere tessellato, sive musivo, effictam fuisse.

εἰκό-

εἰκόνες, ᾠήθησαν ἴσως κενοδοξοῦντα τὸν ἄνθρωπον προστεταχέναι, οὐ μικρὰν ἔχει εἰς τὴν ὑπόνοιαν πίστωσιν, τὴν ἐκ ψηφίδων γραφὴν δημιουργηθεῖσαν ἐν τῇ πρὸς τῷ Νεωρίῳ Ἐκκλησίᾳ. Τοῦ γὰρ ἔργου παντὸς ἐπὶ Γενναδίου πληρωθέντος, εἰς τὸν ἐμφανῆ τόπον ἐξετύπωσαν αὐτὸν τοῦ ναοῦ. καὶ μεταξὺ τοῦδε τὸν Σωτῆρα λέγοντα τῷ Γενναδίῳ· λῦσον τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ [1]ἐπὶ τῦ, μετὰ σὲ ἐγερῶ αὐτόν. Ἐκ τῶν τοιούτων οὖν εἰκόνων Ἀκάκιος, εἰ καὶ εὐμετάδοτος ἦν, καὶ [2]πραγματικός, ἀλλὰ δοξομανὴς ἔδοξεν ὑπάρχειν.

ostenderentur, quidam existimarunt, eum vana gloriæ cupiditate inductum, imagines suas dedicari jussisse: quam suspicionem non parum confirmavit pictura tessellata in Templo, quod est prope navale. Cum enim totum illud opus sub Gennadio esset absolutum, in maxime conspicuo Templi loco imaginem ejus effinxerunt, & medium Servatorem, Gennadio dicentem: *Destrue Templum hoc, & successoris tui temporibus illud restaurabo.* Ob hujusmodi igitur imagines Acacius, quamvis esset beneficus, & [magna cum prudentia & dexteritate] Ecclesiæ præesset, immoderata tamen gloriæ cupiditate flagrare videbatur.

Ἀκάκιος.[3] Ῥήτωρ δεινότατος, ἐπὶ Ἰουλιανοῦ, καὶ Λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ. ὃς ἐπεχλεύαζε τὸν Ἰουλιανόν, καὶ διεμέμφετο τὰς κρίσεις αὐτοῦ, σὺν τῷ Τυσκιανῷ τῷ ἐκ Φρυγίας, καὶ αὐτῷ ῥήτορι ὄντι δεινῷ.

Ἀκάκιος. Acacius. Orator vehementissimus, sub Juliano & Libanio Sophista: qui Julianum inculabat, & ipsius judicia reprehendebat, una cum Tusciano Phryge, qui & ipse bonus erat orator.

Ἀκαλανθίς.[4] εἶδος ὀρνέου. ἢ ὁ κύων. παρὰ τὸ αἰκάλλειν ἴσως τοὺς γνωρίμους, ὑλακτεῖν δὲ τοὺς ξένους.

Ἀκαλανθίς. Genus avis. Vel, canis. Ita dictus ab αἰκάλλειν, quia notis blanditur, peregrinos vero allatrat.

Ἀκαλαρρείτης. ὁ ἡσύχως ῥέων ποταμός. [5]Ἐξ ἀκαλαρρείταο βαθυρρόου Ὠκεανοῖο.

Ἀκαλαρρείτης. Placide & quiete fluens fluvius. *Ex placide fluente & profundo Oceano.*

Ἀκαλός.[6] ἥσυχος. ἀπὸ τοῦ ἦκα, τὸ ἠρέμα, καὶ ἡσύχως. ὅθεν παράγωγον ἤκαλος. ὡς πέμπω, πέμπελος. καὶ κατὰ συστολὴν ἄκαλος.

Ἀκαλός. Quietus. [Formatur] ab ἦκα, i. e. placide & quiete. Unde derivatur ἤκαλος (ut a πέμπω πέμπελος) & per systolen ἄκαλος.

Ἀκαλήφη. ἡ ἄκανθα. ἡ κνίδη. [7]Παυσάμενον τῆς δυσκολίας, ἀπὸ τῆς ὀργῆς τὴν ἀκαλήφην ἀφελέσθαι.

Ἀκαλήφη. Spina. Urtica. [*Fac ut*] *morositatem & iracundiam omittat, & a nimio pruritu* [*judicandi*] *liberetur.*

Ἀκαλήφη.[8] ἡ κνίδη, καὶ ἡ χερσαία, καὶ ἡ θαλαττία, ἥτις ἐστὶ [9]κογχυλίδιόν τι. [10]Ἀριστοφάνης Φοινίσσαις· Εἰκὸς [11]δή που πρῶτον ἁπάντων [12]φῦα φῦναι καὶ τὰς τραχείας ἀκαλήφας. Φερεκράτης Αὐτομόλοις·

Ἀκαλήφη. Urtica, tam terrestris, quam marina, quæ est exigua quædam concha. Aristophanes in *Phœnissis*: *Par est profecto primum omnium iphya nasci, & asperas urticas.* Pherecrates in *Transfugis*:

> Νὴ [13]τὴν Δήμητρ' ἀνιαρόν γ' ἐστὶ τὸ κακῶς ᾄδοντος ἀκούειν.
>
> Βουλοίμην γὰρ κἂν ἀκαλήφαις τὸν ἴσον χρόνον ἐστεφανῶσθαι.

> *Per Cererem, molestum est male canentem audire.*
>
> *Mallem enim vel urticis tantundem temporis coronatus esse.*

Τὰς δὲ θαλαττίας καὶ Ἀριστοτέλης ἀκαλήφας φησὶν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ζώων. καὶ Θεόφραστος ἐν [14]ζ' Φυτικῶν.

Marinas vero urticas Aristoteles etiam in primo de Animalibus vocat ἀκαλήφας. Et Theophrastus libro septimo de Plantis.

Ἀκαλλιέρητον θῦμα. ἀκόσμητον.

Ἀκαλλιέρητον θῦμα. Victima, qua non est litatum.

Ἀκάμαντα. ἀκαταπόνητον. [15]Βοσξύων ἀκάμαντα φυτῶν λωβήτορα χοῖρον.

Ἀκάμαντα. Indefessum. *Vitium indefessum vastatorem aprum.*

Ἀκαμαντίς. καὶ Ἀκάμας. μία τῶν δέκα φυλῶν, ἀπὸ Ἀκάμαντος τοῦ Θησέως.

Ἀκαμαντίς. Acamantis. Una ex decem Tribubus, ab Acamante Thesei filio sic dicta.

1 Ἐπὶ τῦ] Legendum est ἐπὶ τούτου.
2 Πραγματικός] In MSS. Paris. legitur πραγματικός.
3 Ἀκάκιος. Ῥήτωρ δειν.] De hoc Acacio vide Eunapium in Vitis Sophistarum & Philosophorum, pag. 175.
4 Ἀκαλανθίς. εἶδ. ὀρν.] Hanc notam descripsit Suidas ex Schol. Aristoph. ad *Aves*, p. 582.
5 Ἐξ ἀκαλαρρείταο β.] Homer. Odyss. Τ. v. 434.
6 Ἀκαλός. ἥσ.] Vide infra v. Ἠκαλός.
7 Παυσάμενον τῆς δυσκ.] Apud Aristoph. in *Vespis*. pag. 342. versus hi sic distincti leguntur:

> Καὶ παυσάμενον τῆς δυσκολίας
> Ἀπὸ τῆς ὀργῆς
> Τὴν ἀκαλήφην ἀφελέσθαι. P.

8 Ἀκαλήφη. ἡ κνίδη, καὶ ἡ χ.] Hæc deprompsit Suidas ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* p. 312.
9 Κογχυλίδιόν τι] Scholiasta habet κογχύλιόν τι.
10 Ἀριστοφάνης Φοινίσ.] Hoc fragmentum Aristophanis exstat etiam apud Athen. lib. III. p. 90. quamvis ibi nonnulla aliter leguntur. Idem autem deest apud Scholiastam Aristophanis: unde colligo, Suidam melioribus interdum & integrioribus Scholiis in Comicum illum usum esse, quam quæ hodie habemus: ad quod probandum plura alia apud Grammaticum nostrum loca in promptu sunt, ut alibi indicamus.
11 Εἰκὸς δή που πρῶτον π.] Est versus anapæsticus, sed turbatus & corruptus, quem sic legendum & in ordinem redigendum puto:

> ——————— ἶφυα φῦναι
> Εἰκὸς δή που πρῶτον ἁπάντων & τὰς τραχείας ἀκαλήφας.

12 Φῦα] Apud Athenæum rectius legitur ἶφυα.
13 Νὴ τὴν Δήμητρ. ἀν.] Hoc fragmentum Pherecratis mutilum exstat apud Athenæum loco laudato, qui proinde hinc suppleri potest.
14 Ἐν ζ' Φυτικῶν] Id est, libro septimo de Plantis. In prioribus Edit. vitiose legitur Φυσικῶν: cujus loco Φυτικῶν ex Schol. Aristophanis reposui. Φυτικὰ Theophrasti etiam laudat Scholiasta Nicandri ad Alexiph. p. 47.
15 Βοτρύων ἀκ.] Versus hic est pars Epigrammatis, quod ex Anthologia inedita integrum exhibuimus supra, v. Ἀδάμαντος, ubi monuimus pro βοτρύων legendum esse βοτρυόεν.

Ἀκάματα. ἀντὶ τοῦ ἀκαμάτως. καὶ ἀδιαλείπτως. ἢ οὐ κεκμηκότως. [1] Σοφοκλῆς· Ὃν ἔγωγ' ἀκάματα προσμένουσ' ἄτεκνος τάλαινα.

Ἀκαμάτιος. Ἡλιουπολίτης, ἐπιεικέστερος τῶν ἄλλων πολιτῶν· οὕτω δὲ ἰδιωτικῶς εἶχεν, ὥστε οὐδὲν προμαθὼν, οὐδὲ ἐπιμαθὼν τὰ ἐς λόγους ἥκοντα οἷους δή τινας, ἠξίου καλεῖσθαι Φιλόσοφος, καὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ πρὸς ἅπαντας ἑαυτὸν κατεμήνυε. καὶ οὐδὲ τῶν Ἡλιουπολιτῶν ἄλλος οὐδεὶς αὐτὸν ἐπωνόμαζεν, ἢ τὸν Φιλόσοφον. Τοῦτο μὲν τοίνυν ἐπειδὴ ἔστω τῆς ἀνθρωπίνης ἀπαιδευσίας. Παραγεγονότων δὲ ἡμῶν εἰς Ἡλιούπολιν, ἀπέβη τοῦτο σχεδὸν τὸ πλάσμα τῆς Ἀκαματίου Φιλοσοφίας. Ἠβούλετο δέ τις εἶναι καὶ τῶν ἱεροσκόπων. τοῦτο μέν τοι συγγνώμης ἄξιον, ὅτι καὶ ὁπωσοῦν ἠδύνατο τοιαῦτα περιλαβεῖν, ἄλλως τε καὶ πρὸς ἰδιώτας.

Ἀκάματον πῦρ. σφοδρόν. [2] Ὅμηρος· Δαῖέ οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ.

Ἀκαμπίας. [3] ὁ εὐθύδρομος. καὶ Ἀκάμπιος δρόμος, ὁ μακρὸς καὶ δι' εὐθείας περίπατος.

Ἄκανθα. τὸ φυτόν. καὶ ἡ ῥάχις τοῦ κήτους. Τὸ δὲ θηρίον ὁρμῇ βιαίᾳ προσπεσὸν διακόπτει τῇ ἀκάνθῃ τοὺς δεσμούς. Καὶ ἐπὶ τῶν ἀφώνων καὶ ἀμούσων παροιμία, [4] Ἀκάνθιος τέττιξ.

Ἄκανθα. [5] ἡ ἁμαρτία. [6] Δαβίδ. Ἐν τῷ ἐμπαγῆναί μοι ἄκανθαν. ὡς ἄχρηστον βλάστημα, καὶ ὡς κεντεῖν πεφυκός.

Ἀκανθίας. [7] Οὐκ εἶδος τέττιγος, ἀλλ' ἐπίθετον τέττιγος. ἀπὸ τοῦ ἠχεῖν ἐν ἀκάνθαις. ὥσπερ καὶ [8] ὁ Ἀχέτας οὐκ εἶδος τέττιγος, ἀλλ' ἐπίθετον, ἀπὸ τοῦ ἠχεῖν.

Ἀκαπήλευτον. ἄδολον. καθαρόν. ἀρραδιούργητον.

Ἄκαρ. [9] ἀντὶ τοῦ μικρόν. ἢ οὐδέν. οὕτως Ἀντιφῶν.

Ἀκαρές. βραχύ. ὀξύ. ὃ οὐχ οἷόν τε κεῖραι. [10] Ἀριστοφάνης· Οὐκ οἶδ' ὅποι ἐγκεκύκλησαι, ὃς πολλῶν ἄρχων, οὐκ ἀπολαύεις πλὴν τοῦθ' ὃ φέρεις ἀκαρές. καὶ τοῦτ' ἔριον σοὶ ἐνστάζουσι κατὰ μικρὸν ἀεὶ, τοῦ ζῆν

Ἀκάματα. Indefesse, sine intermissione, sine lassitudine. Sophocles: *Quem ego, liberis orba, perpetuo expecto.*

Ἀκαμάτιος. Acamatius, Heliopolita, cæteris civibus melior quidem; at tam illiteratus fuit, ut, cum nec juvenis, nec ætate provectior ullam scientiam addidicisset, Philosophus tamen vocari vellet, eoque nomine se apud omnes insigniret. Hinc nemo erat Heliopolitarum, qui ipsum aliter quam Philosophum cognominaret. Hoc igitur probrum esto humanæ inscitiæ. Cum autem Heliopolin venissemus, falsum philosophiæ nomen, quo Acamatius se jactabat, jam pene exoleverat. Voluit etiam esse unus ex hieroscopis: quod tamen ei ignosci potest, quoniam utcunque talia præstare poterat; præsertim apud homines imperitos.

Ἀκάματον πῦρ. Ignis vehemens. Homerus: *Galea autem ejus & clypeus vehementi igne arserunt.*

Ἀκαμπίας. Qui recta currit. Et Ἀκάμπιος δρόμος, cursus longus & rectus.

Ἄκανθα. Planta, [quæ spina dicitur.] Item spina dorsi ceti. *Cum autem bellua impetu violento irruisset, spina dorsi vincula dirupit.* Et Acanthia cicada, proverbium de mutis & illiteratis.

Ἄκανθα. Peccatum. David. *Dum infixa est mihi spina.* Quia [spina] est planta inutilis, & natura sua pungit.

Ἀκανθίας. Acanthias. Non est species, sed epithetum cicadæ, sic dictæ, quod canter inter spinas. Uti etiam Ἀχέτας, non est cicadæ species, sed epithetum, ab ἠχεῖν, [quod sonum emittere significat.]

Ἀκαπήλευτον. Sincerum, purum, non adulteratum.

Ἄκαρ. Exiguum, vel, nihil. Sic Antipho.

Ἀκαρές. Exiguum. Acutum. Quod secari nequit. Aristophanes: *Nescio, quo redactus sis, qui multis imperans, nullum inde fructum percipis præter hoc quod geris curtum [pallium:] Et hoc, tanquam lana oleum, minuta-*

1 Σοφοκλῆς] In *Electra*, pag. 88. ubi locus hic sic legitur & distinguitur:

Ὀρέσταν, ὃν ἔγωγ' ἀκάματα
Προσμένουσ', ἄτεκνος
Τάλαιν' ἀνύμφευτος αἰὲν οἰχνῶ. *P.*

2 Ὅμηρος] Il. E. v. 4.

3 Ἀκαμπίας] Vide Hesych. v. Ἀκαμπιόδρομοι, & v. Ἀκαμπίας.

4 Ἀκάνθιος τέττιξ] Sic etiam apud Diogenianum legitur. Zenobius vero habet Ἀκάνθιος τέττιξ, cui cave credas. Ἀκάνθιος enim vera lectio est, quoniam epithetum hoc mutis cicadis tributum est ab urbe Acantho, cujus ἐθνικὸν est Ἀκάνθιος, non autem Ἀκάνθινος. Stephanus de Urbibus, v. Ἄκανθος: Τὸ ἐθνικὸν τῆς Ἀκάνθου, Ἀκάνθιος· ἐξ οὗ καὶ παροιμία, Ἀκάνθιος τέττιξ, ἐπὶ τῶν ἀφώνων. τοιοῦτοι γὰρ οἱ τῆς χώρας τέττιγες.

5 Ἄκανθα. ἡ ἁμαρτία] Peccatum apud scriptores Ecclesiasticos sæpe cum spinis comparari solet, ut pluribus exemplis demonstrat Suicerus in Thesauro Ecclesiastico, v. Ἄκανθα, cujus scrinia hic non compilabo.

6 Δαβίδ] Psalm. XXXII. 4. ubi tamen verba textus Hebraici aliud sonant, & a versione τῶν LXX. quam Suidas hic secutus est, discrepant. Ipsum locum inspiciat lector.

7 Ἀκανθίας. οὐκ εἶδ.] Vide infra v. Ἀχέτας

8 Ὁ ἀχέτας οὐκ εἶδος τέττιγος, ἀλλ' ἐπίθετον] Contrarium tamen verius est, nimirum τὸ ἀχέτας speciem cicadæ significare. Aristoph. *Avibus*. pag. 593.

Ἡνίκ' ἂν ὁ θεσπέσιος ὀξυμελὴς ΑΧΕΤΑΣ
Θάλπεσι μεσημβρινοῖς ἤλιο μανεὶς βοᾷ.

Ubi τὸ ἀχέτας manifesto est substantivum, & pro specie cicadæ accipitur, Vide eundem in *Pace*, p. 709. Apud Aristotelem quoque *de Histor. Animal.* lib. IV. cap VII. τὸ ἀχέτας cicadæ speciem significat, ut Portus etiam observavit. Verba Philosophi hæc sunt: Ἔστι δ' αὐτῶν πλείω εἴδη, καὶ διαφέρουσι μεγέθει καὶ μικρότητι, καὶ τῷ τοὺς μὲν χαλκιδέας ΑΧΕΤΑΣ ὑπὸ τὸ ὑπόζωμα διῃρῆσθαι. Hoc loco post ἀχέτας delenda est vox superflua ὑπὸ, quod vel ex ipso Aristotele probari potest, qui Histor. Animal. lib. V. cap. XXX. itidem de cicadis agens, ait: Οἱ μὲν διῃρημένοι εἰσὶ τὸ ὑπόζωμα, οἱ ᾄδοντες &c.

9 Ἄκαρ] Corrupte pro ἀκαρές. Apud Harpocrationem, unde Suidas, legitur ἀκαρεί, quod est adverbium, significans ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, teste Etymologo. v. Ἀμαρτῇ.

10 Ἀριστοφάνης. Οὐκ οἶδ' ὅποι ἐγκεκύκλ.] Versus hi ex Aristoph. in *Vespis*, pag. 480. sic supplendi & distinguendi sunt:

———————— Οὐκ οἶδ' ὅποι ἐγκεκύκλησαι.
Ὅστις πόλεων ἄρχων πλείστων ἀπὸ τοῦ Πόντου μέχρι Σαρδοῦς
Οὐκ ἀπολαύεις πλὴν τοῦθ' ὃ φέρεις ἀκαρές, καὶ τοῦτ' ἐρίῳ σοι
Ἐνστάζουσι κατὰ μικρὸν ἀεὶ τοῦ ζῆν ἕνεχ' ὥσπερ ἔλαιον.
Βούλονται γάρ σε πένητ' εἶναι.

Sensum & illustrationem loci hujus ex ipso Aristophane ejusque Scholiasta lector petet.

ἕνεχ'

ἐπιχέουσιν ὥσπερ [1] ἔλαιον. βούλονται γάρ σε πένητ' εἶναι.

Ἀκαρῆ. ἀκαρῶς. ἐν βραχείᾳ ὥρᾳ, ἐν ἀτόμῳ. ἐπίρρημα. Ἐν ἀκαρεῖ δὲ, Ἀριστοφάνης Πλούτῳ· [2] Γυμνὸς θύραζ' ἔπεσον ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ. ἤτοι ἐλαχίστῳ, ὃν οὐχ οἷόν τε διακεῖραι καὶ κόψαι διὰ τὸ βραχὺ τοῦ χρόνου. Πεποίηται δὲ ἀπὸ τῶν μικρῶν τριχῶν, τῶν διὰ βραχύτητα μὴ δυναμένων καρῆναι. ἔστι δὲ ἐπίρρημα τὸ ἀκαρῶς. ἀφ' οὗ τὸ ἀκαρὲς ἐπιρρηματικὸν ὄνομα. Καρὶ δὲ, τῷ ἐκ τῆς Καρίας.

Ἀκαρίδιος. ὁ βραχύτατος. Ἀκαρίδιος ὁ ἀνθρώπινος βίος καὶ μετ' ὀλίγον πάντες ἐξεταθήσομεν.

Ἀκαριαῖον. μικρόν. βραχύ. ῥοπή. καὶ Ἀκαριαῖος, ὁ βραχὺς καιρός.

Ἀκαριαῖον. τὸ μὴ δυνάμενον καρῆναι. ἢ τὸ οἷον ἀκέφαλον διὰ σμικρότητα. ἢ ἀδιάστατον κατὰ μέγεθος, καὶ οὐδ' ἀρχὴν ἔχον. ὅτι καρία ἡ κεφαλὴ κατὰ γλῶσσάν τινα, ὅθεν καὶ κέρατα.

Ἀκαρνᾶνα. [3] Ἐγὼ δὲ ἄγαμαι τοὺς ἄνδρας, τὸν δὲ Ἀκαρνᾶνα μέγιστον καὶ περὶ τούτων. καὶ Ἀκαρνᾶνες. ζήτει ἐν τῷ Ἀπαλγοῦντες.

Ἀκαρπότερος [4] ἀγριέππου. ἐπὶ τῶν πάνυ πενομένων. Λάκωνες γὰρ τὴν ἀγρίαν ἐλαίαν ἀγριέππον καλοῦσιν.

Ἀκαρπότερος Ἀδώνιδος κήπου. ἐπὶ τῶν μηδὲν γενναῖον τεκεῖν δυναμένων. [5] λέγονται δὲ τὰ εἰς τὰ ὄστρακα φυτευόμενα.

Ἄκας. ποιητὴς Τραγῳδίας.

Ἄκαστος. [6] Ὁ δὲ Ἄκαστος [7] λόχον ὑφήσας, ἐπεβούλευσε τῷ Πηλεῖ. καὶ ὃς αἰσθόμενος, εἰς πόλεμον κατέστη. ζήτει ἐν τῷ Ἀπαλάντη.

Ἀκατάληπτον. ἀπρόσιτον διαφέρει. καὶ ζήτει ἐν τῷ Ἀπρόσιτον.

Ἀκατάβλητον. ἀήττητον. παρὰ τὸ μὴ καταβάλλειν. τοῦτ' ἔστι, τὸν μηδὲν καταβάλλοντα. [8] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

> Οὐ γάρ πω τότ' ἐξηπίστατο
> Φειδιππίδης μοι τὸν ἀκατάβλητον λόγον.

Ἀκαταλλήκτως. ἀκαταπαύστως. ἀκαταλλήλως. ἀναρμοδίως.

Ἀκαταμάχητος. ἀκαταπόνητος.

Ἀκατοῖος. ἵππος ὀνομαστός.

Ἀκαταιτίατος. ὁ ἀναίτιος.

Ἀκατεύναστος. ἀκοίμητος.

Ἀκάτειρα. ὄνομα πόλεως.

Ἀκάτιον. εἶδος πλοίου ἁλιευτικοῦ.

*tim tibi instillant, ut vitam trahas. Volunt enim te esse pauperem.*

Ἀκαρῆ. Pro ἀκαρῶς, i. e. brevissimo tempore, puncto temporis. Adverbium. Ἐν ἀκαρεῖ vero [legitur] apud Aristophanem *Pluto: Nudus foras ejectus sum* ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ, i. e. brevissimo tempore; sive, quod adeo exiguum est, ut dividi & secari non possit. Metaphora ducta est a minimis pilis, qui propter brevitatem secari non possunt. Est autem ἀκαρῶς adverbium, unde nomen adverbiale ἀκαρὲς deductum est. Καρὶ autem significat Cari, sive ex Caria oriundo.

Ἀκαρίδιος. Brevissimus. *Brevissima est humana vita, & post exiguum tempus omnes extensi jacebimus.*

Ἀκαριαῖον. Parvum. Breve. Momentum. Et Ἀκαριαῖος καιρὸς, breve tempus.

Ἀκαριαῖον. Quod secari non potest. Vel quod propter parvitatem capite quasi caret. Vel quod nullam habet extensionem, nec initium. Καρία est vox inusitata, caput significans, unde & κέρατα, i. e. cornua [dicta sunt.]

Ἀκαρνᾶνα. Acarnanem. *Ego vero viros illos admiror, maxime vero illum Acarnanem.* Et Acarnanes. Quære in voce Ἀπαλγοῦντες.

Ἀκαρπότερος ἀγριέππου. [Sterilior agresti olea.] Dicitur de illis, qui sunt valde pauperes. Lacones enim agrestem oleam ἀγριέππον vocant.

Ἀκαρπότερος Ἀδώνιδος κήπου. [Sterilior Adonidis hortis.] Dicitur de illis, qui nihil præclari gignere possunt. Sic autem vocantur, quæ in testis plantata sunt.

Ἄκας. Poeta Tragicus.

Ἄκαστος. Acastus. *Ille vero subornata manu insidias struxit Peleo: qui re animadversa, bellum ei intulit.* Quære in Ἀπαλάντη.

Ἀκατάληπτον. Hoc differt ab ἀπρόσιτον. Quære in Ἀπρόσιτον.

Ἀκατάβλητον. Invictum. Vox composita ex *a* privativo, & καταβάλλειν, [dejicere.] Quem nemo dejicere potest. Aristophanes *Nubibus: Nondum enim tunc Phidippides sciebat invictam illam dicendi rationem.*

Ἀκαταλλήκτως. Indesinenter. Absque connexione. Inconcinne.

Ἀκαταμάχητος. Qui nullis laboribus frangi potest.

Ἀκατοῖος. Equus celebris.

Ἀκαταιτίατος. Culpa vacans.

Ἀκατεύναστος. Insomnis.

Ἀκάτειρα. Nomen urbis.

Ἀκάτιον. Piscatoriæ naviculæ genus.

1 Ἔλαιον] Apud Aristophanem hodie legitur ἄλευρον. Sed lectio Suidæ sana est & alteri præferenda, quam etiam agnoscit vetus enarrator, cujus ad eum locum hæc sunt verba: Ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν τοῖς ὤτοις ἀλγοῦντων, ᾧ δι' ἐρίου ἐνστάζομεν ΕΛΑΙΟΝ καταβραχύ.

2 Γυμνὸς θύραζ' ἔπ.] Apud Aristophanem in *Pluto*, p. 13. 24. versus iste sic legitur.

> Γυμνὸς θύραζ' ἐξέπεσον ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ.

Consule Scholia ad eum locum, ex quibus Suidas sua descripsit. P.

3 Ἐγὼ δὲ ἄγαμαι τ.] Hoc fragmentum legitur etiam supra, v. Ἄγαμαι.

4 Ἀκαρπότερος ἀγριέππου] Vide supra v. Ἀγρίεππος.

5 Λέγονται δὲ τὰ εἰς τὰ ὄστρ. φυτ.] Vide supra v. Ἀδώνιδος κῆποι.

6 Ὁ δὲ Ἄκαστος λόχον ὑφ.] Hoc fragmentum deprompsit Suidas ex Excerptis Nicolai Damasceni, a Valesio editis, pag. 446. ut Pearsonius ad marg. Suidæ sui notaverat. Vide etiam Scholiastam Aristoph. ad *Nubes*, pag. 183. ubi eadem historia vel fabula de Acasto & Peleo prolixe narratur.

7 Λόχον ὑφήσας] Lege, λόχον ὑφείσας, ut in Excerptis Nicol. Damasceni, & infra v. Ἀπαλάντη recte legitur.

8 Ἀριστοφ. Νεφέλαις] Pag. 118. 24. Ubi Scholiasta: Τὸν ἀήττητον, τὸν μηδενὶ καταβαλλόμενον, uti etiam apud Suidam scribendum est. P.

Ἀκά-

Ἀκατίροι. ἔθνος. [1] Ὥσπερ καὶ οἱ Σαράγουροι ἐλαθέντες [2] κατὰ ζήτησιν [3] πρὸς τοῖς Ἀκατίροις Οὔννοις ἐγένοντο.

Ἀκατονόμαστος.[4] ὁ μὴ ὀνομασμένος.

Ἀκαχείατο. ἐλυποῦντο. καὶ Ἀκαχίζεο. λυποῦ.

Ἀκαχημένη. λυπουμένη. καὶ Ἀκαχήμενον. οὐδέτερον.

Ἄκαψις. ὄνομα πόλεως.

Ἀκαίη.[5] ῥάβδος θαλαττία.

Ἄκαινα. μέτρον δεκάπουν. ἔστι δὲ ῥάβδος, δι' ἧς κεντοῦσι τοὺς βόας, [6] ὡς τῶν Πελασγῶν τοῦτο εὑρόντων.

Ἄκαιρος. ὁ μὴ ἔχων καιρόν. καὶ, Ἄκαιρος εὔνοια οὐδὲν [7] ἔχθρας διαφέρει. Ἱππόλυτόν φασι ταύτην εἰπεῖν πρὸς Φαίδραν, φάσκουσαν φιλεῖν τε καὶ στέργειν αὐτόν.

Ἀκεανός. εἶδος ὀσπρίου.

Ἀκελιμᾶς.

Ἀκενόσπουδον. [8] Παρὰ [9] Διογνήτου ἔμαθον τὸ ἀκενόσπουδον, καὶ τὸ [10] ἀπιστητικόν. φησὶ Μάρκος ὁ φιλόσοφος βασιλεύς.

Ἀκέων. ἡσυχάζων. παρ' Ὁμήρῳ κατὰ [11] μεσότητα ἐξενήνεκται. ἀντὶ τοῦ ἐφ' ἡσυχίας. καὶ [12] ἐν ἄλλοις· [13] Ἀλλ' ἀκέων δαίνυσθε καθήμενοι.

Ἀκερδὴς χάρις. ἡ μὴ δεόντως διδομένη. ἧς φαῦλον τὸ κέρδος. [14] Μή δ' ἄλαστον ἀκερδῆ χάριν ἄντ' ἰδὼν μετάσχοιμί πως.

Ἀκέραιον. ἄκακον. ὁλόκληρον. καθαρόν. Σημαίνει δὲ καὶ τὸ [15] ἔξω κέρας, κατὰ τροπὴν τοῦ η εἰς ε.

Ἀκέραιον συνειδός. τὸ καθαρὸν, καὶ εἰλικρινές. [16] Δαμάσκιός φησιν· Οὐδὲν γὰρ εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων ἀκεραίου συνειδότος ἀντάξιον. δεῖ δὲ τὸν εὐσχήμονα τρόπον συνδιαιτᾶσθαι τοῖς πέλας. εἰ καὶ ἐναντίον εἴη τῷ φαινομένῳ τὸ ἀληθινὸν ἀγαθὸν, μηδέποτε ἐκεῖνο πρὸ τούτου ἐπιτρέπεσθαι ἄγειν, μηδὲ ἄλλο ὁτιοῦν περὶ πλείονος ποιεῖσθαι τῆς ἀληθείας· μήτε κίνδυνον ἀγῶνος ἐπιφερόμενον, μήτε ὄκνῳ ἀποστρεφόμενον ἔργον ἐπίπονον·

Ἀκατίροι. Nomen gentis. *Et Saraguri expulsi, novas sedes quærentes, ad Acatiros Hunnos iverunt.*

Ἀκατονόμαστος. Qui nomen non habet.

Ἀκαχείατο. Tristitia affecti erant. Et Ἀκαχίζεο. Tristis esto.

Ἀκαχημένη. Tristis. Et Ἀκαχήμενον. Neutrius generis.

Ἄκαψις. Nomen urbis.

Ἀκαίη. Virga marina.

Ἄκαινα. Mensura decem pedum. Est autem baculus, quo stimulantur boves, Pelasgorum inventum.

Ἄκαιρος. Qui non habet vacuum tempus. Et, *Intempestiva benevolentia nihil ab odio differt.* Hippolytum ajunt hanc [sententiam] ad Phædram dixisse, cum diceret se ipsum amare & diligere.

Ἀκεανός. Genus quoddam leguminis.

Ἀκελιμᾶς. Acelimas.

Ἀκενόσπουδον. *A Diogneto didici, ne rebus inanibus studium impenderem, neque fidem adhiberem [illis, quæ a præstigiatoribus & magis dicuntur.]* Inquit Marcus Imperator Philosophus.

Ἀκέων. Quiescens. Apud Homerum est vox anceps, significans quiete. Ut in hoc loco: *Sed quiete epulemini sedentes.*

Ἀκερδὴς χάρις. Gratia, quæ male refertur. Quæ nobis damno & detrimento est. *Ne virum nefarium conspicatus in malum aliquod ea causa incidam.*

Ἀκέραιον. Innocentem. Integrum. Purum. Significat etiam illæsum, sive id, quod est ἔξω κηρὸς, mutato η in ε.

Ἀκέραιον συνειδός. Conscientia pura & sincera. Damascius inquit: *Nihil est inter res humanas illæsæ conscientiæ comparandum. Oportet autem honesta ratione cum aliis hominibus versari. Et licet verum bonum contrarium sit illi, quod boni speciem habet; nunquam tamen hoc [vero bono] anteponere oportet, neque quicquam pluris facere quam veritatem: nec periculum certaminis instantis, nec laborem præ*

1 Ὥσπερ καὶ οἱ Σαράγουροι ἐλ.] Fragmentum hoc legitur apud Priscum Rhetorem & Sophistam in Excerptis Legationibus, ab Hoeschelio editis, pag. 43. Vide etiam supra v. Ἄβαρις. ubi locum integrum Prisci, cujus hoc fragmentum pars est, Suidas excerpsit.

2 Κατὰ ζήτησιν] Lege, κατὰ ζήτησιν γῆς, ut apud Priscum.

3 Πρὸς τοῖς Ἀκατίροις Οὔννοις ἐγ.] Vide conjecturam nostram de hoc loco supra v. Ἄβαρις.

4 Ἀκατονόμαστος] Hæc vox duplicem habet sensum. Vel enim significare potest, *nomen non habens*; eo nimirum sensu, quo Deus dicitur ἀκατονόμαστος, quia ei nullum nomen imponi potest. Vel etiam exponi potest, obscurus, ignobilis, & cujus nulla est fama.

5 Ἀκαίη] Lege ἄκαινα. Vide vocem sequentem.

6 Ὡς τῶν Πελασγῶν τοῦτο εὑρόντων] Apollon. Rhod. Argonaut. lib. III. 1322. Πελασγίδι νύσσεν ἀκαίνῃ. Ad quem locum eruditus Scholiasta: Ἀκαίνῃ. ἀντὶ τοῦ, κέντρῳ. Ἄκαινα δέ ἐστι μέτρον δεκάπουν, Θεσσαλῶν εὕρημα. ἢ ῥάβδος ποιμενική, παρὰ ΠΕΛΑΣΓΟΙΣ εὑρημένη· περὶ ἧς Καλλίμαχός φησιν· Ἀμφότερον κέντρον τε βοῶν, καὶ μέτρον ἀρούρης. Vide etiam Etymologum v. Ἄκαινα, cujus verba lectu dignissima sunt, & locum hunc egregie illustrant.

7 Ἔχθρας διαφέρει] Sic etiam Diogenianus & Apostolius habent. Apud Zenobium vero minus recte legitur ἐχθροῦ.

8 Παρὰ Διογνήτου ἔμαθον τὸ ἀκ.] Locum hunc ex Marco Antonino, lib. 1. §. VI. Suidas deprompsit.

9 Διογνήτου] Sic recte apud Marcum Antonin. & in MSS. legitur. Priores vero Edit. exhibent Διογένους.

10 Ἀπιστητικόν] Hanc vocem ex 2 MSS. Parif. & Marco Antonino Suidæ restitui. In prioribus enim Edit. vitiose legitur ἀπιστητικόν. Post hanc vocem autem ex Marco Antonino addendum est, τοῖς ὑπὸ τῶν τερατευομένων καὶ γοήτων λεγομένοις.

11 Κατὰ μεσότητα] Sensus est vocem illam & pro participio, & pro adverbio accipi posse. Sic enim Grammatici loqui solent, cum significare volunt, vocem aliquam ad duas orationis partes referri posse. Hinc Etymologus τὸ ἀκέων vocat ἐπίρρημα μεσότητος, quia vox ista tam nomen, quam adverbium esse potest.

12 Καὶ ἐν ἄλλοις] Hæc expungenda sunt. Nihil enim ad rem faciunt.

13 Ἀλλ' ἀκέων δ.] Homer. Odyss. Φ. 89.

14 Μή δ' ἄλαστον ἀκερδ.] Locus hic ex Sophocle in *Oedip. Colon.* pag. 319. sic legendus & distinguendus est:

Μηδ' ἄλαστον ἄνδρ' ἰδὼν
Ἀκερδῆ χάριν μετάσχοιμί πως.

15 Ἔξω κέρας] Sic omnes Edit. exhibent. Sed dubium non est, quin legendum sit ἔξω κηρός· quod etiam a Porto observatum fuit.

16 Δαμάσκιός φησιν.] Hæc non leguntur apud Photium in Excerptis ex Damascio. Quare dubium non est, quin ea Suidas, ut multa alia, ex integro Damascii opere deprompserit.

μηδὲ

μηδὲ κέρδος ἐπαίνου ἀδίκου, μηδὲ συνήθειαν φιλίας, μηδὲ συγγενείας τινὸς ἀνάγκην.

ignavia recusantes: *neque fructum laudis injustæ, vel conjunctionem amicitiæ, vel necessitudinem aliquam* [*potiorem ducentes.*]

'Ακέραιον. Ἐκ τῆς Μάρκου 'Αντωνίνου συγγραφῆς. [1] Κἂν τρισχίλια ἔτη βιώσεσθαι μέλλῃς, καὶ τοσαυτάκις μύρια, ὅμως μέμνησο, ὅτι οὐδεὶς ἄλλον ἀποβάλλει βίον, ἢ τοῦτον ὃν ζῇ· ἢ ἄλλον ζῇ, ἢ ὃν ἂν ἀποβάλλῃ. εἰς ταὐτὸν οὖν καθίσταται τὸ μήκιστον τῷ βραχυτάτῳ. τὸ γὰρ παρὸν πᾶσιν ἴσον καὶ τὸ [2] ἀπολλύμενον οὐκ ἴσον. καὶ τὸ ἀπολλύμενον οὕτως [3] ἀκαριαῖον ἀναφαίνεται. οὔτε γὰρ τὸ παρῳχηκός, οὔτε τὸ μέλλον ἀποβάλλοι ἄν τις. ὃ γὰρ οὐκ ἔχει, πῶς ἄν τοῦτό τις αὐτοῦ ἀφέλοιτο;

'Ακέραιον. Ex Marco Antonino. *Quamvis annorum tria millia victurus esses, & totidem insuper myriadas, tamen memento, neminem amittere vitam aliam, quam illam, quam vivit; aut aliam vivere, quam eam, quam amittit. Eodem igitur recidit & longissimum, & brevissimum vitæ spatium. Tempus enim præsens omnibus est æquale: & quod amittitur ergo, æquale est omnibus. Hinc autem id, quod amittitur, momentaneum tantum esse apparet. Neque enim præteritum, neque futurum quisquã amittere potest. Nam quod quis non habet, quomodo hoc alter ipsi eripiat?*

'Ακέραιος. ὁ ὁλόκληρος. 'Ακεραίοις τε καὶ οὐ προσδεχομένοις ἐπιγινόμενοι τῆς γῆς ἐκράτουν. Καὶ αὖθις· Τὸ δὲ μέλι, ἅτε οὐκ ἀκέραιον, οὔτε ἀπὸ ἀκανθῶν, ἀλλ' ἑρπετῶν συμπεπορισμένον, ἀνέστρεφε τὰ σπλάγχνα. [4] Πολύβιος· Τοὺς μὲν γὰρ ἀηττήτους ὄντας ἐξ ἀκεραίου διαγωνίσασθαι πρὸς σφᾶς. ἀντὶ τοῦ, ἐξ εὐκόλου. [5] Θέλων ἀκεραίαις χρήσασθαι ταῖς τῶν Κελτῶν ὁρμαῖς. ἐξ ὁλοκλήρου. Καὶ αὖθις· [6] Οὐ δυνάμενος δὲ πείθειν ἐξ ἀκεραίου διὰ τὴν εὐλάβειαν καὶ ἀπραγίαν τοῦ προειρημένου βασιλέως, ἠναγκάσθη φ' τάλαντα προέσθαι. καὶ δὴ συγκατέθετο βοηθήσειν ὁ Σέλευκος. Καὶ αὖθις· Οὐ βουλόμενοι ἀκέραιον ἐπενεγκεῖν τὴν φήμην αὐτοῦ, ἤρξαντο διασύρειν αὐτόν.

'Ακέραιος. Integer. *Integros & inopinatos aggressi, terram in suam potestatem redegerunt.* Et rursus: *Mel autem, cum nec sincerum esset, nec a spinis, sed reptilibus comparatum, viscera torquebat.* † Polybius: *Invictos enim antea viribus integris secum dimicasse.* ['Εξ ἀκεραίου hic significat] facile. † *Integra alacritate Gallorum uti volens.* Et rursus: *Cum autem ipsi rem persuadere non posset, quod prædictus Rex esset timidior, & vitam negotiosam fugeret, 500. talenta dare coactus est. Seleucus vero promisit, se opem laturum.* Et rursus: *Cum nollent ipsius existimationem esse illæsam, cœperunt eum probris lacerare.*

'Ακεραιοσύνη. ἀκερασύνη δέ.

'Ακεραιοσύνη. [Integritas] 'Ακερασύνη vero, [cornuum privatio.]

Ἄκερως βοῦς. ὁ μὴ ἔχων κέρατα. καὶ Ἄκερων, οὐδετέρως, μονόπτωτον.

Ἄκερως βοῦς. Bos nulla habens cornua. Et Ἄκερων, est generis neutrius, & unicum tantum casum habens.

'Ακερσεκόμης. ὁ καὶ ἀκειρεκόμης. ὁ τὴν κόμην μὴ κειρόμενος.

'Ακερσεκόμης. Idem quod ἀκειρεκόμης. Intonsus.

Ἄκεστα. [7] Ῥωμαϊκόν τι μηχάνημα, ἐκ δενδροτομίας πρὸς ἐρυμνότητα [8] μετασκευαζόμενον. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ξυνέθεσαν τὴν λεγομένην ἄκεσταν τῇ Ῥωμαίων φωνῇ. δενδροτομήσαντες γὰρ ἀλλεπάλληλα στελέχη τῇ ξυνθήκῃ καταστορέσαντες, ἀπετείχισαν ὡς οἷόν τε τὴν ἐνθένδε πορείαν τῆς πόλεως.

Ἄκεστα. Agger Romanus, ex arboribus cæsis munitionis gratia constructus. *Romani vero exstruxerunt lingua ipsorum vocatum aggestum. Cum enim arborum cæsarum truncos alios aliis imposuissent, & [terra] stravissent, urbem ab ea parte, ut licuit, aditu intercluserunt.*

'Ακέσασθαι, καὶ ἀκέσαι. ἰάσασθαι. [9] ὅθεν 'Αττικοὶ τὴν ἠπήτειαν ἀκέστριαν καλοῦσι.

'Ακέσασθαι, & 'Ακέσαι. Sanare. [Sarcire.] Unde Attici τὴν ἠπήτειαν, i. e. sarcinatricem, ἀκέστριαν vocant.

'Ακεσίας ἰάσατο. ἐπὶ τῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἰωμένων. ἔοικε δὲ ὁ 'Ακεσίας πρὸς τὸ χεῖρόν τινα θεραπεῦσαι.

'Ακεσίας ἰάσατο. Acesias sanavit. Dicitur de illis, qui medendo morbum augent. Fertur enim Acesias aliquem in deterius curasse.

'Ακέσιος. [10] Ναυατιανῶν 'Επίσκοπος· ὃς παρῆν ἐπὶ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. καὶ ἠρώτα αὐτόν, εἰ δέχε-

'Ακέσιος. Acesius, Novatianorum Episcopus, tempore Constantini Magni [Concilio]

1 Κἂν τρισχίλια ἔτη βιῶν.] Totus hic locus excerptus est ex Marc. Antonin. lib. II. cap. XIV.

2 'Απολλύμενον οὐκ ἴσον] Sic etiam legitur apud Marcum Antoninum. Sed utrobique mendose. Sensus enim loci requirit, ut pro οὐκ scribatur ἐν, quod etiam a doctissimo Gatakero ad Marc. Anton. recte animadversum est.

3 'Ακαριαῖον] Sic etiam apud Marcum Antonin. scriptum est. Quare merito quis miretur supinam oscitantiam compilatoris, qui fragmentum hoc voci 'Ακέραιον subjecit, cum sub voce 'Ακαριαῖον collocari debuisset. Negligentiæ autem hujus non ipsum Suidam reum perago, sed interpolatores ejus, quoniam totus iste articulus in 2 MSS. Paris. A. & B. deest: unde colligo, eum a recentioribus Lexico huic insertum esse.

4 Πολύβιος] Lib. XV. cap. XI. ut a Gronovio observatum fuit. Ibi autem legitur ἐξ ἀκεραίου διαγωνίζεσθαι πρὸς σφᾶς, quam lectionem in versione expressi.

5 Θέλων ἀκεραίαις χρήσασθαι] Hoc fragmentum legitur apud Polybium lib. III. c. LXX. ut itidem a Jac. Gronov. recte observatum fuit.

6 Οὐ δυνάμενος δὲ κτλ.] Hoc fragmentum ad Polyb. refert Casaubonus.

7 Ἄκεστα] Corrupte pro Ἄγεστα, id est, si Latine scribatur, *Aggesta*. Vide supra v. Ἄγεστα: & Ducangium in Glossario Græco, v. Ἄγεστα. qui tamen errore memoriæ ibi deceptus affirmat, verba auctoris anonymi, quæ Suidas hoc loco adducit, legi apud Procopium de *Bello Persico*, lib. II. cap. XXVI. quod secus est. Fit enim ibi quidem mentio Aggestæ, sed fragmentum auctoris anonymi, a Suida hic citatum, ibidem non reperitur.

8 Μετασκευαζόμενον] Scribe κατασκευαζόμενον. Voces enim κατὰ & μετὰ sæpissime a librariis confundi constat.

9 Ὅθεν 'Αττικοὶ τὴν ἠπ.] Vide infra, v. 'Ηπήτρια.

10 'Ακέσιος. Ναυατιανῶν 'Επ.] Totus hic locus de Acesio, Novatianorum Episcopo, ad verbum descriptus est ex Socratis Histor. Eccles. lib. I. cap. X.

ται τὰ τῆς Συνόδου, τότε ὅρον τῆς πίστεως, καὶ τὸν ὁρισμὸν τοῦ Πάσχα ἑορτῆς. Ὁ δὲ συγκατέθετο. Ἐπανερομένου δὲ τοῦ βασιλέως, [1] διά τι οὖν χωρίζῃ ἐκεῖνος; τὰ ἐπὶ Δεκίου γενόμενα κατὰ τὸν διωγμὸν ἐδίδασκε, καὶ τὴν ἀκρίβειαν τοῦ αὐστηροῦ κανόνος· ὡς ἄρα οὐ χρὴ τοὺς μετὰ τὸ βάπτισμα ἡμαρτηκότας ἁμαρτίαν, ἣν πρὸς θάνατον καλοῦσιν αἱ θεῖαι γραφαί, τῆς κοινωνίας τῶν θείων μυστηρίων ἀξιοῦσθαι, ἀλλ' ἐπὶ μετάνοιαν μὲν αὐτοὺς προτρέπειν, ἐλπίδα δὲ τῆς ἀφέσεως μὴ παρὰ τῶν ἱερέων, ἀλλὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐκδέχεσθαι, τοῦ δυναμένου συγχωρεῖν τὰ ἁμαρτήματα. Ταῦτα εἰπόντος τοῦ Ἀκεσίου, ἐπειπεῖν τὸν βασιλέα, θὲς ὦ Ἀκέσιε κλίμακα, καὶ μόνος ἀνάβηθι εἰς τὸν οὐρανόν. Τούτων οὔτε Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, οὔτε ἄλλος τις ἐμνημόνευσε. Ἐκεῖνοι γὰρ πολλὰ παραλείπουσιν, ἢ προσπάσχοντές τισιν, ἢ προσώποις χαριζόμενοι. Οὕτω λέγει Σωκράτης ἐν Ἐκκλησιαστικῇ Ἱστορίᾳ.

Ἀκεσίλαος. ὄνομα κύριον.

Ἀκέσιμον. [2] θεραπευτικόν.

Ἄκεσιν. ἴασιν.

Ἀκεσίπονον. θεραπευτικόν.

Ἀκέσματα. ἰάματα. ὑγιάσματα. Ἡ δὲ λαθοῦσα τὰς φυλακὰς, ἅμα τῇ θυγατρὶ ἀνέδραμεν, ἄκεσμα τῆς ἐσομένης ἐνδείας ἐπιφερομένη. Ἀνὴρ ἦν ἐν τῇ [3] Γαλεώτιδι, δεινὸς λῦσαί τε νόσους εἰπεῖν, [4] καὶ ὥραν ἀχμείας ἀκέσασθαι, καὶ ἀγονίας, καὶ ἀκαρπίας διά τινων ἱερουργιῶν ἐπινοῆσαί τε καὶ δεῖξαι μεταβολὰς, καί τινας εἰς εὐπορίαν ἀγαθὰς ὁδούς. Τοῦτον ἐς Κρήτην ὁ Μίνως καλεῖν φασιν ἐπὶ δώροις, ἵνα [5] τοῦ Γλαύκου τὴν ὑμνημένην ἀπώλειαν ἀνιχνεύσῃ. Καὶ Ἀκεσμὸν, ἰατρείαν.

Ἀκεσώ. [6] ὄνομα κύριον, θηλυκόν.

Ἀκεσώδυνον. θεραπευτικὸν τῶν ὀδυνῶν.

Ἀκέστας. [7] ἰατρούς. καὶ [8] Ἀκέστωρ, ἀκέστορος, ὁ ἰατρός.

Ἀκέφαλοι. αἵρεσίς τις, ἧς ἦν Σεβῆρος ἔξαρχος. ἔστιν [9] ἐν τῷ Εὐτυχής.

Ἀκέφαλος. [10] ὁ ἄτιμος. καὶ παροιμία· [11] Ἀκέφαλος μῦθος. ἐπὶ τῶν ἀτελῆ λεγόντων εἴρηται ἡ παροιμία.

Ἀκειόμενος. θεραπευόμενος.

Ἀκειρεκόμης. ὁ τὴν κόμην μὴ κειρόμενος.

interfuit. Interrogavit autem eum [Constantinus,] an probaret decreta Synodi, & formulam fidei, & festi Paschalis definitionem. Ille vero assensus est. Iterum autem interrogante Imperatore, quare ergo se a communione sejungeret: tunc ille, quæ sub Decio acciderant, edocuit, & rigorem severæ illius regulæ exposuit: eos nimirum, qui post baptismum tale peccatum admisissent, quod sacræ literæ *ad mortem* vocant, ad divinorum mysteriorum communionem admitti non oportere: sed ad pœnitentiam quidem adhortandos esse; remissionis vero spem non a sacerdotibus eos expectare debere, verum a Deo, qui solus potestatem habeat peccata condonandi. Quæ cum dixisset Acesius, ferunt Imperatorem subjunxisse: Erige scalam, Acesi, & solus in cœlum ascende. Hæc neque Eusebius Pamphili, neque alius quisquam memoriæ prodidit. Hi enim multa præterire solent, vel ob affectum erga aliquos, vel personis gratificantes. Sic inquit Socrates in Historia Ecclesiastica.

Ἀκεσίλαος. Acesilaus. Nomen proprium.

Ἀκέσιμον. Medicabile.

Ἄκεσιν. Sanationem.

Ἀκεσίπονον. Quod vim medendi habet.

Ἀκέσματα. Medicamenta. Remedia. *Illa vero custodes fallens cum filia aufugit, egestatis futuræ remedium secum afferens.* † *Fuit in urbe Galeotide vir quidam, morborum propulsandorum peritus, quique intemperiei anni mederi, & ope quorundam sacrificiorum fœtuum frugumque sterilitatem depellere, & opportunas quasdam se ex difficultatibus expediendi rationes excogitare norat. Hunc in Cretam a Minoe muneribus propositis invitatum ferunt, ut celebratum illum Glaucum amissum investigaret.* Et Ἀκεσμὸν, artem medendi.

Ἀκεσώ. Nomen proprium fœminæ.

Ἀκεσώδυνον. Quod medetur doloribus.

Ἀκέστας. Medicos. Et Ἀκέστωρ, ορος, Medicus.

Ἀκέφαλος. Secta quædam fuit, cui præfuit Severus. Est in voce Εὐτυχής.

Ἀκέφαλος. Honoris & dignitatis expers. Et proverbium: Fabula sine capite: quod dicitur de illis, qui imperfecta narrant.

Ἀκειόμενος. Qui curatur.

Ἀκειρεκόμης. Intonsus.

1 Διά τι οὖν χωρίζῃ ἐκεῖνος] Locus hic mendosus est, qui ex Socrate sic legendus & distinguendus est: Διά τι οὖν τῆς κοινωνίας χωρίζῃ; ἐκεῖνος τὰ ἐπὶ Δεκ. &c. i. e. *Quare ergo a communione te sejungis? Tunc ille* &c.

2 Θεραπευτικόν] Potius θεραπευτὸν scribendum est. Θεραπευτικὸν enim significat, quod habet vim medendi. Ἀκέσιμον vero & θεραπευτὸν, quod est sanabile.

3 Ἐν τῇ Γαλεώτιδι] Galeotis erat urbs, vel regio Siciliæ. Vide Stephanum de Urbibus v. Γαλεῶται, & ibi Holstenium.

4 Καὶ ὥραν ἀχμείας] Hunc locum suspectum habeo, & de eo amplius cogitandum censeo.

5 Ἵνα τοῦ Γλαύκου] Glaucus hic erat Minois filius: qui quomodo amissus, & a quo repertus fuerit, narrant Apollodorus lib. III. cap. III. & Palæphatus περὶ Ἀπίστων, cap. XXVII.

6 Ἀκεσώ. ὄν. κ.] Erat filia Æsculapii. Vide infra v. Ἠπιόνη.

7 Ἰατρούς] Sic MSS. Paris. exhibent. In prioribus vero Edit. legitur ἰατρός.

8 Ἀκέστωρ] Vide Scholiastam Homeri ad Il. X. v. 2.

9 Ἐν τῷ Εὐτυχής] Sed ibi nulla Severi hujus mentio fit. In voce autem Ἰουλιανὸς Ἁλικαρ. quædam de eo leguntur.

10 Ἀκέφαλος. ὁ ἄτιμος] Artemidorus lib. I. cap. XXXVII. Ἀκέφαλον γὰρ λέγομεν τὸν ἄτιμον. unde Suidas notam hanc hausisse videtur. Locum autem Artemidori acceptum refero eruditiss. Pearsonio, qui eum ad marginem Suidæ sui annotaverat.

11 Ἀκέφαλος μῦθος] Huc pertinet locus Platonis in Gorgia, p. 305. C. Ἀλλ' οὐδὲ τοὺς μύθους φασὶ μεταξὺ θέμις εἶναι καταλείπειν, ἀλλ' ἐπιθέντας κεφαλὴν ὅπως μὴ ἄνευ κεφαλῆς περιίῃ. Et paulo post, μὴ γάρ τοι ἀτελῆ τὸν λόγον καταλείπωμεν. Vide etiam Zenobium & Diogenianum, qui alium locum Platonis, in quo proverbii hujus mentio fit, adducunt.

Ἀκει-

Ἀκεῖσθαι. θεραπεύειν.

Ἀκή. ἀκμὴ σιδήρου. καὶ Ἀκήν, ἡσυχίαν.

Ἀκή.[1] πόλις ἐν Φοινίκῃ, ἣν οἱ μὲν τὴν νῦν Πτολεμαΐδα καλουμένην ὑπό πάλαι φασὶν ὀνομάζεσθαι. Δημήτριος δὲ οὐ τὴν πόλιν, ἀλλὰ τὴν ταύτης ἀκρόπολιν.

Ἀκήδεστοι. μηδεμιᾶς φροντίδος τυχόντες. ἢ Ἀκήδευτοι, καὶ ἄταφοι. καὶ Ἀκήδεστοι ὁμοίως.

Ἀκηδής. ἄταφος. ἀμελής. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τοὺς ἑαυτῶν πολεμίους ἀκηδεῖς οὐχ ὑπέμειναν παριδεῖν. Καὶ Ἀκηδῶς, ἀντὶ τοῦ ἀτάφως. [2] Ἰδὼν ναυηγοῦ σῶμα ἐρριμμένον ἀκηδῶς, καὶ ὀλιγώρως, παρελθεῖν οὐκ ἐτόλμησα· ἀλλὰ ἔθαψα τὸν τεθνεῶτα, θέαμα τῷ ἡλίῳ οὐδαμῆ φίλον ἀποκρύπτων ἀνθρωπίνῳ θεσμῷ. Λέγεται καὶ Ἀκηδὲς ἐν μυθικοῖς.

Πικρὴ μέν τε [3] λύκοις, αὐτὰρ χιμάροισιν ἀκηδής.

Καὶ αὖθις· Διαλύει τὸν τάφον ἀκηδῶς καὶ ἀνοίκτως, καὶ ἀπὸ τῶνδε τῶν λίθων ἀνίστησι πύργον. ἐκεῖθεν ἑάλω ἡ πόλις.

Ἀκήδεσεν. οὐκ ἐφρόντισεν.

Ἀκηδία. ἡ ῥαθυμία. ἀχθηδών. λύπη. [4] Δαβίδ· Καὶ ἠκηδίασεν ἐπ' ἐμὲ τὸ πνεῦμά μου.

Ἀκήκοα. αἰτιατικῇ. Ἠκουτίσθην. καὶ εἰσακήκοα.

Ἀκήλητον. ἄθελκτον. ἀπηνῆ. [5] ἐν Ἐπιγράμμασι περὶ Ὀρφέως·

> Ὃς καὶ ἀμειλίκτοιο βαρὺ Κλυμένοιο νόημα,
> Καὶ τὸν ἀκήλητον θυμὸν ἔθελξε λύρᾳ.

Ἀκηλίδωτον. ἄσπιλον. ἀκέραιον.

Ἀκήματα. ἰάματα. [6] Καὶ ἄκη πόνων. τὰ λουτρὰ γὰρ κόπον [7] μὲν θαλάττῃ λύουσιν, ἣ μάλιστα τοῖς νεύροις ἐστὶ πρόσφορος. ἀναχαλῶντες δὲ τὰς τῶν μυῶν συστάσεις, εἶτ' ἐπαλείφοντες λίπα, πρὸς τὸ μὴ ῥανθέντος τοῦ ὕδατος ἀπεσκληκυμένα γίνεσθαι τὰ σώματα.

Ἀκήν. ἡσύχως.

Ἀκήρατον. ἀκέραιον. ἄφθαρτον. ἀθάνατον. καὶ [8] Ὅμηρος· Ἡδὺν, ἀκηράσιον, θεῖον ποτόν.

Ἀκήρατος. ἄφθαρτος. ἀπαθής. ἀκέραιος. Ἀκήρατος δὲ, ὁ δίχα κηροῦ.

Ἀκηρυκτεί. ἄνευ κήρυκος. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τοὺς αἰχμαλώτους λαβόντες, ἀκηρυκτεὶ πόλεμον αὐτοῖς ἐψηφίσαντο. Ἀκηρύκτως ἐμίγνυντο, παρὰ [9] Θουκυδίδῃ. τοῦτ' ἔστιν, [10] ἄνευ κηρυκείου ὡς πρὸς φίλους δῆθεν. Οἱ



Ἀκεῖσθαι. Curare morbum.

Ἀκή. Acies ferri. Et Ἀκήν, quietem.

Ἀκή. Urbs in Phœnicia, quam nonnulli fuisse putant eam, quæ nunc Ptolemais vocatur. Demetrius vero non ipsam urbem, sed arcem ejus [sic vocatam tradit.]

Ἀκήδεστοι. Quorum nulla habetur cura. Vel, insepulti; qui etiam Ἀκήδευτοι & Ἀκήδεστοι dicuntur.

Ἀκηδής. Insepultus. Neglectus. *Romani vero hostes suos non passi sunt insepultos jacere.* Et Ἀκηδῶς, sine sepultura. *Conspicatus naufragi corpus insepultum & neglectum, præterire non sustinui, sed mortuum sepulturæ mandavi, spectaculum Soli minime gratum ex humanitatis lege abscondens.* Dicitur etiam Ἀκηδὴς in fabulis.

> *Amara quidem lupis, sed capellis non ingrata.*

Et rursus: *Sepulcrum sine reverentia & misericordia diruit, & ex saxis ejus turrim excitat: unde urbs capta est.*

Ἀκήδεσεν. Neglexit.

Ἀκηδία. Incuria. Dolor. Tristitia. David: *Et tristis fuit in me spiritus meus.*

Ἀκήκοα. Accusativo jungitur. Auribus percepi. Et Εἰσακήκοα.

Ἀκήλητον. Quod deliniri nequit. Immite. In Epigrammate de Orpheo:

> *Qui implacabilis duram Plutonis mentem*
> *Et rigidum animum lyra permulsit.*

Ἀκηλίδωτον. Maculæ expers. Incorruptum.

Ἀκήματα. Medicamenta. [Heroes apud Homerum norunt,] balnea lassitudini mederi. Aqua enim marina, quæ nervis saluberrima est, sudorem abluunt: laxantes primo in soliis musculos distentos, & deinde oleo se ungentes, ne corpora, aqua siccata, dura reddantur.

Ἀκήν. Quiete.

Ἀκήρατον. Illæsum. Incorruptum. Immortale. Et Homerus: *Suavem, incorruptum, & divinum potum.*

Ἀκήρατος. Qui corrumpi nequit. Qui nullo malo lædi potest. Integer. Ἀκήρωτος vero, expers ceræ.

Ἀκηρυκτεί. Nullo feciali misso. *Romani vero, cum captivos cepissent, decreverunt bellum contra eos gerere, nullo feciali misso, qui id indiceret.* Apud Thucydidem legitur, ἀκηρύκτως ἐμ. *Absque caduceatore ad se invi-*

1 Ἀκή. πόλις Φ.] Vide Stephanum de Urbibus v. Ἄκη.

2 Ἰδὼν ναυηγοῦ σῶμα ἐρρ.] Pearsonius ad hunc locum in margine Codicis sui hæc notavit: *Apud Nilum, si bene memini.* Sed fefellit virum eruditissimum memoria. Apud Nilum enim hoc fragmentum non reperiri affirmare ausim. quamvis nesciam, ex quo auctore Suidas id excerpserit.

3 Λύκοις] Ut metro versus consulatur, legendum est λύκοισιν.

4 Δαβίδ] Psalmo CXLII. *P.*

5 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Antholog. Lib. III. pag. 270. *P.*

6 Καὶ ἄκη πόνων. τὰ λουτρ.] Locus hic, in quo de balneorum utilitate agitur, pessime a librariis acceptus, & fœdis mendis inquinatus est; de quo emendando utique desperassem, nisi observassem, eundem multo emendatius legi apud Eustathium ad Odyss. Δ. p. 1481. qui eum, uti & Suidas, ex Athenæo lib. I. p. 24. descripsit. Ex istis igitur duobus auctoribus locus hic ita legendus & in integrum restituendus est: Ὅτι ἴσασιν Ἥρωες τὰ λουτρὰ ἄκη πόνων πολεμίων· κόπον μὲν θαλάττῃ λύοντες, ἣ μάλιστα τοῖς νεύροις ἐστὶ σύμφορος. ἀναχαλῶντες δὲ ταῖς ἐμβάσεσι τὰς τῶν μυῶν συντάσεις, εἶτ' ἐπαλείφοντες λίπα, πρὸς τὸ μὴ ξηρανθέντος τοῦ ὕδατος ἀπεσκληκυῖα γίνεσθαι τὰ σώματα. Hanc lectionem in versione secutus sum.

7 Κόπον μὲν θαλ.] Κόπος hic significat *sudor.* Respexit enim Athenæus ad locum illum Homeri Il. K. v. 572. Αὐτοὶ δ' ἱδρῶ πολλὸν ἀπενίζοντο θαλάσσῃ.

8 Ὅμηρος] Odyss. I. v. 205.

9 Θουκυδίδῃ] Lib. I. cap. ultimo.

10 Ἄνευ κηρυκείου. ὡς πρὸς φ.] Hæc descripsit Suidas ex Scholiasta Thucydidis ad locum modo indicatum.

γὰρ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἀπιόντες, ἀσφαλείας ἕνεκεν ὅσοι ἐβούλοντο μετὰ κηρυκείου ἀπῄεσαν, ὃς ἀνόσιον ἡγοῦντο καὶ ἀσεβὲς κακουργεῖν.

Ἀκηχέδαται. λυποῦνται.

Ἀκίχητος. ἀκατάληπτος.

Ἀκίβδηλον. καθαρόν. [1] Καὶ ἀκιβδήλους φασὶν εἶναι τοὺς σπουδαίους· φυλακτικούς τε τοῦ ἐπὶ τὸ βέλτιον τὰ περὶ αὐτοὺς παριστάναι, διὰ παρασκευῆς τῆς τὰ φαῦλα μὲν ἀποκρυπτούσης, τὰ δὲ ὑπάρχοντα ἀγαθὰ φαίνεσθαι ποιούσης. ἀπλάστους δὲ εἶναι. περιῃρηκέναι γὰρ ἐν τῇ φωνῇ τὸ πλάσμα, καὶ ἐν τῷ εἴδει.

Ἀκιδαλία. [2] ὄνομα κρήνης.

Ἀκίδας. τῶν βελῶν τὰς ὀξύτητας. καὶ Ἀκιδωτὸν, τὸ ἔχον ἀκίδας.

Ἀκιδνόν. τὸ ἀσθενές. καὶ Ἀκιδνότερον, [3] ὁμοίως. Οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο.

Ἀκκιζόμενος. προσποιούμενος. γυναικιζόμενος. ἢ μωραίνων. ἀπό τινος γυναικὸς μωρᾶς, ἥτις ἐκαλεῖτο Ἀκκώ. σημαίνει δὲ καὶ [4] τὸ λέγοντά τι προσποιεῖσθαι μὴ ἐθέλειν. καὶ Αἰλιανός· [5] Οὐδενός τι τῶν ἐπ' ᾄσμασι θαυμαζομένων ἐκείνη δευτέρα. ἀτὰρ δὴ οὐκ ἄπειρος ἐρωτικῆς περιεργίας, ἀκκιζομένη σὺν καιρῷ, καὶ πρὸς ζηλοτυπίαν εὐφυῶς ἄγουσα τὸν ἄνδρα. Καὶ παροιμία· [6] Ἀκκιζόμενος Σκύθης τὸν ὄνον. ἐπὶ τῶν βδελυττομένων λόγῳ μὲν, ἔργῳ δὲ ἐφιεμένων. Ἰδὼν γάρ τις νεκρὸν ὄνον, ἔφη πρὸς Σκύθην παρόντα· δεῖπνόν τι ὦ Σκύθα. ὁ δὲ ἐμυσάξατο μὲν, ὕστερον δὲ [7] ἐποιεῖτο. Καὶ Ἀκκισμοὺς, προσποιήσεις. Ἀκκισμὸς δὲ καὶ ἡ μωρία.

Ἄκικυς. ὁ μὴ ὀξύς. καὶ ἐστερημένος δυνάμεως.

Ἄκιμον. [8] ἀθεράπευτον.

Ἄκιμος. ὄνομα κύριον.

Ἀκινάκης. μικρὸν δόρυ Περσικόν.

Ἀκίνασις. ὄνομα τόπου.

Ἀκινδυνί. χωρὶς κινδύνου. καὶ Ἀκινδυνότατος.

Ἀκίναιδος. ὁ μὴ κινῶν τὰ αἰδοῖα. ὁ σώφρων. καὶ Ἀκίναιδα.

Ἀκινησία. ἠρεμία. Καὶ τοὺς ἵππους ἐξελαύνειν προσέταξεν, ὡς διαλύοιτο αὐτοῖς τὸ ὑπὸ τοῦ παράπλου ναρκῶδες, ὑπὸ ἀκινησίας.

Ἀκινητίζω. μὴ κινεῖσθαι ἐπιθυμῶ.

Ἀκίνητα κινεῖν. ἐπὶ τῶν καθ' ὑπερβολήν. ὅτι μὴ δεῖ μηδὲ βωμοὺς κινεῖν, ἢ τάφους.

*cem accedebant.* Quia nimirum amici erant. Qui enim hostes adibant, securitatis gratia caduceum secum ferebant, quos lædere nefas & impium putabatur.

Ἀκηχέδαται. Animi dolore afficiuntur.

Ἀκίχητος. Quem assequi non possumus. [Qui captum nostrum superat.]

Ἀκίβδηλον. Purum. Non adulteratum. Simplices esse aiunt viros bonos, eosque cavere, ne de se plus quam verum sit, polliceantur, artificio quodam occultantes mala, bona vero sua identidem ostentantes. Esse autem simplices & minime fictos, utpote qui omnem fictionem ex voce & vultu sustulerint.

Ἀκιδαλία. Acidalia. Nomen fontis.

Ἀκίδας. Telorum spicula. Et Ἀκιδωτὸν, quod cuspidem habet.

Ἀκιδνόν. Infirmum. Et Ἀκιδνότερον. Homerus. *Nihil infirmius terra alit homine.*

Ἀκκιζόμενος. Simulatione utens. Mulierum mores imitans. Item, desipiens. A fœmina quadam fatua, Acco vocata. Significat etiam eum, qui, cum velit aliquid, simulat tamen se nolle. Et Ælianus: *Nulli eorum, qui cantu excellebant, secunda habebatur: nec rudis erat rei amatoriæ, tempestive dissimulans, & virum in æmulationem amoris callide pelliciens.* Et proverbium: Scytha asinum fastidire se simulat: quod dicitur de illis, qui verbis quidem aliquid aversantur, re ipsa vero concupiscunt. Videns enim aliquis asinum mortuum, ad Scytham, qui aderat, dixit: *En cœnam, Scytha.* Ille vero tunc quidem simulavit, se id aversari: postea vero cœnam inde sibi paravit. Et Ἀκκισμοὺς, simulationes. Ἀκκισμὸς vero etiam [significat] stultitiam.

Ἄκικυς. Qui non est velox. Viribus privatus.

Ἄκιμον. Quod sanari non potest.

Ἄκιμος. Nomen proprium.

Ἀκινάκης. Acinaces. Exigua hasta Persica.

Ἀκίνασις. Nomen loci.

Ἀκινδυνί. Sine periculo. Et Ἀκινδυνότατος. [A periculo remotissimus.]

Ἀκίναιδος. Qui pudenda non movet. Castus.

Ἀκινησία. Quies. *Et equos foras pelli jussit, ut membrorum torpor, ex nimia quiete tempore navigationis contractus, discuteretur.*

Ἀκινητίζω. Quiescere cupio.

Ἀκίνητα κινεῖν. [Non movenda movere.] Dicitur de illis qui supra modum [audaces sunt.] Nam nec aras, nec sepulcra movere oportet.

1 Καὶ ἀκιβδήλους φασὶν εἶναι τοὺς σπουδ.] Locum hunc, qui in prioribus Edit. corruptissimus est, ex Laertio in Zenon. lib. VII. Sect. CXVIII. unde eum Suidas deprompsit, in integrum restitui & emendavi.

2 Ἀκιδαλία. ὄν. κρήνης] Vide de hoc fonte Servium ad Virgilium Æneid. Lib. I. v. 720.

3 Ὁμοίως] Ne dubites scribendum esse Ὅμηρος. Versus enim qui sequitur, sumptus est ex Odyss. Σ. v. 129. Simile mendum occurrit infra v. Ἦλος, ubi monemus pro ὁμοίως legendum esse Ὅμηρος. Sæpe autem observavi, nomen Ὅμηρος a librariis in ὁμοίως vel ὁμῶς mutatum esse: cui errori compendium scripturæ occasionem præbuit.

4 Τὸ λέγοντά τι προσ.] Verissima est conjectura Henrici Stephani, qui pro λέγοντα hic apud Suidam legendum putat θέλοντα. Lectio enim vulgata loci hujus sensui minime accommodata est.

5 Οὐδενός τι τῶν ἐπ' ᾄσμ.] Vide infra v. Ἱερῶς, ubi fragmentum hoc repetitur.

6 Ἀκκιζόμενος Σκύθης] Vide infra v. Ὁ Σκύθης τὸν ἵππον: & v. Σκύθης ἐρῶ.

7 Ἐποιεῖτο] In Vaticana Proverbiorum Appendice, Adag. Σκύθης τὸν ὄνον, & infra v. Σκύθης ἐρῶ, legitur περὶ αὐτὸν ἐσπούδαζε.

8 Ἄκιμον. ἀθερ.] Hæc procul dubio corrupta sunt, pro quibus scribendum puto, Ἀκίνητον. θεραπευτόν.

Ἄκιτιν. ἐν Ἐπιγράμμασι[1]· Καὶ ψήκτραν ἄκιτιν ἀπέπτυσεν.

Ἀχίχητα. ἀκατάληπτα.

Ἀκλαυτί. χωρὶς κλαυθμοῦ.

Ἀκλείδης. ὄνομα κύριον.

Ἀκλειῶς. ἀδόξως.

Ἀκληρεῖ. οὐ μετέχει. οὐ[2] κεκλήρωται.

Ἀκληρήμασι.[3] συμφοραῖς. δυστυχίαις. Διὰ τοῦτο δοκεῖ μοι μάλιστα περιπεσεῖν τοῖς ἀκληρήμασι, διὰ τὸ πάντα βούλεσθαι σχεδιάζεσθαι, καὶ μερίζεσθαι εἰς διάφορα.

Ἀκληρίας. δυστυχίας. Ὁ δὲ ᾤετο πόρον ἐξευρεῖν τοῦ διώσασθαι τὰς ἀκληρίας.

Ἀκληρούντων. δυστυχούντων. [4] Τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ ἀχανεῖς γενέσθαι, καὶ παρεστάναι ταῖς διανοίαις, συμπάσχοντας τῇ τῶν ἀκληρούντων [5] ὑπερβολῇ.

Ἀκλητί. χωρὶς κλήσεως. καὶ παροιμία· Ἀκλητὶ κωμάζουσιν εἰς φίλους φίλοι. ὁμοία τῇ, [6] Αὐτόματοι ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἵενται.

Ἄκλητον. ἀνώνυμον. [7] Δέδωκας σεαυτὸν ἄκλητον τοῦ δευτέρου. ἀντὶ τοῦ, ἀνώνυμον.

Ἄκλητος ὁ θεὸς, καὶ καλούμενος παρέσται. Οὐ παρορᾷ γὰρ ὁ θεὸς τοὺς ἀρετῆς ἀντιποιουμένους. [8] Οὕτω γὰρ ἐδόθη χρησμὸς τοῖς Λακεδαιμονίοις· Καλούμενός τε κἄκλητος θεὸς παρέσται, ἔξω πάσης αἰσθήσεως. οὐ γὰρ φωνῆς δεῖται, πρὸς τὸ διδάξαι τὰ δέοντα· οὐδὲ ἀκοῆς, πρὸς τὸ μαθεῖν.

Ἀκλόνητον. ἄσειστον. ἀδόνητον.

Ἀκμάζει. νεάζει. [9] Ἀκμάζεις, τὰ νέων πράττεις. Οὕτως Ὑπερίδης, καὶ Λυσίας.

Ἀκμαῖος. σφριγῶν. ἀκμάζων. καίριος. κατὰ καιρόν. περὶ τὴν ἀκμὴν τοῦ καιροῦ.

Ποῦ [10] Τεῦκρος; ὡς ἀκμαῖος, εἰ βαίη, μόλοι.



Ἄκιτιν. In Epigrammate: *Et strigilem acutam abjecit.*

Ἀχίχητα. Quæ comprehendi nequeunt.

Ἀκλαυτί. Sine fletu.

Ἀκλείδης. Nomen proprium.

Ἀκλειῶς. Sine gloria.

Ἀκληρεῖ. Exsors est. Sorte non accepit.

Ἀκληρήμασι. Calamitatibus. Rebus adversis. *Hac potissimum de causa in calamitates incidisse mihi videtur, quod de omnium rerum eventu fidenter nimis statueret, & diversis negotiis animum semper distringeret.*

Ἀκληρίας. Calamitates. *Ille vero putabat se rationem invenisse, qua calamitates propulsaret.*

Ἀκληρούντων. Infelicium. [*Ferunt*] *Senatores præ stupore obmutuisse, & ex mentis potestate propemodum exiisse, extremi doloris sensu, quo infelices opprimebantur, animos illorum tangente.*

Ἀκλητί. Sine vocatione. Et proverbium: *Amici ad amicos invocati veniunt.* Quod simile est illi: *Boni ad bonorum convivia ultro veniunt.*

Ἄκλητον. Nomine carentem. *Dedisti te ipsum* [ἄκλητον, i. e.] *nomine carentem secundo.*

Ἄκλητος ὁ θ. Deus invocatus & vocatus aderit. Non enim virtutis studiosos Deus negligit. Hoc autem Oraculum Lacedæmoniis redditum fuit: *Vocatus & non vocatus Deus aderit, absque ullo sensu.* Neque enim voce alterius indiget, ut quis ipsum doceat, quæ sint facienda; neque auribus, ut ea audiat.

Ἀκλόνητον. Inconcussum. Non agitatum.

Ἀκμάζει. Ætate viget. Item Ἀκμάζεις, facis ea, quæ juvenes decent. Sic Hyperides & Lysias.

Ἀκμαῖος. Juvenis. Viribus valens. Ætate florens. Opportunus. Tempestivus. Qui in ipso temporis articulo [rem aliquam aggreditur.]

*Ubi est Teucer? quam opportune nunc venerit, si veniat.*

1 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Epigramma integrum legitur in Anthologia inedita; quod nondum a quoquam, ut puto, publici juris factum hic cum lectore curioso communicabo.

Εὐγαθὴς Λαπίθαις ἐστλεγγίδα καὶ φιλόθυρσον
Σινδόνα, καὶ κτηνέου φάρος ἰσοκύελον,
Καὶ ψήκτραν ΔΟΝΑΚΙΤΙΝ ἀπέπτυσε, καὶ λιτοπέπλους
Φαρχμιίδας, καὶ τὰς συλλύτους ἄρυχας.
Ἔσπευσε δ' Ἰταλίας χυτρὸν καὶ θρόνον εἰς δ' Ἐπιχάρμου
Κουρείας ἀθλητὴν ἄλλο πνιπιλέγειν.
Ἔνθα λόγους ἀκούσειν ὅπως ἄν... ἀλλὰ δ' ἄν που
Λημάθατον, εἰ μὴ στέργε πολυανδροδρομίαν.

Observent hic Philologi lectionis diversitatem. In Epigrammate enim legitur ψήκτραν δονακῖτιν: cujus loco Suidas habet ψήκτραν ἄκιτιν. Sed quid ἄκιτιν significet, non docet; nec docere potuit, cum vox ista procul dubio mendosa sit. Ejus enim loco scribendum puto ἀκῆτιν, i. e. acutam; quod formatur ab ἀκή, mucro, cuspis; ut a στοιχή, στοιχῆτις, a λίμνη, λιμνῆτις, & alia hujus generis. Quare si hæc lectio arrideat, dicendum est, in Codice Anthologiæ, quo Suidas usus fuit, Hexametrum secundum sic scriptum fuisse: Καὶ τὴν ψήκτραν ἀκῆτιν ἀπέπτυσε &c. Quod autem ad vocem δονακῖτις attinet; ea mihi non satis probatur, quoniam non video, quomodo epithetum illud strigili convenire possit. Quare in priore lectione acquiescam, donec melius quid in mentem venerit. Reliqua Epigrammatis hujus loca, quorum nonnulla sunt vel obscura, vel ὕποπτα, examinare nunc non vacat. Faciant id alii, quibus plus est otii.

2 Οὐ κεκλήρωται] In uno MS. Paris. exaratum est οὐκ ἐκληρώσατο.

3 Ἀκληρήμασι] Sic ex 2 MSS. Paris. hanc vocem rescribendam putavi. In prioribus enim Edit. minus recte legitur ἀκληρήμασι, quam scripturam vel series literarum spuriam esse arguit. Vox ἀκλήρημα, pro infortunio, vel calamitate, legitur etiam infra v. Ἐπιφυόμενος: item apud Marcum Antonin. lib. x. cap. xxxiii. Cæterum, fragmentum hoc ad Polybium referunt Fulv. Ursinus & Casaubonus.

4 Τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ ἀχ.] Hoc fragmentum, quod Polybio adscribit F. Ursinus, repetitur infra v. Παρεστάναι.

5 Ὑπερβολῇ] Vide infra v. Ὑπερβολή.

6 Αὐτόματοι ἀγαθ.] Proverbii hujus meminit etiam Plato in *Symposio*, pag. 315. G. Ἵνα καὶ τὴν παροιμίαν διαφθείρωμεν μεταβαλόντες, ὡς ἄρα καὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν αὐτόματοι ἀγαθοί. Ὅμηρος μὲν γὰρ κινδυνεύει οὐ μόνον διαφθεῖραι, ἀλλὰ καὶ ὑβρίσαι εἰς ταύτην τὴν παροιμίαν. ποιήσας γὰρ τὸν Ἀγαμέμνονα διαφερόντως ἀγαθὸν ἄνδρα τὰ πολεμικά, τὸν δὲ Μενέλεων μαλθακὸν αἰχμητήν, θυσίαν ποιουμένου καὶ ἑστιῶντος τοῦ Ἀγαμέμνονος, ἄκλητον ἐποίησεν ἐλθόντα τὸν Μενέλεων ἐπὶ τὴν θοίνην, χείρω ὄντα ἐπὶ τὴν τοῦ ἀμείνονος. Locus Homeri, ad quem Plato respicit, exstat Il. Β. 408. ubi Poeta inquit: Αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος. Vide etiam Zenobium, vel, ut alii vocant, Zenodotum Centur. II. Adag. XIX.

7 Δέδωκας σεαυτ. ἀκλ.] Hæc deprompta sunt ex Juliani Epist. LIX. pag. 224. ut Pearsonius monuit. Cave autem hic Suidæ credas, qui ἄκλητον interpretatur ἀνώνυμον; cum ea vox hic significet, *invocatum*, vel *non vocatum*, ut ex sensu loci apud Julianum patet.

8 Οὕτω γὰρ ἐδόθη χρ. τοῖς Λακ.] Historiam, ad quam Suidas respicit, narrat Thucydides lib. 1. cap. CXVIII. Πέμψαντες δὲ εἰς Δελφοὺς (Lacedæmonii scilicet) ἐπηρώτων τὸν θεὸν, εἰ πολεμοῦσιν ἄμεινον ἔσται. ὁ δὲ ἀνεῖλεν αὐτοῖς, ὡς λέγεται, κατὰ κράτος πολεμοῦσι νίκην ἔσεσθαι, καὶ αὐτὸς ἔφη ξυλλήψεσθαι καὶ παρακαλούμενος καὶ ἄκλητος. Vide etiam infra v. Καλούμενος. & v. Κλητός.

9 Ἀκμάζεις, τὰ τῶν νέων πρ.] Ex Harpocratione.

10 Ποῦ Τεῦκρος; ὡς ἀκμ.] Ex Sophocl. *Ajac.* pag. 54. P.



ΤΟΥΤ'

τοῦτ' ἔστιν, εὐκαιρότατος. ἐν ἀκμῇ καιροῦ. ἐν ἀκμῇ καὶ ὀξύτητι κινδύνου. Καὶ, ἀκμαιότατος καιρὸς ὁ πρωϊνός. καὶ Ἀκμαίων. ἰσχυρῶν. ἀνδρείων. γενναίων.

Ἀκμαιωνίδαι. ὄνομα ἔθνους.

Ἀκμή. ὀξύτης. αὐτὴ ἡ ῥοπὴ τοῦ πράγματος ἐπιτάσεως. καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ νεότης. Ἀκμὴ δὲ καιροῦ, ἡ εὐτυχία. οὕτως Ἰσοκράτης. Κράτιστον μὲν, τῆς ἀκμῆς τῶν καιρῶν τυγχάνειν. Λαμβάνεται δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ ἔτι. οὕτως Ὑπερείδης. καὶ [1] Σοφοκλῆς·

Ἀκμὴν γὰρ οὐ μακρῶν ἡμῖν λόγων,
Μὴ καὶ μάθῃ μ' ἥκοντα, κἀκχέω τὸ πᾶν
Σόφισμα.

Ἀντὶ τοῦ ἔτι. Καὶ [2] ἐν Ἐπιγράμματι·

Ἄσπιλον, ἀρρυτίδωτον, ἰσόχνοον [3] ἀρτιγόνοισιν
Ἀκμὴν εὐπετάλοις σύμφυὲς ἀκρέμοσι.

Καὶ αὖθις.

Ὅσσος [4] ἐν ἡρώεσσι ποτ' ἦν χόλος, οὗ μέρος ἀκμὴν
Ἐχθρὸν ἐν ἀψύχοις σώζεται ἀκρέμοσιν.

Ἀντὶ τοῦ, ἔτι.

Ἀκμὴ καλεῖ. καιρὸς καλεῖ. ἐπὶ οὖν τῆς ὀξύτητος Αἰλιανός φησιν. Ἐν ἀκμῇ δὲ ὢν τῆς τότε ὀδύνης, καὶ ὢν ἤλγει, οὐκ ᾔδει τὴν ὁδὸν τὴν πορεύουσαν εἰς αὐτοῦ. εἰ δὲ ἱερὰ καὶ θῦσαι ἐξ ἐνυπνίου ἐκελεύετο, καὶ τούτων ὀλίγωρος ἦν· φύσει τε ἀμαθὴς ὢν, καὶ φιλοχρήματος. Ἐν ἀκμῇ τοῦ κακοῦ, μνήμη τις εἰσῆλθε τῆς Σαμοθρᾴκης. καὶ γὰρ οὖν τετελεσμένω αὐτοῖς ἤστην. Καὶ αὖθις· Ὑπὸ πολλῶν δακρύων τὴν ἀκμὴν τῶν ὀμμάτων ἀφῄρημαι. Καὶ αὖθις Αἰλιανός. Καὶ αὐτὸ τὸ κράτος ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἦν.

Ἀκμήν. [5] ἔτι. Τὰς δὲ ἀκμὴν ἀνασοβουμένας πόλεις πρὸς τὴν τῶν Ῥωμαίων ἔχθραν, τῷ φόβῳ κατασβεννύναι. [6] Προκόπιος· Ὁ δὲ τοῦ καιροῦ τὴν ἀκμὴν ἐν τῷ παραυτίκα μεθῆκεν. ἧς γε οὐκ ἔτι ἀντιλαβέσθαι οἷός τε ἐγεγόνει. Ἀκμὴ, ἐν συλλήψει, ἢ ἐν διαστάσει.

Ἄκμηνος. ἄγευστος. Ἄκμηνος δόρπου.

Ἀκμῆτες. μὴ κάμνοντες. καὶ Ἀκμής, ὁ μὴ κοπιῶν.

Ἀκμητί. ἀκαμάτως. ζήτει ἐν τῷ Ἀπονητί.

Ἄκνηστις. ἡ ῥάχις. ἣν οὐ δύναταί τις εὐκόλως κνήθεσθαι.

Ἀκοή. τὸ μέρος τοῦ σώματος. ἔστι δὲ καὶ ἡ φήμη. Οὐκ ἀγαθὴ ἡ ἀκοὴ, ἣν ἀκούω περὶ ὑμῶν. ὁ [7] Ἠλεὶ ὁ ἱερεὺς φησὶ πρὸς τοὺς αὐτοῦ υἱούς. ζήτει περὶ Ἀκοῆς ἐν τῷ, Αἴσθησις ε.

Ἀκολασία. καὶ Ἀκολασταίνω, τὸ μωραίνω.

[Hic ἀκμαίος significat] maxime opportunus, in ipso temporis articulo, tempore præsentis periculi. Et, *maxime opportunum est tempus matutinum.* Et Ἀκμαίων, robustorum, fortium, generosorum.

Ἀκμαιωνίδαι. Acmæonidæ. Nomen gentis.

Ἀκμή. Acies. Ipsum momentum temporis, quo res ad extremum perducta est. Item, vigor, & juventus. Ἀκμὴ καιροῦ, felix opportunitas. Sic Isocrates. *Optimum est, in rebus agendis tempus maxime opportunum captare.* Accipitur etiam pro ἔτι, adhuc. Sic Hyperides. Et Sophocles: *Non est nunc opportunum tempus multorum verborum, ne animadvertat me venire, & ad irritum recidat omnis machinatio mea.* Et in Epigrammate: *Macula carens, rugarum expers, lanugine par pubescentibus, & adhuc frondosis adhærens ramis* [*malum cotoneum.*] Et rursus: *Quanta olim in Heroibus fuit ira, cujus vestigia inanimati rami, inimicitiam testantes, adhuc servant.* [Hic ἀκμὴν significat] ἔτι, adhuc.

Ἀκμὴ καλεῖ. Opportunum tempus vocat. Ælianus hoc voce utitur pro *vehementia. Cum igitur dolor ejus vehementissimus esset, viam, quæ domum ducebat, ignorabat. Quod si alicui Deorum sacra facere somnio monebatur, nec illa curabat; natura quippe homo imperitus & avarus.* † *In summis malis memoria animum subiit Samothracum, quorum sacris ambo initiati erant.* Et iterum: *Præ multis lacrymis oculorum aciem amisi.* Et iterum Ælianus: *Et ipsum imperium in acie, ut aiunt, novaculæ erat.*

Ἀκμήν. Adhuc. *Urbes autem adhuc fluctuantes ob Romanorum odium, metu continens.* † Procopius: *Ille vero occasionis momentum tunc neglexit, quod postea nunquam recuperare potuit.*

Ἄκμηνος. Qui non gustavit. Ἄκμηνος δ. Qui cœnam non gustavit.

Ἀκμῆτες. Non defatigati. Et Ἀκμής, non defatigatus.

Ἀκμητί. Sine lassitudine. Quære in v. Ἀπονητί.

Ἄκνηστις. Spina dorsi. [Inde dicta,] quod non facile scalpi possit.

Ἀκοή. [Sic dicitur] pars quædam corporis, [i. e. auris.] Item, rumor. *Non est bonus rumor, quem de vobis audio.* Sic Eli ad filios suos dicit. Quære περὶ ἀκοῆς, in v. Αἴσθησις ε.

Ἀκολασία. [Intemperantia.] Et Ἀκολασταίνω, sum fatuus & stultus.

1 Σοφοκλῆς] In *Philoctete*, pag. 378. ex quo loco Suidas male probare conatur, ἀκμὴν significare etiam ἔτι, cum ibi non ἀκμὴν legatur, sed ἀκμή. Præterea, cum ipse sensus loci & constructio verborum apud Sophoclem sententiam istam refutet; non potest hic Suidas a supinæ negligentiæ crimine absolvi.

2 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. I. cap. xx. Epigramm. ult.

3 Ἀρτιγόνοισιν] Sic etiam in Anthologia legitur. Sed mihi quidem nullum dubium est, quin vox hæc sit corrupta, & pro ea scribi debeat ἀρτιγενείοις, i. e. pubescentibus, vel primam barbam emittere incipientibus, quorum lanugini auctor Epigrammatis hujus lanuginem mali cotonei comparat. Ἀρτίγονος autem significat recens natus, quam vocem a sensu loci hujus alienissimam esse nemo non videt.

4 Ὅσσος ἐν Ἡρώεσσι ποτ' ἦν χ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis in Protesilaum, quod integrum legitur Anthol. l. III. p. 343.

5 Ἀκμήν. ἔτι] Hæc & quæ sequuntur, in prioribus Edit. cum præcedenti articulo cohærent, quæ auctoritate librorum MSS. inductus inde separavi, & a capite reposui.

6 Προκόπιος] De Bello Goth. lib. IV. cap. IX.

7 Ὁ Ἠλεὶ ὁ ἱερ.] I. Sam. 2.

Ἀκό-

Ἀκόλαστον.[1] ἀκρατῆ. θρασύν. Ἀκόλαστον καὶ ὑβριστικὸν πρᾶγμα, ἡ ἄνθρωπος. λέγοι[2] δ' ἄν τις καὶ ὑβριστικόν.

Ἀκόλαστος. κολάσεως ἄξιος.[3] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ.

Οὐκ· ἀλλ' ἀκόλαστός ἐστιν αἰεὶ τοὺς τρόπους.

Λέγεται καὶ ὁ τολμηρός. καὶ Ἰάμβλιχος. Ὁ δὲ ἐγέλα, νῦν μὲν ἰταμόν τε καὶ ἀκόλαστον γέλωτα· νῦν δὲ ἐφθέγγετο ῥήματα αὐθάδη. Καὶ Αἰλιανός· Ἀνὴρ Ἀρκὰς, Εὐτελίδας τοὔνομα, ἀκολάστῳ τῇ γλώττῃ καὶ ἀκρατοῖ κακῶς πάντας ἀγορεύειν ἀῤῥώστημα εἶχεν. ἐμίσει δὲ καὶ τοὺς εὖ πράττοντας.

Ἄκολος. ὁ μικρὸς ψωμός. καὶ Ἀκόλους, κλάσματα, καὶ θραύσματα ἄρτων.[4] παρὰ τὸ μὴ κολλᾶσθαι.

Αἰτίζων ἀκόλους, οὐκ ἄορας, οὐδὲ λέβητας.

[5] Ὅμηρος. Καὶ αὖθις·

Τὸν κύνα δ' ὡς ζώοντα πάλιν ποτὶ ταὔλιον ἄξω,
Ξηρὰς εἰς ἀκόλους ξυνὸν ἔχειν ἕταρον.

Ἀκόλῳ τὰ χείλη, μὴ σύκῳ βῦσαι. παρεγγυᾷ ὁ λόγος ἐῤῥωμένως χρῆσθαι τοῖς πράγμασιν.

Ἀκολουθῶ. δοτικῇ.

Ἀκόλουθον. ὅμοιον. Ἀκόλουθον ἀπέβη τὸ τέλος ταῖς προτέραις ἐνεργείαις. Καὶ ἀκολουθήσας, ὁμοίως διαπραξάμενος. Ὁ δὲ Ῥωμαῖος, ἔτι μετεωρίζοντος τοῦ Κελτοῦ τὸ ὅπλον, ἀκολουθήσας, κάτωθεν ὑποφέρει τὸ ξίφος, καὶ διαχείρει πᾶσαν ἀπὸ τοῦ βουβῶνος ἕως ὀμφαλοῦ τὴν λαγόνα. Καὶ Πολύβιος· Τοὺς δὲ ἐτίμησε χρυσοῖς ὑφάσμασιν, καὶ λόγχαις, βουλόμενος ἀκόλουθα εἶναι τοῖς ἔργοις τὰ διὰ τῶν λόγων ἐπαγγελίαν. Ἀκόλουθόν ἐστιν, ὃ ἀναγκαῖον τῷ ἑτέρῳ εἶναι. μαχόμενον δὲ, ὃ ἀναγκαῖον μὴ εἶναι.

Ἄκομψον. εὐτελές.[6] ἀπάνουργον. Ἄνδρα τὸν τὴν τοῦ πραίτωρος ἐπιβάντα βημάτων. ἀρχὴ δέ τις αὕτη παρὰ Ῥωμαίοις οὐκ ἄκομψος.

Ἀκόνη. λίθος. καὶ παροιμία· Ἀκόνην σιτίζεις. ἐπὶ τῶν[7] τροφῇ μὲν χρωμένων, μηδὲν δὲ εἰς τὸ σῶμα ἐπιδιδόντων.

Ἀκονιτί. χωρὶς κόνεως. ἄνευ ἀγῶνος, καὶ μάχης. ἢ εὐμαρῶς. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀθλητῶν, τῶν οὕτως εὐμαρῶς περιγινομένων, ὥστε μηδὲ κονίσασθαι.

Ἀκόνιτον. εἶδος[8] βοτάνης φαρμάκου. Ἀλλὰ πιὼν ἀκόνιτον ὑπέκφυγε τοῦτ' ἀκονιτί. τουτέστι, χωρὶς κόπου.

Ἀκοντί. ἀκουσίως.

Ἀκοντίζω. ἀκόντιον βάλλω.

Ἀκοντισμός. ἡ ἀκόντισις.

Ἀκόλαστον. Incontinentem. Audacem. Injuriosum. Dicitur autem ἀκόλαστος tam de re, quam de homine.

Ἀκόλαστος. Castigatione dignus. Aristophanes *Pluto*: *Non: sed intemperantibus semper est moribus.* Dicitur etiam sic audax. Et Iamblichus: *Ille vero ridebat modo quidem impudentem & effusum risum; modo vero verba superba proferebat.* Et Ælianus: *Arcas quidam, nomine Eutelidas, eo morbo laborabat, ut petulanti & impotenti lingua omnibus malediceret. Oderat vero illos quoque, quibus res erant secundæ.*

Ἄκολος. Parva buccella. Et Ἀκόλους, fragmenta & frusta panis. Dicta est autem hæc vox a verbo κολλᾶσθαι, i. e. conglutinari, addito α privativo. *Mendicans panis frustula, non enses, neque lebetes.* Homerus. Et iterum: *Canem ut viventem rursus ad stabulum ducam, & sicca cibi frustula; communem ut socium habeat.*

Ἀκόλῳ τὰ χ. Frustulo panis, non ficu obtura labra. Proverbium hoc admonet, in rebus gerendis nos strenuos esse oportere.

Ἀκολουθῶ. [Sequor.] Dativo jungitur.

Ἀκόλουθον. Consentaneum. *Finis prioribus factis consentaneus consecutus est.* Et Ἀκολουθήσας, qui actiones alicujus imitatus est. *Romanus vero, Gallo gladium adhuc elevatum tenente, ipsum secutus, inferne illato ictu, totum ventris latus ab inguine ad umbilicum usque ense discindit.* Et Polybius: *Hos vero vestibus auro textis & hastis honoravit, promissa sua factis consentanea esse volens.* † Ἀκόλουθον est, quod necesse est, alteri inesse. Repugnans vero, quod necesse est non inesse.

Ἄκομψον. Vile. Simplex. *Virum, qui Prætoris tribunal ascenderat. Hic autem magistratus non est vilis apud Romanos.*

Ἀκόνη. Cos. Et proverbium: Cotem pascis. Quod dicitur de illis, qui cibo quidem multo utuntur, sed quorum corpus nullum inde incrementum capit.

Ἀκονιτί. Sine pulvere. Sine certamine. Sine pugna. Vel, facile. Sumpta translatione ab athletis, qui tam facili negotio victoriam consequuntur, ut ne quidem pulvere aspergantur.

Ἀκόνιτον. Aconitum. Herbæ venenatæ genus. *Sed quamvis hausisset aconitum, tamen effugit [mortem.] sine labore.*

Ἀκοντί. Animo invito.

Ἀκοντίζω. Jaculor.

Ἀκοντισμός. Jaculatio.

1 Ἀκόλαστον. ἀκρατῆ. θρ.] Locus hic turbatus mihi videtur; quem sic in ordinem redigendum puto: Ἀκόλαστον. ἀκρατῆ, θρασύν, καὶ ὑβριστικόν. Ἀκόλαστον πρᾶγμα, ἡ ἄνθρωπος. Hunc ordinem in versione secutus sum. Quod si vero pro ἡ ἄνθρωπος, legendum quis censeat ὁ ἄνθρωπος (ut in Codice quodam MS. legi Pearsonius ad hunc locum notavit) nihil mutandum, & locus iste sic vertendus est: *Petulans & injuriosum animal est homo.*

2 Λέγοι δ' ἄν τις καὶ ὑβριστικόν.] Verba hæc, tanquam supervacanea, & ab inepto aliquo librario loco huic adsuta, in versione prætermisi.

3 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 49. 21. P.

4 Παρὰ τὸ μὴ κολλᾶσθαι] Alii Grammatici τὸ ἄκολος dictum censent παρὰ τὸ μὴ κολούεσθαι; quod magis placet. Vide Etymologum h. v.

5 Ὅμηρος] Odyss. P. v. 222.

6 Ἀπανούργητον] Vide infra v. Φαῦλον, ubi τὸ ἄκομψον per ἀπάνουργον exponitur.

7 Τροφῇ μὲν χρωμ.] Legendum est ex Zenobio, τροφῇ μὲν πολλῇ χρωμ.

8 Βοτάνης φαρμάκου] Legendum, est, βοτάνης φαρμακώδους, ut Portus etiam monuit.

Ἀκο-

Ἄκοστος ἀνήρ. ἀντὶ τοῦ οὔπω ἐνοχλημένος ὑπό λιμοῦ. οὕτως Ἀμειψίας.

Ἀκόρεστος. ἀπλήρωτος.

Ἀκόρητος. ἀκαλλώπιστος. ἀκόσμητος. κορεῖν γὰρ, τὸ καλλωπίζειν. [1] οὗτος δέ ἐστιν ἀκόρητος, [2] οἱονεὶ πολὺς, καὶ μὴ κορεύμενος, αὔξων, καὶ πληθύων, καὶ τεθηλώς. ἀπὸ δὲ τοῦ συμβεβηκότος παρείληφε πάντα. παρ' οἷς γὰρ ἂν ᾖ στέμφυλα, καὶ πρόβατα, ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ πολλὰ πάντα.

Ἄκορον. ἰατρικὴ ῥίζα.

Ἀκόρυμβοι. οἱ ἐπὶ τῶν ἀκρεμόνων βοτρυδὸν μετέωροι κόκκοι. ὡς ἐπὶ τῶν κισσῶν ἔχει.

Ἄκος. ἴασις. θεραπεία. Δέονται δὲ παρὰ θεοῦ ἄκους. καὶ [3] αὐτοῖς ἐκπίπτει χρησμὸς, λέγων δεῖν χοὰς τοῖς ἐκδίκως τῶν Αἰτωλῶν τεθνεῶσιν ἐπάγειν.

Ἄκοσμα. ἀπρεπῆ. ἄτακτα.

Ἀκοστήσας. [4] κριθιάσας. ἢ ἀκολαστήσας κατὰ συγκοπήν. ἢ [5] ἐν ἄχει γινόμενος διὰ τὴν στάσιν. ἢ ἄκος τι, καὶ βοήθημα τῆς στάσεως ζητῶν. Καὶ ἐν Ἐπιγράμματι· Τοὺς τρητοὺς δόνακας, [6] καὶ ἀκοστὰν στῖο κορύναν, ὦ Πὰν δέχνυσο δῶρα τὰ Δάφνιδος.

Ἀκοστώσαις ἡμιόνοις δι' ἀργίαν καὶ πλησμονήν. οἱ [7] μὲν Γλωσσογράφοι, κριθιώσαις. Ἀκοστὰς γὰρ λέγει τὰς κριθὰς, ἀπὸ τοῦ ἄκος λαμβάνειν, τουτέστιν ἀνάπαυσιν λιμοῦ, καὶ δίψης. ὁ δὲ Ἀριστόνικος, ἐν ἄχει γενομέναις. εἶτα ἐπιφέρει

Δεσμὸν ἀποῤῥήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων.

Τινὲς δὲ, ἄδην πληρωθείς.

Ἀκουάζεσθε. [8] παρ' Ὁμήρῳ, ἀντὶ τοῦ, αἰσθάνεσθε. ἐπεὶ ἡ ἀκοὴ ὁδός ἐστι τῆς αἰσθήσεως. ὡς τὸ, [9] Οἱ δὲ πληγῆς αἴοντες.

Ἀκούει καλῶς. ἀντὶ τοῦ, εὐφημεῖται. οὕτως Ἡρόδοτος. [10] Ὅτι τὸ ἀκούειν γίνεται οὐ κατ' εἴσοδον τοῦ ἐκ-

Ἄκοστος ἀνήρ. Qui nondum a quoquam molestia affectus est. Sic Amipsias.

Ἀκόρεστος. Inexplebilis.

Ἀκόρητος. Non ornatus. Non mundatus. Κορεῖν enim mundare. Ἀκόρητος vero [hic apud Comicum] accipitur pro, multus, crescens, multitudine abundans, & florens. Omnia vero, quæ hic memorat, [vitam opulentam] comitari solent. Apud quos enim multa sunt vinacea, multæque oves, eos omni bonorum genere abundare necesse est.

Ἄκορον. Radix medica.

Ἀκόρυμβοι. Acini, in ramis racematim pendentes; uti in hedera.

Ἄκος. Sanatio. Curatio. *A Deo remedium petentibus oraculum redditum est : Ætolis injuste cæsis inferias faciendas esse.*

Ἄκοσμα. Indecora. Indigesta.

Ἀκοστήσας. Hordeo pastus. Vel per syncopen pro ἀκολαστήσας. Vel qui ægre fert necessitatem diu in uno loco standi. Vel qui a necessitate standi liberari cupit. Et in Epigrammate : *Perforatos calamos, & vellus hocce, & hanc clavam, dona Daphnidis, o Pan, accipe.*

Ἀκοστώσαις ἡμ. Ἀκοστῶσαι dicuntur mulæ, quæ otiose [in stabulis stantes] cibo affatim replentur. Glossographi hanc vocem exponunt, hordeo pastis. Ἀκοστὰς enim aiunt significare hordeum, quod [animal, eo vescens,] remedio famis & sitis potiatur. Aristonicus vero [vocem hanc interpretatur,] dolore affectis; quoniam [poeta] subjungit: *Vinculo rupto per campum currit, pedibus humum pulsans.* Quidam vero [ἀκοστήσας exponunt] abunde repletus.

Ἀκουάζεσθε. Apud Homerum significat, sentitis. Auditus enim est via sensus. Huc pertinet illud [Poetæ:] *Illi vero verbera sentientes.*

Ἀκούει καλῶς. [Bene audit,] bonam habet existimationem. Sic Herodotus. † Auditus

1 Οὗτος δέ ἐστιν ἀκόρητος.] Hæc Suidas descripsit ex aliquo Scholiasta veteri, qui enarraverat locum illum Aristophanis in *Nubibus*, pag. 125.

Ἐμοὶ γὰρ ἦν ἄγροικος, ἥδιστος βίος,
Εὐρωτιῶν, ΑΚΟΡΗΤΟΣ, εἰκῇ κείμενος,
Βρύων μελίτταις, καὶ προβάτοις καὶ στεμφύλοις.

Apud Scholiastam Aristophanis, qui hodie exstat, verba hæc Suidæ non reperiuntur, unde patet, eum aliis interdum in Comicum illum Scholiis usum esse, quam quæ hodie habemus: quod & alibi me observasse memini. Ἀκόρητος autem βίος hic significat opulentiam vitæ rusticæ, quoniam ædes hominum, ruri degentium, sordidæ quidem & parum nitidæ; sed divite rerum copia refertæ plerumque esse solent. Contra contingere sæpe solet, ut ædes hominum urbanorum, licet munditie splendescentes, at inaniis oppletæ, ut Comici verbis utar, splendidam & ambitiosam dominorum suorum paupertatem prodant. Vide Suidam infra v. Εὐρωτιῶν, qui locus cum hoc conferendus est.

2 Οἱονεὶ πολὺς, καὶ μὴ κορ.] Non miror, Porto in his interpretandis aquam hæsisse, cum nesciret locum auctoris, ad quem nota hæc referenda esset. Nemo enim est adeo acutus & lynceus, qui horum verborum sensum absque loco Aristophanis, paulo ante adducto, intelligere possit.

3 Καὶ αὐτοῖς ἐκπίπτει χρησμὸς, λ.] Hæc repetuntur infra v. Ἐκδίκως, & v. Χοάς.

4 Ἀκοστήσας] Vox hæc est epithetum equi apud Homerum Il. Ζ. 506.

Ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος ΑΚΟΣΤΗΣΑΣ ἐπὶ φάτνῃ
Δεσμὸν ἀποῤῥήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων.

Hoc ergo epithetum Homericum Suidas hic exponit; vel potius notam hanc descripsit ex alio quodam Grammatico, qui locum illum Homeri exposuerat.

5 Ἢ ἐν ἄχει γινόμενος διὰ τὴν στάσιν.] Portus male hæc verterat: *Vel qui in dolore versatur ob seditionem.* Στάσις enim hic non significat seditionem, sed actum standi, & ad equum generosum refertur, qui necessitatem diu & otiose ad præsepe standi ægre quasi ferre videtur. Huc pertinent verba Scholiastæ ad citatum locum Homeri, qui præter alias vocis ἀκοστήσας interpretationes etiam hanc affert, δυσχεράνας ἐπὶ τῇ τῆς φάτνης στάσει.

6 Καὶ ἀκοστὰν στῖο κορύναν.] Monstrum lectionis, quod a nemine Criticorum adhuc profligatum fuit: nec mihi profligatu facile fuisset, nisi veram lectionem in Epigrammate quodam Anthologiæ ineditæ, ex quo hæc decerpta sunt, invenissem. Quare, ut lectori constet, quomodo locus hic emendandus sit, integrum Epigramma istud, quod nondum a quoquam editum esse memini, hic subjungam.

Τοὺς τρητοὺς δόνακας, τὸ νάκος τόδε, τάνδε κορύναν
Ἀνθῆ Πανὶ φίλῳ Δάφνις γε ...
Ὦ Πὰν δέχνυσο δῶρα τὰ Δάφνιδος. Ἴσα γὰρ αὐτῷ
Καί μοι Πὰν φιλέεις καὶ δυσέρωτι πέλεις.

Sensus & verba Epigrammatis hujus plana sunt, quæ Suidas fœde corrupit, & pro τὸ νάκος τόδε, τάνδε κορύναν (i. e. *hoc vellus, & hanc clavam*) vitioso Codice deceptus scripsit καὶ ἀκοστὰν στῖο κορύναν; locumque hunc sub voce Ἀκοστὰς collocavit, cum sub voce Νάκος collocari debuisset. Hujus generis παροράματα & menda, quæ non librariis, sed ipsi Suidæ tribuenda sunt, non pauca in hoc opere occurrunt, ut passim in notis nostris lectorem monemus.

7 Οἱ μὲν Γλωσσογράφοι, κριθ.] Confer Hesych. v. Ἀκοστῶσαι.

8 Παρ' Ὁμήρῳ.] Odyss. Ν. v. 9.

9 Οἱ δὲ πληγῆς αἴοντες.] Homerus Il. Λ. v. 532.

10 Ὅτι τὸ ἀκούειν γίνεται οὐ κατ' εἴσ.] Totus hic locus depromptus est ex Philopono in Aristotel. *de Anima* lib. II. cap. VIII. ut Pearsonius ad marginem Suidæ sui notaverat.

Τὸ

τοῦ ἀέρος εἰς τὸ οὖς, ἀλλὰ κατ' ἀφὴν τῆς πρὸς τὸν ἐγκατῳκοδομημένον ἀέρα ἐν τοῖς ὠσί. τούτου δὲ τεκμήριον τὸ ἐν ὕδατι ἀκούειν ἡμᾶς, οὐκ εἰσιόντος τοῦ ὕδατος εἰς τὸ οὖς. εἰ γὰρ εἰσέλθῃ, φθείρει μὲν καὶ ἐξωθεῖ τὸν ἐγκατῳκοδομημένον ἀέρα, ὃς ὑπηρετεῖ τῇ ἀκοῇ. ἀμέσως δὲ τῆς μήνιγγος ἁπτόμενον, βλάπτει αὐτὴν τῇ πληγῇ. καὶ προσέτι [1]ἐναπομένον ἐν ταῖς κοιλότησι, φθείρει καὶ βλάπτει τὸ αἰσθητήριον. πολλοὶ γοῦν ἐντεῦθεν ἐβλάβησαν.

Ἀκυϊλία. ὄνομα τόπου.

Ἀκούω. γενικῇ, καὶ αἰτιατικῇ. Πᾶς ὃς ἂν ἀκούει μου τοὺς λόγους τούτους. Καί, Ὁ ἀκούων τὸν λόγον μου, καὶ μὴ πιστεύων· τουτέστι, διδασκόμενος. ὅτι τὸ ἀκούω, εἰ μὲν σημαίνει τὸ πυνθάνομαι, καὶ μανθάνω, μετὰ αἰτιατικῆς συντάσσεται. εἰ δὲ τὸ ἐνωτίζομαι τοῖς ὠσὶ μόνοις, μετὰ γενικῆς. καὶ τοῦ μὲν μανθάνω παράδειγμα τὸ τοῦ Θεολόγου Γρηγορίου· Ἀκούσατε λόγον ἀνδρὸς, οὐ μετρίως τὰ τοιαῦτα πεπαιδευμένου. [2]Καὶ ἐν τῷ ἥττημαι. τοῦτό με ἵστη κάτω, καὶ εἶναι βέλτιον ἔπειθε, φωνὴν ἀκούειν αἰνέσεως, ἢ ἐξηγητὴν εἶναι τῆς ὑπὲρ δύναμιν. τοῦ δὲ ἐνωτίζομαι παράδειγμα τοῦ αὐτοῦ· Ὡς ἐγώ τινος ἤκουσα ἀνδρὸς οὐ μετρίως τὰ τοιαῦτα, καὶ ἄλλα πλεῖστα. ἔστιν ἐν τῷ Μήνιγξ πλατύτερον περὶ τῆς ἀκοῆς.

Ἄκουρον. Μισόδημε, μοναρχίας ἐραστά, καὶ φορῶν κρασπεδα στεμμάτων, τήν θ' ὑπήνην ἄκουρον τρέφων. [3]Ἀριστοφάνης φησί.

Ἀκουσίθεον. τὸ εἰς θεοῦ ἀκοὰς ἐρχόμενον. [4]Ἦν δέ μ' ἀνάψας εὔχῃ, λάμψω φέγγος [5]ἀκουσίθεον.

Ἀκουσίλαος. [6]Κάβα υἱὸς, Ἀργεῖος, ἀπὸ Κερκάδος πόλεως, οὔσης Αὐλίδος πλησίον· ἱστορικὸς πρεσβύτατος. ἔγραψε δὲ Γενεαλογίας ἐκ δέλτων χαλκῶν, ἃς λόγος εὑρεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ ὀρύξαντά τινα τόπον τῆς οἰκίας αὐτοῦ.

Ἀκουσίλαος. Ἀθηναῖος ὤν, Ἀγαθοκλείας. οὗτος ἠράσθη λόγων ἐν Ἀθήναις, καὶ ἐλθὼν εἰς Ῥώμην, ἐπὶ Γάλβα, διέτριψεν ἐν λόγοις ῥητορικοῖς. καὶ χρηματισάμενος, ἐν τῷ τελευτᾷν κατέλιπεν Ἀθηναίοις δέκα μυριάδας ἐκ τόκων.

Ἀκουτίσαι. διδάξαι.

Ἄκουφις. ὄνομα κύριον.

Ἀκκώ. [7]γυνὴ ἐπὶ μωρίᾳ διαβαλλομένη. ταύτην φασὶν ἐνοπτριζομένην τῇ ἰδίᾳ εἰκόνι ὡς ἑτέρᾳ διαλέγεσθαι. ὅθεν καὶ τὸ Ἀκκίζεσθαι. ταύτην φασὶ καὶ σπόγγῳ πάτταλον κρούειν.

fit non per exterioris aeris ingressum in aurem: sed per contactum aeris, auribus inclusi. Hujus vero rei argumentum est, quod in aqua audiamus, aqua in aures non ingressa. Nam si fuerit ingressa, corrumpit & expellit aerem inclusum, qui auditui inservit. Si vero membranam absque medio attingat, ipsam ictu lædit. Præterea etiam in cavitatibus permanens auditus instrumentum corrumpit, & lædit: quæ res multis nocuit.

Ἀκυϊλία. Aquileia. Nomen loci.

Ἀκούω. Genitivo & accusativo jungitur. *Quisquis audit hæc verba mea.* Et, *Qui audit sermonem meum, nec ei credit.* Id est, qui docetur. Verbum ἀκούω, cum significat audio, & disco, accusativo jungitur. Cum vero [significat,] solis auribus aliquid percipio, genitivo. In significatione discendi accipitur a Gregorio Theologo in hoc exemplo: *Audite sermonem viri, non mediocriter in his eruditi* - -
- - - - - - - - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - - - - - - -
In significatione vero auribus aliquid percipiendi accipitur ab eodem in hoc exemplo: *Ut ego audivi ex viro quodam, non mediocriter harum aliarumque rerum* [*perito.*] De Auditu in v. Μήνιγξ fusius agitur.

Ἄκουρον. *Populi osor, regni amator, fimbriasque coronarum gestans, & barbam intonsam alens.* Aristophanes ait.

Ἀκουσίθεον. Quod a Deo exauditur. *Si me accendens vota fecerit, emittam lumen, cujus gratia Deus ipsum exaudiet.*

Ἀκουσίλαος. Acusilaus. Cabæ F. Argivus, [oriundus] ex Cercade urbe, prope Aulidem sita: Historicus antiquissimus. Descripsit autem Genealogias ex æneis tabulis, quas fama erat ipsius patrem invenisse, dum quendam domus suæ locum foderet.

Ἀκουσίλαος. Acusilaus Atheniensis, Agathocliæ F. Hic literas Athenis amare cœpit, Romamque profectus tempore Galbæ, in studio Rhetorico se exercuit: & cum multas divitias sibi comparasset, moriens Atheniensibus centum millia [drachmarum] ex usuris reliquit.

Ἀκουτίσαι. Docere.

Ἄκουφις. Acuphis. Nomen proprium.

Ἀκκώ. Acco. Mulier ob stultitiam famosa. Hanc aiunt, quum se speculo contemplaretur, cum sua imagine, tanquam cum altera [fœmina,] colloqui consuevisse. Unde ortum est verbum Ἀκκίζεσθαι. Hanc etiam spongia clavum trudere solitam fuisse aiunt.

1 Ἐναπομένον] Lectionem hanc ex Philopono Suidæ restitui. Priores enim Edit. habent ὑπαπομένον, quod mendosum esse quisque facile videt.

2 Καὶ ἐν τῷ ἥττημαι.] Hæc, & quæ sequuntur, usque verba illa ὑπὲρ δύναμιν, quid sibi velint nescio. Quare ea in versione prætermisi. Tentent alii, quibus plus otii est, an sensum aliquem ex illis elicere possint.

3 Ἀριστοφάνης φησί] In *Vespis*, pag. 327. *P.*

4 Ἦν δέ μ' ἀνάψας εὐχ.] Ex Anthol. lib. VI. p. 561. ubi verba hæc sunt pars Epigrammatis in cereum, sive facem, quam amicus amico Saturnalibus dono dederat.

5 Ἀκουσίθεον] In Antholog. legitur ἀκουσίθεον.

6 Ἀκουσίλαος. Κάβα υἱός.] De hoc Acusilao vide Vossium *de Histor. Græc.* Jonsium *de Scriptor. Histor. Philos.* lib. I. cap. 111. & Valesium ad Harpocrationem, v. Ὀρεσφρίδης. Vide etiam Suidam infra v. Συγγράφω. Acusilai hujus meminit etiam Scholiasta Apollon. Rhod. ad lib. II. v. 1125. Lib. IV. v. 57. 828. 992.

7 Ἀκκώ. γυνὴ ἐπὶ μ.] Vide Diogenianum Centur. II. Adag. IV.

'Ακωδώνιστον.[1] ἀντὶ τοῦ ἀπείραστον. ἀβασάνιστον. Κωδωνίσαι γὰρ, τὸ διαπειραθῆναι. μετῆκται δὲ ἀπὸ τῶν περιπολούντων, καὶ κώδωσι διαπειρωμένων, εἰ ἐγρηγόρασιν οἱ ἐπὶ ταῖς φυλακαῖς τεταγμένοι. οἱ δὲ ὑπομνηματισταὶ, ἀπὸ τῶν ὀρτύγων φασὶ μετῆχθαι τὴν λέξιν.

'Ακωκή. ἡ ὀξύτης τοῦ δόρατος. τὸ ὀξὺ τῆς λόγχης. Ἀρριανός.[2] Λόγχας[3] δὲ εἶχον πάχος ἑξαπήχεας· ἀκωκὴ δὲ οὐκ ὑπῆν σιδηρέη, ἀλλὰ τὸ ὀξὺ αὐταῖς πεπυρακτωμένον ταὐτὸ ἐποίεεν.

Ἄκρα. τελεία. Ἧκε παῖς βασιλέως τοῦ Αὐγάρου καλὸς, καὶ μέγας, καὶ ἐν ὥρᾳ ἄκρᾳ.

'Ακραγαλεῖς. ὄνομα ἔθνους.

'Ακράδαντον. ἀσάλευτον.[4] ἀκίνητον.

Ἄκρα[5] κόρυμβα. τὰ ἀκροστόλια τῶν νεῶν, τὰ ἐξέχοντα κατὰ πρύμναν, ἢ πρῷραν, ἐν[6] οἷς τὰ σεβόμενα ἐνέγραφον.

Ἄκραν ἐπὶ γῶλον. εἰς ἄκραν πέτραν.

Ἄκραντον. ἀπλήρωτον. ἀτελείωτον.

Τὸν[7] δ' ἔτι μῦθον ἄκραντον ἐνὶ στομάτεσσιν ἔχοντα,
Πτηνὸς ἐς ἀθανάτους ἥρπασεν ὦκα δόναξ.

'Ακρασίας.[8] ἀνωμαλίας. παρὰ τὸ μὴ συγκεκρᾶσθαι. [9] Ἰώσηπος· Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι διὰ χειρῶν ἀκρασίαν ἁλίσκονται.

'Ακρασία καὶ ἀκολασία διαφέρει. ἡ μὲν γὰρ κατὰ προαίρεσιν πράττει τὰ αἰσχρά, ἡ ἀκολασία. Ἡ δὲ, παρὰ προαίρεσιν. λέγεται δὲ καὶ Ἀκράσιος. [10] Οὕτω τε ἐς πᾶσαν ἀκρασίαν ἐκπεπτωκυῖα τρίβον.

Ἄκρας νυκτός. περὶ τὸν πρῶτον ὕπνον.

Κεῖνος[11] γὰρ ἄκρας νυκτὸς, ἡνίχ' ἕσπεροι
Λαμπτῆρες οὐκ ἔτ' ᾖθον.

ὅτε οὐκ ἔφαινον ἔτι [12] οἱ ἑσπέριοι. ἢ ὅτε ἐσβέσθησαν οἱ λύχνοι. καιρὸς γὰρ ἐπιβουλῆς καὶ ἐπιθέσεως τότε.

'Ακράτεια. ἀκρατιεῖσθε. [13] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ· Τράγοι δ' ἀκρατιεῖσθε. τουτέστιν, ἀπεψωλημένοι ἀκρατιεῖσθε. ἀντὶ τοῦ, ὡς τράγοι ἀκρατῆ πράξετε. ἐπεὶ

'Ακωδώνιστον. Non exploratum. Non examinatum. Κωδωνίσαι enim significat, rem aliquam explorare. Metaphora ducta est a circuitoribus, qui tintinnabulis explorant, an ii, quibus excubiæ mandatæ sunt, vigilent. Commentatores vero dicunt, verbum hoc a coturnicibus translatum esse.

'Ακωκή. Hastæ cuspis. Hastæ acies. Arrianus. *Hastas vero habebant, sex cubitos longas: quibus non inerat cuspis ferrea; sed summæ illarum partes præustæ cuspidis vicem præstabant.*

Ἄκρα. Perfecta. *Venit a Rege filius Abgari, formosus, & procerus, & ætate florens.*

'Ακραγαλεῖς. Acragalenses. Nomen gentis.

'Ακράδαντον. Inconcussum. Immotum.

Ἄκρα κόρυμβα. Extremæ navium partes, a puppi vel prora eminentes, in quibus [nomina vel simulacra Deorum,] quos venerabantur, pingebant.

Ἄκραν ἐπὶ γῶλον. In summam petram.

Ἄκραντον. Imperfectum. Non absolutum. *Illum autem sermone, quem cœperat, nondum absoluto, volucris sagitta cito ad Deos rapuit.*

'Ακρασίας. Inæqualitatis. Dicitur de rebus, quæ non sunt temperatæ. Josephus: *Romani vero ob manuum intemperantiam vincuntur.*

'Ακρασία & ἀκολασία differunt. Nam ἀκολασία turpia consulto facit. Illa vero, præter voluntatem. Dicitur etiam ἀκράσιος; [intemperans.] *Sic autem in omnem intemperantiam prolapsa.*

Ἄκρας νυκτός. Circa primum somnum.

*Ille enim prima nocte, quum vespertina*
*Lumina non amplius ardebant.*

Id est, cum non amplius lucerent lucernæ vespertinæ. Vel, cum jam exstinctæ essent lucernæ. Tunc enim tempus insidiarum & invadendi alios [esse solet.]

'Ακράτεια. [Incontinentia.] 'Ακρατιεῖσθε. [Libidini indulgebitis.] Aristophanes in *Pluto*: *Libidini indulgebitis ut hirci.* Id est, nudato pene obscœna peragetis. Hirci enim post coi-

1 'Ακωδώνιστον. ἀντὶ τ.] Aristophanes in *Lysistrat.* pag. 867.
Ὡς κἀχθὲς ΑΚΩΔΩΝΙΣΤΟΝ ἐᾷ τὸ τιτθίον κρέμασθαι μοι τέως.
Ad hunc locum Comici nota hæc Suidæ referenda est, qui eam descripsit ex Scholiasta veteri inedito in *Lysistratam*, quem penes me MS. habeo. Vide etiam infra v. Διακωδωνίσαι, Διακωδώνισον, 'Εκκωδωνίζοιτο, Κεκωδωνισμένος, & Κωδωνίσαι.

2 'Αρριανός.] *De Rebus Indicis*, pag. 556.

3 Λόγχας δὲ εἶχον πάχος ἑξαπήχεας] Ex Arriano locus hic ita legendus & emendandus est: Λόγχας δὲ εἶχον παχέας, μέγεθος ὡς ἑξαπήχεας. Id est, *hastas habebant crassas, sex cubitos longas.* Monstro enim omnino similis foret hasta, sex cubitorum crassitiem habens.

4 'Ακίνητον] Sic recte in libris manu exaratis, & Edit. Mediolan. scriptum est. In Edit. vero Basil. & Genev. mendose legitur ἀκήρατον: quam vocem nonnulli viri docti, qui nec libros scriptos, nec Edit. Mediol. hic inspexerant, ex ingenio emendare conati fuerunt. Gatakerus enim in *Cinno*, Part. 1. pag. 397. ejus loco scribendum censet, ἀκλόνητον: Portus, ἀδόνητον: Henricus Stephanus vero in Thes. Ling. Gr. ἀκίνητον; qui præ cæteris rem acu tetigit.

5 Ἄκρα κόρυμβα] Vide Homer. v. 241. Il. I. & ibi Scholiastam: item Schol. Apollon. Rhod. ad v. 1089. lib. 1. Argon. & infra v. Ἄφλαστον.

6 Ἐν οἷς τὰ σεβόμενα ἐνέγραφον] Clarius Scholiasta Homeri ad v. 241. Il. I. Ἐπὶ τῶν ἀκροστολίων ἔστιν ἀγάλματα τὰς εἰκόνας τῶν θεῶν. Habebant enim veteres in navibus suis Tutelas, sive imagines Deorum Tutelarium, quorum opem ingruente periculo implorare solebant. Has autem imagines tam in prora quam puppi collocare consueverant: quamvis non ignorem viros magnos, Scaligerum, Grotium, Heinsium, Salmasium, & Bochartum existimare, Tutelas semper in puppi, nunquam vero in prora, collocatas fuisse. Contrariam enim sententiam probat hic locus Suidæ; eandemque erudite tuetur Stanlejus ad Æschyl. in 'Επτὰ ἐπὶ Θήβαις, v. 214. quem lector φιλολόγος consulat.

7 Τὸν δ' ἔτι μῦθον ἄκρ.] Est pars Epigrammatis in Anacharsin Philosophum, quod integrum legitur Antholog. lib. III. p. 423.

8 'Ακρασίας. ἀνωμ. παρὰ τὸ μὴ συγκεκρᾶσθαι] Eadem habet Hesych. v. 'Ακρασίας.

9 'Ιώσηπος] *De Bello Jud.* lib. VI. pag. 911. G. unde loci hujus sensus sic supplendus est: Ῥωμαῖοι δὲ, οἷς δι' εὐταξίαν, καὶ τοῦ τὰς ἡγεμόνας εὐπειθές, ἀεὶ δεξιοῦσθαι ἡ τύχη, νῦν ὑπὸ τῆς ἐναντίας ἐπταίσαν, καὶ διὰ χειρῶν ἀκρασίαν ἁλίσκονται τὸ παράπαν ἀήττητοι &c. Locus hic Josephi notatus erat a viro quodam docto ad marginem Codicis Pearsoniani.

10 Οὕτω τε ἐς πᾶσαν ἀκρ.] Fragmentum hoc depromptum est ex Procop. *Histor. Arc.* cap. XV. ubi pro ἀκρασίαν legitur ἀκροσίαν.

11 Κεῖνος γὰρ ἄκρας νυκτ.] Ex Sophocle in *Ajace*, p. 18. ut Portus recte monuit.

12 Οἱ ἑσπέριοι] Sensus loci hujus mutilus est, qui suppleri poterit, addita voce λύχνοι.

13 'Αριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 18. ubi vide Scholiastam, P.

μῃ

μετὰ τὴν συνουσίαν οἱ τράγοι λείχουσι τὸ αἰδοῖον. τὸ ἄκρον λείξετε, ὡς τράγοι.

Ἀκρατίζω. τὸ ἄκρατον πίνω. καὶ Ἀκρατισαμένη, ἀκράτου σπάσασα. [1] Ἡ δὲ Θεοδώρα ἀκρατισαμένη ἡσυχίαν ἦγεν. Ὅτι δεῖπνον, τὸ πρωϊνὸν ἄριστον, ἀκρατισμὸς λέγεται. ζήτει ἐν τῷ Δεῖπνον.

Ἀκράπισμα. [2] [3] ἔμβρωμα.

Ἀκρατοπότης. ὁ μέθυσος. ὁ τὸν ἄκρατον οἶνον ἀπλήστως πίνων.

Ἄκρατον. διαυγῆ. ἀκραιφνῆ. [4] Διαῤῥεῖ δὲ λόγος ἐκ Μακεδόνων, ὃς λέγει, ἀετὸν ἐπιφοιτῶντα, καὶ τὰς πτέρυγας ὑποτείνοντα, ἀποστέγειν αὐτοῦ καὶ τὴν ἄκρατον ἀκτῖνα, ἑαυτὸν ἀπαιωροῦντα, καὶ, ὅτε ὕοι, τὸν πολὺν ὑετόν.

Ἄκρατος. Ξενοφῶν. Πάνυ δὲ ἦν ὁ οἶνος ἄκρατος, εἰ μή τις ὕδωρ ἐπιχέοι. Καὶ αὖθις· [5] Ἡ τρὶς εἰδυῖ' ἀκρήτου χειλοποτεῖν κύλικας.

Ἄκρατος ἡλίου ἀκτίς. [6] Τὸν δὲ ἀετὸν τὰς πτέρυγας ὑποτείνοντα, καὶ ἑαυτὸν αἰωροῦντα, ὡς στέγειν τὴν ἄκρατον ἀκτῖνα τοῦ ἡλίου.

Ἄκρατος οἶνος. [7] Ἀγαθοῦ δαίμονος. Αἰρομένης τῆς τραπέζης μετὰ τὸ δεῖπνον, ἄκρατος οἶνος περιεφέρετο, καὶ ἐκαλεῖτο Ἀγαθοῦ δαίμονος. οἱ δέ φασι, τὸ πρῶτον ποτήριον οὕτω λέγεσθαι. καὶ Ἀκρατότερος.

Ἀκράτου. ὑπερζεούσης. Μή ποτε ἀλόγιστος ὄχλος δι' ὀργῆς ἀκράτου λάβῃ τὴν ἀποτυχίαν.

Ἀκράτωρ. ὁ ἀκρατής. Ἦν δὲ οἴνου τε ἀκράτωρ καὶ τῶν ἄλλων ἡδονῶν. Καὶ αὖθις· [8] Ἀκράτωρ ἑαυτοῦ ὢν, ἐσήλατο ἐς τὸν νεών. Φιλοχρημάτω τε ἤστην, καὶ ἡδονῶν ἀκράτορε. Ἀκράτωρ, ἀκράτορος, συστέλλει.

Ἀκρατῶς. ἐπιτεταμένως. συντόνως. Ἱππεῖς ἤλαυνον ἀκρατῶς, καὶ ἅμα ἀνεβόων.

Ἀκραιβατινή. ὄνομα πόλεως.

Ἀκραιφνές. καθαρόν. ὑψηλόν. τέλειον. [9] Φάβιος δὲ κατατιθέμενος τὴν ἀρχὴν, παρῄνει τοῖς περὶ τὸν Αἰμύλιον, τριβαῖς τοῦ πολέμου μακραῖς τὸ ἀκραιφνὲς καὶ ἀκάθεκτον τῆς τοῦ Ἀννίβου καταναλίσκειν φύσεως.

Ἀκραιφνῆ. ἀκραιφνῶς. ἐπίῤῥημα.

Ἀκραιφνής. [10] Βοήθειά τις παρεγίγνετο, καὶ ἀκραιφνὴς γενομένη, πολλὴν ἐποίησε τὴν ῥοπὴν, τοῖς μὲν Ῥωμαίοις ἐπὶ τὸ ἀθυμότερον· τοῖς δὲ Βαρβάροις, ἐπὶ τὸ εὐθυμότερον. τουτέστι, δυνατή. ὁλόκληρος.

tum pudenda lingunt. Extremas [pudendorum] partes lingetis, ut hirci.

Ἀκρατίζω. Merum bibo. Et Ἀκρατισαμένη quæ merum hausit. *Theodora vero, cum merum hausisset, quievit.* † Jentaculum matutinum dicitur Ἀκρατισμός. Quære in v. Δεῖπνον.

Ἀκράπισμα. Jentaculum.

Ἀκρατοπότης. Ebriosus. Qui vino mero se avide ingurgitat.

Ἄκρατον. Perspicuum. Sincerum. *Sparsa autem est fama a Macedonibus, quæ fert, aquilam advolantem, & alis expansis in aere suspensum, tam fervidos Solis radios, quam, cum plueret, imbres ab eo propulsasse.*

Ἄκρατος. Purus. Merus. Xenophon. *Erat autem vinum hoc valde forte, nisi aqua dilueretur.* Et iterum: *Tres sciens vini meri potare calices.*

Ἄκρατος ἡλίου ἀκτίς. [Fervidus Solis radius.] *Ferunt autem Aquilam, alas expandentem, & in aere suspensum, fervidos Solis radios ab eo arcuisse.*

Ἄκρατος οἶνος. [Poculum] boni Dei. Cum post cœnam mensa tolleretur, vinum merum circumferebatur, quod boni Dei [poculum] vocabatur. Alii autem tradunt, primum poculum sic appellatum fuisse. Et Ἀκρατότερος, [meracior.]

Ἀκράτου. Supra modum ferventis. *Ne forte temeraria turba, spe sua frustrata, ira excandesceret.*

Ἀκράτωρ. Impotens. *Erat autem vino aliisque voluptatibus supra modum deditus.* Et iterum: *Sui impos in templum saltu se immisit.* † *Ambo erant avari, & modum in voluptatibus servare nescii.* Ἀκράτωρ, ἀκράτορος, [syllabam το] corripit.

Ἀκρατῶς. Intense. Vehementer. *Equites præcipiti cursu ferebantur, & simul clamorem tollebant.*

Ἀκραιβατινή. Nomen urbis.

Ἀκραιφνές. Purum. Excelsum. Perfectum. *Fabius autem Magistratum deponens, Æmilium monuit, ut longis belli moris violentum & indomitum Annibalis ingenium frangeret.*

Ἀκραιφνῆ. Pro ἀκραιφνῶς. Adverbium.

Ἀκραιφνής. [Integer.] *Auxilium quoddam militum venit, quod, cum integris esset viribus, magnum ad Romanorum animos minuendos, Barbarorum vero fiduciam augendam, momentum attulit.* [Hic Ἀκραιφνὴς significat,] validus, integer.

1 Ἡ δὲ Θεοδώρα ἀκρατ.] Hæc leguntur apud Procop. in Histor. Arcan. cap. xv. unde ea deprompsit Suidas.

2 Ἀκράπισμα. ἔμβρ.] In MSS. & Edit. prioribus, excepta Genevensi, legitur Ἀκράπισμα. Sed vox illa procul dubio mendosa est; cujus loco Portus legendum esse Ἀκράτισμα recte monuit. Glossæ veteres: Ἀκράτισμα, *Jentaculum.*

3 Ἔμβρωμα.] Scholiasta Homeri ad v. 381. Il. Β. Δεῖπνον, τὸ παρ' ἡμῖν νῦν ἄριστον λεγόμενον, τὸ πρωϊνὸν ΕΜΒΡΩΜΑ.

4 Διαῤῥεῖ δὲ λόγος ἐκ Μακ.] Fragmentum hoc plenius repetitur infra v. Λάγος: ex quo loco discimus, Ptolemæi Lagi filium, a patre expositum, eum esse, a quo aquilam expansis alis Solis radios & pluviam propulsasse auctor anonymus hic narrat

5 Ἡ τρὶς εἰδυῖ' ἀκρ.] Potius legendum videtur, ἡ τρεῖς, quæ verba Hexametrum claudunt: quem sequitur deinde Pentameter: Εἰδυῖ' ἀκρήτου χειλοποτεῖν κύλικας. In MSS. Paris. locus hic ita legitur: Ἡ τρὶς ἐφεξῆς Εἰδυῖ' ἀκρήτου χειλοποτεῖν κύλικας. Nemini non facile subolet, verba hæc esse partem Epigrammatis in fœminam temulentam & ebriosam. Sed ubi Epigramma hoc exstet, jam non recordor.

6 Τὸν δὲ ἀετὸν τὰς πτ.] Vide paulo ante v. Ἄκρατον, ubi idem fragmentum legitur.

7 Ἀγαθοῦ δαίμονος.] Vide supra v. Ἀγαθοῦ δαίμονος.

8 Ἀκράτωρ ἑαυτοῦ ὢν ἐσ.] Pars hujus fragmenti repetitur infra v. Κυρηναϊκοί, præfixo Æliani nomine. Vide etiam v. Ἐσήλατο.

9 Φάβιος δὲ κατατιθ.] Hoc fragmentum Casaubonus ad Polybium refert.

10 Βοήθειά τις παρεγ.] Hoc fragmentum Fulv. Ursinus & Casaubonus Polybio tribuunt.

Ἀκραιφνῆς. ἀκηροφανοῦς. οἱονεὶ ἀβλαβοῦς. Κὴρ γὰρ ὁ θάνατος·

Ἐκ [1] πενίης (ὡς οἶσθα) ἀκραιφνέος, ἀλλὰ δικαίης,
Κύπρις [2] ταῦτα δέχου δῶρα Λεωνίδεω.

ἐν Ἐπιγράμμασι.

Ἀκραίφνιον. ὄνομα πόλεως.

Ἀκρεμόνες. βλαστοί. κλάδοι. [3] Ἰσόχνοον, ἀκμὴν εὐπετάλοις συμφυὲς ἀκρέμοσιν. ὀξύνεται ἀκρεμών, ὡς ἡγεμών.

Ἀκρήβης. ὁ νέος.

Ἀκρησία. ἡ ἀκρασία.

Ἀκριβής. δοκεῖ ἀκριβὲς καὶ τὸ ἀναγκαῖον σημαίνειν. καὶ εἰ κατασκευάσαι βουλόμεθα, ὅτι πᾶσα ὑπόληψις τοῦ σπουδαίου ἀκριβής. ἀκριβὴς γὰρ δοκεῖ εἶναι ἡ δι' ἀναγκαίων γενομένη, καὶ ἂν πᾶσα σπουδαίου ὑπόληψις ἔχει. γίνονται γὰρ ὑπολήψεις τῷ σπουδαίῳ, καὶ περὶ τῶν ἐνδεχομένων. μεταλαμβάνοντες δὲ τὸ ἀκριβὲς εἰς τὸ σαφὲς, ἢ εἰς τὸ ἀληθὲς, εὐκολώτερον τὸ προκείμενον δείξομεν. πᾶσα γὰρ ἡ τοῦ σπουδαίου ὑπόληψις, σαφής τε, καὶ διηρθρωμένη, καὶ ἀληθής. ὁμοίως καὶ πρὸς τὸν οἰκείαν τινὰ ὑπόληψιν περί τινος ἐκτιθέμενον· οἷον περὶ ἡδονῆς, ὁποίαν αὐτῷ εἶναι δοκεῖ. ὁ μὲν λέγων ἀκριβῆ αὐτοῦ τὴν ὑπόληψιν εἶναι, οὐδέπω γνωρίμως λέγει. εἰ δὲ τὸ ἀκριβὲς εἰς τὸ σαφὲς μεταλάβοι, γνώριμον ἂν, ὃ λέγει, ποιήσειεν. Ἔτι δὲ τὸν μὲν σπουδαῖον φιλοπράγμονα δεῖξαι, μεταλαβόντα τὴν φιλοπραγμοσύνην εἰς πολυπραγμοσύνην. τὸ γὰρ περὶ τὴν οὐρανίαν τε καὶ φύσει συνεστῶσαν ἐπάζειν τε, καὶ ζητεῖν, πολυπραγμονεῖν ἐστι· τοιοῦτος δὲ ὁ σπουδαῖος. τὴν δὲ τοῦ σπουδαίου ὑπόληψιν οὐ σαφῆ, μεταλαμβάνοντας τὸ σαφὲς εἰς τὸ ἀκριβές. εἰ γὰρ τὸ μὲν ἀκριβὲς ἀναγκαῖον, οὐ πᾶσα δὲ ὑπόληψις τοῦ σπουδαίου ἀκριβὴς ᾖ, ὥστε οὐδὲ σαφής.

Ἀκραιφνῆς. [Dictum quasi] ἀκηροφανῆς. Illæsi. Κὴρ enim significat mortem.

*Viri, ut nosti, summe quidem pauperis, sed justi,*
*O Venus, accipe dona hæc Leonidæ.*

Ἀκραίφνιον. Acræphnium. Nomen urbis.

Ἀκρεμόνες. Germina. Rami. *Lanuginem habens similem [pubescentibus,] & frondosis adhuc ramis adhærens.* Ἀκρεμὼν acuitur, ut ἡγεμών.

Ἀκρήβης. Juvenis.

Ἀκρησία. Pro ἀκρασία. [Intemperantia.]

Ἀκριβής. [Accuratus.] Ἀκριβὲς videtur etiam significare id, quod est necessarium: ut, si velimus astruere, omnem boni viri opinionem esse ἀκριβῆ, i. e. accuratam. Nam opinio ἀκριβὴς illa videtur esse, quæ ex necessariis conficitur, & quæ omnis opinio viri boni habet. Nam viro bono sunt etiam opiniones de contingentibus. Sed si mutata vocis significatione τὸ ἀκριβὲς accipiamus pro perspicuo, aut pro vero, rem propositam facilius demonstrabimus. Nam omnis viri boni opinio est & perspicua, & distincta, & vera. Similiter etiam dicendum est de illo, qui opinionem suam de re aliqua exponit: ut, de voluptate; nempe qualis ipsi hæc videatur esse. Qui enim dicit, ipsius opinionem esse ἀκριβῆ, nondum manifeste dicit, qualis illa sit. Sed si, pro ἀκριβὲς, dicat σαφὲς, i. e. perspicuum; facile omnes, quæ dicit, intelligent. Licet etiam probare, virum bonum esse φιλοπράγμονα [i. e. intempestive curiosum,] voce φιλοπραγμοσύνη pro πολυπραγμοσύνη sumpta. Nam res cœlestes & naturales scrutari & indagare est hominis curiosi, sive πολυπραγμονοῦντος: qualis est vir bonus. Viri vero boni opinionem [vocare licet] οὐ σαφῆ, [non perspicuam,] vocem σαφὲς pro ἀκριβὲς sumentes. Si enim τὸ ἀκριβὲς est necessarium: omnis autem viri boni opinio non est ἀκριβής: ergo ne σαφὴς quidem est, sive perspicua.

Ἀκριβής. βέβαιος. Ἐλέγετο γὰρ καὶ ἀκριβὴς ζηλωτὴς τῆς τοῦ Μάνεντος δόξης. Καὶ Ἀκριβοῦς. ἐγνωκέναι τὸ ἀκριβὲς δυναμένου. καὶ Ἀκριβοῦν, ὁμοίως. καὶ Ἀκριβῶς. Θροῦς ἦν, οἷα οὐκ ἀκριβῶς κοιμωμένων. ἀντὶ τοῦ, ἀληθῶς.

Ἀκριβῶ. αἰτιατικῇ. Ἀκριβωθήσεται, ἀκριβῶς μελετηθήσεται. [4] Ἀριστοφάνης. Οὐδ' ἂν προβαίη τὸν ἕτερον πόδα, εἰ μὴ ταῦτ' ἀκριβωθήσεται.

Ἀκρίζω. [5] τὸ ἄκρον κόπτω.

Ἀκρίς. εἶδος ζωϋφίου. [6] Ἤσθιε δὲ ἀκρίδας ὁ Πρόδρομος, καὶ μέλι ἄγριον, ὅπερ, ἀπὸ τῶν δένδρων ἐπισυναγόμενον, Μάνα τοῖς πολλοῖς προσαγορεύεται.

Ἀκριβής. Constans. *Dicebatur enim constans propugnator opinionis Manetis.* Et Ἀκριβοῦς, qui τὸ ἀκριβὲς, i. e. verum, dignoscere potest. Et Ἀκριβοῦν, similiter: & Ἀκριβῶς. *Strepitus erat, tanquam non vere dormientium.* [Hic ἀκριβῶς] positum est pro ἀληθῶς.

Ἀκριβῶ. Accusativo jungitur. Ἀκριβωθήσεται, accurate considerabitur. Aristophanes. *Non promovebo alterum pedem, nisi hæc accurate observata fuerint.*

Ἀκρίζω. Summum cædo.

Ἀκρίς. [Locusta.] Genus animalculi. [Johannes, Christi] præcursor, comedit locustas, & mel sylvestre, quod ab arboribus collectum multi Manna vocant.

1 Ἐκ πενίης, ὡς οἶσθα ἀκρ.] Est pars Epigrammatis, quod integrum legitur Anthol. lib. VI. p. 555.

2 Κύπρις] Sic etiam in Anthol. legitur. MSS. vero Paris. habent Κύπρι.

3 Ἰσόχνοον, ἀκμ.] Vide quæ de hoc loco notavimus supra ad v. Ἀκμή.

4 Ἀριστοφάνης] Ἐκκλησιαζ. p. 489. ubi locus hic ita legitur:
Ἐκκλησιάζουσ' οὐκ ἂν προβαίην τὸν πόδα
Τὸν ἕτερον, εἰ μὴ ταῦτ' ἀκριβωθήσεται. P. † In primo versu redundat syllaba; qui proinde sic legendus est: Ἐκκλησιάζουσ' οὐ προβαίην ἂν πόδα. Sic enim metri ratio ei constabit.

5 Ἀκρίζω. τὸ ἄκρον κόπτω] Vide Hesychium, qui vocem hanc aliter exponit.

6 Ἤσθιε δὲ ἀκρίδας ὁ Πρόδρ.] De loco Matth. III. 4. & Marci I. 6. ubi Johannes Baptista dicitur edisse ἀκρίδας, variæ olim Patrum & Hæreticorum fuerunt sententiæ, quas succincte enarrat Suicerus in Thesauro Eccles. v. Ἀκρίς.

Ἀκρισία. ἡ ἀδιακρισία. καὶ κακὴ κρίσις. καὶ Λιβάνιος· Οὐκοῦν ἀκρισία μὲν ἐν ἀμφοῖν· ἔχει δέ τινα τοὐμὸν φιλανθρωπίαν. [1] καὶ ἄλλο κατὰ μεμβιασμόν. Γυναικός [2] τινος, Δανάης ὄνομα, δυσπειθῶς πρός τινα δίκην ἀπαντώσης, σοφός τις πρὸς αὐτὴν ἀπεφθέγξατο· κρίθητι καὶ σύ. οὐκ εἶ Δανάη ἡ Ἀκρισίου θυγάτηρ.

Ἀκρισία. Defectus judicii in discernendo. Vel, cum male de rebus judicamus. Libanius: *Ergo ambo quidem judicii defectu laboramus: meum tamen [factum] aliquam habet humanitatem.* † *Cum quaedam mulier, nomine Danae, aegre persuaderi posset, ut se in judicio sisteret: Sapiens quidam ad eam dixit: Judicium tu quoque subi. Haud enim es Danae, Acrisii filia.*

Ἀκρίσιος. ὄνομα κύριον. ὁ ἡμίθεος ἀνήρ.

Ἀκρίσιος. Nomen proprium. Semideus vir.

Ἀκρισιώνη. ὄνομα πατρωνυμικόν.

Ἀκρισιώνη. Nomen patronymicum.

Ἄκριτα. ἀδιάκριτα.

Ἄκριτα. Indiscreta.

Ἀκριτί. ἄνευ κρίσεως.

Ἀκριτί. Sine judicio.

Ἀκριτόμυθος. [3] πολυλόγος. ἀκρίτους ἔχων τοὺς λόγους.

Ἀκριτόμυθος. Verbosus. Qui sine judicio & delectu loquitur.

Ἄκριτος. [4] ἀντὶ τοῦ ἀδιάκριτος. οὕτω Δημοσθένης.

Ἄκριτος. Indiscretus. Sic Demosthenes.

Ἀκριτόφυλλον. [5] σύμφυτον πολλοῖς δένδροις, ὥστε μὴ διακρίνεσθαι αὐτῶν τὰ φύλλα, ἃ φέρει. ἢ κατάσκιον.

Ἀκριτόφυλλον. Multis arboribus consitum, ita ut folia, quae in arboribus sunt, discerni non possint. Vel, umbrosum.

Ἀκροᾶσθαι, γενικῇ. ἀντὶ τοῦ, ὑπακούειν. οὕτως Ἀντιφῶν.

Ἀκροᾶσθαι. Genitivo jungitur. Pro, dicto audientem esse. Sic Antipho.

Ἀκροατής. καὶ Ἀκροᾶσθαι. ὁ μαθητής, καὶ τὸ μανθάνειν. [6] Δαμάσκιος. Ὁ δὲ ἠκροᾶτο λόγων γεγηρακότων, καὶ σοφίᾳ τινὶ κεκραμένων. καὶ Ἀκροαμάτων, τουτέστιν ἀκουσμάτων. [7] Καὶ διαμένει καὶ νῦν παρ' αὐτοῖς πολιτευόμενον τὸ πρᾶγμα, ὥσπερ ἄλλο τι τῶν ἀκροωμένων, αὐλὸς, ἢ κιθάρα, τέρψεως ἕνεκα, καὶ ψυχαγωγίας.

Ἀκροατής. Discipulus. Et Ἀκροᾶσθαι. Discere. Damascius. *Ille vero audiebat sermones seniorum, & qui sapientia quadam temperati essent.* Et Ἀκροαμάτων. Acroamatum. *Et apud ipsos nunc etiam illa consuetudo permanet, ut quidvis aliud eorum, quae audiuntur, ut tibia, vel cithara, delectationis, animique gratia.*

Ἀκροβολίς. εἶδος ἀκοντίου.

Ἀκροβολίς. Jaculi genus.

Ἀκροβολίζεται. τὰ ἄκρα τοῦ σώματος βάλλεται.

Ἀκροβολίζεται. Summas corporis partes feritur.

Ἀκροβολισμός. ἐρεθισμός. καὶ τὸ ἄκρον βάλλειν. Ὁ [8] δὲ τῶν βαρβάρων ἡγούμενος ἐγνωμάτευε σὺν τῷ ἀδελφῷ, καὶ ἔλεξεν· ἐγὼ μὲν ἐνέδρας ποιήσομαι· σὺ δὲ χρῶ ἀκροβολισμοῖς, καὶ τοξεύμασιν. ἀντὶ τοῦ, βουλὰς ἐδίδου, καὶ γνώμας.

Ἀκροβολισμός. [Velitatio.] Irritatio. Significat etiam summas partes ferire. *Barbarorum vero Dux, cum fratre consultans, dixit: Ego in insidiis ero; tu vero velitationibus utere, & sagittis rem gere.* [Hic ἐγνωμάτευε significat] consilium dabat, sententiam suam aperiebat.

Ἀκροβόλοι. ἀκοντισταί, τοξόται.

Ἀκροβόλοι. Jaculatores. Sagittarii.

Ἀκροβυστία. τὸ μὴ περιτετμῆσθαι. περιτομὴ δὲ, τὸ περιτετμῆσθαι τὸ ἄκρον.

Ἀκροβυστία. Praeputium. Περιτομὴ vero, Circumcisio: sive, cum summa [membri virilis] pars alicui circumcisa est.

Ἀκρογωνιαῖος [9].

Ἀκρογωνιαῖος. [Lapis angularis.]

Ἀκρόδρυα. [10] καρποὶ δενδρικοί. πάντες οἱ τῶν δένδρων καρποί. [11] Ἐπέρριπτον δὲ αὐτοῖς [12] οἱ μὲν κάνδυν. οἱ δὲ, ἀκρόδρυα.

Ἀκρόδρυα. Fructus arborei. Omnes arborum fructus. *In ipsos alii quidem candyn; alii vero omne genus arboreorum fructuum, conjecerunt.*

1 Καὶ ἄλλο κατὰ μεμβιασμόν] Haec verba aliis interpretanda lubens relinquam. Meam enim aciem hic obtusam esse fateor.

2 Γυναικός τινος, Δανάης ὄνομα] Hoc exemplum non pertinet ad v. Ἀκρισία, sed Ἀκρίσιος.

3 Ἀκριτόμυθος] Hoc epitheto insignitur Thersites, homo inepte loquax, apud Homerum Il. B. 246.

4 Ἄκριτος. ἀντὶ τοῦ ἀδ.] Ex Harpocratione.

5 Ἀκριτόφυλλον] Est epithetum montis apud Homerum in *Boeotia*, v. 375.

6 Δαμάσκιος. Ὁ δὲ ἠκρ.] Fragmentum hoc Damascii, vel, ut verius dicam, pars ejus exstat in Excerptis Photianis Cod. CCXLII. pag. 1032. ut Pearsonius observavit.

7 Καὶ διαμένει καὶ νῦν παρ' αὐτοῖς κτλ.] Sensus fragmenti hujus est obscurus & imperfectus. Quae ratio est, quare versionem Porti qualemcunque hic retinuerim, quoniam meliorem dare non potui.

8 Ὁ δὲ τῶν βαρβάρων ἡγ.] Vide infra v. Ἐγνωμάτευε, ubi fragmentum hoc repetitur.

9 Ἀκρογωνιαῖος] Vid. Epist. ad Ephes. II. 6. & 1 Petr. II. 6.

10 Ἀκρόδρυα. καρποὶ δενδρ.] Vide Petav. ad Synes. Encom. Calvit. pag. 29.

11 Ἐπέρριπτον δὲ αὐτοῖς οἱ μὲν κάνδ.] Fragmentum hoc plenius repetitur infra v. Σκεπαῖος.

12 Οἱ μὲν κάνδυν] Florens Christianus ad Aristophanem in *Pace*, pag. 633. D. pro κάνδυν, legendum hic suspicatur κάνδυλον, quae vox significat cibum ex lacte, melle, & caseo. Sed cave viro illi docto assentiaris. Nam κάνδυν legitur etiam infra v. Σκεπαῖος. quo loco auctor anonymus, praeter alia diversi generis, etiam chlamydes a populo favente in aliquem conjectas fuisse refert. Si igitur chlamydes tunc inter missilia fuisse credimus; nullam video rationem, quare non etiam de aliis vestibus, quarum species erat candys, idem concedendum sit. Solebant enim olim Graeci in eos, quos plausu & honore prosequi volebant, cum alia omnis generis, tum etiam vestes in locis publicis conjicere. Suidas infra v. Δαμνών(?): Οὗτος εἰς Αἰγαῖον ἐπὶ νομοθεσίας εὐφημούμενος ἐν τῷ θεάτρῳ, ἐπιρριψάντων αὐτῷ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν πολλοὺς στεφάνους, καὶ ΧΙΤΩΝΑΣ, καὶ ΙΜΑΤΙΑ, ἀπεπνίγη. Item v. Περιαγειρόμενοι. Ὡς καὶ νῦν τοῖς

Ἀκροθίνια.[1] αἱ τῶν ἐνιαυσιαίων καρπῶν ἀπαρχαί. Ἀκροθίνια δὲ κυρίως καλοῦσι τὰς ἀπαρχὰς, ἃς ἀνατιθέασιν οἱ ἐξ ἐμπορείας, παρὰ τὸ ἀπὸ τοῦ θινὸς, τουτέστι τοῦ αἰγιαλοῦ, σώζεσθαι αὐτά. ἄλλοι δὲ, [2] τὰ ἀπὸ τῶν πολέμων. παρὰ τὸ σίνεσθαι ἐν τῷ πολέμῳ πολλοὺς, τουτέστι βλάπτεσθαι. ἢ τὰ ἄκρα τῶν σωρῶν. ἢ τὰ λάφυρα. [3] Ὅτι Ἡρακλείδης ὁ Λύκιος, σοφιστὴς, ἔφη, [4] Νικήτης ὁ κεκαθαρμένος, ἀγνοήσας ἀκροθίνια πυγμαίων Κολοσσῷ ἐφαρμόζειν. παροιμία, ἐπὶ τῶν μάτην κοπιώντων.

Ἀκροκορινθία[5] ἔοικας [6] χειροπωλήσειν. ζήτει ἐν τῷ Χοῖρος.

Ἀκροκελαινιόων.[7] τὸ ἄκρον τοῦ κύματος μελαίνων.

Ἀκρόκομοι.[8] μετρίως κομῶντες. ἢ λίαν. ἢ τὰ ἄκρα τῆς κεφαλῆς κομῶντες.

Ἀκρόλειον. ἀπαρχή. ὥσπερ πρωτόλειον. Πολυξένην καταθῦσαι τοὺς Ἕλληνας ἀκρόλειον. Καὶ αὖθις· Ὅσα ἦν θεοῖς ἀναθήματα, καὶ ἀκρόλεια.

Ἀκρολοφία. ἡ κορυφὴ τοῦ λόφου. τουτέστι, τοῦ βουνοῦ.

Ἄκρον.[9] ἐπιλίγδην. μεσότητος ἐπίρρημα. ἀντὶ τοῦ, ἐπιψαύδην. ὅσον ἐπιψαῦσαι μόνον. καὶ ὅτι ἐν Ἰλιάδι ἅπαξ, καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ ἅπαξ.

Ἀκρόνιον. τὸ τῆς νεὼς ἄκρον.

Ἄκρον λάβε,[10] καὶ μέσον ἕξεις. παροιμία, ἐπὶ τῶν δυσφράστων καὶ δυσνοήτων.

Ἀκρόνυξ.[11] τὸ ἄκρον τῆς νυκτός. καὶ Ἀκρονυχία, ὁμοίως, διὰ τοῦ ο μικροῦ. Ἀκρώνυξ δὲ, καὶ Ἀκρωνυχία, τὸ ἄκρον τοῦ ὄνυχος, καὶ τοῦ ὄρους· διὰ τοῦ ω μεγάλου.

Ἀκροποδιτί. ἄκροις ποσίν.

Ἀκρόπολις. Δαμάσκιος. Τὰ γὰρ ἐπιφανέστατα τῶν ὀχυρωμάτων ὡς ἐπίπαν κοινὴν ἔχει τὴν φύσιν. γνοίη δ' ἄν τις τὸ λεγόμενον ἐκ τῶν περὶ τὰς ἀκροπόλεις συμβαινόντων. αὗται γὰρ δοκοῦσι μὲν μεγάλα συμβάλλεσθαι πρὸς ἀσφάλειαν τῶν πολεμίων, ἐν οἷς ἂν ὦσι, καὶ πρὸς τὴν τῆς ἐλευθερίας φυλακήν. γι-

Ἀκροθίνια. Fructuum annuorum primitiæ. Proprie autem ἀκροθίνια vocant primitias, quas mercatores Deo dedicant: sic dictas, quod ἀπὸ τοῦ θινὸς, i. e. ex littore servatæ sint. Alii vero [sic vocari tradunt] spolia bellica, [quasi ἀκροσίνια;] a σίνεσθαι, lædi: quod multi in bellis lædantur. Vel, acervorum summæ partes; vel, spolia. † Heraclides Lycius Sophista librum scripsit, quem vocavit *Niceta purgatus*; ignorans, se Pygmæorum spolia aptare Colosso. Proverbium hoc dicitur de illis, qui frustra laborant.

Ἀκροκορινθία. *Tanquam Corinthia videris vulgato corpore quæstum factura.* Quære in voce Χοῖρος.

Ἀκροκελαινιόων. Summam undæ partem nigricantem habens.

Ἀκρόκομοι. Modicam, vel, nimiam comam alentes. Vel, qui verticem capitis comatum habent.

Ἀκρόλειον. Primitiæ. Idem, quod πρωτόλειον. *Græcos immolasse Polyxenam, ut belli primitias.* Et iterum: *Quæcunque donaria & primitiæ Diis [consecrata] erant.*

Ἀκρολοφία. Collis vertex.

Ἄκρον. Est adverbium, quod etiam terminationem nominis habet, significans strictim, leviter. Semel in Iliade, & semel in Odyssea legitur.

Ἀκρόνιον. Summa navis pars.

Ἄκρον λάβε. Summum cape, & medium habebis. Proverbium, quod dicitur de rebus explicatu & intellectu difficilibus.

Ἀκρόνυξ. Primæ noctis tempus. Et Ἀκρονυχία, idem: per ο parvum. Ἀκρώνυξ vero, & ἀκρωνυχία significat summam unguis & montis partem, per ω.

Ἀκροποδιτί. Summis pedum digitis.

Ἀκρόπολις. [Arx urbis.] Damascius. *Munimenta enim maxime insignia ancipitem plerumque natura sua habent usum: quod quivis facile intelliget, qui arces urbium consideraverit. Hæ enim multum conferre videntur ad securitatem urbium, in quibus sunt, & ad libertatis conservationem: cum tamen sæpe servitutis*

ἐπιφανῶς ἀγωνισαμένοις ἐπιβάλλουσι ταινίας καὶ ζώνας· οἱ δὲ ΧΙΤΩΝΑΣ. Frequentissimum autem erat, florum & foliorum conjectione plausum & favorem suum testari; quod φυλλοβολία vocabatur: cujus moris auctores passim meminerunt. Arrianus *de Rebus Indicis*, pag. 589. C. Νέαρχος, ὅπῃ περιφανείη τῷ στρατῷ, ΑΝΘΕΣΙ τε καὶ ταινίῃσιν ἐβάλλετο. i. e. *Nearchus, ubicunque in exercitu conspiceretur, floribus & tæniis petebatur.* Suidas v. Περιαγειρόμενοι. ΑΝΘΕΣΙ ΚΑΙ ΦΥΛΛΟΙΣ ἔβαλλον περιτρέχοντες. Plura de hoc φυλλοβολίας more notavit Casaubonus ad Suetonium.

1 Ἀκροθίνια. αἱ τῶν ἐν.] Cum hoc loco Suidæ conferendus est Eustathius ad Odyss. T. p. 1862.

2 Τὰ ἀπὸ τῶν πολέμων] Plenius Eustathius: Τὰ δὲ ἐκ πολέμου λάφυρα, ἃς οἷον φασὶν ἀκροσίνια. παρὰ τὸ σίνεσθαι &c.

3 Ὅτι Ἡρακλείδης ὁ Λύκ. σοφ. ἔφη] Locus hic est corruptus & mutilus, quem ex Philostrato emendamus & illustramus infra v. Ἡρακλείδης ὁ Λύκ.

4 Νικήτης ὁ κεκαθαρμ.] Eadem repetuntur infra v. Νικήτης.

5 Ἀκροκορινθία] Portus hic legendum putat Ἀ Κορινθία: quod quidem non aspernor; sed tamen ferri etiam potest Ἀκροκορινθία; quoniam arx urbis Corinthi vocabatur Acrocorinthus: unde κατὰ συνεκδοχὴν Acrocorinthia pro Corinthia satis apte dici potest. Corinthum autem meretricibus olim abundasse cum ex aliis scriptoribus constat, tum etiam ex Strabone, qui lib. VIII. p. 378. refert, fuisse ibi templum Veneris ditissimum, in quo plus mille meretrices sacra Deæ obierint. Hinc intelligimus quare hoc loco mulier venalis pudicitiæ appelletur Ἀκροκορινθία.

6 Χειροπωλήσειν] Est vox obscœna, quæ de fœminis prostituti corporis dicitur.

7 Ἀκροκελαινιόων] Est vox Homerica Il. Φ. v. 249. ubi brevis Scholiasta: Ἀκροκελαινιόων. τὸ ἄνω μέρος τοῦ κύματος ἐξ ἐπιπολῆς μελαινόμενος.

8 Ἀκρόκομοι. μετρ.] Respexit Suidas ad versum illum Homeri Il. Δ. v. 533. Θρήϊκες ΑΚΡΟΚΟΜΟΙ, δολίχ' ἔγχεα χερσὶν ἔχοντες. Ubi vetus enarrator: Ἀκρόκομοι· ἤτοι ἄκρως κομῶντες, εἰς ἀκμὴν, τελείως, καὶ ὅλως. Ἢ, οἱ μὴ κομῶντες ἅπαν, μήτε εἰς ἄκρον τῆς κεφαλῆς, μόνον δὲ κατ' ἀκρότητα.

9 Ἄκρον. ἐπιλίγδην] Vide Homerum Il. P. v. 599. & ibi Scholiastam.

10 Ἄκρον λάβε, καὶ μέσον ἕξεις] Zenobius Centur. I. Adag. 47. originem proverbii hujus ab Oraculo repetit, cujus verba adducam, quoniam locum hunc non parum illustrant. Ἄκρον λαβὼν, καὶ μέσον ἕξεις. Ἐπὶ τῶν δυσφράστων καὶ δυσνοήτων. Οἱ γὰρ τὴν Αἴγιναν οἰκήσαντες πολέμῳ, ἐκπεσόντες τῆς πατρίδος, ἐχρήσαντο τῷ θεῷ. Ὁ δὲ τὸ εἰρημένον αὐτοῖς ἀνεῖλεν. Οἱ δὲ συμβαλόντες τὸν χρησμὸν, ἀκρωτήριόν τι καταλαβόντες, κατὰ μέσον ᾤκησαν. Ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς αἰτίας, ὅταν τι δυσεύρετον θέλωμεν αἰνίξασθαι, χρώμεθα τῇ παροιμίᾳ.

11 Ἀκρόνυξ. τὸ ἄκρ.] Vide supra v. Ἄκρας νυκτός.

νονται

ἔπται δὲ πολλάκις αἴτιαι δειλίας, καὶ κακῶν ὁμολογουμένων, ὥς φησι Πολύβιος.

Ἀκροπόλοισιν.[1] ἀκρωρείαις.

Ἀκροστόλια. τὰ ἄκρα τῆς νεώς. [2] Τὰ δὲ ἐμπρόσθια τῆς σχεδίας ἠρέμα πρὸς τὸ μετέωρον ἐς πρώρας τύπον περιαγαγόντες καὶ ἀποκάμψαντες, ὥσπερ ἀκροστόλια νεὼς καὶ περιέμβολα ἐκμιμησάμενοι. Καὶ Ἀρριανός· [3] Τά τε ἀκροστόλια τῆς βασιλίδος νεὼς χρυσᾶ.

Ἀκροσφαλεῖς. ἄκρως ἐσφαλμένους. Ὁ δὲ ἐκέλευσε χωρεῖν ἐπὶ τοὺς [4] ἄποδας καὶ [5] ἀκροσφαλεῖς Οὔννους. ἄνευ γὰρ ἵππων οὐ ῥᾳδίως ἂν Οὖννος τῆς γῆς πατήσειεν.

Ἀκροσφαλεῖς. ἐν τῷ βαδίζειν σφαλλόμενοι. [6] Τουτέστι, οἱ Οὖννοι. Φιλοκτήτῃ·

Ὡς [7] πάντα δεινὰ [8] κἀπικινδύνως βροτοῖς
Κεῖται· παθεῖν μὲν εὖ, παθεῖν δὲ θάτερα.
Χρὴ δ' ἐκτὸς ὄντα πημάτων τὰ δείν' ὁρᾷν·
Χὤταν τις εὖ ζῇ, τηνικαῦτα τὸν βίον
Σκοπεῖν μάλιστα, μὴ διαφθαρεὶς λάθῃ.

Ἀκροτελεύτιον ἔπος. κυρίως τὸ ἔσχατον κεφαλαίου πρὸς ποιητικοῦ. χρῆται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ πεζοῦ. καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ, [9] τὸ ἄκρον τοῦ τέλους τοῦ στίχου. καλεῖται δὲ ἄκρον, καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ στίχου.

Ἀκρότομος. σκληρός. ὑψηλός. ἢ ὀξύταλος λίθος, ὁ τέμνων. καὶ Ἀκρότομος πέτρα, ἡ σκληρά, καὶ ἄτμητος. Ἀκρότομον δὲ ὄρος, τὸ [10] δυνατόν, παρὰ τῷ Ἰωσήπῳ. Ἐν Αὐρασίῳ τῷ ὄρει πέτρα ἀκρότομος ἦν, κρημνῶν μέσον ἀνέχουσα· ὃ δὴ πύργον οἱ πάλαι ἄνθρωποι βραχὺν κομιδῇ ποιησάμενοι, καταφυγήν τινα ἰσχυράν, καὶ ἀμήχανον, τῆς τοῦ χωρίου φύσεως σφίσι ξυλλαμβανούσης, ἐδείμαντο.

Ἀκροφυσίων λόγους. ἔστιν ἐν τῷ, Ἀπ' ἀκροφυσίων.

Ἀκροχειρίζεσθαι. πυκτεύειν, ἢ παγκρατιάζειν πρὸς ἕτερον [11] ἄνευ συμπλοκῆς. ἢ ὅλως ἄκραις ταῖς χερσὶ μετ' ἄλλου γυμνάζεσθαι. καὶ [12] Ἀκροχερσίτης οὕτω καλούμενος. λαμβανόμενος γὰρ ἄκρων τῶν χειρῶν τοῦ ἀνταγωνιστοῦ, ἔκλα, καὶ οὐ πρότερον [13] ἠφίει, πρὶν ἢ αἴσθοιτο ἀπαγορεύσαντος. [14] Ἦν δὲ καὶ Λεοντίσκος Μεσσήνιος, ἐκ Σικελίας, παραπλησίως ἀγωνιζόμε-

*& manifestorum malorum causæ existant, ut ait Polybius.*

Ἀκροπόλοισιν. Montium verticibus.

Ἀκροστόλια. Summæ navis partes. *Cum autem anteriores ratis partes in proræ speciem leniter circumegissent, acrostolia quasi & rostra navis imitantes.* Et Arrianus: *Aurea Regiæ navis acrostolia.*

Ἀκροσφαλεῖς. In ingressu titubantes, & facile labentes. *Ille autem* [*eos*] *ire jussit ad Hunnos, pedibus ingredi nescientes, & in incessu facile labentes. Absque equis enim Hunnus non facile ambulaverit.*

Ἀκροσφαλεῖς. Qui inter eundum sæpe labuntur. Id est, Hunni. [Sophocles] *Philoctete:*

*Ut omnia tristia & periculis plena mortalibus*
*Proposita sunt: ut nunc bene, nunc male cum illis agatur.*
*Oportet autem, cum calamitatum expertes sumus, mala prospicere:*
*Et, cum vita est prospera, maxime cavendum*
*Ne felicitas nos ignorantes corrumpat.*

Ἀκροτελεύτιον ἔπος. Proprie sic vocatur extrema versus alicujus pars. Dicitur tamen etiam de oratione soluta. Apud Thucydidem sic vocatur finis versus. Vox ἄκρον etiam de initio versus dici potest.

Ἀκρότομος. Durus. Excelsus. Vel, acutissimus lapis, qui secat. Et ἀκρότομος πέτρα, Petra dura, & quæ secari non potest. Apud Josephum vero ὄρος ἀκρότομον vocatur mons asper & transitu difficilis. *In Aurasio monte rupes erat aspera, in medio præruptorum saxorum eminens: ubi prisci homines, turri exigua exstructa, receptaculum quoddam munitum & expugnatu difficile sibi pararunt, loci natura eos adjuvante.*

Ἀκροφυσίων λόγους. Quære in v. Ἀπ' ἀκροφυσίων.

Ἀκροχειρίζεσθαι. Pugilatu, vel Pancratio, certare cum altero, absque nexibus. Vel generaliter, leviter cum altero certare. Et Ἀκροχερσίτης; [nomen proprium viri] ita vocatus, quod [in certamine] extrema manuum prehendens, eas elideret, nec prius dimitteret, quam animum despondere adversarium sentiret. Simili etiam modo Leontiscus Messe-

1 Ἀκροπόλοισιν] Vide Homerum Il. Ε. 523. & Odyss. Τ. 205.

2 Τὰ δὲ ἐμπρόσθια τῆς σχεδ.] Hoc fragmentum depromptum est ex Agathia, lib. v. p. 167. C. Vide etiam infra v. Περιέμβολα.

3 Τά τε ἀκροστόλια τῆς βασιλ.] Locum integrum Arriani, ex quo hæc deprompta sunt, exhibet Suidas infra v. Νεώς.

4 Ἄποδας καὶ ἀκροσφ.] Hunni hic dicuntur ἄποδες, quod, equis semper vehi assueti, raro pedibus ad ambulandum uterentur. Ammianus Marcellinus initio libri XXXI. *Ad pedestres parum accommodati sunt pugnas: verum equis prope affixi, duris quidem, sed deformibus, & muliebriter iisdem nonnunquam insidentes, funguntur muneribus consuetis.* Loquitur ibi de Hunnis.

5 Ἀκροσφαλεῖς Οὔννους] Locum hunc illustrat Henricus Valesius ad locum laudatum Ammiani Marcellini, quem consule.

6 Τουτέστι, οἱ Οὖννοι. Φιλοκτήτῃ.] Hic locus in prioribus Edit. sic legitur: Τυτέστι, φιλόκτηθι Οὖννοι. Sed nemini dubium fore puto, lectionem illam esse corruptissimam, & pro φιλόκτηθι recte me reposuisse Φιλοκτήτῃ: quoniam ea, quæ sequuntur, ex Sophoclis Philoctete descripta sunt.

7 Ὡς πάντα δεινὰ κἀπικ.] Ex Sophocl. *Philoct.* p. 403. *P.*

8 Κἀπικινδύνως] Potius legendum puto κἀπικίνδυνα.

9 Τὸ ἄκρον τοῦ τέλους τοῦ στίχ.] Hæc excerpsit Suidas ex Schol. Thucydidis ad lib. II. c. XVII. ut Portus etiam observavit.

10 Δυνατόν] Probo conjecturam eruditissimi Pearsonii, qui ad marginem Suidæ hic annotaverat, scribendum esse δύσβατον: quam lectionem in versione secutus sum.

11 Ἄνευ συμπλοκῆς] Συμπλοκαὶ a Græcis appellantur nexus & nodi, quibus luctatores adversarios suos constringere & implicare solebant.

12 Καὶ Ἀκροχερσίτης οὕτω καλούμενος] Sic appellatus fuit Sostratus Sicyonius, nobilis Pancratiasta, ut discimus ex Pausania lib. VI. cap. IV. p. 460. unde Suidas locum hunc descripsit. Vide etiam infra v. Λεοντίσκος, ubi eadem repetuntur: sed male ad Leontiscum referuntur, cum, ut modo diximus, de Sostrato Sicyonio hæc intelligenda sint.

13 Ἠφίει] Apud Pausaniam legitur ἀνίει.

14 Ἦν δὲ καὶ Λεοντίσκος Μεσσήνιος ἐκ Σικελίας παρ.] Locum hunc Suidæ egregie illustrat Pausanias lib. VI. pag. 461. cujus de Leontisco hoc Messenio verba adducam: Εἶναι δὲ αὐτὸν λέγουσι τῶν πάλην, κατὰ δὴ καὶ τὸ παγκράτιον τοῦ Σικυωνίου Σωστράτου. Καὶ γὰρ τὸν Λεοντίσκον καταβαλεῖν μὲν οὐκ ἐπίστασθαι τοὺς παλαίοντας, νικᾶν δὲ αὐτὸν κλῶντα τοὺς δακτύλους. Leontisci hujus etiam mentio fit apud Athenæum lib. XIII. p. 578.

νος. οὗτος δὲ ἐπάλαιε. καὶ Ἀκροχειρὶς, τὸ ἄκρον τῆς χειρός.

Ἀκρόχολος. ὁ πρὸς ὀλίγον ὀργιζόμενος. Ἀκρόχωλος δὲ, διὰ τοῦ ω μεγάλου, ὁ πρὸς ὀλίγον χωλεύων.

Ἀκρωλένιον. τὸ ἄκρον τῆς χειρός.

Ἄκρων. Ἀκραγαντῖνος. ἰατρός. υἱὸς Ξένωνος. ἐσοφίστευσεν ἐν ταῖς Ἀθήναις ἅμα Ἐμπεδοκλεῖ. ἔστιν οὖν πρεσβύτερος Ἱπποκράτους. Ἔγραψε περὶ ἰατρικῆς, Δωρίδι διαλέκτῳ. περὶ τροφῆς ὑγιεινῶν βιβλίον ά. ἔστι δὲ καὶ οὗτος τῶν ἐκ τὰ πνεύματα σημειωσαμένων. Εἰς τοῦτον ἐποίησεν Ἐμπεδοκλῆς παιδαστικὸν ἐπίγραμμα·

> Ἄκρον ἰατρὸν [1] Ἄκρων', Ἀκραγαντῖνον, πατρὸς ἄκρου,
>
> Κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀκροτάτης.

Τοὺς δὲ, τὸν δεύτερον στίχον οὕτω προφέρονται.

> Ἀκροτάτης κορυφῆς τύμβος ἄκρος κατέχει.

Τοῦτό τινες Σιμωνίδου φασὶν εἶναι.

Ἀκρώνυξ. τὸ ἄκρον τοῦ ὄνυχος. καὶ τὸ ἄκρον τοῦ ὄρους. καὶ Ἀκρωνυχία ὁμοίως. Ὁ δὲ Φυλακῇ τινὶ ἐπὶ τῆς ἀκρωνυχίας ἐντυχὼν, ταύτην αἰφνιδίῳ προσβολῇ ἐτρέψατο. Ἔστι δὲ Ἀκρωνυχία, καὶ ἡ ἀκρώρεια τοῦ ὄρους. Καὶ [3] Ξενοφῶν. Ἐπεὶ δὲ ἑώρα ὁ Χειρίσοφος προκατειλημμένην τὴν ἀκρωνυχίαν τοῦ ὄρους, [4] ἀφ' ἧς ἡ κατάβασις ἦν εἰς τὸ πεδίον. Ἐνδοτέρω χωρούντων, ἀκρωνυχία τοῦ ὄρους ἐπανίστατο.

Ἀκρώρεια. ἐξοχή. κορυφή. εἰς [5] τρία γὰρ διήρηται τὸ ὄρος· εἰς ἀκρώρειαν, εἰς ὑπώρειαν, εἰς τέρμα. Ἀκρώρεια μὲν ἐστὶν ἡ κορυφή. Ὑπώρεια δὲ, τὰ πλευρὰ τοῦ ὄρους. Τέρμα δὲ, τὰ τελευταῖα, καὶ πόδες.

Ἄκρος. ἀντὶ τοῦ, τέλειος. Εἰς ἄκρον ἐληλακώς. Ἄκρως δὲ, ἐπιρρηματικῶς.

Ἀκρωτηριάζω. αἰτιατικῇ. τέμνω τὰ ἄκρα. καὶ Ἀκρωτηριασμός.

Ἀκρωτήριον.

Ἀκταίη. ἡ παραθαλασσία. ἐν Ἐπιγράμματι. Δῶρα παρ' ἀκταίης σοὶ τάδ' ἐπιφελίης. Καὶ αὖθις. Καὶ βατράχων ὅμιλον εἶδον ἀκταίων.

Ἀκταίνειν. ἀκολασταίνειν, γαυριᾶν, καὶ ἀτάκτως πηδᾶν, ἢ πρὸς συνουσίαν ὁρμᾶν.

Ἀκταίων, Ἀκταίωνος. ὄνομα κύριον. καὶ Ἀκταιωνίδων. [6] Τῶν Ἀκταιωνίδων ἐσσὶ μία σκυλάκων. ἐν Ἐπιγράμματι. συνέστειλε δὲ τὸ ω, διὰ τὸ μέτρον.

Ἀκτή. αἰγιαλὸς παραθαλάσσιος.

Ἀκτή. [7] ἰδίως, ἐπιθαλαττίδιός τις μοῖρα τῆς Ἀττικῆς. ὅθεν καὶ ὁ Ἀκτίτης λίθος. ἐκάλουν δὲ οὕτω καὶ τὴν Ἀττικήν. οἱ μὲν, [8] ἀπό τινος Ἀκταίωνος βασι-

nius Siculus certare solebat: qui luctator erat. Et Ἀκροχειρὶς, extrema manus pars.

Ἀκρόχολος. Qui leviter irascitur. Ἀκρόχωλος vero, per ω magnum, qui leviter claudicat.

Ἀκρωλένιον. Extrema pars manus.

Ἄκρων. Acron, Agrigentinus, medicus, filius Xenonis. Athenis eodem, quo Empedocles, tempore Philosophiam docuit. Est igitur antiquior Hippocrate. Scripsit de Arte Medica, dialecto Dorica: item, de salubri victus ratione librum unum. Hic etiam unus est illorum, qui ventos quosdam observarunt. In hunc Empedocles tali Epigrammate lusit:

> *Summum Medicum Acronem, Acragantinum, summi patris filium,*
>
> *Tegit summus vertex summæ patriæ.*

Quidam vero versum secundum sic proferunt:

> *Summi culminis summum habet sepulcrum.*

Hoc Epigramma quidam Simonidis esse dicunt.

Ἀκρώνυξ. Summa unguis pars. Item, montis cacumen. Et Ἀκρωνυχία, idem. *Ille autem, cum in præsidium quoddam in summo montis cacumine collocatum incidisset, hoc repente invadens in fugam vertit.* Ἀκρωνυχία, montis cacumen. Xenophon. *Cum autem videret Chirisophus, præoccupatum esse montis verticem, ex quo descensus erat in planitiem.* † *Cum interius recederent, montis vertex obstabat.*

Ἀκρώρεια. Summa montis pars. Vertex. In tres enim partes mons dividitur: in ἀκρώρειαν, ὑπώρειαν, & τέρμα. Ἀκρώρεια, est montis vertex. Ὑπώρεια, latera montis. Τέρμα vero, partes extremæ, & quasi pedes.

Ἄκρος. Perfectus. Εἰς ἄκρον ἐληλ. Qui ad summum pervenit. Ἄκρως vero est adverbium.

Ἀκρωτηριάζω. Accusativo jungitur. Extrema abscindo. Et Ἀκρωτηριασμὸς, [mutilatio].

Ἀκρωτήριον. [Promontorium].

Ἀκταίη. Maritima. In Epigrammate. *Dona ex maritimo tibi hæc [consecrantur] quæstu.* Et rursus. *Ranarum turbam vidi littoralium.*

Ἀκταίνειν. Lascivire. Ferocire. Incomposite saltare. Vel, in Venerem ruere.

Ἀκταίων. Actæon, Actæonis. Nomen proprium. Et Ἀκταιωνίδων. *Una es canum Actæonidum.* In Epigrammate: ubi τὸ ω magnum propter metrum corripitur.

Ἀκτή. Littus maritimum.

Ἀκτή. Acte. Proprie sic vocabatur maritima quædam Atticæ pars. Unde & Actites lapis. Sic autem & Atticam vocabant: alii qui-

1 Ἄκρον ἰατρὸν Ἄκρων' Ἀκρ.] Hæc, & quæ sequuntur, Suidas excerpsit ex Laert. lib. VIII. Sect. LXV. quod etiam a Porto observatum fuit.

2 Ἄκρων' Ἀκραγαντ.] Sic ex Laertio locum hunc emendavi. In prioribus enim Edit. mendose legitur ἄκρον Ἀκραγαντῖνον.

3 Ξενοφῶν] De Expedit. Cyri lib. III. p. 312. P.

4 Ἀφ' ἧς] Apud Xenophontem minus recte legitur ἐφ' ἧς.

5 Εἰς τρία γὰρ διήρηται τὸ ὄρ.] Hæc αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Eustath. ad Odyss. T. p. 1861. Vide etiam infra v. Τέρμα & Ὑπώρεια.

6 Τῶν Ἀκταιωνίδων ἐσσὶ μ.] Ex Anthol. lib. III. p. 264. P.

7 Ἀκτή. ἰδίως ἐπιθαλ.] Ex Harpocratione.

8 Ἀπό τινος Ἀκταίωνος βασ.] Imo potius Ἀκταίου, ut legitur apud Stephanum v. Ἀκτή. Vide etiam Pausaniam in Atticis, p. 7. & Eustathium ad v. 423. Dionysii de Situ Orbis.

λέως.

*

λέως. οἱ δὲ, διὰ τὸ τὴν πλείω [1] μοῖραν τῆς χώρας ἐπιθαλάττιον εἶναι.

Ἄκτια.[2] ἀγὼν παλαιός· ὡς Καλλίμαχος ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀγώνων δῆλον ποιεῖ.

Ἀκτίτης λίθος. ἄνω ἐν τῷ Ἀκτή.

Ἀκοινώνητος.[3] ὁ ἀκριβής.

Ἀκοίτης. ἀρσενικῶς, ὁ ἀνήρ. Ἄκοιτις δὲ θηλυκῶς, ἡ γυνή. καὶ τὸ πληθυντικὸν, τὰς ἀκοίτις.

Ἀκύλας. φιλόσοφος. Σχόλια λογικὰ γεγραφὼς περὶ συλλογισμῶν.

Ἀκύλας. Γραμματικός. Μουσικός.

Ἀκυληΐα. πόλις Ἰταλίας πολυάνθρωπος, παρακειμένη ἐν θαλάττῃ. καὶ Ἀκυλήσιοι, οἱ πολῖται.

Ἀκύλλιος. ὄνομα κύριον.

Ἄκυλος. τῆς πρίνου ὁ καρπός. Ἔχυλος δὲ, εἶδος βοτάνης.

Ἀκύμονα. ἀτάραχον. καὶ Ἀκύμων, μὴ γεννῶσα. ὡς ἐγκύμων, ἡ συνειληφυῖα. καὶ Ἀκυμότερος.

Ἅλα. θάλασσαι.

Ἄλα.[4] τὰ κόπρια. ἐν Ὀδυσσείᾳ· Οὐ σύ γ' ἂν ἐξ οἴκου σοῦ ἐπιστάτῃ [5] οὐδ' ἅλα δοίης.

Ἀλαβαστοθήκας.[6] τὰς θήκας τῶν ἀλαβάστων. [7] Δημοσθένης λέγει. Ἐν τῇ συνηθείᾳ μυροθήκας καλοῦσιν. Ἀλάβαστοι δὲ εἰσι λήκυθοι, ὧν οὐκ ἔστι λαβέσθαι διὰ λειότητα. [8] Ἀριστοφάνης·

Ἐς τὸν ἀλάβαστον, κύαθον εἰρήνης ἕνα.

ὡσεὶ ἔλεγε κοχλιάριον.

Ἀλάβαστρον.[9] ἄγγος μύρου, μὴ ἔχον λαβὰς, λίθινον. ἢ λίθινος μυροθήκη.

Ἀλλὰ γάρ. ἀντὶ τοῦ δέ. Εὔπολις. [10] Ἀλλὰ γὰρ ἀθυμοῦντες ἄνδρες οὔ ποτε τρόπαιον ἐστήσαντο. ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν δι' ἀθυμίαν μηδὲν γενναῖον πράττειν δυναμένων.

Ἄλλα[11] δ' ἀλλαχοῦ καλά. παρόσον τὰς Εὐμενίδας ἄλλοι ἄλλως καλοῦσιν. ἄλλα γὰρ ὀνόματα παρ' ἄλλοις καλὰ νομίζεται· παρ' ἡμῖν δὲ ταῦτα, τὸ ὀνο-

dem ab Actæone Rege: alii vero, quod major ipsius pars esset maritima.

Ἄκτια. Certamen antiquum: ut Callimachus in opere *de Certaminibus* docet.

Ἀκτίτης λίθος. Lapis Actites. Supra in voce Ἀκτή.

Ἀκοινώνητος. Accuratus.

Ἀκοίτης. Genere masculino, vir. Ἄκοιτις vero, genere fœminino, uxor. Et in plurali, τὰς ἀκοίτις.

Ἀκύλας. Aquila, Philosophus, qui commentarios Logicos de syllogismis scripsit.

Ἀκύλας. Aquila. Grammaticus. Musicus.

Ἀκυληΐα. Aquileia. Urbs Italiæ populosa, ad mare sita. Et Ἀκυλήσιοι, Aquilejenses.

Ἀκύλλιος. Nomen proprium.

Ἄκυλος. Ilicis fructus. Ἔχυλος vero, genus herbæ.

Ἀκύμονα. Tranquillum. Et Ἀκύμων, quæ non parit: ut ἐγκύμων vocatur, quæ gravida est. Et Ἀκυμότερος, [tranquillior].

Ἅλα. Mare.

Ἄλα. Sordes. In Odyssea: *Tu enim ex domo tua ne salem quidem a te petenti dares.*

Ἀλαβαστοθήκας. Ampullarum unguentariarum thecas. Demosthenes. Communiter vero sic appellare solent vasa unguentaria. Ἀλάβαστοι autem sunt ampullæ, [ita dictæ,] quod propter lævorem prehendi non possint. Aristophanes:

*In ampullam [infunde] cyathum pacis unum.*

Quasi diceret, cochleare.

Ἀλάβαστρον. Vas unguentarium lapideum, quod nullam habet ansam: vel lapidea myrotheca.

Ἀλλὰ γάρ. Pro δὲ, i. e. sed. Eupolis. *Sed homines, qui animum despondent, nunquam tropæum statuunt.* Proverbium hoc dicitur de illis, qui propter ignaviam nihil præclari præstare possunt.

Ἄλλα δ' ἀλλαχ. *Alia enim alibi pulchra [censentur.* Hoc autem ideo dictum,] quia Eumenidas alii aliter vocant. Alia enim nomina apud alios pulchra existimantur. Apud

1 Μοῖραν] Hæc vox in prioribus Edit. deest, quam ex Harpocratione Suidæ restitui.

2 Ἄκτια. ἀγών] Vide Stephanum v. Ἀκτία, & ibi Berkelium.

3 Ἀκοινώνητος. ὁ ἀκριβής] Id est homo rigidus, severus, & arrogans, qui nihil sibi cum altero commune esse vult.

4 Ἄλα. τὰ κόπρια. ἐν Ὀδυσσείᾳ] Falsum est, quod Suidas hic affirmat. Nusquam enim apud Homerum τὸ ἅλα significat κόπρια: nec ullus unquam Grammaticorum eam vocem apud Poetarum principem sic exposuit. Res autem ita habet. In versu illo Homeri, quem Suidas hic citat, quidam veterum Grammaticorum pro οὐδ' ἅλα una voce legendum censuerunt οὔδαλα, idque interpretati sunt κόπρια, ab οὐδὸς limen, quod sordes & purgamenta ædium circa limina januarum converri soleant. Audiamus veterem enarratorem ad versum illum Poetæ, qui exstat Odyss. Ρ. 455. Οὐδ' ἅλα δοίης.] Ὁ μὲν Ἀρίσταρχος δασέως ἀνέγνω, καὶ ἀπέδωκε τοὺς ἅλας. Καλλίστρατος δὲ ψιλῶς, οὔδαλα (sic enim ibi legendum est pro οὐδ' ἅλα) ἐκδεχόμενος τὰ κόπρια, ἃ παρὰ τῷ οὐδῷ κεῖται. οὐδὸς δὲ ὁ βατήρ. Eustathius ad eundem locum Homeri: Καὶ τοῦτον μὲν τὸ, οὐδ' ἅλα δοίης, ὡς γράφει Ἀρίσταρχος. Καλλίστρατος δὲ, ΟΥΔΑΛΑ ψιλῶς φασιν ἐκδέχεται, ὃ συμπαραξυτόνως, ἀντὶ τοῦ ΚΟΠΡΙΑ, ἢ ἄλλως λέγεσθαι, παρὰ τὸ οὐδὸν, ἤτοι τὸν βατῆρα, κείμενα. Ex his igitur patet, quantam ἀβλεψίαν Suidas hic commiserit.

5 Οὐδ' ἅλα δοίης] Id est, ne salem quidem dederis: quæ vera est hujus loci lectio & interpretatio. Callistratus enim ingenii sui acumine abusus est, qui, ut modo diximus, pro οὐδ' ἅλα, hic legendum censuit οὔδαλα: quam conjecturam alii merito exploserunt. In proverbium autem abiit τὸ, οὐδ' ἅλα δοίης, i. e. ne rem vilissimam quidem dederis: quod dicitur de homine sordido & avaro. Eustathius ad Odyss. Ρ. p. 1827. 57. Τὸ δὲ, οὐδ' ἅλα δοίης, ἀντὶ τοῦ, οὐδὲ τοὺς ἅλας, τὸ ἐπὶ ξενίᾳ διδόμενον. ἵνα λέγῃ παροιμιωδῶς, ὅτι οὐδὲ τὸ εὐτελέστατον ἂν δοίης. Proverbio hoc Homerico usus est Theocritus Idyll. XXVII. v. 60. Φῂς μοι πάντα δόμεν, τάχα δ' ὕστερον ΟΥΔ ΑΛΑ ΔΟΙΗΣ: ad quem locum vide Casaubonum.

6 Ἀλαβαστοθήκας] Ex Harpocratione.

7 Δημοσθένης] In Oratione *de Falsa Legat.* Sed ubi hodie legitur ἀλαβαστοθήκας, ut observavit Maussacus ad Harpocrationem.

8 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* pag. 302. 14. ubi legitur ἀλάβαστρον. P.

9 Ἀλάβαστρον. ἄγγ.] Vide de hac voce Salmasium ad Solinum; Vossium in Etymologico; & Casaub. contra Baronium, Exercit. XIV. Sect. XVI.

10 Ἀλλὰ γὰρ ἀθυμοῦντες ἄνδρ.] Similis huic est sententia Mich. Pselli de ignavia, sive περὶ ῥᾳθυμίας, quam sic loquentem facit:

Οὐ πώποτε τρόπαιον ἀνεστησάμην·
Ὕπνου γὰρ εἰμὶ, καὶ φιλῶ χάσμημα μόνον.

Exstat hæc ῥῆσις Pselli inter versus ejus Iambicos de virtutibus & vitiis, quos Arsenius Archiepiscopus Monembasiæ edidit, & Leoni X. dedicavit.

11 Ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ κ.] Hæc descripta sunt ex Sophocl. *Oedip. Colon.* p. 272. ejusque Scholiasta, ut Portus observavit.

μάζειν αὐτὰς Εὐμενίδας κατ' εὐφημισμὸν, τὰς Ἐριννύας.

Ἄλαγμα. ὁ [1] Προφήτης φησί. καὶ οὐκ ἦν πλῆθος ἐν τοῖς ἀλάγμασιν ἡμῶν.

Ἀλαζονεία. ὑπερηφανία. Πολύβιος. [2] Τοῖς γὰρ πλείστοις ὑπεγεγόνει τις ζῆλος οὐκ εὐτυχὴς ἐκ τῆς τῶν ἄλλων ἀλαζονείας καὶ ἀχρειίας. [3] Παρὰ δὲ τῷ Ἀποστόλῳ, τοὺς ἐφ' οἷς οὐκ ἔχουσιν αὐχοῦντας, ὡς ἔχοντας, ἀλαζόνας νοητέον. [4] Καὶ Ἰώσηπος· Ἦν γὰρ αὐτοῖς ἀλαζονεία, ὡς ἐπ' ἀγαθοῖς χωρουμένης τῆς πόλεως.

Ἀλαζών. πλάνος. ὑπερήφανος. ψεύστης. παρὰ τὸ ἐν ἄλῃ ζῆν. καὶ ἀλαζονοχαυνοφλύαρος, ὁ μέθυσος, καὶ λῆρος. ἢ ἀλαζὼν, ἄλλως ζῶν ὅ ἐστι ματαίως. ἰδίως δὲ, ἀλαζόνας τοὺς ψεύστας ἐκάλουν, ἐπεὶ λέγειν ἐπαγγέλλονται περὶ ὧν μὴ ἴσασιν.

Ἀλαζών. ὁ ἀλώμενος. οὕτως Ἀλκαῖος. Πλάτων δὲ Ἀλαζόσιν, ἀντὶ τοῦ ψεύσταις. [5] ἢ Ἀλαζὼν, ὁ μείζονα τῆς ἑαυτοῦ ἀξίας κομπάζων καὶ φρονῶν. [6] Ὁ δὲ πρὸς ἕκαστον τῶν προσιόντων ἠλαζονεύετο, συμπλάττων ἀπὸ τῶν εἰκότων.

Ἀλαλαγμός. ἐπινίκιος ὕμνος. ἢ φωνὴ ὑπὸ τῶν θαρραλεωτέρων κατὰ τῶν δειλιώντων. Ἀλαλαγμὸς οὖν, ὕψωμα φωνῆς. καὶ Ἀλαλάξατε, κροτήσατε.

Ἀλαλαὶ [7] ἰὴ παιήων. ἐπιφώνημα χοροῦ.

Ἀλάλημαι. πλανῶμαι. πεπλάνημαι. καὶ [8] Ἀλαλύκτημαι, ὁμοίως.

Ἀλαλητόν. [9] θόρυβον. κατὰ πλεονασμὸν τοῦ α ἐπιτατικοῦ.

Ἀλαλκεῖν. ἀποδιῶξαι, ἀποσοβῆσαι.

Τί [10] φθιμένοις στοναχεῦμεν ἐφ' υἱάσιν; ἡνίκ' ἀλαλκεῖν
Τῶν παίδων ἀΐδην οὐδὲ θεοῖς δύναμις.

Ἄλλα [11] μὲν ὁ Λεύκωνος ὄνος, ἄλλα δὲ Λεύκων φέρει.

Ἀλλ' [12] ἀντέπνευσε [13] τῇ ἐπ' ἄγκυραν θεός. ἐπὶ τῶν παρ' ἐλπίδα γινομένων. παρόσον οἱ ναῦται πολλάκις ἡγούμενοι ἄγκυραν βάλλειν, ἢ προσορμιεῖσθαι, εἰς τοὐπίσω ἐπλεύσαν.

nos vero hæc, ut boni ominis eas gratia vocemus Eumenides, [quæ ab aliis appellantur] Erinnyes.

Ἄλαγμα. Læta vociferatio. Propheta dicit: *Non erat apud nos multitudo lætum clamorem tollentium.*

Ἀλαζονεία. Arrogantia. Superbia. Polybius. *Plerisque enim inerat quædam infelix æmulatio, propter aliorum arrogantiam & importunitatem.* At apud Apostolum ἀλαζόνας intelligere oportet eos, qui, quæ non habent, jactant, quasi ea haberent. Et Josephus: *Tanquam præclaris facinoribus gloriabantur* [*iis, quæ fecerant.*]

Ἀλαζών. Impostor. Superbus. Mendax. [Dicitur autem ἀλαζὼν, παρὰ τὸ ἐν ἄλῃ ζῆν, quod significat] vagam vitam agere. Et ἀλαζονοχ. ebriosus & nugator. Vel ἀλαζὼν dictus, quasi ἄλλως ζῶν, id est, temere vivens. Proprie autem ἀλαζόνας vocant mendaces, quia profitentur se dicturos de rebus, quas ignorant.

Ἀλαζών. Qui hinc & inde vagatur. Sic Alcæus. Plato vero Ἀλαζόσιν dixit, pro mendacibus. Vel Ἀλαζὼν dicitur ille, qui majora sibi arrogat, & magnifice magis de se sentit, quam par est. *Ille vero apud unumquemque accedentium gloriabatur, ex verisimilibus* [*ea, quæ jactabat*] *confingens.*

Ἀλαλαγμός. Hymnus, qui ob partam victoriam canitur. Vel vox, quæ ab audacioribus contra timidiores editur. Ἀλαλαγμὸς igitur est vocis elatio. Et Ἀλαλάξατε, plaudite.

Ἀλαλαὶ ἰὴ Παιήων. Acclamatio Chori.

Ἀλάλημαι. Turbatus sum. Vagor. Erro. Et Ἀλαλύκτημαι, idem.

Ἀλαλητόν. Tumultum. Per pleonasmum τοῦ α intensionis.

Ἀλαλκεῖν. Repellere. Propulsare.

*Quid mortuos gemimus ob filios? quando propulsare*
*A filiis mortem ne Diis quidem licet.*

Ἄλλα μὲν ὁ Λεύκ. Alia quidem Leuconis asinus, alia vero Leucon ipse fert.

Ἀλλ' ἀντέπνευσε τῇ ἐπ' ἀγκ. Sed reflavit huic anchoræ Deus. [Dicitur] de rebus, quæ præter spem accidunt. Nautæ enim existimantes se anchoram jacturos, & ad portum appulsuros esse, sæpe retro vela dare coguntur.

1 Ὁ Προφήτης φησί.] Locus Prophetæ nunc non succurrit. Sed, si bene memini, legitur ibi ἀλαλάγματι: quam lectionem in versione secutus sum.

2 Τοῖς γὰρ πλείστοις ὑπ.] Hoc fragmentum legitur plenius infra v. Ζηλοτυπία.

3 Παρὰ δὲ τῷ Ἀποστόλῳ, τοὺς ἐφ' οἷς οὐκ ἔχ.] Eadem habet Oecumenius in cap. 1. ad Rom. v. 30.

4 Καὶ Ἰώσηπος. Ἦν γὰρ αὐτοῖς ἀλ.] Hæc negligenter admodum Suidas ex Josepho excerpsit, apud quem lib. VII. *de Bello Jud.* pag. 685. A. sic legitur: Ἦν γὰρ αὐτοῖς μετάνοια μὲν οὐδεμία τῶν κακῶν· ἀλαζονεία δ' ὡς ἐπ' ἀγαθοῖς. Καιομένην γοῦν ἀφορῶντες τὴν πόλιν, ἱλαροῖς τοῖς προσώποις εὔθυμοι προσδέξεσθαι τὴν τελευτὴν ἔλεγον &c.

5 Ἢ ἀλαζὼν, ὁ μείζ.] Hæc deprompsit Suidas ex Schol. Aristoph. ad *Equit.* p. 302.

6 Ὁ δὲ πρὸς ἕκαστον τῶν προσ.] Hoc fragmentum repetitur infra v. Εἰκότων.

7 Ἀλαλαὶ ἰὴ παιήων] Apud Aristoph. in *Lysistr.* pag. 570 verba hæc, non Choro, sed ipsi Lysistratæ tribuuntur. Vide etiam Callimachum Hymno in Apollinem. *P.*

8 Ἀλαλύκτημαι] Voce hac usus est Homerus Il. K. v. 94. ubi brevis enarrator. Ἀλαλύκτημαι, πτοοῦμαι, ταράσσομαι, ἀπορῶ. Vide etiam Etymolog. M. h. v.

9 Ἀλαλητόν. θόρυβον] Scholiasta Homeri ad Il. Α. v. 436. vocem hanc sic exponit. Ἀλαλητῷ. θορύβῳ. Κατ' ἀντίφρασιν. ἢ κατ' ἄλφα ἐπιτατικόν.

10 Τί φθιμένοις στοναχ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis Antipatri in Orpheum, quod exstat Anthol. lib. III. pag. 388.

11 Ἄλλα μὲν ὁ Λεύκωνος ὄνος, ἄλλ.] Proverbium hoc Zenobius Centur. I. Adag. 74. sic exponit: Λέγεται μὲν ἐπὶ τῶν ἀσυμφώνως (lege ἀσυμφώνους, ut apud Diogenianum & Mich. Apostolium) τοῖς ἔργοις τοὺς λόγους παρεχομένων. Λεύκων γάρ τις, γεωργὸς μέλιττας, ἀσκὸν εἰς φορμὸν ἐμβαλὼν, ἐπέμιζεν Ἀθήναζε. κριθὰς οὖν τοῖς φορμοῖς ἐμβαλὼν, ὡς ὑπὲρ κριθῶν ὀλίγον ὑπεραχθησόμενος τέλος, [ἐκόμιζε.] Τὸν δ' ὄνον πεσόντος, οἱ πλησίον βοηθῆσαι βουλόμενοι, ἔγνωσαν, ὅτι μέλι ἐστὶ, καὶ ἀπενεγκεῖν αὐτὸ ὡς ἀπελαύνοντο. Eadem totidem pene verbis habet Diogenianus.

12 Ἀντέπνευσε] Probo conjecturam Schotti, qui hic legendum putat ἀντέπνευσεν, i. e. reflavit. Vulgatam enim lectionem metrum versus aspernatur.

13 Τῇ ἐπ' ἀγκ. θ.] Legerim cum Wolfio, τῷδ' ἐπ' ἄγκυραν.

Ἀλλαν-

Ἀλλαντοπώλης. ὁ εἴδη ἐντέρων πωλῶν. ἐντεροπώλης. ἀλλᾶς γὰρ τὸ ἔντερον, ἀλλᾶντος. [1] Ἀντὶ τροπαίου ἔστησαν [2] τοῦ στρατηγοῦ σημεῖον· ἀλλᾶντάς τε αὐτοῦ ἀποκρεμάσαντες, τοῖς πολεμίοις σὺν γέλωτι ἐπετώθαζον. [3] Ἀριστοφάνης·

Ἤρα φαγεῖν ἀλλᾶντας ἐξ Ἀπατουρίων.

Ἀπατούρια δὲ, ἑορτὴ δημοτελὴς ἀγομένη παρ' Ἀθηναίοις.

Ἀλλὰ νῦν. [4] Ὦ θεοὶ πατρῷοι συγγένεσθέ γ' ἀλλὰ νῦν ἀντὶ τοῦ, διὰ τάχους. ἡ Τραγῳδία φησί.

Ἀλλαξάμενος. [5] Ἀππιανός. Ὅτι πατρίδα καὶ γένος ἀλλαξάμενος ἥκοι, [6] τὸ μηδὲν ἡγησάμενος, ἢ τὰ τῶν Οὐολούσκων ἀντὶ τῆς πατρίδος αἱρεῖσθαι βουληθείς.

Ἀλλαξάμενος. προτιμήσας. [7] Ὑπὲρ τοῦ κέρδους ὁ κακοδαίμων τὴν πήρωσιν ἀλλαξάμενος· καὶ ἦν παράδειγμα καὶ παίδευμα πᾶσιν, ὥστε μὴ τολμᾶν μηδὲ κερδαίνειν παραπλήσια.

Ἀλαός. ὁ τυφλός. κατὰ στέρησιν τοῦ λάειν, ὅ ἐστι, βλέπειν. καὶ Ἀλαοσκοπιήν. Ὅμηρος· [8] Οὐδ' ἀλαοσκοπιὴν εἶχε. παροιμιακῶς. ἀντὶ τοῦ, οὐ τυφλῶς ἐσκοπίαζεν.

Ἀλαοτόκος. ὁ τυφλὰ γεννῶν.

Ἀλλ' [9] ἅπαν γένοιτ' ἂν ἤδη. Τὴν παροιμίαν ἐπαινῶ τὴν παλαιάν. Ὑπὸ λίθῳ γὰρ παντί που χρὴ μὴ δάκῃ ῥήτωρ ἀθρεῖν. ἡ δὲ παροιμία· Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος εὕδει· φυλάσσεο.

Ἀλαπάξαι. πορθῆσαι. κενῶσαι. ὁμαλίσαι. Ἀπὸ μεταφορᾶς λαπάθου βοτάνης, κενωτικῆς γαστρός.

Ἀλλαρίοις. [10] σιτηρεσίοις. Ὁ δὲ Μακεδόνιος συνέταξεν ἐκκλησιαστικοῖς ἀλλαρίοις ἀποτρέφεσθαι.

Ἀλλᾶς, ἀλλᾶντος. εἶδος ἐντέρου κατεσκευασμένου. καὶ ἀλλαντοπώλης, ὁ ταῦτα πωλῶν.

Ἅλας ἄγων καθεύδεις. παροιμία, ἐπὶ τῶν ἐν μεγάλῳ κινδύνῳ καθευδόντων, καὶ ῥᾳθυμούντων. Ἐμπόρου γάρ τινος τὴν ναῦν ἁλῶν πληρώσαντος, τὴν ἀντλίαν [11] ἐπαναβῆναι, καὶ ἐκτῆξαι τοὺς ἅλας. ὅθεν καὶ ἡ παροιμία. ἁλῶν δὲ φόρτος, ὅθεν ἦλθεν, ἔνθ' ἔβη.

Ἅλας θυμίτας. ἐκ θύμου κατασκευασθέντας. καὶ ἑτέρα παροιμία· Ἅλας ὕει. ἐπὶ τῶν ἄγαν εὐθηνίας.

Ἄλαστε. [12] ἀνεπίληστε. τέκνον ἐμὸν ἄλαστε.

Ἀλλαντοπώλης. Qui intestina vendit. Farciminum venditor. Ἀλλᾶς enim intestinum, [vel farcimen,] significat. *Pro tropæo Imperatoris vexillum statuerunt, & suspensis ex eo farciminibus, hostibus cum risu insultarunt.* Aristophanes:

*Cupiebat edere farcimina Apaturiorum.*

Ἀπατούρια autem publicum erat festum, quod apud Athenienses celebrabatur.

Ἀλλὰ νῦν. *O Dii patrii nobis adeste nunc saltem.* [Hic ἀλλὰ νῦν,] pro celeriter, Tragicus dixit.

Ἀλλαξάμενος. [Qui mutavit]. *Illum patria & genere suo abdicato venisse, nihili ea faciens, quod Volscorum potius, quam patriæ suæ, partes sequi animum induxisset.*

Ἀλλαξάμενος. Qui rem aliquam alteri anteponit. *Infelix ille mutilatione corporis lucrum redemit, omnibusque exemplo & documento fuit, ne quis talia faceret, & similibus lucris studeret.*

Ἀλαός. Cæcus. Significat enim privationem τοῦ λάειν, i. e. videndi. Et Ἀλαοσκοπιήν. Homerus: *Neque in vanum excubias egit.* Proverbialiter autem [hoc dictum est,] pro, non cæcis oculis speculatus est.

Ἀλαοτόκος. Qui cæcos fœtus gignit.

Ἀλλ' ἅπαν γέν. *At quidvis fieri jam posse credam. Proverbium vero illud antiquum laudo: sub lapide quovis ne nos orator mordeat cavere oportet.* Proverbium autem est: Sub omni lapide dormit scorpius: [quare] cave.

Ἀλαπάξαι. Vastare. Exinanire. Solo æquare. Per translationem ab herba lapatho, quæ vim habet evacuandæ alvi.

Ἀλλαρίοις. Stipendiis. *Macedonius vero constituit, ut Ecclesiasticis stipendiis alerentur.*

Ἀλλᾶς. ἄντος. [Farcimen]. Genus intestini, certo modo præparati. Et ἀλλαντοπώλης, qui ea vendit.

Ἅλας ἄγων καθ. Salem vehens dormis. Proverbium, [quod dicitur] de illis, qui in magno periculo dormiunt, & negligentiæ indulgent. Cum enim mercator quidam sale navem onerasset, accidit, ut sentina ascenderet, & salem liquefaceret. Unde [ortum est] proverbium: Salis onus, unde venit, eo rediit.

Ἅλας θυμίτας. Salem ex thymo confectum. Et aliud proverbium: Sale pluit; quod de magna annonæ abundantia dicitur.

Ἄλαστε. Non obliviscende. *Fili mi nunquam obliviscende.*

1 Ἀντὶ τροπαίου ἔστησαν τοῦ στ.] Hoc fragmentum excerpsit Suidas ex Procop. de Bello Pers. lib. II. cap. XVIII.

2 Τοῦ στρατηγοῦ] Legendum est τῷ στρατηγῷ, ut ex laudato loco Procopii patet.

3 Ἀριστοφάνης] In *Acharnens.* pag. 267. 14. *P.*

4 Ὦ θεοὶ πατρῷοι συγγ.] Ex Sophocl. *Electra*, p. 100. *P.*

5 Ἀππιανός. Ὅτι πατρίδα κ. γ.] Fragmentum hoc, quod in libris Appiani hodie superstitibus non exstat. de Marcio Coriolano, qui Roma pulsus ad Volscos exulatum abiit, intelligendum esse haud obscurum est.

6 Τὸ μηδὲν ἡγησάμενος, ἢ τὰ τῶν Οὐολ.] Puto legendum, πάντα μηδὲν ἡγησ. καὶ τὰ τ. &c.

7 Ὑπὲρ τοῦ κέρδους ὁ κακ.] Hoc fragmentum puto depromptum esse ex libro Æliani περὶ Προνοίας.

8 Οὐδ' ἀλαοσκοπιὴν εἶχε] Ex Homero Il. K. v. 515. ubi Scholiasta: Ἀλαοσκοπιήν. μάταιον σκοπόν. ὁ ἐστιν, οὐκ ἔλαθεν αὐτόν.

9 Ἀλλ' ἅπαν γένοιτ' ἂν ἤδη] Ex Aristoph. Thesmophor. pag. 524. ubi versus hi sic distinguuntur:

Ἀλλ' ἅπαν γένοιτ' ἂν ἤδη.
Τὴν παροιμίαν δ' ἐπαινῶ
Τὴν παλαιάν.
Ὑπὸ λίθῳ γὰρ παντί που
Χρὴ μὴ δάκῃ ῥήτωρ ἀθρεῖν. *P.*

10 Ἀλλαρίοις] Pro σαλλαρίοις, i. e. salariis.

11 Ἐπαναβῆναι] Lege, ἐπαναβῆναι συνέβη, ut apud Zenobium & Diogenianum.

12 Ἄλαστ. ἀνεπ.] Vide Homer. Il. X. v. 261. & ibi Schol.

Ἀλαστήσειεν.[1] ἀνεπιλήστως δεινοπαθήσειεν.

Ἀλλ'[2] ἔστι ἡμῖν Μεγαρική τις μηχανή. ἀντὶ τοῦ πονηρὰ, καὶ πανοῦργος μηχανή. διεβάλλοντο γὰρ ἐπὶ πονηρίᾳ οἱ Μεγαρεῖς, ἄλλα μὲν λέγοντες, ἄλλα δὲ ποιοῦντες.

Ἀλάστωρ.[3] πικρὸς καὶ φονικὸς δαίμων, τιμωρῶν, καὶ ἀνεπίληστα ἔργα ποιῶν. [4]Ὁ δὲ ἔγραφε πικρῶς, καὶ παραστατικῶς, ἀλάστορας ἀποκαλῶν, καὶ παλαμναίους διὰ τῆς ἐπιστολῆς, εἰ οὕτως αἰσχρῶς προήσονται τοὺς τόπους, μηδὲν παθόντες, ἢ ἰδόντες κακόν. Ἢ ἀλάστωρ, ὁ τοιαῦτα τολμήσας, ὧν μή ἐστιν ἐπιλαθέσθαι.

Ἀλᾶται. πλανᾶται. ῥέμβεται.

Ἀλλὰ[5] ταῦτα μὲν ῥείτω κατ' οὖρον. σοὶ δ' ἐγὼ φράζω, κακὸν πρὸς ἄλλον εἶναι, πρὸς δέ μ' ἀψευδεῖν αἰεί.

Ἀλλαχῆ. ἀλλαχοῦ.

Ἀλλάγηθητε. ἀντὶ τοῦ διαλλάγηθητε. Σοφοκλῆς.

Ἀλλὰ γάρ. ἔστω. τοῦτο δηλοῖ συγκαταθετικὸν οἷον, καὶ μάλα.

Ἀλλαχῆ, καὶ ἀλλαχόσε. τὸ εἰς ἄλλον τόπον. ἀλλαχοῦ δὲ, καὶ ἀλλαχόθι, τὸ ἐν τόπῳ.

Ἄλβα.[6] οἱ μάργαροι.

Ἀλβανοί. ὄνομα ἔθνους Γαλατῶν. τούτων φασὶ τὴν γῆν εὐδαίμονα, καὶ καρποὺς ἐνεγκεῖν οὖσαν ἀγαθὴν, οἶνον ἡδὺν καὶ πολὺν ἔχουσαν.

Ἄλβιος. ὄνομα κύριον. [7]Ἄλβιος ἐς τὴν ἱππάδα τελῶν, τὴν Ἀντωνίου θεραπεύων καὶ ὑποκάλλων ἅμα [8]φάτνην.

Ἄλγεα. κακά. λυπηρά.

Ἀλγινόεις. ὁ λυπηρός. καὶ Ἀλγεινός.

Ἀλγεῖν τοῦ πονεῖν διαφέρει. ἀλγεῖν μὲν, κατὰ σάρκα τὸ πάσχειν· πονεῖν δὲ, τὸ ἐνεργεῖν.

Ἀλγηδόνες. λῦπαι.

Ἀλγηρά.[9] τὰ λυπηρά.

Ἄλγησις. ἡ λύπη. καὶ ἄλγος. [10]Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις. Ὦ πρέσβυ, πρέσβυ, τοῦ φθόνου τὸν ψόγον ἤκουσα· τῆς δὲ ἀλγήσεως οὐ παρεσχόμην. ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐλυπήθην.

Ἀλγίστατον. Τοῦτο [11] δ' ἐς ἀλγίστατον ἡμῖν.

Ἀλαστήσειεν. Indigna & nunquam oblivifcenda mala fe paffum effe conqueratur.

Ἀλλ' ἔστιν ἡμ. *Sed eft nobis Megarica quædam machina.* Id eft, mala & callida machina. Megarenfes enim ob improbitatem male audiebant, quod aliud dicerent, aliud vero facerent.

Ἀλάστωρ. Acerbus & fanguinarius Dæmon, & ultor, & qui facinora nunquam oblivifcenda facit. *Ille autem acerbe & indignabunde fcripfit, fceleratos eos & nefarios in epiftola vocans, fi tam turpiter loca prodituri effent, nullum malum paffi vel experti.* Vel Ἀλάστωρ dicitur ille, qui ea facinora eft aufus, quorum non poffumus oblivifci.

Ἀλᾶται. Vagatur. Errat.

Ἀλλὰ ταῦτα. *Sed hæc quidem ex animi fententia fuccedant. Tibi autem dico, ut erga alium quidem fraudibus & technis tuis utaris, mihi autem femper verum dicas.*

Ἀλλαχῆ. Alibi.

Ἀλλάγηθητε. Reconciliemini. Sophocles.

Ἀλλὰ γάρ. Efto. Habet fignificationem affentiendi: uti etiam καὶ μάλα.

Ἀλλαχῆ, & ἀλλαχόσε. Ad alium locum. Ἀλλαχοῦ vero & ἀλλαχόθι, in loco.

Ἄλβα. Margaritæ.

Ἀλβανοί. Albani. Nomen gentis Gallorum. Horum agrum aiunt effe uberrimum, & aptum ad fruges ferendas, vinoque multo & fuavi abundantem.

Ἄλβιος. Albius. Nomen proprium. *Albius, equeftris ordinis vir, Antonii præfepe colens, eique abblandiens.*

Ἄλγεα. Mala. Res moleftæ.

Ἀλγινόεις. Moleftus. Et ἀλγεινὸς, idem.

Ἀλγεῖν differt a πονεῖν. Nam ἀλγεῖν fignificat, in corpore [malum aliquod] pati. Πονεῖν vero, opus aliquod facere.

Ἀλγηδόνες. Dolores.

Ἀλγηρά. Molefta.

Ἄλγησις. Idem eft ac ἄλγος, & λύπη. Dolor. Ariftophanes *Thefmophor. O fenex, fenex, invidiæ quidem vituperationem audivi: nullo vero dolore animum meum hoc affecit.* [Nam ἀλγ. οὐ παρεσχ. hic pofitum eft] pro ἐλυπήθην.

Ἀλγίστατον. *Hoc autem nobis maximum dolorem attulit.*

1 Ἀλαστήσειεν. ἀνεπ.] Schol. Homer. ad v. 163. *Il.* M. vocem ἀλαστήσας exponit δεινοπαθήσας.

2 Ἀλλ' ἔστ' ἡμῖν Μεγ.] Ex Ariftoph. *Acharnenf.* pag. 406. F. ad quem locum vide Scholia Græca, ex quibus Suidas fua defcripfit.

3 Ἀλάστωρ] Grammatici vocem hanc varie explicant. Erotianus: Ἀλάστορες. Βακχεῖος μὲν ἐν πρώτῳ φονεῖς φησιν· ἐκ τοῦ Εὐριπίδου Μελανίππης, λέγοντες, ἵνα ἀλάστορας οὐχ ἑαλωκότας κτείνῃ. Ἔνιοι δὲ τοὺς ἀνάξιόν τι καὶ μιαρὸν ἐξειργασμένους, καὶ ὡς αὐτὶ φονεῖς, οἷον ἄλιστά τινα καθ' οὓς διαπραττόμενοι παρὰ τὸ ἄλαστον καὶ αὐτὸ, ὅπερ ἐστὶν ἁμαρτητόν. Galenus in Exegefi Gloffarum Hippocratis: Ἀλάστορες. αὐτοί τε οἱ ἄνθρωποι, οἱ τὰ ἄλαστα ἐργασάμενοι παρὰ τὸ τὰ τοιαῦτα ἡμαρτηκέναι, ἐφ' οἷς ἐστιν ἀλαστῆσαι ἢ στενάξαι. Καὶ οἱ τιμωροὶ αὐτῶν δαίμονες. Vide præterea Etymologum & Harpocrationem: item Valefium ad Harpocrat. qui non pauca de ea voce collegit.

4 Ὁ δὲ ἔγραφε πικρῶς καὶ παραστατικῶς] Fragmentum hoc Polybio tribuit Cafaubonus: cujus conjecturam non parum juvat vox παραστατικῶς, qua Polybius non raro, & forte folus, ufus eft.

5 Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ῥ.] Ex Sophocl. *Trachin.* pag. 347. ubi verfus hi fic diftinguuntur:

——Ἀλλὰ ταῦτα μὲν
Ῥείτω κατ' οὖρον. Σοὶ δ' ἐγὼ φράζω, κακὸν
Πρὸς ἄλλον εἶναι, πρὸς δ' ἐμ' ἀψευδεῖν ἀεί. P.

6 Ἄλβα. οἱ μάργαροι] Hoc fenfu vox *alba* accipitur apud Lampridium in Heliogabalo, cap. XXI. *Fabam cum electris, & orizam cum albis exhibens.* Ubi *alba* funt margaritæ. Vide ad eum locum par incomparabile interpretum, Cafaubonum & Salmafium, qui plura auctorum loca adducunt, in quibus vocabulum iftud margaritam fignificat.

7 Ἄλβιος εἰς τὴν ἱππ.] Hoc fragmentum repetitur infra v. Ἱππικάδικον, & v. Φάτνη. Vide etiam v. Βερόβεσι, ubi Albii hujus itidem fit mentio.

8 Φάτνην] Proprie, præfepe. Hic vero ita vocatur menfa Antonii, quod ex ea parafitus Albius pafceretur. Eadem metaphora ufus eft Horatius lib. 1. Ep. XV.

*Scurra vagus, non qui certum præfepe teneret.*

9 Ἀλγηρά. τὰ λυπ.] Sic ex MSS. locum hunc emendavi. In prioribus enim Edit. contra feriem literarum legitur ἀλγεινά.

10 Ἀριστοφ. ἐν Θεσμοφορ.] Pag. 515. ubi locus hic ita legitur & diftinguitur:

Ὦ πρέσβυ, πρέσβυ, τοῦ φθόνου μὲν τὸν ψόγον
Ἤκουσα· τὴν δ' ἄλγησιν οὐ παρεσχόμην. P.

11 Τοῦτο δ' ἐς ἀλγίστατον.] Lege, τοῦτο δ' ἦν ἀλγίστατον.

Ἀλδήσ-

Ἀλδῆσκος· ὄνομα πόλεως καὶ ποταμοῦ.

Ἀλδῆσκος. Urbis & fluvii nomen.

Ἀλδίσκω· τὸ αὐξάνω.

Ἀλδίσκω. Augeo.

Ἀλαιεύς· ὄνομα [1] δήμου.

Ἀλαιεύς. Nomen populi.

Ἀλαστής· ὁ μεμηνώς.

Ἀλαστής. Qui furit. Insanus.

Ἀλέα· θέρμη, ἔλλαμψις. Πυρὰ δὲ ἀνεκαίετο, ὡς ἅμα μὲν φῶς, ἅμα δὲ ἀλέα παριοῦσιν ἦν. κρύος γὰρ ἦν.

Ἀλέα. Calor. Splendor. *Rogus autem accensus & lumen simul, & calorem, praetereuntibus praebebat. Erat enim frigus.*

Ἀλεάζειν· ἐκκλίνειν.

Ἀλεάζειν. Vitare.

Ἀλέα· πόλις Θετταλική. οἱ δὲ πολῖται, [2] Ἀλεεῖς.

Ἀλέα. Urbs Thessalica. Cives vero ejus, Aleenses [vocantur].

Ἀλέγοις· [3] φροντίζοις. βοηθοίης. [4] Ἀλέγοις δ' ἀνέρι καὶ [5] πενίην.

Ἀλέγοις. Opituleris. Opem feras. *Propulses vero etiam a viro paupertatem.*

Ἀλέγω· σημαίνει καὶ τὸ φροντίζω. [6] Ὅμηρος. Οὐκ ἀλέγω, ὡς εἴ με γυνὴ βάλῃ.

Ἀλέγω. Significat curo. Homerus. *Non curo magis, quam si foemina me percutiat.*

Ἀλεαίνοιμι· θερμανοίμην.

Ἔπειθ' ἵν' ἀλεαίνοιμι τοῦτ' ἠμπισχόμην.

Ἀριστοφάνης. [7] Ἀλεαίνειν, ἀπὸ τοῦ ἀολλίζεσθαι ἡμᾶς ἐν ταῖς ἡμέραις. καὶ ἐν Ἀθήναις Ἡλιαία δικαστήριον ἦν, ἀπὸ τῆς συναγωγῆς τῶν ἀνθρώπων. Οἱ δὲ, ἀπὸ τοῦ ἀλεαίνειν, ὅ ἐστι θερμαίνειν, καὶ διαχεῖν. τινὲς δὲ ἀπὸ τῆς γινομένης διαπνεύσεως ἐκ τοῦ στόματος πρὸς τοὺς δακτύλους ὁ λέγεται αὔειν καὶ ἄζειν, κατὰ μίμησιν τῆς φωνῆς, τῆς ἐκ τοῦ στόματος.

Ἀλεαίνοιμι. Calefiam. *Deinde, ut calefiam, hanc [vestem] indui.* Aristophanes. Ἀλεαίνειν autem [dictum est inde] quod interdiu congregemur. Et Athenis erat Tribunal, quod a congregatione hominum Ἡλιαία vocabatur. Alii vero ab ἀλεαίνειν, i. e. calefacere, & [aestu corpus] resolvere. Quidam vero ab halitu oris, quo digitos afflamus; quod αὔειν & ἄζειν vocatur, per imitationem soni, qui ore redditur.

Ἀλεαίνωσιν· ἀντὶ τοῦ, θερμαίνωνται. Πῦρ ἀνέκαυσαν, ὅπως αὐτοί τε ἀλεαίνωσι, καὶ τοῖς Ῥωμαίοις κατὰ χώραν μένειν δόξαν παράσχωσιν.

Ἀλεαίνωσιν. Calefiant. *Ignem accenderunt, ut & ipsi calefierent, & Romanis opinionem praeberent, se in loco [illo] mansuros.*

Ἀλεεινός· θερινός. θερμός. [8] Ξενοφῶν. Χιόνος γὰρ πεπτωκυίας, ὄκνος ἦν πολὺς ἀνίστασθαι. κατακειμένων δὲ ἀλεεινὸς ἦν ὁ χειμὼν, ὅτῳ μὴ παραῤῥυείη ἡ χιών.

Ἀλεεινός. Aestivus. Calidus. Xenophon. *Cum enim nix cecidisset, valde erant ad surgendum pigri: jacentibus vero hyems erat tepida, quibus quidem nix non defluxerat.*

Ἀλεείνω· ἐκκλίνω.

Ἀλεείνω. Vito. Declino.

Ἀλκινός· [9] ὁ δυνατός. ὁ καὶ ἄλκιμος.

Ἀλκινός. Potens. Fortis.

Ἀλεκτορίδες· αἱ θήλειαι ὄρνις. Καὶ τὰς ἀλεκτορίδας δὲ αὐτὰς ἀπέκτειναν, τοῦ μὴ κελαδούσας, καὶ ᾀδούσας ἐπὶ τοῖς ᾠοῖς, μηνύσαι τὸν μοιχόν. καὶ Ἀλεκτορίδης, ὁ τοῦ ἀλέκτορος. Ὅτι Περσικὸς ὄρνις ὁ ἀλέκτωρ λέγεται διὰ τὴν λοφίαν. καὶ ζήτει ἐν τῷ Περσικὸς ὄρνις.

Ἀλεκτορίδες. Gallinae. *Quinetiam ipsas gallinas interfecerunt, ne strepitum edentes, & canentes super ova, adulterum proderent.* Et Ἀλεκτορίδης, pullus gallinaceus. Gallus propter cristam avis Persica vocatur. Quaere in v. Περσικὸς ὄρνις.

Ἀλέκτωρ [10] πίνει, καὶ οὐκ οὐρεῖ. Μύξος οὐ πίνει, καὶ οὐρεῖ. λέγεται ἡ ἐπῳδὴ αὕτη εἰς δυσουρίας ὄνου.

Ἀλέκτωρ πίν. Gallus bibit, & non mingit: Myxus non bibit, & mingit. Dicitur haec epoda in difficultatem mingendi, qua asinus laborat.

Ἄλεκτρα, καὶ ἄνυμφα. ἀντὶ τοῦ, παράνομα, καὶ ἡ νενομισμένα, διὰ τὴν μοιχείαν. τουτέστι δύσλεκτρα, καὶ

Ἄλεκτρα, καὶ ἄνυμφα. Injusta, moribusque & legibus contraria, propter adulterium. Vel, infausta & conjugi infelicia [connubia.] So-

1 Δήμου] Imo potius δημότου. Nomen enim populi, sive δήμου, erat Ἁλαί. Vide Meursium de *Populis Atticis*, v. Ἁλαί.

2 Οἱ δὲ πολῖται, Ἀλεεῖς] Aliter Stephanus, quem vide.

3 Ἀλέγοις] Mallem potius ἀλέγοις.

4 Ἀλέγοις δ' ἀνέρι καὶ πεν.] Est pars Epigrammatis, quod ex Anthologia inedita integrum exhibuimus supra v. Ἀλήτης.

5 Πενίην] Sic ex Anthologia inedita rescribendum putavi. In prioribus enim Edit. invito sensu legitur πενία.

6 Ὅμηρος] Il. Λ. v. 389.

7 Ἀλεαίνειν, ἀπὸ τοῦ ἀολλίζ. ἡμᾶς ἐν ταῖς ἡμ.] Haec, & quae sequuntur, sunt prorsus ἀπροσδιόνυσα, nec ad hunc locum pertinent, sed ad vocem Ἥλιος, ubi eadem repetuntur.

8 Ξενοφῶν] *De Expedit. Cyri*, lib. IV. pag. 328. A. ut Pearsonius bene observavit. Ibi autem quaedam aliter leguntur, ut ex ipsis verbis Xenophontis, quae hic adducam, patebit. Νυκτερευόντων δ' αὐτῶν ἐπιγίγνεται χιὼν ἄπλετος, ὥστε ἀποκρύψαι καὶ τὰ ὅπλα, καὶ τοὺς ἀνθρώπους κατακειμένους. καὶ τὰ ὑποζύγια συνεπόδισεν ἡ χιών, καὶ πολὺς ὄκνος ἦν ἀνίστασθαι. κατακειμένων γὰρ ΑΛΕΕΙΝΟΝ ἦν χιὼν ἐπιπεπτωκυῖα, ὅτῳ μὴ παραῤῥυείη. Hic praecipue notandum est, pro ἀλεεινὸς, cujus gratia locum hunc adduxit Suidas, apud Xenophontem legi ἀλεεινόν: quod arguit, Grammaticum nostrum valde oscitanter locum hunc ex Xenophonte excerpsisse. Potest tamen ad excusandum Suidam dici, in codice Xenophontis, quo ipse usus fuit, scriptum fuisse ἀλεεινὸς, ejusque fidem in loco hoc excerpendo eum secutum.

9 Ἀλκινός] Non puto vocem hanc ἀδεκμάστως civitate Graeca donandam esse, quoniam adulterina & ex voce ἄλκιμος corrupta mihi videtur.

10 Ἀλέκτωρ πίνει, καὶ οὐ.] Vide infra v. Μύξος.

κακόνυμφα. [1] Σοφοκλῆς. Ἄλεκτρ', ἄνυμφα γὰρ ἐπέβη μιαιφόνων γάμων ἁμιλλήματα.

phocles: *Infelix enim & conjugi infaustum cruentarum nuptiarum certamen aggressa est.*

Ἀλεκτρυόνα ἀθλητὴν Ταναγραῖον. ᾄδονται δὲ εὐγενεῖς οὗτοι. Ἀφίησι τῷ Ἀσκληπιῷ ἀνάθημά τι καὶ ἄθυρμα εἶναι, οἱονεὶ θεράποντα καὶ οἰκέτην περιπολοῦντα τῷ νεῷ τὸν ὄρνιν, ὁ Ἀσπένδιος ἐκεῖνος. καὶ παροιμία·

Ἀλεκτρυών [2] μ' ἔφασκε κοιλίαν ἔχειν.
Ταχὺ γὰρ [3] κατεψεῖς τ' ἀργύριον.

καὶ Ἀλεκτρυόνος πλῆκτρον. Ζήτει ἐν τῷ, Αἶγε πλῆκτρον.

Ἀλεκτρυόνα. Gallum pugnacem Tanagræum. Hi enim ut generosi celebrantur. *Aspendius dimisit Gallum, eumque tanquam donarium & ludicrum Æsculapio consecravit, ut tanquam famulus & minister templum ejus obiret.* Et proverbium: *Galli gallinacei me dixit ventrem habere: celeriter enim concoques hoc argentum.* Et Galli gallinacei calcar. Quære in v. Αἶγε πλῆκτρον.

Ἀλλ' [4] ἐμός γ' οὐκ ἂν ἐκτὸς ἔλθοι πόκα περπισάμενος. ὁ ἐμός, φησιν, ἀνήρ, οἷον περονησάμενος. ἀντὶ τοῦ, [5] ἀποβαλὼν τὴν ἀσπίδα. ἅμα τῷ παρεῖναι ἄπεισιν εἰς τὸν πόλεμον, καὶ οὐκ ἂν ἀπέλθοι τῆς μάχης.

Ἀλλ' ἐμός. *At meus [maritus,] quam primum ex acie domum rediit, scuto se armans, illico ex conspectu rursus evanescit, alio abiens.* Πορπακισάμενος hic significat, scutum tenens. Simul ac igitur adest, inquit, ad bellum rursus proficiscitur, nec unquam forte ex prœlio [salvus] domum redibit.

Ἀλεξάνδρεια. ὄνομα πόλεως. καὶ ὁ πολίτης, Ἀλεξανδρεύς. καὶ Ἀλεξάνδρειος.

Ἀλεξάνδρεια. Alexandria. Nomen urbis. Ejus civis [vocatur] Ἀλεξανδρεύς. Et [possessivum inde formatur] Ἀλεξάνδρειος.

Ἀλεξανδρέων φονοκτονία. ζήτει ἐν τῷ Ἀντωνῖνος.

Ἀλεξανδρέων φονοκτονία. Alexandrinorum cædes. Quære in Ἀντωνῖνος.

Ἀλέξανδρος, ὁ Φιλίππου καὶ Ὀλυμπιάδος, βασιλεύσας Μακεδόνων ἀπὸ ἐνιαυτῶν ιη', τελευτήσας δὲ ἐτῶν λγ'. [6] Οὗτος ἦν τό, τε σῶμα κάλλιστος, καὶ φιλοπονώτατος, καὶ ὀξύτατος τὴν γνώμην, καὶ ἀνδρειότατος, καὶ φιλοτιμότατος, καὶ φιλοκινδυνότατος, καὶ τοῦ θείου ἐπιμελέστατος· ἡδονῶν τε, τῶν μὲν τοῦ σώματος, ἐγκρατέστατος, τῶν δὲ [7] τῆς γνώμης ἐπαινουμένων, ἀπληστότατος. ξυνιδεῖν δὲ τὸ δέον, ἔτι ἐν τῷ ἀφανεῖ ὄν, δεινότατος, καὶ ἐκ τῶν φαινομένων τὸ εἰκὸς ξυμβαλεῖν ἐπιτυχέστατος, καὶ τάξαι στρατιὰν δαημονέστατος, καὶ πρὸς πᾶν καλὸν ἐπιτηδειότατος. πρὸς τούτοις ἦν ἐπιεικὴς καὶ θεοσεβής. Ὀργισθεὶς γάρ ποτε Θηβαίοις ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε τοὺς μὲν οἰκήτορας ἐξανδραποδίσασθαι, τὴν δὲ πόλιν εἰς ἔδαφος κατασκάψαι, τῆς γε πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσεβείας οὐκ ὠλιγώρησε περὶ τὴν κατάληψιν τῆς πόλεως· ἀλλὰ πλείστην ἐποιήσατο πρόνοιαν ὑπὲρ τοῦ μηδ' ἀκούσιον ἁμάρτημα γενέσθαι περὶ τὰ ἱερά, καὶ καθόλου τὰ τεμένη. Ὅτι τὸ μεγαλήγορον τοῦ Ἀλεξάνδρου, οὐχ ὑπέρογκον μᾶλλον ἦν, ἢ εὐθαρσὲς ἐν τοῖς κινδύνοις ἐφαίνετο. Ῥωξάνης δὲ ἠράσθη ὁ Ἀλέξανδρος, τῆς Ὀξυάρτου, τοῦ Βακτριανοῦ· [8] ἣν δὴ καλλίστην τῶν Ἀσιανῶν γυναικῶν λέγουσιν ὀφθῆναι οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ στρατεύσαντες, μετά γε τὴν Δαρείου γυναῖκα. καὶ ταύτην ἰδόντα Ἀλέξανδρον, εἰς ἔρωτα ἐλθεῖν αὐτῆς· ἐρασθέντα δὲ οὐκ ἐθελῆσαι ὑβρίσαι καθάπερ αἰχμάλωτον, ἀλλὰ γῆμαι οὐκ ἀπαξιῶσαι.

Ἀλέξανδρος. Alexander, Philippi & Olympiadis filius, cum anno ætatis decimo octavo Macedoniæ regnum suscepisset, obiit trigesimo tertio. Hic & corpore pulcherrimus fuit, & laboriosissimus, & ingenio acutissimo, & fortissimus, & honoris cupidissimus, & audacissimus, & cultor Numinis studiosissimus: circa voluptates quoque corporis moderatissimus; earum vero, quæ ad animum pertinent, laude inexplebilis. Summa quoque facultate præditus in rebus adhuc obscuris pervidendi, quid facto opus esset, & mira sagacitate ex verisimilibus futura conjectans; & aciei instruendæ peritissimus, & ad omnia pulchra & honesta aptissimus. Præterea, fuit humanus, & religiosus. Cum enim Thebanis aliquando tantopere iratus esset, ut & ipsos in servitutem redigeret, urbemque eorum solo æquaret; pietatem tamen erga Deos in urbis occupatione non neglexit: sed summa diligentia cavit, ne milites vel imprudentes templa, &, in universum, lucos, violarent. Alexandri magniloquentia non tam superbiæ cuidam, quam in periculis fiduciæ tribuenda videbatur. Alexander amavit Roxanen, Oxyartæ Bactriani filiam, quam Alexandri comites Asianarum mulierum, post uxorem Darii, pulcherrimam sibi visam fuisse dixerunt. Hanc cum Alexander aspexisset, ejusque amore captus fuisset, noluisse tamen eam, ut captivam, stuprare ferunt, sed uxorem ducere non dedignatum fuisse: quod Ale-

1 Σοφοκλῆς] Apud Sophoclem in *Electra* pag. 104. locus hic ita distinguitur:

Ἄλεκτρ', ἄνυμφα γὰρ ἐπέβα
Μιαιφόνων γάμων ἁμιλ-
λήματ' οἷσιν οὐ θέμις. P.

2 Ἀλεκτρυών με ἔφ.] Ex Aristoph. in *Vespis*, pag. 339. 14. 15. P.

3 Κατεψεῖς] Apud Aristoph. legitur καταπέψεις. Erasmus in *Adagiis* legit καταπέψῃ. P.

4 Ἀλλ' ἐμός γ' οὐκ ἂν ἐκτ.] Hic locus est corruptissimus, qui apud Aristoph. in *Lysistrata*, pag. 543. sic legitur:

Ὁ δ' ἐμός γε κἀρ ἐκ τᾶς ταγᾶς ἔλθῃ πόκα,
Πορπακισάμενος φροῦδος ἀμπτάμενος ἴσα. P. †

Sensum horum verborum in versione expressi.

5 Ἀποβαλών] Apud Scholiastam ineditum in *Lysistratam* recte legitur ἀπολαβών, uti etiam hic legendum est.

6 Οὗτος ἦν τό, τε σῶμα κάλλ.] Hæc, & quæ sequuntur, usque ad στρατιὰν δαημονέστατος, excerpta sunt ex Arriano *de Expedit. Alex. M.* Lib. VII. p. 502. 503.

7 Τῶν δὲ τῆς γνώμης ἐπαινουμένων, ἀπληστότατος] Locus hic corruptus est, qui ex Arriano sic emendari debet: τῶν δὲ τῆς γνώμης ἐπαίνου ἀπληστότατος. Hanc lectionem in versione secutus sum.

8 Ἣν δὴ καλλίστην τῶν Ἀσιαν. γυν.] Hæc, & quæ sequuntur, usque ad verba illa, ὅσα σώφρονα ἔργα, leguntur apud Arrianum *de Expedit. Alex.* Lib. IV. pag. 284. 285.

καὶ τοῦτο γὰρ ἔγωγε Ἀλεξάνδρου ἐπαινῶ μᾶλλον, ἢ μέμφομαι. Καί τοι τῆς Δαρείου γυναικὸς, ἣ καλλίστη δὴ ἐλέγετο τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ γυναικῶν, ἢ οὐκ ἦλθεν εἰς ἐπιθυμίαν, ἢ καρτερὸς αὐτοῦ ἐγένετο, νέος τε ὢν, καὶ τὰ μάλιστα ἐν ἀκμῇ τῆς εὐτυχίας, ὁπότε ὑβρίζουσιν ἄνθρωποι. ὁ δὲ κατῃδέσθη τε καὶ ἐφείσατο, σωφροσύνῃ τε πολλῇ διαχρώμενος, καὶ δόξης ἅμα ἀγαθῆς οὐκ ἀτόπῳ ἐφέσει. Καὶ τοίνυν καὶ λόγος κατέχει, πρὸς Δαρεῖον τὸν εὐνοῦχον ἀποδράντα ἐλθεῖν τὸν φύλακα [1] αὐτῷ τῆς γυναικός. καὶ τοῦτον, ὡς εἶδεν ὁ Δαρεῖος, πρῶτα μὲν πυθέσθαι, εἰ ζῶσιν αὐτῷ οἱ παῖδες, καὶ ἡ γυνὴ, καὶ ἡ μήτηρ. ὡς δὲ ζώσας τε ἐπύθετο, καὶ βασίλισσαι ὅτι καλοῦνται, καὶ περὶ τῆς θεραπείας, καὶ ὡς σωφρονεῖ ἡ γυνὴ αὐτοῦ· ἐπὶ τούτοις ἀνατεῖναι τὸν Δαρεῖον εἰς τὸν οὐρανὸν τὰς χεῖρας, καὶ εὔξασθαι ὧδε· Ἀλλ' ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, ὅτῳ ἐπιτέτραπται τὰ βασίλεια πράγματα νέμειν ἐν ἀνθρώποις, σὺ νῦν μάλιστα μὲν ἐμοὶ φύλαξον Περσῶν τε καὶ Μήδων τὴν ἀρχὴν, ὥσπερ οὖν καὶ ἔδωκας· εἰ δὲ δὴ ἐγὼ οὐκ ἔτι σοι βασιλεὺς τῆς Ἀσίας, σὺ δὲ μηδενὶ ἄλλῳ, ὅτι μὴ Ἀλεξάνδρῳ, παραδοῦναι τὸ ἐμὸν κράτος. οὕτως οὐδὲ πρὸς τῶν πολεμίων ἄρα ἀμελεῖται ὅσα σώφρονα ἔργα. Οὕτω φησὶν Ἀρριανός. Νέαρχος δέ φησιν, ὅτι χαλεποὶ αὐτῷ τῶν φίλων ἐγένοντο, ὅσοι ἐνόμιζον αὐτὸν ἀρρωστοῦντα, ὅτι αὐτὸς πρὸ τῆς στρατιᾶς κινδυνεύοι· οὐ γὰρ στρατηγοῦ ταῦτα, ἀλλὰ στρατιώτου εἶναι. καί μοι δοκεῖ ἄχθεσθαι Ἀλέξανδρος τοῖσδε τοῖς λόγοις, ὅτι ἀληθεῖς τε ὄντας ἐγίνωσκε, καὶ αὐτὸν ὑπαίτιον τῇ ἐπιτιμήσει. καὶ ὅμως ὑπὸ μένους τε τοῦ ἐν ταῖς μάχαις, καὶ τοῦ ἔρωτος τῆς δόξης, καθάπερ οἱ ἄλλης τινὸς ἡδονῆς ἡττώμενοι, οὐ καρτερὸς ἦν ἀπέχεσθαι τῶν κινδύνων. Ὅτι Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν θαυμαστὸν βίον ἐβίωσε. πίστιν δὲ, τοῖς εἰρημένοις ἐχέγγυον, ἡ τῶν ἀγώνων παρέχει πρᾶξις. οὐδὲ γάρ ἐστιν εὑρεῖν ἐν παντὶ τῷ τοῦ κόσμου κύκλῳ ἕνα ἄνδρα, τοσούτοις κατορθώμασι πλεονεκτοῦντα. τοῖς τε γὰρ ἀρίστοις συμφοιτήσας ἀνδράσιν, εἰς τε λόγους οὐ μείων τῶν εἰς ἄκρον ἐπαινουμένων εὑρέθη· πρός τε τὰ πολέμια διελθὼν, θαυμαστὰ μᾶλλον ἢ πειθοῦς ἄξια διεπράξατο. καὶ πρὸς Δαρεῖον τὸν Περσῶν βασιλέα συνάψας πόλεμον, τοῦτον κατακράτος νικᾷ. κἀκεῖνος αἰτεῖται εἰς διαλλαγὰς ἐλθεῖν, καὶ δοῦναι αὐτῷ καὶ τὴν θυγατέρα Ῥωξάνην πρὸς γάμου κοινωνίαν. Ὁ αὐτὸς πάντα τὰ ἔθνη καταδουλωσάμενος, διεφθάρη τὸν νοῦν, καὶ πρὸς τὰς τοῦ σώματος ἡδονὰς διωλίσθησε, Περσικὴν στολὴν ἐνδυσάμενος, μυρίοις δὲ νέοις δορυφορούμενος, τριακοσίαις τε παλλακαῖς χρώμενος, ὡς τὴν Μακεδονικὴν πᾶσαν τῶν βασιλέων συνήθειαν ἐς Πέρσας μεταρρυθμίσαι, καὶ τῶν ἰδίων τινὰς διαβληθέντας ἀνελεῖν. Ὕστερον δὲ, εἰς Ἰνδίαν ἀφικόμενος, ὑπὸ Κανδάκης τῆς βασιλίσσης συνελήφθη ἐν ἰδιώτου σχήματι. καὶ εἶπεν

1 Αὐτῷ τῆς γυναικός] Lege αὐτῷ τῆς γυναικός, ut apud Arrianum.

xandri factum laudo potius, quam reprehendo. Et Darii quidem uxoris, quæ formosissima omnium Asiæ mulierum habita est, vel amore captus non fuit, vel ab ea sibi temperavit, quamvis & juvenis, & in summo felicitatis culmine constitutus, cum homines maxime insolescere solent. Ille autem, verecundia animum subeunte, ei pepercit; magna profecto continentia usus, & quodam gloriæ studio non reprehendendo impulsus. Fama etiam tenet, eunuchum, Darii uxoris custodem, fuga elapsum ad Darium venisse: quem ut viderit Darius, primum quæsivisse, an sui liberi, uxor, & mater viverent. Ut autem audiverit vivere, & reginas vocari, & honorifice tractari, pudicitiamque uxoris salvam esse; cum manibus in cœlum sublatis sic precatum esse: O Rex Jupiter, cui Reges & regna curæ sunt, tu mihi quidem Medorum & Persarum imperium, quod dedisti, conserva. Si vero me amplius Regem Asiæ esse non vis, nemini alteri, nisi Alexandro, meum tradas imperium. Sic igitur moderatio etiam ab hostibus laudatur. Ita scribit Arrianus. Nearchus tradit, amicos, qui ægrotantem curabant, cum objurgasse, quod ipse in prima acie vitam suam periculo exponeret: militis enim id esse munus, non imperatoris. Et Alexander quidem hæc verba moleste tulisse mihi videtur. Nam & vera hæc esse agnoscebat, & se merito ab amicis reprehendi. Veruntamen ob animi fortitudinem in præliis, & gloriæ cupiditatem, ut alii, qui voluptati alicui succumbunt, imperare sibi non potuit, quin periculis se committeret. † Alexander Macedo admirabilem egit vitam: quod abunde testantur res ejus bello gestæ. Neque enim in toto terrarum orbe virum unum reperias, qui tot res tam præclare gesserit. Nam sive cum viris præstantissimis versaretur; eruditione non inferior deprehendebatur doctissimis: sive ad bellica transiret; res majore admiratione, quam fide, dignas gerebat. Bello autem adversus Darium, Persarum Regem, suscepto, penitus eum devicit. Et ille pacem ab ipso petiit, & Roxanes filiæ nuptias ei obtulit. Idem, omnibus gentibus subactis, animum vitiis corrupit, & corporis voluptatibus se tradidit, Persica stola indutus, & 10000. juvenum custodia munitus, & trecentis pellicibus utens: ita ut omnes Regum Macedoniæ mores cum Persicis commutaret, & nonnullos suorum, falsi criminis insimulatos, e medio tolleret. Postea in Indiam profectus, a Candace Regina, privati hominis habitu, comprehensus est; quæ ipsi dixit: Rex Alexander, Orbem occupasti, &

αὐτῷ.

αὐτῷ· Ἀλέξανδρε βασιλεῦ, τὸν κόσμον παρέλαβες, καὶ ὑπὸ γυναικὸς συνεσχέθης; καὶ εἰρήνην πρὸς αὐτὴν ἐποιήσατο, καὶ τὴν χώραν αὐτῆς ἀβλαβῆ διεφύλαξεν. Ὁ αὐτὸς ὀκτακοσίοις ἀνδράσιν ἐνέτυχεν ὑπὸ Περσῶν πάλαι ἐν Ἑλλάδι ληφθεῖσιν, ἠκρωτηριασμένοις τὰς χεῖρας. οὓς μεγάλαις δωρεαῖς ἐφιλοφρονήσατο, καὶ παρεμυθήσατο. Εἰς δὲ τὴν λίμνην, τὴν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἀφικόμενος, τὸ διάδημα ἀπέβαλεν, ὄμβρου καταῤῥαγέντος, καὶ μόλις ἐπὶ τὴν γῆν διενήξατο. καὶ ὑπὸ Κασάνδρου τοῦ ἰδίου φάρμακον δεξάμενος, ἐσπαράχθη· καὶ οὕτως ἐπὶ τοσούτοις κατορθώμασι τὸν βίον μετήλλαξεν. [1] Ὅτι Ἀλέξανδρος φιλήκοος ἦν, εἴπερ τις ἄλλος, τῶν μουσικῶν. Τιμόθεος γὰρ ὁ αὐλητὴς ἔστη πρόσθεν αὐτοῦ· ὅν ποτε αὐλοῦντα λέγουσι τῆς Ἀθηνᾶς τὸν Ὄρθιον νόμον ἐπικαλούμενον, ἐς τοσόνδε ἐκπλῆξαι Ἀλέξανδρον τοῖς μέλεσιν, ὡς μεταξὺ ἀκούσαντα ἀναΐξαι ἐπὶ τὰ ὅπλα· τὸν δὲ φάναι, ὅτι τοιαῦτα χρὴ εἶναι τὰ βασιλικὰ αὐλήματα. Οὗτος τε δὴ ὁ Τιμόθεος ἀνεληλύθει πρὸς αὐτὸν, σπουδῇ μετάπεμπτος γενόμενος. [2] Ὅτι οὗτος ὁ μέγας Ἀλέξανδρος, νικήσας ναυμαχίᾳ Λακεδαιμονίους, καὶ τειχίσας τὸν Πειραιᾶ, καὶ ἑκατόμβην θύσας, πάντας εἱστίασεν Ἀθηναίους.

captus es a muliere. Quare pacem cum ea fecit, & regnum ejus illæsum conservavit. Idem in 800. viros incidit, a Persis olim in Græcia captos, & manibus præcisis mutilatos; quos magnis muneribus donatos consolatus est. Cum autem in paludem Alexandrinam pervenisset, diadema amisit, & imbre ingenti effuso, ægre ad terram enatavit. A Cassandro duce veneno ei propinato, [vehementibus doloribus] cruciatus, post tot & tam præclara facinora e vita excessit. Alexander, si quisquam alius, Musicis audiendis delectabatur. Nam cum aliquando Timotheus tibicen ante eum staret, & carmen Minervæ, Ὄρθιον vocatum, tibia caneret, adeo Alexandrum commovisse dicitur, ut inter audiendum ad arma corripienda subito surgeret, diceretque, tales tibiæ cantus Regibus convenire. Hic autem Timotheus ad ipsum venerat, etiam atque etiam invitatus & accersitus. † Alexander M. cum Lacedæmonios navali prœlio vicisset, & Piræeum muro cinxisset, & hecatomben immolasset, omnes Athenienses convivio excepit.

Ἀλέξανδρος, [3] ὁ Μαμμαίας, σὺν τῇ μητρὶ ἄρξας, ὑπ' ἐκείνῃ πάντα διῴκει· ἥτις πανταχόθεν ἐφρούρει τὴν ἀρχήν. δικάζειν τε οὖν αὐτὸν ἔπειθεν ἐπὶ πλεῖστον, ὡς ἂν τούτοις ἀσχολούμενος, μὴ ἔχοι καιρὸν ἐς τὸ ἐπιτηδεύειν τι τῶν ἁμαρτημάτων. Ὑπῆρχε δὲ αὐτῷ καὶ φυσικὸν ἦθος πρᾷον, καὶ ἥμερον, ἔς τε τὸ φιλάνθρωπον πάνυ ἐπιῤῥεπές. Ἐς τεσσαρεσκαιδέκατον οὖν ἔτος [4] ἄρξας τῆς βασιλείας, ἀναιμωτὶ ἦρξε, καί τοι ἐνίων μεγίσταις αἰτίαις ὑποπεπτωκότων· ὡς μετὰ τὴν Μάρκου τελευτὴν τὴν βασιλείαν θαυμάζειν Ἀλεξάνδρου. Ἠτιᾶτο δὲ καὶ τὴν μητέρα, καὶ πάνυ ἤσχαλλεν, ὁρῶν αὐτὴν φιλοχρήματον οὖσαν, καὶ πολλὰ ἐξ ἐπηρειῶν θησαυρίζουσαν. Πολλὰ δὲ ὑπ' αὐτῆς ἠναγκάζετο πράττειν. ἦρχε γὰρ αὐτοῦ ὑπερβαλλόντως ἡ μήτηρ, ἥτις ἀπῆγε τῶν αἰσχρῶν καὶ ἀπρεπῶν τοῖς βασιλεῦσιν ἔργων· διδασκάλους τε πάσης παιδείας [5] λάθρα μετεπέμπετο. Ὁ δὲ παλαίστραις τε καὶ γυμνασίοις πάνυ ἔχαιρε, καὶ τοὺς διδασκάλους ἀπεώθει ἐς τοσοῦτον δὲ ἐξώκειλεν, ὡς δὴ πάντα τὰ ἀπὸ τῆς σκηνῆς, καὶ τὴν δημοσίαν θέαν, μεταγαγεῖν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς τὰς μεγίστας. διὰ τοῦτο ἐμισεῖτο αὐτοῖς.

Ἀλέξανδρος ὁ Μαμμαίας. Alexander, Mammeæ filius, cum matre imperans, ejus arbitratu omnia administravit. Ea namque omnia, quæ in imperio gerebantur, observabat, filioque persuadebat, ut frequentissime jus diceret, ut hisce rebus occupato nihil temporis atque otii ad peccandum superesset. Atque inerat certe Alexandro lene a natura & mansuetum ingenium, & ad humanitatem propensum. Namque per XIV. annos incruentum gessit imperium, quamvis multi gravissimorum criminum rei fuissent: adeo ut a principatu Marci imperium Alexandri, quasi secundo loco, celebraretur. Matrem vero incusabat, & moleste ferebat, quod pecuniæ esset avidior, & malis artibus maximas sibi divitias compararet. Multa etiam facere invitus ab ea cogebatur, quippe qui supra modum matri obnoxius esset: quæ ipsum a rebus turpibus, & quæ Principem dedecent, avocabat, & omnium disciplinarum magistros clam accersebat. Ille vero palæstris & gymnasiis maxime gaudens, doctores ex aula exegit. Tandem vero eo vecordiæ provectus est, ut omnes scenicos artifices ad summos magistratus eveheret. Qua de causa civibus invisus fuit.

Ἀλέξανδρος, [6] ὁ [7] Μιλήσιος, ὃς Πολυΐστωρ ἐπεκλήθη, καὶ Κορνήλιος· διότι Κορνηλίῳ Λεντύλῳ, αἰχ-

Ἀλέξανδρος, ὁ Μιλήσιος. Alexander, Milesius, qui Polyhistor, & Cornelius, cognomi-

1 Ὅτι Ἀλέξ. φιλήκ. ἦν] Hæc, & quæ sequuntur, repetuntur infra, v. Τιμόθεος Θηβ. & v. Ὀρθιασμάτων.

2 Ὅτι οὗτος ὁ μέγας Ἀλέξ. νικήσας ναυμαχ. Λακ.] Hæc sunt omnino falsa, & a veritate historiæ alienissima, ut ostendimus supra ad v. Ἀθηναῖος, ubi locus hic itidem legitur.

3 Ἀλέξανδρος, ὁ Μαμμ.] Quæ hic de Alexandro, Mammææ filio, leguntur, ad verbum descripta sunt ex Collectaneis Constant. Porphyrog. a Valesio editis, in quibus hæc ipsa pag. 830. inter Excerpta ex Joh. Antiocheno leguntur.

4 Ἄρξας] Apud Johannem Antioch. legitur ἐλάσας.

5 Λάθρα μετεπέμπετο. ὁ δὲ παλαίστραις τε καὶ γυμν. πάνυ ἐχ.] Hic locus in Collectaneis Constantini sic legitur: Λάθρᾳ μετεπέμπετο. παλαίστραις τε καὶ τοῖς ἀνδρῶν γυμνασίοις [εὐίζετο.] ἐφ' οἷς Ἀντωνῖνος ἔχαιρε, ἢ μετηγίνωσκε, τούς τε διδασκάλους ἀπεώσατο &c.

6 Ἀλέξανδρος, ὁ Μιλήσ.] De hoc scriptore, præter Vossium, legendi sunt Meursius in notis ad Chalcidium, pag. 7. & Jonsius de Scriptor. Histor. Philos. Lib. II. c. XVI.

7 Ὁ Μιλήσιος] Solus Suidas Alexandrum hunc Milesium facit: quod unde expiscatus sit, nescio. Certe alii, quorum potior apud me est auctoritas, eum Κοτιαέα, vel Κοτυαέα vocant. Erat autem Cotiæum urbs Phrygiæ, testibus Geographis. Stephanus v. Κοτιάειον. Τὸ ἐθνικὸν Κοτιαεύς. ἔνθα ἦν ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ὁ Ἀσκληπιάδου, γραμματικὸς πολυμαθέστατος χρηματίζων: quæ verba Stephani de hoc ipso Alexandro intelligenda sunt.

μαλω-

μαλωθεὶς, ἐπράθη, καὶ αὐτοῦ παιδαγωγὸς ἐγένετο· εἶτα ἠλευθερώθη. Ἦν δὲ ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ τῶν Σύλλα χρόνων, καὶ ἐπὶ τάδε. ἀνῃρέθη δὲ ἐν Λαυρεντίοις, ὑπὸ πυρὸς τῆς οἰκίας φθαρείσης. καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Ἑλένη, μαθοῦσα τὸ συμβὰν, ἀπήγξατο. Ἦν δὲ γραμματικὸς τῶν Κράτητος μαθητῶν. [1] Οὗτος συνέγραψε βιβλία ἀριθμοῦ κρείττω. καὶ περὶ Ῥώμης βιβλία πέντε. ἐν τούτοις λέγει, [2] ὡς γυνὴ γέγονεν Ἑβραία Μωσὼ, ἧς ἐστι σύγγραμμα ὁ παρ' Ἑβραίοις νόμος.

Ἀλέξανδρος, Ἱεραπόλεως Ἐπίσκοπος, καὶ μάρτυς. ἔγραψε, τί καινὸν εἰσήνεγκε Χριστὸς εἰς τὸν κόσμον. κεφάλαια θ. λόγοι νοημάτων γέμοντα.

Ἀλέξανδρος, [3] Ἀντιοχείας Ἐπίσκοπος, ἐπὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου· ὃς [4] συμβαίνουσαν εἶχε τῇ Ἀρχιερωσύνῃ τὴν πολιτείαν. Ἐν ἀσκητικῇ γὰρ παλαίστρᾳ τὸν πρὸ τῆς ἐπισκοπῆς διατελέσας χρόνον, καὶ γυμνασάμενος ἐπὶ πλεῖστον, ὤφθη γενναῖος ἀγωνιστής· [5] καὶ λόγους παιδεύων, καὶ βεβαιῶν τῷ βίῳ τὸν λόγον. ὃς Πορφυρίῳ διεδέξατο. Ἐκεῖνος μὲν οὖν τῇ πραότητι διέπρεπε τῶν φρενῶν· ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, ἀσκήσει, καὶ φιλοσοφίᾳ, καὶ ἀκτήμονι βίῳ, καὶ τῷ ῥεύματι τῆς γλώττης, καὶ [6] μυρίοις ἑτέροις πλεονεκτήμασι χάριτος.

Ἀλέξανδρος [7] Αἰτωλός. ἐκ πόλεως Πλευρῶνος υἱὸς Σατύρου καὶ Στρατοκλείας, γραμματικός. οὗτος καὶ τραγῳδίας ἔγραψεν ὡς καὶ τῶν ἑπτὰ Τραγικῶν εἶναι κριθῆναι, [8] οἵπερ ἐπεκλήθησαν ἡ Πλειάς.

Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος, Φιλόσοφος Περιπατητικὸς, διδάσκαλος Νέρωνος τοῦ βασιλέως, ἅμα Χαιρήμονι τῷ Φιλοσόφῳ. υἱὸν δὲ ἔσχε Καίλιον ὄνομα. Οὗτος ἐκάλει τὸν Νέρωνα, πηλὸν αἵματι πεφυραμένον. κακῶν μαθητῶν, ὡς οἶμαι, κακίονες οἱ διδάσκαλοι. διδακτὴ γὰρ ἀρετὴ, καὶ κακία ἀσκητή. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Ἀλέξανδρος Ἀφροδισιεὺς, φιλόσοφος. καὶ ἄλλος, ὁ Νουμηνίου, σοφιστής. καὶ ἄλλος, Κλαύδιος χρηματίσας, σοφιστής. καὶ ἕτερος, ὁ Κασίλωνος, σοφιστὴς, ἀδελφὸς Εὐσεβίου τοῦ σοφιστοῦ, μαθητὴς δὲ Ἰουλιανοῦ. καὶ [9] ἄλλος Ἀλέξανδρος, [10] Ἀλεξάνδρου, δικηγόρου, Κίλιξ, Σελευκεὺς, σοφιστής. ὃς ἐπεκλήθη Πηλοπλάτων.

Ἀλέξασθαι. ἐπαμύνειν. [11] Ξενοφῶν. Πολὺ γὰρ διέφερεν, ἐκ χώρας ὁρμωμένους ἀλέξασθαι, ἢ πορευομένους ἐπιοῦσι τοῖς πολεμίοις μάχεσθαι.

natus est, quia captus, Cornelio Lentulo fuit venditus, ejusque pædagogus fuit, & postea manumissus. Fuit autem Romæ Syllæ temporibus, & ante. Laurenti periit, ædibus, [in quibus erat,] ab igne consumptis. Quod cum Helena, ejus uxor, cognovisset, laqueo vitam finivit. Fuit autem Grammaticus, Cratetis discipulus; librosque pene innumeros scripsit: inter quos sunt, de Roma libri v. in quibus ait, fuisse fœminam Hebræam, nomine Moso, quæ Legis Hebræorum auctor fuerit.

Ἀλέξανδρος, Ἱεραπ. Alexander, Hierapolis Episcopus, & martyr. Scripsit [librum,] novem capitibus constantem, de rebus novis, quas Christus in mundum intulit. Liber is sententiis refertus est.

Ἀλέξανδρος, Ἀντιοχ. Alexander, Antiochiæ Episcopus, Johannis Chrysostomi temporibus: qui vitam summo sacerdotio convenientem egit. Cum enim vitam austeram & rigidissimam ante Episcopatum constanter egisset, & in illa [palæstra] se diu exercuisset, generosum se athletam præbuit, & verbis [populum] erudiens, & vita confirmans verba. Hic Porphyrio successit; qui eximia quadam prudentia præditus erat. Alexander vero, rigore vitæ, & studio sapientiæ, & opum contemptu, & eloquentia, & innumeris aliis dotibus excellebat.

Ἀλέξανδρος Αἰτωλός. Alexander Aetolus, ex urbe Pleurone, Satyri & Stratocleæ. F. Grammaticus. Hic etiam tragœdias scripsit, ita ut etiam septem Tragicis (qui *Pleias* cognominati fuerunt) accenseretur.

Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος. Alexander Ægæus, Philosophus Peripateticus, præceptor Neronis Imperatoris, una cum Chæremone Philosopho. Filium habuit nomine Cælium. Hic vocavit Neronem *lutum sanguine maceratum*. Malis discipulis, ut opinor, pejores magistri fuerunt. Virtus enim doceri, vitiumque usu addisci potest. Fuit & alius Alexander, Aphrodisiensis, Philosophus. Et alius, Numenii filius, Sophista. Item alius, Rhetor, qui Claudius vocabatur. Item alius, Rhetor, Casilonis F. frater Eusebii Rhetoris, Juliani vero discipulus. Item alius Alexander, Alexandri causidici F. Cilix, Seleuciensis, Rhetor, qui Peloplato cognominatus est.

Ἀλέξασθαι. Propulsare. Opitulari. Xenophon. *Longe præstabat, facto ex vico impetu, hostem reprimere, quam inter proficiscendum adversus eos irruentes dimicare.*

1 Οὗτος συνέγραψε βιβλία ἀριθ. κρ.] De ejus scriptis legendus est Meursius ad Chalcidium, loco paulo ante laudato. Scripserat autem inter alia opus de Judæis, ex quo insignia Fragmenta leguntur apud Eusebium *de Præpar. Evang.* lib. IX. cap. XVII. XVIII. & seqq.

2 Ὡς γυνὴ γέγονεν Ἑβραία Μωσώ] Hæc etiam leguntur infra v. Μωσώ, post v. Μωϋσῆς.

3 Ἀλέξανδρος. Ἀντιοχ. Ἐπ.] Quæ Suidas hic de Alexandro, Antiochiæ Episcopo, tradit, deprompta sunt ex Theodoreti Histor. Eccles. Lib. v. cap. XXXV. ut vir quidam doctus ad marginem Codicis Pearsoniani recte observaverat.

4 Συμβαίνουσαν εἶχε τῇ Ἀρχ.] Apud Theodoretum legitur, συμβαίνουσαν.

5 Καὶ λόγους παιδεύων] Lege καὶ λόγῳ παιδεύων, ut apud Theodoretum.

6 Καὶ μυρίοις ἑτέροις πλεονεκτ. χάριτος.] Legendum est ex Theodoreto, καὶ μυρίοις ἑτέροις ἐκόσμειτο χαρίσμασι: quam lectionem in versione expressi.

7 Ἀλέξανδρος Αἰτωλός.] Vide Suidam infra v. Ἄρατος Σολεύς: ubi docemur, Alexandrum hunc Ætolum fuisse æqualem Arati Solensis; unde ætatem ejus discimus. Quo tempore enim Aratus vixerit, Suidas ibidem docet.

8 Οἵπερ ἐπεκλήθησαν ἡ Πλειάς] Pleiadis hujus Tragicorum meminit etiam Suidas v. Σωσίθεος, v. Σωσιφάνης, v. Σοφοκλῆς, & v. Φιλίσκος.

9 Καὶ ἄλλος Ἀλέξανδρος, Ἀλεξ. δικ.] De hoc Alexandro legendus est Philostratus *de Vit. Sophist.* lib. II.

10 Ἀλεξάνδρου, δικηγόρου, Κίλιξ Σελευ.] Philostratus loco laudato: Ἀλέξανδρον δὲ, ὃν Πηλοπλάτωνα οἱ πολλοὶ ἐπωνόμαζον, πατρὶς μὲν ἦν Σελεύκεια, πόλις οὐκ ἀφανὴς ἐν Κιλικίᾳ, πατὴρ δὲ ὁμώνυμος, ἐς τοὺς ἀγοραίους λόγους ἱκανώτατος.

11 Ξενοφῶν] *De Expedit.* Cyri lib. III. pag. III. P.

Ἀλέξαι. βοηθῆσαι. [1] ἀλλέξαι δὲ, ἐπιλέξαι.

Ἀλέξαι. Opem ferre. Ἀλλέξαι vero, colligere.

Ἀλέξειν. ἀποτρέπειν.

Ἀλέξειν. Avertere. Arcere.

Ἀλεξήσοντα. βοηθήσοντα.

Ἀλεξήσοντα. Opitulaturum.

Ἀλεξητῆρα. βοηθόν.

Ἀλεξητῆρα. Auxiliatorem.

Ἀλεξιάρη γῆ [2]. ἡ τοῖς ἀνδράσι βοηθοῦσα.

Ἀλεξιάρη γῆ. Terra viris opem ferens.

Ἀλεξιβέλεμνον. τὸν τὰ βέλη ἀπείργοντα. ἐν Ἐπιγράμματι·

Καὶ [3] τὸν ἀλεξιβέλεμνον ἀπὸ στέρνοιο χιτῶνα.

Ἀλεξιβέλεμνον. Arcentem tela. In Epigrammate.

*Et propulsantem tela a pectore loricam.*

Ἀλεξίκακον. ἀλεξιφάρμακον, ἀντιφάρμακον. κακίας καθαρτικὸν, καὶ θεραπευτικόν. [4] καὶ Ἀλεξίκακε, τουτέστι, ἀποτρόπαιε, ὁ τὰ δεινὰ ἀπείργων.

Ἀλεξίκακον. Quod malum propulsat. Remedium contra venenum. Quod a vitio purgat & liberat. Et Ἀλεξίκακε, O malorum propulsator, vel, qui mala averruncas.

Ἄλεξις Θούριος. [5] ἥτις πρότερον Σύβαρις ἐκαλεῖτο. Κωμικός. ἐδίδαξε δράματα σ' μ' ε'. γέγονε δὲ [6] πάτρως Μενάνδρου τοῦ κωμικοῦ. ἔσχε δὲ υἱὸν Στέφανον, καὶ αὐτὸν κωμικόν.

Ἄλεξις Θούριος. Alexis Thurius, (Thurium autem prius Sybaris vocabatur,) Comicus. Docuit fabulas 245. Fuit autem patruus Menandri Comici, habuitque filium Stephanum, qui & ipse Comicus fuit.

Ἀλεξιφάρμακα. ἀλεξιτήρια φαρμάκων. [7] Μένανδρος. Παιδίον Ἐφεσία τοῖς γαμοῦσιν, ὑποπεριπατεῖ, λέγων ἀλεξιφάρμακα.

Ἀλεξιφάρμακα. Remedium adversus venena. Menander *Pædio: Obambulat, Ephesia nubentibus alexipharmaca venditans.*

Ἀλεξόμενον. ἀμυνοῦντα. τὸν [8] κακῶς ἄρξαντα κακῶσαι θέλοντα· καθάπερ ἐπὶ τῶν κατ' ἰδίαν ἀδικημάτων οἱ νομοθέται καὶ δικασταὶ πάσας τὰς τῶν συμβαινόντων βλάβας οὐκ ἐπὶ τὸν ἀλεξόμενον, ἀλλ' ἐπὶ τὸν ἄρχοντα χειρῶν ἀδίκων, ἀναφέρουσι. καὶ Ἀλεξομένους παρὰ Ἡροδότῳ, ἀντὶ τοῦ, ἀμυνομένους, ἢ ἐπιβοηθοῦντας. [9] Τριτημορὶς δὲ τῶν Μασσαγετῶν τοὺς ἐπιληφθέντας τῆς Κύρου στρατιᾶς ἀλεξομένους ἐφόνευε. Καὶ Ἀλέξασθαι, κωλύειν, ἀπείργειν. Οἱ δὲ ἵπποι οὐκ ἦσαν αὐτοῖς χρήσιμοι ἐς τὸ φεύγειν σὺν αὐτοῖς, ἢ ἀπελαύνοντας ἀλέξασθαι τοὺς πολεμίους. Καὶ αὖθις. Εὔχετο [10] δὲ ὁ Κῦρος τοσοῦτον χρόνον ζῆν, ἔς τε νικῴη τοὺς εὖ καὶ κακῶς ποιοῦντας ἀλεξόμενος.

Ἀλεξόμενον. Vim propulsaturum. Volentem ulcisci eum, qui prior injuriam intulit. In omnibus enim delictis privatis legislatores & judices omnia damna, quæ accidunt, non ei, qui vim propulsavit, sed ei, qui alterum injuria lacessivit, imputant. Et Ἀλεξομένους apud Herodotum, vim propulsantes, vel, opem ferentes. *Massagetarum exercitus tertia pars milites ex Cyri exercitu relictos, qui illis resistebant, interfecerunt.* Et Ἀλέξασθαι, impedire, prohibere. *Equi ipsi erant inutiles, tam ad fugam capessendam, quam ad hostes fugientes persequendos.* Et iterum: *Optabat autem Cyrus se tamdiu superstitem esse, donec & bene & male de se merentes gratia referenda vicisset.*

Ἀλεωρή. ἔκκλισις, καὶ φυλακή. Πολλοὶ δὲ ὑπὸ χιόνος ἀπέθανον. καὶ οὐδ' ἡντινοῦν ἀλεωρὴ ἦν, ἑκάστων ἑαυτοὺς διασώζειν [11] ἱκανοὺς ἡγουμένων.

Ἀλεωρή. Declinatio [mali,] & studium cavendi [malum.] *Multi autem nive exstincti sunt, nec ulla ratione malum vitari poterat, singulis existimantibus, satis esse, si suæ quisque saluti consuleret.*

Ἀλλ' ἕπου χώρας τρόποις. ὅτι δεῖ χώρας ἑκάστης, ἐν ᾗ ἄν τις γένηται, μιμεῖσθαι τὰ ἔθη.

Ἀλλ' ἕπου χώρ. At sequere regionis mores. [Proverbium hoc significat,] oportere cujusque regionis, in qua quis fuerit, mores imitari.

Ἀλλ' [12] ἔσθι' ἐλθὼν τοὺς Μεγακλέους κίονας. [13] Ὡς εἰ εἶπε, τὸν πλοῦτον. ἐμφαίνει διὰ τούτων, ὅτι οὐδὲν

Ἀλλ' ἔσθ. ἐλθ. *At abi, & ede Megaclis columnas.* Quasi dixisset, divitias. His autem verbis

1 Ἀλλέξαι] Sic ex MSS. reposui. In prioribus enim Edit. legitur ἀλέξαι: quod mendosum est. Voce autem ἀλλέξαι, pro ἀναλέξαι, usus est Homerus Il. Φ. v. 321. ubi vetus enarrator inquit: Ἀλλέξαι. ἀναλέξαι, συλλέξαι.

2 Ἀλεξιάρη γῆ] Respexit Suidas ad versum illum Hesiodi *Oper. & Dier.* 11. 82.

Νηὸς ἀλεξιάρης, παίδων εὐκηλήτειρα.

Ad quem locum Proclus: Νηὸς ἀλεξιάρη. Διὰ τῆς τιμῆς ὄντων [illegible] καὶ ἡσυχίαν [illegible]. Τὰ γὰρ λιμώττοντα καὶ ἡ πόλις χαλεπῶς διατίθεται, καὶ θηριώδη [illegible] πρὸς τὴν ἐρημίαν ἀπαγορεύει. Vide etiam Etymol. M.

3 Καὶ τὸν ἀλεξιβέλεμνον.] Hexameter hic est pars Epigrammatis, quod integrum legitur Anthol. lib. VI. pag. 575.

4 Καὶ ἀλεξίκακε, τουτέστι, ἀποτρ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Nubes*, pag. 200.

5 Ἥτις πρότερον Συβ.] Vide Stephanum *de Urb.* v. Θούριοι.

6 Πάτρως] Sic recte in MSS. & Edit. Mediolanensi legitur. Male vero in Edit. Basil. & Genev. πατρός: quam lectionem secutus Portus Alexin, contra historiæ veritatem, filium Menandri facit, cum fuerit ejus patruus.

7 Μένανδρος. παιδίον Ἐφεσία] Locus hic ita legendus & distinguendus est: Μένανδρος Παιδίῳ·

Ἐφεσία τοῖς γαμοῦσιν, ὑποπεριπατεῖ,
Λέγων ἀλεξιφάρμακα.

Scripserat enim Menander fabulam, Παιδίον vocatam, cujus Suidas etiam meminit v. Ἀπέσω. Sensus autem fragmenti hujus obscurus est, quoniam integer locus Menandri hodie non exstat.

8 Τὸν κακῶς ἄρξαντα κακῶσαι θέλοντα.] Legendum est, τὸν κακῶς ἄρξαντα κακῶσαι θέλοντα.

9 Τριτημορὶς δὲ τῶν Μασσαγ.] Locus hic apud Herodotum lib. 1. pag. 54. ita legitur: Τῶν Μασσαγετέων τριτημορὶς τοῦ στρατοῦ τοὺς τε λειφθέντας Κύρου στρατιῆς ἐφόνευε ἀλεξομένους. Locum Herodoti Portus etiam observaverat.

10 Εὔχετο δὲ ὁ Κῦρος τοσοῦτ.] Hæc deprompta sunt ex Xenophonte lib. 1. *De Expedit. Cyri*, pag. 267. C. ubi locus integer sic legitur: Φανερὸς δ' ἦν, καὶ εἴ τις αὐτὸν ἀγαθὸν ἢ κακὸν ποιήσειεν αὐτὸν, νικᾷν πειρώμενος· καὶ εὐχὴν δέ τινες αὐτοῦ ἐξέφερον, ὡς εὔχοιτο τοσοῦτον χρόνον ζῆν, ἔς τε νικῴη καὶ τοὺς εὖ καὶ τοὺς κακῶς ποιοῦντας ἀλεξόμενος. i. e. *Palam autem præ se ferebat, se studiose anniti, ut aliorum in se beneficium vel injuriam vice reddenda non solum æquaret, sed etiam vinceret. Nonnulli etiam memorant, ipsum optasse, ut tamdiu viveret, donec bene vel male de se promeritos gratia referenda superasset.*

11 Ἱκανοὺς ἡγουμένων] In 2 MSS. Paris. rectius legitur ἱκανὸν quam lectionem in versione secutus sum.

12 Ἀλλ' ἔσθι' ἐλθ.] Ex Aristoph. *Nubibus*, pag. 103. ubi consule Scholia. *P.*

13 Ὡς εἰ εἶπε] Voculam εἰ, quæ in prioribus Edit. deest, ex Schol. Aristoph. loco huic restitui.

αὐτῷ

αὐτοῦ καταλειφθῆ, εἰ μὴ ἡ αὐλή. [1] Ἀντὶ τοῦ, τοὺς λίθους τῆς Μεγακλέους οἰκίας. οὗτοι γὰρ μόνοι καταλείφθησαν αὐτῷ πάντα φαγόντι. λέγει δὲ ὁ πρεσβύτης πρὸς τὸν υἱόν. Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις. ἐπὶ τῶν ἀσωτίαις διαιτωμένων ὁ λόγος.

Ἀλλ' [2] ἔστ' ἀληθὴς ἡ βροτῶν παροιμία· [3] Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κ' οὐκ ὀνήσιμα. Αἴας φησίν. Ζήτει ἐν τῷ, Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κ' οὐκ ὀνήσιμα.

Ἀλετρεύουσιν. [4] ἀλήθουσιν.

Ἀλετρίβανος. [5] οἱ μὲν δασύνουσι, παρὰ τὸ τὰς ἅλας τρίβειν· οἱ δὲ, ψιλοῦσι, παρὰ τὸ ἀλεῖν. [6] καὶ δοῖδυξ μὲν, Ἀττικόν· ἀλετρίβανος δὲ, Ἀσιανόν. λέγεται δὲ καὶ ἀλότριψ.

Καὶ τοῦτον δικάρηνον ἀλότριβα.

καὶ [7] Ἀλετρὶς, ἡ μυλωθρὸς, παρὰ Καλλιμάχῳ.

Ἀλέοιμι. [8] ἀντὶ τοῦ, θερμαίνοιμι. Ἀριστοφάνης.

Ἀλεύετο. ἐξέφυγεν. Ἄλευαι. Ἴωνες τὸ φύλαξαι οὕτως λέγουσι. Καὶ παροιμία. [9] Ἄλευ' ἀπὸ μείζονος ἀνδρός.

Ἀλευάδαι. [10] οἱ ἐν Λαρίσῃ τῆς Θετταλίας εὐπατρίδαι, ἀπὸ Ἀλεύου βασιλέως τὸ γένος ἔχοντες.

Ἀλευρότησις. τὸ λεπτὸν τοῦ ἀλεύρου, ἡ πασπάλη παρὰ πολλοῖς λεγομένη.

Ἀλεία. [11] ἡ ἄθροισις.

Ἀλείατα. [12] τὰ ἄλευρα.

Ἄλειμμα. ἐκ τοῦ ἀλείφω. Ἄλιμα δὲ, βοτάνη.

Ἄλειον. [13] τὸ τοῦ Ἡλίου ἱερὸν κατὰ Ῥοδίους. [14] σημαίνει ὕδωρ. καὶ Ἄλειος ὁ Ζεύς.

Ἀλειπτής. πηγὴ ἐν Ἐφέσῳ.

Ἀλεῖπται. οἱ πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἐπασκοῦντες. Ὁ Θεολόγος λέγει· Ἀλεῖπται τῆς ἀρετῆς. καὶ Ἀλείπτης, ὁ ἀγωνοθέτης.

Ἀλειπτόν. ἐσκευασμένον θυμίαμα.

Ἁλεὶς. ἀντὶ τοῦ, συναλείς. καὶ Ἁλιεῖς, ἀντὶ τοῦ, ἁλιεῖς. Ἁλιεῖς σοφισταί.

Ἄλεισον. [15] τὸ ποτήριον.

significat; nihil ipsi relictum esse, præter aulam. [Aliter. Κίονας hic dictum est] pro, lapides domus Megaclis. Hi enim soli ipsi relicti fuerant, postquam omnia absumpsisset. Hæc autem senex [Strepsiades] ad filium suum dicit, apud Aristoph. in Nubibus. Proverbium hoc dicitur de illis, qui dissolute vivunt.

Ἀλλ' ἔστ' ἀληθής. *At verum est illud mortalium proverbium: Inimicorum dona infausta sunt, & minime utilia.* Hæc Ajax ait. Quære in Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κ' οὐκ ὀνήσιμα.

Ἀλετρεύουσιν. Molunt.

Ἀλετρίβανος. [Pistillum.] Alii [vocem illam] cum spiritu aspero scribunt, παρὰ τὸ τὰς ἅλας τρίβειν, i. e. a sale terendo. Alii vero, cum spiritu leni, ab ἀλεῖν, i. e. molere. Et δοῖδυξ quidem [pro pistillo] Atticum est: Ἀλετρίβανος vero, Asiaticum. Dicitur etiam ἀλότριψ. [In Epigrammate:]

*Et hoc biceps pistillum.*

Et Ἀλετρὶς, molitrix, apud Callimachum.

Ἀλέοιμι. Calefaciam. Aristophanes.

Ἀλεύετο. Effugit. Ἄλευαι apud Iones significat, cave. Et proverbium: Cave a majori viro.

Ἀλευάδαι. Aleuadæ. Familia nobilissima in urbe Thessaliæ Larissa; ab Aleua Rege genus ducens.

Ἀλευρότησις. Tenuissima farinæ pars; quæ a multis πασπάλη vocatur.

Ἀλεία. Coacervatio, vel, congregatio.

Ἀλείατα. Farina.

Ἄλειμμα. [Unguentum.] Ab ἀλείφω. Ἄλιμα vero, herba.

Ἄλειον. Solis templum apud Rhodios. Significat etiam aquam [collectam.] Et Jupiter Ἄλειος.

Ἀλειπτής. Fons quidam Ephesi.

Ἀλεῖπται. Qui ad certamina alios instruunt & exercent. Theologus [per translationem] dixit: *Aliptæ virtutis.* Et Ἀλείπτης, certaminis moderator.

Ἀλειπτόν. Præparatus suffitus.

Ἁλεὶς. Contractus. Et Ἁλιεῖς, pro ἁλιεῖς, [piscatores.] Sophistæ piscatores.

Ἄλεισον. Poculum.

1 Ἀντὶ τοῦ, τοὺς λίθους τ.] Hæc est nova, & a priori diversa, verborum Aristophanis interpretatio; quod ideo moneo, ne quis forte, qui locum hunc abruptum esse, & cum superioribus minime cohærere, observaverit, cum turbatum esse, vel alio quodam graviori mendo laborare existimet.

2 Ἀλλ' ἔστ' ἀληθ.] Duo hi versus Iambici excerpti sunt ex Sophocl. *Ajace*, pag. 40. ut Portus etiam observavit. Vide etiam supra v. Ἄδωρα.

3 Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα] In Antholog. lib. III. cap. XIV. pag. 346. in Epigrammate Leontii in Ajacem, inimicorum dona eleganter dicuntur,

Ἐν χαλέπῳ σφαλερὸν μῖσος ἔχοντα μόρον.

Vide Suidam infra v. Αὐτοκτόνα.

4 Ἀλετρεύουσιν] Sic etiam Hesychius. Perperam autem in prioribus Edit. legitur ἀληθεύουσιν, quod longe aliud significat.

5 Ἀλετρίβανος. οἱ μὲν δασ.] Notam hanc de voce ἀλετρίβανος descripsit Suidas ex Scholiasta Aristophanis ad *Pacem*, pag. 640. A.

6 Καὶ δοῖδυξ μὲν Ἀττικόν· ἀλετρίβανος δὲ, Ἀσ.] Huc pertinent verba Helladii apud Photium, pag. 1588. Ὅτι ὁ τῆς θυείας τριβεὺς, δοῖδυξ μὲν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ὀνομάζεται· ἀλετρίβανος δὲ, παρὰ τῇ συνηθείᾳ.

7 Καὶ ἀλετρὶς, ἡ μυλ. παρὰ Καλλιμ.] Locus Callimachi, ad quem Suidas hic respicit, legitur infra v. Ἀπὸ δρόμου, & v. Σιγαλόεις.

8 Ἀλέοιμι. ἀντὶ τοῦ, θερμ.] Vide supra v. Ἀλεαίνομαι.

9 Ἄλευ' ἀπὸ μείζ.] Vide Paræmiographos.

10 Ἀλευάδαι. οἱ ἐν Λαρίσ.] Vide Henr. Valesf. in notis ad Prologum Histor. Eccles. Sozomeni, & ad Harpocrat. v. Τετραρχία.

11 Ἡ ἄθροισις] Lectionem hanc libri, tam manu exarati, quam editi, constanter retinent: quod tamen non obstat, quo minus eam mendo laborare, ejusque loco scribendum esse ἄθροισις, affirmare audeam. Ἀλεία enim ab eadem descendit origine, a qua ἀλὴς, quod Grammatici interpretantur ἀθροισθείς. Hesychius: Ἀλὲς, συναθροισθέν. Idem, Ἀλέντων, ἢ συγκλεισθέντων, ἢ ΑΘΡΟΙΣΘΕΝΤΩΝ, ἢ συστραφέντων. Apud Homerum Il. Ψ. v. 420. Χειμέριον ΑΛΕΝ ὕδωρ, est, *hiberna aqua collecta.* Scholiasta ad eum locum: Ἢ ἀλὲν ἔχει συνεστραμμένον, ὅ ἐστι συνεχέον. Sed pro συνεστραμμένον ibi legendum est συνεστραμμένον; quod vel ex Eustathio probari potest, cujus hæc ad eundem locum sunt verba: Ἢ, τουτέστιν ὅπου χειμέριον ἀλὲν, ὅ ἐστι συστραφὲν, συναχθὲν, ὕδωρ &c. Vide etiam Etymologum v. Ἀλέν, & v. Ἀλής. Hinc ergo patet, quam longe Portus a scopo aberret, dum vocem ἀλεία proprie piscationem marinam significare putat.

12 Ἀλείατα. τὰ ἄλευρα] Vide Etymologum h. v.

13 Ἄλειον τὸ τοῦ Ἡλ.] Scribendum est Ἅλειον, cum spiritu aspero, quod Doricum est: pro quo κοινῶς dicitur ἡλιεῖον. Vide Eustath. ad Odyss. Z. p. 1562.

14 Σημαίνει ὕδωρ] Scribendum est, σημαίνει δὲ καὶ ὕδωρ ἀθροισθέν. Sponsorem hujus conjecturæ do Hesychium, qui vocem ἀλεῖον interpretatur ὕδωρ ἀθροισθὲν καὶ συμπαγές.

15 Ἄλεισον, τὸ ποτ.] Hac voce frequenter usus est Homerus.

Ἀλεῖται. πηδήσει. [1] Καὶ χωλὸς, ὡς ἔλαφος, ἀλεῖται.

Ἀλειτεία. ἡ ἁμαρτία.

Ἀλείτης. τὸ μὲν διὰ διφθόγγου, σημαίνει τὸν ἁμαρτωλόν· τὸ δὲ διὰ τοῦ η, σημαίνει τὸν πλανήτην. ἀλιτρὸς δὲ, διὰ τοῦ ι.

Ἀλλ' [2] εἴ τις ὑμῶν ἐν Σαμοθράκῃ μεμυημένος ἐστὶ, νῦν εὔξασθαι καλὸν, ἀποστραφῆναι τοῦ μετιόντος τὼ πόδε. Ἐν Σαμοθράκῃ ἦσαν τελεταί τινες, ἃς ἐδόκουν τελεῖσθαι [3] πρὸς ἀλεξιφάρμακον κινδύνων τινῶν. Ἦν δὲ ἐκεῖσε καὶ τὰ τῶν Κορυβάντων μυστήρια, καὶ τὰ τῆς Ἑκάτης, καὶ [4] τὸ Ζήρινθον ἄντρον, [5] ἐν ᾧ κύνας ἔθυον. Ἐδόκουν δὲ ταῦτα οἱ μεμυημένοι ἔκ τε δεινῶν σώζεσθαι, καὶ ἐκ χειμώνων. Ἀποστραφῆναι δὲ, ἀντὶ τοῦ, διαστραφῆναι, καὶ κλασθῆναι τοῦ μετιόντος τὰ δοίδυκα. ἐναντίαν αὐτῷ τὴν εἰς τὸ δεύτερον γενέσθαι ὁδὸν, ὥστε μηκέτι αὐτὸν ὑποστρέψαι.

Ἀλείφατι. ἐλαίῳ. ἢ ἑτέρῳ ἀλείμματι. [6] Κανών. Ὅτι τὰ παρὰ τὸ ἀλείφω, εἰ μὲν διὰ τοῦ π ἐκφέρεται, καὶ διὰ διφθόγγου γράφεται, οἷον ἀλείπτης. εἰ δὲ διὰ τοῦ φ, εἰ μὲν ὦσι σύνθετα, διὰ τοῦ ι. πισσαλιφὴς, ἀνηλιφής. εἰ δὲ ἁπλᾶ, διὰ τῆς ει διφθόγγου, οἷον ἄλειφαρ.

Ἀλείψας. [7] αἰτιατικῇ. διεγείρας. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀθλητῶν. Εἰς καρτερίαν ἀλείφων τοὺς ἀδικουμένους. Καὶ [8] Ἀριστοφάνης. Ἀλείψασθ' ἀπ' αὐτῶν ταῖς νουμηνίαις. διὰ τὸ ταύτας εἶναι τιμίας τῶν ἡμερῶν.

Ἄλη. ἡ πλάνη. [9] Ὁ δὲ οὐδένα αὐτοῦ ᾤετο διοίσειν ἐπ' ἀνδρείᾳ, καὶ τοσοῦτον αὐτοῦ ἤδη ἡ ἄλη ἐπεκράτει, ὡς σκευὴν ἀναλαβεῖν Ἀχιλλέως, οὕτω τε περιβαίνειν εἰς ἵππον, καὶ κατὰ τὸν ἱππόδρομον [10] Φρυάττεσθαι τοῦ ἵππου. Καὶ Ἀλώμενος, ἀντὶ τοῦ, πλανώμενος. Ἐν Ἐπιγράμματι·

Ἁλὸς τύραννε, σοὶ, Πόσειδον, Ἀρχικλῆς
Ἔθηκε λήξας τῆς [11] ἀπ' ἠόνος ἄλης.

Καὶ Ἀλήτης βίος, διὰ τοῦ η.

Ἄλλῃ. ἀντὶ τοῦ ἄλλως, ἢ κατὰ τὸ ἄλλο. Θουκυδίδης.

Ἀλεῖται. Saltabit. *Et claudus, ut cervus, saltabit.*

Ἀλειτεία. Peccatum.

Ἀλείτης. Hoc nomen, quum per ει diphthongum scribitur, significat peccatorem: quum vero per η, significat erronem. Ἀλιτρὸς vero, per ι, [peccator vocatur.]

Ἀλλοιῶσα. Verberans. Et ἀλλοιᾶν. Verberare.

Ἁλοίη. Capiatur. Et Ἁλοῖεν. Capiantur.

Ἄλλοι κάμον, ἄλλ. Alii laborarunt, alii vero fructum perceperunt. Dicitur in eos, qui præter spem aliorum bona consequuti sunt.

Ἀλλοῖος. Immutatus, vel alienigena.

Ἀλλοιοφανής. [Qui diversam speciem habet.]

Ἀλοιῶν. Verberans. Percutiens. *Ille vero vel clava eum percutiens, vel alio quodam modo eum interfecit.* Hinc & πατραλοίας, patricida. Et Ἀλοιῶσα, verberans. Et Homerus: *Prorsus confregit.* Ἀλύω autem, gaudeo: item, doleo; cum accentu gravi.

Ἀλλοίωσις. Ἀλλοίωσις est, cum una species in alteram mutatur, eodem subjecto manente. Cum autem ἀλλοίωσις duplex sit; ea, quæ res destruit, proprie vocatur πάθος & ἀλλοίωσις: ea vero, quæ res ad perfectionem perducit, non proprie dicitur πάθος vel ἀλλοίωσις, sed potius generatio.

Ἄλλοις μὲν γλ. Aliis lingua; aliis vero dentes molares. [Dictum hoc ideo,] quia illi sunt loquaces; hi vero, voraces.

1 Ἄλπεις, ὄρη διορίζοντα Γάλλους καὶ Αἰλ.] Fragmentum hoc excerptum est ex Procop. *de Bello Goth.* lib. II. cap. XXVIII.

2 Αἰλούρους] Nomen gentis hujus corruptum quidem esse vidit acutissimus Reinesius *Var. Lect.* lib. III. cap. 2. pag. 364. sed minus recte Ἀλβάνους, vel Ἰλλυρίους, ejus loco reponendum putat. Ignorabat enim verba ista deprompta esse ex Procopio, apud quem, loco laudato, recte legitur Λιγούρους, i. e. Ligures: quam lectionem in versione secutus sum.

3 Ἁλσὶν διασμηχθ.] Est versus Aristoph. in *Nubibus*, pag. 193. ubi vide veterem enarratorem, ex quo Suidas sua descripsit.

4 Ὅσοι ἅλας βάλλονται] Apud Scholiastam Aristophanis legitur, εἰς ἃ ἅλας βάλλονται; quod probo, modo pro βάλλονται scribatur ἐμβάλλονται.

5 Ἐπειδὴ] Lege ex Scholiasta, ἢ ἐπεί.

6 Στρεψιάδου] Lege δανειστοῦ, ut in Scholiis. Non enim hæc de Strepsiade dicuntur, sed ipse Strepsiades ea de fœneratore dicit.

7 Ἁλσίνη, βοτάνης εἶδ.] Hæc descripta sunt ex Paulo Æginata lib. VII. cap. II. ubi locus hic ita legitur: Ἁλσίνη· εἰ δὲ μόνη ἐστί, τὴν δύναμιν ὁμοίαν ἔχει τῇ Ἑλξίνῃ, ψύχουσά τε καὶ ὑγραίνουσα· διὸ πρὸς τὰς ζεούσας ἁρμόζει φλεγμονάς.

8 Ἄλτιον] Scribendum est Ἄλπιον. Vide supra v. Ἄλπιον.

9 Ἀλλοιῶσα] Lege ἀλοιῶσα, & ἀλοιᾶν, per unum λ.

10 Παρ' ἐλπίδα κληρονομησάντων] Ex Zenobio & Diogeniano addendum est τὰ ἀλλότρια.

11 Ὅμηρος] Il. Δ. v. 522.

12 Διττοῦ δὲ τοῦ πάθους λεγ.] Vide infra v. Πάσχειν.

13 Γόμφοι] Sic etiam Zenobius. Apud Diogenianum vero & Mich. Apostolium rectius legitur γομφίοι, i. e. *dentes molares*.

Ἀλύω.

Ἀλύω. τὸ χαίρω. καὶ Ἀλύω, τὸ λυποῦμαι.

Ἀλύω. Gaudeo. Lætor. Et Ἀλύω. Doleo; Triſtor.

Ἄλοιτο. κινοῖτο. ὁρμῷτο.

Αἰεί[1] τοι λιπαρῷ ἐπὶ σήματι, θεῖε Σοφόκλεις,
Σκηνίτης μαλακοὺς κισσὸς ἄλοιτο πόδας.

Ἄλοιτο. Moveatur. Saliat.

*Semper ſplendidum tuum ſuper ſepulchrum, divine Sophocles,*
*Scenica hedera mollibus repat pedibus.*

Ἀλοιφή. τὸ λίπος. καὶ ἡ ἄλειψις.

Ἀλοιφή. Pinguedo. Item, quo ungimur.

Ἀλυάττης. [2] Λυδῶν βασιλεύς. ὃς ἦν μὲν τὰ πολέμια γενναῖος, ἄλλως δὲ ἀκόλαστος· καὶ γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφὴν ᾔσχυνεν. ἐγέννησε δὲ Ἀλυάττην, ὅς τις ἕως μὲν νέος ἦν, ὑβριστὴς ἦν, καὶ ἀκόλαστος· ἐκβὰς δὲ ἐς ἄνδρας, σωφρονέστατος, καὶ δικαιότατος, καὶ ἀνδρειότατος. Ἐπολέμησε δὲ Σμυρναίοις, καὶ εἷλε τὸ ἄστυ. Οὗτος γεννᾷ τὸν Κροῖσον. Στρατεύσας δὲ ἐπὶ Καρίαν, παρήγγειλε τοῖς ἑαυτοῦ στρατὸν ἄγειν ἐς Σάρδεις, ἐν οἷς καὶ Κροίσῳ, ὅστις ἦν αὐτῷ πρεσβύτατος τῶν παίδων, ἄρχων ἀποδεδειγμένος Ἀδραμυττείου τε καὶ Θήβης πεδίου. [3] Ἀλυάττην πολιορκοῦντος Πριήνην φησίν.

Ἀλυάττης. Alyattes, Lydorum Rex, erat quidem in bello fortiſſimus, ſed alioqui intemperans. Sororem enim ſuam ſtupraſſe dicitur. Genuit Alyattem, qui in adoleſcentia quidem petulans fuit & libidinoſus: idem vero cum ad ætatem virilem perveniſſet, ſummæ moderationis, juſtitiæ, & fortitudinis laudem reportavit. Bellum geſſit cum Smyrnæis, eorumque urbem cepit. Hic genuit Crœſum: cumque expeditionem in Cariam ſuſcepturus eſſet, [filiis] ſuis, inter quos & Crœſo natu maximo, qui Adramyttio & Thebes campo præfectus erat, mandavit, ut exercitum Sardes adducerent.

Ἀλύβη.[4] ὄνομα στήλης.

Ἀλύβη. Nomen columnæ.

Ἀλύδαιμος. ὁ κακὸς ἄνεμος.

Ἀλύδαιμος. Malus ventus.

Ἀλύδιμος.[5] ἡ οἰκουρός.

Ἀλύδιμος. Domus cuſtos.

Ἀλύει. ἀδημονεῖ. δυσχεραίνει. ἀθυμεῖ. ἀπορεῖ. Ἀλύουσα καὶ ἀσχάλλουσα παῦσαι. καὶ Ἀλύω, τὸ χαίρω ἐνίοτε.

Ἀλύει. Mœret. Ægre fert. Animum deſpondet. Fluctuat. *Mœrere & indignari deſine.* Et Ἀλύω interdum ſignificat gaudeo.

Ἀλύειν. τὸ ἐν ἄλῃ δυσφορεῖν. Σημαίνει δὲ ἐνίοτε, καὶ τὸ γεγηθέναι, ἀπὸ τῆς ἀλέας καὶ διαχύσεως. Ὅμηρος[6].

Ἦ ἀλύεις, ὅτι Ἶρον ἐνίκησας τὸν ἀλήτην;

ὅθεν καὶ δασύνεται. Σοφοκλῆς· Ἐᾶτέ μ' ὧδ' ἀλύειν. Ἐπὶ δὲ τοῦ δυσφορεῖν, καὶ ψιλοῦται. [7] Ἀγαθίας φησίν· Ἀλύοντι δὲ οἱ, καὶ γνωματεύοντι ἕκαστα, ἔδοξε χρῆναι[8] ἀποπειρᾶσθαι ἀμηγέπη τοῦ φρουρίου. Δίδυμος δὲ ἀμφότερα ψιλοῖ. τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ ἀλεαίνεσθαί φησι· τὸ δὲ, ἀπὸ τῆς ἄλης. Ἀττικώτερον δὲ, τὸ ἀμφότερα δασύνειν. καὶ γὰρ τὸ Ἀλεαίνεσθαι δασύνουσιν οἱ Ἀττικοί, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα.

Ἀλύειν. Iniquo animo aliquid ferre, ut illi, qui erroribus acti huc & illuc vagantur. Significat etiam interdum lætari, ideo quod animus lætitia diffundatur. Homerus:

*An lætaris, quod Irum erronem viciſti?*

Unde etiam cum ſpiritu aſpero ſcribitur. Sophocles: *Sinite me ſic dolori indulgere.* Agathias: *Fluctuanti vero illi, & ſingula perpendenti, viſum eſt expugnationem propugnaculi aliquo modo tentare.* Didymus vero utrumque cum ſpiritu leni ſcribit. Nam alterius quidem originem a verbo ἀλεαίνεσθαι, i. e. *calefieri*; alterius vero, a voce ἄλη i. e. *error*, arceſſit. Magis tamen Atticum eſt, ſi utrumque denſo ſpiritu notes. Nam & verbum ἀλεαίνεσθαι, & omnia hujus generis, cum ſpiritu aſpero Attici ſcribunt.

Ἀλυκόν. δριμύ. Ἀλυκὸν[9] δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ.

Ἀλυκόν. Acre. *Acris autem ipſi excidit lacryma.*

Ἀλυκρά.[10] χλιαρά. Γένετο δ' ἀλυκρά.

Ἀλυκρά. Tepida. *Facta eſt autem tepida.*

Ἀλυκτεῖν. δυσφορεῖν. ἀγανακτεῖν.

Ἀλυκτεῖν. Moleſte ferre. Indignari.

Ἄλυκτον. τὸ ἄφυκτον.

Ἄλυκτον. Inevitabile.

Ἀλυκτοπέδη. ἡ χαλεπὴ πέδη.

Ἀλυκτοπέδη. Moleſta pedica.

1 *Αἰεί τοι λιπαρῷ ἐπὶ σήμ.*] Diſtichum hoc eſt pars Epigrammatis in Sophoclem, quod integrum legitur Anthol. lib. III. cap. XXV. p. 306.

2 *Λυδῶν βασιλεύς. ὃς ἦν μὲν τὰ κτλ.*] Hæc, & quæ ſequuntur, ſunt verba Nicolai Damaſceni apud Conſtantin. Porphyrog. in Collectan. a Valeſ. editis, pag. 453. unde ea Suidas deprompſit. Notandum autem eſt, verba illa priora, *Λυδῶν βασιλεὺς* &c. uſque ad *ἀδελφὴν ᾔσχυνεν*, apud Conſtantinum, loco laudato, de Sadyatte, patre Alyattis, dici: quæ proinde cum Suidas hic ad Alyattem referat, apparet, eum mala fide locum iſtum excerpſiſſe.

3 *Ἀλυάττην πολιορκοῦντος Πριήνην φησίν.*] Hæc verba nec apud Conſtantinum in Excerptis reperiuntur; nec ſententiam integram, ſed mutilam prorſus, continent: quæ ratio eſt, quare ea in verſione prætermiſerim.

4 *Ἀλύβη. ὄνομα στήλης*] Alybe erat una columnarum Herculis, quæ ab aliis Calpe vocabatur; ut patet ex Euſtathio ad Dionyſium v. 64. Ἔστι δὲ αὐτῶν ἡ μὲν Εὐρωπαία, Κάλπη καλουμένη βαρβαρικῶς, Ἀλύβη δὲ καθ' Ἕλληνας· ἡ δὲ Λιβυκὴ κατὰ βαρβάρους μὲν Ἄβεννα καλουμένη, Ἑλληνικῶς δὲ Κυνηγετική. i. e. *Columnarum altera in Europa ſita erat, quæ a Barbaris vocabatur Calpe, a Græcis vero Alybe: altera vero in Libya, a Barbaris Abenna, a Græcis vero Kynegetike appellata.* Euſtathio ſuffragatur Tzetzes Chil. II. v. 339.

Ἀλύβην τε καὶ Ἄβενναν στήλας ἱστᾷ δύο.

i. e. *Duas columnas ſtatuit [Hercules,] Alybam & Abinnam.* Per *Alybam* enim hic intelligit eam columnam Herculis, quæ in Hiſpania ad fretum Herculeum ſita erat, & ab aliis *Calpe*, ut diximus, appellabatur: per *Abinnam* vero eam, quæ in oppoſito litore Mauritaniæ poſita, a nonnullis *Abyla* vocabatur.

5 *Ἀλύδιμος, ἡ*] Aliter hanc vocem exponit Heſychius, quem vid.

6 *Ὅμηρος*] Odyſſ. Σ. v. 332.

7 *Ἀγαθίας*] Lib. I. p. 20.

8 *Χρῆναι*] Hæc vox deeſt apud Agathiam.

9 *Ἀλυκὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ*] Videtur ſumptum ex Homero Il. B. v. 266. ubi tamen hodie legitur, *Θαλερὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ.*

10 *Ἀλυκρά. χλ.*] Vide Etymologum, ſecundum quem *ἀλυκρὸς* dictum eſt pro *θαλυκρός*.

Ἀλυ-

Ἀλυκλεσύνη. ἡ ἔκκλισις.

Ἀλύξαι. ἐκφυγεῖν. ἢ χαράξαι.

Ἀλυπότερος. ὁ μὴ λυπούμενος.

Ἀλυσίδιον. καὶ ἁλυσιδωτὸς θώραξ.

Ἄλυσις, ἁλύσεως.

Ἁλύσιον. πλοκίου γένος περὶ τὸν τράχηλον. [1] Μένανδρος Καρίνῃ· [2] Περὶ τὸν τράχηλον ἁλύσιον τί σοι δώσω.

Ἀλυσιτελές. ἀσύμφορον.

Ἀλυσκάζειν. περιΐστασθαι. ἐκκλίνειν. φεύγειν.

Εἰ [3] γὰρ φέγγος ἔλειπον ἀλυσκάζουσαι ἰάμβων
Ἄγριον [4] Ἀρχιλόχου φθέγμα [5] Λυκαμβιάδες.

Ἄλυζα. ὄνομα πόλεως.

Ἄλυτος. δυσχερῶς λυόμενος. ἐν [6] Ἐπιγράμματι·

——— Κακοῦ δ' ἐπὶ γήραος ἡμῖν
Ἄλυτος· [7] [8] ἡβάσκει γυιοτακὴς πενίη.

Ἄλφα. ὅτι τὰ ἄκλιτα, οἷον τὸ ἄλφα, χωρὶς ἄρθρου διδόασιν ὑποψίαν εὐθείας· εἰ δὲ σὺν ἄρθρῳ, πλαγίας πτώσεως. Ὅτι ἡ τοῦ Ἄλφα φωνὴ, τοῦ πρώτου στοιχείου καὶ ἄρχοντος, ἀπὸ τοῦ Ἄλεφ Ἑβραίου τὴν ἐπίκλησιν ἔλαβεν· [9] ὥστε τὰ ἱερὰ γράμματα εὑρήματα εἶναι τοῦ Ἀβραὰμ, κἂν ἄλλως καὶ ἄλλας ἑαυτοὺς διαπαίζοντες ἀναγράφωσιν Ἕλληνες.

Ἀλφάνει. εὑρίσκει. [10] Μένανδρος Ὁμοπατρίοις· [11] Ἦν δῆλον ὅτι νυμφίος τε ἀλφάνει. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις·

Οἴμοι [12] κακοδαίμων τῆς τόθ' ἡμέρας, ὅτε
Εἶπεν μ' ὁ κήρυξ οὗτος ἀλφάνει.

Εὔπολις Ταξιάρχαις· Οὐ θᾶττον αὐτὴν δεῦρό μοι τῶν τοξοτῶν ἀποκηρύξει τις ἐὰν ἀλφάνῃ. [13] Καὶ ὁ Ποιητής· [14] Ἑκατόμβοιον ὅς τ' ἀλφάνει.

Ἀλυκλεσύνη. Declinatio. Vitatio.

Ἀλύξαι. Declinare. Vel, radere.

Ἀλυπότερος. Qui non dolet.

Ἀλυσίδιον. [Catenula.] Et Ἁλυσιδωτὸς θώραξ, hamata lorica.

Ἄλυσις, ἁλύσεως. Catena.

Ἁλύσιον. [Ornamenti] tortilis genus, quo collum circundatur. Menander *Carino: Circa collum dabo tibi monile.*

Ἀλυσιτελές. Quod non conducit.

Ἀλυσκάζειν. Cavere. Declinare. Vitare.

*Si enim lucem reliquerunt fugientes Iamborum*
*Archilochi amarulentiam Lycambi filiæ.*

Ἄλυζα. Nomen urbis.

Ἄλυτος. Qui difficulter solvi potest. In Epigrammate:

——— *In mala vero senectute*
*Cum dura & membra exedente paupertate mihi conflictandum est.*

Ἄλφα. Nomina indeclinabilia, ut τὸ ἄλφα, sine articulo posita, casum rectum indicant: cum articulo vero, casum obliquum. Litera Ἄλφα, quæ primum & principem in Alphabeto locum tenet, ab Hebraico *Aleph* appellationem suam accepit. Quamobrem sacræ literæ sunt Abrahami inventum, quamvis Græci variis modis se ipsi deludentes, eas sibi adscribant.

Ἀλφάνει. Invenit. Menander in *Homopatriis: Erat manifestum quidnam sponsus tunc invenisset.* Aristophanes *Thesmophor.*

*Heu me infelicem illius diei causa,*
*Quando dixit præco - - - - -*

Eupolis *Taxiarchis: Non citius aliquis lictorum eam inventam pronuntiabit.* Et Poeta: *Qui centum boum pretio dignus est.*

1 Μένανδρος Καρίνῃ] Athenæus & Stobæus laudant Menandrum Καρίνῃ. uti etiam hic legendum non dubito.

2 Περὶ τὸν τράχηλον κλ.] Est senarius Iambicus, sed turbatus, quem sic in ordinem rediges:

Περὶ τὸν τράχηλον ἁλύσιον δώσω τί σοι.

3 Εἰ γὰρ φέγγος κλ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis in Archilochum, quod integrum exstat Anthol. lib. III. p. 391. ut a Porto etiam observatum fuit.

4 Ἄγριον Ἀρχιλόχου φθ.] Archilochum poetam fuisse maledicentissimum, & mordacibus virulentisque Iambis suis Lycambum una cum filiabus ad suspendium adegisse, notissimum est. Hinc in Epigrammate Anthol. lib. III. cap. XXV. eleganter de eo dicitur:

——— Ὅς ποτε πικρὴν
Μοῦσαν ἐχιδναίῳ πρῶτος ἔβαψε χόλῳ. i. e.
——— *Qui quondam mordacem*
*Stilum vipereo tinxit felle.*

Huc etiam spectat tritum illud proverbium, Ἀρχιλόχου πατεῖς, de quo vide infra.

5 Λυκαμβιάδες] Vide Anthol. lib. III. cap. X. pag. 330. ubi Epigrammata quædam in tragicam earum mortem leguntur.

6 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. VI. cap. III. p. 549. ut Portus etiam observavit.

7 Ἄλυτος] Metri gratia legendum est Ἄλυτος, ut in Anthologia.

8 Ἡβάσκει] Brodæus in notis ad hunc locum Anthologiæ joculari errore τὸ ἡβάσκει in duas voces ἢ βάσκει divisit, vertitque, *qua accedis, properas;* cum sit una tantum vox, significans *pubescit, floret, viget.* Auctor enim Epigrammatis hujus argutias & acumen captavit ex oppositione illorum verborum κακοῦ δ' ἐπὶ γήραος. & ἡβάσκει, significare volens, paupertatem pubescere quasi, & tum maxime vigere, dum ætas ad senium vergat. Ego in loco hoc vertendo non tam verborum, quam sensus rationem habui.

9 Ὥστε τὰ ἱερ. γράμμ. εὑρ.] Hæc, & quæ sequuntur, leguntur etiam supra v. Ἀβραάμ.

10 Μένανδρος Ὁμοπατρίοις] Hanc fabulam Menandri laudat etiam Stobæus duobus in locis, ut observavit Meursius in *Bibliotheca Attica,* v. Μένανδρος.

11 Ἦν δῆλον ὅτι νυμφ.] Senarius hic claudicat, quem Portus sic in integrum restituendum putat:

Ἦν δῆλον ὃ, τι νυμφίος τότ' ἀλφάνει.

Conjecturam hanc Porti nec refellere nec defendere animus mihi est, quoniam, quis hujus fragmenti sit sensus, ignoro, neque ex tam paucis, iisque corruptis, verborum reliquiis veram Poetæ mentem eruere potui.

12 Οἴμοι κακοδαίμων τῆς τόθ' ἡμ.] Quamvis integrum Aristophanem diligenter perlegerim, & cum Suida contulerim, verba tamen hæc in *Thesmophoriazusis* me legisse non memini. Quare nescio, an non forte Suidas ἁμάρτημα μνημονικὸν hic commiserit, & aliud agens Aristophani tribuerit, quæ ejus non sunt, sed alius auctoris: cujus peccati Grammaticum nostrum nonnunquam reum deprehendi. Cæterum, fragmentum hoc propter brevitatem obscurum est, adeo ut nemo verum ejus sensum indagare queat, nisi locum auctoris, ex quo id deprompsit Suidas, invenerit.

13 Καὶ ὁ Ποιητής] In uno MS. Paris. scriptum inveni, Καὶ Εὔπολις.

14 Ἑκατόμβοιον ὅς τ' ἀλφάνει] Vertendum est, *qui centum boum pretio dignus est.* Apud Græcos enim eleganter τιμὴν εὑρίσκειν (sive, quod idem est, ἀλφάνειν) dicuntur res, vel merces, quæ certo pretio dignæ sunt, ut erudite observavit Salmasius ad Flavium Vopiscum, pag. 546. Eadem phrasi usus est Homerus Il. Φ. 79. Ἑκατόμβοιον δέ τοι ἦλφον. i. e. si proprie vertas, *centum boum pretium tibi inveni.* Sensus autem est: *Magno pretio a te venditus sum.* Antiquissimis enim temporibus præcipuæ opes consistebant in pecoribus, inter quæ principem locum tenent boves. Hinc factum est, ut ante inventum nummorum usum pretia rerum bobus potissimum prisci mortales metirentur. Hinc orta sunt vocabula illa, ἑκατόμβοιον, ἀλφεσίβοιον, & similia.

Ἀλφι-

Ἀλφεσίβοια. [1] εὐμελὴ βοῶν.

Ἀλφειός. ποταμός. [2] Ὅμηρος·

Ὅς τ' εὐρὺ ῥέει Πυλίων διὰ γαίης.

ὃς [3] ἐκ τῆς πηγῆς εὐθέως κρύπτεται, καὶ πολὺν διεχθεὶς τόπον ὑπὸ γῆς, ἐκβάλλει περὶ Λυκόαν τῆς Ἀρκαδίας. ὁ δὲ ποταμὸς οὐ πολὺν τόπον ἀποσχὼν τῆς πηγῆς, καὶ κρυφθεὶς ἐπὶ δέκα σταδίους, πάλιν ἐκπίπτει, καὶ τὸ λοιπὸν φερόμενος διὰ τῆς Μεγαλοπολίτιδος, τὰς μὲν ἀρχὰς ἐλαφρὸς, εἶτα λαμβάνων αὔξησιν, καὶ διανύσας ἐπιφανῶς πᾶσαν τὴν προειρημένην χώραν [4] ἐπὶ δέκα σταδίους, [5] ἐκφανὴς γίνεται πρὸς Λυκόαν, ἤδη προσειληφὼς καὶ τὸ τοῦ Λουσίου ῥεῦμα, παντελῶς ἄβατος ὢν καὶ βαρύς.

Ἀλφειός. ποταμὸς [6] τῆς Ἀρκαδικῆς πόλεως, ἢ κεῖται κατὰ τὴν Πελοπόννησον. [7] δυόμενος δὲ διὰ τῆς Ἀδριάδος θαλάσσης εἰς τὸ πέλαγος, μηδαμῶς τι τῇ ἁλμυρίδι μιγνύμενος, κατὰ τὴν νῆσον ἀναδίδοται Σικελίας, περὶ τὴν πηγὴν τὴν λεγομένην Ἀρέθουσαν, ὡς ἂν ταύτης ἐρώμενος. [8] Ἀλλ' οὑτοσὶ τρέχει τις Ἀλφειὸν πνέων. ὑπὸ συντόμως τρέχει, ὡσεὶ Ὀλυμπιακὸς σταδιοδρόμος· ἀπὸ τοῦ παραρρέοντος ποταμοῦ.

Ἀλφηστής. εὑρετής.

Ἄλφι. [9] ἄλφιτον. τοῦτο δὲ καλεῖται ἀποκοπή, ὅ φασι πρῶτον εὑρεῖν Ἐπίχαρμον.

Ἄλφιτα. τὰ ἀπὸ νέας κριθῆς ἄλευρα. Πολλὰ μὲν ἄλφιτα ἀπέκειτο πεφυρμένα· πολλαὶ δὲ κριθαὶ ἀλεῖν. μύλη γάρ τις ἦν αὐτόθι.

Ἀλφιταμοιβός. [10] Ἀριστοφάνης·

Ἢν [11] δ' ἀποκλίνῃ τὴν θύραν,
Τοὺς ἀλφιταμοιβοὺς τοῖς ἀπόροις τρεῖς χοίνικας
Δεῖπνον παρέχειν ἅπασιν, ἢ κλάειν μακρά.

Ἀλφιτεῖς. οἱ τὰ ἄλφιτα ποιοῦντες. Ὑπερείδης.

Ἀλφιτόπωλις. ἡ τὰ ἄλφιτα πωλοῦσα.

Ἀλφιτοσιτῶ. Καὶ γὰρ ὅς τις ἀλφιτοσιτεῖ, ὕδατι μεμιγμένην ἀεὶ τὴν μᾶζαν ἐσθίει. [12] Ξενοφῶν.

Ἀλφοὺς λευκούς. ἢ [13] λευκάς.

Ἅμα. δοτικῇ. Δημοσθένης ἐπὶ τοῦ εὐθέως καὶ παραχρῆμα ἔταξε, καὶ ἐν τῷ ὑπὲρ Ῥητόρων λόγῳ εἰπών· Ὁ γὰρ θάνατος [14] τοῖς εὖ φρονοῦσιν οἰκτρός· τοῦτο γὰρ ἅμα τῷ γενέσθαι πάντων κατέγνωσται. Αἰσχίνης δὲ ἐπὶ τοῦ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, [15] ἐν τῷ κατὰ

Ἀλφεσίβοια. Quæ plurium boum pretio digna est.

Ἀλφειός. Fluvius. Homerus: *Qui late fluit Pyliorum per terram.* Hic non procul a fontibus occultatur, & longum iter sub terra emensus juxta Lycoam Arcadiæ emergit. [Aliter.] Hic fluvius haud longe a fontibus progressus, terram subit, &, postquam per x stadia occultus manavit, rursus erumpit, ac deinceps per Megalopolitanum agrum fluens, initio quidem modicus & lenis, postea vero incremento accepto celebris universam illam regionem permeat per cc stadia, & ad Lycoam rursus emergit, adscito jam Lusio flumine, transitu omnino difficilis & rapidus.

Ἀλφειός. Alpheus, fluvius Arcadiæ, quæ sita est in Peloponneso. Hic mare Adriaticum & pelagus transiens, nec cum aqua salsa permixtus, in insula Siciliæ emergit, juxta fontem, qui Arethusa vocatur, quasi ejus amore captus. † *At iste currit, ut quidam Alpheum spirans.* Id est, tam concitato cursu fertur, ut qui Olympiæ stadium currit. [Translatio ducta est] a præterfluente fluvio.

Ἀλφηστής. Inventor.

Ἄλφι. Farina. Per apocopen, pro Ἄλφιτον: qua voce primum dicunt usum esse Epicharmum.

Ἄλφιτα. Farina, ex novo hordeo confecta. *Magna autem vis farinæ mixtæ ibi reposita erat; itemque magna vis hordei ad molendum. Erat enim ibi mola quædam.*

Ἀλφιταμοιβούς. [Farinæ venditores.] Aristophanes: *Farinæ venditores pauperibus tres choenices ad cœnam præbere [oportere] omnibus, aut in malam rem abire.*

Ἀλφιτεῖς. Qui farinam faciunt. Hyperides.

Ἀλφιτόπωλις. Mulier, quæ farinam vendit.

Ἀλφιτοσιτῶ. [Farina vescor.] *Quicunque enim farina vescitur, mazam aqua mixtam semper edit.* Xenophon.

Ἀλφούς. Vitiligines albicantes.

Ἅμα. [Simul.] Dativo gaudet. Demosthenes pro *statim* & *confestim* hac voce usus est in Oratione pro Oratoribus, dicens: *Mors viris prudentibus non videtur miseranda. Hæc enim, simul ac nascuntur homines, omnibus est decreta.* Æschines vero in Oratione contra Ctesiphon-

1 Ἀλφεσίβοια] Est vox Homerica Il. Σ. v. 593.
Ἔνθα μὲν ἠΐθεοι, καὶ παρθένοι ἀλφεσίβοιαι.
Scholiasta ad eum locum: Ἀλφεσίβοιαι, ἔντιμοι, καὶ διὰ τὴν εὐμορφίαν βόας εὑρίσκουσαι ἕδνα. Θρέμματα γὰρ τὸ παλαιὸν ἐδίδοτο ἀντὶ τῶν χρημάτων δῶρα. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ μέρους· ἐπειδὴ ἔντιμοι τὸ παλαιὸν αἱ βόες. Ἀλφαίνειν γὰρ τὸ εὑρίσκειν· καὶ ἀλφὴ ἡ τιμή. Idem Scholiasta vocem hanc ad Il. Ζ. v. 236. sic exponit: Ἀλφεσίβοιαι, εὑρίσκουσαι, κτώμεναι, καὶ περιποιοῦσαι ἑαυτοῖς ἕδνα πολλῶν βοῶν ἄξια. Vide etiam Etymologum.

2 Ὅμηρος] Il. Ε. v. 545.

3 Ὃς ἐκ τῆς πηγῆς εὐθέως κρ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Polybii apud Constantinum Porphyrog. in Excerptis a Valesio editis. pag. 74. unde ea Suidas descripsit.

4 Ἐπὶ δέκα σταδίους] Apud Constantinum in Excerptis, loco laudato, legitur σ' σταδίους, i. e. *per ducenta stadia*; quæ insignis est differentia.

5 Ἐκφανής] Hæc vox deest apud Constantinum.

6 Τῆς Ἀρκαδικῆς πόλεως] Lego, τῆς Ἀρκαδικῆς χώρας.

7 Δυόμενος δὲ διὰ τῆς Ἀδρ.] Vide Pausaniam lib. v. cap. vii.

8 Ἀλλ' οὑτοσὶ τρέχ.] Ex Aristoph. *Avib.* p. 411. P. † Eadem leguntur supra v. Ἀλλ' οὑτοσί.

9 Ἄλφι. ἄλφιτον] De vocibus apocopen passis, uti ἄλφι pro ἄλφιτον, δῶ pro δῶμα, λῖ pro λίαν, ῥᾶ pro ῥᾴδιον, ἧλ pro ἧλος &c. vide insignem locum apud Strabonem lib. viii. pag. 364.

10 Ἀριστοφάνης] In *Ecclesiaz.* p. 736.

11 Ἢν δ' ἀποκλίνῃ τὴν θύραν] Inter hæc verba, & ea quæ sequuntur, versus aliquot apud Aristophanem interjecti sunt: unde apparet, Suidam locum hunc mutilasse, & minus fideliter ex Comico excerpsisse.

12 Ξενοφῶν] *Cyropæd.* lib. vi. pag. 161. P.

13 Λευκάς] Ab aliis scribitur λεύκας, παρεξυτόνως. Est autem λεύκη genus morbi, qui vitiligo albicans vocatur: de quo vide scriptores Medicos.

14 Τοῖς εὖ φρονοῦσιν] Legendum puto τοῖς ἀφρονοῦσιν; vel τοῖς εὖ φρονοῦσιν οὐκ οἰκτρός, quam lectionem in versione secutus sum.

15 Ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος] Pag. 281.

Κατεψηφίσατο. Ὡς ἀπέδοτο τελάκοντα μνῶν ἅμα τήν τε εἰς αὐτὸν ὕβριν, καὶ τὴν τοῦ δήμου [1] καταχειροτονίαν. Καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου. Καὶ παρὰ τῷ Ἀντιφῶντι δὲ τὸ ἅμα κεῖται [2] ἐπὶ τὸ αὐτό. Φησὶ γὰρ ἐν Προοιμίοις· [3] Ἀλλ' εἰ τότε πρᾶγμά μοι κρίνεσθαι φαίνεται, ἅμα τε μαρτυρεῖα δεῖται παρά-ξομαι. Καὶ [4] παρὰ Δημοσθένει ἐν τῷ περὶ Στεφάνου· Πάσαις δὲ λοιδορίαις καὶ βλασφημίαις ἅμα τούτου κεχρημένου.

Ἅμα [5] δίδου, καὶ λάμβανε. παροιμία ἐπὶ τῶν ἀγνωμόνων καὶ ἀπίστων.

Ἀμάδοκος. [6] δύο γεγόνασι, πατὴρ καὶ υἱός· ὃς καὶ Φιλίππῳ συμμαχήσων ἦλθεν, εἰς τὸν κατὰ Κερσοβλέπτου πόλεμον.

Ἅμα [7] ἔπος, ἅμα ἔργον. παροιμία ἐπὶ τῶν ταχέως καὶ ὀξέως ἀνυομένων.

Ἀμάλη. ὁ καρπός. καὶ παροιμία· Αὐταῖς ἀμάλαις. ἐπὶ τῶν πανωλεθρίᾳ διαφθειρομένων. οἱονεὶ, αὐτοῖς βάθροις.

Ἅμ' [8] ἠλέηται, καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις. παροιμία ἐπὶ τῶν εὐεργετουμένων, καὶ ταχὺ ἐπιλανθανομένων.

Ἀμαζόνειον [9] ἱερόν. ὃ Ἀμαζόνες ἱδρύσαντο. οὕτως Ἰσαῖος. καὶ Ἀμαζόνιον κέρας.

Ἀμαθέσιν. ἀγνοοῦσιν. Ὁ δὲ ἤλαυνε νυκτὸς, ἀμαθέσι τῶν πρασσομένων λελήσεσθαι τοῖς πολεμίοις ἐπιπεσεῖν.

Ἀμαθέστερος. καὶ Ἀμαθὴς ἀντὶ τοῦ, ἀπαίδευτος, καὶ ἀκόσμητος. Πλάτων. τάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀμαθοῦς, καὶ ἐπὶ τοῦ μὴ μαθόντος, φύσει δὲ ἐπισταμένου.

Ἀμαθεί. ἀδιδάκτως.

Ἀμαθής. ὁ ἀμύητος. ἀδίδακτος. Ὁ δὲ ἀκούων ταῦτα, καὶ μὴ ὢν ἀμαθὴς οἰωνῶν, τὸν παῖδα ἐπανάγει καὶ ἐκτρέφει ὡς γνήσιον.

Ἀμαθί. ὄνομα κύριον.

Ἀμάθητος. ἀδίδακτος. [10] Ὁ δὲ Ἰουστῖνος ἀμάθητος ἦν γραμμάτων ἁπάντων, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀναλφάβητος. Καὶ, [11] Ἀμαθὴς γὰρ ἔφυς, κοὐ πολυπράγμων, [12] οὐδὲ τὸν Αἴσωπον πεπάτηκας. ἐπὶ τῶν ἰδιωτῶν. [13] τὸ δὲ πατῆσαι, ἴσον ἐστὶ τῷ ἐνδιατρῖψαι· ὡς τὸ ἀφικέσθαι που λέγομεν. Καὶ αὖθις Ἀριστοφάνης· [14] Ἀμαθέστερόν πως εἰπὲ καὶ σαφέστερον.

tem pro *eodem tempore*: *Ut* xxx *minis simul & injuriam sibi illatam, & factum populi, suffragiis suis eum condemnantis, vendidit.* Apud Demosthenem contra Midiam vox illa eadem significatione accipitur: itemque apud Antiphontem in *Proœmiis*. Ait enim: - - - - - - - - - - - - - Præterea apud Demosthenem in Orat. *de Corona*: *Cum ille omnibus convitiis simul & maledictis contra me usus sit.*

Ἅμα δίδου, καὶ λ. Simul da, & accipe. Proverbium in ingratos & infidos.

Ἀμάδοκος. Amadocus. Duo fuerunt, pater, & filius: qui etiam Philippo auxilium tulit in bello contra Cersobleptem.

Ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον. *Dictum, factum.* Proverbium de rebus, quæ cito & celeriter expediuntur.

Ἀμάλη. [Manipulus] frugum. Et proverbium: *Cum ipsis manipulis*; quod dicitur de illis, qui ad internecionem delentur; quasi dicas, αὐτοῖς βάθροις, i. e. funditus.

Ἅμ' ἠλέηται, καὶ τέθν. Simul atque misertum est, periit gratia. Dicitur in eos, qui acceptorum beneficiorum cito obliviscuntur.

Ἀμαζόνειον ἱερόν. Templum ab Amazonibus conditum. Sic Isæus. Et Amazonium cornu.

Ἀμαθέσιν. Ignaris. *Ille vero noctu iter faciebat, quia hostes ignaros eorum, quæ gerebantur, aggredi cupiebat.*

Ἀμαθέστερος. Imperitior. Et Ἀμαθής, Indoctus, Imperitus, Incomptus. Plato. Ponitur etiam pro eo, qui alicujus rei ignarus est.

Ἀμαθεί. Sine disciplina. Sine doctrina.

Ἀμαθής. Non initiatus. Imperitus. *Ille vero cum hæc audivisset, nec divinationis esset imperitus, puerum receptum ut filium suum educavit.*

Ἀμαθί. Nomen proprium.

Ἀμάθητος. Indoctus. *Justinus autem omnium literarum erat imperitus, & (quod vulgo dicitur) analphabetus.* Et, *Imperitus es natura, nec curiosus, neque Æsopum trivisti.* De imperitis hoc dicitur. Πατῆσαι enim hic idem significat quod ἐνδιατρῖψαι, i. e. alicui rei immorari: ut dicimus, aliquo pervenire.

1 Καταχειροτονίαν] Sic recte legitur apud Æschinem & in Edit. Mediolanensi. Reliquæ vero Editiones mendose exhibent χειροτονίαν.

2 Ἐπὶ τὸ αὐτό] Legendum est ἐπὶ τῷ αὐτῷ, i. e. eadem significatione accipitur.

3 Ἀλλ' εἰ τότε πρᾶγμά μοι.] Ex fragmento hoc mutilo auctoris mentem investigare non potui: quæ ratio est, quare locum hunc ἀνερμήνευτον reliquerim.

4 Παρὰ Δημοσθένει ἐν τῷ περὶ Στεφάνου] Pag. 317. ubi legitur: Ἀπάσαις δ' αἰτίαις καὶ βλασφημίαις &c.

5 Ἅμα δίδου καὶ λ.] Vide Diogenianum Parœm. 177. & Gatakerum in *Adversariis Posthumis* cap. x. pag. 516.

6 Ἀμάδοκος. δύο γεγόν.] Ex Harpocratione.

7 Ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον.] Vide infra v. Ἰδ' αὖθις πῦρ.

8 Ἅμ' ἠλέηται, καὶ τέθν.] Vide Zenobium & Diogenianum. Ἅμ' ἠλέηται autem hic significat, *simul atque aliquis in calamitates incidit*, vel, *infelix esse incipit*. Infelicium enim misereri solemus. Inde tritum illud: *Malo invidiam, quam misericordiam*.

9 Ἀμαζόνειον ἱερόν] Ex Harpocratione; ad quem vide Maussacum. Præterea de *Amazonio* legendus est Stephani mutilator v. Ἀμαζόνειον.

10 Ὁ δὲ Ἰουστῖνος ἀμάθητος ἦν γρ.] Ex Procop. *Histor. Arcan.* cap. VI. Vide etiam infra v. Ἀναλφάβητος, & v. Ἰουστινιανός.

11 Ἀμαθὴς ἔφυς, κοὐ πολυπρ. οὐδὲ τὸν Αἴσ. πεπάτ.] Versus hic Anapæsticus sumptus est ex Aristoph. *Avib.* pag. 563. ut a Porto observatum fuit. Vide etiam infra v. Πατῆσαι, ubi eadem repetuntur.

12 Οὐδὲ τὸν Αἴσωπον πεπάτ.] Proverbio huic simile est illud, τὸν Ἀρχίλοχον πεπάτηκας, de quo vide infra.

13 Τὸ δὲ πατῆσαι ἴσον ἐστὶ τῷ ἐνδιατρ. ὡς τὸ ἀφικ. που λέγ.] Hæc sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

14 Ἀριστοφάνης] In *Ranis*, pag. 186. ubi vide Scholiastam. F.

περὶ τὴν παροιμίαν; Σαφέστερόν μοι κἀμαθέστερον φράσον.

Ἀμαθία. ἀντὶ τοῦ, ἀναισθησία. [1] Πλάτων.

Ἄμαθος. [2] ἡ τοῦ πεδιάδος κόνις. Ψάμαθος δὲ, ἡ τῆς θαλάσσης.

Ἀμαθοῦς. πόλις Κύπρου.

Ἅμα κνέφει ὄρθρου. καὶ [3] κνέφειν λέγουσι τὸν ὄρθρον.

Ἀμαλασούνθα. [4] αὕτη μήτηρ Ἀταλαρίχου. ἡ τῆς δικαιοσύνης ἐπὶ πλεῖστον ἐλθοῦσα, τῆς τε φύσεως ἐς ἄγαν τὸ ἀρρενωπὸν ἐπιδεικνυμένη, ὅσον χρόνον [5] τῆς πόλεως προὔστη, οὐδένα τῶν πάντων Ῥωμαίων ἐς τὸ σῶμα ἐκόλασεν, ἢ χρήμασιν ἐζημίωσεν· οὐ μὴν οὐδὲ Γότθοις ξυνεχώρησεν ἐς τὴν ἐκείνων ἀδικίαν ὀργῶσιν. Ἐβούλετο δὲ καὶ τὸν παῖδα τοῖς Ῥωμαίων ἄρχουσι τὰ ἐς δίαιταν ὁμότροπον καταστήσασθαι, καὶ φοιτᾷν ἐς γραμματιστοῦ ἤδη ἠνάγκαζε· τρεῖς τε ἀπολεξαμένη τῶν ἐν Γότθοις γερόντων, οὕσπερ ἠπίστατο μᾶλλον ἁπάντων ξυνετούς τε καὶ ἐπιεικεῖς εἶναι, ξυνδιαιτᾶσθαι Ἀταλαρίχῳ ἐκέλευσε. Γότθοις δὲ ταῦτα οὐδαμῇ ἤρεσκε. τῇ γὰρ ἐς τοὺς ὑπηκόους ἀδικίας ἐπιθυμίᾳ βαρβαρικώτερον πρὸς αὐτοῦ ἄρχεσθαι ἤθελον. καί ποτε ἡ μήτηρ ἁμαρτάνοντά τι [6] ἐν τῷ κοιτῶνι τὸν παῖδα λαβοῦσα, ἐῤῥάπισε, καὶ ὃς δεδακρυμένος ἐς τὴν ἀνδρωνῖτιν ἐνθένδε ἀπῆλθε. Γότθοι δὲ αὐτῷ ἐντυχόντες δεινὰ ἐποιοῦντο, καὶ τῇ Ἀμαλασούνθῃ λοιδορούμενοι ἰσχυρίζοντο, βούλεσθαί γε αὐτὴν παῖδα ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίζειν ὅτι τάχιστα, ὅπως αὐτὴ, ἑτέρῳ ἀνδρὶ ἐς κοίτην ἐλθοῦσα, ξὺν αὐτῷ ἄρχοι. [7] ξυλλεγέντες δὲ ἠπίστατο, οὐκ ὀρθῶς σφίσιν, οὐδέ οἱ τὸν Βασιλέα παιδεύεσθαι. γράμματά τε γὰρ πολὺ κεχωρίσθαι ἀνδρίας, καὶ διδασκαλίας γερόντων ἀνθρώπων ἔς τε τὸ δειλὸν καὶ τὸ ταπεινὸν ἀποκεκρίσθαι ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον. δεῖν τοίνυν τὸν ἔν τινι ἔργῳ τολμητήν τε καὶ δόξῃ μέγαν ἐσόμενον, φόβου τοῦ ἐκ διδασκάλων ἀπαλλαγέντα, τὰς ἐν τοῖς ὅπλοις μελέτας ποιεῖσθαι. [8] ἔλεγον δὲ καὶ ὡς, ἄν περ αὐτῷ τὸ ἀπὸ τοῦ σκύτους ἐπιγένηται δέος, οὐ μήποτε ξίφους ἢ δορατίου ὑπερφρονεῖν ἀξιώσουσιν. οὐκοῦν, ὦ Δέσποινα, ἔφασαν, παιδαγωγοὺς μὲν τούτους χαίρειν ἔα· σὺ δὲ Ἀταλαρίχῳ παῖδας ὁμοδιαίτους ἡλικας δίδου, οἵπερ αὐτὸν τὰ ἐς τὴν ἡλικίαν ξυνακμάζοντες ἐς τὴν ἀρετὴν κατά γε τὸν βάρβαρον νόμον ὁρμήσουσιν. Ἡ δὲ οὐκ [9] ἐπένευσε μὲν, δείσασα δὲ τὴν ἐξ αὐτῶν ἐπιβουλὴν, ξυνεχώρησε πάντα, ὅσα οἱ Βάρβαροι ἤθελον.

Et Aristophanes: *Rudius & planius aliquanto mihi rem narra.* Proverbium.

Ἀμαθία. Stupiditas. Imperitia. Plato.

Ἄμαθος. Arena campi. Ψάμαθος vero, maris.

Ἀμαθοῦς. Amathus. Urbs Cypri.

Ἅμα κνέφει ὄρθρου. Prima luce. Et Κνέφειν vocant matutinum.

Ἀμαλασούνθα. Atalarici mater, quæ justitiæ observantissima, animaque valde virili prædita fuit; & quamdiu rem publicam administravit, nec pœna corporis, nec mulcta quenquam Romanorum mulctavit: quin etiam iniquam nocendi illis cupidinem, qua Gothi ardebant, repressit. Filium autem ad Romanorum Principum vitam & mores institui voluit, ludumque literarium frequentare coegit: & tres senes ex Gothis delectos, quos omnium prudentissimos & optimos esse norat, familiariter cum Atalarico vivere jussit. Gothis autem hæc minime placebant. Nam præ cupiditate injuriis afficiendi sibi subjectos, more magis barbaro ab eo regi volebant. Aliquando mater, cum in cubiculo peccantem aliquid deprehendisset, colaphum illi impegit. Is vero flens se inde in conclave virorum proripuit. Tum Gothi, in quos incidebat, graviter indignari, in Amalasuntham convitia jacere, & affirmare, eo spectare consilia ejus, ut, filio quamprimum e medio sublato, ipsa alteri viro nupta cum eo imperaret. Quamobrem congregati [Amalasuntham adeunt,] querentes, Regem non recte educari. Literas enim a fortitudine alienissimas esse, & seniorum hominum institutionem animum plerumque reddere timidum, insitamque ei generositatem frangere. Oportere igitur eum, qui in rebus gerendis strenuus, & audax, & gloria illustris futurus sit, a magistrorum metu liberatum in armis exerceri. Dicebant præterea, nunquam fore, ut ii, qui scuticam timuissent, hastam vel gladium contemnant. Quare, Regina, inquiunt, pædagogos quidem istos valere jube, & Atalarico convictores aliquot æquales adhibe, qui ætate florentes ad virtutem ipsum more Barbaro incitent. Regina, etsi hæc minime probaret, metuens tamen, ne insidiæ sibi ab illis struerentur, omnia, quæ Barbari postulabant, concessit.

1 Πλάτων] Locus Platonis, quem Suidas respicit, exstat in *Timæo*, pag. 550. Νόσον μὲν δὴ ψυχῆς ἄνοιαν συγχωρητέον. Δύο δ' ἀνοίας γένη· τὸ μὲν μανίαν· τὸ δ' ἀμαθίαν. i. e. *Animi morbum esse dementiam concedendum est. Duo autem ejus sunt genera: insania & stupiditas.*

2 Ἄμαθος. ἡ τῆς κτλ.] Differentiam hanc vocis ἄμαθος & ψάμαθος confirmat etiam Ammonius his verbis: Ἄμαθος καὶ ψάμαθος διαφέρει. Ἄμαθος μὲν γάρ ἡ ἐν πεδίῳ κόνις· ψάμαθος, δὲ ἡ παραθαλασσία ἄμμος.

3 Κνέφειν] Lege Κνεφαῖον. Vide infra v. Κνεφαῖος.

4 Ἀμαλασούνθα. αὕτη μήτηρ Ἀταλ.] Integrum hunc locum de Amalasuntha descripsit Suidas ex Procopio *de Bello Gothico* lib. 1. cap. 2.

5 Τῆς πόλεως προὔστη] Lege ex Procopio τῆς πολιτείας προὔστη, quam lectionem in versione secutus sum.

6 Ἐν τῷ κοινῷ] Ex Procopio reponendum ἐν τῷ κοιτῶνι, i. e. *in cubiculo.*

7 Ξυλλεγέντες δὲ ἠπίστατο, οὐκ ὀρθῶς σφίσιν, οὐδέ οἱ τὸν Βασ.] Locus hic corruptus est & mutilus, qui apud Procopium rectius sic legitur: Ξυλλεγέντες δὲ, ὅσοι δὴ ἐν αὐτοῖς λόγιμοι ἦσαν, ἐς παρὰ τὴν Ἀμαλασούνθαν ἐλθόντες ᾐτιῶντο, οὐκ ὀρθῶς σφίσιν, οὐδὲ ᾗ ξυμφέρει, τὸν βασιλέα παιδεύεσθαι.

8 Ἔλεγον δὲ καὶ ὡς, ἄν περ αὐτῷ τὸ κτλ.] Locum hunc Suidas prorsus mutilavit, & minus fideliter repræsentavit, qui sic apud Procopium legitur: Ἔλεγον δὲ, ὡς οὐδὲ Θευδέριχός ποτε Γότθων τινὰς τοὺς παῖδας ἐς γραμματιστοῦ πέμπειν ἐῴη· λέγειν γὰρ ἅπασιν, ὡς ἤνπερ αὐτοῖς τὸ δέος τοῦ σκύτους ἐπιγένηται δέος &c. i. e. *Dicebant vero, Theodoricum quondam non fuisse passum Gothorum liberos ad ludimagistrum mitti; dixisse enim omnibus, si semel scuticam timere cœpissent, nunquam fore, ut &c.*

9 Οὐκ ἐπένευσε] Emenda ex Procopio, οὐκ ἤρεσκε, i. e. *non probavit.*

Ἀμαλήκ. ὄνομα κύριον. καὶ ἐξ αὐτοῦ, Ἀμαληκίτης.

Ἀμάλθακτον. ἀνένδοτον. ἑδραῖον.

Ἀμαλθείας[1] κέρας. ἐπὶ τῶν ἀφθόνως ζώντων, καὶ εὐθηνούντων, καὶ εὐπραγούντων.

Ἔνθ' ἵνα μοι βίος ἐστὶν Ἀμαλθείας κέρας αἰγός.

Ἀμαλθεία γὰρ ἡ τροφὸς τοῦ Διὸς, παρὰ τὸ μὴ μαλάσσεσθαι.

Ἀμαλδυνθήσομαι. ἀφανισθήσομαι. καὶ Ἀμαλδύνεσθαι, ἀφανίζεσθαι.

Ἀμαλκείδης.

Ἀμαλλοδετήρ. ὁ τὰ δράγματα συλλέγων.

Ἀμάμυξις.[2] σταφυλῆς γένος. οἱ δὲ τὴν ἀναδενδράδα οὕτως καλεῖσθαι. ἔστι δὲ καὶ παρ' Ἐπιχάρμῳ καὶ παρὰ Σαπφοῖ τὸ ὄνομα.

Ἀμάν.[3] οὗτος προεστὼς τῶν βασιλικῶν πραγμάτων Δαρείου, ὑπέσχετο τῷ βασιλεῖ μύρια τάλαντα εἰσοίσειν, εἰ ἀπολέσοι Ἰουδαίους. ὡς δὲ ἔπεισεν, ἐπεστάλη τοῖς ἔθνεσιν, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ πάντας ἐξαφανίσαι. πρὶν δὲ συντελεσθῆναι ταῦτα, Μαρδοχαῖος τὴν κατ' αὐτοῦ ἐπίθεσιν διὰ τῆς Ἐσθὴρ ἐδήλωσε τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ τὰ ἐπεσταλμένα ἀνεκαλεῖτο, τόν τε Ἀμὰν ἀνεσταύρωσε, μέλλοντα σταυροῦν τὸν Μαρδοχαῖον, πλεῖστοί τε τῶν ἐχθρῶν ὑπὸ Ἰουδαίων ἀπώλοντο· καὶ τὰς ἡμέρας ἐκείνας ἑορτάζουσιν Ἰουδαῖοι.

Ἀμᾶν. θερίζειν· παρὰ τὸ ἅμα. Βάβριος·

Νῦν[4] ἐστὶν ὥρα, παῖδες, ἐκ τόπων φεύγειν,
Ὅτ' αὐτὸς ἀμᾷ, κοὐ φίλοισι πιστεύει.

Ἀμμανῖται. ὄνομα ἔθνους.[5] σημαίνει δὲ καὶ τοὺς μύκητας.

Ἄμανον. ὄρος πρὸς τῇ Κιλικίᾳ. ἐκλήθη δὲ Ἄμανον ἀπὸ τοιαύτης ἱστορίας.[6] Ὀρέστης ἀπὸ Ταύρων σὺν Ἰφιγενείᾳ τὴν Ἄρτεμιν κομίσας, ἐν τῷ τοιούτῳ ὄρει τῆς μανίας τὴν λύσιν εὗρεν.

Ἅμαξα τὸν βοῦν ἕλκει. παροιμία, ὅταν τὸ κρεῖττον ὑπὸ τοῦ χείρονος ἄγηται.

Ἁμαξεία. ὁ τῶν ἁμαξῶν φόρτος.

Ἁμαξίς. εἶδος πλακοῦντος, ἣν νῦν κοπτὴν φαμέν. Σύμμαχος δὲ, καὶ τὸ μικρὸν ἁμάξιον. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Ὅτ'[7] ἐπριάμην σοι Διασίοις ἁμαξίδα.

Ἁμαξιτόν. ὁδὸν δημοσίαν. Μάλχος· Ἡ δὲ εἰσβολὴ τῆς Κιλικίας ἁμαξιτὸς ἦν ὁδὸς, ὀρθία, ἰσχυρὰ, καὶ ἀμήχανος εἰσελθεῖν στρατεύματι, εἴ τις ἐκώλυεν.

Ἀμαλήκ. Nomen proprium: unde dicitur Amalecites.

Ἀμάλθακτον. Quod cedere nescit. Durum.

Ἀμαλθείας κέρας. Amaltheæ cornu. Dicitur de illis, qui omnium rerum copia abundant, feliciterque vivunt.

*Illic ubi mihi victum suppeditat Amalthea capræ cornu.*

Amalthea enim erat nutrix Jovis, [sic dicta,] quod molliri non posset.

Ἀμαλδυνθήσομαι. Delebor. Perdar. Et Ἀμαλδύνεσθαι, deleri, perdi.

Ἀμαλκείδης. Amalcides.

Ἀμαλλοδετήρ. Qui frumenti manipulos colligit.

Ἀμάμυξις. Uvæ genus. Alii vero vitem arbustivam sic appellant. Vox illa legitur apud Epicharmum & Sapphonem.

Ἀμάν. Aman. Hic regni administrationi a Dario præfectus, promisit Regi, se decies mille talenta in ærarium illaturum esse, si Judæos perdidisset. Hoc igitur cum ei persuasisset, literæ omnibus gentibus scriptæ sunt, ut omnes [Judæos] uno die delerent. Priusquam vero illa perpetrarentur, Mardochæus per Estherem Regi aperuit insidias contra ipsum comparatas. Is igitur mandata revocavit, & ipsum Amanem in crucem egit, qui Mardochæum eo supplicio tollere decreverat: plurimique inimicorum a Judæis cæsi sunt. Hinc dies illos, tanquam festos, Judæi solenniter celebrant.

Ἀμᾶν. Metere. Ab ἅμα, i. e. simul. Babrius:

*Nunc, liberi, hinc fugiendi tempus est,*
*Quoniam ipse metere decrevit, nec amicis amplius credit.*

Ἀμμανῖται. Nomen gentis. Significat etiam fungos.

Ἄμανον. Amanus, mons juxta Ciliciam, sic vocatus, quod, uti historiæ tradunt, Orestes, ex Tauris Dianam cum Iphigenia adducens, in hoc monte ab insania liberatus esset.

Ἅμαξα τὸν β. Currus bovem trahit. Proverbium, quod dici solet, cum præstantior a deteriore ducitur.

Ἁμαξεία. Plaustrorum onus.

Ἁμαξίς. Genus placentæ, quam nunc Κοπτὴν vocamus. Symmachus vero etiam parvum plostellum [sic appellari tradit.] Aristophanes in *Nubibus*: *Quando tibi in festo Diasiorum plostellum emi.*

Ἁμαξιτόν. Viam publicam. Malchus: *Fauces vero Ciliciæ erant plaustris perviæ, arduæ, munitæ, & quas exercitus intrare non posset, si quis prohiberet.*

1 Ἀμαλθείας κέρας] De notissimo hoc proverbio vide Parœmiographos.

2 Ἀμάμυξις σταφυλῆς γ.] Lege ἀμάμαξυς. Sic enim apud alios Grammaticos vox hæc scripta reperitur. Scholiasta Aristophanis ad *Vespas* pag. 451. Εἶδος ἀμπέλου ἡ ἀμάμαξυς, ἣν λέγουσιν ἀναδενδράδα. Eustathius ad Odyss. E. p. 524. Ἀμάμαξυς, σταφυλῆς γένος. οἱ δὲ, ἀναδενδράδα φασίν.

3 Ἀμάν. οὗτος προεστ.] Historia hæc de Amano legitur in libro *Esth.* cap. VII. itemque apud Josephum *Antiq. Judaic.* lib. XI. c. VI.

4 Νῦν ἐστιν ὥρα, παῖδ.] Ad quam fabulam fragmentum hoc Babrii referendum sit, ignorare non possunt, qui Æsopum legerunt.

5 Σημαίνει δὲ καὶ τοὺς μύκητας] Vide Scholiast. Nicandri ad *Alexiph.* pag. 63.

6 Ὀρέστης ἀπὸ Ταύρων σὺν Ἰφ.] Eandem de Oreste fabulam refert Stephanus *de Urbibus* v. Ἄμανον, ex quo Suidas sua deprompsisse videtur.

7 Ὅτ' ἐπριάμην σοι Διασ.] Apud Aristoph. in *Nubib.* pag. 104. locus hic ita legitur:

Ὃν πρῶτον ὀβολὸν ἔλαβον ἡλιαστικὸν
Τούτου 'πριάμην σοι Διασίοις ἁμαξίδα. P.

Ἀμα-

Ἀμαξουργοί. [1] ἀμαξουργοὺς λέγουσι τοὺς ἀξιοπηγούς. εἶδος δὲ οἱ ἀξιοπηγοὶ τεκτόνων, οἳ τὰς ἁμάξας κατασκευάζουσι, καὶ πάντων τῶν ἀγρίων ξύλων εἰσὶν ἐργάται.

Ἀμάρη. ἡ ὑδρορρόα.

Ἁμαρτάδας. ἀπὸ τῆς ἁμαρτὰς εὐθείας. Προκόπιος· [2] Αἱ τῶν γυναικῶν ἁμαρτάδες οὐκ ἐπὶ τοὺς ἄνδρας ἴενται μόνον, ἀλλὰ καὶ παίδων ἅπτονται μᾶλλον, οὕς γε καὶ δόξαν τινὰ φέρεσθαι ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον συμβαίνει, ὡς φύσει τρόπου ταῖς γειναμέναις ἐοίκασιν.

Ἁμαρτεῖν. ἀποτυχεῖν.

Ἁμαρτία. ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἀποτυχία. παρὰ τὸ μάρπτω, τὸ καταλαμβάνω· ἁμαρπτία τις οὖσα.

Ἁμαρτίαι. οἱ Ἀττικοί· Ἁμαρτάδα, Ἡρόδοτος, καὶ οἱ ἄλλοι Ἴωνες.

Ἁμαρτωλοί. οἱ παρανομίᾳ συζῆν προαιρούμενοι, καὶ βίον διεφθαρμένον ἀσπαζόμενοι.

Ἁμαρτεῖν εἴρηκε τὸ ἁμάρτοιμι Κρατῖνος Δραπέτισι. Ποδαποὺς ὑμᾶς εἶναι φάσκων, ὦ μείρακες, οὐκ ἂν ἁμαρτεῖν. καὶ ὅλως σύνηθες αὐτοῖς τὸ τοιοῦτο.

Ἀμαρτυρήτους. ἀντὶ τοῦ, ἀμαρτύρους. οὕτως Ἀντιφάνης.

Ἀμαρυγάς. ὄψεις. οἱ δέ, ἀκτῖνας ὄψεως. καὶ Ἀμαρυγή, λαμπηδών. καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει, ἡ κίνησις. [3] Ὡς ὠκεῖα Μουσάων φάτις, οἷά περ ἵππων ἀμαρυγά. τουτέστιν, ἡ τῶν Μουσῶν φάτις ταχεῖά ἐστιν, ὡς ἵππος ὠκεῖα, ἐπεὶ πτερόεντες οἱ λόγοι.

Ἀμαρυγκεύς. [4] ὄνομα κύριον. καὶ Ἀμαρυγκείδης.

Ἀμάρυγμα, φόρημα. εἴδωλον. κίνησις. οἱ δέ, λαμπηδόνα.

Ἄμας [5] ἀπῄτουν, οἱ δ' ἀπηρνοῦντο σκάφας. παροιμία [6] ἐπὶ τῶν ἄλλα μὲν αἰτούντων, ἄλλα δὲ τῶν αἰτουμένων ἔχειν ἀπαρνουμένων.

Ἀμάσεια. πόλις Ποντική. ὁ πολίτης, Ἀμασεύς.

Ἄμασις. ὄνομα κύριον. [7] ὃς εἷλε Κύπρον πρῶτος ἀνθρώπων, καὶ κατεστρέψατο ἐς φόρου ἀπαγωγήν. ἔστι δὲ καὶ Ἄμαστρις πόλις ἐν Πόντῳ, κληθεῖσα ἀπὸ γυναικὸς Περσίδος Ἀμάστριδος. τὸ ἐθνικόν, Ἀμαστριανός.

Ἀμάστης. [8] Πείθουσιν ἄνδρα γενναῖόν τε καὶ [9] ἀμάστην εἰσελθόντα ἀποπνίξαι τὸν Κόμμοδον, ὄνομα Νάρκισσον.

Ἀμαξουργοί. Ἀμαξουργοὺς Attici vocant ἀξιοπηγούς. Sunt autem ἀξιοπηγοὶ fabri lignarii, qui plaustra, aliaque lignea instrumenta rustica conficiunt.

Ἀμάρη. Canalis, per quem aqua fluit.

Ἁμαρτάδας. [Peccata.] A recto ἁμαρτάς. Procopius: *Mulierum flagitia non solum in maritos redundant, sed etiam multo magis ad liberos pertingunt, quippe de quibus alii hanc opinionem plerumque concipiunt, eos moribus & ingenio matrum similes esse.*

Ἁμαρτεῖν. Aberrare.

Ἁμαρτία. Dicitur de eo, qui bono aliquo non potitur, sed eo excidit. A μάρπτω, apprehendo; quasi dicas ἁμαρπτία.

Ἁμαρτίαι. Attici sic appellant peccatum. Herodotus vero & alii Iones ἁμαρτάδα.

Ἁμαρτωλοί. Qui iniquitati student, vitamque flagitiosam vivunt.

Ἁμαρτεῖν. Cratinus in *Fugitivis* ἁμαρτεῖν dixit pro ἁμάρτοιμι. *Cujates vos esse, adolescentes, si dixero, non errem.* Omnino autem hoc [loquendi genus] illis familiare est.

Ἀμαρτυρήτους, pro ἀμαρτύρους, dixit Antiphanes. Id est, testimonii expertes.

Ἀμαρυγάς. Visum. Alii vero sic appellant oculorum radios. Ἀμαρυγὴ etiam vocatur splendor; & apud Aristophanem, motus. *Quam velox est Musarum fama, ut equi velociter currentes.* Hoc est, Musarum fama velox est, ut equus velox, quia verba sunt alata.

Ἀμαρυγκεύς. Nomen proprium. Et Ἀμαρυγκείδης, [Amaryncei filius.]

Ἀμάρυγμα. Gestamen. Simulacrum. Motus. Alii vero splendorem [ita vocant.]

Ἄμας ἀπῄτ. Falces petebam; at illi se ligones habere negabant. Proverbium, quod dicitur de illis, qui alia se habere negant, quam quæ ab ipsis postulantur.

Ἀμάσεια. Urbs Ponti, cujus civis dicitur Ἀμασεύς.

Ἄμασις. Nomen proprium viri, qui primus omnium Cyprum cepit, & subactam tributum pendere coegit. Amastris autem est in Ponto, sic nominata a Persica muliere Amastride. Gentile nomen est Ἀμαστριανός.

Ἀμάστης. *Persuadent viro strenuo & robusto, nomine Narcisso, ut ingressus Commodum strangulet.*

1 Ἀμαξουργοὺς λέγουσι τοὺς ἀξιοπ.] Hanc notam descripsit Suidas ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* pag. 315. (vel. 216. Ed. Bas.) ut Portus etiam observavit. Legendum autem est apud Suidam Ἀμαξουργοὺς Ἀττικοὶ λέγουσι, ut apud Scholiastam.

2 Αἱ τῶν γυναικῶν ἁμαρτ.] Fragmentum hoc depromptum est ex Procop. *Histor. Arcan.* cap. 2.

3 Ὡς ὠκεῖα Μουσ.] Apud Aristoph. in *Avibus*, pag. 405. Ed. Bas. locus hic ita legitur & distinguitur:

Ἀλλ' ὡς ὠκεῖα Μουσάων φάτις
Οἷά περ ἵππων ἀμαρυγά.

Vide ibi veterem enarratorem.

4 Ἀμαρυγκεύς] De eo vide Pausaniam lib. v. cap. 1. in fine.

5 Ἄμας ἀπῄτουν, οἱ δ' ἀπ.] Vide Schottum ad Zenob. Adag. LXXXIII.

6 Ἐπὶ τῶν ἄλλα μὲν αἰτ.] Rectius & planius apud Zenobium legitur, ἐπὶ τῶν ἄλλα μὲν ἀπαιτουμένων, ἄλλα δ' ἔχειν ἀρνουμένων; quam lectionem in versione secutus sum. Vide etiam infra v. Ἄμαι.

7 Ὃς εἷλε Κύπρον πρῶτος ἀνθρώπων, καὶ κατεστρ. ἐς φόρου ἀπαγ.] Hæc sunt verba Herodoti in fine *Euterpes*

8 Πείθουσιν ἄνδρα γενναῖόν τε καὶ ἀμάστην] Fragmentum hoc de Narcisso, percussore Commodi, legitur apud Herodianum historicum, in fine libri 1; unde id Suidas descripsit.

9 Ἀμάστην] Apud Herodianum recte legitur ἀκμάζοντα, (i. e. robustum, valentem, vel ætate florentem) quæ vox huic loco restituenda est, ut jamdudum ante monuerunt Stephanus in Lexico Græco, & Reinesius *Var. Lect.* L. III. pag. 474. Hinc ergo patet, quam longe Portus a vero aberraverit, existimans, ἀμάστην esse nomen proprium viri: quem tamen errorem facile ei ignosco, quod nesciret locum auctoris, ex quo Suidas hæc excerpsisset.



Ἀμα-

Ἄμαστος. ὁ ἀμάσητος. Ὡς ἄπαστος, ὁ ἄγευστος.

Ἀμαξοχία.[1] ἡ [2] ἁρματοτροχία.

Ἄμματα. ἐπὶ τῶν σκολιῶν τοὺς τρόπους. ἀπὸ τῶν ἐν Κασίῳ Πηλουσιωτῶν, οἳ φυσικῇ τέχνῃ ἄμματα ἔπλεκον, δοκοὺς ἐπὶ δοκοῖς συνάπτοντες. καὶ Ἄμματα, δεσμά. ἐν Ἐπιγράμματι·

Χρύσεος [3] ἀψαύστοιο διέτμαγεν ἅμμα κορείας

Ζεύς, διαδὺς Δανάας χαλκελάτους θαλάμους.

Καὶ αὖθις.

Ἀβρῶν καὶ στρεπτῶν ἅμματι κεκρυφάλων.

Καὶ Πισίδης περὶ Χοσρόου·

Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν ἐντὸς ἦν τῶν ἀμμάτων,

Δεσμοῦσιν αὐτὸν ἀσφαλεστέρᾳ δέσει.

Ἀμαυρά. σκοτεινά. ὅθεν καὶ Ἀμαυρόν, τὸ μὴ διαφανές. καὶ Ἀρριανός· Ἐξ ὧν καὶ τὰ ὑπόλοιπα δι' ἐλπίδος ἔχω οὐκ ἀμαυρᾶς, ὅτι καλῶς μοι ἕξει.

Ἀμαχεί. ἀμάχως.

Ἀμάχιος.[4] οὗτος ἐπὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου ἄρχων ἦν μικρᾶς πόλεως Φρυγίας, Ἑλλήνων προμαχός. τῶν ἱερῶν ἀνοιγομένων, Μακεδόνιός τις καὶ Θεόδουλος καὶ Τατιανός, ζήλῳ τοῦ Χριστιανισμοῦ, νυκτὸς εἰσπηδήσαντες συντρίβουσι τὰ ἀγάλματα. [5] οἱ πολλὰς αἰκίας καὶ τιμωρίας διὰ τοῦτο ὑπομείναντες, ἐσχάραις τε ἐπιτεθέντες, καὶ πυρὶ ἐτιμωροῦντο. τὴν δὲ ἀνδρείαν ὑπέδειξαν τοιαῦτα εἰπόντες· Εἰ ἐπεθύμησας, ὦ Ἀμάχιε, ὀπτῶν κρεῶν ἀπογεύσασθαι, στρέψον ἡμᾶς καὶ εἰς ἑτέρας πλευράς, ἵνα μὴ εἰς τὴν γεῦσιν ἡμίοπτοι ὀφθῶμέν σοι. καὶ οὕτως ἐτελειώθησαν.

Ἄμαχον. δυσκαταμάχητον. Πίνδαρος· Ἄμαχον δὲ κρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος. Αἰλιανός· Ἰχθύων δὲ

Ἄμαστος. Qui non manducavit: ut ἄπαστος, qui non gustavit.

Ἀμαξοχία. Rotarum, vel curruum, concursio & collisio.

Ἄμματα. [Nexus. Nodi.] Dicitur de illis, qui ingenio non sunt recto, sed curvo & obliquo. A Pelusiotis, in urbe Casio degentibus, qui arte naturali nodos nodis connectebant. Et Ἄμματα, vincula. In Epigrammate:

*Aureus intactæ dirupit vinculum virginitatis,*

*Jupiter penetrans Danaes arcos in thalamos.*

Et rursus.

*Mollium & tortorum nexu reticulorum.*

Et Pisides de Chosroe:

*Postquam vero nodis constrictus erat,*

*Vinxerunt ipsum firmiore vinculo.*

Ἀμαυρά. Obscura. Unde & ἀμαυρόν, id, quod non est clarum, nec perspicuum. Et Arrianus: *Quamobrem non dubia spes animum meum tenet, fore, ut & reliqua bene mihi succedant.*

Ἀμαχεί. Sine pugna.

Ἀμάχιος. Amachius. Hic sub Juliano Apostata parvæ urbis Phrygiæ præfectus erat, Ethnicæ religionis acris defensor. Cum igitur Templa aperirentur, Macedonius quidam & Theodulus & Tatianus, Zelo Christianæ religionis flagrantes, noctu in ea ingressi, statuas confregerunt. Multis igitur cruciatibus ideo excarnificati, & craticulis impositi, ignis supplicio affecti sunt. Tunc autem animi sui constantiam & fortitudinem ostenderunt, dicentes: Si, Amachi, carnes assas concupiscis, in alterum etiam latus nos converte, ne gustanti tibi semiassi videamur. Et sic [martyrio] consummati sunt.

Ἄμαχον. Quod difficulter expugnari potest. [Vel, quod difficulter fieri potest.] Pindarus:

1 Ἀμαξοχία. ἡ ἁρματοτροχία.] Hic duæ voces diversæ significationis confunduntur. Ἁματροχία enim, vel, uti ab aliis scribitur, ἁματροχιά, cum accentu in ultima, significat concursionem rotarum vel curruum: ἁρματροχία vero, sive ἁρματοτροχία orbitam, sive vestigium rotæ. Ammonius: Ἁματροχία, καὶ ἁρματροχία διαφέρει. Ἁματροχία μὲν γάρ ἐστιν, ἡ εἰς ταυτὸ συνδρομὴ τῶν ἁρμάτων. Ἁρματροχία δέ, ὁ τύπος καὶ ἡ ἐγχάραξις τοῦ τροχοῦ ἡ ἐπὶ τῆς γῆς. Homerus Il. ψ. v. 422.

Τῇ ῥ' εἶχεν Μενέλαος ἁματροχιὰς ἀλεείνων.

Ad quem locum brevis Scholiasta ait: Ἁματροχιάς, τὰς τῶν τροχῶν συγκρούσεις, τὰς ἀπὸ τῶν ἄλλων ἁρμάτων. Eustathius ad eundem locum Poetæ: Ἁματροχιαὶ δέ, αἱ ὁμοδρομίαι, ἢ μᾶλλον αἱ ὁμοῦ συμβολαὶ τῶν τροχῶν. εἰπεῖν δὲ καὶ κατὰ τοὺς παλαιούς, αἱ εἰς ταυτὸ σύνοδοι τῶν τροχῶν. Idem pag. 1313. Ἁρματροχιὰ ἄλλο ἐστὶ παρὰ τὴν ἁματροχιάν. ἐκείνη μὲν γάρ τι δηλοῖ, προείρηται· αὕτη δὲ ἴχνος δηλοῖ τροχοῦ ἅρματος. Nicander in *Theriacis*, v. 262.

Ἢ καὶ ἁματροχιῇσι παρὰ στίβον αὐάνετ' αὔλ.

Ad quem locum Scholiasta: Ἁματροχιῇσιν· ἀντὶ τοῦ ἁρματοτροχιαῖς, κατὰ συγκοπήν· λέγει δὲ τὰς ἐγχαράξεις τοῦ τροχοῦ, τὰς γινομένας εἰς τὴν γῆν. Insignis est etiam hanc in rem locus apud Porphyrium in *Quæstionibus Homericis*, cujus hæc sunt verba: Οὐ δεῖ δυσχεραίνειν, εἰ τοὺς πολλοὺς τῶν νῦν παιδευόντων λανθάνει τινὰ τῶν Ὁμηρικῶν, ὅπου καὶ τὸν δοκοῦντα ἀκριβέστατον καὶ πολυμαθέστατον Καλλίμαχον ἔλαθεν ἡ διαφορὰ τῆς ἁρματροχίας, ἣν ἔχει πρὸς τὴν χωρὶς τοῦ ρ λεγομένην ἁματροχίαν. Ἔστι δὲ ΑΜΑΤΡΟΧΙΑ, τὸ ἅμα τρέχειν, καὶ μὴ ἀπολείπεσθαι, οἷον ὁμοδρομία τις οὖσα· τροχοὺς γὰρ (lego, τρόχους) τοὺς δρόμους ἔλεγον. ΑΡΜΑΤΡΟΧΙΑ δέ, τὸ τῶν τροχῶν τὸ ἴχνος. Ἀγνοήσας δὲ ταῦτα ὁ Καλλίμαχός φησιν.

- - - - - - Ἀλλὰ θεόντων

Ὡς ἀνέμων οὐδεὶς εἶδεν ἁματροχιάς.

Βούλεται μὲν γὰρ εἰπεῖν, ὡς οὐδεὶς εἶδεν ἴχνος, διὰ τὸ θεῖν ὡς ἀνέμους. i. e. *Non oportet ægre ferre, si quidam eorum, qui nunc literas docent, nonnulla apud Homerum non intelligant, cum Callimachum, qui accuratissimus & eruditissimus creditur, latuerit differentia, quæ inter vocem ἁρματροχία, & alteram, quæ absque ρ scribitur, ἁματροχία, intercedit. Est autem ἁματροχία, cum quidam simul & pari velocitate currunt, ita ut alter alterum non prætereat, quasi dicas ὁμοδρομία. Cursus enim vocabant δρόμους. Ἁρματροχία vero est rotarum vestigium. Hæc ignorans Callimachus inquit:*

*- - - - - - Sed currentium*

*Ventorum instar, nemo vidit ἁματροχίας.*

*Voluit enim dicere, neminem vidisse vestigia, quod ventorum instar currerent.* Non solus autem Callimachus peccavit, quod ἁματροχία pro ἁρματροχία dixerit, ut Porphyrius hic observat; sed etiam Nicander, qui loco paulo ante laudato itidem voce ἁματροχία pro ἁρματροχία usus est. Si ergo Suidas quoque duas illas voces ejusdem significationis esse existimavit, habet saltem magnos viros, quorum exemplo errorem suum excusare possit.

2 Ἁρματοτροχία]. Scribendum potius est ἁρματροχία, ut ex locis auctorum, in nota superiori adductis, patet.

3 Χρύσεος ἀψαύστοιο διέτμ.] Distichum hoc est pars elegantis Epigrammatis, quod in Antholog. lib. VII. pag. 588. Pauli Silentiarii nomen præfert.

4 Ἀμάχιος. οὗτος ἐπὶ Ἰουλ.] Totum hunc locum de Amachio a Suida depromptum esse puto ex Malcho, ex quo non pauca alia loca in Lexicum hoc translata sunt.

5 Οἳ πολλὰς αἰκίας καὶ τιμωρ.] Eandem historiam de admirabili trium horum martyrum in perferendis cruciatibus constantia narrat Sozomenus in Histor. Eccl. lib. V. cap. XI. his verbis: Ὁ ἄρχων πολλοῖς αὐτοὺς ᾐκίσατο τρόποις. τελευταῖον δὲ ἐσχάραις ἐπιθεὶς πῦρ ὑφῆψεν. οἱ δὲ κατοπτώμενοι, εἰ κρεῶν ὀπτῶν, ἔφασαν, ἐπιθυμεῖς, ὦ Ἀμάχιε, τοῦτο γὰρ ὄνομα ἦν τῷ ἄρχοντι, καὶ ἐπὶ τὰς ἑτέρας πλευρὰς πρὸς τὸ πῦρ ἡμᾶς στρέψον, ἵνα μὴ σοι γευομένῳ ἡμίοπτοι γενόμενοι ἀηδεῖς φανείημεν. καὶ οἱ μὲν ὧδε γενναίως διαγωνισάμενοι ἐν ταῖς τιμωρίαις τὸν βίον ἀπέλιπον. i. e. interprete Henrico Valesio: *Præses eos multis modis excruciavit. Ad extremum vero craticulis imposuit, ignemque subjecit. Illi, dum cremarentur, si carnes assas, ajebant, concupiscis, o Amachi, id enim nomen erat Præsidis, alterum nobis latus ad ignem obverte, ne gustanti tibi insuaves videamur, si semiassi simus. Et*

ἀπη-

ἀπήνεγκαν ἰχθύων πλῆθος ἄμαχον, (ἤγουν μέγα) καὶ ἀνέστησαν τρόπαιον, καὶ βωμοὺς ἔθεσαν. Καὶ αὖθις· Ἐτίθετο ἕκαστος τὸ ἔργον ἑαυτοῦ ἀποδεῖξαι. ἑώρων γὰρ τὸν βασιλέα σπεύδοντα τοῦτο ἀμάχως. Καὶ αὖθις· Ἦν δὲ ἱέρεια τοῦ Θεοῦ κάλλος ἄμαχος. Καὶ αὖθις· Ἀδοκήτως χειμὼν καταῤῥήγνυται πλῆθος ἄμαχον. Καὶ αὖθις· [1] Οὐ δυναστεία ἄμαχος. Καὶ αὖθις· Ἐς ὑπεροψίαν δὲ ἐξαρθεὶς ἄμαχον, τοῦ μὲν ἔτι ἄνθρωπος εἶναι κατεφρόνει.

Ἄμαχος. ἀντὶ τοῦ, μὴ μαχόμενος. [2] Ξενοφῶν. καὶ Ἀμάχητοι, οἱ μή πω μεμαχημένοι.

Ἀμβακούμ. ζήτει ἐν τῷ Ἀββακούμ, εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ βιβλίου.

Ἄμβασις. ἀνάβασις. Καὶ ἄμβασις οὔ τίς ἦεν.

Ἀμβάτας. ἀναβάτας. Οἱ δὲ ἵπποι θνήσκοντες οὐκ ἐλύπουν τοὺς ἀμβάτας· ἤσθιον γὰρ αὐτούς. Καὶ αὖθις· Οἱ δὲ τοὺς ἀμβάτας δι' ἔκπληξιν ἀποσεισάμενοι.

Ἄμβετα. ὄνομα πόλεως.

Ἄμβη. [3] ἡ τῆς πέτρας ὀφρύς.

Ἀμβλήδην [4] βοῶσα. ἀντὶ τοῦ, μεγάλως.

Ἀμβλίσιον. [5] τὸ μάννα.

Ἀμβλίσκουσιν. ἀποβάλλουσιν. ὃ συμβαίνει ταῖς διαφθειρούσαις καὶ προβαλλούσαις τὰ κυήματα. Πλάτων [6] Θεαιτήτῳ. καὶ Ἀμβλίσκειν, καὶ Ἐξαμβλοῦν, τὸ διαφθείρειν καὶ ἀφανίζειν.

Ἀμβλωθείδια. [7] ἐκτρώματα. τὰ ἐξημβλωμένα ἔμβρυα. καὶ Ἀμβλωθείδιον, αὐτό τε τὸ φθόριον φάρμακον, καὶ δὴ καὶ τὸ διαφθαρέν.

Ἀμβλώσκειν. τὸ ἀμβλῶσαι, καὶ ἐξαμβλῶσαι, τὸ ἀτελὲς γεννῆσαι, τὸ φθεῖραι βρέφος.

Ἀμβλύ. ἀσθενές. [8] ἐν Ἐπιγράμμασι·

——— Ἀλλὰ καὶ αὖθις

Ἐκ καλαμητομίης ἀμβλὺ φέροι δρέπανον.

Ἀμβλυωπίας, καὶ Ἀμβλυωπός. ὁ ἀμυδρῶς ὁρῶν.

Ἀμβλύνω. τὸ ἐκλύω. Ὁ δὲ ἐπιπολὺ δῆγε τὸν πόλεμον, ἀμβλύνων [9] τὴν τοῦ [10] πολέμου ὀξύτητα χρονίαις τε καὶ μακραῖς τοῦ ἔργου τριβαῖς. καὶ Ἀμβλύνεσθαι. [11] Μήθ' ὑπὸ νεότητος θρασύνεσθαι, μήθ' ὑπὸ γήρως ἀμβλύνεσθαι.

Ἀμβλυώττει. τυφλώττει.

Ἀμβλύς. ὁ μὴ ὀξύς. σκολιός.

*Natura insiti mores difficulter occultari possunt.* Ælianus: *Piscium copiam attulerunt ingentem, & tropæum statuerunt, arasque erexerunt.* [Hic ἄμαχον significat *ingens.*] Et iterum: *Quisque pro viribus in hoc incumbebat, quoniam Regem vehementer ei rei studere videbant.* Et iterum: *Erat autem illa Dei sacerdos pulchritudine incredibili prædita.* Et rursus: *Tempestas vehemens subito & inopinato ingruit.* Et iterum: *Non invicta potentia.* Et iterum: *Fastu immodico elatus humana conditione majora affectabat.*

Ἄμαχος. Qui non pugnat. Xenophon. Et Ἀμάχητοι, pugnæ expertes.

Ἀμβακούμ. Quære in Ἀββακούμ, in principio libri.

Ἄμβασις. Pro ἀνάβασις, ascensus. *Et ascensus nullus erat.*

Ἀμβάτας. Pro ἀναβάτας. Sessores. Equites. *Equi vero mortui nulla molestia afficiebant sessores, quippe qui eos comederent.* Et iterum: *Illi vero territi sessores excusserunt.*

Ἄμβετα. Nomen urbis.

Ἄμβη. Petræ supercilium, sive cacumen.

Ἀμβλήδην βοῶσα. Magnum clamorem tollens.

Ἀμβλίσιον. Manna.

4 Ὅτι ἀρέσκει τοῖς Στωϊκοῖς ἴσα ἡγ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad verba illa, ἄνισα εἶναι τὰ ἁμαρτήματα. leguntur apud Laertium lib. VII. Segm. CXX. unde ea Suidas excerpsit.

5 Καὶ γὰρ ὁ ἑκατὸν σταδίους ἀπέχων Καν.] Hæc repetuntur infra, v. Κάνωβος.

6 Μήτι παρὰ θεοῖς ἀμπλακ.] Vide quæ de hac Ibyci sententia vere aurea notamus infra v. Ἰβύκειον, ubi locus hic repetitur.

7 Ἀμπνοὰς ἔχοντα. ζῶντα. ἀναπν.] Hæc referenda sunt ad locum illum Sophoclis in *Ajace*, v. 417. Ἀλλ' οὐκέτι μ' οὐκέτι ἀμπνοὰς ἔχοντα: ut Portus etiam observavit.

8 Τὸν σπουδαῖον οὐ δεῖ θαυμάζειν τῶν δοκ.] Hæc descripta sunt ex Laertio lib. VII. Segm. CXXIII. ubi vide interpretes.

9 Χαρώνια] Loca, pestilentem odorem [exhalantia, a Græcis vocantur Χαρώνια. Strabo lib. XIV. pag. 636. Παρ' ἣν ἄορνόν ἐστι σπήλαιον ἱερὸν, ΧΑΡΩΝΙΟΝ λεγόμενον, ὀλέθριον ἔχον ἀποφοράν. (lego

μοῖ

μῶν ὑδάτων, καὶ πυρὸς ἀναφυσήματα. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐν ἐρημίᾳ βιώσεται ὁ σπουδαῖος, κοινωνικὸς ὢν φύσει, καὶ πρακτικός.

Ἀμπρεύοντες.[1] παρακομίζοντες. Ἄμπρον γὰρ σχοινίον τι, μεθ' οὗ εἰώθασιν ἕλκειν, ἤτοι παρακομίζειν μεγάλα φορτία. Ἀμπρεύειν δὲ κυρίως, τὸ μὲν ἁμάξης περιέχεσθαι· καταχρηστικῶς δὲ, καὶ ἐπὶ τῶν νωτοφόρων ζώων λαμβάνεται. ἢ Ἀμπρεύειν, τὸ τοῖς ἕλκουσι ζεύγει βοηθεῖν. καὶ Ἄμπρον, σχοινίον, ὅπερ διὰ τῶν ζυγῶν διατείνουσι, καὶ φορτία ἐφ' ἁμάξης κομίζουσιν, ὥστε ὁμοτόνως ὑπὸ τῶν ζυγῶν ἕλκεσθαι· ἄμπειρόν τι ὄν, τὸ διαπειρᾶν τὸ ζυγὸν δεδεμένον. καὶ, Ἐξαμπρεύσομεν ἄνευ κανθηλίου. ἀντὶ τοῦ, ἕλξομεν τὸ ξύλον ἄνευ ὄνου.

Ἄμπυκας. χαλινοὺς, δεσμούς. Ἄμπυξ δὲ, δεσμὸς τριχῶν, ἢ κόσμος κεφαλῆς. οὕτως [2] Ὅμηρος.

Ἀμοιβαδίς. ἐξ ἀμοιβῆς. ἐφεξῆς.

Ἀμοιβαία ἔκτισις. ἀνταπόδοσις ἢ [3] ἐκ διαδοχῆς ὁμοία. Ὅρκοι δὲ ἐπὶ τῇ ἀμοιβαίᾳ σφῶν ἐδίδοντο πίστει, οὐ μόνον αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς παραγινομένοις ἐκ [4] τῶν βασιλείων τῆς Ῥωμαίων διαλλαγῆς ἕνεκα τῶν ἀνδρῶν. [5] Πρίσκος φησίν.

Ἀμοιβή. ἀντέκτισις. ἀνταπόδοσις. Ἀμοιβὴν τοῦ θεοειδεστάτου τρόπου θαυμαστὴν ἐφέρετο. ἔρρει γάρ οἱ κατὰ γνώμην τὰ ἐκ τῆς τύχης, καὶ πᾶσιν, οἷς ἐπεβάλετο, τούτων ἥμαρτεν οὐδενός.

Ἀμοιβηδίς. ὁ ἀλλαχταλλάσσων. Ἀμοιβαδὶς δὲ, κατ' ἐναλλαγήν.

Ἀμοιβόν. οὐδέτερον· ἀνταποδοτικόν. Πρὶν κακῶν ἔργων ἀμοιβὸν τιμωρίαν ἐκτίσαι.

Ἀμοιρῆσαι. γενικῇ. ἀποτυχεῖν. Ἀμοιρῶ γὰρ, τὸ οὐ μετέχω. καὶ Ἄμοιροι, ἀμέτοχοι, ἢ κακόμοιροι.

Κακὸν[6] κακῶς νιν ἄμοιρον ἐκτρίψαι βίον.

ἀντὶ τοῦ κακόμοιρον, ἢ μηδενὸς τῶν νενομισμένων μετειληφότα, ἀλλ' ἄταφον ἐκβληθῆναι.

Ἀμυγδαλῆ.[7] τὸ δένδρον. Ἀμυγδάλη δὲ, ὁ καρπός. Καὶ [8] δειλαὶ δάκνεσθαι ἀμυγδάλαι.

Ἀμυγνόν.[9] τὸ μὴ μυσαρόν· ἀλλ' ἁγνὸν, καὶ καθαρόν. οὕτω Σοφοκλῆς.

Ἄμυδις. ὁμοῦ.

Ἀμυδρά. ἀφανῆ. σκολιά. καὶ Ἀμυδρῶς σκοτεινῶς, λεπτῶς, ἀσαφῶς.

Ἀμύειν. τὸ σπεύδειν παρ' Ἀττικοῖς. καὶ δασύνεται.

*tur: ut antra Charonia marisque fluxum & refluxum, & calentium aquarum fontes, & ignis eruptiones. Sed nec in solitudine vivet sapiens, natura ad societatem & actionem factus.*

Ἀμπρεύοντες. Transportantes. Ἄμπρον enim est funis, quo magna onera trahi & transportari solent. Ἀμπρεύειν proprie significat currum trahere: per abusionem vero etiam sumitur de animalibus, onera dorso ferentibus. Vel Ἀμπρεύειν significat jumenta trahentia juvare. Et Ἄμπρον vocatur funiculus, quem [aurigæ] per juga trajiciunt, & onera in curru colligant, ut æqualiter a jumentis trahantur. Quasi dicas ἄμπειρον, i. e. quod per jugum ligatum trajectum est. Et Ἐξαμπρεύσομεν ἄνευ κανθηλίου [significat,] sine asino lignum trahemus.

Ἄμπυκας. Fræna. Vincula. Ἄμπυξ vero, fascia, qua capilli vinciuntur; vel, ornamentum capitis. Sic Homerus.

Ἀμοιβαδίς. Vicissim. Deinceps.

Ἀμοιβαία ἔκτισις. Retributio, vel, par gratiæ relatio. *Fides mutua jure jurando confirmata est cum aliis, tum etiam illis, qui ex aula Romanorum venerant, pacis componendæ causa.* Sic Priscus inquit.

Ἀμοιβή. Gratiæ relatio. Retributio. *Præmium admirabile sanctissimorum morum consecutus est. Omnibus enim cœptis ejus fortuna adspirabat, & cunctis in rebus, quas aggrediebatur, voti sui compos fiebat.*

Ἀμοιβηδίς. Qui alterum pro altero reddit. Ἀμοιβαδὶς vero, vicissim, alternatim.

Ἀμοιβόν. Quod vicissim redditur. *Priusquam pœnas, malis facinoribus debitas, persolvas.*

Ἀμοιρῆσαι. Genitivo gaudet. Voti non fieri compotem. Ἀμοιρῶ enim significat, non sum particeps. Et Ἄμοιροι, expertes, vel, infelices. *Ut malus ille malam agat vitam.* Hic ἄμοιρον positum est pro κακόμοιρον, i. e. infelicem; vel, non consecutum honores, defunctis tribui solitos, sed insepultum.

Ἀμυγδαλῆ. Ipsa arbor amygdalus. Ἀμυγδάλη vero, fructus, amygdala. *Et amygdalæ ad esum maturæ.*

Ἀμυγνόν. Non pollutum, sed castum & purum. Sic Sophocles.

Ἄμυδις. Simul.

Ἀμυδρά. Non apparentia. Obscura. Et Ἀμυδρῶς, obscure, tenuiter, non clare.

Ἀμύειν. Properare, apud Atticos. Adspiratur.

ἀναφορᾶς) i. e. *Juxta quam est antrum Avernum, Charonium vocatum, perniciosum odorem exhalans.* Eadem loca vocantur etiam Πλουτώνεια, & a Latinis *ostia Ditis*, ut monet Casaub. ad Strabonem pag. 115.

1 Ἀμπρεύοντες. παρακομίζοντες. Ἄμπρον.] Nota hæc referenda est ad locum illum Aristoph. in *Lysistrata*, pag. 854. (547. Ed. Bas.)

Χ' ὥσπερ ποτ' ἐξαμπρεύσομεν

Τοῦτ' ἄνευ κανθηλίου.

Ad quem locum Scholiasta ineditus ait: Ἐξαμπρεύσομεν· ἕλξομεν τὸ ξύλον τοῦτο ἄνευ ὄνου. Τὸ γὰρ ἕλκοντι ζεύγει βοηθεῖν ἀμπρεύειν λέγεται. Καὶ ἄμπρον, τὸ δίκωλον σχοινίον.

2 Ὅμηρος.] Vox ἄμπυξ ornamentum capitis significat apud Homerum Il. Χ. v. 469.

3 Ἢ ἐκ διαδοχῆς ὁμοία.] Verba hæc suspecta mihi sunt, & per me deleantur licet, quoniam sensum loci hujus turbant potius, quam illustrant. Quod si tamen quis urendum hic & secandum esse neget, legendum saltem videtur, ἀνταπόδοσις, ἢ ἐκ διαδοχῆς ἢ ὁμοία.

4 Ἐκ τῶν βασιλείων τῆς Ῥωμαίων διαλλ. ἕνεκα τῶν ἀνδρ.] Verba hæc obscura sunt, nec, ut puto, satis sana, quibus remedium adhiberi nequit, quoniam historia Prisci, ex qua fragmentum hoc depromptum est, hodie non amplius exstat.

5 Πρίσκος φη.] Valesius, in fine notarum ad Excerpta ex Malcho, memoriæ errore deceptus affirmat fragmentum hoc descriptum esse ex Malcho, cum tamen Suidas hic expresse Priscum nominet.

6 Κακὸν κακῶς νιν ἄμοιρον ἐκτ.] Ex Sophocl. *Oedip. Tyran.* v. 256. ubi vide Scholia. P.

7 Ἀμυγδαλῆ. τὸ δένδ.] Vide Athen. lib. 11. pag. 52.

8 Καὶ δειλαὶ δάκνεσθαι ἀμυγδάλαι] Hæc verba decerpta sunt ex Epigrammate Anthologiæ ineditæ, quod integrum exhibemus infra v. Γέλγεις.

9 Ἀμυγνόν. τὸ μὴ μυσ.] Vide infra v. Ἀμύσχαρον. v. Ἀμυχνόν, & Ἀμυχρόν.

Ἀμύητος. ἄπειρος. ἀτέλεστος.

Ἀμύκλαι. κόσμιόν τι, ὅπερ ἐν ποσὶν εἶχεν Ἐμπεδοκλῆς. εἶχε γὰρ χρυσοῦν στέμμα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ [1] Ἀμύκλας ἐν τοῖς ποσὶ [2] χαλκᾶς, καὶ στέμματα Δελφικὰ ἐν ταῖς χερσίν· καὶ οὕτως ἐπῄει τὰς πόλεις, δόξαν περὶ αὐτοῦ κατασχεῖν ὡς περὶ θεοῦ βουλόμενος. [3] ὃς ἔρριψεν ἑαυτὸν νύκτωρ εἰς τοὺς κρατῆρας τοῦ Αἰτναίου πυρὸς, ὡς μὴ φανῆναι αὐτοῦ τὸ σῶμα. τοῦ δὲ [4] σανδαλίου αὐτοῦ ἐκβρασθέντος. Ἐκαλεῖτο δὲ Κωλυσανέμας, διὰ τὸ πολλοὺς ἀνέμους, ἐπιθεμένους τῷ Ἀκράγαντι, ἐξελάσαι αὐτὸν, δορὰς ὄνων περιθέντα τῇ πόλει.

Ἀμυκλαῖος. ἀπὸ τόπου.

Ἀμύμων. ἄψογος. ἄμεμπτος.

Ἀμυμάνιος. ἐκ [5] τοῦ Ἀμυμᾶνος. καὶ [6] Ἀμυμάνη, ὄνομα κύριον.

Ἄμυνα. καὶ ἐπὶ ἀμοιβῆς, καὶ ἐπὶ εἰσπράξεως δίκης.

Ἀμύνασθαι. Θουκυδίδης μὲν, ἀντὶ τοῦ ἀμείβεσθαι· Σιμωνίδης δὲ, ἀντὶ τοῦ χάριτας ἀποδιδόναι· Σοφοκλῆς δὲ, ἀντὶ τοῦ ἀπαλεξῆσαι. ἐπὶ τῶν προηδικηκότων τάσσουσιν οἱ Ῥήτορες τὸ ἀμύνασθαι· ὅτε οἱ κακόν τι παθόντες ἀντιπράσσουσι τοὺς προδιαθέντας. καὶ Ἀμύναιντο. Κρατῖνος Πυλαίαις· Αὐτοὺς ἐπαίδευσεν, ἔθρεψέ τε δημοσίοις χρήμασιν εἰς ἥβην, ἵνα οἵ ποτε λοιγὸν ἀμύναιντο. Καὶ Ἀμύνειν παρὰ Θουκυδίδῃ, τὸ βοηθεῖν. Ἀμύνεσθαι δὲ, τὸ κολάζειν.

Ἀμυνίας. ὄνομα κύριον. [7] ἢ ὁ ἕτοιμος ἀμύνεσθαι.

Ἀλλ' [8] Ἀμυνίας ὁ Σέλλου μᾶλλον, ὁ οὐκ τοῦ Κρωβύλου.
Οὗτος, ὅν γ' ἐγώ ποτ' εἶδον, ἀντὶ μήλου καὶ ῥοιᾶς,
Δειπνοῦντα μετὰ Λεωγόρου.
Πεινῇ γὰρ, ἧπερ Ἀντιφῶν.
Ἀλλὰ πρεσβεύων γὰρ ἐς Φάρσαλον ᾤχετ'· εἶτ' ἐκεῖ
Μόνος μόνοις τοῖς Πενέσταισι ξυνῆν τοῖς Θετταλῶν,
Αὐτὸς Πενέστης ὢν ἐλάττων οὐδενός. Ἀριστοφάνης.

Ἀμυνόμενοι. τοὺς κακόν τι πράξαντας [9] ἀντιδιατιθέντες. [10] Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἔθος εἶχον μὴ ἄρχοντες φαίνεσθαι χειρῶν ἀδίκων, ἀλλ' ἀεὶ δοκεῖν ἀμυ-

Ἀμύητος. Non initiatus. Imperitus.

Ἀμύκλαι. Ornamentum quoddam pedum, quo usus est Empedocles. Is enim auream coronam in capite habens, & amyclas ferreas in pedibus, & coronas Delphicas in manibus, urbes peragrabat, ut opinionem hominibus præberet, se Deum esse. Idem in crateres Ætnæ se conjecit, ut corpus ejus non amplius appareret. Una tamen ex crepidis ejus [ab igne] ejecta, [mortem ejus patefecit.] Dictus est etiam Κωλυσανέμας, quod multos ventos, Agrigentum vexantes, coerceret & propulsaret, urbe pellibus asinorum circundata.

Ἀμυκλαῖος. A loco sic dictus.

Ἀμύμων. Inculpatus. Omnis criminis expers.

Ἀμυμάνιος. Nomen ab Ἀμυμᾶν deductum. Et Ἀμυμάνη, nomen proprium.

Ἄμυνα. Significat & relationem gratiæ, & exactionem pœnæ.

Ἀμύνασθαι. Apud Thucydidem significat, rependere: apud Simonidem, gratiam referre: apud Sophoclem, propulsare. Apud Oratores hæc vox dicitur de illis, qui ulciscuntur eos, qui injuriam priores intulerunt. Et Ἀμύναιντο legitur apud Cratinum in *Pylæis*. *Illos instituit, & publica pecunia aluit, ut olim pestem [a patria] propulsarent.* Ἀμύνειν apud Thucydidem significat, opem ferre. Ἀμύνεσθαι autem, punire.

Ἀμυνίας. Nomen proprium. Vel, qui ad injuriam propulsandam & vindicandam paratus est.

*At Amynias, Selli filius potius, quam Crobyli.*
*Ille, quem ego quondam vidi, pro pomo & malo granato,*
*Cœnantem cum Leogora.*
*Esurit enim magis, quam Antiphon.*
*Sed enim legatus Pharsalum profectus est; & deinde illic*
*Solus cum solis Penestis Thessalicis versabatur,*
*Cum ipse non minus esset Penesta, quam ullus alius.* Aristophanes.

Ἀμυνόμενοι. Qui malo vicissim afficiunt eos, a quibus injuria affecti sunt. *Romani cavere solebant, ne alios injuria lacessere, sed vim illatam semper propulsare, & necessitate coacti*

1 Ἀμύκλας] Vide Meurs. in *Laconic.* lib. I. cap. XVIII. qui pro ἀμύκλας hic scribendum putat ἀμυκλαΐδας; quæ vox quid significet docent Hesychius, Pollux, Eustathius, aliique.

2 Χαλκᾶς] Vide Menag. ad Laert. lib. VIII. Segm. LXIX.

3 Ὃς ἔρριψεν ἑαυτὸν νύκτωρ εἰς τ. κρ.] Eandem de Empedocle historiam Laertius in ejus Vita, multique alii scriptores narrant. Vide etiam infra v. Ἐμπεδοκλῆς.

4 Τοῦ δὲ σανδαλίου αὐτ. ἐκβρ.] Hic aliqua desunt. Sensus enim est imperfectus, qui sic suppleri potest, ὁ θάνατος αὐτοῦ ἐγνωρίσθη.

5 Ἐκ τοῦ Ἀμυμᾶνος] Hæc verba in prioribus Edit. desunt, quæ ex MSS. revocavi.

6 Ἀμυμώνη] Sic appellabatur una filiarum Danai. Vide Schol. Homeri ad Il. Δ. v. 171.

7 Ἢ ὁ ἕτοιμος ἀμύνεσθαι] Respexit Suidas ad locum illum Aristoph. in *Equit.* p. 322. Ἀλλ' ὁ θυμὸς εὐθὺς ἦν ἀμυνίας. ubi Scholiasta: Ἀμυνίας, ἕτοιμος πρὸς τὸ ἀμῦναι, ὡς ἐπὶ τῶν ἐν πόλει ἀγωνιζομένων.

8 Ἀλλ' Ἀμυνίας ὁ Σέλλου μ.] Hæc, & quæ sequuntur, sumpta sunt ex Aristoph. *Vespis*, p. 357. *P.*

9 Ἀντιδιατιθέντες] Hanc lectionem ex 2 MSS. Paris. revocavi. In prioribus enim Edit. mendose excusum est ἀντὶ τοῦ διατιθέντες. Eustath. ad Il. E. p. 546. Τὸ ἀμύνεσθαι, οὐ μόνον τὸ κακῶς παθόντα ἀντιδιατιθέναι &c. Significat autem ἀντιδιατιθέναι τινὰ, aliquem injuria vel beneficio vicissim afficere; uti προδιατιθέναι, aliquem prius injuria vel beneficio afficere; quo sensu accipitur Suida v. Ἀμύνασθαι.

10 Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἔθος εἶχον μὴ ἄρχ.] Hoc fragmentum ad Polybium referunt Ursinus, Casaubonus, & Valesius: idemque repetitur infra v. Ἐμβαίνειν, ubi pro ἔθος εἶχον, rectius legitur προσεῖχον ἐπιμελῶς.

νόμε-

νόμενοι καὶ κατ' ἀνάγκην ἐμβαίνειν εἰς τοὺς πολέμους. Καὶ αὖθις·

Ὁρῶσι κἀμὲ, καὶ σέ· καὶ φρονοῦσ', ὅτι
Ἔργοις πεπονθὼς, [1]ῥήμασιν ἀμύνομαι.

Ἀμύνω σοι. βοηθῶ σοι. Ἀμύνομαι δέ σε, ἀντὶ τοῦ, τιμωρῶ σε. Καὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς.

Ἀμύντης, καὶ Ἀλκήστης, Τραγικὰ καὶ Αἰσχύλεια τὰ ὀνόματα.

Ἀμύντωρ. βοηθός.

Ἀμύξεις. λυπήσεις. τρώσεις. πλήξεις. καὶ παροιμία· Μηδ' [2] ἄκανθα ἀμύξῃ τοὺς ἀγαθούς. καὶ Ἄμυξις ἀμυχὴ, σπάραξις, ξέσις. Ἀμύσσω γὰρ, παρὰ τὸ αἷμα, αἱμύσσω.

Ἧς [3]ἐπὶ καλὸν ἄμυξε κατὰ ῥέθος Ἀφροδίτα. ἀντὶ τοῦ, ἐσπάραξεν, ἔξεσε. [4]Καὶ ἐν Ἐπιγράμματι· Ἵστασο, καὶ σκοπίαζε, μάτην δὲ σὸν ἦτορ ἀμύσσεις.

bella suscipere viderentur. Et iterum: *Vident & me, & te, & ita sentiunt, me factis læsum verbis te ulcisci.*

Ἀμύνω σοι. Opem tibi fero. At Ἀμύνομαί σε, Ulciscor te. *Et in nomine Domini ipsos ultus sum.*

Ἀμύντης, Ἀλκήστης, sunt nomina Tragica & Æschylea.

Ἀμύντωρ. Auxiliator.

Ἀμύξεις. Dolore afficies. Vulnerabis. Percuties. Et proverbium: *Ne spina quidem vulnerabit bonos.* Et Ἄμυξις, vulneratio, laceratio. Ἀμύσσω enim dictum est ab αἷμα, quasi dicas αἱμύσσω.

*Cujus gratia pulchrum Venus laniavit corpus.* [Hic enim ἄμυξε significat,] ἐσπάραξεν, ἔξεσε: i. e. laceravit, vulneravit. Et in [alio] Epigrammate: *Sta, & speculare: frustra autem cor tuum laceras.*

Ἄμυρις μαίνεται. ἐπὶ τοῦ φρενήρους λέγεται ἡ παροιμία. [5]Θεωρὸς γὰρ ὑπὸ Συβαριτῶν πεμφθεὶς εἰς Δελφοὺς περὶ εὐδαιμονίας, καὶ τοῦ θεοῦ χρήσαντος ἀπώλειαν Συβαρίταις ἔσεσθαι τότε, ὅταν ἀνθρώπους θεῶν προτιμήσωσι· θεασάμενος δοῦλον παρὰ ἱερῷ μαστιγούμενον, καὶ προσφυγόντα τῷ ἱερῷ, καὶ μὴ ἀπολυόμενον, ὕστερον δὲ εἰς τὸ τοῦ μαστιγοῦντος πατρὸς μνῆμα καταφυγόντα ἀπολυθῆναι, συνεὶς τὸ λόγιον, ἐξαργυρισάμενος τὰ ἴδια, ἀπῆρεν εἰς Πελοπόννησον. Ἃ γοῦν λογισμῷ πεποίηκεν Ἄμυρις, τοῦτο εἰς μανίαν Συβαρῖται μετέτρεψαν ὁμοῦ. Ὁ δὲ τῷ χρόνῳ διὰ τὴν προσποίητον μανίαν ἐθαυμάσθη.

Ἄμυρις μαίνεται. Amyris insanit. Hoc proverbium dicitur de homine cordato. Amyris enim a Sybaritis Delphos mittebatur legatus, ut de fortuna [Reip. Phœbum consuleret:] cui Deus respondit, tunc Sybaritas perituros esse, cum homines pluris fecissent, quam Deos. Cum igitur aliquando videret servum, qui juxta sacram ædem flagris cædebatur, ad ædem illam fuga se recipere, nec tamen dimitti: eundem vero, cum ad monumentum patris illius, qui cum flagris cædebat, confugeret, dimitti; mentem Oraculi intellexit, bonisque omnibus venditis, in Peloponnesum abiit. Quod igitur ratione fecerat Amyris, id universi Sybaritæ insaniæ tribuerunt. Tandem tamen simulatam ejus insaniam omnes admiratione & laudibus prosecuti sunt.

Ἀμύσσειν. ταράσσειν. ἑλκοῦν. ξέειν. σπαράσσειν. Ποτὲ μὲν τοῖς ὄνυξιν ἀμύττων τὰς παρειάς· ποτὲ δὲ τῷ ῥύγχει τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔκοπτεν. [6]Ἐπεὶ δὲ προῆλθε τοῦ οἰκείου τάγματος, κόραξ ἐφιζάνει τῷ δεξιῷ τοῦ ἀνδρὸς βραχίονι, ἀντιπρόσωπος τῷ Κελτῷ κατὰ τὸν ἀγῶνα φερόμενος, καὶ τοῖς τε ὄνυξιν ἀμύττων τὸ πρόσωπον, καὶ ταῖς πτέρυξιν ἐπικαλύπτων τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἀφύλακτον [7]τῷ Βαλερίῳ τὸν πόλεμον παρεδίδωκε, τὴν

Ἀμύσσειν. Turbare, ulcerare, vulnerare, lacerare. *Nunc unguibus genas lacerans: nunc vero oculos rostro tundens.* † *Cum autem [Valerius] ex acie sua prodiisset, corvus in dextro ejus brachio consedit, qui in Gallum pugnantem adversa fronte involans, unguibusque faciem ejus lanians, & alis oculos obtegens, hostem impune feriendum Valerio præbuit, eique*

1 Ῥήμασι] Metri gratia legendum est, ῥήμασί σ' ἀμύνομαι.

2 Μηδ' ἄκανθα ἀμ.] Proverbii hujus meminit etiam Diogenianus. Vide etiam infra v. Μηδ' ἄκανθα.

3 Ἧς ἐπὶ καλὸν ἀμ.] Est pars Epigrammatis in Laidem, quod integrum legitur Anthol. lib. III. cap. XII. pag. 327. Vide etiam infra Κατὰ ῥέθος. Cæterum, præstat hic legere ᾗ ἔπι.

4 Καὶ ἐν Ἐπιγράμματι] Epigramma hoc integrum exstat Anthol. lib. VII. p. 594.

5 Θεωρὸς γὰρ ὑπὸ Συβαριτῶν πεμφθ.] Eandem de Amyride historiam ex Pausaniæ Lexico αὐτολεξεὶ pene refert Eustathius ad Il. B. p. 298. his verbis: Ἐν τῇ παροιμίᾳ τῇ λεγούσῃ Θάμυρις μαίνεται, τινὲς Ἄμυριν ἔγραψαν, δίχα τοῦ ἐν ἀρχῇ θ. περὶ οὗ Παυσανίας ἐν τῷ κατὰ στοιχεῖον Ῥητορικῷ αὐτοῦ Λεξικῷ ἱστορεῖ, ὅτι θεωρὸς ὑπὸ Συβαριτῶν πεμφθεὶς εἰς Δελφοὺς περὶ εὐδαιμονίας, τοῦ δὲ θεοῦ χρήσαντος ἀπώλειαν Συβαρίταις, ὅταν ἀνθρώπους θεῶν προτιμήσωσιν, ἰδὼν δοῦλον μαστιγούμενον, καὶ εἰς ἱερὸν προσφυγόντα, καὶ μὴ ἀπολυόμενον, ὕστερον δὲ εἰς τὸ τοῦ μαστιγοῦντος πατρὸς μνῆμα καταφυγόντα καὶ ἀπολυθέντα, συνεὶς τὸ λόγιον, καὶ ἐξαργυρισάμενος τὰ ἴδια, ἀπῆλθεν εἰς Πελοπόννησον. καὶ Συβαρῖται μὲν, ὃ λογισμῷ πεποίηκεν, εἰς μανίαν ἔδοξαν τε, ἐπιλέγοντες· Ἄμυρις μαίνεται. Ὁ δὲ τῷ χρόνῳ διὰ τὴν προτέραν μανίαν ἐθαυμάσθη. Hæc Pausanias: ex quo etiam Suidas sua procul dubio descripsit. De eodem proverbio consule Diogenianum Adag. CCXXVI.

6 Ἐπεὶ δὲ προῆλθε τοῦ οἰκείου τάγματος] Quæ hic Suidas de M. Valerio Corvino refert, ad verbum pene translata sunt ex Eutropii Breviario Historiæ Romanæ, cujus hæc sunt verba: *Tum se M. Valerius Tribunus militum obtulit: &, cum processisset armatus, corvus ei supra dextrum brachium sedit. Mox, commissa adversus Gallum pugna, idem corvus alis & unguibus Galli oculos verberavit, ne rectum posset aspicere: ita ut a Tribuno Valerio interfectus, non solum victoriam ei, sed etiam nomen dederit. Nam postea idem Corvinus est dictus.* Neque vero hic duntaxat locus, sed & plura alia apud Suidam ex eodem Breviario conversa sunt: unde patet, exstitisse olim versionem Græcam Eutropii, antiquiorem & elegantiorem ea, quæ hodie in manibus eruditorum versatur, & Pæanium auctorem habet. Ex eadem versione Joannes Antiochenus quoque multa loca in Historiam suam transtulerat, ut monet Valesius in notis ad Collectanea Constantini Porphyrog. pag. 115. Existimem autem cum Valesio, versionis illius, qua Suidas & Joannes Antiochenus usi sunt, auctorem fuisse Capitonem Lycium, scriptorem antiquum, & Justiniano Imperatori σύγχρονον, quem Μετάφρασιν τοῦ Ἐπιτομέως Εὐτροπίου conscripsisse Suidas infra testatur.

7 Ἀφύλακτον τῷ Βαλερίῳ τὸν πόλεμον παρεδίδωκε] Portus hæc ita vertit: *Bellum inevitabile adversario Valerio tradidit feliciter confectum.* Quam insulsa sit hæc versio cuilibet facile patebit, qui nostram interpretationem cum ea conferre voluerit. Non intellexit enim Portus vim vocis ἀφύλακτον, nec vidit pro πόλεμον legendum esse πολέμιον; quod tamen cuilibet, paulo attentius hæc legenti, sensus loci illico suggerit.

τὴν νίκην καὶ ἐπωνυμίαν χαρισάμενος. Κόρβινος γὰρ ἐντεῦθεν ἐκλήθη.

Ἀμύσκαρον.[2] τὸ ἁγνόν.

Ἀμυστὶ πιεῖν. ἐπίρρημα. λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν ἀπνευστὶ καὶ ἄνευ τοῦ ἀναπαύσασθαι πινόντων· οἱονεὶ μηδὲ μύσαντα. τοῦ αὐτοῦ ἔχεται καὶ τὸ ἐξαμυστίσαι. λέγεται καὶ Ἀμυστίζειν, καὶ τὰ ἐξ αὐτοῦ. καὶ Ἀμυστὶ Φερεκράτης εἶπεν. Ὅτι[3] Κόμμοδος ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων ἔπιεν ἐν τῇ ἀγωνίᾳ καμών,[4] κύλικι ῥοπαλωτῇ παρὰ γυναικὸς γλυκὺν οἶνον ἐψυγμένον λαβών, ἀμυστί· ἐφ᾽ ᾧ παραχρῆμα πάντες τοῦτο δὴ τὸ ἐν τοῖς συμποσίοις εἰωθὸς λέγεσθαι ἐξεβόησαν· Ζήσειας. Τὸ Ζήσειας ἐπὶ τοῦ τελευτήσειας τὴν ζωὴν φασὶν οἱ Γραμματικοί. κινδυνεύει οὖν ὁ τοῦτο λέγων ἀντὶ τοῦ εὔχεσθαι, καταρᾶσθαι.[5] καὶ Ἀριστοφάνης· Ἄμυστιν ἐξέλαψα.[6] οἷον, ὁμοῦ καὶ ἀθρόως ἔπιον. ἢ παρὰ τὸ ἀπνευστὶ ἐκπιεῖν, ἢ παρὰ τὸ μὴ μύειν. ἔστι δὲ καὶ εἶδος ποτηρίου φιαλῶδες. Ἄμυστις γὰρ, ἡ ἀπνευστὶ πόσις.

Ἀμυχή. ἐπιπόλαιον ἕλκος.

Ἀμυχνόν.[7] τὸ μὴ μυσαρὸν, ἀλλ᾽ ἁγνὸν, καὶ καθαρόν. οὕτω Σοφοκλῆς. γράφεται δὲ καὶ Ἀμυχρόν.

Ἀμφάρης. ὄνομα κύριον.

Ἀμφασία.[8] ἀφωνία. ἀλαλία.

Ἀμφέχανε. καταπέπωκε. Τοὺς δ᾽ ὁ μέλας ἀμφέχανεν θάνατος.

Ἄμφηκες. ἀμφοτέρωθεν ἠκονημένον. ἀπὸ τῆς ἀμφήκης εὐθείας. Οἷος ἐμοὶ τρέφεται παῖς ἀμφήκει γλώττῃ λάμπων.[9] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις.

Ἀμφήμερον. τὸν ἀμφημερινὸν πυρετόν. Σοφοκλῆς. Ποιμένι κρυμὸν φέρων γνάθοισιν ἐξ ἀμφημέρου.

Ἀμφηρεφές. τὸ ἀμφοτέρωθεν ἐστεγασμένον. ἢ κατάσκιον.

Ἀμφηρικόν. Πέμπει δὲ σκαφίδιον ἀμφηρικόν.[10] καὶ Θουκυδίδης· Ἀκάτιον ἀμφηρικὸν, ὡς λῃσταὶ, ἐκ πολλοῦ τεθεραπευκότες τὴν ἄνοιξιν τῶν πυλῶν, ἐκόμιζον τὸ πλοῖον ἁμάξῃ.

cum victoria cognomen etiam dedit. Inde enim Corvinus appellatus est.

Ἀμύσκαρον. Castum. Purum.

Ἀμυστί. Adverbium. Ἀμυστὶ πιεῖν illi dicuntur, qui uno haustu, vel uno spiritu bibunt. Proprie qui [os vel labia] non claudunt. Hinc ortum est verbum ἐξαμυστίσαι. Dicitur etiam Ἀμυστίζειν, & quæ inde [derivantur.] Voce Ἀμυστὶ etiam Pherecrates usus est. † *Commodus imperator Romanorum, in certamine defatigatus vinum dulce refrigeratum, quod a muliere in calice virgato acceperat, uno haustu bibit. Confestim igitur omnes more in conviviis solito exclamarunt* Ζήσαις, *i. e. vivas.* Grammatici τὸ Ζήσειας interpretantur τελευτήσειας τὴν ζωὴν, i. e. vitam finias. Non multum igitur abest, quin, qui id dicit, non bene sed male alicui precetur. Et Aristophanes: *Amystidem exhausi.* Idem est, ac si dixisset, uno haustu bibi. [Dicta autem est ἄμυστις] inde, quod sine respiratione, vel [labiis] non clausis, exhauriatur. Est autem genus poculi, phialæ similis. † Ἄμυστις dicitur haustus, qui fit uno spiritu.

Ἀμυχή. Vulnus leve, quo summa tantum cutis perstringitur.

Ἀμυχνόν. Non pollutum: sed castum, & purum. Sic Sophocles. Scribitur & Ἀμυχρόν.

Ἀμφάρης. Nomen proprium.

Ἀμφασία. Vocis defectus. Cum [præ stupore] loqui non possumus.

Ἀμφέχανε. Absorbuit. *Illos vero atra absorbuit mors.*

Ἄμφηκες. Utrinque aciem habens. Anceps. A recto Ἀμφήκης. *O qualis mihi alitur his in ædibus filius ancipiti lingua præditus.*

Ἀμφήμερον. Quotidianum. Ἀμφημερινὸν πυρετόν. Quotidianam febrem. Sophocles. . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Ἀμφηρεφές. Undique tectum. Vel, opacum.

Ἀμφηρικόν. [Est epithetum naviculæ, quæ utrinque binis remis agitur.] *Mittit vero scapham, utrinque binis remis actam.* Et Thucydides: *Naviculam parvam, veluti latrones, cum a longo tempore illis exire volentibus portæ semper aperirentur, plaustro impositam [ad mare] deportarunt.*

Ἀμφήριστον.[11] ἄνισον. ἀμφίβολον.[12] ἐπιφιλόνεικον. Πολίτης ἀμφήριστος[13] Εὐρυβάτῃ, τῷ προδεδωκότι Κροῖσον ἐπὶ πονηρίᾳ. Καὶ αὖθις.[14] Ἤτοι τὸ νικᾶν, ἢ τὸ

Ἀμφήριστον. Æquale. Ambiguum. Controversum. *Civis, qui [perfidia] certare possit cum Eurybate, qui Crœsum scelerate prodidit.* Et iterum: *Aut vincere eos oportebat, aut vinci:*

1 Κόρβινος] Legendum est Κορβῖνος, ut infra recte in Κορβῖνος.

2 Ἀμύσκαρον] Vide supra v. Ἀμυχνόν, & Etymologum v. Ἀμυχρόν.

3 Ὅτι Κόμμοδος ὁ βασιλ. Ῥωμ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad verba illa, ἐξεβόησαν· ζήσειας, leguntur apud Xiphilinum in *Commodo*, unde ea Suidas descripsit. Vide etiam infra v. Κύλιξ ῥοπαλωτή, ubi eadem repetuntur.

4 Κύλικι ῥοπαλωτῇ] Sylburgius in notis ad Xiphilinum, & Portus κύλικα ῥοπαλωτὴν putant esse calicem in clavam formatum, sive, clavæ speciem habentem; a qua opinione dissentire me fateor. Existimo enim potius τὸ ῥοπαλωτὸν idem hic significare quod ῥαβδωτὸν, i. e. ut Latini vocant, *virgatum*, sive lineis quibusdam intercurrentibus distinctum. Ῥόπαλον enim & ῥάβδος idem significant. Hoc igitur sensu κύλιξ ῥοπαλωτὴ, de qua Xiphilinus hic loquitur, fuerit calix, lineis quibusdam & sulcis rectis distinctus; cujus generis calices hodieque non raro cernuntur.

5 Καὶ Ἀριστοφάνης] In fine *Acharnensium*, ut Portus etiam observavit.

6 Οἷον ὁμοῦ καὶ ἀθρόως ἔπ.] Hæc sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

7 Ἀμυχνόν.] Vide Etymologum v. Ἀμυχρόν, & supra v. Ἀμυσχρόν.

8 Ἀμφασία. ἀφωνία] Homerus Il. P. v. 695. Δὴν δέ μιν ἀμφασίη ἐπέων λάβε. Ubi Scholiasta: Ἀμφασίη, ἀφασία, ἔκπληξις, ἀφωνία.

9 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 116. (Edit. Bas.) ut Portus observavit.

10 Καὶ Θουκυδίδης. Ἀκάτιον ἀμφ.] Portus recte observavit, locum hunc apud Thucydidem lib. IV. (cap. LXVII.) sic legi: Ἀκάτιον ἀμφηρικὸν, ὡς λῃσταὶ, ἐκ πολλοῦ τεθεραπευκότες τὴν ἄνοιξιν τῶν πυλῶν, εἰώθεσαν ἐπὶ ἁμάξῃ, πείθοντες τὸν ἄρχοντα, διὰ τῆς τάφρου καταχομίζειν τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν θάλασσαν, καὶ ἐκπλεῖν. Scholiasta ad eum locum ἀκάτιον ἀμφηρικὸν dicit esse πλοιάριον ἑκατέρωθεν ἐρεσσόμενον, ἐν ᾧ ἕκαστος τῶν ἐλαυνόντων δικωπίας ἐρέττει.

11 Ἄνισον] Scribendum est ἶσον, quam lectionem in versione secutus sum.

12 Ἐπιφιλόνεικον] Hanc vocem suspectam habeo.

13 Εὐρυβάτῃ] Vide infra v. Εὐρύβατον ἄνδρα.

14 Ἤτοι τὸ νικᾶν, ἢ τὸ μὴ λ.] Fragmentum hoc, ut potui, ver-

μὴ

μὴ [1] λειφθῆναι· ἀλλ' ἀμφήριστον ἀπολιπεῖν τὸ κράτος ἀφαιρεθέντες. Ἀμφήριστος ἰσχὺν καὶ μέγεθος, φρονήσει δὲ καὶ ἀνδρείᾳ λίαν ὑπερφέρων.

Ἀμφί. περί. ἐξ ἑκατέρου μέρους.

Ἀμφιανακτίζειν.[2] τὸ προοιμιάζειν. [3] διὰ τὸ οὕτω προοιμιάζεσθαι. Περίανδρος δέ· [4] Ἀμφί μοι αὖθις ἄνακτα. καὶ Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Ἀμφί μοι αὖτε Φοῖβε ἄναξ Δήλιε. Ἀμφιάνακτας ἔλεγον καὶ τοὺς Διθυραμβοποιούς. συνεχῶς γὰρ ἐκεῖνοι ταύτῃ ἐχρῶντο τῇ λέξει.

Ἀμφιανακτίζειν. ᾄδειν [5] τὸν Τερπάνδρου νόμον, τὸν καλούμενον Ὄρθιον, οὗ τὸ προοίμιον ταύτην τὴν ἀρχὴν εἶχεν· Ἀμφί μοι αὐτὸν ἄναχθ' ἑκατηβόλον ἀδέτω φρήν. ἔστι δὲ καὶ ἐν Εὐναίᾳ, καὶ [6] ἐν Ἀναγύρῳ.

Ἀμφιάρεων. Ἀττικῶς. Ἀμφιαρεῖον δέ.

Ἀμφίας.[7] μέτριος οἶνος. Νικόστρατος Οἰνοποιῷ, καὶ Σωσικράτης.

Ἀμφίβιον. ἐν ἀμφοτέροις δυνάμενον βιοῦν, καὶ θαλάσσῃ, καὶ γῇ. καὶ Ἀμφίβια ζῶα, ὅσα καὶ ἐν τῷ ὑγρῷ, καὶ ἐπὶ τῆς χέρσου βιοῖ. οἷον, ἵππος ποτάμιος, κροκόδειλος. δύναται δὲ καὶ ἄνθρωπος. εἰσὶ γὰρ οἷα ἅμα καὶ ἐν τῷ ὑγρῷ καὶ ἐν τῷ ξηρῷ διαιτᾶσθαι, ὡς ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἄλλῃ πολλαχῇ.

Ἀμφίβληστρον. τὸ δίκτυον.

Ἀμφιβολία.[8] λέξις δύο ἢ καὶ πλείονα πράγματα σημαίνουσα λεκτικῶς, καὶ κυρίως, ὥσθ' ἅμα πλείονα [9] ἐκδέξασθαι κατὰ τὴν αὐτὴν λέξιν· οἷον, αὐλητρὶς πέπτωκε. δηλοῦται γὰρ δι' αὐτῆς, καὶ ὅτι ἡ οἰκία τρὶς πέπτωκε, καὶ ὅτι ἡ κιθαρῳδὸς αὐλοῦσα.

Ἀμφίβολοι. πανταχόθεν βαλλόμενοι. ἢ ἀπορούμενοι. διαφόροις συνεχόμενοι λογισμοῖς, ἀγνοίᾳ τοῦ αἱρετοῦ, καὶ εἴτε τοῦτο, εἴτε ἐκεῖνο ποιήσουσιν. Ἀρριανός· Οἱ δὲ Μάρδοι ἑκατέρωθεν ἤδη ἀμφίβολοι γιγνόμενοι, καὶ ὑπὸ τῶν ἀναβαινόντων παιόμενοι, καὶ ὑπὸ τῶν κατὰ νώτου ἐπιθεμένων ὠθούμενοι, ἀπέθνησκον. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ Παμπρέπιος τούτοις ἀμφίβολος ὀφθεὶς, βραχὺ παρεωρᾶτο.

Ἀμφίβροχος. πανταχόθεν βεβρεγμένος, τουτέστι, μεθύων.

Ἡδὺ [10] μέθυ βλύζων, ἀμφίβροχος εἵματα Βάκχῳ.

*nam dubia victoria illis discedere non licebat.* † *Robore & magnitudine multi cum eo contendere poterant; prudentia vero & fortitudine alios longe superabat.*

Ἀμφί. Circa. Ex utraque parte.

Ἀμφιανακτίζειν. Hymnos in Apollinem canere: quæ vox sic dicta est a proœmio talium hymnorum. Terpander: *Regem Apollinem canere rursus incipiam.* Et Aristophanes *Nubibus: Adsis mihi rursus, Phœbe, Rex Delie.* Ἀμφιάνακτας etiam vocabant Poetas Dithyrambicos, quod frequenter voce illa uti solerent.

Ἀμφιανακτίζειν. Canere Terpandri carmen, Ὄρθιον vocatum, cujus initium erat: Ἀμφί μοι αὐτ. *Apollinem Regem mens mea canat.* Legitur etiam hæc vox in *Eunæa & Anagyro.*

Ἀμφιάρεων. Attice, [pro Ἀμφιάρεων. Fanum vero Amphiarai dicitur] Ἀμφιαρεῖον.

Ἀμφίας. Moderatum vinum. Nicostratus in *Oenopæo*, & Sosicrates.

Ἀμφίβιον. Quod tam in mari, quam terra, vivere potest. Et Ἀμφίβια ζῶα vocantur animalia, quæ & in aqua, & in terra vivunt, ut equus fluvialis, & crocodilus: item, quidam homines. Sunt enim quædam animalia, quæ & in aqua, & in terra degere possunt, ut in Ægypto, & multis aliis in locis.

Ἀμφίβληστρον. Rete.

Ἀμφιβολία. Est dictio, duas aut etiam plures res proprie significans; ita ut eandem dictionem diverso sensu intelligere possimus. Ut, αὐλητρὶς πέπτωκε: quod tam significare potest, *domus ter cecidit*, quam, *tibicina* [*cecidit.*]

Ἀμφίβολοι. Qui undique telis petuntur. Qui dubitant. Qui animo fluctuant, nescientes quid eligendum sit, & utrum hoc, an vero illud facere debeant. Arrianus: *Mardi vero, cum telis utrinque peterentur, & tam ab iis, qui* [*montem*] *adscenderant, ferirentur; quam ab iis, qui a tergo instabant, urgerentur, consumpti sunt.* Et iterum: *Pamprepius vero, cum ipsis visus esset animo fluctuare, pene nulla ejus ratio habita est.*

Ἀμφίβροχος. Undique madidus, id est, ebrius.

*Dulci mero plenus, & vestimenta vino madida habens.*

ti. Est enim propter brevitatem obscurum. Puto autem pro ἢ τὸ μὴ λειφθῆναι, deleta negatione legendum esse ἢ τὸ λειφθῆναι; quam lectionem in versione expressi.

1 Λειφθῆναι] Τὸ λειφθῆναι opponitur hic τῷ νικᾷν, & significat *vinci*; quam vocabuli hujus significationem pluribus exemplis adstruit Magnus Salmasius ad Trebellium Pollionem pag. 380. Cæterum, in prioribus Edit. minus recte excusum est λειφθῆναι; cujus loco λειφθῆναι ex 2 MSS. Paris. reposui.

2 Ἀμφιανακτίζειν. τὸ προοιμ.] Hanc notam excerpsit Suidas ex Scholiasta Aristoph. ad *Nubes*, pag. 161. ex quo patet, pro Περίανδρος hic legendum esse Τέρπανδρος: quam lectionem etiam ipse Suidas in nota sequente confirmat.

3 Διὰ τὸ οὕτω προοιμιάζεσθαι] Sensus est, τὸ hymnos in Apollinem canere veteres appellasse ἀμφιανακτίζειν, quod illorum hymnorum initium plerumque soleret esse, Ἀμφί μοι αὖθις ἄναξ, vel ἄνακτα.

4 Ἀμφί μοι αὖθις ἄνακτα] Ut sensus horum verborum suppleatur, subintelligendum est, ἔννεπε Μοῦσα, vel ἄρχομ' ἀείδειν, vel simile quid. Notandum autem est particulam ἀμφὶ a veteribus in exordiis hymnorum sæpissime fuisse adhibitam; ut ab Homero factum in Hymnis Castoris & Pollucis, Panis, Neptuni, & Bacchi.

5 Τὸν Τερπάνδρου νόμον] De hoc hymno Terpandri vide Proclum apud Photium Cod. CCXXXIX. p. 985.

6 Ἐν Ἀναγύρῳ] In prioribus Edit. male excusum est ἐν ἀργύρῳ: cujus loco in uno MS. Paris. exaratum est ἐν ἀγύρῳ; in duobus aliis vero, ἐν ἀναγύρῳ. Vera autem lectio est ea, quam in textum recepi, quoniam intelligitur hic fabula Aristophanis *Anagyrus* vocata, cujus auctores sæpe meminerunt.

7 Ἀμφίας. μέτρ.] Hoc vinum apud Athen. lib. 1. p. 31. vocatur Ἀμφίας οἶνος; quem vide.

8 Ἀμφιβολία. λέξις δύο ἢ ϗ λ.] Hæc excerpta sunt ex Laertio lib. VII. Segm. LXII. ubi vide Menagium.

9 Ἐκδέξασθαι] Apud Laertium minus recte hodie legitur ἐκλέξασθαι, qui proinde ex hoc loco Suidæ emendandus est.

10 Ἡδὺ μέθυ βλύζων] Est pars Epigrammatis in Anacreontem, quod integrum legitur Anthol. lib. III. cap. XXV. pag. 400. ut a Porto etiam observatum fuit.

Ἀμφιγνοεῖ.[1] ἀμφιβάλλει. [2] Ἀγαθίας· Καὶ ὅτου δὲ ἕνεκα τοῦτο δράσειεν, ἀμφιγνοούντων. ἀντὶ τοῦ, ἀμφιβαλλόντων. Ἀμφιγνοεῖν οὖν, ἢ ἀγνοεῖν, ἢ ἐνδοιάζειν.

Ἀμφιγυήεις.[3] ὁ Ἥφαιστος, ὁ ἀμφοτέρωθεν βεβλαμμένος τὰ γυῖα· ἢ ὁ ἐξ ἑκατέρου μέρους πλῆξαι καὶ γυιῶσαι δυνάμενος.

Ἀμφιδαής. ἡ ἀμφοτέρωθεν κόπτουσα μάχαιρα.

Ἀμφίδεα.[4] ψέλλια.

Ἀμφιδέας.[5] ἁλύσεις, παρ' [6] Ἡροδότῳ. οἱ δὲ ψέλλια ἀμφιδέας. περισκελίδες τινές εἰσιν. ἰδίως δὲ Λυσίας ἐν τῷ κατ' Εὐθυδίκου φησίν· Οὐ δυνάμενος ἐκβαλεῖν, διὰ τὸ ἀμφιδέαις δεδέσθαι τὰς θύρας.

Ἀμφιδέδηε.[7] ἐξῆπτο. διεγήγερτο.

Ἀμφιδεές. περιδεές.

Ἀμφιδείκελον.[8] ἀμφίδηλον[9] δέ.

Ἀμφιδήριτον. ἀμφίδοξον. ἰσοστάσιον. Συνέβη γενέσθαι τὴν μάχην ἀμφιδήριτον.

Ἀμφίδοξον. ἀμφίβολον. Οἱ δὲ οὐκ ᾤοντο δεῖν εἰς ἀμφίδοξον ἀγῶνα συγκαταβαίνειν, δυνάμενοι πρόδηλως νικᾷν. Καὶ, ἀμφιδοξούμενα βιβλία, τουτέστιν, ἀμφιβαλλόμενα.

Ἀμφίδορον. τὸ πανταχόθεν περιέχον. [10] ἐν Ἐπιγράμματι· Καὶ [11] σκύτος [12] ἀμφίδορον στικτὸν [13] ἀχαιΐνεον. τουτέστιν, ἐλάφου δέρμα. Ἀχαΐνη γὰρ, ἡ ἔλαφος.

Ἀμφιδρόμια.[14] ἣν πέμπτην ἄγουσιν ἐπὶ τοῖς βρέφεσιν. ἐν ᾗ ἀποκαθαίρονται τὰς χεῖρας αἱ συναψάμεναι τῆς μαιώσεως· τὸ βρέφος περιφέρουσι τῇ ἑστίᾳ τρέχοντες, καὶ δῶρα πέμπουσιν οἱ προσήκοντες, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον πολύποδας, καὶ σηπίας. [15] τῇ δεκάτῃ δὲ τοὔνομα τίθενται.

Ἀμφίδρομον. ἑλικοειδές. [16] Ἴδεσθέ μ' οἷον ἄρτι κῦμα φοινίας ὑπὸ ζάλης ἀμφίδρομον κυκλεῖται. ἑλικοειδές, ὃ βαπτίζει τὰς ναῦς.

Ἀμφὶ ἑ [17] γιγνώσκων ἑτάρους. ἴσον τῷ, ἀναλεγόμε-



Ἀμφιγνοεῖ. Dubitat. Agathias: *Illis vero dubitantibus, cujus rei causa hoc faceret.* Hic τὸ ἀμφιγνοούντων positum est pro ἀμφιβαλλόντων. Ἀμφιγνοεῖν igitur, vel ignorare, vel dubitare significat.

Ἀμφιγυήεις. Vulcanus, sic dictus, quod τὰ γυῖα, i. e. membra ejus utrinque læsa sint, [vel, pes uterque claudicet:] vel, qui membra utrinque lædere & mutilare potest.

Ἀμφιδαής. Gladius utrinque secans, vel cædens.

Ἀμφίδεα. Armillæ.

Ἀμφιδέας. Catenas, apud Herodotum. Alii vero ἀμφιδέας vocant armillas: alii, periscelides. Peculiari vero quodam modo Lysias in Oratione contra Euthydicum ait: *Cum non posset illinc exire, quod fores catenis essent munitæ.*

Ἀμφιδέδηε. Undique ardet. Excitatum est.

Ἀμφιδεές. Valde metuens.

Ἀμφιδείκελον. Quod undique conspectui patet. Et Ἀμφίδηλον, idem.

Ἀμφιδήριτον. Anceps. Dubium. Æquale. *Accidit, ut prælium esset anceps.*

Ἀμφίδοξον. Ambiguum. *Illi vero non censuerunt dubiam prælii aleam subeundam esse, cum certa ipsis esset victoria.* Et, ἀμφιδοξούμενα βιβλία, libri dubii.

Ἀμφίδορον. Pelle undique tectum. In Epigrammate: *Et pellem maculosam recens excoriati hinnuli.* Ἀχαΐνη hic significat cervum.

Ἀμφιδρόμια. Quintus a natis infantibus dies, quem [Græci solenniter] celebrant. Illo die manus purgant obstetrices, & infantem circa focum ferunt currentes: itemque propinqui dona [puerperæ] mittunt, polypodes plerumque & sepias. Decimo vero die infanti nomen imponunt.

Ἀμφίδρομον. Quod in gyrum rotatur. *Videte, qualis fluctus, funesto turbine rotatus circa me volvatur.* Ἑλικοειδὲς κῦμα, est fluctus, qui naves demergit.

Ἀμφὶ ἑ γιγν. *Circa se cognoscens socios.* Idem

1 Ἀμφιγνοεῖ. ἀμφ.] Ammonius: Ἀγνοεῖν καὶ Ἀμφιγνοεῖν διαφέρει. Ἀγνοεῖν μὲν γάρ ἐστι τὸ καθόλου μηδὲν εἰδέναι. Ἀμφιγνοεῖν δὲ, τὸ ἔν τισιν ἐνδοιάζειν. Vide etiam Harpocrationem.

2 Ἀγαθίας] Lib. 1. p. 24.

3 Ἀμφιγυής] Apud Homerum pluribus in locis Vulcanus vocatur ἀμφιγυήεις, uti etiam hic scribendum non dubito. Vide Etymologum, & Scholiastam Homeri ad Il. A. v. 607.

4 Ἀμφίδεα. ψέλλια] Scribendum potius est Ἀμφιδέαι. Vide articulum sequentem.

5 Ἀμφιδέας. ἁλ.] Vide Harpocrationem, cujus scrinia Suidas hic compilavit: item Casaubonum ad Athen. p. 323.

6 Παρ' Ἡροδότῳ] Locus Herodoti, quem Suidas respexit, exstat in *Euterpe* pag. 73. ubi Historicus ornamenta sacri Crocodili describens ait: Ἀρτήματά τε λίθινα χυτὰ καὶ χρύσεα ἐς τὰ ὦτα ἐνθέντες, καὶ ἀμφιδέας περὶ τοὺς ἐμπροσθίους πόδας. i. e. interprete Valla: *Appendentes ejus auribus vel gemmas, vel ex auro fusiles inaures, & prioribus pedibus catenam inneêtentes.* Valla igitur, Suidam secutus, per ἀμφιδέας hic intelligit *catenas.* Casaubonus vero ad Athenæum, loco laudato, vocem hanc apud Herodotum significare putat circulos aureos, quibus, ceu annulis, Ægyptii pedes anteriores Crocodili sacri exornaverint; a qua interpretatione non abhorreo.

7 Ἀμφιδέδηε] Recte monuit Portus, legendum hic esse ἀμφιδέδηε, qua voce usus est Homerus Il. Z. v. 329.

8 Ἀμφιδείκελον] Legendum non dubito Ἀμφιδείκελον, ut ἀριδείκετον.

9 Ἀμφίδηλον] Sic ex MSS. vocem hanc emendavi. In prioribus enim Edit. mendose excusum est ἀμφιδήξ.

10 Ἐν Ἐπιγράμματι. Καὶ σκύτος ἀμφιδ.] Pentameter hic est pars Epigrammatis in Baccham, quæ instrumenta, quibus ante in Orgiis sacris usa fuerat, veluti tympanum, thyrsum, vannum, pellem hinnuli &c. Baccho dedicat. Epigramma hoc legitur in Anthologia inedita, ex qua illud integrum exhibemus alibi.

11 Σκύτος] In Anthologia inedita legitur σκύλος; cujus loco scribendum videtur σκύλον. Hesychius: Σκύλον, δέρμα, κώδιον. Sed & lectio Suidæ σκύτος recte se habet.

12 Ἀμφίδορον] Vir quidam doctus (quem puto esse Emericum Bigotium) ad marginem exemplaris MS. ex quo Parisiis partem Anthologiæ ineditæ descripsi, notaverat: *Forte ἀρτιδόρου, i. e. recens excoriati;* quæ conjectura mihi non displicet.

13 Ἀχαΐνεον] Infra v. Ἀχαΐνη, ubi pentameter hic repetitur, scriptum est ἀχαΐνεον. Sed utrobique legendum est ἀχαιΐνεον, ut Portus etiam monuit.

14 Ἀμφιδρόμια] Vide Harpocrationem v. Ἀμφιδρόμια, & Meursium in *Græcia Fer.* p. 18. & seqq. itemque Hesych. v. Δρομιάφιον ἦμαρ.

15 Τῇ δεκάτῃ δὲ τοὔνομα τίθενται] Vide Harpocrationem v. Ἑβδομευομένου, & ibi Maussacum: item Suidam infra v. Ἑβδομευόμενα, & v. Δεκατεύειν.

16 Ἴδεσθέ μ' οἷον ἄρτι κ.] Hic locus sumptus est ex Sophocl. *Ajac.* v. 351. ut Portus monuit.

17 Ἀμφὶ ἑ γιγνώσκ. ἑτ.] Est pars versus Homerici Il. O. v. 241.

νος,

τος, καὶ ἀναμιμνησκόμενος. καὶ κατ' ὀρθὸν τόνον προενεκτέον τὴν ἀμφί ἱ. ἔστι γὰρ εἰς ἑκάτερον ἑαυτοῦ μέρος.

Ἀμφιέννυμι. αἰτιατικῇ. τὸ ἐνδύω.

Ἀμφιέτει. [1] ἐν αὐτῷ τῷ ἔτει.

Ἀμφιετηρίς. ἑορτὴ κατ' ἔτος γινομένη.

Ἀμφιθαλής. ἑκατέρωθεν θάλλων. [2] Ἀμφιθαλὴς ἔρως, ὁ ἐν ἀμφοτέροις τοῖς γονεῦσι θάλλων, μηδενὸς ὀρφανισμένος.

Ἀμφιθέατρον. τόπος πανταχόθεν περισκοπούμενος. Ἀγαθίας· Ὁ [3] δὲ τῶν Φράγγων ἡγεμὼν ἐς ἀμφιθέατρόν τι, ἀνεῖτο δὲ τοῦτο ἀνδράσιν, οἷς ὁ βίος θεωμένου τοῦ δήμου πρὸς θηρία διαγωνίζεσθαι.

Ἀμφίθετον [4] φιάλην. κατὰ πᾶν μέρος αὐτῆς τιθεμένην. ἀπύθμενον. οὐ τὸ παρ' ἡμῖν ποτήριον, ἀλλὰ γένος λέβητος, ἐκ παντὸς μέρους δυνάμενον ἕδραν ἔχειν.

Ἀμφίκλαστον. πάντοθεν κεκλασμένον.

Λείψανον [5] ἀμφίκλαστον ἁλιπλανέος σκολοπένδρης.

Ἀμφίκορος. ὁ μέσος τῶν τριῶν ἀδελφῶν. Ἀμφίκυρος [6] δὲ, ἣν ἑκατέρωθεν ἄνδρες περιλάβωσιν.

Ἀμφίκρημνος. περίκρημνος. ἢ βραχύτατος.

Ἀμφικτυόνες. οἱ ἐκ πόλεων καὶ ἐθνῶν αἱρετοὶ δικασταί. οἷον ἀμφικτυόνες, καὶ περίοικοι.

Ἀμφικτυόνες. [7] Συνέδριόν ἐστιν [8] ὁ Ἀμφικτυὼν Ἑλληνικὸν, συναγόμενον ἐν Θερμοπύλαις. ὠνομάσθησαν δὲ ἀπὸ Ἀμφικτύονος, τοῦ Δευκαλίωνος. αὐτὸς γὰρ συνήγαγε τὰ ἔθνη βασιλεύων. ταῦτα δ' ἦν δώδεκα· Ἴωνες, Δωριεῖς, Περραιβοὶ, Βοιωτοὶ, Μάγνητες, Ἀχαιοὶ, Φθιῶται, [9] Μηλιεῖς, Δόλοπες, Αἰνιᾶνες, Δελφοὶ, Φωκεῖς. οἱ δὲ φασὶν ὠνομάσθαι ἀπὸ τοῦ περιοίκους εἶναι τῶν Δελφῶν τοὺς συναχθέντας.

Ἀμφίκοιτος. ὁ τάπης.

Ἀμφίκυλον [10] ξύλον. ἀνάφορον, ἐν ᾧ τὰ φορτία ἐξαρτήσαντες οἱ ἐργάται βαστάζουσιν. ἀμφίκυρτον οὖν



valet ac ἀναλεγόμενος, & ἀναμιμν. i. e. reminiscens. Ἀμφί ι autem recto tono pronunciandum est, significatque, in utramque partem.

Ἀμφιέννυμι. Induo. Accusativo jungitur.

Ἀμφιέτει. Unoquoque anno.

Ἀμφιετηρίς. Festum, quod unoquoque anno celebratur.

Ἀμφιθαλής. Utrinque florens. Utrumque parentem vivum habens, & neutro orbatus.

Ἀμφιθέατρον. Locus, in quo ab omni parte spectari possunt ea, quæ in ipso fiunt. Agathias: *Francorum vero dux in quodam Amphitheatro, quod erat destinatum iis, qui, spectante populo, cum feris dimicare solebant,* [*delectam militum manum occultavit.*]

Ἀμφίθετον φιάλην. Phialam, quæ ex omni parte statui potest, & fundo caret. Non enim significat id, quod nos vocamus ποτήριον, sed genus lebetis, quod utrinque statui potest.

Ἀμφίκλαστον. Undique fractum. *Frustum undique fractum marivagæ scolopendræ.*

Ἀμφίκορος. Inter tres fratres medius. Ἀμφίκυρος vero, quam ab utraque parte viri amplectuntur.

Ἀμφίκρημνος. Utrinque præruptus. Vel, brevissimus.

Ἀμφικτυόνες. Ex civitatibus populisque selecti Judices. [Sic autem dicti,] quasi circum habitantes.

Ἀμφικτυόνες. [Sic appellabatur] concilium quoddam in Græcia, quod Thermopylis conveniebat. Vocati autem sunt [Amphictyones] ab Amphictyone, Deucalionis filio, qui cum regnaret, populos congregavit. Hi autem erant numero XII. Iones, Dores, Perræbi, Bœoti, Magnetes, Achivi, Phthiotæ, Melienses, Dolopes, Ænianes, Delphi, Phocenses. Alii vero dicunt nomen hoc inde ortum, quod, qui ad [concilium illud] convocabantur, circa Delphos habitarent.

Ἀμφίκοιτος. Tapes lectum circumdans.

Ἀμφίκυλον. Est epithetum ligni, ex quo operarii onera suspensa gestant. Scribendum

1 Ἐν αὐτῷ τῷ ἔτει] Puto legendum, ἑκάστῳ τῷ ἔτει. Vide Etymol. v. Ἀμφιετηρίς.

2 Ἀμφιθαλὴς ἔρως. ὁ ἐν ἀμφοτ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad Aves, pag. 619.

3 Ὁ δὲ τῶν Φράγγων ἡγ.] Fragmentum hoc mutilum est. quod ex Agathia pag. 25. sic suppleri debet: Ὁ δὲ τῶν Φράγγων ἡγεμὼν ἐς ἀμφιθέατρόν τι ὃ πρὸς τῇ τῆς πόλεως ἱδρυμένον (ἀνεῖτο δὲ τοῦτο ἀνδράσιν, οἷς ὁ βίος θεωμένου τοῦ δήμου πρὸς θηρία διαγωνίζεσθαι) ἐνταῦθα δὴ ἀπολεξάμενος ἐκ τοῦ οἰκείου στρατεύματος τοὺς ἐπιφανεῖς τε καὶ καρτερωτάτους ἀνέκρυψε, &c.

4 Ἀμφίθετον φιάλην. κατὰ πᾶν μ.] Hæc nota referenda est ad locum illum Homeri Il. Ψ. v. 270.

Πέμπτῳ δ' ἀμφίθετον φιάλην ἀπύρωτον ἔθηκεν.

Ubi brevis Scholiasta ait: Ἀμφίθετον· ἀπυθμένα, οἱονεὶ ἔχουσαν καὶ ἐπὶ στῆναι, καὶ ἐπὶ τὸ πυθμένα θεῖναι. Per ἀμφίθετον igitur φιάλην apud Homerum secundum Scholiastam & Suidam intelligenda est talis phiala, cujus fundus non est in imo, sed in medio (hoc enim sensu a Suida dicitur ἀπύθμενος) & quæ utrinque cava est, ita ut tam ab una quam altera parte in mensa statui, vinumque ex ea bibi possit. Plura de phiala hac ἀμφιθέτῳ legi possunt apud Athenæum lib. XI. pag. 501. qui varias veterum Grammaticorum de ea sententias recenset.

5 Λείψανον ἀμφίκλ.] Hexameter hic decerptus est ex Epigrammate quodam, quod ex Anthologia inedita integrum subjiciam:

Λείψανον ἀμφίκλαστον ἁλιπλανέος σκολοπένδρης
Τοῦτο, κατ' εὐψαμάθου κείμενον ᾐόνος,
Δισσάκις ὀκταόργυιον, ὅλον (lego ἅπαν) πεφρυγμένον ἀφρῷ,
Πολλὰ θαλασσαίῃ ξανθὲν ὑπὸ σπιλάδι,
Ἑρμώναξ ἐνίκυρσεν, ὅτε χερνῆτι τέχνῃ
Εἷλκε τὸ ἐκ πελάγους ἰχθυόεντα βόλον.
Εὑρὼν δ' ἐξετέλεσσε Παλαίμονι παιδί τε Ἰνοῖ
Δαίμοσιν εἰναλίοις, δῶς τέρας εἰνάλιον. i. e.
*Frustum hoc undique fractum marivagæ scolopendræ,*
*In arenoso jacens litore.*
*Octo ulnas longum, totumque spuma fœdatum,*
*Et [fluctibus] valde verberatum ad marinum scopulum,*
*Hermonax nactus est, cum arte piscatoria*
*Traheret ex pelago rete piscibus plenum.*
*Inventum vero suspendit Palæmoni puero & Inoi,*
*Diis marinis, iisque monstrum marinum donavit.*

Epigrammatis hujus membra dispersa leguntur apud Suidam v. Γεννήτης, v. Ἑρμώναξ, v. Ὀργυιά, & v. Πεφρυγμένον.

6 Ἀμφίκυρος δὲ, ἣν ἑκατ.] Vide Hesychium, qui vocem hanc aliter interpretatur.

7 Ἀμφικτυόνες. Συνέδρ.] Ex Harpocratione. Vide etiam Suidam infra v. Πυλαγόραι, & v. Ἱερομνήμονες: itemque Meursium *de Regno Athen.* lib. 1. cap. XV.

8 Ὁ Ἀμφικτυὼν] Duæ hæ voces delendæ sunt, quoniam a sensu loci hujus alienæ sunt, nec apud Harpocrationem leguntur.

9 Μηλιεῖς] Ex Harpocratione scribendum est Μηλιεῖς.

10 Ἀμφίκυλον ξύλον. ἀναφ. ἐν ᾧ τὰ φορτ.] Hæc sunt verba Scholiastæ Aristoph. ad verba illa in Prologo *Ranarum*, Μετὰ βαδίζοντες τὸ ἀνάφορον, ut Portus recte observavit. Vide etiam infra v. Ἀνάφορον.

χραπέον, ὅπερ καὶ ἀληθές.

Ἀμφιλαφές. κατάσκιον. ἀμφοτέρωθεν βοηθούμενον· οἷον ἀμφιλαβές τι ὄν, τὸ ἑκατέρωθεν ληπτόν. καὶ θηλυκῶς, Ἀμφιλάφεια, ἡ ἀμφοτέρωθεν βοήθεια.

Ἀμφιλαφῆ. διπλοῦν, [1] τεχνικόν τε καὶ σοφιστικόν. Ἐμοὶ δὲ ἐξηγεῖτο λόγους Ἰσοκρατείους· ὅτι καὶ εἶδον ἄνθρωπον [2] εὔρουν τε ἅμα καὶ ἀμφιλαφῆ τὴν διάνοιαν πρὸς τὰς πολιτικὰς ἐξηγήσεις. Καὶ Ἀμφιλαφὴς μεγάλη· οἷον ἀμφιλαβής, ὅτι ἀμφοτέραις χερσὶ λαμβάνεσθαι αὐτῆς ἐστιν. Οὐχ ἥμαρτανε δὲ οὐδὲ ἀμφιλαφοῦς περιουσίας. Ἐν Ἐπιγράμματι·

Ἰτέαι,[3] ἥ θ' ἱερὰ, κἀμφιλαφὴς πλάτανος.

Ἀμφιλεξάντων. ἀντὶ τοῦ, ἀμφισβητησάντων, καὶ διενεχθέντων. οὕτως Ξενοφῶν.[4] Ἀμφιλεξάντων δέ τι ἐνταῦθα τῶν τε τοῦ Μέμνονος στρατιωτῶν, καὶ τοῦ Κλεάρχου.

Ἀμφίλογον. ἀμφιβαλλόμενον, ἐνδοιάζοντα. Ἀρριανός· Ἀξιδάρην δὲ ὅτι ἄρχειν χρὴ Ἀρμενίας, οὔ μοι δοκεῖ εἶναί σε ἀμφίλογον.

Ἀμφιλύκη. ἡ νύξ. ἐν Ἐπιγράμματι·

——— Ἀμάθυνε[5] δὲ χαίτην,

Ἣν μόλις ἐς τρισσὴν πλέξαμεν ἀμφιλύκην.

Ἀμφιλύκη[6] οὖν, τὸ τέλος τῆς νυκτός. Ἡμέρα δὲ ὑπέφαινεν οὔπω λαμπρὰ, ἀλλ' ἔτι πρὸς ἀμφιλύκην ἦν νὺξ, καὶ ἀπέληγεν.

Ἀμφιμάσχαλος.[7] χειριδωτὸν ἱμάτιον. [8] οἱ δὲ, δουλικὸν, ἢ μικρὸν χιτωνίσκον. ἦν δὲ ἑτερομάσχαλος ὁ τῶν ἐργατῶν, οὗ τὴν μίαν μασχάλην ἔρραπτον. Ἀριστοφάνης·

Οὐπώποτ' ἀμφιμασχάλου τὸν δῆμον ἠξίωσας.

Ἀμφιμάτορας. [9] ἀμφοτέρους τοὺς γονεῖς ἔχοντας.

Ἀμφιματῶσαι. [10] ἀποδῦσαι.

Ἀμφιμήτωρ. ὁ ἑτερομήτωρ. [11] Αἰσχύλος.

Ἀμφίξουν. ἐν Ἐπιγράμματι· [12] Ἀμφίξουν τε σκέπαρνον. τὸ καλῶς ξέον.

autem potius est ἀμφίκυρτον, quod verum est.

Ἀμφιλαφές. Umbrosum. Cui utrinque succurritur. Quasi dicas, ἀμφιλαβές, i. e. quod utrinque prehendi potest. Et fœmininum, Ἀμφιλάφεια, auxiliū, quod utrinque alicui fertur.

Ἀμφιλαφῆ. [Copiosum.] *Mihi autem exponebat orationes Isocratis, non modo illo subtili & sophistico, sed gravi & philosophico: cum & vidi virum illum non tantum ob linguæ facundiam, sed etiam mentis ubertatem, aptissimum esse ad politicam prudentiam docendam.* Et Ἀμφιλαφὴς, magna: quasi dicas ἀμφιλαβὴς, i. e. quam ambabus manibus prehendere possumus. *Non excidit amplis & copiosis divitiis.* In Epigrammate: *Salices, & sacra comisque densa platanus.*

Ἀμφιλεξάντων. Inter quos controversia intercessit. Qui inter se dissenserunt. Sic Xenophon. *Cum autem inter Memnonis & Clearchi milites controversia orta esset.*

Ἀμφίλογον. Ambigentem. Dubitantem. Arrianus: *Quin autem Axidarem Armeniæ præesse oporteat, non videris mihi dubitare.*

Ἀμφιλύκη. Nox. In Epigrammate:

——— *Conturbavit vero comam,*

*Quam vix trium dierum spatio composueramus.*

Ἀμφιλύκη proprie est noctis finis. *Dies autem sublucebat nondum clara; sed adhuc erat crepusculum, & desinebat.*

Ἀμφιμάσχαλος. Vestis utrinque manicata. Alii vero [dicunt, sic appellari] vestem servilem, & parvam tunicam. Operariorum autem [tunica] unam tantum habebat manicam: quoniam partem illam, quæ alteram axillam tegebat, consuebant. Aristophanes: *Nunquam populum tunica, manicas utrinque habente, dignatus es.*

Ἀμφιμάτορας. Qui parentem utrumque viventem habent.

Ἀμφιματῶσαι. Vestibus spoliare.

Ἀμφιμήτωρ. Frater ex eodem patre, sed alia matre. Æschylus.

Ἀμφίξουν. Bene dolans, vel poliens. In Epigrammate: *Et ab utraque parte aciem ad dolandum habens ascia.*

1 Τεχνικόν τε καὶ σοφιστικόν. ἐμοὶ δὲ ἐξηγ.] Locus hic turbatus est & mutilus, qui infra v. Σεβηριανὸς recte sic legitur: Ἐμοὶ δὲ καὶ ἐξηγεῖτο λόγους Ἰσοκρατείους τοὺς μείζους καὶ πολιτικωτέρους, οὐ τὸ τεχνικόν τι καὶ σοφιστικὸν, ἀλλὰ τὸ ἔμφρονα καὶ φιλόσοφον τρόπον· ὅτι καὶ εἶδον &c. Hinc ergo patet, verba illa τεχνικόν τι καὶ σοφιστικὸν, extra seriem & ordinem suum hic apud Suidam legi, eaque non esse interpretationes vocis Ἀμφιλαφῆ, ut Portus putavit; sed verba scriptoris illius, ex quo etiam ea, quæ sequuntur, a Suida deprompta sunt. Eum autem scriptorem esse Damascium monemus infra v. Σεβηριανός.

2 Εὔρουν τε ἅμα καὶ ἀμφ.] Hæc repetuntur infra v. Εὔρους.

3 Ἰτέαι, ἥ θ' ἱερὰ κἀμφ.] Pentameter hic est pars Epigrammatis, nondum, ut puto, editi, quod ex Anthologia MS. integrum hic subjiciam:

*Αἱ πτελέαι τῷ Πανὶ, καὶ αἱ τανυμήκεις αὗται*
*Ἰτέαι, ἥ θ' ἱερὰ κἀμφιλαφὴς πλάτανος,*
*Καὶ λιβάδες, καὶ ταῦτα βοτηρικὰ Πανὶ κύπελλα*
*Ἄγκεινται, δίψης φάρμακ' ἀλεξίκακα.*

*Ulmi hæ, & proceræ salices, sacraque ista & opaca platanus, & fontes, & hæc pastoralia pocula, ex quibus sitis levatur, Pani dedicata sunt.* Partes Epigrammatis hujus leguntur apud Suidam v. Βοτηρικὰ, v. Λιβάδες, & v. Τανυμήκεις.

4 Ἀμφιλεξάντων δέ τι ἐντ.] Fragmentum hoc legitur apud Xenophontem lib. 1. *de Expedit. Cyri*, pag. 257. ut Pearsonius observavit.

5 Ἀμάθυνε δὲ χαίτην, ἣν μ.] Hæc decerpta sunt ex Epigrammate Pauli Silentiarii, quod integrum exstat Anthol. lib. VII. p. 595.

6 Ἀμφιλύκη οὖν, τὸ τέλος τῆς ν.] Vide Schol. Apoll. Rhod. ad lib. II. v. 673.

7 Ἀμφιμάσχαλος. χειριδωτ. ἱμάτ.] Hanc notam descripsit Suidas ex Schol. Aristoph. ad *Equit*. p. 342. (239. Edit. Bas.) ut Portus etiam monuit.

8 Οἱ δὲ δουλικόν] Pollux, Hesychius & Etymologus, ἀμφιμάσχαλον χιτῶνα ingenuorum fuisse dicunt; ἑτερομάσχαλον vero, servorum: quorum potior est apud me auctoritas.

9 Ἀμφοτέρους τοὺς γονεῖς ἔχοντας] Hesychius vocem hanc rectius exponit, οἱ ἐκ πολλῶν μητέρων γεγονότες: i. e. fratres ex diversis matribus nati.

10 Ἀμφιματῶσαι· ἀποδῦσαι] Scribe ἀφιματῶσαι, ut infra suo loco.

11 Αἰσχύλος] In fabula, *Heraclidæ* vocata, ut docet Hesychius.

12 Ἀμφίξουν τε σκέπαρνον] Epigramma integrum, ex quo hæc decerpta sunt, legitur in Anthologia inedita, quod hic cum lectore curioso communicabo.

*Τέκτονος ἄρμενα ταῦτα Λεοντίχου, αἵ τε χαραχτὴ*
*Ῥῖναι, καὶ καμπαὶ οἱ ταχινοὶ βορέες,*
*Στάθμαι, καὶ μιλτεῖα, καὶ αἱ χέλυς ἀμφιπλῆγες*
*Σφῦραι, καὶ μίλτῳ φυρόμεναι κανόνες,*
*Αἵ τ' ἀρίδες, ξυστήρ τε, καὶ ἐπιλαμπὴς ἅτος*
*Ἐμβεβαὼς τέχνας ὁ στρόφαλις πέλεκυς·*
*Τρύπανα δ' εὐδίνητα, καὶ [illegible] τέρετρα,*
*Καὶ γόμφοι ὕπτοι τοὶ πίσυρες τρίτε.*

"Αμ-

Ἄμφιον.[1] ἱμάτιον, ἔνδυμα. καὶ Ἄμφιος, ὄνομα κύριον.

Ἀμφιορκία. ἐπειδὰν ὅ, τε διώκων καὶ ὁ φεύγων ὀμνύωσι, κλοπῆς ἔγκλημά που ἐπιφέροντες. τοῦτο δὲ πολλάκις ὤφθη μάτην γινόμενον. ἔθεντο οὖν Ἀθηναῖοι νόμον κατὰ τῶν ἀπαγόντων εἰς δεσμωτήριόν τινας ἐπὶ δίκῃ κλοπῆς, [2] χιλίας διδόναι δραχμὰς [3] τοὺς ἁλόντας. [4] ἀλλὰ καὶ τοὺς οὐσίας ἀπογράψαντας τῶν πολιτῶν τινας, ὡς τῷ δήμῳ προσηκούσας, εἰ συκοφαντοῦντες ἁλοῖεν, καὶ οὗτοι χιλίας ἐζημιοῦντο.

Ἄμφιον. Pallium. Vestis. Et Ἄμφιος nomen proprium.

Ἀμφιορκία. Quum & accusator & reus jurant, furti crimen aliquibus intentantes. Hoc autem sæpe temere fieri animadversum est. Athenienses igitur legem tulerunt in eos, qui ob furti crimen aliquos in carcerem abducerent, ut convicti mille drachmas persolverent. Quinetiam illi, qui civium aliqua bona ut ad populum pertinentia, in tabulas publicas retulissent, si calumniæ convicti fuissent, mille drachmis mulctabantur.

Ἀμφίων. οὗτος παλαιᾶς μουσικῆς εὑρετής. [5] περὶ οὗ λέγει ὁ Παραβάτης ἐν ἐπιστολῇ. Περίεστι γάρ σοι καὶ σχολὴ, καὶ φύσεως ἔχεις εὖ, καὶ φιλοσοφίας ἐρᾷς, εἴπερ τις ἄλλος τῶν πώποτε. τρία δὲ ἅμα ταῦτα ξυνελθόντα ἤρκεσεν ἀποφῆναι τὸν Ἀμφίονα τῆς παλαιᾶς μουσικῆς εὑρετὴν λεγόμενος, θεοῦ πνεῦμα, ἔρως ὑμνῳδίας. οὐδὲ γὰρ ἡ τῶν ὀργάνων ἔνδεια πρὸς ταῦτα πέφυκεν ἀντιτάττεσθαι. καὶ ταῦτα ῥᾳδίως ἂν ὁ τῶν τριῶν τούτων μέτοχος ἐξεύροι. ἢ γὰρ οὐχὶ τοῦτον αὐτὸν ἀκοῇ παραδεδέγμεθα, οὐ τὰς ἁρμονίας μόνον, αὐτὴν δὲ ἐπ' αὐταῖς ἐξευρεῖν τὴν λύραν, εἴτε δαιμονιωτέρᾳ χρησάμενον ἐπινοίᾳ, εἴτε τινὶ θείᾳ δόσει, διά τινα [6] συμμαχίαν ἀμήχανον; καὶ τῶν παλαιῶν οἱ πλεῖστοι τοῖς τρισὶ τούτοις ἐοίκασι μάλιστα προσχόντες, οὕτω πλαστῶς φιλοσοφῆσαι, οὐδενὸς ἄλλου δεόμενοι.

Ἀμφίων. Hic antiquæ Musicæ fuit inventor: de quo Julianus Apostata in quadam epistola dicit: *Nam & otio abundas, & præclaris ingenii dotibus es præditus, & Philosophiæ amore teneris, si quis alius. Hæc autem tria simul juncta Amphionem antiquæ Musicæ inventorem efficere facile potuerunt; tempus scilicet, Dei spiritus, amor canendi hymnos. Haud enim ipsa musicorum instrumentorum penuria his obsistere potest; quippe quæ trium istorum compos facile invenire potest. Annon enim hunc ipsum fama accepimus, non solum harmonias, sed lyram quoque excogitasse; sive divina ingenii vi usum, sive dono quodam Dei, & admirabili quodam modo a* [*divino Numine*] *adjutum? Et veterum plerique, hæc tria consequi studentes, nec quicquam aliud requirentes, non simulate philosophati esse videntur.*

Ἀμφιπάτορες. οἱ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς, ἑτέρας δὲ μητρός.

Ἀμφιπάτορες. Qui ex eodem patre, at ex alia matre sunt nati.

Ἀμφιπλήξ.[7] ἡ ἀμφοτέρωθεν ἐλαύνουσα. ἡ ἑκατέρωθεν πλήττουσα, ἔκ τε πατρὸς, καὶ μητρός. [8] Σοφοκλῆς·

Καί σ' ἀμφιπλὴξ μητρός τε καὶ τοῦ σοῦ πατρὸς
Ἐλᾷ ποτ' ἐκ γῆς τῆσδε δεινόπους ἀρά.

Τυπτικὴ, ἡ διὰ τῶν ποδῶν δέος ἐμποιοῦσα.

Ἀμφιπλήξ. Plaga utrinque percutiens, tam a patris quam matris parte. Sophocles:

*Et te duplices tam patris quam matris*
*Terribilesque diræ ex hac terra aliquando*
*expellent.*

Δεινόπους, i. e. pedibus terrens.

Ἀμφίπολις. πόλις ἐστὶ τῆς Θρᾴκης· [9] πρότερον δὲ Ἐννέα Ὁδοὶ ἐκαλεῖτο. φασὶ δέ τινες αὐτὴν Ἀμφίπολιν ὀνομασθῆναι, διὰ τὸ περιοικεῖσθαι τὸν τόπον. κλίνεται δὲ Ἀμφίπολις, Ἀμφιπόλεως.

Ἀμφίπολις. Amphipolis, urbs Thraciæ, quæ prius *Novem viæ* vocabatur. Quidam autem ajunt ipsam dictam esse Amphipolin, quod alii circa eam undique habitarent. Declinatur autem Ἀμφίπολις, Ἀμφιπόλεως.

Ἀμφίπολος. θεράπαινα. δούλη. Ἀμφίπολοι στῆθ' οὕτω ἀπάνευθεν. οὕτως ὡς ἔχετε. καὶ, Στῆθ' οὕτως ἐμῆς ἀπάνευθε τραπέζης.

Ἀμφίπολος. Ancilla. Serva. *Ancillæ state sic procul a me.* Id est, ita ut nunc statis. Et, *State ita mea procul a mensa.*

Ἀμφιπρύμναις. εἶδος πλοίων. Ἔμπαλιν διελθεῖν παρεσκεύασε τὸν Ἴστρον ἐν ταῖς ἀμφιπρύμναις τῶν νεῶν.

Ἀμφιπρύμναις. Est [epithetum &] genus navium. *Effecit, ut Istrum navibus bipuppibus trajicientes reverterentur.*

Ἀμφίξοον τε σκέπαρνον· ἃ δὴ χαρίεργε Ἀθάνα
Ἀνὴρ ἐκ τέχνας θῆκε πανόρμιος.

In hoc Epigrammate, quod in Anthologia inedita Leonidæ nomen præfert, varia artis fabrilis instrumenta recensentur, quæ Leontichus quidam Minervæ dedicat. In pentametro primo pro βορὲς legendum est τρεῖς (a τρεὺς) totumque illud distichum sic vertendum: *Fabri Leontichi hæc instrumenta, serra nimirum, & lignorum celeres torni.* Deinde, in pentametro secundo, μίλτῳ φυρόμενοι κανόνες sunt regulæ rubrica infectæ, quæ in alio quodam Epigrammate appellantur μιλτοφυρεῖς κανόνας, eodem sensu. In pentametro tertio securis eleganter dicitur ὁ πρόμος τέχνας, i. e. princeps & præcipuum artis instrumentum. Hexameter quartus editus est a Salmasio ad Solinum pag. 774. qui monet τρύπανα hic significare *perforacula*, sive, ut barbare in Glossis vocantur, *furfuracula*; τέρετρα vero, *terebras*. In Hexametro ultimo pro χαρίεργε legendum est χαριεργέ, quam lectionem confirmat Suidas v. χαριεργός. ubi ultima Epigrammatis hujus verba adducit.

1 Ἄμφιον. ἱμάτιον.] Vide supra v. Ἀμπεχόνη.

2 Χιλίας διδόναι δραχμ.] Vide Petitum *de Leg. Attic.* pag. 532.

3 Τοὺς ἁλόντας] Salmasius *de Modo Usur.* pag. 777. legit τοὺς μὴ ἑλόντας; cujus conjecturam probo. Mulcta enim mille drachmarum non erat statuta in eos, qui furti convicti fuissent, sed in eos, qui, quos furti accusaverant, criminis ejus convincere non poterant, ut ex hoc loco Suidæ clare patet.

4 Ἀλλὰ καὶ τοὺς οὐ.] Constructio verborum requirit, ut legatur, ἀλλὰ καὶ οἱ τὰς οὐσίας ἀπογράψαντες &c.

5 Περὶ οὗ λέγει ὁ Παραβάτης ἐν ἐπιστολῇ] Hæc Juliani epistola hodie non exstat.

6 Συμμαχίαν] Pearsonius ad marginem Suidæ sui notaverat, se in quodam MS. scriptum reperisse συντυχίαν, quæ lectio non est aspernanda.

7 Ἀμφιπλὴξ. ἡ ἀμφοτέρωθεν ἐλ.] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Oedip. Tyran.* pag. 169. ut Portus monuit.

8 Σοφοκλῆς] In *Oedip. Tyran.* pag. 169.

9 Πρότερον δὲ Ἐννέα Ὁδοὶ ἐκ.] Vide Stephani mutilatorem v. Ἀμφίπολις, & Meursf. *de Regn. Athen.* lib. III. cap. VII.

Ἀμφίπυρον. πανταχόθεν πυρούμενον. [1] Σοφοκλῆς·

----- Τὸν δ' ὑψίβατον
Τρίποδ' ἀμφίπυρον λουτρῶν ὁσίων
Θέσθ' ἐπίκαιρον.

Ἀμφιῤῥῶγας. [2] πάντοθεν διεῤῥωγότας. ἠνεῳγμένους. Κλωβούς [3] τ' ἀμφιῤῥῶγας.

Ἀμφιῤῥύτη. περιῤῥεομένη κύκλῳ. ἐν Ἐπιγράμματι·

Ἀμφιρύτη [4] Κῶος, ἡ Κῶς. καὶ πάλιν Πένθος ἔχεις οἷον ἐφ' Ἱπποκράτει.

Ἄμφις. [5] Κωμικὸς, Ἀθηναῖος. Ἀμφὶς δὲ, χωρίς.

Ἄμφισσα. πόλις ἐστὶ τῆς Λοκρίδος. Ἄμφισσα δὲ ὠνομάσθη, διὰ τὸ περιέχεσθαι τὸν τόπον ὄρεσιν.

Ἀμφισβαλεῖν. [6] ἔν τισι δὲ τὸ ἀμφισβηλεῖν. Ἴωνες δὲ καὶ Ἀγχιβαλεῖν. καὶ Ἀγχιβασίην, Ἡράκλειτος.

Ἀμφισβητεῖν. μὴ συμφωνεῖν, ἀλλ' οἷον χωρὶς βαίνειν, καὶ ἀμφιβάλλειν. [7] Ὁ δὲ Πτολεμαῖος, [8] εἰδὼς τοὺς ἑαυτοῦ προγόνους ἐσχηκότας τὴν Κοίλην Συρίαν, παρασκευὰς ἐποιεῖτο μεγάλας, ἀμφισβητῶν ταύτης. ἤλπιζε γὰρ τὴν ἀδίκῳ πολέμῳ πρότερον ἀνῃρημένην, τότε δικαίως τοῖς αὐτοῖς νόμοις ἀνακτήσασθαι. Καὶ Αἰλιανός· Ἠμφισβήτουν γὰρ τοὺς ἑτέρους ἕτεροι παραβαλλόμενοι. Οὐκέτι οὖν ἦν ἀμφισβητήσιμα, τὸ μὴ οὐ τοῦτον ἐκεῖνον εἶναι τὸν τεθνηκότα.

Ἀμφισβητεῖν, [9] καὶ παρακαταβάλλειν. οἱ τὸν κλῆρον ἐπιδικαζόμενοι, ἀμφισβητεῖν, ἢ παρακαταβάλλειν λέγονται. οἱ μὲν φάσκοντες ἐπίδικον εἶναι τὸν κλῆρον, ὡς ὄντος παιδὸς τοῦ τετελευτηκότι, ἢ γένει, ἢ ποιήσει· οἱ δὲ, ὡς ἄπαιδος τελευτήσαντος, διϊσχυρίζονται λέγοντες ἔχειν αὐτοὶ τὸν κλῆρον τοῦ λαβόντος, ἢ συγγενεῖς ὄντες, ἢ κατὰ διαθήκας κληρονόμοι. Οὕτω Δημοσθένης καὶ Ὑπερείδης [10] περὶ τοῦ καταβάλλειν διεσάφησαν.

Ἀμφισβηλεῖν, καὶ παρακαταβάλλειν, λέγεται, ὅταν τελευτήσας τις ἄπαις εἶναι δοκῇ, φάσκῃ δέ τις ἑαυτὸν ἐκείνου υἱὸν, οὗτος ἀμφισβητεῖν τοῦ κλήρου λέγεται. εἰ δὲ παῖδα μὲν τοῦ θανόντος ἑαυτὸν μὴ εἶναι λέγῃ, λέγῃ δὲ ἄλλως κατὰ γένος αὐτῷ προσήκειν τὸν κλῆρον, παρακαταβάλλειν αὐτὸν οἱ νόμοι κελεύουσι. πλὴν ἀμφότερα ἐπ' ἀμφιλογίας τάσσεται.

Ἀμφισβήτησις. [11] Οἱ ἔξω φασίν· Ἡ ἀμφισβήτησις κρίσει ἀναρτάσθω· [12] ἡ δὲ κρίσις τοὺς ἐλέγχους βασανιζέτω· ἡ δὲ βάσανος, τὸ δέον ὁριζέτω· ὁ δὲ ὁ-

Ἀμφίπυρον. Quod igne utrinque calefit. Sophocles: *Alii vero altæ basi insistentem tripodem, & igne utrinque calefieri solitum, mortui abluendi gratia, nunc opportune ponite.*

Ἀμφιῤῥῶγας. Undique ruptos. Apertos. *Et retia rupta.*

Ἀμφιῤῥύτη. Circumflua. In Epigrammate:

------ *Mari circumflua Cos,*
*Luges rursus, ut ob Hippocratem.*

Ἄμφις. παροξυτόνως. Amphis. Comicus Atheniensis. Ἀμφὶς vero, sine, seorsim.

Ἄμφισσα. Amphissa. Est urbs Locridis. Amphissa vero dicta est, quod locus ille montibus circundetur.

Ἀμφισβαλεῖν. In quibusdam vero [codicibus legitur] Ἀμφισβηλεῖν. Iones etiam dicunt Ἀγχιβαλεῖν, [i. e. Ambigere.] Heraclitus usus est voce Ἀγχιβασίην.

Ἀμφισβητεῖν. Non consentire, (quasi dicas χωρὶς βαίνειν, i. e. seorsim ire) dubitare. *Ptolemæus vero, cum sciret majores suos tenuisse Syriam Cavam, ingenti apparatu bellum molitus est, ut de ea dimicaret. Sperabat enim fore, ut, quæ injusto bello ante erepta sibi esset, eam juste iisdem* [*belli*] *legibus tunc recuperaret.* Et Ælianus: *Ambigebant enim, alii alios in medium proferentes.* † *Non amplius dubium erat, quin ille ipse esset, qui mortuus erat.*

Ἀμφισβητεῖν. Qui de hæreditate inter se in judicio contendunt, ἀμφισβητεῖν, vel παρακαταβάλλειν dicuntur. Horum illi quidem asserunt, defuncto esse filium, vel natura, vel adoptione, & ad eum jus hæreditatis pertinere. Hi vero dicunt, defunctum nullos reliquisse liberos, & proinde sibi potius jus esse consequendæ hæreditatis, quam illi, qui eam adiit, quod sint vel cognati, vel ex testamento hæredes. Sic Demosthenes & Hyperides vocem παρακαταβάλλειν exposuerunt.

Ἀμφισβηλεῖν, & παρακαταβάλλειν, [utrumque de hæreditatis controversia dicitur.] Nam, si quis sine liberis decessisse videatur, & aliquis se ejus filium esse dicat, is ἀμφισβητεῖν τοῦ κλήρου dicitur. Quod si vero non quidem defuncti filium se esse contendat, sed cognationis jure hæreditatem ad se pertinere dicat; cum leges jubent παρακαταβάλλειν. Utrumque igitur vocabulum de disceptatione dicitur.

Ἀμφισβήτησις. Dictum est apud Gentiles usitatum: *Controversia ad judicium referatur: judicium argumenta diligenter examinet: examen, quod æquum est, definiat: quod definitum*

1 Σοφοκλῆς] In *Ajace Flagell.* v. 1422.

2 Ἀμφιῤῥῶγας] Vide Schol. Apoll. Rhod. ad lib. I. v. 995.

3 Κλωβούς τ' ἀμφιῤῥῶγας] Hæc decerpta sunt ex Epigrammate Antipatri in venatorem aliquem, qui instrumenta sua, quibus ante ad capiendas feras & aves usus fuerat, Pani dedicat. Epigramma hoc legitur Anthol. lib. VI. cap. XV. p. 568.

4 Ἀμφιρύτη Κῶος, ἡ Κῶς. καὶ πάλιν Πένθ.] Locum hunc sic legendum puto:

——— Καὶ πάλιν ἀμφιρύτη Κῶς
Πένθος λυγρὸν ἔχεις, οἷον ἐφ' Ἱπποκράτει.

5 Ἄμφις. Κωμ. Ἀθην.] De hujus comœdiis vide Meursium in *Bibliotheca Attica.*

6 Ἔν τισι δὲ τὸ ἀμφ.] In 2 MSS. Paris. legitur, ἔνιοι τὸ ἀμφισβητεῖν.

7 Ὁ δὲ Πτολεμαῖος εἰδ.] Hoc fragmentum ad Polybium referunt Fulv. Ursinus & Casaubonus.

8 Εἰδὼς τοὺς ἑαυτοῦ προγ.] Vide Valesium in notis ad Excerpta Constantini, pag. 49.

9 Ἀμφισβητεῖν καὶ παρακατ.] Ex Harpocratione. Vide etiam infra v. Ἀντιγραφεύς; itemque Petitum *de Leg. Attic.* p. 489.

10 Περὶ τοῦ καταβάλλειν] Lege τὸ παρακαταβάλλειν.

11 Οἱ ἔξω] A scriptoribus Christianis τοὺς ἔξω, vel τοὺς ἔξωθεν, vocari Gentiles non ignotum potest esse iis, qui Patres & scriptores Christianos veteres vel a limine salutarunt.

12 Ἡ δὲ κρίσις τοὺς ἐλέγχους βασανιζέτω] Vide infra v. Κρίσις, & v. Βάσανος.

ρος·

ρος γεγράφθω· τὰ δὲ γεγραμμένα, κυρούσθω· τὰ δὲ κυρωθέντα, βεβαιούσθω τοῖς ἔργοις· καὶ πᾶσα ἀμφιμαχία οἰχέσθω, καὶ πάλιν φιλία χορευέτω. καὶ οὐ δεῖ ἀπερισκέπτως ποιεῖσθαι τὰς κρίσεις.

Ἀμφίσκω. ἐνδύω.

Ἀμφίσματα. τὸ ἀμφισβήτησμα. Ἑλλανικός.

Ἀμφίσταται. περιΐσταται. [1] Ἀμφίσταται διαπρύσιος ὄτοβος.

Ἀμφιστεφέες. πάντοθεν πλήρεις. [2] περιπεπλεγμέναι ἀλλήλαις.

Ἀμφιστείδης. ὄνομα κύριον. Ζήτει περὶ τούτου ἐν τῷ Γελοῖος.

Ἀμφίστομος. αὕτη ἡ φάλαγξ καλεῖται, ἡ τοὺς ἡμίσεας τῶν ἐν τοῖς λόχοις ἀνδρῶν ἀπεστραμμένους ἀπὸ σφῶν ἔχουσα, ὡς ἀντιώτους εἶναι.

Ἀμφίταποι. [3] τάπητες ἀμφίμαλλοι.

Ἀμφὶ τὸ λυκόφως. περὶ τὴν αὐγήν.

Ἀμφίτρητον. τὸ ἐξ ἑκατέρου τῶν μερῶν τετρημένον ἄντρον. Ἀμφιτρίτη δὲ, ἡ θάλασσα.

Ἀμφιτρύων. παῖς Ἀλκέως.

Ἀμφιτρυφῆ. [4] κατερραγότα.

Ἀμφιφορεῦσι. κεραμείοις ἀμφορεῦσιν.

Ἀμφιφορῆα. ἀγγεῖον. ἐν Ἐπιγράμματι·

Τίς με Διωνύσῳ πεπλασμένον ἀμφιφορῆα,
  Τίς με τὸν ἀνδρείου νέκταρος οἰνοδόχον
Δηοῦς ἐπλήρωσε; τίς ὁ φθόνος εἰς ἐμὲ Βάκχου;
  Ἢ σπάνις οἰκείου τεύχεος ἀσταχύων;
Ἀμφοτέρους ἤσχυνε. σεσύληται μὲν ὁ Βάκχος·
  Δημήτηρ δὲ μέθην σύντροφον οὐ δέχεται.

Ἀμφιφῶντες. [5] πλακοῦντος εἶδος, οἵ τινες ἐγίνοντο, ὅτε ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη πρωῒ ὑπὲρ γῆς φαίνονται. ἢ ὅτι [6] ἐκόμιζον αὐτὸν, δᾳδία ἡμμένα περιπηγνύντες ἐπ' αὐτῷ, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος.

Ἀμφίχυτον. περικεχωσμένον.

Ἄμφοδον. [7] δίοδον. ῥύμην.

Ἀμφόδοντα ζῶα. οἷον ἄνθρωπος, ἵππος, ὄνος, καὶ ὅσα οὐκ [8] ἐπηλλαγμένους τοὺς ὀδόντας ἔχει· οἷς συμβέβηκε πιμελὴν, ἀλλ' οὐ στέαρ ἔχειν.

Ἀμφορεαφόρους. τοὺς μισθίους, τοὺς τὰ κεράμια φέροντας. καὶ Ἀμφορεαφόρος, ὁ κεράμια μισθοῦ φέρων.

Εἶτ' ἀμφορεαφόρος τις [9] ἀποφορὰν φέρων.

Μένανδρος Ῥαπιζομένῃ. καὶ Ἀριστοφάνης Ἥρωσι·

*est, scribatur: scripta, rata fiant: quæ rata facta sunt, ipsis factis confirmentur; & omnis controversia e medio tollatur, & amicitia renovetur. A judicando autem omnis inconsiderantia abesse debet.*

Ἀμφίσκω. Induo.

Ἀμφίσματα. Res controversæ. Hellanicus.

Ἀμφίσταται. Circumstat. *Circumstat vehemens strepitus.*

Ἀμφιστεφέες. Undique plenæ. Sibi mutuo innexæ.

Ἀμφιστείδης. Nomen proprium. Quære in voce Γελοῖος.

Ἀμφίστομος φάλαγξ. Sic appellatur acies, in cujus manipulis milites ita sunt collocati, ut alii aliis terga obvertant.

Ἀμφίταποι. Tapetes ab utraque parte villosi.

Ἀμφὶ τὸ λυκόφως. Circa crepusculum matutinum.

Ἀμφίτρητον ἄντρον. Antrum ab utraque parte perforatum. Ἀμφιτρίτη vero, mare.

Ἀμφιτρύων. Alcei filius.

Ἀμφιτρυφῆ. Confracta.

Ἀμφιφορεῦσι. Amphoris fictilibus.

Ἀμφιφορῆα. Amphoram. In Epigrammate:

*Quis me Baccho destinatam amphoram,*
*Quis me, generosum nectar capere solitam,*
*Cerere replevit? Quare mihi invidetur*
  *Bacchus?*
*An, quod in promptu non sit vas, in quo*
  *condatur frumentum?*
*Utrumque quidem violavit. Nam & Bacchus læsus est,*
*Et Cereri nulla cum mero est societas.*

Ἀμφιφῶντες. Placentarum genus, quæ tunc parabantur, quum Sol & Luna mane supra terram apparebant. Vel [sic appellatæ,] quod eas circumferrent, faculis ardentibus undique circum eas fixis, ut ait Apollodorus.

Ἀμφίχυτον. Aggere cinctum.

Ἄμφοδον. Bivium. Vicum.

Ἀμφόδοντα ζῶα. [Animalia utrinque dentata,] ut homo, equus, asinus, & quæcunque non habent dentes serratos, & pectinatim coeuntes. Eadem etiam pinguedinem, non vero adipem habent.

Ἀμφορεαφόρους. Mercenarios, qui testas ferunt. Et Ἀμφορεαφόρος, qui amphoras, sive testas, mercede fert. *Deinde amphorarius quis pensionem afferens.* Menander in *Rhapizomena.* Et Aristophanes *Heroibus: Curre ad vi-*

1 Ἀμφίσταται διαπρύσιος ὄτοβος] Ex Sophocl. *Oedip. Colon.* p. 319. Vide etiam infra v. Ὄτοβος.

2 Περιπεπλεγμέναι ἀλλήλαις] Hæc nota referenda est ad locum illum Homeri Il. Λ. v. 39. 40.

———Κεφαλαὶ δέ οἱ ἦσαν
Τρεῖς ἀμφιστρεφέες, ἑνὸς αὐχένος ἐκπεφυυῖαι.

Ubi Scholiasta ait: Ἀμφιστρεφέες. Ἐξ ἑνὸς τένοντος τοῦ δράκοντος τρεῖς ἐκπεφυκυῖαι κεφαλαὶ, ἀλλήλαις συμπεπλεγμέναι.

3 Τάπητες ἀμφίμαλλοι] Vide Salmasium ad Julium Capitol. in *Pertinace*, pag. 550.

4 Ἀμφιτρυφῆ] Lege ἀμφιτρυχῆ, ut apud Hesychium.

5 Ἀμφιφῶντες. πλακοῦντος εἶδος] De hoc placentarum genere vide Athen. lib. XIV. p. 645.

6 Ἐκόμιζον αὐτὸν] Præstat legere ἐκόμιζον αὐτοὺς, & paulo post, ἐπ' αὐτοῖς, ut Portus etiam monuit.

7 Ἄμφοδον] Vide quæ de significatione hujus vocis disputat Casaub. ad Athen. lib. XII. cap. X.

8 Ἐπηλλαγμένους τοὺς ὀδόντας] Quos dentes Græci appellant ἐπηλλαγμένους, eos Plinius vocat *serratos* & *pectinatim coeuntes*, quales sunt tigridum, serpentum, & canum. Ab his diversi sunt dentes, quos idem Plinius *continuos* vocat; quales sunt hominum, equorum, & reliquorum animalium, quæ Græci ἀμφόδοντα appellant.

9 Ἀποφορὰν] Vide quæ de significatione vocis hujus erudite observarit Valesius ad Harpocrat. v. Ἀποφορά.

Τρέχ' εἰς τὸν οἶνον, ἀμφορέα κενὸν λαβών,
Τὸν ἔνδοθεν, καὶ γεῦμα, καὶ γευστήριον,
Κἄπειτα μισθοῦ σαυτὸν ἀμφορεαφόρει.

Εὔπολις Μαρικᾷ·

Καὶ περιήλθομεν, καὶ φίλον ἀμφορέα φέρων.

Ἀμφορεὺς οὖν, ἀγγεῖον, μέτρον κεράμιον Μεγαρικόν· οἷον τὰ ἀμφιφορῆ ἀγγεῖα διὰ τὸ μέγεθος. καὶ ἀσκίον. ἔστι καὶ ὄνομα κύριον. καὶ Ἀμφορεῖς, κέραμοι. καὶ Θάσια ἀμφορείδια, τὰ κεράμια. [1]Ἰώσηπος· Συνωνούμενος δὲ τοῦ Τυρίου νομίσματος, ὃ τέσσαρας Ἀττικὰς δύναται, τέσσαρας ἀμφορεῖς, [2]ἐπίπρασκε τιμῆς ἡμιαμφόρειον, καὶ πλῆθος συνῆγε χρημάτων. Καὶ Ἀριστοφάνης Ἀμφορεῖς λέγει τὰ μέτρα.

Χυτρίδια, [3] καὶ σανίδια, κἀμφορείδια.

καὶ Ἀμφορεῖς [4] νενησμένοι, κέραμοι σεσωρευμένοι. Ἀριστοφάνης· [5]Τί κάθησθ' ἀβέλτεροι περίβατ' ἄλλως, ἀμφορεῖς [6] νενησμένοι.

Ἀμφότερα. ἀντὶ τοῦ, κατ' ἀμφότερα. Θουκυδίδης.

Ἀμφοτεροδέξιος. ὁ δὲ τὴν λαιὰν ἀντὶ δεξιᾶς ἔχων, ἀῤῥωστοτέραν ἔχει αὐτήν.

Ἀμφοτερόπλουν. [7] ὅταν τις ναυτικὸν δανείσῃ δάνειον, ἐπὶ τῷ καὶ ἐνθένδε πλεῦσαί ποι, κἀκεῖθεν ἐνθάδε, τοῦτο ἀμφοτερόπλουν καλεῖται. οὕτω [8] Δημοσθένης.

Ἀμφότεροι. ἀπροσλήπτεόν ἐστιν ἄρθρου· ἐπειδὴ [9] τὰ ἄρθρα ἀναπόλησιν δηλοῦσιν ἀγνοουμένου πράγματος. τὸ δ' Ἀμφότεροι ὡρισμένα σημαίνει δύο.

Ἀμφούδης. ὄνομα κύριον.

Ἄμφω. Ἀμφότεροι, καὶ Ἀμφοτέρους. καὶ αἱ πλάγιαι, Ἀμφοῖν. καὶ Ἄμφω τὼ χεῖρε, ἀμφοτέρας τὰς χεῖρας, δυϊκῶς. Οὐ χειρὶ δωρούμενος, ἀλλ' ἀμφοῖν. ἐπὶ τῶν ἀφθόνως καὶ δαψιλῶς μεταδιδόντων τοῖς πᾶσιν.

Ἀμφῶες. καὶ Ἀμφωτίδες. καὶ Ἀμφωτίδων, τῶν δύο ὦτα ἐχουσῶν. καὶ παροιμία· Μέχρι τῶν ἀμφωτίδων· ἐπὶ τῶν ἄγαν πεπληρωμένων. ἀντὶ τοῦ, μέχρι τῶν ὤτων.

Ἀμφοῖν. ἀμφοτέρων. Μέσοι δὲ ληφθέντες ἀμφοῖν, πολλοὶ διεφθάρησαν. Καὶ Ἀμφοῖν ποδοῖν ἀντὶ τοῦ, παντὶ σθένει. [10]Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν·

num, amphoram vacuam sumens, quæ intus est, & specimen, & poculum, quo vinum degustatur, & deinde operam tuam loca amphoris ferendis. Eupolis *Marica*: * * * Ἀμφορεὺς igitur est vas fictile, mensura Megarica; qualia sunt vasa, quæ propter magnitudinem utrinque ex ansis feruntur. Item, parvus uter. Est etiam nomen proprium. Et Ἀμφορεῖς, vasa fictilia. Et Θάσια ἀμφορείδια, amphoræ Thasiæ minores. Josephus: *Tyrio autem nummo, qui IV. drachmas Atticas valet, quatuor amphoras* [*olei*] *coemens, eodem pretio dimidiam amphoram vendebat, eaque ratione magnam pecuniæ vim sibi comparabat.* Et Aristophanes ἀμφορεῖς vocavit mensuras.

*Et ollulas, & tabellas, & parvas amphoras.* Et Ἀμφορεῖς νενησμένοι, testæ vel amphoræ accumulatæ. Aristophanes: *Quid sedetis, o stolidi, tanquam pecudes, & amphoræ plenæ.*

Ἀμφότερα. Dictum pro κατ' ἀμφότερα, apud Thucydidem.

Ἀμφοτεροδέξιος. Ambidexter. Qui sinistra pro dextra utitur, & hanc illa debiliorem habet.

Ἀμφοτερόπλουν. Quum quis fœnore nautico pecuniam alicui mutuam dat, ea lege, ut hinc in alium locum naviget, & illinc huc, id vocatur ἀμφοτερόπλουν. Sic Demosthenes.

Ἀμφότεροι. Nullum articulum recipit, quia articuli denotant relationem ad rem, quæ ignoratur. Vox autem Ἀμφότεροι duas res certas significat.

Ἀμφούδης. Nomen proprium.

Ἄμφω. Idem valet ac ἀμφότεροι in nominativo, & ἀμφοτέρους in accusativo. Et in casibus obliquis dicitur Ἀμφοῖν. Et Ἄμφω τὼ χεῖρε, idem est ac ἀμφοτέρας τὰς χεῖρας, i. e. ambas manus; dualiter. [Et proverbium:] *Non una manu donans, sed ambabus.* Quod dicitur de illis, qui largiter & liberaliter aliis donant.

Ἀμφῶες. [Vas utrinque ansatum.] Et Ἀμφωτίδες, vasa utrinque aures, vel ansas, habentia. Et proverbium: *Usque ad ambas aures.* Quod dicitur de illis, quæ ad summum repleta sunt.

Ἀμφοῖν. Amborum. *In medio amborum intercepti multi perierunt.* Et, Ἀμφοῖν ποδοῖν, significat, totis viribus. Aristophanes *Avibus*:

1 Ἰώσηπος] *De Bello Judaico* lib. II. pag. 824. ut Pearsonius observavit.

2 Ἐπίπρασκε τιμῆς] Scribe ex Josepho, τῆς αὐτῆς ἐπίπρ. τιμῆς.

3 Χυτρίδια, καὶ σαν.] Ex Aristoph. *Pace* pag. 636. (440. Ed. Bas.) ut Portus etiam monuit.

4 Νενησμένοι] Scribe νενασμένοι, ut apud Aristophanem, cujus locum in nota sequente adducam. Ἀμφορεῖς νενασμένοι autem sunt amphoræ repletæ, a νάσσω; unde ναστὸν, quod Hesychius interpretatur, μεστόν; & νένακται, quod Suidas infra exponit ἐπεπλήρωτο.

5 Τί κάθησθ' ἀβέλτ.] Locus hic apud Aristoph. in *Nubibus* pag. 191. (117. Ed. Bas.) sic legitur:

——————Τί κάθησθ' ἀβέλτεροι
Ἡμέτερα κέρδη τῶν σοφῶν, ὄντες λίθοι
Ἀριθμὸς, πρόβατ' ἄλλως, ἀμφορῆς νενασμένοι;

6 Ἀμφορεῖς νενησμένοι] Legendum est νενασμένοι, ut paulo ante diximus. Recte Bisetus in Scholiis ad illum locum: Βέλτιον ἴσως εἰ τὸ νενασμένοι λαμβάνοιτο ἀντὶ τοῦ πεπληρωμένοι, ὥσπερ ἐν Ἐκκλησιαζούσαις, αἱ τράπεζαι ἐπινενασμέναι ἁπάντων ἀγαθῶν λέγονται, τουτέστι πεπληρωμέναι. Καὶ ταῦτα, ἀμφορῆς νενασμένοι παροιμιακῶς δύναται λέγεσθαι περὶ ἀνθρώπων, ὡς ἀχρεῖους νομίζομεν, ἢ παρ' οὐδὲν ἀγόμεθα.

7 Ἀμφοτερόπλουν. ὅταν τις ναυτ.] Locum hunc illustrat Salmasius *de Modo Usur.* cap. 1. pag. 22. Vide etiam Harpocrationem, ex quo Suidas sua descripsit.

8 Δημοσθένης] Locus Demosthenis exstat in Oratione contra Dionysodorum pag. 739. ubi Orator ait: Ἐπὶ ταύταις ταῖς ὁμολογίαις δανείζονται παρ' ὑμῶν ἐπὶ τῇ νηὶ τρισχιλίας δραχμὰς ΑΜΦΟΤΕΡΟΠΛΟΥΝ. καὶ συγγραφὴν ἐγράψαντο ὑπὲρ τούτων. i. e. *His conditionibus mutuo a vobis accipiunt in navem ter mille drachmas ad eundum & redeundum. & syngrapham de iis scripserunt.* In hac syngrapha expressum erat, ut Athenis in Ægyptum, & ex Ægypto rursus Athenas navigaretur, ut Orator pag. 741. his verbis docet: Καὶ τὸν περίπλουν τὸν πλοῦν ποιεῖσθαι· Ἀθήνηθεν εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐξ Αἰγύπτου εἰς Ἀθήνας. Hinc ergo patet, quis sit hoc loco sensus vocis ἀμφοτερόπλουν.

9 Τὰ ἄρθρα ἀναπόλησιν δηλ.] Locum hunc egregie illustrat Etymologus v. Ἔγωγε, ubi inquit: Διότι τὰ ἄρθρα ἀναφορᾶς δηλωτικά. Ἀναφορὰ δέ ἐστιν ἐγνωσμένου (lego, ἀγνοουμένου) τινὸς καὶ ἀπόντος ἀναπόλησις. ἡ δὲ ἀντωνυμία πρώτην δεῖξιν δηλοῖ. ἐναντία δὲ ἡ δεῖξις τῇ ἀναφορᾷ.

10 Ἀριστοφάνης Ὄρνισι] Pag. 370. (Ed. Bas.) ut Portus observavit.

Ἀνεπτάμεσθ' ἐκ τῆς πατρίδος ἀμφοῖν ποδοῖν.
ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ὀρνέων, ἀμφοῖν πτεροῖν. ἢ ἐκ τῶν νεῶν, αἳ οὐριοδρομοῦσαι ἀμφοῖν τοῖν ποδοῖν πλέουσιν. ἢ ἀντὶ τοῦ, τελέως. προληπτικῶς δὲ τῇ τῶν ὀρνέων [1] χρῶνται μεταφορᾷ.

Ἄν. σύνδεσμος συναπτικός. Ἀρριανός· Καὶ ἂν ἤδη ἀφῖχθαι αὐτὸν παρὰ βασιλέως, εἰ μὴ ἐδεδοίκει Πάρθους.

Ἄνα. ἀνάστηθι. Ὅμηρος. καὶ [2] Σοφοκλῆς· Ἀλλ' ἄνα ἐξ ἑδράνων. ἀντὶ τοῦ, ἀλλ' ἀνάστηθι ἐκ τῶν θρόνων. καὶ Ἄνα, ἀντὶ τοῦ ἄναξ, κατ' ἀποκοπὴν τοῦ ξ.

Ἀναβάδην. ἐφ' ὕψους. ἄνω τοὺς πόδας ἔχειν, καὶ κοιμᾶσθαι. [3] Ἀριστοφάνης·

Νυνὶ δὲ πεινῶν, ἀναβάδην ἀναπαύομαι.

ἢ ἐφ' ὑψηλοῦ τόπου καθήμενος. Καὶ αὖθις·

Πῶς [4] ἔνδον, εἶτ' οὐκ ἔνδον;
Ὁ νοῦς μὲν ἔξω συλλέγων ἐπύλλια,
Οὐκ ἔνδον· αὐτὸς ἔνδον ἀναβάδην ποιεῖ
Τραγῳδίαν.

Σκώπτει [5] τὸν Εὐριπίδην ὡς συλλογιστικόν, καί, ὃ ἂν λέγῃ, τὸ ἐναντίον πάλιν κατασκευάζοντα· οἷον,

Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

οἶον, αὐτὸς μὲν ἔσω ἐστίν· ὁ δὲ νοῦς αὐτοῦ συλλογίζεται τὰ ἔξω τι, καὶ μετεωρίζεται· Ὁμηρικῶς. Ὅμηρος γὰρ διώρισε τὰς ψυχὰς πρὸς τὰ σώματα, εἰπών·

Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν
Ἡρώων αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν.

οὕτως καὶ Ἀριστοφάνης· Ὁ νοῦς μὲν ἔξω· αὐτὸς δ' ἔνδον ἀναβάδην ποιεῖ τραγῳδίας. καὶ Ἀναβάδην καθῆσθαι, μετέωρον καθέζεσθαι.

Ἀναβαθμοί. ἀναβάσεις. λέγουσι δὲ καὶ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος τοῦ λαοῦ ἐπάνοδον.

Ἀναβάλλει. [6] ἀντὶ τοῦ, εἰς ἀναβολὰς καθίστησιν. [7] Ἀναβάλλεσθαι δὲ τὸ ἱμάτιον οἱ Ἀττικοί, οὐ περιβάλλεσθαι λέγουσιν.

Ἀναβαλλόμενος. αἰτιατικῇ. ὑπερτιθέμενος. ἀναβαλόμενος δὲ δι' ἑνὸς λ, ἀντὶ τοῦ, προοιμιασάμενος. [8] Ἀναβαλόμενος οὖν, ὥσπερ εἰώθει, βραχὺν διεξῆλθεν ὕμνον. καὶ [9] Ἀναβολάς, τὰ προοίμια.

Ἀναβαλοῦ. περισπῶσιν οἱ Ἀττικοί.

Ἀναβάσεις. [10] αἱ προκοπαί. εἰς τὸ ἐναντίον δέ, καταβάσεις. καὶ Ἀναβάσεις καρδίας, οἱ εὐσεβεῖς περὶ θεοῦ λογισμοί. Δαβίδ· [11] Ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ διέθετο.

*Avolamus ex patria quam celerrime.* Metaphora ducta est ab avibus, pro, ἀμφοῖν πτεροῖν, i. e. ambabus alis. Vel a navibus, quæ, cum secundo vento feruntur, utroque pede navigant. Vel, perfecte. Per anticipationem vero metaphora ab avibus ducta utuntur.

Ἄν. Conjunctio copulativa. Arrianus: *Et ipsum a Rege jam venturum fuisse, nisi Parthos formidasset.*

Ἄνα. Pro ἀνάστηθι, surge. Homerus. Et Sophocles: *At surge ex sede.* Hic τὸ ἄνα positum est pro ἀνάστηθι, & ἑδράνων, pro θρόνων. Ἄνα etiam dicitur pro ἄναξ, in vocativo, per apocopen τοῦ ξ.

Ἀναβάδην. In alto. Pedes in altum sublatos habere, & dormire. Aristophanes: *Nunc vero pedibus in altum sublatis quiesco.* Vel, in excelso loco sedens. Et iterum: *Quomodo fieri potest, ut idem sit intus, & non intus? Mens quidem foris colligens versiculos, non est intus: ipse vero* [*Euripides*] *intus est, & in sublimi loco tragœdiam componit.* Comice hic perstringit Euripidem, ut subtiliter nimis ratiocinantem, & illis, quæ ante dixerat, contraria rursus affirmantem. Ut, *Lingua juravit; mens vero injurata est.* Sensus autem est: Ipse quidem [Euripides] domi est; mens vero ejus foris ratiocinatur, & in sublimi versatur. [Quod a Comico dictum est] Homerice. Homerus enim animas a corporibus distinxit, dicens: *Multas autem fortes animas Heroum Orco ante tempus demisit: Ipsos vero canibus dilaniandos præbuit.* Sic etiam Aristophanes, *Mens quidem*, inquit, *foris est; ipse vero domi in sublimi loco tragœdias componit.* Et Ἀναβάδην καθῆσθαι, in sublimi sedere.

Ἀναβαθμοί. Gradus, per quos adscenditur. Sic autem etiam vocant populi [Judaici] ex Babylone reditum.

Ἀναβάλλει. Differt. Dilationibus utitur. Vestem vero vel pallium induere Attici dicunt ἀναβάλλεσθαι τὸ ἱμάτιον, non περιβάλλεσθαι.

Ἀναβαλλόμενος. Accusativo jungitur. Qui rem in aliud tempus differt. Ἀναβαλόμενος vero, per unicum λ, qui incepit canere. *Initio igitur facto canendi, ut solebat, brevem hymnum absolvit.* Et Ἀναβολάς, carminum sive hymnorum initia.

Ἀναβαλοῦ. [Differ in aliud tempus.] Attici ultimam [hujus vocis] syllabam circumflectunt.

Ἀναβάσεις. Progressus, successus. Contrarium vero significat καταβάσεις. Et Ἀναβάσεις καρδίας, piæ de Deo cogitationes. David: *Gradus in corde suo disposuit.*

1 Χρῶνται] Sic Scholiasta Aristophanis. In prioribus vero Edit. Suidæ (excepta Genevensi) minus recte legitur χρώμενος.
2 Σοφοκλῆς] In *Ajace*, v. 195.
3 Ἀριστοφάνης] In *Pluto* p. 107. (52. Edit. Bas.) ut Portus monuit.
4 Πῶς ἔνδον, εἶτ' οὐκ ἔνδον;] Hæc, & quæ sequuntur, sumpta sunt ex Aristoph. *Acharn.* pag. 391. (278. Ed. Bas.) ut Portus etiam monuit.
5 Σκώπτει τὸν Εὐριπ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, αὐτολεξεὶ leguntur apud Scholiastam Aristoph. ad locum in *Acharn.* modo laudatum, unde Suidas ea descripsit.
6 Ἀναβάλλει. ἀντὶ τοῦ, εἰς ἀναβ.] Ex Harpocratione.
7 Ἀναβάλλεσθαι τὸ ἱμ.] Vide Casaub. ad Athen. lib. I. c. XVIII.
8 Ἀναβαλόμενος οὖν ὥσπερ εἰώθει, βρ.] Fragmentum hoc legitur apud Philostratum *de Vit. Apoll.* lib. IV. cap. XIII. p. 199.
9 Ἀναβολάς. τὰ πρ.] Respexit forte ad locum illum Aristoph. in *Pace*, p. 685.
———Ξυνελέγοντ' ἀναβολὰς πεποιημένας.
Ubi Scholiasta inquit: Ἀναβολάς, τὰς ἀρχὰς τῶν ᾀσμάτων.
10 Ἀναβάσεις. αἱ προκ.] Cave existimes apud ullum probatum scriptorem τὸ ἀναβάσεις idem interdum significare quod προκοπαί: sed hæc ad somniorum interpretationem pertinent, secundum quam adscensus in locum superiorem felicem rerum successum portendere credebatur; ut discimus ex Artemidoro lib. IV. cap. XXX. unde Suidas hunc locum mutuatus est.
11 Ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδ. αὐτοῦ διέθετο] Ex Psalm. LXXXIII, v. 6. secundum τοὺς LXX. ad quem locum vide Theodoretum.

Ἀνάβαινε. [1] ἰστέον, ὅτι ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὸ ἐπὶ τὸ λογεῖον εἰσιέναι, ἀναβαίνειν· καταβαίνειν δὲ, τὸ ἀπαλλάττεσθαι ἐντεῦθεν, ἀπὸ παλαιοῦ ἔθους. Ἀριστοφάνης·

Ἀλλαντοπῶλα, δεῦρο, δεῦρ', ὦ φίλτατε,
Ἀνάβαινε σωτὴρ τῇ πόλει, καὶ νῷν φανείς.

Ἀναβεβαμένοι. ἀντὶ τοῦ, ἀναβάτην ἔχοντες. οὕτω Ξενοφῶν. [2]

Ἀναβιβῶμαι. ἀντὶ τοῦ, ἀναβιβάσομαι. Ἀμειψίας.

Ἀναβιῶναι. ἀναζῆσαι. [3] Ἤδη δέ τινές φασιν, ὡς τοσοῦτον ἄρα τὸν Αἴσωπον θεοφιλῆ γενέσθαι, ὡς καὶ ἀναβιῶναι αὐτὸν, καθάπερ οὖν τὸν Τυνδάρεων, καὶ τὸν Ἡρακλέα, καὶ τὸν Γλαῦκον. [4] καὶ Πλάτων φησὶν ὁ Κωμικός· Καὶ [5] νῦν ὅμοσόν μοι μὴ τεθνάναι τὸ σῶμα ἐγώ· ψυχὴ δ' ἀπὸ νίκης ὥσπερ Αἰσώπου ποτέ.

Ἀναβιώσκεσθαι. ἀναζῆν.

Ἀναβλυστονῆσαι. [6] τὸ ἀναβλύσαι. Εὔπολις Δήμοις. πάντα τὰ τοιαῦτα οἱ Κωμικοὶ ποιοῦσι [7] παρόντες. καὶ Ἀναβλυστονῆσαι, ἀναβλαστῆσαι.

Ἀναβοθρεύουσιν. ἀναμοχλεύουσιν.

Ἀναβολάς. τὰ προοίμια. [8] Καινὰς ἀναβολὰς θέλω λαβεῖν. ἢ τὰς ἀρχὰς τῶν ᾀσμάτων. [9] Ὅμηρος·

Ἤτοι ὁ φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν.

καὶ [10] Ἀριστοφάνης· Ξυνελέγοντ' ἀναβολὰς ποτώμεναι. περὶ ψυχῶν λέγων τῶν διθυραμβοδιδασκάλων.

Ἀναβολεύς. [11] ὁ ἐπὶ τῶν ἵππων ἀνάγων. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν ἀναβολέα προσκαλεσάμενος, καὶ ταχέως ἀναβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον, ᾔτησε πιεῖν, καὶ ἀκράτου σπασάμενος πλειστάκις, ἐνέφαινεν ὡς τοὔμπροσθεν προάξων. [12] Ἀναβολεὺς, καὶ ἡ παρὰ Ῥωμαίοις λεγομένη σκάλα. Καὶ αὖθις· [13] Ὁ δὲ Μαστίας γηράσας ἵππου χωρὶς ἀναβολέως ἐπέβαινεν.

Ἀναβολή. ἀνοχή. Αἰλιανός· [14] Λοξίας δὲ καὶ Ζεὺς πατὴρ ἀναβολὴν θανάτου ἐψηφίσαντο Φαλάριδι ἔτη δύο, ἀνθ' ὧν ἡμέρως Χαρίτωνι καὶ Μελανίππῳ προσηνέχθη.

Ἀναβράττουσι. ἀναδιδοῦσιν.

Ἀνάβαινε. Sciendum est, veteres ἀναβαίνειν dixisse pro, in pulpitum adscendere: καταβαίνειν vero, illinc abire; ex antiquo more. Aristophanes:

*O farciminum venditor, huc, huc, o dilectissime,*
*Ascende, servator Reip. & nobis appare.*

Ἀναβεβαμένοι. Qui sessorem, sive equitem habent. Ita Xenophon.

Ἀναβιβῶμαι, pro ἀναβιβάσομαι, In altum tollam. Amipsias.

Ἀναβιῶναι. Reviviscere. *Quidam ajunt, Æsopum adeo Deo charum fuisse, ut etiam revixerit, quemadmodum Tyndareus, Hercules, & Glaucus.* Et Plato Comicus inquit: *Quare nunc jura mihi non esse mortuum corpus, animamque redituram, ut quondam Æsopi.*

Ἀναβιώσκεσθαι. Reviviscere.

Ἀναβλυστονῆσαι. Scaturire. Eupolis in *Demis.* Hujusmodi verba a Comicis multa finguntur. Et Ἀναβλυστονῆσαι, repullulare.

Ἀναβοθρεύουσι. Eruunt. Emovent.

Ἀναβολάς. Procemia. *Nova procemia assumam.* Id est, carminum vel hymnorum principia. Homerus: *Ille vero cithara ludens pulchre canere cœpit.* Et Aristophanes: *Colligebant nova carminum principia volantes.* De Dithyrambicorum Poetarum animabus loquitur.

Ἀναβολεύς. Strator, sive, qui in equum alios levat. *Rex autem, cum stratorem ad se vocasset, & in equum celeriter ascendisset, potum petiit. Cum autem merum sæpius hausisset, significavit, se ulterius progressurum esse.* Ἀναβολεὺς etiam significat id, quod Romani *scalam* vocant. Et iterum: *Masanissa vero, licet senex, equum sine stratore conscendere valebat.*

Ἀναβολή. Dilatio. Ælianus: *Apollo & Jupiter Pater Phalaridi dilationem mortis in biennium decreverunt, quod Charitonem & Melanippum clementer tractasset.*

Ἀναβράττουσι. Ebulliunt. Ejiciunt.

1 Ἰστέον, ὅτι ἔλεγον οἱ παλ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* p. 296. (198. Ed. Bas.) ut Portus etiam monuit.

2 Ξενοφῶν] Verba Xenophontis in *Hipparchico* pag. 954. hæc sunt: Καὶ οἱ λακτίζοντες δὲ ἀναβεβαμένοι ἵπποι ἀπακτέοι ἐντεῦθεν. i. e. *Illi etiam* [*equi,*] *qui recalcitrant, postquam sessorem receperunt, removendi sunt.*

3 Ἤδη δέ τινές φασιν, ὡς τοσ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Tarræo, vel potius epitomatore ejus Zenobio; eademque repetuntur infra v. Αἴσωπος.

4 Καὶ Πλάτων φησὶν ὁ Κωμ.] Fragmentum hoc Platonis Comici descripsit Suidas ex Schol. Aristoph. ad *Vespas,* pag. 521. (357. Edit. Bas.) ut Portus etiam monuit.

5 Καὶ νῦν ὅμοσόν μοι μὴ τεθ.] Duo hi senarii Platonis corrupti sunt, nec illis metri ratio constat, qui sic fortasse in integrum restituendi sunt:

*Καὶ νῦν ὅμοσόν μοι σῶμα μὴ τεθνηκέναι,*
*Ψυχὴν δ' ἐπανήκειν ὥσπερ Αἰσώπου ποτέ.*

6 Ἀναβλυστονῆσαι. τὸ ἀν.] Vide Eustath. ad Hom. Il. P. 1095. 8. ubi vox hæc per o parvum scribitur, ἀναβλυστονεῖν.

7 Παρόντες] Vox hæc procul dubio corrupta est, cujus loco Pearsonius legendum suspicatur παίζοντες.

8 Καινὰς ἀναβολὰς θέλω λαβεῖν] Portus recte observavit, hæc esse deprompta ex loco illo Aristoph. in *Avibus* pag. 420.

*Ὑπό σου πτερωθεὶς βούλομαι μετάρσιος*
*Ἀναπτάμενος ἐκ τῶν νεφελῶν ΚΑΙΝΑΣ λαβεῖν*
*Ἀεροδονήτους καὶ νιφοβόλους ΑΝΑΒΟΛΑΣ.*

9 Ὅμηρος] Odyss. A. v. 155.

10 Ἀριστοφάνης· Ξυνελέγοντ' ἀναβ.] In *Pace,* pag. 685. (466. Ed. Bas.)

11 Ὁ ἐπὶ τῶν ἵππων ἀνάγων] Præstat legere ἐπὶ τὸν ἵππον, ut in codice quodam MS. exaratum se reperisse Pearsonius monet.

12 Ἀναβολεύς, καὶ ἡ παρὰ Ῥωμ. λεγ. σκάλα] Intelligit Suidas instrumentum illud ferreum, *stapes* vulgo vocatum, cujus ope in equum adscendimus. Eustath. ad Odyss. A. pag. 1406. Ἀναβολεὺς οὐ μόνον τὸ σιδήρεον, ᾧ τοὺς πόδας ἐντιθέντες ἔφιπποι γίνονταί τινες, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος, ὃς εἰς τοιοῦτον ἔργον χειραγωγεῖ. Plura de hac voce vide apud Lipsium *de Milit. Rom.* lib. III. Dial. VII. Salmasium ad Spart. Caracall. pag. 719. & Ducangium in Glossario Græco v. Σκάλα.

13 Ὁ δὲ Μαστίας γηρ.] Lipsius *de Milit. Rom.* loco laudato, & Reines. *Var. Lect.* lib. III. pag. 365. recte monuerunt, legendum hic esse ὁ δὲ Μασανάσσης. De Masanissa enim Rege Numidarum scriptores testantur, cum grandem etiam natu tam robusto & agili fuisse corpore, ut equum sine stratore conscendere posset.

14 Λοξίας καὶ Ζεὺς πατὴρ ἀναβ. θαν. ἐψηφ.] Hæc verba αὐτολεξεὶ leguntur apud Euseb. *de Præpar. Evang.* lib. V. cap. XXXV. eademque repetuntur infra v. Φάλαρις. Vide etiam Athen. lib. XIII. pag. 602. & præcipue Ælian. V. H. lib. II. cap. IV. ubi historia de Charitone & Melanippo, quæ hic breviter attingitur, prolixe narratur.

Ἀνά-

Ἀνάβραστα. ἑψημένα. ζεστά. [1] Ἀριστοφάνης Βατράχοις·

Καὶ κρέα γε πρὸς τούτοισιν, ἀνάβραστ' εἴκοσιν.

Ἀναβρυχώμεναι. Ἀλλ' ἦσαν παραπλήσιαι καθήμεναί τε, καὶ ἀναβρυχώμεναι τὸ πάθος, τοῖς ἐπὶ θέα κυνηγεσίων καταχεκλεισμένοις θηρίοις· ὧν ὁ μὲν θυμὸς φλογώδης καὶ τραχὺς, ὑφ' ὧν πάσχουσιν· ἡ δὲ ἐνέργεια τῆς κατέχουσης βίας ἀσθενεστέρα.

Ἀναγαγών. ἀντὶ τοῦ, ἀπαγαγών. Ξενοφῶν.

Ἀναγαλλίς. [2] ἡ Κερκυραία Γραμματικὴ, ἥ τις τὴν τῆς σφαίρας εὕρεσιν Ναυσικάᾳ τῇ Ἀλκινόου θυγατρὶ ἀνατίθησιν.

Ἀναγαλλίς. [3] εἶδος βοτάνης. ἔστι δὲ διττή· ἑκατέρα ῥυπτικῆς ἐστι δυνάμεως, ἔχουσά τε καὶ ὑπόθερμον, καὶ ἑλκτικὸν ὥστε σκόλοπας ἐπισπᾶσθαι, καὶ ἐκ ῥινῶν καθαίρειν τὸν χυλὸν αὐτῆς.

Ἀναγάστης. ὄνομα κύριον. Ζήτει ἐν τῷ Ὑποστάς.

Ἀνώγαιον. τὸ οἴκημα. Ἀνώγαιον, καὶ κατώγαιον, διὰ διφθόγγου, καὶ ο μικροῦ. καὶ ζήτει ἐν τῷ Ἀνώγεων σαφέστερον.

Ἀναγγελήσεται. διηγηθήσεται.

Ἀνάγγελον. μηδὲ ἄγγελον καταλειφθῆναι.

Ἔνθα [4] μάχην ἔτλημεν ἀνάγγελον, ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
Πίπτοντες.

Ἀνάγεσθαι. τὸ ἐκ [5] Βυζαντίου ἀπαίρειν. [6] Προκόπιος· Οὐ γὰρ θέμις τινὰ ἐκ Βυζαντίου ἀνάγεσθαι παρὰ τῶν ἀνδρῶν. καὶ [7] Ἀνάγειν, τὸ μηνύειν τὸν πεπρακότα, καὶ ἐπ' ἐκεῖνον ἰέναι. οὕτω Λυσίας καὶ Δείναρχος.

Ἀναγεῖς. [8] διὰ μὲν τοῦ α, τοὺς ἀνάγνους. διὰ δὲ τοῦ ε, τοὺς ἐνόχους ἄγει καὶ μιάσματι. οὕτως Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος.

Ἀναγιγνωσκομένου. [9] ἀντὶ τοῦ ἀναπειθομένου. οὕτως Ἀντιφῶν, καὶ Ἰσαῖος, καὶ [10] Ἡρόδοτος.

Ἀναγκαία τράπεζα. ἡ εὐτελὴς, καὶ πενιχρά. καὶ Σοφοκλῆς [11] φησιν·

Ὦ δέσποτ' Αἴας, τῆς ἀναγκαίας τύχης.
Οὐκ ἔστιν οὐδὲν μεῖζον ἀνθρώποις κακόν.

Διπλῶς φασι τὸ ἀναγκαῖον. ποτὲ μὲν, ἐπὶ τῶν κατὰ φύσιν ἀκολουθίαν τινὰ ἐχόντων· ὡς εἰ εἴπωμεν, ἀναγ-

Ἀνάβραστα. Costa. Elixa. Aristoph. in *Ranis:*

*Et carnis frusta præterea elixa viginti*

Ἀναβρυχώμεναι. [Rugientes. Frementes.] *At sedentes, & propter acceptam cladem frementes, similes erant feris, quæ ad venationis spectaculum sunt conclusæ: quarum ira quidem est ignea & vehemens propter mala, quæ patiuntur, sed vires a necessitate vincuntur.*

Ἀναγαγών. Xenophon dixit pro ἀπαγαγών, i. e. qui abduxit.

Ἀναγαλλίς. Corcyræa Grammatica, quæ sphæræ inventionem Nausicaæ Alcinoi filiæ attribuit.

Ἀναγαλλίς. Genus herbæ. Est autem duplex. Utraque vim abstergendi habet, & calore quodam, attrahendique vi prædita est; ita ut festucas extrahat, & succus ejus nares purget.

Ἀναγάστης. Nomen proprium. Quære in voce Ὑποστάς.

Ἀνώγαιον. Conclave in superiore domus parte. Ἀνώγαιον & κατώγαιον scribitur per diphthongum & o parvum. Clarius hæc exponuntur in v. Ἀνώγεων.

Ἀναγγελήσεται. Narrabitur.

Ἀνάγγελον. Ne nuncio quidem relicto. *Ubi pugnam pugnavimus, alius super alium cadentes, ne nuncio quidem cladis relicto.*

Ἀνάγεσθαι. Portu solvere. In altum provehi. Procopius: *Neque enim fas est quenquam Byzantio discedere* &c. Et Ἀνάγειν, indicare venditorem, & ad eum ire. Sic Lysias & Dinarchus.

Ἀναγεῖς. Per α scriptum significat impuros. Per ε vero, piaculo obstrictos. Sic Æschines contra Ctesiphontem.

Ἀναγιγνωσκομένου. Cui aliquid persuadetur; vel, qui ab altero ad aliquid faciendum inducitur. Sic Antipho, Isæus, & Herodotus.

Ἀναγκαία τράπεζα. Necessaria mensa. Id est, vilis, & pauper. Et Sophocles dicit:

*O, Domine Ajax,* [*miserum te ob*] *adversam fortunam, cum qua conflictaris! Non est ullum majus hominibus malum.* Τὸ ἀναγκαῖον duplicem habet sensum. Interdum enim dicitur de iis, quæ secundum naturæ or-

1 Ἀριστοφάνης Βατράχοις] Pag. 153. Ed. Bas. ut Portus observavit.

2 Ἀναγαλλίς. ἡ Κερκυρ. Γραμματ. ἥτις τὴν τ. σφ.] Hæc descripta sunt ex Athen. lib. I. pag. 14. ubi Grammatica hæc vocatur Ἀγαλλὶς, ut Pearsonius etiam observavit. Vide etiam infra v. Ὄρχησις, ubi eadem repetuntur.

3 Ἀναγαλλίς. εἶδος βοτάνης. ἔστι δὲ δ.] Hic articulus depromptus est est ex Pauli Æginetæ lib. VII. pag. 231. ut Pearsonius observavit. Idem autem deest in MSS. Paris.

4 Ἔνθα μάχην ἔτλημεν ἀνάγγελον] Hæc deprompta sunt ex Anthol. lib. III. pag. 297. (204. Ed. Henr. Steph.) ut Portus etiam observavit.

5 Ἐκ Βυζαντίου] Hæ duæ voces errore librarii ex sequentibus huc translatæ sunt, quæ proinde, tanquam supervacaneæ, delendæ sunt.

6 Προκόπιος. Οὐ γὰρ θέμις τ.] Locum hunc Suidas mutilum repræsentavit, qui apud Procopium in *Histor. Arc.* cap. XXV. pag. 72. sic legitur: Οὐ γὰρ θέμις τινὰ Βυζαντίου ἀνάγεσθαι οὐκ ἀφειμένον πρὸς τῶν ἀνδρῶν, οἳ τῇ τοῦ Μαγίστρου καλουμένου ἀρχῇ ὑπουργοῦσιν. i. e. interprete Alemanno: *Neque enim Byzantio moliri naves fas est, cui per Magistri Officiorum administros non liceat.*

7 Ἀνάγειν, τὸ μην.] Ex Harpocratione, ubi consule Maussacum. Vide etiam Hesych. v. Ἀναγωγή. Harpocrat. v. Αὐτομαχεῖν, & ibi Maussacum; item Suidam infra v. Ἐναγωγὴ δίκη.

8 Ἀναγεῖς. διὰ μὲν τοῦ α, τοὺς ἀνάγν.] Ex Harpocratione.

9 Ἀναγιγνωσκομένου. ἀντὶ τοῦ ἀν.] Ex Harpocratione.

10 Ἡρόδοτος] Herodotus multis in locis verbo ἀναγιγνώσκειν pro ἀναπείθειν usus est, ut Lector discere poterit ex Porti Lexico Ionico. Thomas Magister: Εὕρηται δὲ παρ' Ἡροδότῳ ἀναγιγνώσκειν τὸ ἀναπείθειν. Ὡς ἐν τῇ πρώτῃ· Οἵ μιν ἀνέγνωσαν μεταδοῦναι τοῦ Κύρου. Vide etiam Suidam infra v. Ἀναγνωσθεὶς, & Ἀνέγνωσαν: item Eustath. ad Hom. p. 957.

11 Σοφοκλῆς φησιν] In *Ajace Flag.* v. 486.

κακίας

καίως [1] τὸ πῦρ ξανθὸν, καὶ τὸ γάλα λευκόν. ποτὲ δὲ, ἐπὶ τοῦ ἐξ ἀνάγκης γινομένου· ὡς καὶ νῦν ἀναγκαίας τύχης, τῆς βίας φησί. τουτέστι, τῆς δυστυχίας. Καὶ Ἰάμβλιχος· Τὴν δὲ ἅλυσιν, οὐ γάρ ἐστιν ἡμῖν ἀναγκαία, προσέπεμψά σοι.

Ἀνάγκη [2] οὐδὲ θεοὶ μάχονται.

Ἀναγκαῖον. [3] οὕτω καλεῖται [4] τὸ αἰδοῖον· ἐπεὶ τῆς ἀνάγκης ἐστὶ [5] σύμβολον. Οἱ δὲ πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο ἐκ τοῦ ἀναγκαίου. ἀντὶ τοῦ, δι' ἀνάγκης. Ἰσαῖος [6] δὲ ἀναγκαῖον τὸ δεσμωτήριον καλεῖ. Καλλισθένης δὲ ἀνώγεων εἶπε. καὶ οὕτω δεῖ μᾶλλον λέγεσθαι. [7] Ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὅπερ ἀληθὲς ὂν, οὐκ ἔστιν ἐπιδεκτικὸν τοῦ ψεῦδος εἶναι. ἢ ἐπιδεκτικὸν μέν ἐστι, τὰ δὲ ἐκτὸς αὐτῷ ἐναντιοῦται πρὸς τὸ ψεῦδος εἶναι· οἷον, ἡ ἀρετὴ ὠφελεῖ. Οὐκ ἀναγκαῖον δέ ἐστιν, ὃ καὶ ἀληθές ἐστι, καὶ ψεῦδος οἷόν τε αὐτὸ εἶναι, τῶν ἐκτὸς μηδὲν ἐναντιουμένων· οἷον, περιπατεῖ Δίων. [8] Ὅτι Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης φησὶ, μηδὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γίνεσθαι, μὴ δὲ εἰς τὸ μηδὲν ὂν φθείρεσθαι. καὶ τὰς ἀτόμους δὲ ἀπείρους εἶναι κατὰ μέγεθος καὶ πλῆθος· φέρεσθαι δὲ ἐν τῷ ὅλῳ δινουμένας, καὶ οὕτω πάντα τὰ συγκρίματα γεννᾷν, πῦρ, ὕδωρ, ἀέρα, γῆν. εἶναι γὰρ καὶ ταῦτα ἐξ ἀτόμων τινὰ συστήματα, ἅπερ εἶναι ἀπαθῆ καὶ ἀναλλοίωτα διὰ στερρότητα. πάντα δὲ κατ' ἀνάγκην γίνεσθαι, τῆς δίνης αἰτίας οὔσης τῆς γενέσεως πάντων, ἣν ἀνάγκην λέγει. Διαιρεῖ δὲ τὰ ὄντα, εἰς τὸ εἶναι, ἢ ἐξ ἀνάγκης εἶναι· ὡς, τὸν ἄνθρωπον ζῶον εἶναι. ὃ γὰρ παντί τε καὶ ἀεὶ ὑπάρχει, τοῦτο ἐξ ἀνάγκης ἐστίν. ὁμοίως ἀναγκαῖον καὶ τὸ, τὸν θεὸν ἄφθαρτον εἶναι. τὰ δὲ ἐνδεχομένως. καὶ τούτων τῶν ἐνδεχομένων, τὰ μὲν, ὡς ἐπιτοπλεῖστον, ὡς τὸ, τὸν ἄνθρωπον πενταδάκτυλον εἶναι, καὶ γηράσκοντα πολιοῦσθαι· τὰ δὲ, ἐπ' ἔλαττον, ὡς τὰ τούτοις ἀντικείμενα, τὸ, τὸν ἄνθρωπον τετραδάκτυλον, ἢ ἑξαδάκτυλον εἶναι. ἔστι γὰρ ἐν τούτοις οὕτω καὶ ταῦτα. ἢ τὸ μὴ πολιοῦσθαι γηρῶντα τὸν ἄνθρωπον, ἢ μὴ ἀποδημεῖν, ἢ λούεσθαι, ἢ μή.

Ἀνάγκη. ἐν Ἐπιγράμματι·

---- Ἴδ' ὡς ἐδίδαξεν ἀνάγκα
Πάνσοφος ἐξευρεῖν ἔκλυσιν αἴδεω.

Καὶ παροιμία· Ἀνάγκη οὐδὲ θεοὶ μάχονται. παρεγγυᾷ, ὅτι δεῖ τοῖς παροῦσιν ἀρκεῖσθαι. ὅμοιον τῷ· Ἂν μὴ παρῇ κρέα, ταρίχῳ στερκτέον.

dinem necessario fiunt: ut si dicamus, ignem necessario esse rutilum, & lac candidum. Interdum vero dicitur de eo, quod ex necessitate fit. Ut hoc loco ἀναγκαία τύχη dicitur infortunium, quod pati cogimur. Et Iamblichus: *Catenam vero, (non enim nobis est necessaria) misi tibi.*

Ἀνάγκη οὐδὲ θ. Necessitati ne Dii quidem repugnant.

Ἀναγκαῖον. Sic appellatur membrum virile, quia necessitatis est symbolum. † *Illi vero necessitate cogente ad vim propulsandam se parabant.* Isæus autem Ἀναγκαῖον vocat carcerem. Callisthenes vero Ἀνώγεων rectius sic appellavit. † Necessarium est, quod ita verum est, ut nulla ratione possit esse falsum: aut potest quidem, sed quæ extrinsecus sunt ei repugnant, quo minus falsum sit; ut *Virtus prodest.* Non necessarium autem est, quod & verum est, & falsum tamen esse potest, si exteriora non repugnent; ut, *Dio ambulat.* † Democritus Abderita ait, nihil ex eo, quod non sit, fieri, neque in nihilum per corruptionem redigi. Atomos & magnitudine & numero esse infinitas, easque in hoc Universo rotari & ferri, atque ita omnia concreta corpora gignere, ignem, aerem, aquam, & terram. Nam & hæc ait esse corpora ex atomis composita; propter soliditatem tamen omnis passionis & mutationis expertia. Omnia autem secundum necessitatem fieri, vertiginemque, quam ipse necessitatem vocat, esse causam generationis omnium rerum. Dividit autem res in ea, quæ existunt, & ea, quæ necessario existunt: ut, hominem esse animal. Quod enim omni homini, & semper, adest, hoc necessario est. Similiter etiam necessarium est, Deum omnis corruptionis esse expertem. Alia vero contingenter [fieri dicit.] Atque horum contingentium alia quidem plerumque contingere, ut, hominem quinque digitis præditum esse, & senescentem canescere: alia vero, rarius, ut horum contraria; hominem nimirum quatuor, aut sex digitos habere (nam & hæc aliquando contingere solent) aut, hominem senescentem non canescere; aut non peregre proficisci; aut lavari, aut non lavari.

Ἀνάγκη. Necessitas. In Epigrammate:

---- *Vide quomodo docuerit necessitas*
*Sapientissima invenire effugium Orci.*

Et proverbium: *Necessitati ne Dii quidem repugnant*; quo monemur, oportere nos in præsentibus acquiescere. Proverbium hoc simile est illi: *Si carnes non adfuerint, in salsamentis acquiescendum est.*

1 Τὸ πῦρ ξανθὸν] Apud Scholiastam Sophoclis loco laudato legitur, τὸ πῦρ θερμόν.

2 Ἀνάγκη οὐδὲ θεοὶ μάχ.] Si credendum est Laertio lib. I. segm. LXXVII. sententiæ hujus auctor fuit Pittacus.

3 Οὕτω καλεῖται τὸ αἰδοῖον· ἐπεὶ τῆς ἀνάγκ. ἐστὶ σύμβολον] Hæc descripta sunt ex Artemidori *Oneirocr.* lib. I. cap. XLVII. pag. 41. ut Pearsonius etiam observavit.

4 Τὸ αἰδοῖον· ἐπεὶ τῆς ἀνάγκης] Euseb. *Histor. Eccles.* lib. VIII. cap. XII. Καὶ τὰ μάλιστα ἀναγκαιότατα τοῦ σώματος κατατεμνόμενοι· quod Ruffinus recte vertit: *Usque ad loca pudenda, quibus naturalis egestio procurari solet.*

5 Σύμβολον] In prioribus Edit. mendose legitur συμβάλλον, cujus loco σύμβολον ex Artemidoro reposui.

6 Ἰσαῖος δὲ ἀναγκαῖον τὸ δεσμ. καλεῖ. Καλλ. δὲ ἀνώγ. εἶπε. καὶ οὕτω δεῖ μ. λέγ.] Ex Harpocratione; ad quem vide Maussacum & Valesium; item Suidam infra v. Ἀνώγαιον.

7 Ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὅπερ ἀληθ. ὂν] Hæc, & quæ sequuntur usque ad verba illa περιπατεῖ Δίων, deprompta sunt ex Laert. lib. VII. Segm. LXXV. ut a Pearsonio quoque observatum fuit.

8 Ὅτι Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρ. φησὶ, μηδ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad verba illa, ἣν ἀνάγκην λέγει, leguntur apud Laertium in *Democrito* Segm. XLIV. unde ea Suidas excerpsit.

Ἀναγκαῖον τοῦ ἐκ περιουσίας διαφέρει. καὶ ζήτει ἐν τῷ Ἐκ περιουσίας.

Ἀνάγκης ἄτρακτον. τὸν ἄξονα λέγει.

Ἄναγνος. μιαρός. Ἆρ' [1] οὐχὶ πᾶς ἄναγνος; εἴ με χρὴ φυγεῖν.

Ἀναγνωσθείς. [2] ἀναπεισθείς. Ὁ [3] δὲ ἀναγνωσθεὶς ὑπὸ τῆς γυναικὸς ἔργον οὐχ ὅσιον ἐμηχανᾶτο ἐπὶ τῇ θυγατρί. Ἦν γὰρ δὴ Θεμίσων ἀνὴρ [4] Θηραῖος.

Ἀνάγνωσις. ἀναγνώρισις, ἢ ἀνάπεισις. Ἡρόδοτος. καὶ Ἀναγιγνώσκειν παρὰ Ῥήτορσιν ἐπὶ τοῦ ἀναπείθειν. ἔστι γὰρ ἀναγιγνώσκειν, τὸ γνῶναι διαλεχθέντα.

Ἀναγωγή. ὁ τῶν νηῶν ἔκπλους. [5] Καὶ γίνεται ἀναγωγὴ τῶν νηῶν, οὐ κατὰ τὸ πλῆθος οὕτω τῆς ἐπιβαινούσης αὐτοῖς στρατιᾶς, ἢ κατὰ τὴν τῶν ὅπλων λαμπρότητα, ἢ τὴν ἄλλην ὑπὲρ τὸ ἀναγκαῖον ἐς κάλλος παρασκευήν. Καὶ αὖθις· [6] Οἱ δὲ κατασκεψάμενοι τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον, ἐπὶ Κύπρου, κἀκεῖθεν ἐπὶ Συρίας τὴν ἀναγωγὴν ἐποιήσαντο.

Ἀναγωγία. Ὁ δὲ δι' ἀναγωγίαν ταῦτα ἔπαχε. τουτέστιν, ἀπαιδευσίαν. Ἔχων στρατὸν ὑπὸ μέθης καὶ ἀναγωγίας ἠμελημένον καὶ διεφθαρμένον.

Ἀνάγωγος. ὁ μὴ τυχὼν τῆς δεούσης ἀγωγῆς.

Ἀναγωγότερον. ἁμαρτηλότερον. ἀτακτότερον.

Ἀναγώγῳ. φιληδόνῳ. ἐκλελυμένῳ.

Ἀναγώνιστος. ὁ μὴ ἀγωνισάμενος. [7] Ξενοφῶν.

Ἀνάγραπτον. τὸ ἀναγεγραμμένον, ἢ τὸ φανερῶς γεγραμμένον, ἢ τὸ πᾶσιν ἐγνωσμένον. Σφᾶς τε ὑπακούειν κελεύων Ἀβάροις, καὶ ἐς φόρου ἀπαγωγὴν ἔσεσθαι ἀναγράπτους.

Ἀναγυράσιος. [8] δῆμός ἐστιν Ἀναγυροῦς τῆς Ἐρεχθηΐδος φυλῆς, ἧς ὁ δημότης, Ἀναγυράσιος. καὶ Ἀναγυράσιος δαίμων. καὶ τέμενος Ἀναγύρου ἐν τῷ δήμῳ τῶν Ἀναγυρασίων. Ἀναγυράσιος δαίμων, ἐπεὶ τὸν παροικοῦντα πρεσβύτην, καὶ ἐκτέμνοντα τὸ ἄλσος, ἐτιμωρήσατο Ἀνάγυρος ἥρως. Ἀναγυράσιοι δὲ, δῆμος τῆς Ἀττικῆς. τούτου δέ τις ἐξέκοψε τὸ ἄλσος. ὁ δὲ τῷ υἱῷ αὐτοῦ ἐπέμηνε τὴν παλλακήν· ἥτις μὴ δυναμένη συμπεῖσαι τὸν παῖδα, διέβαλεν ὡς ἀσελγῆ τῷ πατρί. ὁ δὲ ἐπήρωσεν αὐτὸν, καὶ ἐγκατῳκοδόμησεν. [9] ἐπὶ τούτοις καὶ ὁ πατὴρ ἑαυτὸν ἀνήρτησεν· ἡ δὲ παλλακὴ εἰς φρέαρ ἑαυτὴν ἔρριψεν.

Ἀναγκαῖον. Differt ab eo, quod dicitur ἐκ περιουσίας. Quære in Ἐκ περιουσίας.

Ἀνάγκης ἄτρακτον. Necessitatis fusum. Sic vocat tabulam ligneam, [cui leges Solonis inscriptæ erant.]

Ἄναγνος. Impurus. *An non totus impurus sum? Si quidem me oportet fugere.*

Ἀναγνωσθείς. Persuasus. *Ille vero ab uxore inductus, facinus impium in filiam est molitus. Erat enim Themison vir Theræus.*

Ἀνάγνωσις. Agnitio, vel persuasio. Herodotus. Et Ἀναγιγνώσκειν apud Oratores accipitur pro persuadere. Est enim ἀναγιγνώσκειν, colloquendo cognoscere aliquid.

Ἀναγωγή. Navium ex portu egressus. *Et naves ex portu egrediuntur, non pro multitudine copiarum, quæ iis vehebantur, aut pro armorum splendore, aut pro cætero apparatu, qui ornatui potius, quam necessario usui inserviebat.* Et rursus: *Illi vero ea, quæ in Ægypto sunt, contemplati, in Cyprum, & inde in Syriam redituri e portu solverunt.*

Ἀναγωγία. [Mala educatio, vel soluta disciplina.] *Ille vero in has calamitates incidit, quod non esset bene educatus & institutus.* † *Habens exercitum temulentia & soluta disciplina corruptum.*

Ἀνάγωγος. Qui debitam disciplinam non est nactus.

Ἀναγωγότερον. Majore cum peccandi licentia. Dissolutius.

Ἀναγώγῳ. Voluptatibus dedito. Dissoluto.

Ἀναγώνιστος. Qui non certavit. Xenophon.

Ἀνάγραπτον. Scriptis mandatum. Manifeste scriptum, vel omnibus notum. *Jubens eos Abaris parere, & in numerum tributariorum referri.*

Ἀναγυράσιος. Anagyrasius. Anagyrus est populus Tribus Erechtheidis, cujus popularis vocatur Ἀναγυράσιος. Et Anagyrasius Dæmon. Et Anagyri lucus, in populo Anagyrasiorum. Anagyrasius Dæmon, [inde dictus,] quia Anagyrus heros vicinum senem, lucum ipsius exscindentem, ultus est. Hujus enim lucum cum aliquis exscinderet, effecit, ut pellex filium ejus deperiret. Ea igitur cum puerum frustra sollicitaret, illum ut impudicum apud patrem criminata est; qui eum oculis privatum parietibus struxit. Postea vero pater se suspendit, & pellex in puteum se præcipitem dedit. Historiam hanc refert Hieronymus in libro *de*

1 Ἆρ' οὐχὶ πᾶς ἄναγνος; εἴ με χρὴ φυγ.] Senarius hic legitur apud Sophoclem in *Oedip. Tyran.* pag. 185. *P.*

2 Ἀναπεισθείς] Vide infra v. Ἀνέγνωσε, & supra v. Ἀναγνωσθείς.

3 Ὁ δὲ ἀναγνωσθεὶς ὑπὸ τῆς γυν.] Hoc fragmentum legitur apud Herodotum in *Melpomene*, pag. 171. ut Portus observavit.

4 Θηραῖος] Priores Edit. mendose habent Θηβαῖος, cujus loco Θηραῖος ex Herodoto reposui.

5 Καὶ γίνεται ἀναγωγὴ τῶν νηῶν, οὐ κατὰ τὸ πλ.] Fragmentum hoc Polybio tribuunt Fulvius Ursinus & Casaubonus.

6 Οἱ δὲ κατασκεψάμενοι τὰ κ.] Et hæc Fulvius & Casaubonus ad Polybium trahunt; sed perperam. Sunt enim Diodori in *Excerpt. Legat.* cap. XXXII. ut Pearsonius recte observavit.

7 Ξενοφῶν] Respexit Suidas ad locum illum Xenophontis in *Instit. Cyri*, pag. 24. Καὶ εἴ τις ἀθλητὴς πολλάκις νικήσας καὶ ἀξιόνικος γενόμενος, ἀναγώνιστος διατελοίη. Sed hic τὸ ἀναγώνιστος non tam significat ὁ μὴ ἀγωνισάμενος, ut Suidas interpretatur, quam ὁ μὴ ἀγωνιζόμενος, i. e. qui non certat, etiamsi ante certaverit.

8 Ἀναγυράσιος. δῆμός ἐστιν Ἀναγ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad Ἀναγυράσιος, descripta sunt ex Harpocratione.

9 Ἐγκατῳκοδόμησεν] Quod Græci ἐγκατοικοδομεῖν, id Latini *parietibus struere*, vocant. Vetus interpres Juvenalis ad versum illum de Vestali viva defossa:

*Sanguine adhuc vivo terram subitura sacerdos.*

*Hæc virginibus Vestæ pœna fuit decreta, si vitiatæ fuissent, vivæ parietibus struebantur.* Capitolinus in *Op. Macrino* cap. XII. *Vivos etiam homines parietibus inclusit & struxit.* Vide ibi Salmasium. Pro ἐγκατοικοδομεῖν Græci etiam πλινθεύειν dicebant, ut Suidas docet infra v. Ἐμπλινθεύεσθαι.

ἱστορεῖ δὲ Ἱεράνυμος ἐν τῷ περὶ Τραγῳδοποιῶν, ἀπεικάζων τούτοις τὸν Εὐριπίδου Φοίνικα.

Ἀνάγυρος. δῆμος τῆς Ἀττικῆς. καὶ ἄνθος, ὃ τριβόμενον ὄζει. καὶ [1] παροιμία ἐντεῦθεν· Κινεῖς τὸν ἀνάγυρον. ἐπὶ τῶν ἐπισπωμένων ἑαυτοῖς τὰ κακά. ἔστι δὲ τὸ Φυτὸν ὁ Ἀνάγυρος ἀλεξίκακον, καὶ [2] δυσῶδες, καὶ δριμὺ· θερμῆς τε καὶ διαφορητικῆς δυνάμεως. τὸ δὲ σπέρμα λεπτομερέστερόν τέ ἐστι, καὶ ἐμετικόν. οἱ δὲ Ὀνόγυρον αὐτό φασιν.

Ἀναγκιππεῖν. ἀντὶ τοῦ μετ' ἀνάγκης ἱππεύειν. Εὔπολις.

Ἀναδάσασθαι. ἀναμερίσασθαι.

Ἀναδενδράδα. σταφυλῆς γένος. οἱ δὲ τὴν [3] ἀμάμαξυν οὕτω καλεῖσθαί [φασιν.] εὕρηται δὲ καὶ παρὰ Ἐπιχάρμῳ καὶ Σαπφοῖ τὸ ὄνομα.

Ἀναδέξασθαι. ἀναλαβεῖν. ἐκδέξασθαι. Ὁ δὲ κατεσκήνωσεν εἰς τὸ τέμενος, βουλόμενος ἀναδέξασθαι τὰ μέλλοντα διακομίζειν αὐτὸν πορθμεῖα. Καὶ Πολύβιος· [4] Τούς τε κατὰ πλοῦν ἀφυστεροῦντας ἐκ τῆς Μεσσήνης ἀναδεχόμενος. Καὶ αὖθις· Πρὶν ἀναδέξασθαι τοὺς ἐσκεδασμένους ἐν ταῖς προνομαῖς.

Ἀναδέξασθαι. ὑπενεγκεῖν. ὑπομεῖναι. Πολύβιος· Πάνυ γὰρ βουληθῆναι τὸν Φίλιππον ἀναδέξασθαι, ἢ καταφανῆ γενέσθαι Ῥοδίοις τὴν ἐν τούτοις αὐτοῦ προαίρεσιν, ἣ καὶ τὸν Ἡρακλείδην ἀπέλυσε τῆς ὑποψίας. καὶ Ἀναδέχομαι, ἀντὶ τοῦ ἀναλαμβάνω. καὶ Ἀναδέχεσθαι τὴν παρουσίαν τῶν πολεμίων, ἀντὶ τοῦ προσδοκᾶν.

Ἀναδέρω. [5] ὑπερτίθεμαι. ἀναβάλλομαι.

Ἀναδέσμη. ὅμοιόν τι διαδήματι· ἢ μίτρα κεφαλῆς.

Ἀναδεύειν. φυρᾶν. καὶ Ἀναδεύσει, [6] φυράσει, [7] μαλάξει. Αἰλιανός· [8] Εἴπερ οὖν τὰ Ἐπικούρου βιβλία καταφλέξας, καὶ τῶν ἀθέων τε, καὶ ἀσεβῶν, καὶ ἐκτεθηλυμένων στιγμάτων τὴν σποδὸν ἀναδεύσει κηρῷ ὑγρῷ, καὶ ἐπιπλασάμενος τὴν νηδὺν καὶ τὸν θώρακα, πάντα καταδήσει ταινίαις.

Ἀναδεῖ. ἀναπλέκει. στέφει. καὶ Ἀναδεῖσθαι, στεφανοῦσθαι. καὶ Ἀναδήσασθαι, στεφανώσασθαι. καὶ Ἀναδῆσαι, τὸ ταινιῶσαι νικῶντα. καὶ Ἀναδήσοντες, στέψοντες. Ἀναδήσειν στεφάνῳ χρυσοῦ πεποιημένῳ. καὶ οἱ Σαμοθρᾶκες κηρύττουσι κήρυγμα, τὸν ζῶντα αὐτὸν ἀγαγόντα δύο τάλαντα ἔχειν.

Ἀναδιδάξαι. ἀντὶ τοῦ πάνυ διδάξαι. ἐπιτατικὸν γάρ ἐστι νῦν ἡ ἀνά.

*Tragœdiarum scriptoribus*, Euripidis *Phœnicem* his comparans.

Ἀνάγυρος. Anagyrus. Populus Atticæ. Est & flos, qui tritus olet. Et proverbium: *Anagyrum moves*; quod dicitur de illis, qui sibi ipsi mala accersunt. Anagyrus autem planta morbis medetur, estque fœtida, & acris, & calefaciendi discutiendique vim habet. Semen ejus tenuioribus partibus constat, & vomitus ciendi vim habet. Alii Ὀνόγυρον [plantam] hanc vocant.

Ἀναγκιππεῖν. Ex necessitate equitare. Eupolis.

Ἀναδάσασθαι. Dividere. Distribuere.

Ἀναδενδράδα. Genus uvæ. Quidam sic vocant illud vitis genus, quod Græci ἀμάμαξυς appellant. Vox hæc reperitur apud Epicharmum & Sapphonem.

Ἀναδέξασθαι. Suscipere. Assumere. Excipere. *Ille vero tentorium in luco posuit, expectare volens pontones, qui ipsum erant trajecturi.* Et Polybius: *Et expectans eos, qui ipsum Messana navi proficiscentem assequi non potuerant.* Et iterum: *Priusquam contraheret eos, qui pabulandi gratia dispersi erant.*

Ἀναδέξασθαι. Sustinere. Patienter expectare. Polybius: *Philippum enim omnino patienter potius expectare voluisse, quam in his rebus consilium suum Rhodiis manifestum fieri; quod etiam Heraclidem suspicione liberavit.* Et Ἀναδέχομαι, assumo. Et ἀναδέχεσθαι τὴν παρουσίαν τῶν πολεμίων, hostium adventum expectare.

Ἀναδέρω. Differo. In aliud tempus rejicio.

Ἀναδέσμη. Simile quiddam diademati. Vel fascia capitis.

Ἀναδεύειν. Subigere. Miscere. Et Ἀναδεύσει, miscebit, subiget. Ælianus: *Si igitur Epicuri libros combusserit, & impiarum ac effæminatarum notarum cinerem molli cera miscuerit, & ventrem cum toto pectore illitum linteolis obligaverit.*

Ἀναδεῖ. Redimit. Coronat. Et Ἀναδεῖσθαι, coronari. Et Ἀναδήσασθαι, coronare. Et Ἀναδῆσαι, coronare victorem. Et Ἀναδήσοντες, coronaturi. Et Ἀναδήσειν στεφάνῳ χρυσοῦ πεποιημένῳ, coronaturum esse corona ex auro facta. *Et Samothraces per præconis vocem edixerunt, eum, qui ipsum vivum adduxisset, duo talenta habiturum esse.*

Ἀναδιδάξαι. Aliquem penitus docere. Nam præpositio ἀνά hic vim intendendi habet.

1 Παροιμία ἐντεῦθεν· Κιν.] Vide Zenobium Adag. CLV. & Diogenianum Adag. XXV.

2 Δυσῶδες, & δριμύ. θερμ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Paulo Ægineta lib. VII. cap. III.

3 Ἀμάμαξυν.] In prioribus Edit. corruptissime legitur ἀνάμαξιν, quod Portus, de mendo prorsus securus, verterat *commissionem arborum*, nullo prorsus sensu. Est autem ἀμάμαξυς Græcis idem quod ἀναδενδράς, i. e. vitis arbustiva. Scholiasta Aristoph. ad *Vespas* pag. 451. Εἶδος ἀμπέλου ἡ ΑΜΑΜΑΞΥΣ, ἃς λέγουσιν ἀναδενδράδας. Vide etiam Suidam supra v. Ἀμάμαξυς.

4 Πολύβιος.] Lib. I. cap. LII. ut Jacob. Gronovius observavit.

5 Ἀναδέρω. ὑπερτίθεμαι. ἀναβ.] Quamvis etiam Hesychius τὸ ἀναδέρω per ὑπερτίθεμαι exponat, vocem tamen illam suspectam habeo.

6 Φυράσει, μαλάξει.] Vide infra v. Ὀργάσαι.

7 Μαλάξει.] In uno MS. Paris. legitur μίξει.

8 Εἴπερ οὖν τὰ Ἐπικούρου βιβλ.] Hæc repetuntur infra v. Καταδήσει. Non dubito autem, quin hæc descripta sint ex libro Æliani *de Providentia*, cujus Suidas sæpe mentionem facit, & non pauca inde loca in Lexicum suum transtulit.

Ἀνα-

Ἀναδιδοῦσαν. ἀντὶ τοῦ ἀναδιδομένην.

Ἀνάδικα. τὰ ἤδη κεκριμένα. [1] Ἀνάδικα τὰ δεδικασμένα ποιῶν, αἰσχροκερδείας κατάμεστος.

Ἀναδικάσασθαι. [2] τὸ ἄνωθεν δικάσασθαι. οὕτως Ἰσαῖος. ἐντεῦθεν καὶ τὸ ἀνάδικοι [3] κρίσεις, αἱ ἄνωθεν δικαζόμεναι, ὅταν ἁλῶσιν οἱ μάρτυρες ψευδομαρτυριῶν.

Ἀναδομή. ἀναδασμός.

Ἀναδούμενος. στέφανον τιθέμενος. καὶ Ἀναδουμένην, στεφανουμένην. [4] Προκόπιος· Αἶσχος ἀναδουμένην οὕτω μέγα πρὸς πάντων ἀνθρώπων.

Ἀναδούμενος. [5] Ὁ δὲ τρυφερὸς ἐκεῖνος, καὶ ἁβρὸς, καὶ ὑπὸ μαλακίας τοῦ σώματος κεκλασμένος, καὶ τὰς κόμας ἀναδούμενος, ὥσπερ αἱ τῶν ἑταιρίδων ἀσελγέστεραι, καὶ μυροσταγὲς ἔχων ἀεὶ τὸ μέτωπον καὶ τοὺς βοστρύχους.

Ἀνάδοχον, οὐκ ἀναδοχέα λέγουσι. Μένανδρος Χήρᾳ·

Πρὸς τὴν ἀδελφὴν ἀνάδοχον τῶν χρημάτων.

Ἀναδρομαί. ἀναβάσεις.

Ἀναδρομὴ [6] γίγνεται, κἂν σφαλλοίμεθα.

δεῖ πρόχειρον ἔχειν ἀεὶ τὸν στίχον τοῦτον. τοῦτο μὴ ποιήσας Λεύκιος ὁ Ῥωμαῖος μεγάλως ἐσφάλη. οὕτω παρ' ὀλίγον σφάλλεται τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων ἀγομένων ἀκρισίᾳ. ἱκανὰ τῶν τοιούτων ὑποδείγματα τοῖς εὐφρονοῦσι ἥτε Πύρρου τοῦ τῶν Ἠπειρωτῶν βασιλέως βία καὶ πάροδος εἰς Ἄργος· ἥτε Λυσιμάχου στρατεία διὰ τῆς Θρᾴκης ἐπὶ Δρομιχαίτην τὸν βασιλέα τῶν Ὀδρυσῶν καὶ πολλὰ δὴ τούτοις ἕτερα παραπλήσια.

Ἀναδῦναι. ἀναχωρῆσαι.

Ἀναδυόμενος. φεύγων. ἀναβαλλόμενος. καὶ Ἀναδύομαι, μεταβουλεύομαι.

Ἀνάζαρβος, πόλις Κιλικίας, [7] ἀπὸ Ζάρβα τοῦ κτίσαντος. ὁ πολίτης Ἀναζαρβεύς. Ὅτι Νέρβας βασιλεὺς Ῥωμαίων κατενεχθείσης ὑπὸ σεισμοῦ Διοκαισαρείας, τῆς ἐν Κιλικίᾳ κειμένης, ἔπεμψε συγκλητικὸν, ὀνόματι Ἀνάζαρβον, ὃς ἀνοικοδομήσας αὐτὴν, πάλαι λεγομένην Κύινδαν, εἶτα Διοκαισάρειαν, ἐκ [8] τοῦ ἰδίου ὀνόματος ἐκάλεσεν Ἀνάζαρβον.

Ἀναζωπυρῆσαι. ἀνανεῶσαι. ἀνεγεῖραι. ζῶσαι.

Ἀναζυγαῖς. ἀναστροφαῖς. στρατοπεδείαις. [9] Πολύβιος· Ὁ δὲ Φίλιππος οὐδενὶ κόσμῳ ποιησάμενος τὴν ἀναζυγὴν καὶ τὸν ἀνάπλουν, δευτεραῖος εἰς Κεφαλληνίαν κατῆρεν. [10] Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τῶν γεγονότων

Ἀναδιδοῦσαν. Erumpentem.

Ἀνάδικα. Causæ semel judicatæ, de quibus denuo judicium instituitur. *Quæ judicata erant rescindens, ob turpis lucri amorem.*

Ἀναδικάσασθαι. De re, jam semel judicata, denuo judicio contendere. Sic Isæus. Hinc etiam ἀνάδικοι κρίσεις vocantur judicia, quæ denuo de causa aliqua instituuntur, cum nempe testes falsi testimonii convicti fuerunt.

Ἀναδομή. Divisio. Distributio.

Ἀναδούμενος. Redimitus. Coronatus. Et Ἀναδουμένην. Coronatam. Procopius: *Apud omnes homines tanto dedecori expositam.*

Ἀναδούμενος. [Revinctus. Redimitus]. *Ille vero mollis, & delicatus, & ob corporis mollitiem fractus, & comas revinctas habens, ut lasciviores meretriculæ, & frontem cincinnosque unguentis semper perfundens.*

Ἀνάδοχον, non ἀναδοχέα dicunt. [Fidejussorem. Sponsorem.] Menander in *Vidua:*

*Apud sororem, fidejussorem pecuniæ.*

Ἀναδρομαί. Ascensus. *De re ante deliberetur, nec eventus cœpta frustrabitur. Hunc versum semper in promptu habere oportet; quod quia non fecit Lucius Romanus, in gravissimam calamitatem incidit. Sic maximæ res levi momento ad irritum recidunt, quæ absque judicio & consilio geruntur. Hujus rei documentum viris prudentibus abunde præbent tum Pyrrhi Epirotarum Regis violenta in terram Argivorum irruptio; tum Lysimachi expeditio per Thraciam adversus Dromichætem, Odrysorum Regem, suscepta; tum multa alia his similia.*

Ἀναδῦναι. Recedere. Pedem referre.

Ἀναδυόμενος. Fugiens. Tergiversans. Cunctans. Et Ἀναδύομαι, consilium muto.

Ἀνάζαρβος. Anazarbus, urbs Ciliciæ, ab Anazarbo conditore sic dicta. Civis ejus dicitur Ἀναζαρβεύς. Nerva, Romanorum Imperator, terræ motu collapsa Diocæsarea, quæ sita est in Cilicia, Senatorem nomine Anazarbum misit, qui eam instauratam de suo nomine Anazarbum vocavit, cum olim Cyinda, & deinde Diocæsarea appellaretur.

Ἀναζωπυρῆσαι. Renovare. Excitare. Ad vitam revocare.

Ἀναζυγαῖς. Reversionibus. Castrorum metationibus. Polybius: *Philippus vero, cum nullo ordine retro navigaret, postridie Cephalleniam appulit.* † *Romani vero prorsus ignari eorum,*

1 Ἀνάδικα τὰ δεδικασμ. π.] Hoc fragmentum depromptum est ex Procop. *Histor. Arc.* cap. XIV. pag. 42. ubi minus recte legitur διαδικαζόμενα pro δεδικασμένα, ut hic Suidas habet.

2 Ἀναδικάσασθαι. τὸ ἄνωθ. δικ.] Ex Harpocratione: ad quem vide Interpretes.

3 Κρίσεις] In prioribus Edit. ineptissime legitur κνίσεις: quod mendum, quamvis manifestissimum, Porti tamen oculos effugit, qui nescio quid de iterum judicatis *mensibus* hic somniat.

4 Προκόπιος] *Histor. Arc.* cap. 2. p. 6.

5 Ὁ δὲ τρυφερὸς ἐκεῖνος, καὶ ἁβρὸς, καὶ ὑπὸ μαλ.] Hoc fragmentum legitur etiam supra v. Ἁβρός.

6 Ἀναδρομὴ γίγνεται, κἂν σφαλ.] Hæc, & quæ sequuntur, ex Polybio deprompta esse existimant Casaubonus & F. Ursinus.

7 Ἀπὸ Ζάρβα τοῦ κτίσ.] Vide Stephanum περὶ Πόλεων, qui conditorem Anazarbi Ἀζάρβαν vocat.

8 Ἐκ τοῦ ἰδίου ὀνόματος ἐκάλεσεν Ἀνάζαρβον.] Vide Valesium ad Ammianum Marcellinum pag. 39. qui recte monet, hæc esse futilia & falsa, cum satis constet, urbem istam etiam ante Nervæ tempora *Anazarbum* vocatam fuisse. Nam & Dioscorides Ἀναζαρβεύς appellatur; & Plinius lib. IV. Anarzabenorum meminit.

9 Πολύβιος] Lib. v. cap. cx.

10 Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τῶν γεγονότων ἀδ.] Hoc fragmentum a superiore diversum est, & aliunde a Suida depromptum, quoniam id apud Polybium loco laudato non legitur.

οὐδὲν ὅλως εἰδότες, περὶ ἀναζυγὴν ἐγένοντο.

Ἀνάθεμα.[1] καὶ τὸ ἀνατεθειμένον τῷ Θεῷ, καὶ τὸ εἰς ἀφανισμὸν ἐσόμενον. ἀμφότερα σημαίνει. λέγεται δὲ καὶ Ἀνάθημα τὸ τῷ Θεῷ ἀνατεθειμένον. καὶ Ἀναθεματίζω, αἰτιατικῇ.

Ἀναθέντας. ἀντὶ τοῦ ἐπιθέντας. Ξενοφῶν.

Ἀναθεώρησις. Μεγάλης δὲ οὔσης κατὰ τὴν νομοθεσίαν ἀναθεωρήσεως, μισοπόνηρος φαίνεται ὁ ἀνὴρ, διὰ τὸ πάντων τῶν νομοθετῶν πικρότατα πρόστιμα θεῖναι.

Ἀναθέσθαι.[2] Ἀντιφῶν [3] ἐν τῷ περὶ Ὁμονοίας φησίν· Ἀναθέσθαι ὥσπερ πεττὸν τὸν βίον οὐκ ἔστιν. ἀντὶ τοῦ, ἄνωθεν βιῶναι μετανοήσαντας ἐπὶ τῷ προτέρῳ βίῳ.

Ἀναθέσθαι.[4] τὸ μεταθέσθαι. ἀπὸ τῶν πεττευόντων, καὶ τὰς κεκινημένας ἤδη ψήφους διορθούντων. οὔτε δὲ τὸ ὑπερθέσθαι σημαίνει ἡ λέξις, οὔτε τὸ ἀνακοινώσασθαι, ἀλλὰ τὸ μεταβουλεύσασθαι, καὶ μεταγνῶναι. πολὺ δ' ἐστὶ παρὰ Πλάτωνι τῷ Φιλοσόφῳ. Μένανδρος Ἀφροδισίῳ

---- ἐκφυγοῦσα δ' ἣν εἶχεν νόσον,
Οὐκ ἔσχε τοὺς ῥηθέντας ἀναθέσθαι λόγους.

Ἀνάθεσις. ἡ ὑπέρθεσις. τὰ χρήματα δώσειν ὑπέσχοντο τριῶν ἡμερῶν αἰτήσαντες ἀνάθεσιν.

Ἀναθεῖναι, καὶ ἐπαναθεῖναι, τὸ αὐτό. Ἀραρὼς Ὑμεναίῳ [5] Ὅπως τε τὴν νύμφην ἐὰν καιρὸς ᾖ μετέωρον ἐπὶ τὸ ζεῦγος ἀναθῇ, συμφέρειν. [6] Ὅτι τὸ ἀραρῶς ἐπίῤῥημα, ἀντὶ τοῦ πρεπόντως· ἀραρὼς δὲ, ἁρμόσας.

Ἀναθείς. ἐπιτρέψας. ἐπὶ ἀψύχων τάττεται τὸ ἀναθείς. [7] Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Πλούτῳ ἐπὶ ἐμψύχων ἐχρήσατο αὐτῷ. Ἀπολῶ τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ κρημνόν τιν' ἀναθείς.

Ἀναθηλήσει. ἀναβλαστήσει.

Ἀνάθημα. πᾶν τὸ [8] ἀφιερωμένον Θεῷ. [9] Αἰτοῦντι τῷ Πέλοπι ἀνάθημα τὴν ἄρνα τὴν χρυσῆν, ἕτερα παρέχοντι κειμήλια, ἔχρησεν·

Ὃ βούλομαι δός· μὴ δίδου δ' ὃ μὴ θέλω.

λέγεται δὲ, καὶ ἀνάθεμα.

*quæ accidissent, reditum parabant.*

Ἀνάθεμα. Sic dicitur tam res Deo consecrata, quam id, quod exitio destinatum est. Utrumque enim vox illa significat. Res autem Deo consecrata vocatur etiam Ἀνάθημα, [per η.] Et Ἀναθεματίζω, devoveo, accusativo jungitur.

Ἀναθέντας. Pro ἐπιθέντας, qui imposuerunt. Xenophon.

Ἀναθεώρησις. [Contemplatio. Consideratio.] *Cum autem de legibus ferendis diu multumque deliberassent, apparuit, virum illum ingenti odio malos prosequi, quod omnium legislatorum acerbissimas pœnas sanciret.*

Ἀναθέσθαι. [Revocare. Corrigere.] Antipho in Oratione de *Concordia*: *Vitam revocare & corrigere tanquam calculum non licet.* Id est, [non licet] de integro vitam instituere, præteritæ vitæ ratione damnata.

Ἀναθέσθαι. Mutare. [Translatio ducta est] ab illis, qui ludunt calculis, & motos calculos corrigunt, vel revocant. Hæc autem vox neque differre significat, neque communicare, sed a priori consilio & sententia recedere. Frequens ejus usus est apud Platonem Philosophum. Menander *Aphrodisio*:

---- *Cum autem effugisset morbum, quo laborabat,*
*Non potuit verba semel dicta revocare.*

Ἀνάθεσις. Dilatio. *Se pecuniam daturos promiserunt, petita trium dierum dilatione.*

Ἀναθεῖναι, & ἐπαναθεῖναι, idem. Imponere. Araros in *Hymenæo*: *Ut sponsam (si tempus opportunum esset) sublimem in currum imponeret.* Ἀραρῶς est adverbium, significans *convenienter.* Ἀραρὼς vero, qui aptavit.

Ἀναθείς. Qui commisit. [Qui imposuit.] Vox hæc de inanimatis dicitur. Aristophanes vero in *Pluto* ea usus est de animatis. *Perdam hominem in rupem aliquem præcipitem impositum.*

Ἀναθηλήσει. Revirescet. Reflorescet.

Ἀνάθημα. Omne, quod Deo consecratum est. *Cum Apollo auream agnam a Pelope donarium peteret, & ille alia cimelia ipsi offerret, Deus respondit:*

*Quod volo, dato; ne vero des, quod nolo.*

Dicitur etiam ἀνάθεμα.

1 Ἀνάθεμα. καὶ τὸ ἀνατεθ.] De significatione vocis ἀνάθεμα & ἀνάθημα prolixe disputat Salmasius ad Solinum p. 767. quem vide.

2 Ἀναθέσθαι. Ἀντιφ.] Hunc locum Suidas ex Harpocratione descripsit, quem illustrat Salmasius ad Fl. Vopiscum pag. 745.

3 Ἐν τῷ περὶ Ὁμονοίας] In prioribus Edit. mendose excusum est ἐν τῷ περὶ Πειθοῦς; cujus loco veram lectionem ex Harpocratione revocavi. Scripsisse enim Antiphontem orationem περὶ Ὁμονοίας non solum ex Philostrato in ejus Vita constat, sed etiam ex aliis auctoribus, qui ejus orationis non raro in scriptis suis mentionem faciunt.

4 Ἀναθέσθαι τὸ μεταθέσθαι] Vide Valesium in notas Maussaci ad hunc locum.

5 Ὅπως τε τὴν νύμφην ἐὰν κ.] Duos hos senarios luxatos sic numeris suis restituendos puto:

Ὅπως τε τὴν νύμφην, ἐπειδὰν καιρὸς ᾖ,
Μετέωρον ἐπὶ τὸ ζεῦγος ἀναθῇ ———

Vox συμφέρειν, quæ sequitur, nec sensui, nec metro quadrat: quare eam delendam censeo. Cæterum, fragmentum hoc Comici intelligendum est de more veterum, qui novam nuptam in currum, quem par mulorum vel boum trahebat, impositam, comitantibus eam sponso & parocho, sive, ut etiam vocabatur, paranympho, in domum sponsi deducere solebant. Hesychius: Πάροχοι, παραβάται, παράνυμφοι· καὶ οἱ συμπαραβαίνοντες τῇ νύμφῃ ἐπὶ τοῦ ΖΕΥΓΟΥΣ. ἢ οἱ παράνυμφοι. Rem totam clarius exponit Suidas infra v. Ζεῦγος.

6 Ὅτι τὸ ἀραρῶς ἐπίῤῥημα, ἀντὶ τοῦ πρ. ἀραρὼς δὲ, ἁρμ.] Nihil certius est, quam notam hanc ab imperito quodam homine loco huic adsutam esse. Is enim, cum ignoraret vocem Ἀραρὼς, quæ paulo ante præcedit, esse nomen proprium Poetæ, operæ pretium se facturum putavit, si de differentia vocum ἀραρῶς & ἀραρὼς Lectorem hic moneret. Sed observatiunculam illam esse prorsus ineptam & ἀπροσδιόνυσον recte etiam ante nos observavit ὁ πάνυ Casaubonus ad Athenæum lib. VI. cap. VIII. qui ibi loci hujus obiter meminit.

7 Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Πλούτῳ] Pag. 9. (5. Ed. Bas.) ubi locus iste sic legitur:

Ἀπολῶ σε τὸν ἄνθρωπον κάκιστα κακῶς.
Ἀναθεὶς γὰρ ἐπὶ κρημνόν τιν' αὐτὸν, καταλιπὼν
Ἄπειμ', ἵν' ἐκεῖθεν ἐκτραχηλισθῇ πεσών. P.

8 Ἀφιερωμένον] In prioribus Edit. corrupte legitur ἀφιέρωμα, cujus loco ἀφιερωμένον ex 2 MSS. Paris. reposui.

9 Αἰτοῦντι τῷ Πέλοπι ἀνάθημα τὴν ἄρνα τὴν χρ.] Lege & emenda, Αἰτῶν ὁ Πύθιος ἀνάθημα τὴν ἄρνα τὴν χρυσῆν, τῷ Πέλοπι, ἕτερα παρέχοντι &c. Vel sic: Αἰτοῦντος τοῦ Πυθίου ἀναθεῖναι τὴν ἄρνα τὴν χρυσῆν, καὶ ἕτερα παρέχοντος &c. Ita enim legitur infra v. Ἀρ-

Ἀναθολώσῃ. ἀναταράξει. [1] Πλάτων Νόμων ἑβδόμῳ· Ὅπως ἀναθολώσῃ. κυρίως δὲ ἐπὶ τῆς σηπίας· ἐπεὶ τὸ μέλαν αὐτῆς θολὸς καλεῖται.

Ἀναθορόντος. ἀναπηδῶντος.

Ἀναθρούμενα. ἀνασκοπούμενα.

Ἀναθρώσκει, ἀναπηδᾷ.

Ἀναθύειν. [2] τὸ ἀναλαμβάνειν τὸ πρᾶγμα διὰ χρόνου. Φερεκράτης·

Πάλιν αὖθις ἀναθύουσιν αἱ γεραίτεραι.

Ἀνακαγχάσας. μεγάλως γελάσας.

Ἀνακάθαρσις. ἐπίλυσις. διευκρίνησις. καὶ Ἀνακαθαίρω, αἰτιατικῇ.

Ἀνακαθιζήσομαι, καὶ ἀνακαθίσω, αἰτιατικῇ.

Ἀνακαλούμενος. ἀνακτώμενος. πρὸς τὴν προτέραν διάθεσιν ἐπανάγων. Ὁ δὲ ἐσπούδαζεν ἀνακαλεῖσθαι τὰς τῶν ὑποτεταγμένων εὐνοίας καὶ προθυμίας ἐκ τοῦ γεγονότος ἐλαττώματος.

Ἀνακαλυπτήρια. [3] δῶρα διδόμενα ταῖς νύμφαις, παρά τε τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τῶν οἰκείων, καὶ φίλων, ὅταν τὸ πρῶτον ἀνακαλύπτωνται ἀνδράσιν ὁρᾶσθαι. ἔστι δὲ ταῦτα καὶ ἐπαύλια.

Ἀνακάμψαι. καταφυγεῖν, ὑποστρέψαι.

Ἀνακαιᾶσιν. [4] δῆμος φυλῆς Ἱπποθοωντίδος ἡ Ἀνάκαια.

Ἀνακαίνισις. ἡ ἀνανέωσις. λέγεται δὲ καὶ Ἀνακαίνωσις.

Ἀνάκαιον. [5] τὸ δεσμωτήριον, εἰς ὃ κατετίθεντο τοὺς πονηροὺς δούλους, καὶ τῶν ἀπελευθέρων τοὺς ἀφισταμένους. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Ἕρμωνα περὶ Ἐγγύης· Ἑρμοκράτην δὲ εἰς τὸ ἀνάκαιον ἐνέβαλε, φάσκων ἀπελεύθερον εἶναι, καὶ οὐ πρότερον ἀφῆκε πρὶν λ' δραχμὰς ἐπράξατο.

Ἀνακεκώφηκας. ἀπεπλήρωσας βοῆς. τὰς ἀκοὰς ἡμῶν κωφὰς εἰργάσω. [6] Ἀριστοφάνης.

Ἀνακεφαλαιοῦται. ἀναπληροῦται. ἀνακτίζει. καὶ Ἀνακεφαλαίωσις, ἡ ἐξ ἀρχῆς ἔρευνα.

Ἀνακεχωρηκότων. [7] Ὁ δὲ ἐκτήσατο βιβλίων μυριάδας τρεῖς, καὶ τούτων σπουδαίων καὶ ἀνακεχωρηκότων. ἀντὶ τοῦ, ἀποκρύφων. λέγει δὲ περὶ Ἐπαφροδίτου τοῦ Χαιρωνέως.

Ἀνακεχυμένη. ἀνειμένη. κεχαυνωμένη. ἀνετή.

Ἀνάκειον. ὄρος. ἢ τὸ τῶν Διοσκούρων ἱερόν.

Ἀνακεῖσθαι. [8] ἐπὶ ἀνδριάντων. κατακεῖσθαι δὲ, καὶ

Ἀναθολώσῃ. Perturbatione. Confusione. Plato *Legum* septimo: *Succorum confusione*. Proprie autem vox ista dicitur de sepia. Ejus quippe atramentum dicitur θολός.

Ἀναθορόντος. Exsilientis.

Ἀναθρούμενα. Quæ spectantur. Quæ considerantur.

Ἀναθρώσκει. Exsilit.

Ἀναθύειν. Aliquo post tempore rem resumere. Pherecrates:

*Iterum rem resumunt seniores.*

Ἀνακαγχάσας. Cachinnatus.

Ἀνακάθαρσις. Explanatio. Perspicua expositio. Et Ἀνακαθαίρω, accus. jungitur.

Ἀνακαθιζήσομαι, & ἀνακαθίσω, accus. junguntur.

Ἀνακαλούμενος. Recuperans. Ad priorem habitum animorum reducens. *Ille vero subditorum benevolentiam & studium post acceptam cladem sibi reconciliare conabatur.*

Ἀνακαλυπτήρια. Dona, quæ sponsis dabantur & a viro, & cognatis, & amicis, cum primum faciem retegerent, & viris spectandas se præberent. Eadem etiam vocantur ἐπαύλια.

Ἀνακάμψαι. Redire. Reverti.

Ἀνακαιᾶσιν. Anacæa est populus Tribus Hippothoontidis.

Ἀνακαίνισις. Renovatio. Instauratio. Dicitur & Ἀνακαίνωσις.

Ἀνάκαιον. Carcer, in quem conjiciebant servos malos, & libertos, qui [a patronis suis] defecerant. Isæus in Oratione contra Hermonem *de Sponsione*: *Hermocratem autem in carcerem conjecit, dicens ipsum esse libertum suum, nec prius eum dimisit, quam* XXX. *drachmas ab eo exegisset.*

Ἀνακεκώφηκας. Aures nostras clamore surdas fecisti. Aristophanes.

Ἀνακεφαλαιοῦται. Repletur. Summatim repetitur. Et Ἀνακεφαλαίωσις, Repetitio, summa rerum capita exhibens.

Ἀνακεχωρηκότων. [Non vulgarium. Minime obviorum.] *Ille vero myriadas tres librorum, eorumque bonorum, & minime obviorum, sibi comparavit.* Loquitur autem de Epaphrodito Chæronensi.

Ἀνακεχυμένη. Remissa. Soluta. Laxata.

Ἀνάκειον. Anaceum. Mons. Vel Castoris & Pollucis templum.

Ἀνακεῖσθαι. Dicitur de statuis [dedicatis.] Ka-

πελείδης. Cæterum, descripsit hæc Suidas ex Scholiasta Aristoph. ad *Nubes* pag. 132. ubi locus hic itidem mendosus est.

1 Πλάτων Νόμων ἑβδ.] Locus Platonis, quem Suidas respexit, exstat in fine libri VII. *de Legibus*; sed ubi legitur ὀπῶν ἀναθολώσει, quam lectionem in versione secutus sum.

2 Ἀναθύειν. τὸ ἀναλ.] Vide Hesych. h. v.

3 Ἀνακαλυπτήρια. δῶρα διδόμενα ταῖς νύμφ.] Eadem habet Harpocratio, ex quo Suidas sua descripsit. Vide præterea incomparabilem Spanhemium ad Callimachum pag. 180. qui de hac voce erudite ibi agit.

4 Ἀνακαιᾶσι. δῆμος φυλ. Ἱππ.] Ex Harpocratione.

5 Ἀνάκαιον. τὸ δεσμωτ.] Quæ hic Suidas habet, potius referenda puto ad v. Ἀνωγαῖον. Harpocratio enim, & ipse Suidas supra, scribunt carcerem vocari ἀνωγαῖον; quod defendit Maussacus ad Harpocrationem. Certe apud Xenophontem *Hellenic.* lib. V. pag. 567. & 568. carcer vocatur ἀνωγαῖον; ut Portus recte observavit. Apud Etymologum tamen etiam legas, apud Bœotos carcerem vocari ἀνάκαιον. Quare haud temere quicquam mutandum censeo.

6 Ἀριστοφάνης.] Locus Aristophanis, ad quem nota hæc Suidæ referenda est, exstat in *Equitibus* pag. 305. (206. Edit. Bas.) sed ubi legitur ἐκκεκώφηκας, ut Portus etiam observavit.

7 Ὁ δὲ ἐκτήσατο βιβλ.] Hæc repetuntur infra v. Ἐπαφρόδιτος.

8 Ἀνακεῖσθαι. ἐπὶ ἀνδριάντων. κατ.] Hæc excerpta sunt ex Athen. lib. I. pag. 23. ubi locus iste plenius sic legitur: Ἀνακεῖσθαι δὲ φασὶν ἐπὶ ἀνδριάντος· ὅθεν τοὺς ἐπὶ κατακειμένων χρωμένους τῇ λέξει διασυρει. Δίφιλος· Ἐγὼ δ' ἕως μὲν τινος ἀνακείμενος· πρὸς ὃν ὁ ἀποχρώμενος ὁ ὑπιξὲς φησιν· Ἀνάκειται. Φιλωνίδης. Καὶ δειπνῶν ἀεὶ ἀνακείμενος παρ' αὐτὸν, κᾆτ' ἐπάγει· Πότερον ἀνδριάντα οἰσεῖς; Κατακεῖσθαι δὲ λέγεται καὶ κατακεκλίσθαι, ὡς ἐν Συμποσίοις Ξενοφῶν καὶ Πλάτων. Locum hunc Athenæi more suo descripsit Eustathius ad Odyss. A.

καταχεκλίσθαι, ἐπὶ τῆς τραπέζης. καὶ ἀνακεῖσθαι πολλάκις ἀντὶ τοῦ κατακεῖσθαι.

Ἀνάκειται σκώμμασι· ἀνάκειται λοιδορίαις· ἀνάκειται πόρναις, κύβοις, συμποσίοις. σημαίνει δὲ, τὸ οἷον προσέχει ἰσχυρῶς.

Ἀνακηκίει. ἀναπηδᾷ. καὶ Ἀνακηκίει.

Ἀνάκλησις. ἡ προσφώνησις. Ἀνάκλισις δὲ, διὰ τοῦ ι, ἡ ἀνάπαυσις.

Ἀνακλητικόν. μέλος σάλπιγγος [1] ἀνακαλοῦσα τοὺς ῥαθύμους εἰς πόλεμον. καὶ [2] Μάρκος Ἀντωνῖνός φησιν· [3] Ἔσο ἀναμένων τὸ ἀνακλητικὸν ἐκ τοῦ βίου εὔλυτος, μήτε ὅρκου δεόμενος, μήτε ἀνθρώπου τινὸς μάρτυρος.

Ἀνακλῖναι. ἀνοῖξαι. [4] Ὅμηρος. οὕτω δὲ καὶ [5] Ἡρόδοτος. Οἱ δὲ ἀνακλῖναι μὲν τὰς θύρας οὐ κατετόλμησαν, οὐδ' εἴσω παρελθεῖν ἴσχυσαν.

Ἀνακλώμενον. τὸ ἀπηχούμενον. ὡς ἐπὶ τοῦ Κυρίου Ῥωμανοῦ τοῦ μελῳδοῦ. Σὺ γὰρ ὑπάρχεις τὸ φῶς τὸ ἀπρόσιτον.

Ἀνακνῶνται. [6] κνήθονται, κατὰ ἰατρούς.

Ἀνακογχυλιάσαι. [7] ἀναγαργαρίσασθαι.

Ἀνακομιδή. ἀναγωγή. ἐπάνοδος. ἀναφορά.

Ἀνακοί. [8] οἱ Διόσκουροι. παρὰ τὸ ἀνάσσω, ἀνακός ὡς φυλάσσω, φυλακός.

Ἀνακομῶ. τὸ ἀναφύω.

Ἀνακῶς [9] παρὰ Ἡροδότῳ, ἀντὶ τοῦ ἐπιμελῶς, φυλακτικῶς, ἢ βασιλικῶς. καὶ Ἀνακῶς ἔχειν, φροντίζειν. Προειρημένον τούτοις, ὅπως ἀνακῶς ἕξουσιν, εἴ τι ἐκ τῶν πολεμίων κατὰ τὸ ἀφανέστατον πειράζοιτο.

Ἀνακωχεύειν. [10] παρὰ Σοφοκλεῖ τὸ ἀνασειράζειν, καὶ κατέχειν. Ἀνακωχεύειν δὲ κυρίως λέγεται, ὅταν χειμῶνος ὄντος ἐν πελάγει στείλαντες τὰ ἄρμενα σαλεύωσιν αὐτόθι, μὴ διαμαχόμενοι τοῖς πνεύμασι. μεταφορικῶς οὖν ἐπὶ τοῦ ἅρματος εἴρηκεν, ὅτι οὐ διημιλλήσατο, ἀλλ' ἀφῆκε τὸν τῶν ἵππων κλύδωνα, καὶ ἠρέμα ἤλαυνεν.

Ἀνακωχή. ἀνάπαυσις, ἢ εἰρήνη πρόσκαιρος, πόλεμον ὠδίνουσα.

Ἀνακωχῆς. ἀναπαύσεως, ἐνδόσεως, τῆς πρὸς μικρὸν ἐν τῷ πολέμῳ εἰρήνης. Ἀνακωχὴ δὲ εἴρηται παρὰ τὸ ἄνω τὰς ἀκωκὰς ἔχειν.

ταχεῖσθαι vero significat mensæ accumbere. Sæpe tamen ἀνακεῖσθαι pro κατακεῖσθαι ponitur.

Ἀνάκειται σκώμμ. Indulget cavillis, conviciis, amori marium, lusui tesserarum, compotationibus. Hic enim ἀνάκειται significat προσέχει ἰσχυρῶς, i. e. valde deditus est, vel studet.

Ἀνακηκίει, & ἀνακηκίει. Exsilit.

Ἀνάκλησις. [Revocatio.] Allocutio. Ἀνάκλισις vero, per ι, reclinatio, accubitus.

Ἀνακλητικόν. Cantus tubæ revocantis ignavos in prælium. Marcus Antoninus inquit: *Classicum, quo ex vita revoceris, ita expecta, ut qui promptus sis discedere, nec jurejurando, nec ullius hominis testimonio indigens.*

Ἀνακλῖναι. Aperire. Homerus. Sic etiam Herodotus. *Illi vero fores aperire non ausi, ingredi non potuerunt.*

Ἀνακλώμενον. [Repercussum.] Sonus repercussus. Ut domini Romani Poetæ illud: *Tu enim es lumen inaccessum.*

Ἀνακνῶνται. Scalpuntur. Raduntur: secundum Medicos.

Ἀνακογχυλιάσαι. Os, vel fauces colluere.

Ἀνακομιδή. Reductio. Reditus. Recuperatio. Receptio.

Ἀνακοί. Jovis filii Castor, & Pollux. Ab ἀνάσσω fit ἀνακός, ut a φυλάσσω, φυλακός.

Ἀνακομῶ. Refloresco. Comas recipio.

Ἀνακῶς. Apud Herodotum ponitur pro ἐπιμελῶς, Diligenter, Caute, vel Regie. Et Ἀνακῶς ἔχειν, Diligenter aliquid curare. *Cum ipsis edictum esset, ut diligenter sibi caverent, si forte hostes occultas insidias molirentur.*

Ἀνακωχεύειν apud Sophoclem significat sufflaminare & retinere. Proprie autem vox illa dicitur de nautis, qui, exorta tempestate, velis contractis, navem in salo fluctuare sinunt, cum ventis pugnare nolentes. Per translationem igitur [Sophocles τὸ ἀνακωχεύειν] de curru dixit, [significare volens,] eum [cursu cum aliis] non contendisse, sed equorum & curruum tumultu relicto, lente subsecutum esse.

Ἀνακωχή. Induciæ, vel pax temporaria, bellum parturiens.

Ἀνακωχῆς. Cessationis. Remissionis. Pacis ad exiguum tempus in bello durantis. Vox autem Ἀνακωχὴ dicta est ab ἄνω τὰς ἀκωκὰς ἔχειν, [quod significat, hastarum mucrones sursum vertere.]

pag. 1404. Huc etiam spectant verba illa Ammonii: Ἀνακεῖσθαι & Κατακεῖσθαι διαφέρει. Ἀνάκειται μὲν γὰρ ὁ ἀνδριὰς & ἡ εἰκὼν τεθεῖσα κατὰ τιμήν· Κατάκειται δὲ ὁ ἐγκεχύμενος.

1 Ἀνακαλοῦσα τοὺς ῥαθ. εἰς πόλεμον.] Hic Suidæ vix assentior. Τὸ ἀνακλητικὸν enim alio sensu a Græcis accipi notum est.

2 Μάρκος Ἀντωνῖνος] Lib. III. §. V. ubi vide Gatakerum.

3 Ἔσο ἀναμένων τὸ ἀνακλητ.] Eodem simili usus est Epictetus lib. I. cap. XXIX. Ἐὰν δὲ ὁ θεὸς σημήνῃ τὸ ἀνακλητικὸν, ὡς τῷ Σωκράτει, πείθεσθαι δεῖ τῷ σημαίνοντι, ὡς στρατηγῷ. i. e. *Si vero Deus signo dato e vita nos revocet, ut Socratem, parendum ei est, ut Imperatori.*

4 Ὅμηρος] Il. E. v. 751. & Il. Θ. v. 395.

5 Ἡρόδοτος] In Vita Homeri, quæ sub Herodoti nomine circumfertur, verbum ἀνακλῖναι pro ἀνοῖξαι accipitur in illo versu,

Αὐτὰρ ἀνακλίνεσθε θύραι, πλοῦτος γὰρ ἔσεισι.

6 Ἀνακνῶνται. κνήθ.] Sic omnes libri editi. Sed legendum est ἀνακνᾶνται, ut in Codice Vaticano scriptum esse Pearsonius ad marginem Suidæ sui notavit.

7 Ἀνακογχυλιάσαι.] Vox ἀνακογχυλιάζω legitur apud Aristoph. *Vespis* pag. 471. ubi Scholiasta eam exponit per κλύζω. Apud Hesychium legimus. Ἀνακογχυλιάσαι, ἀναγαργαρίσαι.

8 Ἀνακοί. οἱ Διόσκουροι. παρὰ τὸ ἀνάσσω &c.] Eadem habet Etymologus.

9 Παρὰ Ἡροδότῳ] In *Clione* pag. 6. & in *Urania* pag. 315. Vide etiam Eustath. ad Il. A. pag. 21. & ad Odyss. A. pag. 1425. ubi hæc ejus sunt verba: Ἔστι δὲ χρῆσις τὸ ἀνακῶς, ἀντὶ τοῦ φροντιστικῶς, ἐπιμελῶς, πεφυλαγμένως. Ἡρόδοτος· Καί τις αἰνέω τι ἀνακαλεῖσθαι, καὶ σφέας ἀνακῶς ἔχειν. Locus Herodoti, quem Eustathius hic citat, exstat in *Urania* pag. 315.

10 Ἀνακωχεύειν. παρὰ Σοφοκλ.] Integrum hanc notam descripsit Suidas ex Scholiasta Sophoclis ad *Electram*, pag. 114. ut Portus recte monuit.

Ἀνα-

Ἀνακράτος. ἐπίῤῥημα. μετὰ πάσης σπουδῆς. [1] Οἱ δὲ ἔφευγον ἀνακράτος.

Ἀνακρέων [2] Τήϊος, Λυρικὸς, Σκυθίνου υἱός· οἱ δὲ, Εὐμήλου· οἱ δὲ, Παρθενίου· οἱ δὲ, Ἀριστοκρίτου ἐδόξασαν. Ἔγραψεν Ἐλεγεῖα, καὶ Ἰάμβους, Ἰάδι πάντα διαλέκτῳ. Γέγονε κατὰ Πολυκράτην τὸν Σάμου τύραννον, [3] Ὀλυμπιάδι νβʹ. [4] οἱ δὲ ἐπὶ Κύρου καὶ Καμβύσου τάττουσιν αὐτὸν, [5] κατὰ τὴν κέ Ὀλυμπιάδα. ἐκπεσὼν δὲ Τέω διὰ τὴν Ἱστιαίου ἐπανάστασιν, ᾤκησεν Ἄβδηρα ἐν Θρᾴκῃ. Βίος δὲ ἦν αὐτῷ πρὸς ἔρωτας παίδων, καὶ γυναικῶν, καὶ ᾠδάς. καὶ συνέγραψε παροίνιά τε μέλη, καὶ Ἰάμβους, καὶ τὰ καλούμενα Ἀνακρεόντεια.

Ἀνάκρισις. [6] ἐξέτασις ὑφ᾽ ἑκάστης ἀρχῆς γινομένη περὶ τῶν δικῶν, περὶ τῶν συντεινόντων εἰς τὸν ἀγῶνα. ἐξετάζουσι δὲ καὶ εἰ ὅλως εἰσάγειν χρὴ ταύτας.

Ἀνακροτῆσαι. ἐπαινέσαι. ὑμνῆσαι. Ὁ δὲ Πτολεμαῖος πάντας ἐκέλευσεν ἀνακροτῆσαι, τῆς εὐτραπελίας ἀποδεχόμενος αὐτόν.

Ἀνακρουόμεθα. [7] οἷον ἀναπροοιμιαζόμεθα.

Ἀνακρούσασθαι. [8] ἐπὶ ναυμαχίας, τὸ συμβάλλειν, καὶ πάλιν ἀναδύεσθαι.

Ἀνακτᾶσθαι. Θουκυδίδης ἀντὶ τοῦ θεραπεύειν. τίθεται δὲ ἡ λέξις καὶ ἐπὶ τοῦ τὸ προαπολωλὸς αὖθις κτήσασθαι, καὶ ἀπολαύειν.

Ἄνακτες. οἱ θεοί. καὶ Ἀνάκτορα, τὰ ἱερά.

Ἄνακτες, [9] καὶ Ἄνασσαι. Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Κυπρίων πολιτείᾳ φησί· Καλοῦνται δὲ οἱ μὲν υἱοὶ καὶ ἀδελφοὶ τοῦ βασιλέως, ἄνακτες· αἱ δὲ ἀδελφαὶ καὶ γυναῖκες, ἄνασσαι. καὶ Ἀνάκτορα, τὰ ἱερά, ἢ τὰ βασίλεια. καὶ Ἀνακτορείαν, δεσποτείαν. καὶ Ἀνακτόρειον, ἱερόν. καὶ [10] Ἀνακτόρων, ἱερατειῶν.

Ἀνακοινώσασθαι, καὶ Ἀνακοινῶσαι, ἄμφω λέγουσι. Ξενοφῶν δὲ καὶ [11] Ἀνεκοινοῦντο εἴρηκεν ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς.

Ἀνακυνδάραξος. βασιλεὺς Νίνου Περσικῆς χώρας.

Ἀνακυκλήϊον. [12] τὸν ὀρθόν.

Ἀναλαβεῖν. ἐνθυμηθῆναι. Μὴ [13] δ᾽ εἰς ἐσχάτην

Ἀνακράτος. Adverbium. Totis viribus. Omni studio. *Illi vero totis viribus fugiebant.*

Ἀνακρέων. Anacreon. Tejus, Lyricus, Scythini filius; vel, ut alii tradunt, Eumeli; vel, ut alii, Parthenii; vel, ut alii, Aristocriti. Scripsit Elegias, & Iambos: omnia Ionica dialecto. Vixit tempore Polycratis, qui Sami tyrannus fuit, Olympiade LII. Alii vero Cyri & Cambysæ tempore ipsum vixisse statuunt, Olympiade LXII. Cum autem Teo pulsus fuisset ob Histiæi seditionem, Abdera urbem Thraciæ migravit. Dum vixit, puerorum & fœminarum amoribus, odisque pangendis studuit. Scripsit etiam carmina, quæ inter pocula cantabantur; itemque Iambos, & quæ vocantur Anacreontica.

Ἀνάκρισις. Inquisitio, quam singuli magistratus faciunt ante judicia de rebus ad litem pertinentibus. Inquirunt etiam, num omnino causæ aliquæ in judicium introduci debeant.

Ἀνακροτῆσαι. Plausu comprobare. Celebrare. *Ptolemæus vero omnes applaudere jussit, urbanitatem ejus & facetias probans.*

Ἀνακρουόμεθα. Canendi initium facimus.

Ἀνακρούσασθαι. Cum de navali prœlio dicitur, significat pugnam committere, & deinde retro cedere.

Ἀνακτᾶσθαι. Thucydides posuit pro θεραπεύειν, i. e. sanare. Ponitur etiam hoc verbum pro rem prius amissam recuperare, & recuperata frui.

Ἄνακτες. Castor & Pollux. Et Ἀνάκτορα, Templa.

Ἄνακτες. Reges. Et Ἄνασσαι. Reginæ. Aristoteles in *Cypriorum Repub.* inquit: *Filii autem & fratres Regis vocantur* ἄνακτες; *sorores vero & uxores,* ἄνασσαι. Et Ἀνάκτορα, Templa, vel Regia. Et Ἀνακτορείαν, regiam potestatem. Et Ἀνακτόρειον, Templum. Et Ἀνακτορειῶν, sacerdotiorum.

Ἀνακοινώσασθαι, & Ἀνακοινῶσαι, communicare. Utrumque dicunt Græci. Xenophon vero in *Hellenicis* dixit ἀνεκοινοῦντο, communicabant.

Ἀνακυνδάραξος. Anacyndaraxus. Rex Nini, urbis Persiæ.

Ἀνακυκλήϊον. Rectum.

Ἀναλαβεῖν. Animo volutare. Cogitare. - -

1 *Οἱ δὲ ἔφευγον ἀνακράτος*] Ex Procop. *de Bello Pers.* lib. II. cap. XXV. pag. 151.

2 *Ἀνακρέων Τήϊος, Λυρ.*] De Anacreonte possent quidem hic nonnulla dici, aliis indicta; sed provinciam illam relinquo viro Clariss. & doctissimo Josuæ Barnesio, Professori Græcæ linguæ in hac Universitate celeberrimo, a quo accuratam ejus Poetæ editionem exspectamus.

3 *Ὀλυμπιάδι νβʹ*] Eusebius in Chronico Anacreontem ad Olymp. LXII. refert: quod si sequimur, scribendum hic erit Ὀλυμπιάδι ξβʹ.

4 *Οἱ δὲ ἐπὶ Κύρου καὶ Καμβ.*] Inepte hic Suidas auctoritatem eorum, qui Anacreontem sub Cyro & Cambyse vixisse dixerant, opponit eorum opinioni, qui eundem sub Polycrate vixisse affirmaverant; quoniam constat Polycratem, Cyrum, & Cambysem fuisse συγχρόνους.

5 *Κατὰ τὴν κέ Ὀλυμπιάδα*] Manifestus hic est contra chronologiam error; qui tamen non tam Suidæ, quam librariis tribuendus videtur, a quibus notas numerorum in veterum scriptis sæpissime corruptas esse constat. Facilis est autem ἀναχρονισμοῦ hujus emendatio, quoniam Suidas hic addit, Anacreontem secundum nonnullos sub Cyro & Cambyse vixisse. Constat enim, Cyrum occisum fuisse Olymp. LXII. & Cambysen eadem Olymp. ei successisse; quo proinde tempore, & ante, Anacreontem floruisse necesse est.

6 *Ἀνάκρισις. ἐξέτασις ὑφ᾽ ἑκ.*] Ex Harpocratione: ad quem vide Valesium. Consule etiam Suidam infra v. *Δίκης ἀνάκρισις*, & Petitum *de Legibus Attic.* pag. 318.

7 *Ἀνακρουόμεθα. οἷον ἀναπρ.*] Vide supra v. Ἀναβαλλόμενος.

8 *Ἀνακρούσασθαι. ἐπὶ ναυμ.*] Vide infra v. Ἐπαναχρούσασθαι, & v. Πρύμναν κρούειν.

9 *Ἄνακτες, καὶ Ἄνασσαι. Ἀρ.*] Eadem habet Harpocratio, ex quo Suidas sua descripsit.

10 *Ἀνακτόρων, ἱερ.*] Quamvis sic libri tam scripti, quam editi habeant, cum Porto tamen legere malim ἀνακτορειῶν.

11 *Ἀνεκοινοῦντο*] Vide infra v. Ἀνεκοινοῦντο.

12 *Ἀνακυκλήϊον. τὸν ὀρθόν*] Cogitent de hac voce, ejusque interpretatione, acutiores. Mihi enim nunc nihil in mentem venit: nisi quod apud Hesychium legatur, Ἀνακύκλη, ἀνόρθου: quæ tamen glossa non minus illustratione indiget, quam ipse Suidas hoc loco.

13 *Μηδ᾽ εἰς ἐσχάτην ἀν.*] Hoc fragmentum propter obscuritatem ἀνερμήνευτον reliqui.

ἀνελαν ἐλπίδα, μήποτε διὰ ταύτης πολέμιος ἐπ' αὐτοὺς ἀναβῇ στρατός.

Ἀναλαμβάνειν. ἐπὶ τοῦ ἀνέχειν. [1] Ἔμελε τοῖς φιλοσόφοις καὶ τοῦ κοσμίως ἀναλαμβάνειν τὴν ἐσθῆτα, καὶ τοὺς μὴ τοῦτο ποιοῦντας ἔσκωπτον. Πλάτων ἐν Θεαιτήτῳ· [2] Πάντα δυναμένους ὀξέως τε καὶ τορῶς διακονεῖν, [3] ἀναλαβέσθαι δ' οὐκ ἐπισταμένους [4] ἐπιδέξια λευθέρως. οὐδέ γε ἁρμονίαν λόγων λαβόντας ὑπαντῆσαι θεῶν. Ἄλεξις δὲ φησι περὶ ἐσθῆτος οὕτως·

Ἓν γὰρ νομίζω τοῦτο τῶν ἀνελευθέρων

Εἶναι, τὸ βαδίζειν ἀρρύθμως ἐν ταῖς ὁδοῖς,
Ἐξὸν [5] καλῶς· οὗ [6] μήποτε πράττεται τέλος,
Μηδὲν γὰρ ἡμᾶς, μήτε δ' ἑτέρων λαβεῖν
Τιμὴν δόντας. Φέρει δὲ τοῖς μὲν χρωμένοις
Δόξης τιν' ὄγκον· τοῖς δ' ὁρῶσιν, ἡδονὴν
Κόσμον δὲ τῷ βίῳ. τὸ τοιοῦτον γέρας
Τίς οὐκ ἂν αὑτῷ κτῷτο, φάσκων νοῦν ἔχειν;

Ἀναλαμβάνειν. ἀντὶ τοῦ ἀνακτᾶσθαι. Ἀππιανός· Τότε δὲ ἔθει τις δρόμῳ, δηλώσων τῷ Πέρσῃ λουομένῳ, καὶ τὸ σῶμα ἀναλαμβάνοντι. ὁ δὲ ἐξήλατο τοῦ ὕδατος, βοῶν, ὅτι ἑαλώκοι πρὸ τῆς μάχης.

Ἀναλγησία. ἀναισθησία.

Ἀνάλγητος, καὶ δυσαλάλγητος, [7] παρὰ Σοφοκλεῖ. τουτέστι, [8] δυσμετάβλητος, ἀναλγής, ἀπαθής, ἀνηλεής, σκληρός.

Δυσαλάλγητος γὰρ ἂν
Εἴην, τοιάνδε μὴ οὐ κατοικτείρων ἕδραν.

καὶ Ἀναλγήτως, ἀναισθήτως, ἀπηνῶς. καὶ Ἀναλγήτων, ἀσυμπαθῶν ἢ τῶν μηδ' ὅλως ἀλγούντων ἐπί τινι ἢ πολυαλγήτων, τῶν εἰς πολλὰ ἄχη ἡμᾶς ἐμβεβληκότων. [9] Σοφοκλῆς·

Ὦ μοι ἀναλγήτων
Δισσῶν ἐθρόησας
Ἄναυδον γ' Ἀτρειδῶν
Ἔργον τῷδ' ἄχει.

τουτέστι, τῇ παρούσῃ συμφορᾷ.

Ἀναλέγεται. αἰτιατικῇ. ἀναμφιβόλως ἔχει. ἐποιεῖ-

- - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - -

Ἀναλαμβάνειν. Sustinere. Philosophis etiam curæ erat, vestem decenter componere, & eos, qui hoc negligerent, deridebant. Plato in *Theæteto*: *Qui prompte quidem & celeriter norunt obire ministeria, at dextre, &, ut liberum hominem decet, vestem componere nesciunt. Quin etiam, cum harmoniam orationis non didicerint, hymnos Deorum canere non possunt.* Alexis vero de veste sic loquitur:

*Unum hoc existimo hominum, qui liberali*
*cultu caruerunt, proprium esse,*
*Incomposite in viis incedere,*
*Cum liceat composite. Ejus enim rei nomine*
*nemo exigit vectigal*
*A nobis; nec necesse est id ab aliis emere*
*Pretio dato. Affert autem hoc recte utentibus*
*Gloriam quandam; spectantibusque voluptatem,*
*Et vitæ ornamentum. Quis, quæso, tantum*
*decus*
*Sibi non acquirat, qui quidem sana mente se*
*præditum dicat?*

Ἀναλαμβάνειν. Recipere. Recuperare. Appianus: *Tunc autem accurrit quidam, rem indicaturus Persæ se lavanti, & corpus reficienti. Ille vero ex aqua prosiluit vociferans, se ante pugnam esse captum.*

Ἀναλγησία. Doloris vacuitas. Indolentia.

Ἀνάλγητος, & δυσαλάλγητος, apud Sophoclem significat eum, qui commiseratione haud facile flectitur. Qui doloris expers est. Qui aliorum malis non tangitur. Crudelis. Durus.

---- *Crudelis sane essem,*
*Si vos ita sedentes spectans commiseratione*
*non tangerer.*

Et Ἀναλγήτως. Absque doloris sensu. Absque molestia. Et Ἀναλγήτων. Crudelium. Qui nulla miseratione tanguntur, nec alienis malis dolent. Vel, qui multorum dolorum auctores nobis fuerunt, & in molestias nos conjecerunt. Sophocles: *Hei mihi! crudelium duorum Atridarum infandum in hac calamitate mihi memorasti facinus.*

Ἀναλέγεται. Accusativo jungitur. Absque

1 Ἔμελε τοῖς φιλοσόφοις καὶ τοῦ κοσμίως ἀναλ.] Hæc, & quæ sequuntur, ad verbum etiam leguntur apud Athen. lib. 1. cap. XVIII. pag. 21. unde Suidas ea descripsit.

2 Πάντα δυναμένους ὀξέως τε καὶ τ.] Locus hic Platonis pluribus mendis fœde depravatus est, qui apud ipsum Philosophum in *Theæteto* pag. 128. rectius sic legitur: Τὰ μὲν τοιαῦτα πάντα δυναμένου τορῶς τε καὶ ὀξέως διακονεῖν, ἀναβάλλεσθαι δὲ οὐκ ἐπισταμένου ἐπὶ δεξιὰ (lege ἐπιδέξια) ἐλευθέρως· οὐδέ γ' ἁρμονίαν λόγων λαβόντος ὀρθῶς ὑμνῆσαι θεῶν τε καὶ ἀνδρῶν εὐδαιμόνων βίον ἀληθῆ. Agit eo loco Plato de homine liberaliter educato, & eo, qui liberali cultu caruerit, docetque, quibus notis dignosci queant. Ait igitur, hominem serviliter educatum ita comparatum esse, ut, licet reliqua ministeria prompte obire possit, vestem tamen dextre, & ut ingenuum deceat, componere nesciat. Hæc est vera loci hujus interpretatio, et recte etiam monuit Casaubonus ad Athenæum, loco modo laudato.

3 Ἀναλαβέσθαι] Lege ἀναβάλλεσθαι, ut apud Platonem. Significat hic autem ἀναβάλλεσθαι vestibus indui; quo sensu vox ista Atticis propria est, ut docet ipse Suidas supra v. Ἀναβαλοῦ.

4 Ἐπιδέξια λευθέρως] Sic etiam legitur infra v. Ἐπιδέξια λευθέρως; sed pessime. Tam hic enim, quam ibi, scribendum est ἐπιδέξια ἐλευθέρως, i. e. *dextre, & ut hominem liberaliter educatum decet*, ut recte monet Casaubonus ad supra citatum locum Athenæi; quem vide.

5 Ἐξ ὧν καλῶς] MSS. Paris. recte habent ἐξὸν καλῶς: quam lectionem in versione expressi. Eodem etiam modo locum hunc ex ingenio ante emendaverat Casaubonus ad Athenæum.

6 Οὗ μήποτε πράττεται τέλος] Hic versus, & duo sequentes, sunt corruptissimi, quos Casaubonus sic in integrum restituendos putat:

——— Οὗ μήτε πράττεσθαι τέλος
Ἡμᾶς τι μηδὲν δέοντος ἑτέρων δεῖ λαβεῖν·
Φέρει δὲ τοῦτο τοῖσι χρωμένοισι τι.

Non quidem displicet hæc viri summi emendatio; at minus tamen a vestigiis Suidæ recedemus, si locum istum sic constituerimus:

——— Οὗ μήτε πράττεται τέλος
Μηδέν τις ἡμᾶς, μήτε παρ' ἑτέρων λαβεῖν
Δόντας τι δεῖ· φέρει δὲ τοῖς μὲν χρωμένοις &c.

7 Παρὰ Σοφοκλεῖ] In *Oedip. Tyranno*, pag. 148. ubi vide Scholiastam, ex quo Suidas notam hanc descripsit. *P.*

8 Δυσμετάβλητος] Scholiasta Sophoclis loco laudato habet δυσμετάκλαστος, i. e. *qui ægre flectitur.*

9 Σοφοκλῆς] In *Ajace*, pag. 55. ut Portus observavit.

Ται.

ται. Εἰ μέν τις ἀναλέγηται τοῦτο, ὅτι κρατήσομεν ἐξ ἐφόδου τῶν πολεμίων.

dubio credit. Secum reputat. *Si quis hoc secum reputet, nos hostem primo impetu superaturos esse.*

Ἀναλεξάμενος. ἀναγνούς. νοήσας. Ὁ δὲ ἀναλεξάμενος τὴν ἐπιστολήν. καὶ Ἀναλεξαμένων, ἑαυτοὺς συναγαγόντων. [1] Μόλις δὲ τῶν Καρχηδονίων ἀπὸ τῆς καταπλήξεως [2] ἀναλεξαμένων, μόνος ὁ Βλάνων καλούμενος οἰκείαν τῆς περιστάσεως φωνὴν προϊέμενος, εἶπε. Καὶ αὖθις Καὶ εἰς τὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου μνημεῖον συνέκλεισεν, ἵνα μηδεὶς ἔτι μήτε τὸ τούτου σῶμα ἴδῃ, μήτε τὰ ἐν ἐκείνοις γεγραμμένα ἀναλέξηται.

Ἀναλεξάμενος. Qui legit. Qui intellexit. *Ille vero, cum legisset epistolam.* Et Ἀναλεξαμένων. Qui se ipsos recollegerunt. *Cum autem Carthaginenses ex illo pavore vix se recollegissent, solus ille, qui Blanon vocabatur, convenientem illi calamitati vocem emittens, dixit.* Et rursus: *Et in Alexandri monumento [hæc scripta] conclusit, ut nullus amplius hujus corpus videret, nec ea, quæ in illis erant scripta, legeret.*

Ἀνάλημμα. ὕψωμα. στέγασμα. [3] Κατανοήσας τὸ βάθος τῶν ἀναλημμάτων, καὶ ὡς ἀδύνατον ἐστι σαλεῦσαι τὰ τείχη, ἐκ χειρὸς τὴν μάχην ἐποίησεν.

Ἀνάλημμα. Altitudo. Munimentum. *Cum autem munimentorum altitudinem animadvertisset, & muros nullo modo quassari posse, manus cum hoste conseruit.*

Ἀναλήψεσθαι. αἰτιατικῇ. ἤγουν, ἀνακτήσεσθαι. Ὁ δὲ ἔλεγεν, ἀναλήψεσθαι τὸ παρὸν πταῖσμα ταῖς εἰς τὸ μέλλον ἀρεταῖς.

Ἀναλήψεσθαι. Jungitur accusativo. Compensaturum esse. Reparaturum esse. *Ille vero dicebat, se præsens peccatum aliis in posterum virtutibus compensaturum esse.*

Ἀνάληψις. ἀνάρρωσις. [4] Σπουδὴν ἐποιεῖτο ὑπὲρ ἀναλήψεως καὶ θεραπείας τῶν ἀνδρῶν, οὐχ ἧττον δὲ καὶ τῶν ἵππων.

Ἀνάληψις. Virium recuperatio. *Curæ ipsi erat, ut non solum viri, sed etiam equi, curarentur & reficerentur.*

Ἀναλιβόζωρα. ὄνομα τόπου.

Ἀναλιβόζωρα. Analibozora. Nomen loci.

Ἀναλίσκειν, καὶ ἀναλοῦν, αἰτιατικῇ ἑκάτερα. [5] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

> Χαίρω τε γὰρ φειδόμενος, ὡς οὐδεὶς ἀνήρ,
> Πάλιν τ' ἀναλῶν, ἡνίκ' ἂν τούτου δέῃ.

Δαιταλεῦσιν·

> Εἰς τὰς τριήρεις δεῖ μ' ἀναλοῦν ταῦτα, καὶ
> Τὰ τείχη.

Ἐν δὲ τῷ παρεληλυθότι καὶ διὰ τοῦ η ἀδιαφόρως· οἷον ἀνήλισκον, καὶ ἀνάλισκον. καὶ αὖθις·

> Εἰς οἷ' ἀνάλισκον οἱ πρὸ τοῦ τὰ χρήματα.

Ἀναλίσκειν, & ἀναλοῦν. Utrumque gaudet accusativo. [Consumere. Impendere.] Aristophanes in *Pluto*:

> *Amo enim & parce vivere, ut nemo magis,*
> *Et rursus sumptus facere, cum opus est.*

Idem in *Dætalensibus*:

> *In triremes oportet me impendere hæc, & in*
> *Muros.*

In præterito & per α & per η sine discrimine scribitur: ut, ἀνήλισκον & ἀνάλισκον. Et iterum:

> *In quales res priorum seculorum homines pecuniam impenderunt!*

Ἄναλκις. ἀδύνατος. ἀσθενής. [6] Οὐ γὰρ μόνον ὁ μέγας κίνδυνος ἄναλκιν οὐ φῶτα λαμβάνει, ὡς λέγει Πίνδαρος· ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας ἀνὴρ οὐδένα μικρὸν ἀγῶνα προσίεται. ἀλλ' ὅπου φυγάδες ἄλλοι δι' ἀνανδρείαν ἀποδιδράσκουσιν, ἐνταῦθα καταβαίνει παραβαλλόμενος. Καὶ αὖθις ἡ Τραγῳδία φησὶ περὶ Αἰγίσθου·

> [7] Ὁ πάντ' ἄναλκις οὗτος, ἡ πᾶσα βλάβη,
> Ὁ σὺν γυναιξὶ τὰς μάχας ποιούμενος.

Συνεργούσης γὰρ τῆς Κλυταιμνήστρας ἀνεῖλε τὸν Ἀγαμέμνονα.

Ἄναλκις. Imbellis. Ignavus. *Non solum enim magnum periculum imbellem virum non admittit, ut ait Pindarus: sed etiam magnus vir parvum certamen se dignum non putat. At ubi alii propter ignaviam fugam capessunt, ibi ille forti animo discrimini se offert.* Et iterum Tragœdia de Ægistho inquit:

> *Hic maxime imbellis, & omnibus perniciosus,*
> *Et qui mulierum ope adjutus pugnas init.*

Adjuvante enim Clytæmnestra [Ægisthus] interfecit Agamemnonem.

Ἀναλογεῖον. ἐν ᾧ τίθενται τὰ βιβλία.

Ἀναλογεῖον. Locus, in quo reponuntur libri.

Ἀνάλογον. ἀναλόγου ὁρισμός ἐστιν οὗτος. Ἀνά-

Ἀνάλογον. Proportio. Proportionis hæc est

1 Μόλις δὲ τῶν Καρχηδ. ἀπὸ τῆς καταπλ.] Hæc sunt verba Diodori in *Excerptis Legationibus*, a Fulv. Ursino editis, cap. XXVII. ut Pearsonius recte observavit. Vide etiam infra v. Βλάνων, ubi idem fragmentum repetitur.

2 Ἀναλεξαμένων] In *Excerptis Legat.* loco laudato legitur ἀναψυξαμένων; quod ferri quidem etiam potest: at lectionem tamen Suidæ, si optio detur, ei prætulerim.

3 Κατανοήσας τὸ βάθος τῶν ἀναλ.] Hoc fragmentum ad Polybium refert Valesius.

4 Σπουδὴν ἐποιεῖτο ὑπὲρ ἀναλ.] Hæc sunt verba Polybii lib. III. cap. LXXXVII.

5 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 13. P.

6 Οὐ γὰρ μόνον ὁ μέγας κίνδυνος ἄναλκιν οὐ φῶτα λαμβ.] Fragmentum hoc ex Damascii Vita Isidori depromptum esse non conjectura est, sed certa veritas, quoniam apud Photium in Excerptis ex illa Vita, pag. 1032. idem hic locus exstat. Emendandum autem & supplendum esse ex Suida Photium cuilibet facile patebit, qui verba ejus cum hoc loco Suidæ conferre voluerit. Plura enim habet Suidas, quam Photius; quod evidens est argumentum (ut hoc obiter moneam) auctorem nostrum non ex Photio, sed ex ipso Damascio sua descripsisse: quod etiam longe clarius probant multa alia apud Suidam loca, ex eodem scriptore deprompta, quæ in Excerptis Photianis frustra quæras.

7 Ὁ πάντ' ἄναλκις οὗτος, ἡ π.] Locus hic excerptus est ex Sophocl. *Electra*, pag. 95. ut Portus etiam observavit.

λογον ἔχει μεγέθη πρὸς ἄλληλα, ὧν ἡ αὐτὴ ἀνθυφαίρεσις. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης τὴν ἀνθυφαίρεσιν [1]ἀνταναίρεσιν εἴρηκεν. τὸ ἀνάλογον ἔχοντα πρὸς ἄλληλα, καὶ ὁμοίως ἔχειν πρὸς ἄλληλα λέγεται. ἀνάλογον δὲ, ἀντὶ τοῦ ὁμοίως. καὶ αὖθις. Οἱ δὲ στρατιῶται γενναῖοι ὀφθῆναι, καὶ τῷ ἴσῳ ἀξιώματι ἀναλογοῦντες. καὶ ἀναλόγως, ἴσως. καὶ Ἀναλογώτερον, τὸ ὑψηλότερον. τὸ σοφώτερον. τὸ ἀναλογικώτερον.

Ἀναλογῶ. ἐπὶ τοῦ ἁρμόζω, δοτικῇ. Οἰκοδόμοι μεγέθη δομάτων ἐφ' ὕψος αἴροντες, τῷ ὕψει τοὺς θεμελίους ἀναλογοῦντας ὑποβάλλουσι. [2]καὶ ἐπὶ τοῦ ἀπεικάζω, καὶ ὁμοιῶ. Ὁ αὐλαίαν εἶχεν ἀναλογοῦσαν σκηνῇ οὐρανίᾳ.

Ἀναλώθησαν. ἠφανίσθησαν. [3]Οὐδὲ γὰρ ἀναλώθησαν ἄλλως αἱ εὐχαί. θηρίον γάρ τι αὐτοῖς πομπῇ κρείττονι ἐντυγχάνει.

Ἀναλοῦντες. ἀντὶ τοῦ ἀναιροῦντες. Θουκυδίδης. καὶ Ἀναλῶν, καὶ Ἀναλοῦν, τὸ ἀναιροῦν.

Ἄναλτον. [4]Ὅμηρος καὶ Κρατῖνος ἀντὶ τοῦ [5]Ἀπλήρωτον. Δείναρχος δὲ, ἀντὶ τοῦ χωρὶς ἁλῶν.

Ἀναλλοίωτος. ὁ ἀεὶ αὐτὸς ὤν, καὶ μὴ δεχόμενος ἀλλοίωσιν.

Ἀναλύζουσα. στενάζουσα. λυγγαίνουσα. ἔστι δέ τι πάθος γινόμενον τοῖς μετὰ συμπαθείας πολλῆς κλαίουσιν.

Ἀναλυθῆναι. τὸ καθαρτικῷ τινὶ χρήσασθαι φαρμάκῳ. Μένανδρος Ἥρωσιν [6]Ἐπιφαρμακευθεὶς γλυκύτατ' ἀναλυθεὶς μόλις.

Ἀνάλυσις. ἐξάπλωσις. Ὅρος γάρ ἐστι λόγος κατ' ἀνάλυσιν ἀπαρτιζόντως ἐκφερόμενος τοῦ ὁριστικοῦ καὶ κεφαλαιωδῶς. Ἀνάλυσις, ἡ ἀπὸ σχήματος ἐπὶ σχῆμα τῶν τρόπων ἀνάλυσις. Ἀναλύειν γὰρ λέγεται, τὸ τοὺς συνθέτους συλλογισμοὺς ἀνάγειν εἰς τοὺς ἁπλοῦς, καὶ εἰς τὰς προτάσεις, ἐξ ὧν αὐτοῖς τὸ εἶναι. κατὰ γοῦν τὸ σημαινόμενον τῆς ἀναλύσεως, Ἀναλυτικὰ γέγραπται τὰ τοῦ Ἀριστοτέλους.

Ἀναλφάβητος. [7]Ἀμαθὴς γραμμάτων ἁπάντων, καὶ, τὸ δὴ λεγόμενον, ἀναλφάβητος.

Ἀνάλφιτον. Φιλύλλιος Αἰγεῖ.

Ἀναμάθω. ἐξ ἀρχῆς μάθω.

Ἀναμαλάττεσθαι. ἀναφυρᾶν. καὶ Ἀναμάττεσθαι, ὁμοίως.

definitio. Proportio magnitudines inter sese convenientes habet, quarum altera de altera subtrahi potest. Aristoteles subtractionem ejusmodi vocavit ἀνταναίρεσιν. De rebus proportionem inter se habentibus Græci dicunt, τὸ ἀναλογ. ἔχειν πρὸς ἄλληλα, & ὁμοίως ἔχειν πρὸς ἄλληλα. *Milites vero, & aspectu generoso præditi, & dignitate pares.* Et Ἀναλογικώτερον, altius, sapientius, convenientius.

Ἀναλογῶ. Quum significat ἁρμόζω, i. e. congruo, dativo jungitur. *Ædes in ingentem altitudinem exstruentes, fundamenta altitudini proportione respondentia subjiciunt.* Item, similis sum. *Quod aulam habebat, tabernaculo cælesti similem.*

Ἀναλώθησαν. Deleti sunt. Consumpti sunt. *Haud enim preces illorum irritæ fuerunt. Fera enim quædam illis occurrit &c.*

Ἀναλοῦντες. E medio tollentes. Thucydides. Et Ἀναλῶν, e medio tollens.

Ἄναλτον. Apud Homerum & Cratinum hæc vox significat, Inexplebile. Apud Dinarchum vero, Non salitum.

Ἀναλλοίωτος. Qui semper idem est, nec ulli mutationi obnoxius.

Ἀναλύζουσα. Gemens. Singultiens. Hoc autem accidere solet illis, qui magna cum commiseratione flent.

Ἀναλυθῆναι. Aliquo medicamento, alvum purgante, uti. Menander Heroibus: - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - -

Ἀνάλυσις. Resolutio. Explicatio. Definitio enim est oratio, quæ definitum resolvit, & absolute summatimque effertur. Ἀνάλυσις est, modorum ex figura in figuram resolutio. Ἀναλύειν enim dicitur, compositos syllogismos ad simplices, & ad propositiones, ex quibus constant, reducere. Secundum igitur hanc τῆς ἀναλύσεως significationem, Aristotelis *Analytica* scripta sunt.

Ἀναλφάβητος. [Illiteratus.] *Erat vero omnium literarum expers, & ne primis quidem elementis imbutus.*

Ἀνάλφιτον. [Farina carens.] Philyllius in *Ægeo.*

Ἀναμάθω. De integro discam.

Ἀναμαλάττεται. Denuo subigere & pinsere. Et Ἀναμάττεται, idem.

1 Ἀντανaίρεσιν] Hæc vox in prioribus Edit. culpa librariorum ex textu excidit; quam ex MSS. Paris. revocavi.

2 Καὶ ἐπὶ τοῦ ἀπεικάζω, καὶ ὁμοιῶ] Legendum potius est, καὶ ἐπὶ τοῦ ἀπεικάζομαι, καὶ ὁμοιοῦμαι.

3 Οὐδὲ γὰρ ἀναλώθησαν ἄλλως αἱ εὐχ.] Duram sane conditionem nostram fore sentimus, si Lector a nobis exigere velit, ut omnium fragmentorum, quæ in Suida sunt, & auctores laudemus, & verum sensum ex paucis, iisque corruptis sæpe verbis eruamus. Cum enim multos ex iis scriptoribus, ex quibus Suidas sua excerpsit, temporum injuria nobis eripuerit; prius sane vel ipsa Iniquitate judice a nobis exigi non potest. Nec alterum eandem ob causam a nobis præstari potest, quoniam multa sunt apud Suidam loca, propter brevitatem suam adeo obscura, ut omne ingenii acumen facile eludant, & nonnisi ex ipsis scriptoribus, ex quibus deprompta sunt, illustrari possint. Hoc ideo monemus, ne Lectori mirum videatur, si quædam loca, quorum auctorem investigare non potuimus, vel ἀνερμήνευτα, vel inemendata nonnunquam prætereamus.

4 Ὅμηρος] Odyss. P. v. 228.

Βούλεται αἰτίζων βόσκειν ἣν γαστέρ' ἄναλτον.

Ubi Scholiasta: Ἄναλτον, ἀπλήρωτον. Huc ergo Suidas respexit.

5 Ἀπλήρωτον] Priores Edit. mendose habet ἀναπλήρωτον, cujus loco ἀπλήρωτον ex 2 MSS. Paris. itemque Hesychio, Etymologo, & Scholiasta Homeri reposui.

6 Ἐπιφαρμακευθεὶς γλυκ.] Exerceant se hic acutiores, & tentent, an ex obscuro hoc fragmento sensum aliquem elicere possint.

7 Ἀναλφάβητος. Ἀμαθὴς γραμμάτων, & τὸ δὴ λ.] Hæc sunt verba Procopii *Histor. Arc.* cap. VI. de Justino seniore Imperatore. Vide quæ de hoc loco notamus infra v. Ἰουστινιανὸς, post v. Ἰουστῖνος.

Ἀναμ-

"Αναμμα. [1] Τρέφεσθαι δὲ τὰ ἔμπυρα, καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα, τὸν μὲν ἥλιον ἐκ μεγάλης θαλάττης, νοερὸν [2] ὄντα ἄναμμα· τὴν δὲ σελήνην, ἐκ ποτίμων ὑδάτων, ἀερομιγῆ τυγχάνουσαν, καὶ πρόσγειον οὖσαν.

Ἀναμαστώμενοι. ἀντὶ τοῦ, ἀνερευνῶντες.

Μόλις [3] τὸ πρᾶγμ' ἔγνωσαν ἀναμαστώμενοι.

οἱ κριταί. Ἀριστοφάνης. καὶ Ἀναματλώμεναι, ἀναμαστώμεναι.

Ἀναμαχούμενον. ἐκ δευτέρου μαχεσόμενον. Ὁ δὲ ἐκέλευεν αὐτὸν αὖθις ἥκειν ἀναμαχούμενον τὴν προτέραν ἧτταν.

Ἀναμέλποντες. ἀνυμνοῦντες.

Ἀναμετρήσαιμι. διαπεράσαιμι. Μήποτε εἰς Ῥήγιον ἐκπλεῖν, μή τι τὴν πολλὴν θάλασσαν ἀναμετρεῖν.

Ἀναμηρύσασθαι. [4] ἀνατεῖναι.

Ἀναμίλλητον. ἀφιλόνεικον.

Ἀναμίξ. ἀναμίγδην. ἀναμεμιγμένως.

Ἀνάμνησις. [5] Ἀνάμνησίς ἐστι φαντάσματος εὕρεσις. ἀρξαμένη δὲ ἀπὸ τῆς ψυχῆς διαβαίνει ἐπὶ τὸ ἐζωωμένον σῶμα. ἀναμνησθέντες γὰρ φοβεροῦ τινος ἡμῖν γενομένου, ὠχριάσαμεν· καὶ τοῦ πλοῦ ἀναμνησθέντες, ἐναυτιάσαμεν. πῶς δὲ λέγομεν ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἄρξασθαι τὴν κίνησιν ἐπὶ τῆς ἀναμνήσεως; ἢ οὐχ ὡς ἐκείνης αὐτῆς ἀναμιμνησκομένης· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν αἰσθήσεων λέγομεν· ἀρξαμένη γὰρ ἡ κίνησις ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν, διέβη μέχρις ἐκείνου, ἐν ᾧ ἡ κριτικὴ καὶ αἰσθητικὴ δύναμις· τοῦτο δέ ἐστι τὸ πνεῦμα· οὕτως δὲ ἐπὶ τῆς ἀναμνήσεως λέγομεν, ὅτι ἀπὸ τοῦ πνεύματος, ἐν ᾧ ἡ ψυχή, καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς κατὰ τὴν ἀνάμνησιν κινήσεως γίνεται· ἀνάπαλιν ἢ ἐπὶ τῆς αἰσθήσεως. εἰς ὃ γὰρ τελευτᾷ ἡ αἴσθησις, ἐκεῖθεν ἡ ἀρχὴ τῆς ἀναμνήσεως. ἡ γὰρ ἀνάμνησις, φαντάσματός ἐστιν εὕρεσις, ὁπότε ἐγένετο ἐν τῷ πνεύματι. ἐν τούτῳ γὰρ γίνεται τὰ φαντάσματα, ἐν ᾧ καὶ ἡ αἰσθητικὴ ψυχὴ ἵδρυται. ἀπὸ τούτων οὖν τῶν ἐν τῷ πνεύματι, ἐν ᾧ ἐστιν ἡ ψυχή, ἐγκαταλειμμάτων, ἅπερ φαντάσματα καλοῦμεν· [6] ἅπερ ἐγκαταλείμματα ἐκ τῶν κατὰ τὰς αἰσθήσεις ἀντιλήψεων ἔχει· ἀπὸ τούτων ἡ ἀρχὴ τῆς κατὰ τὴν ἀνάμνησιν κινήσεως γίνεται. ἐπιβάλλουσα οὖν πάλιν τῷ φαντάσματι, ὃ πρὶν εἶχε, τυποῖ τῷ

"Αναμμα. [Accensio, vel Accensum quid.] *Hæc autem ignita, cæteraque astra omnia nutriri, Solem quidem, qui est accensum quiddam intellectu præditum, ex mari magno; Lunam vero, quæ aeri permixta, & terræ vicina est, ex aquis dulcibus.*

Ἀναμαστώμενοι. Inquirentes. Investigantes.

*Vix rem, diligenter examinatam, cognoverunt.*

Judices scilicet. Aristophanes. Et Ἀναματλώμεναι pro ἀναμαστώμεναι dicitur.

Ἀναμαχούμενον. Denuo pugnaturum. *Ille autem jussit ipsum redire, ut priorem cladem iterato prælio resarciret.*

Ἀναμέλποντες. Carmine celebrantes.

Ἀναμετρήσαιμι. Trajiciam. [Emetiar.] *Nunquam Rhegium navigare, nec magnum illud mare trajicere.*

Ἀναμηρύσασθαι. Extendere. Diducere.

Ἀναμίλλητον. A contentione abhorrentem.

Ἀναμίξ. Promiscue.

Ἀνάμνησις. Recordatio. Recordatio est visi inventio. Initio autem ducto ab anima, penetrat usque ad corpus vita præditum. Recordantes enim alicujus terroris, nobis ante objecti, expallescimus; & navigationis recordantes, nauseamus. Quo sensu vero dicimus, in recordatione motum ab anima initium ducere? Non quasi ipsa [anima per se] recordetur; sed quemadmodum de sensibus diximus, motum incipere ab iis, quæ sentiuntur, & pergere ad illud usque, in quo judicandi & sentiendi facultas sita est (id autem est spiritus:) sic etiam de recordatione dicimus, a spiritu, in quo est anima, incipere motum illum, qui recordationis causa est. Contrarium prorsus accidit in sensu. In quo enim desinit sensus, illinc initium recordationis. Recordatio enim est visi inventio, quum extitit in spiritu. In hoc enim existunt visa, in quo & anima, sentiendi facultatem habens, sita est. Ab his igitur, quæ in spiritu, in quo est animæ sedes, existunt, reliquiis, quas *visa* vocamus (eas autem reliquias spiritus a sensibus accipit) ab his initium motus fit in recordatione. Incidens igitur iterum in visum, quod ante habebat, id

1 Τρέφεσθαι δὲ τὰ ἔμπυρα, καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα, τ.] Hæc, & quæ sequuntur, excerpta sunt ex Laertio in Vita Zenonis, Segm. 146. ut Pearsonius quoque ad oram Codicis sui notaverat.

2 Νοερὸν ὄντα ἄναμμα] Sic locum hunc ex Laertio emendavi. In prioribus enim Edit. pessime legitur νωθρὸν ἄναμμα, quod Portus, nullum hic mendum suspicatus, *tardum incendium* verterat. Ut autem locus hic recte intelligatur, & simul appareat, me νοερὸν pro νωθρὸν Suidæ recte restituisse, sciendum est, Stoicos, quorum dogmata Laertius loco laudato exponit, existimasse, Solem esse astrum ignitum, & intellectu præditum; quod præter Laertium multi etiam alii scriptores testantur. Clemens Alexandrinus Strom. lib. VIII. p. 552. Φασὶν οὖν οἱ Στωϊκοὶ, τοῦτ' εἶναι ἄναμμα ΝΟΕΡΟΝ ἐκ θαλαττίων ὑδάτων. i. e. *Dicunt itaque Stoici [Solem] esse aliquid accensum ex aquis marinis intellectu præditum.* Plutarchus *de Placitis Philosophorum* sententiam Stoicorum de Sole exponens ait: Οἱ Στωϊκοὶ ἄναμμα ΝΟΕΡΟΝ ἐκ θαλάττης: quæ verba ex Plutarcho repetit Eusebius *de Præpar. Evang.* lib. XV. cap. XXIII. Stobæus in Eclogis Physicis lib. I. pag. 57. Ζήνων τὸν ἥλιόν φησι, καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων ἕκαστον εἶναι ΝΟΕΡΟΝ καὶ φρόνιμον πῦρ. Apud eundem pag. 56. legitur, Cleanthem Solem appellasse ἄναμμα (sic enim ibi scribendum) ΝΟΕΡΟΝ τὸ ἐκ θαλάσσης. Eustathius ad Il. E. pag. 985. Ἄναμμα γὰρ ἡλίου θαλάσσιον φασὶν οἱ παλαιοί, προστιθέντες καὶ τὸ νοερόν, ἐν τῷ εἰπεῖν, ἄναμμα ΝΟΕΡΟΝ τὸ ἐκ θαλάσσης ἀναπεμπόμενον. Vide etiam Lipsium *Physiolog. Stoic.* lib. II. Dissert. XIV.

3 Μόλις τὸ πρᾶγμ' ἔγν. ἀν.] Senarius hic depromptus est ex Aristoph. *Vespis* pag. 487. (339. Edit. Bas. ut Portus observavit.)

4 Ἀναμηρύσασθαι. ἀνατ.] Vide supra v. Ἀμηρῦσαι.

5 Ἀνάμνησις. Ἀνάμν. ἐστι φαντ.] Totum hunc articulum descripsit Suidas ex Philopono in Arist. *de Anima*, E. IV. 2. ut Pearsonius ad oram Codicis sui recte notaverat.

6 Ἅπερ] Hæc vox in prioribus Edit. deest, quam ad supplendam sententiam ex Philopono loco huic restitui.

ἐγγινομένῳ πρότερον ἐν τῷ πνεύματι [1] τόπῳ, ἀναμιμνήσκεται), καὶ δι' οὗ αἰσθητηρίου ᾔσθετο αὐτό. οὕτω συνδιατίθεται τῷ αἰσθητηρίῳ τὸ σῶμα.

Ἀναμοχλευόντων. ἀνορυττόντων. ἀνακινούντων. Βιαζομένων δὲ αὐτῶν, καὶ τὰς θύρας ἀναμοχλευόντων, δράκοντες ἄρα μέγιστοι τὸ μέγεθος ἀνέστελλον αὐτούς.

Ἀναμύειν. ἀναβλέπειν.

Ἀναμφήριστον. ἀναμφίβολον. καὶ Ἀναμφήριστος, ὁ ἀναμφισβήτητος.

Ἀν' ἀμφοῖν. εἰς τὸ τέλος τοῦ βίου τοῦ ὁσίου Εὐθυμίου ἐν τῇ μεταφράσει.

Ἀνανέμειν. ἴσον τῷ ἀναγινώσκειν. Ἐπίχαρμος. Ἡρόδοτος [2] δὲ ἀνανέμεσθαι ἐπὶ τοῦ καταλέγειν τέθεικεν.

Ἀνανεοῦσθαι. ὡς ἡμεῖς. Θουκυδίδης ε. [3] καὶ Πλούταρχος. Κρατῖνος.

Ἀνανεωσάμενος. ἀνακαινίσας, καὶ ἀναγείρας. ἢ ἀναμνησθείς. εἰς ἔννοιαν ἐλθών. Ὁ δὲ Μάρκος, προσανανεωσάμενος τὴν τοῦ τείχους ταπεινότητα, ἐπεβάλλετο κατατολμᾶν τῆς ἐλπίδος.

Ἄνανος. ὄνομα κύριον. [4] Ἀποκλείσας τοὺς Ζηλωτὰς εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ φρουρὰν αὐτοῖς ἐπιστήσας, παρεκάθητο.

Ἄναντα. ἀνωφερῆ. δυσχερῆ.

Ἀνανταγώνιστος. ἀκαταμάχητος. Ἀνανταγώνιστος ἦν ἡ Ῥωμαίων ὁρμὴ, καὶ δυσάντητος τοῖς ἐντυγχάνουσιν.

Ἄναντες. ἀνωφερές. ὅτι ταυτόν ἐστιν ἄναντες, [5] καὶ πρόσαντες. καὶ εἴη μὲν ἄναντες, τοῦτο καὶ πρόσαντες. οὐκ ἔτι δὲ τὸ ἀνάπαλιν. τὸ γὰρ πρόσαντες, ἀπότομον, καὶ μὴ [6] παρέχον, μηδὲ ἀποδεχόμενον τὸν ἀναβῆναι βουλόμενον. τῷ δὲ ἀνάντει, καὶ προσάντει, ἐναντίον τὸ κάταντες. καὶ τὰ μὲν ἡδέα καὶ τερπνὰ, λέγομεν ῥᾷστα, καὶ ῥᾴω. τὰ δὲ λυπηρὰ, προσάντη, καὶ ἀνάντη, καὶ δυσχερῆ. καὶ ἀνάντης, ἡ δύσβατος ὁδὸς. καὶ κλίνεται εἰς ους.

Ἀναντίρρητον. τὸ ἀντιλογίαν μὴ δεχόμενον.

Ἄναξ. θηλυκῶς. οὕτως Αἰσχύλος.

Ἀναξαγόρας, [7] σοφιστὴς, Ἡγησιβούλου υἱὸς, Κλαζομένιος. Νοῦς [8] δὲ ἐπεκαλεῖτο, ἐπειδὴ ὕλην καὶ νοῦν πάντων φρουρὸν εἶπεν. Οὗτός ἐστιν ὁ τὸν ἥλιον εἰπὼν μύδρον διάπυρον, τουτέστι, πύρινον λίθον. ἔφυγε δὲ ἐξ Ἀθηνῶν, Περικλέους αὐτῷ συνειπόντος καὶ ἐλθὼν ἐν Λαμψάκῳ, ἐκεῖ καταστρέφει τὸν βίον ἀποκαρτερήσας. ἐξήγαγε δὲ τοῦ ζῆν ἑαυτὸν ἐτῶν ο, διότι

est, in vestigium, spiritui ante impressum, recordatur, quo sensus organo illud antea perceperit. Et sic una cum sensus organo corpus afficitur.

Ἀναμοχλευόντων. Eruentium. Emoventium. *Illis autem per vim ingredi conantibus, & fores cardine emoventibus, ecce dracones insigni magnitudine præditi ipsos represserunt.*

Ἀναμύειν. Visum recipere.

Ἀναμφήριστον. Non controversum. Certum. Et Ἀναμφήριστος. Non controversus.

Ἀν' ἀμφοῖν. In ambobus. In metaphrasi Vitæ S. Euthymii circa finem.

Ἀνανέμειν. Idem ac τὸ ἀναγινώσκειν, i. e. legere. Epicharmus. Herodotus vero τὸ ἀνανέμεσθαι posuit pro καταλέγειν, i. e. recensere.

Ἀνανεοῦσθαι. [Renovare. Instaurare.] Thucydides lib. v. Plutarchus. Cratinus.

Ἀνανεωσάμενος. Qui renovavit. Qui excitavit. Vel, qui recordatus est. Cui aliquid in mentem venit. *Marcus vero, renovata ea muri parte, qua humilis erat, aggressus est id, cujus spem animo conceperat.*

Ἄνανος. Ananus. Nomen proprium. *Cum Zelotas in templum conclusisset, & præsidium ipsis imposuisset, eos obsedit.*

Ἄναντα. Acclivia. Ardua.

Ἀνανταγώνιστος. Qui superari vel sustineri nequit. *Romanorum impetus sustineri non poterat, & male mulctati discedebant, qui ei resistere ausi essent.*

Ἄναντες. Acclive. Arduum. Quicquid est ἄναντες, est etiam πρόσαντες. Non vero contra. Πρόσαντες enim significat præruptum, nec paulatim vergens, accessumve ulli præbens. Ἀνάντει vero & προσάντει contrarium est τὸ κάταντες, i. e. Declive. Et res quidem jucundas & gratas vocamus *faciles*: molestas vero, *præruptas, arduas, & difficiles.* Et ἀνάντης ὁδὸς, est via ardua. Declinatur autem per ους.

Ἀναντίρρητον. Quod nullam contradictionem admittit.

Ἄναξ. Generis fœminini. Sic Æschylus.

Ἀναξαγόρας. Anaxagoras, Sophista, Hegesibuli F. Clazomenius, qui *Mens* cognominatus est, quod materiam & mentem rerum omnium custodem esse diceret. Hic est ille, qui Solem dixit esse globum, vel lapidem ignitum. Idem Athenis pulsus est, quamvis Pericles ipsius causæ patrocinium suscepisset; & Lampsacum profectus, illic inedia vitam finivit. Mortem

1 Τόπῳ] Sic quidem omnes Edit. habent: sed apud Philoponum rectius scriptum est τύπῳ, quam lectionem in versione secutus sum.

2 Ἡρόδοτος δὲ, ἀναν.] Apud Herodotum lib. 1. pag. 44. legitur, τῆς μητρὸς ἀναμνήσεται τὰς μητέρας, i. e. *Matris matres recensens.* Ἀναμνήσεται vero dictum Ionice, pro communi ἀναμνήσεται, & Attice ἀναμνήσεται. Quare Suidæ locus non caret mendi suspicione. Fortasse scribendum, Ἀναμνᾶσθαι. ἀναμνησθῆναι. ἀναμιμνήσκεσθαι. Ἴσον τῷ ἀναγινώσκειν. Ἡρόδοτος δὲ ἀναμνᾶσθαι, &c. P.

3 Καὶ Πλούταρχος. Κρατῖνος.] Duo MSS. Paris. habent καὶ Πλάτ. Κρατῖνος: quam lectionem agnoscit etiam Codex Vaticanus, ut Pearsonius monet.

4 Ἀποκλείσας τοὺς ζηλωτὰς εἰς τ.] Fragmentum hoc depromptum est ex Joseph. *de Bello Jud.* lib. iv. ut Pearsonius monuit.

5 Καὶ πρόσαντες] Hæ duæ voces in prioribus Edit. desunt, quas ex MSS. Paris. loco huic restitui.

6 Παρέχον] Hanc lectionem ex MSS. Paris. revocavi. Priores enim Edit. minus recte habent παρέχει.

7 Ἀναξαγόρας.] Ex Harpocratione. Vide etiam Laertium lib. ii.

8 Νοῦς δ' ἐπεκαλεῖτο, ἐπ.] Vide Menagium ad Laertium lib. ii. Segm. vi.

ὑπ'

ὑπ' Ἀθηναίων ἐνεβλήθη ἐς δεσμωτήριον, οἷά τινα καινὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ παρεισφέρων. Ὅτι [1] Ἀναξαγόρας Ὀλυμπιάσιν, ὁπότε ἥκιστα ὗε, παρελθὼν ὑπὸ κωδίῳ ἐς τὸ στάδιον, ἐπὶ προῤῥήσει ὄμβρου λέγεται τοῦτο πεπραχέναι. καὶ ἄλλα δὲ πλεῖστα προλέγων. Οὗτος, Κλαζομένιος ὤν, [2] ἀγέλαις τε καὶ καμήλοις τὰ ἑαυτοῦ ἀνῆκε. περὶ τούτου ἔφη Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς, προβάτοις μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις φιλοσοφῆσαι. ὁ δὲ Θηβαῖος Κράτης καταπεπόντωκε τὴν οὐσίαν, οὔτε προβάτοις ποιήσας ἐπιτήδειον, οὔτε ἀνθρώποις.

Ἀναξανδρίδης, Ἀναξάνδρου, [3] Ῥόδιος ἐκ Καμείρου, γεγονὼς ἐν τοῖς ἀγῶσι Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος, Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ πρώτῃ. κατὰ δέ τινας, Κολοφώνιος. ἔγραψε δὲ δράματα ἑξηκονταπέντε· ἐνίκησε δὲ ι. καὶ πρῶτος οὗτος ἔρωτας καὶ παρθένων φθορὰς εἰσήγαγεν.

Ἀναξία. ἀξίαν οὐκ ἔχουσα· ἀλλ' ἄτιμος.

Ἀλλ' [4] ἅπερ εἴ τις ἔποικος ἀναξία
Οἰκονομῶ θαλάμους πατρός.

Ἔποικος δὲ, ἀντὶ τοῦ μέτοικος. οἰκονομῶ δὲ, ἀντὶ τοῦ διαιτῶμαι. καὶ ἀναξιοπαθοῦντες, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἄξιον ἡγούμενοι.

Ἀναξίβιος. Λακεδαιμονίων στρατηγός.

Ἀναξίλας. Κωμικὸς ποιητής.

Ἀναξίμανδρος, [5] Πραξιάδου, Μιλήσιος, φιλόσοφος, συγγενὴς, καὶ μαθητὴς, καὶ διάδοχος Θάλητος. [6] πρῶτος δὲ ἰσημερίαν εὗρε, καὶ τροπὰς, καὶ ὡρολογεῖα, καὶ τὴν γῆν ἐν μεσαιτάτῳ κεῖσθαι. γνώμονά τε εἰσήγαγε, καὶ ὅλως γεωμετρίας ὑποτύπωσιν ἔδειξεν. Ἔγραψε περὶ φύσεως. Γῆς περίοδον. περὶ τῶν ἀπλανῶν, καὶ σφαῖραν, καὶ ἄλλα τινά.

Ἀναξίμανδρος, [7] Ἀναξιμάνδρου, Μιλήσιος, ὁ νεώτερος, ἱστορικός. γέγονε δὲ κατὰ τοὺς Ἀρταξέρξου χρόνους τοῦ Μνήμονος κληθέντος. Ἔγραψε Συμβόλων Πυθαγορείων ἐξήγησιν· οἷόν ἐστι τὸ, Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν· Μαχαίρᾳ πῦρ μὴ σκαλεύειν· Ἀπὸ ὁλοκλήρου ἄρτου μὴ ἐσθίειν· καὶ τὰ λοιπά.

Ἀναξιμένης, [8] Εὐρυστράτου, Μιλήσιος, φιλόσοφος, μαθητὴς καὶ διάδοχος Ἀναξιμάνδρου, τοῦ Μιλησίου. οἱ δὲ καὶ Παρμενίδου ἔφασαν. γέγονεν ἐν τῇ νε' Ὀλυμπιάδι, ἐν τῇ Σάρδεων ἁλώσει, ὅτε Κῦρος ὁ Πέρσης Κροῖσον καθεῖλεν.

Ἀναξιμένης. Ἀριστοκλέους, Λαμψακηνὸς, ῥήτωρ, μαθητὴς Διογένους τοῦ Κυνὸς, καὶ Ζωΐλου τοῦ Ἀμφι-

autem sibi conscivit, cum esset annorum LXX: idque ideo, quod ab Atheniensibus in carcerem conjectus fuisset, quasi novam quandam de Deo opinionem introduceret. Hic Anaxagoras in Olympiis, cum minime plueret, villosa pelle indutus in stadium ingressus esse dicitur, quod imbrem imminere sciret. Idem etiam multa alia prædixit. Hic Clazomenius fuit, gregibusque & camelis agros suos depascendos reliquit. De hoc Apollonius Tyaneus dixit, ipsum ovibus potius, quam hominibus philosophatum fuisse. Crates vero Thebanus bona sua in mare abjecit, eaque ratione effecit, ut nec pecudes nec homines fructum aliquem ex iis perciperent.

Ἀναξανδρίδης. Anaxandrides, Anaxandri F. Rhodius, ex Camiro, ludis Philippi Macedonis Olympiade CI. interfuit. Secundum alios vero Colophonius fuit, scripsitque fabulas LXV. ex quibus vicit X. Hic primus amores, & virginum stupra [in scenam] introduxit.

Ἀναξία. Quæ nullo loco habetur. Inhonorata.

*Sed ut quædam inquilina inhonorata*
*Thalamos patris servo.*

Ἔποικος hic significat inquilinam. Οἰκονομῶ vero, dego. Et ἀναξιοπαθοῦντες, indignum ducentes.

Ἀναξίβιος. Anaxibius, Lacedæmoniorũ Dux.

Ἀναξίλας. Anaxilas. Comicus poeta.

Ἀναξίμανδρος. Anaximander. Praxiadæ F. Milesius, Philosophus, cognatus, discipulus, & successor Thaletis. Primus Æquinoctium invenit, & Solstitia, & Horologia, & Terram in medio mundi sitam esse. Gnomonem etiam in usum introduxit, & Geometriæ hypotyposin ostendit. Scripsit de Natura Rerum: Descriptionem Terræ: De Stellis Fixis: Sphæram: & alia quædam.

Ἀναξίμανδρος. Anaximander, Anaximandri F. Milesius, junior, historicus, qui vixit temporibus Artaxerxis, cognomento *Mnemonis*. Scripsit Symbolorum Pythagoricorum interpretationem; cujusmodi est illud: *Stateram ne transgrediaris: Ignem gladio ne fodias: De integro pane ne comedas*; & cætera.

Ἀναξιμένης. Anaximenes, Eurystrati F. Milesius, Philosophus, discipulus & successor Anaximandri Milesii: secundum quosdam & Parmenidæ. Vixit Olympiade LV. quo tempore Cyrus, expugnatis Sardibus, Crœsum regno exuit.

Ἀναξιμένης. Anaximenes, Aristoclis F. Lampsacenus, orator, & discipulus Diogenis Canis, &

1 Ὅτι Ἀναξαγόρας Ὀλυμπιάσιν, ὁπότε ἥκ.] Hic locus depromptus est ex Philostrato *de Vit. Apoll.* lib. I. cap. 2. eademque leguntur apud Photium in Excerptis ex Philostrato, pag. 1017.

2 Ἀγέλαις τε καὶ καμήλοις τὰ ἑαυτ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Philostr. *de Vit. Apoll.* lib. I. cap. X. pag. 16. ut Pearsonius monuit. Vide etiam Menag. ad Laert. lib. I. Segm. VI.

3 Ῥόδιος ἐκ Καμείρου] Idem de hoc Anaxandride affirmat Athenæus lib. IX. pag. 374. ubi inquit: *Λέγεται δ' εἶναι τὸ γένος Ῥόδιος ἐκ Καμείρου.*

4 Ἀλλ' ἅπερ εἴ τις ἔπ.] Ex Sophocl. *Electr.* pag. 90. ut Portus observavit.

5 Ἀναξίμανδρος, Πραξ.] Vide de hoc Anaximandro Laertium, l. II.

6 Πρῶτος δὲ ἰσημερίαν εὗρε, καὶ τρ.] Laertius loco citato: Εὗρε δὲ καὶ γνώμονα πρῶτος, καὶ ἔστησεν ἐπὶ τῶν σκιοθήρων ἐν Λακεδαίμονι (καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ) τροπάς τε καὶ ἰσημερίας σημαίνοντα· καὶ ὡροσκοπεῖα κατεσκεύασε. Consule ad locum illum Laertii Aldobrandinum & Menagium. Vide etiam quæ notavimus infra v. Ἡλιοτρόπιον.

7 Ἀναξίμανδρος, Ἀναξ. Μιλ. ὁ νεώτερος, ἱστ.] Hujus Anaximandri meminit Laertius lib. II. Segm. 2. his verbis: Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος Ἀναξίμανδρος, ἱστορικὸς, καὶ αὐτὸς Μιλήσιος, τῇ Ἰάδι γεγραφώς. Vide etiam de eo Vossium *de Histor. Gr.* lib. I. cap. VI.

8 Ἀναξιμένης, Εὐρ.] De eo vide Laertium lib. II. Segm. III.

πολίτου, τοῦ γραμματικοῦ, τοῦ κακίζοντος Ὅμηρον· διδάσκαλος δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος. εἵπετο δὲ αὐτῷ ἐν τοῖς πολέμοις. [1] Οὗτος βασιλέα Ἀλέξανδρον, θυμῷ χρώμενον ἐς Λαμψακηνοὺς, [2] τέχνῃ περιῆλθε τοιᾷδε. Φρονούντων Λαμψακηνῶν τὰ Περσῶν, ὑπερζέων τῷ θυμῷ Ἀλέξανδρος ἠπείλει τὰ μέγιστα κακὰ ἐργάσασθαι. οἱ δὲ, ἅτε περὶ γυναικῶν, καὶ παίδων, [3] καὶ τῆς πατρίδος θέοντες, ἀποστέλλουσιν Ἀναξιμένην ἱκετεύσοντα. Ἀλέξανδρος δὲ γνοὺς καθ᾽ ἥντινα αἰτίαν ἥκει, κατωμόσατο θεοὺς, ἦ μὴν αὐτοῦ ταῖς δεήσεσι τἀναντία ἐργάσασθαι. Ἀναξιμένης δὲ, χάρισαί μοι, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, τὴν χάριν, γυναῖκας καὶ τέκνα Λαμψακηνῶν ἐξανδραποδίσασθαι, καὶ τὰ ἱερὰ ἐμπρῆσαι, καὶ τὴν πόλιν ἐς ἔδαφος καταβαλεῖν. Ἀλέξανδρος δὲ οὐκ ἔχων τι πρὸς τοῦτο σοφίσασθαι, ἢ ἀντιμηχανήσασθαι, καὶ ἐνεχόμενος τῇ ἀνάγκῃ τοῦ ὅρκου, συγγνώμην ἔνειμεν οὐκ ἐθέλων Λαμψακηνοῖς. ἠμύνατο δὲ Θεόπομπον, τὸν Δαμοστράτου, ἐχθρὸν ὄντα Ἀναξιμένους, οὐκ ἀμαθέστατα, ἀλλ᾽ ἐπιφθονώτατα. Σοφιστὴς γὰρ ὢν, καὶ Σοφιστῶν λόγους μιμούμενος, γράφει βιβλίον ἐς Ἀθηναίους, καὶ ἐπὶ Λακεδαιμονίους, συγγραφὴν λοίδορον ἐς τὸ ἀκριβέστατον μιμησάμενος· καὶ ἐπιγράψας Θεοπόμπου τὸ ὄνομα, ἔπεμπεν ἐς τὰς πόλεις. καὶ ἐκ τούτου τὸ ἔχθος τὸ ἐς Θεόπομπον ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ηὔξετο. οὐ μὴν οὐδὲ εἰπεῖν τις αὐτοσχεδίως Ἀναξιμένους πρότερος ἐστὶν εὑρηκώς.

Ἀναξιοπαθοῦντες. Οὐκ ἄξιον ἡγούμενοι. Οἱ δὲ Κρῆτες ἀναξιοπαθοῦντες, οὐκ ἐδέξαντο αὐτὸν ὡς μοιχογενῆ τὸν.

Ἀνάξιππος,[4] Κωμικὸς τῆς νέας Κωμῳδίας, ἤκμασεν ἐπὶ Ἀντιγόνου καὶ Δημητρίου τοῦ Πολιορκητοῦ.

Ἀνάξοιτο. ἀνασχήσοιτο. Ξενοφῶν.

Ἀναξυρίδας.[5] Φοιμινάλια. βρακία. ἢ τὰ βαθέα καὶ [6] ἄβατα ὑποδήματα. [7] Καίπερ τῷ Θεοδοσίῳ ἐκλελυμένον τὸν ἱμάντα, τὸν ἀμφὶ τὰ αἰδοῖα τὰς ἀναξυρίδας δέοντα.

Ἀνὰ [8] ὑλαμόν. κατὰ τὸ ἄθροισμα.

Ἀναπάλλει. ἀναπηδᾷ, ἀνασείει.

Ἀναπαυδήτως.

Ἀναπαύσασθαι. τὸ κατακλίνεσθαι ὡς πρὸς ὕπνον.

Ἀνάπαυλαν. ἀνάπαυσιν. Ἀνάπαυσις δὲ ὁ μέλλων βίος. Σὺν ἑτέροις ἀξιολογωτάτοις ἀνδράσι τῷ πολέμῳ



Zoili Amphipolitani, grammatici illius, qui Homerum vituperavit: præceptor Alexandri Macedonis, quem & in bellis secutus est. Hic Regem Alexandrum Lampsacenis iratum hujusmodi arte circumvenit. Cum Lampsaceni Persarum partibus studerent, Alexander ira præter modum inflammatus gravissima quæque mala illis minatus est. Illi igitur de uxoribus, & liberis, & patria periclitantes, Anaximenem mittunt qui supplicibus pro se precibus [Alexandrum] oraret. Alexander vero, cum cognovisset, qua de causa veniret, per Deos juravit, se contraria ipsius precibus facturum. Anaximenes ad hæc: Hanc a te gratiam, Rex, peto, ut uxores & liberos Lampsacenorum in servitutem redigas, & templa incendas, & urbem solo æques. Alexander vero, cum has preces nulla arte eludere posset, quod jurisjurandi necessitate constrictus teneretur, Lampsacenis invitus veniam dedit. Idem Anaximenes ultus est Theopompum, Damostrati filium, sibi inimicum, ratione quidem callida, sed maxime invidiosa. Cum enim esset Sophista, & Sophistarum orationem apte imitari nosset, librum scripsit contra Athenienses & Lacedæmonios, in quo stilum maledicum Theopompi accurate expressit; inscriptoque ejus nomine librum per urbes [Græciæ] divulgavit. Hinc igitur odium adversus Theopompum per universam Græciam valde auctum fuit. Nemo etiam ante Anaximenem rationem dicendi extemporalem invenit.

Ἀναξιοπαθοῦντες. Indignum ducentes. *Cretenses vero, indignum hoc ducentes, ipsum, utpote ex adulterio natum, non receperunt.*

Ἀνάξιππος. Anaxippus, Comicus Comœdiæ novæ, tempore Antigoni, & Demetrii Poliorcetæ floruit.

Ἀνάξοιτο. In altum sustulerit. Xenophon.

Ἀναξυρίδας. Fœminalia. Braccas. Vel calceamenta profunda, & quæ vocantur ἄβατα. *Quamvis Theodosio solutum esset vinculum, quod circa pudenda fœminalia constringebat.*

Ἀνὰ ὑλαμόν. In conferta militum multitudine.

Ἀναπάλλει. Subsilit. Concutit.

Ἀναπαυδήτως. [Sine interdicto.]

Ἀναπαύσασθαι. Decumbere ad somnum capiendum.

Ἀνάπαυλαν. Quietem. *Futura vita est quies.* † *Consentientibus aliis laude dignis viris re-*

1 Οὗτος βασιλέα Ἀλέξανδρον, θυμῷ χρώμενον εἰς Λαμψ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli hujus, ad verbum pene descripta sunt ex Pausaniæ *Eliac. Poster.* c. XVIII. p. 496. quem vide.

2 Τέχνῃ περιῆλθε τοιᾷδε] Sic locum hunc ex Pausania emendavi. In prioribus enim Edit. minus recte legitur τέχνῃ περιεῖλε τοιᾷδε.

3 Καὶ τῆς πατρίδος θέοντες] Hinc emendandus est Pausanias, apud quem hodie pro θέοντες mendose & nullo sensu legitur δέοντες. Eleganter autem apud Græcos θέειν vel τρέχειν περὶ ψυχῆς, πατρίδος &c. dicitur de illis, de quorum salute agitur, vel quorum vita & patria in discrimine versantur. Exempla passim sunt obvia.

4 Ἀνάξιππος, Κωμ.] Ejus mentionem faciunt Athenæus, Pollux, & Ælian. in *Histor. Anim.* lib. XIII. cap. IV.

5 Ἀναξυρίδας] Vide quæ de significatione hujus vocis disputat Salmasius ad Æl. Lamprid. pag. 977.

6 Ἄβατα] Sic habent MSS. Parisienses, quos hic secutus sum. In prioribus vero Edit. excusum est ἄβαλα, quod mendosum esse non dubito. Cæterum, Hesychius eandem vocem ἀναξυρίδες sic exponit, ὑποδήματα βαθέα, ἢ βασιλικά: quod ab interpretatione Suidæ nonnihil differt. Etymologus vero cum Suida consentit.

7 Καίπερ τῷ Θεοδοσίῳ ἐκλελυμένον τὸν ἱμ.] Locus hic apud Procop. in *Histor. Arc.* cap. 1. pag. 4. unde eum Suidas descripsit, sic legitur: Καίπερ τῷ Θεοδοσίῳ ἐκλελυμένον τὸν ἱμάντα ἤδη, τὸν ἀμφὶ τὰ αἰδοῖα τὰς ἀναξυρίδας συνδέοντα.

8 Ἀνὰ ὑλαμόν. κατὰ τὸ ἄθρ.] Respexit Suidas ad locum illum Homeri Il. Δ. 251.

——— Κιὼν ἀνὰ ὑλαμὸν ἀνδρῶν.

Ubi Scholiasta ait: Ἀνὰ ὑλαμόν· ἀνὰ τὸ θρύλλον. κατὰ τὴν συστάδην ἢ ἄθροισιν τῶν ἀνδρῶν.

δεὺς

δὺς τὴν ἀνάπαυλαν. Μένανδρος· Οὕτω γὰρ Οὔννων ἡγεμὼν μέγιστος ἔτυχεν ἀναπαύλης. τουτέστιν, ἀπέθανε. καὶ Ἀναπαύλας, τόπους περὶ τοὺς νεκρούς.

Τίς[1] εἰς ἀναπαύλας ἐκ κακῶν καὶ πραγμάτων;

κηρύττει ὁ Χάρων, καὶ ὡς τόπους καταλέγει. τίς εἰς τὸ Λήθης πεδίον; λήθης πεδίον, χωρίον διατυπώσας ἐν ᾅδου οὕτω λεγόμενον· ὡς καὶ Αὐάνου λίθον. Τίς εἰς ὄνου πόκας; οὕτω λέγουσι τὸ ἄχρηστον. οὐδὲ γὰρ αἱ τοῦ ὄνου πόκαι χρησιμεύουσιν. ἐπὶ τῶν ἀνηνύτων.

Ἀνάπαιστοι.[2] κυρίως τὰ ἐν ταῖς Παραβάσεσι τῶν Χορῶν ᾄσματα. ἰδίως δὲ, τὰ τῶν ῥυθμῶν. [3]πᾶσαν δὲ Παράβασιν Ἀναπαίστους καλοῦσιν. Αὐτὸν ἐπῄνει πέρπερα παραβὰς ἐν τοῖς ἀναπαίστοις φησὶν Ἀριστοφάνης ἐν Εἰρήνῃ. Γραφαί τε παιγνιώδεις εἰς τοῦτο, καὶ Ἀνάπαιστοι ᾔδοντο κατὰ Ῥωμαίων. Σημαίνει δὲ Ἀνάπαιστος καὶ εἶδος μέτρου στίχων.

Ἀναπεμπάζειν. ἀναμιμνήσκεσθαι. πεποίηται ἀπὸ τῶν τοῖς πέντε δακτύλοις τῆς χειρὸς συνεχὲς ἀριθμούντων καὶ ἐπαναλαμβανόντων. οἱονεὶ κατὰ πεντάδα ἀριθμούντων. καὶ Ἀναπεμπαζόμενοι. ἀναριθμούμενοι. σκεπτόμενοι.

Ἀναπεπταμένα χωρία. πεδία. [4]κάμποι.

Ἀναπεπτωκώς.[5] ῥᾳθυμῶν. ἀφροντιστῶν. ἀμελῶν. Ὁ δὲ[6] ἐν τῷ πολέμῳ ἀναπεπτωκώς τε, καὶ οὐδενὶ λόγῳ, καὶ τὴν τῶν ἔργων παρασκευὴν ὀκνηρῶς ἄγων διὰ φιλοχρηματίαν ποιούμενος.

Ἀναπεποιημένης.[7] ἀναπεφυραμένης. ἀνεζυμωμένης.

Ἀναπετῶ. ἀναπετάσω. Μένανδρος[8] ἄλλοις. Ἀπεπετῶ τουτὶ προσελθὼν, καὶ οὐκ ἀνέξομ' οὐκέτι. καὶ ἐν Συνερώσῃ, καὶ Ἑταίραις.

Ἀναπέφηνα. ἀπεδείχθην. [9]καὶ οὐχὶ ἀναπέφηνα.

Ἀνάπειρα. [10]Κατασπᾶν τὰς ναῦς, τὰς ὑπηρεσίας ἐμβιβάζειν, καὶ τὴν εἰρεσίας ἀνάπειραν λαμβάνειν, παρέλκοντα τὸν χρόνον ἐπιτηδὲς, ἕως τὰ παρὰ Ῥωμαίων αὐτῷ γένηται φανερά.

Ἀναπείρατε. ἀναπείρατε τὰς κίχλας. τουτέστι, πήξατε. κεντήσατε. [11]Ἀριστοφάνης·

Φέρε τοὺς ὀβελίσκους, ἵν' ἀναπείρω τὰς κίχλας.

Ἀναπείραις. Πολύβιος· [12]Τῶν δὲ ναυτικῶν δυνάμεων κατὰ θάλατταν ταῖς ἀναπείραις καὶ ταῖς εἰρεσίαις ἐγύμναζον.

*laxationem a bello concessit.* Menander: *Sic enim maximus Hunnorum dux quietem consecutus est.* Id est, mortuus est. Et Ἀναπαύλας, status, in quo sunt mortui.

*Quis ad quietem ex malis & molestiis pervenire cupit?*

Sic proclamat Charon, & loca recenset. *Quis in Lethes campum?* Lethes campum, tanquam locum, apud Inferos sic appellatum, finxit: ut etiam *Auani lapidem.* [Sequitur apud Comicum,] *Quis ad asini lanas?* Sic vocatur res, quæ est prorsus inutilis. Asini enim lanæ nullius omnino sunt usus. [Dicitur hoc] de rebus vanis & irritis.

Ἀνάπαιστοι. Anapæsti proprie dicuntur carmina, quæ a Choro in Parabasi canebantur. Peculiariter vero, Rythmi. Omnem Parabasin Anapæstos vocant. *Se ipse laudabat in Parabasi, Anapæstos recitans.* Aristophanes in *Pace* inquit. † *Scriptaque ludicra hanc in rem, & Anapæsti in Romanos canebantur.* Anapæstus etiam significat genus metri versuum.

Ἀναπεμπάζειν. Renovare. Recordari. Dicta est hæc vox ab illis, qui quinque digitis assidue numerant & computant. Quasi dicas, qui per numerum quinarium numerant. Et Ἀναπεμπαζόμενοι, numerantes, considerantes.

Ἀναπεπταμένα χωρία. Loca plana & patentia. Campi.

Ἀναπεπτωκώς. Ignavus. Nullam alicujus rei curam habens. Negligens. *Ille vero in bello negligenter admodum, nullaque ratione, & propter avaritiam cunctanter nimis ad res gerendas sese accingebat.*

Ἀναπεποιημένης. Subactæ. Permixtæ. Fermentatæ.

Ἀναπετῶ. Aperio. Expando. Menander: * * * * * * * Eodem verbo etiam usus est in Συνερώσῃ, & Ἑταίραις.

Ἀναπέφηνα. Apparui. Visus sum. Non autem ἀναπέφηνα.

Ἀνάπειρα. [Tentamentum.] *Naves deducere, & remiges in eas imponere, remigationisque periculum facere, de industria tempus protrahentem, donec Romanorum consilia ipsi fierent manifesta.*

Ἀναπείρατε. Transfigite. Ἀναπείρατε τὰς κίχλας, verubus figite turdos. Aristophanes: *Fer verucula, ut figam turdos.*

Ἀναπείραις. [Tentamentis.] Polybius: *Navalium vero copiarum periculum faciebant, easque remigationibus exercebant.*

1 Τίς εἰς ἀναπαύλας ἐκ κ.] Senarius hic legitur apud Aristoph. in *Ranis*, pag. 220. (137. Ed. Bas.) ut Portus etiam monuit. Cæterum, ut totus hic locus recte intelligatur, inspiciendus est ipse Aristophanes, ejusque scholiasta, ex quo Suidas ista descripsit.

2 Ἀνάπαιστοι. κυρ. τὰ ἐν ταῖς Παρ. τῶν χ. ᾄσμ. ἰδ. δὲ τὰ τῶν ῥυθμ.] Eadem habet Hesychius: nisi quod pro ἀνάπαιστοι apud eum legatur ἀνάπαιστα.

3 Πᾶσαν δὲ Παραβ. Ἀναπ. καλ.] Ut hic locus intelligatur, legendus est Schol. Aristoph. ad *Pacem*, pag. 677. 678. unde Suidas hæc excerpsit.

4 Κάμποι] Vocem hanc Latinam scriptores Græci recentiores adoptarunt, eaque frequenter usi sunt, ut Lector discere poterit ex Ducangii Glossario Græco, v. Κάμπος.

5 Ἀναπεπτωκώς. ῥαθ.] Vide paulo post v. Ἀναπίπτειν.

6 Ὁ δὲ ἐν τῷ πολέμῳ ἀναπεπτ.] Hæc sunt verba Procopii de Justiniano Imperatore, in *Histor. Arc.* cap. XVIII. pag. 54.

7 Ἀναπεποιημένης. ἀναπ.] Vide Hesych. v. Ἀναπεποιημένοι.

8 Μένανδρος ἄλλοις] Puto legendum Μένανδρος Ἁλιεῖ. vel Ἁλιεῦσι, i. e. Menander in *Piscatore*, vel *Piscatoribus*: quam Menandri fabulam tum alii auctores, tum etiam ipse Suidas alibi laudat.

9 Καὶ οὐχὶ ἀναπέφηνα] Pearsonius ad marginem Suidæ sui notavit, se in codice quodam MS. scriptum reperisse, καὶ οὐχὶ ἀναπέφαγκα: quæ lectio præ vulgata amplectenda est.

10 Κατασπᾶν τὰς ναῦς] Legendum puto, κατάγειν τὰς ναῦς, quam lectionem in versione secutus sum.

11 Ἀριστοφάνης] In *Acharnens.* pag. 300. P.

12 Τῶν δὲ ναυτικῶν δυνάμ.] Huic loco aliqua deesse videntur. Casaubonus legendum putat, τὰς δὲ τῶν ναυτ.

Ἀναπείσετε. ἀντὶ τοῦ δώροις πείσετε. [1]Διαβάλλει δὲ αὐτὸν, ὡς δωροδοκούμενον. [2]Ἀριστοφάνης·

Εἰ μή μ' ἀναπείσετ', ἀποθανεῖσθε σήμερον.

Ἀναπείσετε. Pro δώροις πείσετε dixit Aristophanes. Id est, donis persuadebitis.

*Nisi donis animum meum flectatis, moriemini hodie.*

Criminatur autem eum, ut qui muneribus corrumpi se fineret.

Ἀναπειστηρίαν. δυναμένην πείθειν τοὺς ἀκούοντας. Ἀριστοφάνης·[3]

Πῶς ἂν μάθοι ποθ' οὗτος ἀπόφευξιν δίκης;
Ἢ κλῆσιν, ἢ χαύνωσιν ἀναπειστηρίαν;
Καί [4]τοι ταλάντου τοῦτ' ἔμαθ' Ὑπέρβολος.

Κλῆσιν· τουτέστι, μαρτυρίαν. Χαύνωσιν· λύσιν τῶν δικῶν, οἷον[5] ἀπάτην, καὶ κενῶν ῥημάτων, ἀναπειθόντων τοὺς ἀκούοντας. ἢ Ἀναπειστηρίαν, ὥστε χαυνῶσαι καὶ ἀναπεῖσαι τοὺς ἀντιδίκους. [6]παρὰ τὸ πείθειν τὴν δίκην. Ὁ δὲ Ὑπέρβολος ἐκωμῳδεῖτο ὡς ἀπαίδευτος, καὶ ὀψιμαθής. ἀξιοπιστεύονται δὲ οἱ διδάσκαλοι λέγοντες ἔλαττον σοῦ δὲ οὐ λαμβάνω ἐπὶ τούτῳ τῷ ἀναγνώσματι. καὶ ἐπαγγέλλονται προνοήσασθαι [7]τῶν κοινῶν μαθημάτων, ὅσων προνοοῦσι μάλιστα.

Ἀναπειστηρίαν. Quæ vim habet auditoribus rem persuadendi. Aristophanes: *Quomodo hic discet unquam judicii eludendi rationem? Aut testium advocationem; aut modum verbis inanibus rem judicibus persuadendi? Et tamen talento illa emit Hyperbolus.* Κλῆσιν, i. e. testimonium. Χαύνωσιν, modum eludendi judicii; sive fallaciam inanium verborum, quibus auditoribus aliquid persuademus. Vel Ἀναπειστηρίαν χαύνωσιν eam vocat, qua adversarios decipimus, illisque aliquid persuademus. Hyperbolus vero a Comicis perstringebatur ut indoctus, & qui sero literas discere cœpisset. Doctoribus vero habetur fides, cum dicunt; Ego vero minus [minerval a discipulis meis] non accipio, quam tu [a tuis] pro ista lectione. Et promittunt se communium disciplinarum curam habituros, quarum maxime curam habent.

Ἀναπηδῶν. καὶ οὐδετέρως διὰ τοῦ ω μεγάλου.

Ἀναπηδῶν. Exsiliens. [Et in masculino] & neutro genere per ω scribitur.

Ἀναπήλας. ἀνακινήσας. Ὁ δὲ διὰ τοῦ κοντοῦ ὅσον πρὸς τῇ ἀκωκῇ ἀναπήλας ἐς ὕψος, καὶ περιδινήσας, ὡς ἄν τις δόρυ τὸ κουφότατον περιφέρῃ, τῇ αἰχμῇ διαπείρας τὸ μετάφρενον, κατεργάζεται.

Ἀναπήλας. Qui vibravit. Qui commovit. *Ille vero, cum ea conti parte, quæ cuspidi vicina est, illum in aere vibrasset & rotasset, ut qui levissimam hastam rotaret, dorsum cuspide trajecit, & sic eum interfecit.*

Ἀναπηνίζω. ἀναλέγομαι. ἐκλύω. [8]ἀνακυκλίω.

Ἀναπηνίζω. Colligo. Dissolvo. Iterum fila duco.

Ἀναπηρίαν. οὕτως Ἀριστοφάνης Πλούτῳ.

Ἀναπηρίαν. [Membrorum mutilationem.] Sic Aristophanes in *Pluto*.

Ἀνάπηρον ψυχήν. τὴν ἐπιβλαβῆ, μὴ ὑγιαίνουσαν, ἀλλὰ σεσινωμένην, καὶ ἀχρείαν. καὶ Ἀνάπηρος, ὁ χωλός. ὁ καθ' ὑπερβολὴν πεπηρωμένος μέλει ἢ ἐπὶ τοῦ σώματος. [9]Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ διδομένου τοῖς ἀδυνάτοις ὀβολοῦ· [10]Καὶ τί κωλύει ὑμᾶς μὲν ἀφελέσθαι τὸν ὀβολὸν, ὡς ὑγιεῖς ὄντας· τούτῳ δὲ ψηφίσασθαι ἐάσαντας ὡς ἀναπήρῳ; [11]Ὁ δὲ δέσμιος ἐς μέσον παρήγετο, ῥῖνα καὶ ὦτα ἀνάπηρος, παιγνίαν τι γελοίως παραγάλωμα.

Ἀνάπηρον ψυχήν. Animum mutilatum, non sanum; sed vitiatum, & inutilem. Et Ἀνάπηρος, claudus. Qui supra modum mutilatus est. Lysias in Oratione de Obolo, qui mutilatis dabatur: *Quid vero vetat, quo minus vobis quidem, ut sanis, hic obolus detur; huic vero, ut membris mutilato, eundem decerni sinatis?* † *Ille vero vinctus in medium prodit, naribus & auribus abscissis, & ludibrii gratia tam fœde mulctatus.*

Ἀναπιδύει τὸ ὕδωρ.

Ἀναπιδύει τὸ ὕδωρ. Scaturit aqua.

Ἀναπίμπλαται. ἀναπληροῦται.

Ἀναπίμπλαται. Repletur. Impletur.

Ἀναπίπτειν. οὐ τὸ κατακλίνεσθαι, ἀλλὰ τὸ μεταμέλεσθαι, καὶ μετατίθεσθαι, καὶ ἀποκνεῖν. [12]Θου-

Ἀναπίπτειν. Non significat decumbere, sed pœnitentia duci, sententiam mutare, animum despondere. Thucydides libro primo: *Et vi-*

1 Διαβάλλει δὲ αὐτὸν ὡς δ.] Locus hic turbatus est, qui sic in ordinem redigi debet: Ἀντὶ τοῦ δώροις πείσετε. Ἀριστοφάνης.
Εἰ μή μ' ἀναπείσετ', ἀποθανεῖσθε σήμερον.
Διαβάλλει δὲ αὐτὸν ὡς δωροδοκούμενον. Hunc ordinem in versione secutus sum.

2 Ἀριστοφάνης] In *Equit*. pag. 195. *P.*

3 Ἀριστοφάνης] In *Nubibus* pag. 174. (105. Edit. Bas.) ubi vide Scholiastam, ex quo Suidas totum hunc locum descripsit.

4 Καί τοι ταλάντου τοῦτ' ἔμ. Ὑπέρβολος.] Sic etiam apud Aristophanem legitur. Sed senarius non est ἄρτιος; ad cujus metrum fulciendum forte scribendum est,
Καί τοι ταλάντου τοῦτ' ἔμαθεν γ' Ὑπέρβολος.

5 Οἷον ἀπάτην καὶ κενῶν ῥ.] Legendum est, ἢ οἷον ἀπάτην κενῶν ῥημάτων &c.

6 Παρὰ τὸ πείθειν τὴν δίκην] Hæc verba sunt supervacanea, & salvo sensu expungi possunt.

7 Τῶν κοινῶν μαθ.] Sic locum hunc ex Scholiasta Aristoph. emendavi. In prioribus enim Edit. pessime excusum est τῶν κενῶν μαθ.

8 Ἀνακυκλίω] Vox est rejicula, quamvis eam omnes Edit. agnoscant. Scribendum enim est vel ἀνακυκλέω, vel ἀνακυκλῶ, ut Portus etiam monuit.

9 Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ διδομένου τοῖς ἀδ. ὀβ.] Hæc oratio inter Lysianas hodie sic inscribitur: Πρὸς τὴν εἰσαγγελίαν, περὶ τοῦ μὴ διδόναι τῷ ἀδυνάτῳ ἀργύριον.

10 Καὶ τί κωλύει ὑμᾶς μὲν ἀφελ.] Hic locus est corruptissimus, qui apud Lysiam, pag. 169. rectius sic legitur: Τί με κωλύει κληρωθῆναι τῶν ἐννέα ἀρχόντων; καὶ ὑμᾶς ἐμοῦ μὲν ἀφελέσθαι τὸν ὀβολὸν, ὡς ὑγιαίνοντος, τούτῳ δὲ ψηφίσασθαι πάντας, ὡς ἀναπήρῳ; i. e. *Quid impedit, quo minus in numerum novem Magistratuum cooptet? & vos quidem mihi, ut sano, obolum adimatis, illi vero, ut mutilato, eundem omnes decernatis?* Sensus hujus loci ex ipso Lysia petendus est.

11 Ὁ δὲ δέσμιος ἐς μέσον παρῆγεν.] Hoc fragmentum depromptum est ex Theophyl. Simocattæ Histor. lib. v. cap. v. pag. 126.

12 Θουκυδίδης α'. Καὶ γνωρίζουσιν ἐπ' ἰδ. ἀναπίπτοντες] Hæc verba loco mota sunt, & collocari debent post vocem articuli sequentis ἀπαγορεῖν, ut patet ex Athen. lib. 1. pag. 23. ex quo Suidas hæc descripsit. *Pears.*

καὶ-

κυδίδης α'. Καὶ νικώμενοι ἐπ' ἐλάχιστον ἀναπίπτουσιν.

Ἀναπίπτειν.[1] τὸ ἀθυμεῖν παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Ἀναπίπτειν[2] ἐπὶ ψυχῆς ἐστιν, οἷον ἀθυμεῖν, ὀλιγωρεῖν. Κρατῖνος δὲ ἐπὶ τῶν ἐρετῶν κέχρηται τῇ λέξει, ἐρεσσόντων καὶ ἀνακλινομένων. καὶ Ἀναπεσεῖν, ἀνακλιθῆναι.

Ἀναμπλάκητοι.[3] αἱ εἰς μηδὲν ἁμαρτάνουσαι, ἀλλ' ἁπάντων κρατοῦσαι. ἢ ἄφευκτοι, ἀπλάνητοι, ἀπροσπέλαστοι, ἀφανεῖς, ἃς οὐκ ἔστιν ἀποφυγεῖν. Σοφοκλῆς·

Δειναὶ δ' ἅμ' ἕπονται
Κῆρες ἀναμπλάκητοι.

Τουτέστι, τοῦ Λαΐου.

Ἀνάπλασμα. σχῆμα.

Ἀνάπλεως. ἔμπλεως.

Ἀναπλήσας. ἀναπληρώσας. ὁ δὲ Πλάτων ἀντὶ τοῦ μολύνας.

Ἀναπνέοντες. ἐν νῷ ἔχοντες. Καὶ οἱ μὲν ἀναπνέοντες τὰ τοῦ βασιλέως ἐπιτάγματα διέβαινον. οἱ δὲ βάρβαροι καίπερ σιγῇ προσιόντας ἤσθοντο.

Ἀναποδίζειν. τὸ ἐξετάζειν. ὡσανεὶ[4] συγκρούειν. Ἡρόδοτος.[5] καὶ[6] Ἀναποδιζόμενα, ἀντὶ τοῦ ἐξεταζόμενα. ἢ ἀντὶ τοῦ ἄνωθεν πολλάκις τὰ αὐτὰ λεγόμενα, ἢ πραττόμενα.

Ἀναπόδοτος. ὅτι ἡ δωρεὰ δόσις ἐστὶν ἀναπόδοτος. ἡ δόσις, γένος τῆς δωρεᾶς.

Ἀναπόδραστον. ἄφυκτον. καὶ Ἀναποδράστους, τοὺς μὴ δυναμένους φεύγειν.

Ἀναποθήσεται. καταποθήσεται.

Ἀναπολεῖ. ἀναμιμνήσκεται. τάττεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ μηρυκίζεσθαι.[7] Αἰλιανός· Μόνος ὁ θαλάσσιος σκάρος τὴν τροφὴν ἀναπολεῖ, ὥσπερ καὶ τὰ βληχητά, ἃ δὴ μηρυκᾶται.

Ἀναπολεῖ. ἀναπτύσσει.

Ἂν ἀποπλῇς τοὺς ὤμους[8] ὕδωρ πτίσσων, ὁμοίως ὕδωρ μένει. ἐπὶ τῶν ἀνήνυτα πονούντων.

Ἀναπόμπιμα δῶρα. τὰ ἀποστρεφόμενα.

Ἀναπόνιπτος.[9] μὴ νιψάμενος, μηδὲ πλύνας τὰς χεῖρας, ἀλλ' ἀκάθαρτος.[10] Ἄτ' ἐπιπιὼν τὸν ζωμὸν, ἀναπόνιπτος λαρυγγιῶ τοὺς Ῥήτορας. καὶ Ἀναπόνιπτον. ἀνεξάλειπτον.

*Eti ad minimum [temporis spatium] animum despondent.*

Ἀναπίπτειν. Apud antiquos significat animum despondere. Ἀναπίπτειν de animo dicitur, significans, spem abjicere, negligere. Cratinus vero de remigibus, inter remigandum se resupinantibus, hac voce usus est. Et Ἀναπεσεῖν, accumbere, recumbere.

Ἀναμπλάκητοι. Nihil frustra tentantes, sed omnia vincentes. Vel inevitabiles, non errantes, inaccessæ, quæ videri non possunt, quas vitare non licet. Sophocles:

*Terribiles vero simul sequuntur,*
*Et inevitabiles Furiæ.*

Id est, Laii.

Ἀνάπλασμα. Figmentum. Ficta species.

Ἀνάπλεως. Plenus. Refertus.

Ἀναπλήσας. Qui replevit. Plato vero hac voce usus est pro μολύνας, i. e. qui inquinavit.

Ἀναπνέοντες. In mente habentes. *Et illi quidem Regis mandata in animo habentes, [amnem] trajecerunt; Barbaros tamen non fefellerunt, quamvis cum silentio accederent.*

Ἀναποδίζειν. Examinare. Herodotus. Et Ἀναποδιζόμενα, quæ diligenter examinantur: vel, quæ denuo & sæpe dicuntur & fiunt.

Ἀναπόδοτος. [Qui non redditur. Gratuitus.] Donum est munus, quod danti non redditur. Δόσις autem est genus doni.

Ἀναπόδραστον. Inevitabile. Et Ἀναποδράστους, qui fugere non possunt.

Ἀναποθήσεται. Absorbebitur.

Ἀναπολεῖ. Recordatur. Ponitur etiam pro μηρυκίζεσθαι, i. e. ruminari. Ælianus: *Solus scarus marinus cibum remandit, ut & animalia balantia, quæ ruminantur.*

Ἀναπολεῖ. In animo versat. Explicat.

Ἂν ἀποπλῇς. Quamvis aquam tundas, donec humeros perdas, aqua tamen semper manet. Dicitur de iis, qui irrito labore aliquid conantur.

Ἀναπόμπιμα δῶρα. Dona, quæ remittuntur ad auctorem suum.

Ἀναπόνιπτος. Illotus. Qui non lavit manus. Sordidus. *Postea, cum exhausero jus, illotus clamore meo victos tacere cogam alios Oratores.* Et Ἀναπόνιπτον, quod elui & deleri non potest.

1 Ἀναπίπτειν. τὸ ἀθυμεῖν παρὰ τοῖς π.] Vide Athen. loco laudato, unde hæc deprompta sunt.

2 Ἀναπίπτειν ἐπὶ ψυχῆς ἐστιν, οἷον ἀθ.] Phrynichus: Ἀναπεσεῖν οὐ καλῶς ἐπὶ τοῦ ἀνακλιθῆναι τίθησιν. ἐὰν δὲ ἐπὶ τοῦ τὴν ψυχὴν ἀδημονῆσαι, καλῶς. οἷον, ἀνέπεσεν ὁ δεῖνα· ἀντὶ τοῦ, τὴν ψυχὴν ἠθύμησεν. Thomas Magister: Ἀναπεσεῖν, βέλτιον ἐπὶ τοῦ ἀδημονῆσαι καὶ ἀθυμῆσαι, ἢ ἐπὶ τοῦ ἀνακλιθῆναι.

3 Ἀναμπλάκητοι. αἱ εἰς μηδὲν ἁμ.] Ex Schol. Sophoclis ad Oedip. Tyran. p. 172. P.

4 Ὡσανεὶ συγκρούειν] Hæc verba jugulanda censeo; vel saltem aliis, me acutioribus, illustranda relinquo.

5 Ἡρόδοτος.] Locus Herodoti, ad quem Suidas respexit, exstat in *Terpsichore*, pag. 203. ubi Historicus inquit: Ἐπειρωτῶν τε καὶ ΑΝΑΠΟΔΙΖΩΝ τὸν κήρυκα. Hic enim τὸ ἀναποδίζειν significat, diligenter percontari & sciscitari.

6 Ἀναποδιζόμενα, ἀντὶ τοῦ ἐξεταζ.] Ex Harpocratione. Huc egregie faciunt verba Pollucis lib. II. cap. IV. num. 40. Ἀναποδίζειν δὲ τὸν γραμματέα Αἰσχίνης εἶπεν ὁ ῥήτωρ, ἐπὶ τοῦ πάλιν ἀναγινώσκειν ἐκεῖνον. Καὶ ἀναποδιζόμενα δὲ Ἀντιφῶν, τὰ πάλιν ἐξεταζόμενα.

7 Αἰλιανός. Μόνος ὁ θαλ. σκ.] Apud Ælianum *Histor. Animal.* lib. II. cap. LIV. locus hic ita legitur: Τῶν θαλαττίων πυνθάνομαι μόνον τὸν σκάρον τὴν τροφὴν ἀναπολεῖν ἐπιόντα. ὥσπερ καὶ τὰ βληχητά, ἃ δὴ καὶ μηρυκᾶσθαι λέγουσι.

8 Ὕδωρ πτίσσων] Priores Edit. habent ὕδωρ πίσσων, cujus loco legendum esse πτίσσων Portus recte monuit. In uno MS. Paris. exaratum reperi, πτίσσων, quod ad veram lectionem proxime accedit. Cæterum, proverbium hoc sic effert Lucianus in *Sellis*: Ἂν ἀποτίλλῃς, φασὶ, τοὺς ὤμους, πτίσσων ὕδωρ, ὁμοίως τὸ ὕδωρ μένει.

9 Ἀναπόνιπτος. μὴ νιψάμενος, μηδὲ πλ.] Ex Schol. Aristoph. ad *Equites*, pag. 308. (pag. 209. Ed. Bas. ut Portus observavit.)

10 Ἄτ' ἐπιπιὼν τὸν ζ.] Lege & emenda ex Aristophane:

——Κἆτ' ἐκπιὼν τὸν ζωμὸν ἀναπόνιπτος
Λαρυγγιῶ τοὺς Ῥήτορας, καὶ Νικίαν ταράξω.

Ἀναπρήσας. ἀνακαύσας, [1] ἀναφυσήσας.

Ἀνάπται. [2] δημιουργεῖται.

Ἀνάπταιστον. τὸ μὴ πταῖον.

Ἀνάπτειν. [3] προσαρτᾶν. ἢ ἀνατιθέναι.

Ἀναπτήτω. πετασθήτω.

Ἀνάπτυξις. ἑρμηνεία. διασάφησις. καὶ Ἀναπτύξω, ἀντὶ τοῦ ἐπιδείξω. Εὐριπίδης.

Ἀνάποινος. [4] ἄνευ λύτρων.

Ἀνάπυστα. ἔκπυστα. δῆλα. [5] Θάνατος Σθενεβοίας ἀνάπυστος ἐγένετο. ἀντὶ τοῦ φανερός. [6] Ἀνάπυστον δὲ, τὸ ἀνήκοον.

Ἀναρᾶσθαι. [7] ἀντὶ τοῦ διαλύσαι τὴν γενομένην ἀράν. οὕτω Καλλισθένης.

Ἀνάργυρος. ὁ ἀργύριον μὴ κεκτημένος, εἰ καὶ εἴη αὐτῷ ἱκανὴ οὐσία ἐξ ἑτέρων κτημάτων. Λυσίας ἐν τῷ περὶ τῆς Ἐπιγένους διαθήκης· Ἐπειδὴ τοίνυν Ἐπιγένης ἀσθενὴς τριηραρχεῖν ἠναγκάζετο, ἀνάργυρος ὤν, καὶ τῆς γῆς τῶν πολεμίων κρατούντων.

Ἀναρρηγνύς. [8] πλάττων, κατασκευάζων, συντιθείς. Ἀριστοφάνης· Ἐλασίβροντ' ἀναρρηγνὺς ἔπη. ἔχει δὲ καὶ τοῦτο τὸ ῥῆμα ἐμφάσεώς τινος μείζονος.

Ἀναρρηθῆναι. ἀνακηρυχθῆναι. καὶ Ἀνάρρημα, κήρυγμα. καὶ Ἀνάρρησις, ἀναγόρευσις. [9] Τοὺς μὲν ἀναρρήσεων καὶ στεφάνων ἀξιοῖ· τοὺς δὲ διηνεκεῖ παραπέμπει τιμωρίᾳ.

Ἀναρίθμητος. ἄπειρος. Σοφοκλῆς·

Ἅπανθ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος
Φύει τ' ἄδηλα, καὶ φανέντα κρύπτεται.

καὶ Ἀνάριθμοι, πλεῖστοι, ἄπειροι.

Εἷς [10] ἐμοὶ ἄνθρωπος τρισμύριοι. οἱ δ' ἀνάριθμοι
Οὐδείς. ταῦτ' αὐδῶ καὶ παρὰ Περσεφόνῃ.

φησὶν Ἡράκλειτος.

Ἀναρρίπτειν, καὶ Ἀναρρίψαι. ἀναλαμβάνειν. Ὥστε πρὸς τῇ αἰσχύνῃ, ἣν πρὸ τοῦ καταλιπεῖν τὸν χάρακα ἠνέγκαντο, καὶ κίνδυνον οὐ τὸν ἐλάχιστον αὐτοὺς ἀναρρῖψαι, σκοτίους ἀπιόντας διὰ τῆς πολεμίας. καὶ Ἀναρρίπτειν, μεταμελεῖσθαι, μετατίθεσθαι.

Ἀνάριστος. [11] μᾶλλον δὲ ἀναρίστητος. Ἀριστοφάνης Πολυίδῳ·

Ἀναπρήσας. Qui incendit. Qui inflavit.

Ἀνάπται. Qui populum concitant & inflammant.

Ἀνάπταιστον. Inoffensum. Quod non offendit.

Ἀνάπτειν. Appendere. Suspendere. Dedicare.

Ἀναπτήτω. Avolet.

Ἀνάπτυξις. Interpretatio. Explanatio. Et Ἀναπτύξω, demonstrabo, explicabo. Euripides.

Ἀνάποινος. Sine redemptionis pretio.

Ἀνάπυστα. Quorum fama percrebuit. Manifesta. *Mortem Sthenebœæ fama divulgavit.* Ἄπυστον vero significat eum, qui aliquid non audivit, ignarum.

Ἀναρᾶσθαι. Exsecratione aliquem solvere. Sic Callisthenes.

Ἀνάργυρος. Qui argentum [signatum] non habet, quamvis aliæ ei sint possessiones & fortunæ satis amplæ. Lysias in Oratione de Epigenis Testamento: *Epigenes, quamvis æris esset inops, & agri ejus ab hostibus tenerentur, Trierarchiæ tamen munus, cujus sumptibus ferendis par non erat, in se suscipere tenebatur.*

Ἀναρρηγνύς. Fingens. Formans. Componens. Aristophanes: *Cum terribilibus intonuisset verbis.* Habet autem hoc verbum majorem quandam emphasin.

Ἀναρρηθῆναι. Proclamari. Per præconis vocem promulgari. Et Ἀνάρρημα. Proclamatio. Promulgatio. Et Ἀνάρρησις, idem. *Alios quidem præconiis & coronis dignos censet; alios vero perpetuis suppliciis addicit.*

Ἀναρίθμητος. Infinitus. Immensus. Sophocles:

*Longum & infinitum tempus omnia,*
*Quæ sunt occulta, producit; & vicissim, quæ apparent, occultat.*

Et Ἀνάριθμοι. Innumerabiles. Plurimi. Infiniti.

*Unus mihi homo est triginta millium instar.*
*Reliqui vero innumeri*
*Nullus. Hæc loquor etiam apud Proserpinam.*

Sic Heraclitus inquit.

Ἀναρρίπτειν, & Ἀναρρίψαι. Suscipere. [Periculum] subire. *Ita ut præter dedecus, quod, antequam vallum desererent, reportarant, periculis etiam non minimis se exponerent, quod hostilem regionem nocte obscura transirent.* Et Ἀναρρίπτειν, pœnitentia duci, sententiam mutare.

Ἀνάριστος. Vel potius ἀναρίστητος. Impransus. Aristophanes *Polyido:*

1 Ἀναφυσήσας] Homerus Il. Α. v. 481.

Ἐν δ' ἄνεμος πρῆσεν μέσον ἱστίον.

Id est, *Ventus vero inflavit medium velum.* Scholiasta ad eum locum: Πρῆσεν. ἐνέπνευσεν, ἐφύσησεν. Vide etiam Hesych. v. Πρῆσεν.

2 Ἀνάπται. δημιουργεῖται] Falsum est, vocem ἀνάπται nude positam per δημιουργεῖται exponi posse, quoniam significationem ejus multo latius patere, & interpretationem istam nimis angustam esse nemo non videt. Quare, ut loco huic consulatur, addita voce δήμων scribendum est, ἀνάπται δήμων; quas duas voces conjunxit Gregor. Nazianz. Orat. XXXII. pag. 525. Καὶ διὰ τοῦτο ἀπαιτοῦσι τὸ τοῦ ἱερέως τίς ὑπάρχεις, φασίν, ἐξηγούμενος τίς δῆμος στεφανοῦται; τίνες ΔΗΜΩΝ ΑΝΑΠΤΑΙ; Ad hunc locum Gregorii Nazianz. Suidam respexisse mihi quidem nullum dubium est.

3 Ἀνάπτειν. προσ.] Vide infra v. Ἀνῆψεν.

4 Ἀνάποινος, ἄνευ λύτρ.] Vide Homer. Il. Α. v. 99. & ibi Scholiastam.

5 Θάνατος Σθενεβοίας ἀνάπυστος ἐγ.] Vide Collectanea Constantini a Valesio edita, pag. 441. unde Suidas hæc descripsisse videtur.

6 Ἀνάπυστον δὲ, τὸ ἀνήκ.] Sic quidem omnes Edit. habent. Sed nemini dubium fore puto, quin scribendum sit, ἄπυστον δὲ, τὸ ἀνήκοον.

7 Ἀναρᾶσθαι. ἀντὶ τοῦ διαλ.] Huic voci apud Latinos respondet τὸ *resecrare*, quippe quod *exsecrationi* nonnunquam opponitur, ut apud Cornelium Nepotem in *Alcibiade: Restituta ergo huic sunt publice bona, iidemque illi Eumolpidæ ac Ceryces, qui eum devoverant, resecrare rursus sunt coacti.* Vide Vales. ad Amm. Marcell. pag. 292.

8 Ἀναρρηγνύς. πλάττων, κατασκ.] Ex Schol. Aristoph. ad *Equit.* pag. 326. (225. Ed. Bas. ut Portus observavit.)

9 Τοὺς μὲν ἀναρρήσ.] Pearsonius ad marginem hic notaverat: *Vid. Isidor. Pelus. lib.* v. *Ep.* XCII. quem auctorem proinde Lector consulat, quoniam is mihi nunc ad manus non est.

10 Εἷς ἐμοὶ ἄνθρωπος τρισμ.] Distichum hoc legitur apud Diog. Laert. lib. IX. Segm. XVI. itemque Hesychium Milesium in *Vita Heracliti:* & Anthol. lib. III. pag. 425.

11 Ἀνάριστος· μᾶλλον δὲ ἀναρίστητος. Ἀριστ.] Hæc, & quæ sequuntur, Suidam ex Athenæo integro, non, qualem hodie habemus, in duobus prioribus libris in epitomen contracto, descripsisse suspicatur Paulus Leopardus *Emendat.* XIX. VI. cujus viri doctissimi conjecturam probo. In Excerptis enim libri secundi, p. 47. legimus, Eupolin voce ἀναρίστητος usum esse; quo loco auctor epitomes reliqua omisisse videtur, quæ Athenæus de ea voce observaverat.

Διὰ

Διὰ τῆς ἀγορᾶς τρέχω ἀναρίστητος ὤν.

Ἄλεξις Καταψευδομένῳ·

Πάντως ἀναρίστητος οὐ δυνήσομαι

Διακαρτερῆσαι τηλικαύτην ἡμέραν.

Ἀντιφάνης Λευκαδίῳ·

Ἐνταῦθ' ἀναρίστητος εὐθὺς κιθαριεῖ

Τιμοκλῆς νεαρόν.

Ἔπειτα διὰ τί ταῦτ' ἀναρίστητος ὤν.

Μένανδρος δὲ, ἀνάριστον καὶ ἀναρίστους, μήπω ἠριστηκότας. [1] Βουλόμενος ἀναρίστους καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἀπαρασκεύους λαβεῖν τοὺς ὑπεναντίους.

Ἀναῤῥιχᾶσθαι. [2] τὸ πρὸς ἄναντες ἐκβαίνειν ἅμα ταῖς χερσὶν ἀντιλαμβανόμενον, καὶ σπειρόμενον. [3] Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ·

Ἔπειτα λεπτὰ καὶ μακρὰ ποιούμενος,

Πρὸς ταῦτ' ἀναῤῥιχᾶτ' ἂν εἰς τὸν οὐρανόν.

καὶ Ἀναῤῥιχώμενος, δρασσόμενος.

Ἄναρθρα. ἀτύπωτα. ἀτράνωτα. λαμβάνεται δὲ ἐπὶ συλλαβῆς λειπούσης στοιχεῖον, ἢ λόγου λείποντος συλλαβήν.

Ἄναρχον. τὸ ἀνυπότακτον.

Ἀνάρμοστος. ἀνακόλουθος. μηδενὶ ἁρμοζόμενος.

Ἀνάῤῥοπον. ὀπισθόρμητον. Ἡ δὲ Φραγγικὴ δύναμις, τοῖς Ῥωμαίοις ξυῤῥαγεῖσα, ἐξωθεῖ τε καὶ ἀνάῤῥοπον τίθησι τὴν πεζικὴν στρατιάν. Καὶ Μένανδρος· Καὶ ἰόντων τῶν Ἀβάρων κατ' ὀλίγους, οἱ στρατηγοὶ γνώμῃ ἐχρῶντο παραχρῆμα ἐπιθέσθαι σφίσι, κἀκ τούτου ἀνάῤῥοπον θεῖναι τὴν τῶν Ἀβάρων [4] κατάβασιν.

Ἀνάρπασοι. [5] οἱ ἀμύητοι. οἷς τελεταὶ καὶ ὄργια οὐκ ἐγένοντο.

Ἀνάρσια. ἃ οὐκ ἄν τις ἀρέσαιτο. ἄδικα. Ὃς τὴν καταψευσάμενος ἔναγχος, καὶ μεγάλα ἀνάρσια ἀνηρημένος ἐνδίκως.

Ἀνάρσιοι. ἐχθροὶ, ἄδικοι, ἀνάρμοστοι. παρὰ τὸ ἄρω, τὸ ἁρμόζω.

Ἀνάρτησις. ἡ ἐπὶ ξύλου καθήλωσις. καὶ Ἀνάρτησον, κρέμασον. καὶ Ἀναρτώμενος, κρεμάμενος. [6] Προκόπιος· Ὁ δὲ ἐπανῆκεν ἐπιστολὴν ἔχων ταῖς ὁμοίαις ἐλπίσιν αὐτοὺς ἀναρτῶσαν.

Ἀναῤῥοιβδεῖν. ἀναῤῥοφεῖν.

Ἀναῤῥύει. ἀντὶ τοῦ θύει, καὶ σφάττει. Εὔπολις. καὶ ἡ θυσία δὲ, ἀνάῤῥυσις. καὶ [7] Ἀνάῤῥυσις, κυρία τῶν Ἀπατουρίων ἡμέρα. Ἀπατούρια δὲ ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις τὸ συμβὰν δηλοῦσα τῇ προσηγορίᾳ. καὶ

*Per forum curro impransus.*

Alexis in Καταψευδομένῳ:

*Omnino impransus non potero*

*Famem tolerare tam longo die.*

Antiphanes *Leucadio:*

*Hic impransus statim cithara canet*

*Timocles [cantilenam aliquam] novam.*

* * * * *

Menander vero ἀνάριστον vocat impransum, & ἀναρίστους, impransos. *Hostes impransos & ad prælium imparatos deprehendere volens.*

Ἀναῤῥιχᾶσθαι. In altum eniti, manibus obvia quæque prehendentem, & eo modo se levantem. Aristophanes in *Pace:*

*Deinde tenuibus & exiguis scalis confectis,*

*Per eas adscendere conabatur in cœlum.*

Et Ἀναῤῥιχώμενος, prehendens, arripiens.

Ἄναρθρα. Inarticulata. Non clare expressa. Non distincta. Dicitur etiam de syllaba, cui deest litera; & de voce, cui deest syllaba.

Ἄναρχον. Nullius imperio subjectum.

Ἀνάρμοστος. Inconcinnus. Incongruus. Nulli aptus.

Ἀνάῤῥοπον. Retrocedens. Retro fugiens. *Copiæ vero Francorum impressione in Romanos facta, pedestrem exercitum repellunt, & retro cedere cogunt.* Et Menander: *Cum Abari non conferto agmine, sed pauci simul descenderent, Duces statuerunt eos statim aggredi, ut, qui descenderant, in fugam versi, eo, unde venerant, reverti cogerentur.*

Ἀνάρπασοι. Non initiati. Initiorum & Orgiorum expertes.

Ἀνάρσια. Inconcinna. Iniqua. *Qui nuper mendacio alterum circumvenerat, & multa impie injusteque patraverat.*

Ἀνάρσιοι. Inimici. Injusti. Discordes. Ab ἄρω, apto, adapto.

Ἀνάρτησις. [Supplicii genus,] cum quis clavis cruci suffigitur. Et Ἀνάρτησον, suspende. Et Ἀναρτώμενος, suspensus. Procopius: *Ille vero rediit, epistolam habens, quæ eos simili spe suspensos tenebat.*

Ἀναῤῥοιβδεῖν. Resorbere. Absorbere.

Ἀναῤῥύει. Immolat. Mactat. Eupolis. Et sacrificium, ἀνάῤῥυσις. Item, status Apaturiorum dies. Apaturia vero festum quoddam apud Athenienses appellabatur, cui ab eo, quod acciderat, nomen inditum est. Et Ἀναῤῥύειν, sa-

1 Βουλόμενος ἀναρίστους καὶ πρὸς τὸ μ.] Hæc sunt verba Polybii lib. III. cap. LXXI.

2 Ἀναῤῥιχᾶσθαι. τὸ πρὸς ἄναντες ἐκβ.] Scholiasta Aristoph. ad *Pacem* pag. 628. vocem hanc sic exponit: Τὸ πρὸς τείχους ἀναβαίνειν καὶ χερσὶ καὶ ποσὶν ἀναῤῥιχᾶσθαί φασι. Γίνεται δὲ ἐκ τοῦ ἀράχνου, ὃ ἐν ὑπερβιβασμῷ, ἀναῤῥιχῶ. Thomas Magister: Ἀναῤῥιχᾶται, Ἀττικόν. Δηλοῖ δὲ τὸ ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶν ἀντεχόμενον ἀναβαίνειν. Γράφεται δὲ διὰ δύο ρ.

3 Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ] Pag. 628. (pag. 436. Ed. Bas. ut Portus observavit) ubi locus hic ita legitur:

Ἔπειτα λεπτὰ κλιμάκια ποιούμενος

Πρὸς ταῦτ' ἀνεῤῥιχᾶτ' ἂν ἐς τὸν οὐρανόν.

4 Κατάβασιν] In prioribus Edit. pessime legitur καταλέγειν, cujus loco κατάβασιν ex optimo MS. Paris. A. reposui.

5 Ἀνάρπασοι. οἱ ἀμύητοι] Scribe meo periculo Ἀνοργίαστοι, οἱ ἀμύητοι. Vulgata enim lectione nihil est ineptius. Imposuerunt nimirum Suidæ corrupti libri, in quibus cum ἀνάρπαστοι pro ἀνοργίαστοι errore librariorum scriptum esset, is corruptam illam lectionem temere nimis & ἀκρίτως in Lexicum suum transtulit. Eruditissimus Pearsonius ad marginem Suidæ sui hic notaverat: *Vide Scholiastam Sophocl.* p. 50. Sed ibi τὸ ἀνάρπαστος exponitur per ὁ αἰφνιδίως θανών, quod huc nihil facit. Vide infra v. Ἀνοργίαστοι.

6 Προκόπιος] *De Bell. Goth.* lib. II. cap. XXVI. pag. 451.

7 Ἀνάῤῥυσις, κυρία τῶν Ἀπατουρ. ἡμ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Schol. Aristoph. ad *Pacem*, pag. 690.

Ἀναῤῥύειν, τὸ ἐπιθύειν, ἢ ἀντὶ τοῦ θυσίαν ἐπιτελεῖν. τρεῖς δὲ ἦσαν αἱ ἡμέραι τῶν Ἀπατουρίων· Δόρπεια, Κουρεῶτις, Ἀνάῤῥυσις.

Ἀναρύτειν. ἀναντλεῖν, ἀπὸ τοῦ ἀρύεσθαι. Κρατῖνος Διδασκαλίαις· Ὅτι σὺ τοὺς καλοὺς θειάμβους ἀναρύτουσα ἀπηχθάνου.

Ἄνασσα. βασίλισσα.

Ἀνασεσυρμένην. ἄκοσμον. ἀπρεπῆ. Κωμῳδίαν ἀνασεσυρμένην καὶ πλημμελῆ. Καλοῦσι δὲ τὸν μὲν σκωπτικὸν, ἐπίχαριν· τὸν δὲ εὐτράπελον, ἐπιδέξιον· τὸν δ' ἀνασεσυρμένον, ἄπλαστον καὶ ἁπλοῦν. οἷς ἐπακολουθεῖ, καὶ τὸ αὐστηρὸν, ἄγροικον ἡγεῖσθαι· τὸν δὲ δίκαιον, οὐ πολιτικὸν, οὐδ' ἥμερον.

Ἀνασείειν. ἐκλικμάσειν. ὡς καὶ ἡμεῖς. οὐ γὰρ ἀνασείαν ἠκολούθει Καλαμίδης. καὶ Ἀνασείω, ἀναπείθω, ἢ πρὸς μάχην ἐρεθίζω. Ὁ [1] δὲ τοὺς Συρακουσίους ἐρεθίζων, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀποκαταστήσειν ἀπαγγειλάμενος. καὶ [2] Ἀνασείσας, ἀπειλησάμενος. Δημοσθένης κατ' Ἀριστογείτονος.

Ἀνασειράζει. ἀνθέλκει. ἀναστρέφει. ἐν Ἐπιγράμματι·

Ἄψ [3] ἀνασειράζω, καὶ πάλιν ἄγχι μένω.

Ἀνασειράζω. ἀναχαλινῶ. ἀνακόπτω.

Ἀνασηκῶσαι. ἀνταποδοῦναι, ἢ ἀναλαβεῖν, ὥσπερ οἱ ἱστάντες. οἷον ἐξισῶσαι τῷ λείποντι, ἢ πλεονάζοντι. οὕτως Ἀριστοφάνης.

Ἀνά. σημαίνει καὶ τὸ κατά. Ξενοφῶν· [4] Ἐλαύνων ἀνὰ κράτος ἱδροῦντι τῷ ἵππῳ.

Ἀνάσιλλος. ἀναφαλαντίας. ἄκοσμος τὴν κεφαλήν. Φάλα γὰρ, κόσμος τίς.

Ἀνάσιμον. ἄμορφον. [5] Καὶ μηδὲν πρότερον ἀναστποδῆσαι ἀνάσιμον, ἢ πρεσβύτερον. οὐ γὰρ ἀνάσχετον τοῦτο γ' ἐλευθέρῳ.

Ἀνασκαλεύων. [6] ἀνακινῶν, ἀδημονῶν, ἀναλογιζόμενος.

Ἀνασκευασάμενοι. ἀπάραντες. [7] Ἀνασκευασθείσης τῆς τραπέζης φησὶ [8] Δημοσθένης· οἷον ἀναστάτου γενομένης.

Ἀνασκινδαλευθῆναι. ἀνασκολοπισθῆναι, ἀνασταυρωθῆναι.

crificare. Tres autem erant Apaturiorum dies, *Dorpia, Cureotis, Anarrysis.*

Ἀναρύτειν. Haurire. Ab ἀρύεσθαι. Cratinus *Didascaliis:* *****

Ἄνασσα. Regina.

Ἀνασεσυρμένην. Inhonestam. Turpem. Obscœnam. † Comœdiam turpem & vitiosam. † *Cavillatorem quidem vocant suavem & lepidum: facetum, ingeniosum: spurcum vero, simplicem, & minime simulatum. Unde sequitur, hominem austerum existimari debere rusticum; & justum, ad societatem ineptum, & inhumanum.*

Ἀνασείειν. Concutere. Commovere. **** Et Ἀνασείω, persuadeo, vel ad pugnam incito. *Ille vero Syracusanos ad bellum incitans, & libertatem se illis restituturum esse promittens.* Et Ἀνασείσας, qui minas intentavit. Demosthenes contra Aristogitonem.

Ἀνασειράζει. Retrahit. Revocat. Avertit. In Epigrammate:

*Vocem revoco, & rursus prope te consisto.*

Ἀνασειράζω. Refræno. Reprimo.

Ἀνασηκῶσαι. Par pari referre. Redhostire. [Translatio ducta est ab illis,] qui aliquid ponderant. Idem est ac si dicas, æquare aliquam rem alteri, sive ei aliquid desit, sive supersit. Sic Aristophanes.

Ἀνά. Interdum etiam significat idem quod κατά. Xenophon: *Equum sudantem totis viribus ad cursum incitans.*

Ἀνάσιλλος. Calvus. Turpe caput habens. Φάλα enim est ornamentum quoddam.

Ἀνάσιμον. [Simum.] Deformem. [*Utinam non cogamur*] *subagitare simam, vel ætate provectiorem. Hoc enim ingenuo homini non est tolerabile.*

Ἀνασκαλεύων. Eruens. Excitans. Animo anxius. Mente volutans.

Ἀνασκευασάμενοι. Qui vasis collectis ex aliquo loco discesserunt. Apud Demosthenem vero Ἀνασκευασθείσης τῆς τραπέζης dicitur de mensariis, qui foro cedunt; sive, quorum mensa quasi eversa & loco mota est.

Ἀνασκινδαλευθῆναι. Palis transfigi. In crucem tolli. Crucifigi.

1 Ὁ δὲ τοὺς Συρακουσίους ἐρεθίζων, καὶ τὴν ἐλευθ. ἀποκ. ἀπαγγ.] Hoc fragmentum ad Polybium refert Valesius.

2 Ἀνασείσας, ἀπειλησάμενος] Ex Harpocratione; ad quem vide Valesium.

3 Ἄψ ἀνασειράζω, καὶ π.] Pentameter hic est pars Epigrammatis in amantem, qui amicæ suæ sub noctem *vale* dicturus, vocem identidem reprimit, & inter consilium abeundi & manendi fluctuat. Epigramma istud integrum legitur Anthol. lib. VII. pag. 600. (pag. 461. Ed. Henr. Steph. ut Portus monuit.)

4 Ἐλαύνων ἀνὰ κρ.] Vide supra v. Ἀγαγών.

5 Καὶ μηδὲν πρότερον ἀνάσιμον.] Locus hic apud Aristoph. in *Ecclesiaz.* sic legitur:

Καὶ μηδὲν πρότερον διασποδῆσαι
Ἀνάσιμον, ἢ πρεσβύτερον· οὐ γὰρ ἀνασχετὸν
Τοῦτό γ' ἐλευθέρῳ. P.

6 Ἀνασκαλεύων] Vide infra v. Ὑποσκάλλει.

7 Ἀνασκευασθείσης τῆς τραπέζης φ.] Verum horum verborum sensum, qui Porto minime suboluerat, in versione expressi. Non enim hæc intelligenda sunt de mensa, quæ e convivio removetur, sed de mensariis foro cedentibus, & rationes conturbantibus, sive, ut vulgo dici solet, quorum *banca rupta* est. Vide Valesium ad Harpocrationem v. Ἀνασκευάσασθαι.

8 Δημοσθένης] Locus Demosthenis, ad quem Suidas respicit, exstat in Orat. adversus Apaturium, pag. 580. quem ibi leges. Huc etiam spectant verba illa ejusdem Oratoris in Orat. adversus Timotheum, pag. 706. Ἡδέως δ' ἂν ἔγωγε πυθοίμην ὑμῶν, εἰ ὀργίζεσθε τοῖς ΑΝΑΣΚΕΥΑΣΑΜΕΝΟΙΣ τῶν τραπεζιτῶν; εἰ γὰρ ἐκείνοις ὀργίζεσθε δικαίως, ὅτι ἀδικοῦσιν ὑμᾶς, πῶς οὐκ εἰκός ἐστιν ὑμᾶς βοηθεῖν τοῖς μηδὲν ἀδικοῦσι; καίτοι μὲν διὰ τούτους τοὺς ἀνθρώπους αἱ τράπεζαι ΑΝΑΣΚΕΥΑΖΟΝΤΑΙ &c. i. e. interprete Hier. Wolfio: *Ego vero e vobis quærere velim, nunquid irascamini mensariis, qui conturbant? Si igitur illis jure irascimini, ut qui vos injuria afficiant; nonne æquum est, ut iis, qui vos nihil lædunt, opitulemini? Atqui propter tales homines mensæ conturbantur* &c. Hæc Suidam egregie illustrant.

9 Ἀνασκινδαλευθῆναι] Pro eodem alias dicitur ἀνασχινδαλευθῆναι, vel ἀνασκινδυλευθῆναι. Vide Hesychium & alios Lexicographos.

Ἀνα-

'Ανασοβηθείς. Διαταραχθείς. Ὁ δὲ πρὸς τὴν ἀγγελίαν ἀνασοβηθεὶς, ματαίως ἀνίσταται εὐθύς. καὶ αὖθις· [1] Τοὺς δὲ ἵππους εἶναι ἀγρίους ὑπό τε τοῦ ἀήθους τοῦ δεσμοῦ, καὶ ὑπὸ τοῦ ἀπηρτημένου βάρους ἔτι μᾶλλον ἀνασοβηθέντας διαφορῆσαι αὐτόν.

'Ανασώσων. ἀνακτησόμενος. [2] Τήν τε χώραν, καὶ τὰς πόλεις, ἃς ὑπὸ Ῥωμαίων ἀπολωλεκότες ἔχασι τυγχάνουσιν, ἀνασώσων. τουτέστιν, ἀναλαβών. Καὶ Αἰλιανός· [3] Οὔτι προσδοκῶν τὸν τόπον τὸν προειρημένον δυνήσεσθαι αὐτοὺς ἀνασῶσαι, [4] καὶ κομίσασθαι πόθεν· ἀλλ' ἵνα, ὑπὲρ ὧν ἐπλημμέλησαν, κακίᾳ φθάσαντες, ἐν τῷ δευτέρῳ κινδύνῳ τε ἰσωθῶσι κολασθέντες.

'Ανασπᾷ. ἀντὶ τοῦ καταλύει, ἢ ἀναιρεῖ. Θουκυδίδης. ἢ 'Ανασπᾷν, τὸ ἀντλεῖν ὕδωρ. Κάδους ἀνασπῶν, φησὶ Φερεκράτης. καὶ 'Ανασπῶν, οὐδετέρως, διὰ τοῦ ω μεγάλου.

'Ανασπουδῆσαι. [5] ἔστιν εἰς τὸ 'Ανάσιμον.

'Ανασταδόν. ἀνιστάμενοι.

'Αναστάσιος, [6] Ῥωμαίων βασιλεύς. οὗτος ἐπὶ τὸ χεῖρον τραπεὶς [7] πᾶσαν ὁμοῦ τὴν βασιλείαν εἰς ἀριστοκρατίαν μετέστησε· τὰς μὲν ἀρχὰς ἁπάσας ἀπεμπολῶν, καὶ τοῖς ἀδικοῦσι συγχωρῶν, καὶ πρός γε χρημάτων ἀκόρεστον ἐπιθυμίαν τραπείς. ὡς κενὰς ἐντεῦθεν γενέσθαι καταλόγων τὰς ἐπαρχίας, καὶ πρὸς τὸ ἄηθες καὶ ξένον καταπεπλῆχθαι τοὺς ἄνδρας. οὐδὲ γὰρ ὅπλοις τοὺς ἐπιόντας βαρβάρους ἠμύνετο, ἀλλὰ χρήμασι τὴν εἰρήνην ἐξωνούμενος διετέλει. πρὸς δέ γε τούτοις καὶ τὰς τῶν τελευτώντων οὐσίας ἐπολυπραγμόνει, κοινὴν ἅπασι δεικνύμενος τὴν πενίαν. ὧν γὰρ αὐτὸς ἐλάμβανε τὰς οὐσίας, τούτοις μετ' ὀλίγον ἐδίδου τῷ τῆς εὐσεβείας τρόπῳ. καὶ ὧν ἐγύμνου πόλεων τοὺς ἐνοικοῦντας, τὰς οἰκοδομὰς ἀνενέου. ὡς καὶ τὴν ἐνεγκαμένην ἐπιμελῶς κοσμῆσαι, καὶ τρισὶ περιβαλεῖν στεφάνοις. Ἐπὶ δὲ τούτου δειναὶ ταῖς κατὰ Λιβύην πόλεσιν ἐπέσκηψαν θλίψεις ὑπὸ τῶν καλουμένων Μαζικῶν. ἐδέδοτο γὰρ θυγατριδῷ [8] Μαρίνῳ εἰς ἡγεμονίαν, ἀνδρὶ νέῳ, καὶ πολὺ τὸ κοῦφον κεκτημένῳ· καὶ μετ' ἐκεῖνον αὖθις Βασιανῷ τῷ παιδί. ὁ δὲ, οἷς ἔπραξε, παντοίως τὰς τοῦ πρὸ αὐτοῦ ἄρξαντος ὑπερβαλλόμενος ἀσελγείας, ἔδωκε Λίβυσιν αἱρεῖσθαι τὰ πρότερα, καὶ ταῦτα, τοῖς μὲν πενίας, τοῖς δὲ θανάτου μνήμην καταλείψαντα. οὕτως, εἰ δέοι εἰπεῖν, οἵ γε ἀφ' αἵματος, τὴν Μαρίνου παρεβλυχήσαντες εὔνοιαν, τοῖς Λιβύων διαφέροντας καὶ Αἰγυπτίων ἐνεφορήθησαν κτήμασιν.

'Αναστάσιος Σιλεντιάριος, ὁ μετὰ ταῦτα βασιλεύσας. ἔστιν ἐν τῷ Φαυστίᾳ. Ὅτι ἐπὶ 'Αναστασίου τοῦ

2 Ἀνδρὸς γέροντος ἀσταφ. τὸ κρ. ἀπὸ μ.] Hæc descripsit Suidas ex Zenobio, ad quem vide Schottum.

3 Ἀνδρὸς κακῶς πρ.] Est notissimus versus Menandri. Vide Zenobium & Diogenianum.

4 Ἀνδροτίων] De Androtionis hujus scriptis vide Meursium in *Bibliotheca Attica*, cujus scrinia non compilabo.

5 Ἀνδρών. εἷς ἦν τῶν υ.] Vide Harpocrationem h. v. & ibi Maussacum.

6 Τὰ δικαστήρια καὶ τὰς σ.] Versus hic Anapæsticus legitur apud Aristoph. in *Eccles.* pag. 744.

7 Ἀνδρώνιος ὄνος] Scribe Ἀντρώνιος ὄνος, ut apud Diogenianum, & Stephanum Byzantium v. Ἀγκών, & v. Ἀντρών. De hoc proverbio autem præter Erasmum vide Maussacum ad Harpocrationem v. Ἀντρῶνες, Casaubonum ad Strabonem pag. 435. & Berkelium ad Stephanum v. Ἀντρών.

8 Καὶ τὸ λεγόμενον, ἐκλιπούσας τὴν ἀνδ.] Fragmenti hujus sensus est imperfectus & mutilus, qui suppleri potest ex iis, quæ leguntur infra voce Κωμάσαι, ubi locus hic repetitur.

9 Ἀναία. πόλις ἀντ.] Vide Stephanum Byzantium h. v.

10 Ἀναίδην. ἀθρ.] Scribe ἀνέδην, ut suo loco infra.

ῆψη. τουτέστιν Ἀγγελικῇ. αἷμα γὰρ οὐκ ἔχουσιν οἱ Ἄγγελοι· καθὸ οὐδὲ ἐσθίουσι. περὶ τοῦ ἁγίου Δανιὴλ φησιν ὁ Λογοθέτης εἰς ἐπίγραμμα στήλης τοῦ κίονος αὐτοῦ.

Angelica siti. Angeli enim non habent sanguinem, nec ulla re vescuntur. Sic de divino Daniele inquit Logotheta in inscriptione columnæ ejus.

Ἀναίνεσθαι.[1] κοινῶς μὲν, τὸ ἀρνεῖσθαι· ἰδίως δὲ, ἐπὶ τῶν κατὰ τοὺς γάμους, καὶ τὰ Ἀφροδίσια. καὶ Ἀναίνομαι, ἀπαρνοῦμαι, προΐεμαι.

Ἀναίνεσθαι. Communiter quidem significat negare: peculiariter vero dicitur de fœminis, quæ nuptias vel concubitum abnuunt. Et Ἀναίνομαι, recuso, abnuo.

Ἀναιρεθείς. ἀντὶ τοῦ ἀναληφθείς. οὕτως Ἰσοκράτης. καὶ Ἀναιρεῖν, τὸ ἐν γαστρὶ συλλαβεῖν, καὶ [2] τὸ τεχθὲν ἀναθρέψειν. καὶ τὸ φονεῦσαι. καὶ τὸ ἀναλαβεῖν. Ὁ δὲ καθεὶς τὴν χεῖρα εἰς τὴν πήραν ἀναιρεῖται τὴν ἐπιστολήν. καὶ ἔτι τὸ ἀπολλύειν, καὶ τὸ αἴρειν, ἢ προσενέγκασθαι. καὶ Ἀναίρεσις, ἡ ἀνάληψις. Ὁ δὲ τὴν πανοπλίαν ἔρριψεν εἰς ἀναίρεσιν τοῦ βουλομένου. καὶ Ἀναιρεῖται, λαμβάνει. Ὁ δὲ ἀναιρεῖται τὸ μεῖζον μέρος τοῦ κρεαδίου. καὶ Ἀναιρεῖσθαι, ἀναδέχεσθαι, ἀναλαμβάνειν. [3] Τῷ Σκιπίωνι ἦν τὰ διωμολογημένα πρὸς Καρχηδονίους, ὁμήρους σφᾶς δοῦναι, καὶ τοὺς ἐλέφαντας, καὶ τὰς τριήρεις, καὶ μήτε καταλόγους ποιεῖσθαι, μήτε μισθοφόροις χρῆσθαι, μήτε πόλεμον πρὸς μηδένα παρὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων γνώμην ἀναιρεῖσθαι. Καὶ αὖθις Οὐ [4] τὴν τυχοῦσαν πρόνοιαν ἐποιοῦντο Ῥωμαῖοι, τοῦ μὴ [5] καταρχοντες φαίνεσθαι, μηδ' ἀναιρούμενοι τοὺς πολέμους. [6] Καὶ Ἡρόδοτος Ἀναιρεόμενοι, ἀντὶ τοῦ, ἐν γαστρὶ συλλαμβανόμενοι. καὶ Ἀναιρούμενοι, ἀναλαμβανόμενοι, ἐπιχειροῦντες.

Ἀναιρεθείς. In altum sublatus. Ita Isocrates. Et Ἀναιρεῖν, in utero concipere, & partum educare. Item, necare, & humo aliquid tollere. *Ille vero manu in peram demissa, epistolam sustulit.* Significat etiam perdere, & tollere, & admovere. Et Ἀναίρεσις dicitur de eo, qui aliquid humo tollit. *Ille vero omnia arma sua projecit, ut tolleret quisquis vellet.* Et Ἀναιρεῖται, accipit. *Ille vero majorem partem carnis capit.* Et Ἀναιρεῖσθαι, suscipere. *Conditiones vero pacis, quam Scipio cum Carthaginensibus fecerat, hæ erant: Ut obsides darent, & elephantos, & triremes, nec ullos milites conscriberent, nec mercenariis militibus uterentur, nec bellum adversus quenquam absque Romanorum consensu susciperent.* Et iterum: *Romani summopere cavebant, ne alios lacessere, neve bella priores suscipere viderentur.* Et apud Herodotum Ἀναιρεόμενοι significat, in utero conceptum. Et Ἀναιρούμενοι, suscipientes, aggredientes.

Ἀναισίμου. ἀνήλισκε, κατεδαπάνα. καὶ Ἀναισιμοῦν, παρὰ Ἡροδότῳ, ἀντὶ τοῦ δαπανᾶν, ἀναλίσκειν. Ἀναισιμοῦσι, καταναλίσκουσι. Τὰς δὲ γυναῖκας ἀπέπνιξαν, ἵνα μὴ τὸν σῖτον ἀναισιμῶσι.

Ἀναισίμου. Absumebat. Consumebat. Et Ἀναισιμοῦν, apud Herodotum, absumere, consumere. Ἀναισιμοῦσι, consumunt, absumunt. *Mulieres vero suffocarunt, ne frumentum absumerent.*

Ἀναίσχυντος, καὶ σιδηροῦς ἄνθρωπος. ἐπὶ τῶν ἀπηρυθριακότων, καὶ μηδεμίαν μεταβολὴν τοῦ τρόπου ποιουμένων.

Ἀναίσχυντος. Impudens & ferreus homo. Dicitur de illis, qui pudorem omnem deposuerunt, nec mores ullo modo mutant.

Ἀναίτιος ἐπὶ ἀφροσύνῃ. ἀντὶ τοῦ, ἀνέγκλητος ἐπὶ ἀφροσύνῃ.

Ἀναίτιος ἐπὶ ἀφροσύνῃ. Qui ob amentiam accusandus vel damnandus non est.

Ἄνατος.[7] ἀβλαβής, καὶ ἀναιτίατος. [8] Σοφοκλῆς

——————— Πόλις δέ σοι
Κακῶν ἄνατος τῶνδ' ἀπαλλαχθῇ χθονός.

Ἄνατος. Illæsus. Insons. Sophocles: *Ut urbs [Thebarum] a malis, quæ ei ab hac terra imminent, immunis permaneat.*

Ἀνέβαλλεν. [9] Ξενοφῶν Ὁ δὲ Τηρίβαζος φίλος ἦν τῷ βασιλεῖ, καὶ, ὁπότε παρείη, οὐδεὶς ἄλλος βασιλέα ἐπὶ τὸν ἵππον ἀνέβαλλεν. ἀντὶ τοῦ ἀνεβίβαζεν.

Ἀνέβαλλεν. [Imponebat. Sustollebat.] Xenophon: *Teribazus vero amicus erat Regi, &, quotiescunque aderat, nullus alius Regem in equum levabat.* Hic ἀνέβαλλεν positum est pro ἀνεβίβαζεν.

1 Ἀναίνεσθαι. κοινῶς μὲν, τὸ ἀρν.] Ex Harpocratione, ad quem vide quæ notavit Maussacus. Confer etiam Suidam infra v. Χαρίζεσθαι.

2 Καὶ τὸ τεχθὲν ἀναθρέψειν] Vide infra v. Ἀναλοῦν, & Harpocrationem v. Ἀναιρεθείς.

3 Τῷ Σκιπίωνι ἦν τὰ διωμολογημένα πρὸς Καρχ.] Apud Dionem in Excerptis Legat. cap. xv. pag. 381. unde fragmentum hoc depromptum est, locus integer sic legitur: Ὅτι διεκηρυκεύσαντο οἱ Καρχηδόνιοι τῷ Σκιπίωνι· ἦν δὲ τὰ διωμολογημένα, ὁμήρους τε σφᾶς δοῦναι, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους, τούς τε αὐτομόλους, ὅσους τε Ῥωμαίων, ἢ τῶν συμμάχων, ἐφ' ὧν εἶχον ἀποδοῦναι, καὶ τοὺς ἐλέφαντας πάντας, καὶ τριήρεις πλὴν δέκα παραδοῦναι, καὶ τὸ λοιπὸν μὴ κεκτῆσθαι μήτε ἐλέφαντας, μήτε ναῦς, καὶ τῷ Μασσινίσσᾳ πάντων ὧν εἶχον αὐτοῦ ἀποστῆναι, καὶ ὅσα εἶχον δοῦναι τήν τε χώραν, καὶ τὰς πόλεις, τὰς ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ αὐτοῦ οὔσας ἀφεῖναι, καὶ μήτε καταλόγους ποιεῖσθαι, μήτε μισθοφόροις χρῆσθαι, μήτε πόλεμον πρὸς μηδένα παρὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων γνώμην ἀναιρεῖσθαι. Locum hunc Dionis ad marginem Suidæ sui indicaverat etiam Pearsonius.

4 Οὐ τὴν τυχοῦσαν πρόνοιαν ἐπ.] Hoc fragmentum ad Polybium refert Valesius.

5 Μὴ καταρχοντες φαίνεσθαι] Addendum est χειρῶν ἀδίκων, ex ipso Suida v. Ἀμυνόμενοι, v. Ἐμβαίνειν, & v. Πόλεις, ubi idem fragmentum repetitur.

6 Καὶ Ἡρόδοτος Ἀναιρεόμενοι, ἀντὶ τοῦ ἐν γαστρὶ συλ.] Locus Herodoti exstat lib. vi. pag. 225. Ἢ γὰρ ἐκ τοῦ Ἥρωος τούτου γέγονας, καί τοι πατήρ ἐστι Ἀστράβακος ὁ Ἥρως, ἢ Ἀρίστωνος. ἐν γάρ σε τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἀναιρέομαι. Quod interpres recte vertit: *Aut enim ex hoc Heroe genitus es, paterque tibi est Astrobacus Heros, aut Aristo. Nam ea nocte te concepi.*

7 Ἄνατος. ἀβλαβής, καὶ ἀναιτ.] Locus hic ex Scholiasta Sophoclis ad *Oedip. Colon.* pag. 297. unde eum Suidas excerpsit, sic rescribendus est: Ἄνατος. ἀβλαβής, καὶ ἀναίτιος. Nam ἀναίτιατος est vocabulum nihili, & obelo omnino dignum. Ἄνατος vero compositum est ex α στερητικοῦ & ἄτη: cujus originis etiam est adverbium ἀνατεί, de quo supra.

8 Σοφοκλῆς] In *Oedip. Colon.* pag. 297.

9 Ξενοφῶν Ὁ δὲ Τηρίβαζος φ.] Locus hic legitur apud Xenophontem *de Expedit. Cyri* lib. iv. pag. 327.

Ἀνέβαλλεν. ἀναβολὴν ἐδίδου.

Ἀνεβάλλετο.[1] προοιμιάζετο. ἀνεκρούετο. ἐνήρχετο. καὶ [2] ἀντὶ τοῦ ὑπερετίθετο. Ἀρριανός· Ἀνεβάλλετο τὴν τῆς ἄλλης χώρας δῄωσιν, οἰόμενος ἐνδώσειν Ἀθηναίους. Ἀναβολάς, καὶ τὰς ἀνακρούσεις, καὶ τὰς ἀρχάς. ὅθεν καὶ τὸ ἤρχετο, καὶ ἀπήρχετο. [3] καὶ Ἀνεβάλλοντο, ἀντὶ τοῦ ἐσχηματίζοντο.

Ἀνέβησεν. ἀντὶ τοῦ, ἀνεβίβασεν. [4] Ἡρόδοτος.

Ἀνεβίω. ἀνέζησεν. καὶ Ἀνεβιωσάμην, ἀντὶ τοῦ ἀναβιῶναι ἐποίησα. Κράτης.

Ἀναβιώσκεται, καὶ Ἀναβιώσκει, μᾶλλον ἢ Ἀναβιοῖ. λέγουσι δὲ καὶ ἀναζῆν.

Ἀνεβόησεν οὐράνιον. ἀντὶ τοῦ μέγα, καὶ μέχρι τοῦ οὐρανοῦ ἀφικνούμενον.

Ἀνεβορβόρυξαν.[5] ἀνέκραγον.

Ἀνεβρύαξαν. ἀνεθορυβήθησαν. ἀνέκραγον.

Ἀνεγνάμφθη. ἀνεκάμφθη.

Ἀνέγνωσαν. ἀνέπεισαν. ἀνεδίδαξαν. [6] ἠρέθισαν. [7] Ἡρόδοτος· Τοὺς ὀνειροπόλους ἀνεσκολόπισεν, οἵ μιν ἀνέγνωσαν μετεῖναι τὸν Κῦρον.

Ἀνέγρετον. [8] ἀνυπέστροφον.

Ἀνεδέχετο. προσεδέχετο, ἐξυπέμενεν. [9] Ὁ δὲ ἀνεδέχετο τὴν Ἀσδρούβου παρουσίαν. Καὶ ἀντὶ τοῦ ἐξήνεγκεν. Ὁ δὲ τούτοις πιστεύων ἀνεδέχετο τὸν πρὸς Ἀριαράθην πόλεμον.

Ἀνεδείματο. [10] ἀνῆλθεν. ἀνῳκοδόμησε, κατεσκεύασεν.

Ἀνέδην. [11] ἀφειδῶς. ἀκωλύτως. καταχόρως. ὡς ἔτυχεν. Ἀρριανός· Οἱ δὲ τοῖς Φρέασι φύλακας ἐπέστησαν, ὡς μὴ ἀνέδην ὅπως τις ἐθέλει ὑδρεύεσθαι, ἀλλ' εἰς τὸ κοινὸν ξυλλέγεσθαι πᾶν ὅσον περ ἀντλοῖτο τοῦ ὕδατος· ἐκεῖθεν δὲ διανεμομένην γίνεσθαι τὴν ἴσην ἑκάστοις. Καὶ αὖθις·

—— Καὶ [12] τὸ δίθυρσον
Τοῦτο τὸ λογχωτόν, καὶ τὸ περισφύριον,
Οἷς ἀνέδην βάκχευεν, ὅτ' ἐς Διόνυσον ἐφοίτα.

Καὶ αὖθις· Τὸ ἱερὸν περιστοιχίσαντες οὐκ εἴων τοὺς βουλομένους καὶ δεομένους τοῦ Πυθίου ἀνέδην παριέναι. ἀντὶ τοῦ ἀκωλύτως. καὶ αὖθις· Ἀνέδην ἐξεπόρθουν

Ἀνέβαλλεν. Differebat. Dilationem dabat.

Ἀνεβάλλετο. Proœmio utebatur, præludebat, canendi initium faciebat. Accipitur & pro differebat. Arrianus: *Reliqui agri vastationem differebat, existimans, Athenienses sponte cessuros esse.* Ἀναβολάς vocant carminum præludia & principia. Et Ἀνεβάλλοντο significat interdum vestibus induebantur.

Ἀνέβησεν, pro ἀνεβίβασεν, imposuit. Herodotus.

Ἀνεβίω. Revixit. In vitam rediit. Et Ἀνεβιωσάμην, ad vitam revocavi. Crates.

Ἀναβιώσκεται, & Ἀναβιώσκει, pro Reviviscit, potius dicendum est, quam Ἀναβιοῖ. Dicitur etiam Ἀναζῆν, reviviscere.

Ἀνεβόησεν οὐράνιον. Clamorem ingentem, & ad cœlum usque pertingentem, edidit.

Ἀνεβορβόρυξαν. Vociferati sunt.

Ἀνεβρύαξαν. Tumultuati sunt. Clamorem ediderunt.

Ἀνεγνάμφθη. Inflexum est. Incurvatum est.

Ἀνέγνωσαν. Persuaserunt. Edocuerunt. Incitarunt. Herodotus: *Somniorum conjectores cruci affixit, qui ipsi persuaserant, ut Cyrum dimitteret.*

Ἀνέγρετον. Non redeuntem. Qui revocari non potest.

Ἀνεδέχετο. Exspectabat. Præstolabatur. *Ille vero Asdrubalis adventum exspectabat.* Accipitur etiam pro ἐξήνεγκεν, intulit, suscepit. *Ille vero, his fretus, bellum adversus Ariarathen suscepit.*

Ἀνεδείματο. Ædificavit. Exstruxit.

Ἀνέδην. Abunde. Libere. Sine impedimento. Ad satietatem usque. Temere. Arrianus: *Illi vero puteis custodes præposuerunt, ne quisquis vellet libere & arbitratu suo aquaretur, sed in commune conferretur, quidquid aquæ ex puteis haustum esset. Inde vero æqualiter eam omnibus distribui jusserunt.* Et iterum:

—— *Et geminum istum thyrsum*
*Cuspide munitum, & ornamentum talorum,*
*Quibuscum effuse bacchabatur, cum Bacchi*
*Orgiis interesset.*

Et iterum: *Cum templum cinxissent, non siverunt omnes, qui [Oraculo Apollinis] Pythii indigebant, libere & pro lubitu intrare.* Et iterum: *Effuse & efferato animo omnia*

1 Ἀνεβάλλετο. προοιμ.] Nota hæc referenda est ad versum illum Homeri Odyss. A. v. 155.

Ἤτοι ὁ φορμίζων ΑΝΕΒΑΛΛΕΤΟ, καλὸν ἀείδειν.

Ubi Scholiasta inquit: Ἀνεβάλλετο· ἀνεκρούετο. Vide etiam supra v. Ἀναβολάς.

2 Ἀντὶ τοῦ ὑπερετίθετο] Minus accurate Suidas τὸ ἀναβάλλεσθαι per ὑπερτίθεσθαι hic exponit. Secundum alios enim magistros inter duas istas voces hæc est differentia, ut ἀναβάλλεσθαι quidem significet rem intempestive procrastinare, & temporis opportunitatem negligere; ὑπερτίθεσθαι vero, negotium aliquod in commodius tempus differre. Ammonius: Ἀναβάλλεσθαι καὶ ὑπερτίθεσθαι διαφέρει. Ἀναβάλλεσθαι μὲν γάρ ἐστι τὸ ὀκνεῖσθαι καὶ παριέναι τὸν ἐπιτήδειον καιρὸν τῆς πράξεως. Ὑπερτίθεσθαι δέ, τὸ ὑπερβάλλειν τὸν ἐπιτήδειον καιρὸν τῆς πράξεως.

3 Καὶ ἀνεβάλλοντο. ἀντὶ τοῦ ἐσχηματίζοντο] Portus locum hunc sic verterat: *Et ἀνεβάλλοντο interdum ponitur pro ἐσχηματίζοντο, i. e. figurabantur & formabantur. N. L.* Sed acu, ut ajunt, rem non tetigit. Σχηματίζεσθαι enim hic significat vestibus indui, a voce σχῆμα, quæ interdum vestitum vel cultum corporis significat. Hesychius: Σχῆμα, πλάσμα, ΙΜΑΤΙΣΜΟΣ, διάθεσις, κόσμος. Hinc recte Suidas verbum istud cum ἀνεβάλλοντο hic conjungit. Τὸ ἀναβάλλεσθαι enim apud Atticos significat vestes induere, ut Græci magistri nos docent. Vide Thomam Magistrum v. Ἀναβαλόμενος, & Suidam supra v. Ἀναλαμβάνεις.

4 Ἡρόδοτος] Lib. 1. pag. 21. ut Portus monuit.

5 Ἀνεβορβόρυξαν. ἀνέκ.] Ex Schol. Aristoph. ad *Ecclesiaz.* p. 736.

6 Ἠρέθισαν] Lectionem hanc ex 2 MSS. Paris. revocavi. In prioribus enim Edit. vitiose excusum est ἠρέθησαν.

7 Ἡρόδοτος] Lib. 1. pag. 35. ut Portus monuit. Vide supra v. Ἀναγνωσθείς, & Ἀνάγνωσις.

8 Ἀνέγρετον. ἀνυπέστροφον] Scribendum est ἀνάγρετον (ab ἀγείρω) idque suo loco ponendum. Uti enim παλινάγρετον apud Homerum Il. A. v. 526. significat id, quod revocari potest; vel, ut Scholiasta vocem illam exponit, παλινδίκαστον, ὃ εἰς τοὐπίσω λαμβάνεται: ita ἀνάγρετον significat, quod semel emissum retrahi vel revocari non potest.

9 Ὁ δὲ ἀνεδέχετο τὴν Ἀσδρούβου παρ.] Fragmentum hoc Polybio tribuit Valesius.

10 Ἀνῆλθεν] Hæc vox videtur esse παρεμβεβλημένη, quoniam significatio ejus loco huic minime quadrat.

11 Ἀνέδην. ἀφειδῶς. ἀκ.] De vera & propria hujus vocis significatione accurate disputat literatæ Bataviæ ornamentum Jacob. Perizonius ad Ælian. lib. 1. cap. iv.

12 Καὶ τὸ δίθυρσον τ.] Ex Antholog. lib. vi. cap. v. ut Portus etiam monuit.

μετὰ ἀγχιότητος ἅπαντας. καὶ αὖθις· [1] Ὁ δὲ ἀνέδην διῃτᾶτο.

Ἀνεδήσατο. ἀπηνέγκατο. [2] Ὁ δὲ τὰ πρακτέα ὀρθῶς διαπράττων, πολλὰς ἀνεδήσατο νίκας.

Ἀνεδίδοτο. ἀνεπέμπετο. καὶ [3] Ἀνεδίδου, συνεβούλευεν. Ὁ δὲ συναθροίσας τοὺς φίλους, ἀνεδίδου διαβούλιον, τί δέον εἴη πράττειν.

Ἀνέδουν. ἐστέφανον. ἀνεδέσμουν. Προσιόντες δὲ αὐτῷ ἐταινίαζον οἱ νησιῶται, καὶ ἀνέδουν.

Ἀνέδραμεν. [4] ἀντὶ τοῦ ηὐξήθη. Ἡρόδοτος.

Ἀνεζεύγνυ. ἀνέστρεφεν. Ἀππιανός· Ὁ δὲ μετὰ πολλῆς λείας ἀνεζεύγνυ.

Ἀνεζωπυρήθη. διεθερμάνθη.

Ἀνέηκεν. [5] ἀνέπεισεν.

Ἀνέθει. ἀνέτρεχε, καὶ ἀνέθορε.

Ἀνεθυσία. [6] ἐμαίνετο.

Ἀνεθυμιᾶτο. ἀνενεοῦτο. Καὶ [7] πρῶτον μὲν ἀρτύσαι φόνον Λυσιμάχῳ, ὃς ἦν υἱὸς Ἀρσινόης. μετὰ ταῦτα πολλῆς ἐπαγομένης ὕβρεως, ἀνεθυμιᾶτο πάλιν ἐν τοῖς πολλοῖς τὸ προϋπάρχον μῖσος.

Ἀνέκαθεν. κατὰ τὴν ἄνωθεν ἀκολουθίαν. ἢ ἀνέκαθεν, μακρόθεν. [8] Τοιοῦτος οὖν εἰς ἡμᾶς κατήντησε λόγος, ἀνέκαθεν ἐκ πατρὸς παισὶ παραδιδόμενος, περὶ τοῦ ἁγίου Διονυσίου, ὡς, ὅτι κατὰ τὸν τοῦ σωτηρίου πάθους καιρὸν, ἡνίκα μεσούσης ἡμέρας ὁ ἥλιος ἐκρύπτετο, ἐν τῷ παραδόξῳ σφόδρα πτοηθεὶς, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ὑπερβεβηκὼς γνῶσιν, κατανοήσας τὸ γενόμενον, Ἄγνωστος, ἔφη, Θεὸς πάσχει, δι᾽ ὃν τόδε τὸ Πᾶν ἐζόφωται καὶ σεσάλευται.

Ἀνεκαλάμησεν. [9] ἀντὶ τοῦ, ἀνεκαλέσατο.

Ἀνεκαλοῦντο. εἰς δίκην ἦγον. [10] Οἱ δὲ Ἔφοροι ἀνεκαλοῦντο αὐτὸν εἰς τὰς συναρχίας, ὡς ἂν τὰ ἀπολωλότα τοῖς Μεσσηνίοις ἀποκαταστήσῃ.

Ἀνεκάς. ψιλῶς, τὸ ἄνω λέγουσι. καὶ Ἀνέκαθεν, τὸ ἄνωθεν. Εὔπολις Αὐτολύκῳ·

Ἀνεκάς τ᾽ ἐπῆρω καὶ βδελυρὸς σὺ τὸ σκέλος.

Κρατῖνος Ἥρωσι·

Τὸν αὐχέν᾽ ἐκ γῆς ἀνεκὰς εἰς αὐτοὺς βλέπων.

*vastarunt.* Et iterum: *Ille vero genio suo præter modum indulgebat.*

Ἀνεδήσατο. Reportavit. Adeptus est. *Ille vero in rebus gerendis consilio & prudentia utens, multas victorias reportavit.*

Ἀνεδίδοτο. Reddebatur. Remittebatur. Et Ἀνεδίδου, consultabat. *Ille vero congregatis amicis, cum illis consultare cœpit, quid esset faciendum.*

Ἀνέδουν. Coronabant. Religabant. *Insulani vero ad ipsum accedentes, ipsum fasciis & coronis ornabant.*

Ἀνέδραμεν. Crevit. Herodotus.

Ἀνεζεύγνυ. Rediit. Appianus: *Ille vero cum magna præda rediit.*

Ἀνεζωπυρήθη. Calore recreatus est. Calefactus est.

Ἀνέηκεν. Induxit. Persuasit.

Ἀνέθει. Adscendit. Sursum saliit.

Ἀνεθυσία. Insaniebat.

Ἀνεθυμιᾶτο. Renovabatur. *Et primum quidem Lysimacho, qui filius erat Arsinoes, necem paraverat. Postea vero, cum insolentia ejus invalesceret, pristinum odium vulgi renovatum fuit.*

Ἀνέκαθεν. Per longi temporis successionem. A longo retro tempore. *Talis igitur fama a multis retro seculis continua successione a patribus ad liberos propagata de S. Dionysio ad nos pervenit, eum tempore passionis Dominicæ, cum Sol ipso meridie obscuraretur, rei novitate vehementer obstupefactum, & supra modum cognitionis humanæ evectum, cum id, quod acciderat, considerasset, in hæc verba prorupisse: Ignotus Deus patitur, cujus causa Universum hoc tenebris obtegitur & concutitur.*

Ἀνεκαλάμησεν. Spicilegium fecit.

Ἀνεκαλοῦντο. In jus vocabant. *Ephori vero ipsum coram magistratibus se sistere jusserunt, ut res amissas Messeniis restitueret.*

Ἀνεκάς. Cum spiritu tenui, significat sursum. Et Ἀνέκαθεν, idem quod ἄνωθεν. Eupolis *Autolyco:*

*In altum sustulisti tu quoque, impure, crus tuum.*

Cratinus *Heroibus:* * * * *

1 Ὁ δὲ ἀνέδην διῃτᾶτο] Sic locum hunc ex 2 MSS. Paris. emendavi. In prioribus enim Edit. pro διῃτᾶτο pessime & nullo sensu legitur διὰ τοῦτο.

2 Ὁ δὲ τὰ πρακτέα ὀρθῶς διαπρ.] Hæc sunt verba Agathiæ de Mermeroe, duce Persarum, lib. 11. pag. 60.

3 Ἀνεδίδου, συνεβ.] Scribe & supple, ἀνεδίδου διαβούλιον, συνεβούλευεν. Imperitissimus enim sit, qui credat, τὸ ἀνεδίδου per se & nude positum significare posse συνεβούλευεν.

4 Ἀνέδραμεν. ἀντὶ τοῦ ηὐξήθη. Ἡρόδοτος.] Vix quenquam illorum, qui elegantioribus literis student, ignorare puto, Herodotum, historiæ patrem, frequenter Ὁμηρίζειν, ejusque voces & phrases studiose imitari solere; cujus rei hic clarum habemus exemplum. Voce ἀνέδραμεν enim pro ηὐξήθη usus est Homerus Il. Σ. v. 56.

———Ὁ δ᾽ ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος.

Ubi Scholiasta τὸ ἀνέδραμε recte per ηὐξήθη exponit. Loca autem Herodoti, ubi τὸ ἀναδραμεῖν pro αὐξάνεσθαι accipitur, notavit Portus in Lexico Ionico.

5 Ἀνέηκεν. ἀνέπεισεν.] Hoc sensu vox illa accipitur apud Homerum Il. E. v. 882.

6 Ἀνεθυσία] Corrupte pro ἐνεθουσία, (ab ἐνθουσιῶ) ut recte legitur infra.

7 Καὶ πρῶτον μὲν ἀρτύσαι φόνον Λυσιμ.] Hoc loco duo diversa fragmenta in unum conflata sunt, ut patet ex Excerptis Peiresc. pag. 65. 66. unde ista deprompsit Suidas. Vide etiam infra v. Συνοικέω, ubi locus hic repetitur.

8 Τοιοῦτος οὖν εἰς ἡμᾶς κατήντησε λόγος, ἀνέκ.] Locus hic depromptus est ex *Encomio S. Dionysii Areopagitæ*, a Michaele Syncello conscripto, quod hodie adhuc inter opera S. Dionysii exstat. Vide etiam infra v. Διονύσιος, ubi eadem repetuntur.

9 Ἀνεκαλάμησεν. ἀντὶ τοῦ, ἀνεκαλέσατο] Locus hic vel ipsius Suidæ oscitantia, vel librariorum incuria fœde deformatus est; quem sic in integrum restituo. Ἀνεκαλάμησεν. ἀντὶ τοῦ ἀνεθέρισεν. † Ἀνεκαλέσατο &c. Verbum ἀνεθέρισεν enim significatione respondet voci ἀνεκαλάμησεν, ut ex Hesychio patet, qui τὸ ἀνεκαλαμήσατο per ἀνεθέρισεν exponit: quam proinde vocem hoc loco excidisse non dubito. Deinde manifestum est, τὸ ἀνεκαλέσατο non posse ἐκ παραλλήλου jungi voci ἀνεκαλάμησεν (nihil enim magis ἀσύγκλωστον) sed novi articuli initium esse debere, ut non solum patet ex serie literarum, sed etiam ex Hesychio, apud quem vocabulum istud in serie sua vocem Ἀνεκαλαμήσατο proxime sequitur. En ipsa Hesychii verba: Ἀνεκαλαμήσατο. ἀνεθέρισεν. † Ἀνεκαλέσατο. ἀνεστρέψεν, &c. Hæc utique conjecturæ nostræ veritatem clare & evidenter probant.

10 Οἱ δὲ Ἔφοροι ἀνεκ.] Hoc fragmentum ex Polybio sumptum esse monuit Cl. Jacobus Gronovius.

Ἀν' ἑκάστην [ἡμέραν.] καθ' ἑκάστην. Ὅτι Φανέας τις Καρχηδόνιος δεινὰ διατίθησι Ῥωμαίους ἀν' ἑκάστην ἡμέραν.

Ἀνεκήκιεν.¹ ἀνεφέρετο. ἀνεπήδα. ἀνεδίδου. ἀπὸ τοῦ κίω, τὸ πορεύομαι.

Ἀνεκλίθη.² ἀνέπεσεν ἐν τῇ τραπέζῃ.

Ἀνεκώχευον.³ ἀνεῖχον. ⁴Ἡρόδοτος· Ἀνεκώχευον τὰς νέας, καραδοκέοντες καὶ οὗτοι τὸν πόλεμον, ᾗ πεσέεται. ἀντὶ τοῦ, ⁵ὀθόνας στήσαντες ἐσάλευον.

Ἀνέκραγεν. οὐκ ἀνεκραύγασεν. καὶ Ἀνακεκραγέναι, καὶ πάντα τὰ ὅμοια οὕτως.

Ἀνεκρούετο. ἀνεκόπτετο. ἀνέστελλεν.

Ἀνεκτά. Ἀγαθίας φησὶ περὶ Θευδερίχου· Περσοικὰ ἔθνη συνέλεξεν. οὐ γὰρ ᾤετο ἀνεκτὰ εἶναι. ἀντὶ τοῦ ἀνέσεως ἄξια. Καὶ Πολύβιος· Διόπερ οὔτε τὸ λαθεῖν, οὔτε κατὰ τούτους τοὺς χρόνους εἰσβάλλοντας εἰς Μακεδονίαν τοὺς Ῥωμαίους ἀνεκτὸν ἦν. ἀντὶ τοῦ δυνατόν. καὶ Πισίδης·

Οὐκ ἦν ἀνεκτὴ τοῖς παροίκοις ἡ βλάβη.

ἀντὶ τοῦ, ὑπομενῆς ἀξία.

Ἀνέλεγκτον. μὴ δυνάμενον ἐλεγχθῆναι.

Ἀνεκτησάμην. ἀνωρθωσάμην. ἀνελαβόμην.

Ἀνεκυμβαλίαζον. κτύπον ἐποίουν. ἐκρότουν.

Ἀνελέγετο. ἀνεπόλει. ἐξησκεῖτο. Ὁ δὲ Σιμωνίδης διαμνημονικός τις ἦν, εἴπερ τις ἄλλος. τούτῳ δ' ἦν ἐοικὼς Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεύς· ⁶ὃς τὴν μὲν φωνὴν σιωπῇ κατεῖχε, πλεῖστα δὲ ἀνελέγετο. καὶ τὸ μνημονικὸν ἑκατοντούτης γενόμενος ἔρρωτο ὑπὲρ τὸν Σιμωνίδην. καὶ ὕμνος αὐτῷ τίς ἐστιν εἰς μνημοσύνην, ὃν ᾖδεν, ἐν ᾧ πάντα μὲν ὑπὸ τοῦ χρόνου μαραίνεσθαί φησιν, αὐτόν γε μὴν τὸν χρόνον ἀγήρω τε καὶ ἀθάνατον ὑπὸ τῆς μνημοσύνης εἶναι.

Ἀνελεήμων. Ὅτι ἀστόργους τοὺς ἀπηνεῖς καὶ ἀφίλους φασίν. ἀσπόνδους δὲ, τοὺς ἀδιαλλάκτους, καὶ μνησικάκους. καὶ ἀνελεήμονας δὲ, τοὺς ἀκαμπεῖς καὶ ἀνενδότους πρὸς ἔλεον.

Ἀνελεύθερος. ὁ μικρολόγος. ⁷ἢ ὁ ἐκτὸς τῆς ἀληθείας ποιῶν τι. Οἱ δὲ ἐς ἀταξίαν ἰδόντες, καὶ ἀνάσταλοι γενόμενοι, ἀγεννῆ καὶ ἀνελευθέραν ἐποιήσαντο τὴν ἀναχώρησιν, οἴκαδε ἀπονοστήσαντες.

Ἀνελεῖν. ἀνατρέψαι. Πρεσβεύονται, πρῶτον τὸ κατὰ Μεγαρέων ψήφισμα ἀνελεῖν κελεύοντες, καὶ τοὺς Ἕλληνας αὐτονόμους ἀφιέναι. λέγεται δὲ ἀνελεῖν, καὶ ⁸τὸ ἀναλαβεῖν τὰ ἔκθετα βρέφη, καὶ τρέφειν. καὶ ἁπλῶς, ὅπερ ἄν τις ἀναλαμβάνοιτο. † ⁹Ἀνελοῦσα

Ἀν' ἑκάστην. Singulis diebus. Quotidie. *Phaneas quidam Carthaginensis quotidie Romanos gravibus cladibus afficit.*

Ἀνεκήκιεν. Sursum ferebatur. Sursum saliebat. Erumpebat. A κίω, quod significat eo.

Ἀνεκλίθη. Ad mensam accubuit.

Ἀνεκώχευον. Retinebant. Inhibebant. Herodotus: *Navem anchoris alligarunt, expectantes, quem exitum bellum habiturum esset.*

Ἀνέκραγεν. Vociferatus est. [Sic dicendum est,] non ἀνεκραύγασεν. Item Ἀνακεκραγέναι, & reliqua similiter.

Ἀνεκρούετο. Inhibebat. Reprimebat.

Ἀνεκτά. Tolerabilia. Agathias de Theodorico dicit: *Vicinas gentes collegit, rem non amplius tolerandam esse existimans.* Et Polybius: *Quamobrem fieri non poterat, ut his temporibus Romani vel laterent, vel in Macedoniam irrumperent.* Et Pisides:

*Non erat tolerabile vicinis illud damnum.*

Ἀνέλεγκτον. Quod refutari vel reprehendi nequit.

Ἀνεκτησάμην. Erexi. Recepi. Recuperavi.

Ἀνεκυμβαλίαζον. Cymbalis strepitum edebant. Strepebant.

Ἀνελέγετο. Animo versabat. Exercebat. Ruminabat. *Simonides vero, si quis alius, artem memoriæ callebat. Huic similis erat Apollonius Tyanensis, qui ut plurimum quidem silebat, multa vero mente versabat: &, cum centesimum ætatis annum ageret, memoriæ firmitate Simonidem superabat. Exstat etiam hymnus ipsius in memoriam, quem canere solebat, in quo omnia a tempore corrumpi dicit, ipsum vero tempus beneficio memoriæ expers senii & immortale esse.*

Ἀνελεήμων. Immisericors. Ἀστόργους vocant crudeles, & amare nescios. Ἀσπόνδους, implacabiles, & injuriarum acceptarum semper memores. Ἀνελεήμονας vero, rigidos, duros, & qui nulla miseratione tanguntur.

Ἀνελεύθερος. Illiberalis. Sordidus. Avarus. *Illi vero, conspecta omnium rerum confusione, castris exuti fœda & indigna fuga domum se receperunt.*

Ἀνελεῖν. Evertere. *Legatos mittunt, primum quidem jubentes, ut decretum contra Megarenses factum abroget, & Græcos liberos suique juris esse sinat.* Ἀνελεῖν etiam significat expositos infantes tollere & alere. Et simpliciter aliquid suscipere. † *Abrogata enim lege,* [*Se-*

1 Ἀνεκήκιεν. ἀνεφ.] Vide Homerum Il. H. v. 266. & ibi Scholiastam.
2 Ἀνέπεσεν ἐν τῇ τραπέζῃ] Vide supra v. Ἀνεπίπτεν.
3 Ἀνεκώχευον] Vide supra v. Ἀνακωχεύειν.
4 Ἡρόδοτος] Lib. VII. pag. 278. ut Portus monuit.
5 Ὀθόνας στήσαντες] Scribe στείλαντες. ut supra v. Ἀνακωχεύειν.
6 Ὃς τὴν μὲν φωνὴν σιωπ.] Apud Philostratum *de Vit. Apoll.* lib. I. pag. 18. unde locum hunc descripsit Suidas, sic legitur: Καὶ τὴν μὲν φωνὴν κατεῖχεν· οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ, καὶ ὁ νοῦς, πλεῖστα μὲν ἀνεγίνωσκον, πλεῖστα δὲ ἐς μνήμην ἀνελέγοντο &c.
7 Ἢ ὁ ἐκτὸς τῆς ἀληθ.] Homines generosi & liberaliter educati solent esse veritatis amantes. Contra vero homines servili & humili animo præditi, quales sunt avari, parasiti, scurræ, & similes, veritatem commodo suo postponere non dubitant. Hinc igitur apparet, quis sit hoc loco sensus verborum Suidæ. Vide etiam Hesych. v. Ἀνελεύθερος.
8 Καὶ τὸ ἀναλαβεῖν τὰ ἔκθετα βρ.] Vide supra v. Ἀναιρεθείς.
9 Ἀνελοῦσα γὰρ τὸν νόμον, ἔχειν.] Ex Harpocratione, quem vide.

γὰρ

γὰρ τὸν νόμον, ἐχειροτόνησεν αὐτῷ. τοῦτο τὸ χωρίον Δημοσθένης¹ μὲν ἐν τῷ κατ' Ἀνδροτίωνος εἶπε. διττῇ δὲ φέρεται ἡ γραφή. ἡ μὲν, ὡς προγέγραπται. ἡ² δὲ ἀντὶ τοῦ αὐτῷ αὐτὸν λέγει κατ' αἰτιατικήν. καὶ ἡ μὲν κατ' αἰτιατικὴν προφερομένη τοιοῦτον ἔχει τὸν νοῦν· Ἀνελοῦσα τοῦτον τὸν νόμον, ἤτοι παραβᾶσα, διαχειροτονίαν περὶ ἑαυτῆς ἔδωκεν, ὅτι χρὴ στεφανοῦν αὐτόν. ἡ δὲ κατὰ δοτικήν· Ἀνελοῦσα τοῦτον τὸν νόμον ἐχειροτόνησεν ἐκεῖνον ἑαυτῇ.

Ἀνέλῃ. παρὰ Ἡροδότῳ ἀντὶ τοῦ χρήσει. καὶ Ἀνεῖλεν, ἀντὶ τοῦ ἔχρησεν, ὅ ἐστιν, ἐχρησμοδότησεν.

Ἀνελλιπής. ἀνενδεής.

Ἀνελκυσθῆναι. ἀνασχεθῆναι εἰς ὕψος. Ἕτερόν τε πρὸς τούτῳ ἱστίον μετὰ τάχους ἀνελκυσθῆναι ἐγκελευσάμενος.

Ἀνελίνυν.³ ἀνεδίδουν, ἀνεπαύοντο, διέτριβον, ἀνεστρέφοντο.

Δηρὸν γὰρ ἀνελίνυον αὖθι μένοντες.

Ἀνέλπιστον βίον. τὸν κάλλιστον εἰρήκασιν Ἀττικοί. ἐν ᾧ οὐκ εἰς ἐλπίδας ἐπτόηνται, ἀλλὰ πάρεστιν ἤδη τὰ ἀγαθά.

Ἀνεμάξατο. Πάντα ὅσα ἔδρασεν ἀνεμάξατο καὶ ἔπεσε τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ. Οὕτως Αἰλιανὸς ἐν τῷ περὶ Θείων Ἐναργειῶν.

Ἀνέμβατος. δυσχερῶς δεχόμενος. δυσπειθής.

Γηροβόροις⁴ βελέεσσιν ἀνέμβατος ὁ πρὶν Ἐρώτων.

Ἀνεμεστώθη.⁵ ἀντὶ τοῦ ἀνεπλήσθη. τῶν γραμματεύειν βουλομένων, καὶ μὴ στρατεύεσθαι. ἢ ἐπὶ κακοπραγμοσύνῃ τοὺς γραμματεῖς διαβάλλει. Ἀριστοφάνης Βατράχοις· Ἐκ τούτου ἡ πόλις ἡμῶν ὑπὸ γραμματέων ἀνεμεστώθη.

Ἀνέμητα. ἀμέριστα.

Ἀνεμοκοῖται.⁶ οἱ ἀνέμους κοιμίζοντες. γένος δέ φασι τοιοῦτον ὑπάρχειν ἐν Κορίνθῳ.

Ἄνεμος. τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνέμου. καὶ τὸ στοιχεῖον, ἐν ᾧ πνεῖ ὁ ἄνεμος. καὶ ⁷ Ἀνεμίδιον. Πλάτων ἐν Θεαιτήτῳ· ⁸ Γόνιμον ἀνεμίδιον τυγχάνει.

Ἀνεμοτρεφές.⁹ τὸ ἐν εὐηνέμοις τόποις τεθραμμέ-

natus] *illum sibi patronum creavit.* Hic locus legitur apud Demosthenem in Orat. contra Androtionem; cujus duplex scriptura vulgata est. Una quidem, ut ante diximus. Altera vero pro αὐτῷ habet αὐτὸν, in accusativo; cujus hic est sensus: Senatus, hac lege abrogata, judicium de se suffragiis populi permisit, num coronari deberet. Illius vero, quæ per dativum effertur, hic est sensus: Senatus, lege hac sublata, illum [i. e. Androtionem] sibi patronum creavit.

Ἀνέλῃ. Apud Herodotum positum est pro χρήσει, oraculum reddet. Et Ἀνεῖλε, oraculum reddidit.

Ἀνελλιπής. Cui nihil deest.

Ἀνελκυσθῆναι. Subduci. *Cum præter hoc, alterum etiam velum celeriter subduci jussisset.*

Ἀνελίνυον. Remittebant. Quiescebant. Degebant. Versabantur.

*Diu enim illic morabantur.*

Ἀνέλπιστον βίον. Beatissimam vitam sic appellant Attici: sive vitam illorum hominum, qui bona non amplius sperant, sed illis jam præsentibus fruuntur.

Ἀνεμάξατο. Luit. *Omnium, quæ fecit, pœnas capite suo luit.* Sic Ælianus inquit in libro *de Divinæ Potentiæ argumentis.*

Ἀνέμβατος. Inaccessus. Qui difficulter persuaderi potest.

*Qui prius a perniciosis sagittis Amoris vulnerari non poterat.*

Ἀνεμεστώθη. Repleta fuit. Aristoph. in *Ranis: Deinde vero propter hæc urbs nostra scribis repleta fuit.* Id est, repleta fuit illis, qui scribarum munere fungi, nec militare volebant. Vel scribas carpit propter malam curiositatem.

Ἀνέμητα. Quæ divisa non sunt.

Ἀνεμοκοῖται. Qui ventos sopiunt. Ajunt autem hujusmodi genus hominum esse Corinthi.

Ἄνεμος. Ventus. Et ipsum elementum, in quo ventus spirat. Et Ἀνεμιαῖον. Plato in *Theæteto: Videamus, an sententia tua sit ovo fœcundo similis, an vero irrito, & ex quo nihil omnino gignitur.*

Ἀνεμοτρεφές. Quod nutritum est in locis ven-

1 Δημοσθένης μὲν ἐν τῷ κατ' Ἀνδροτ.] Pag. 421.

2 Ἡ δὲ ἀντὶ τοῦ αὐτῷ αὐτὸν λέγει κατ' αἰτ.] Sic locum hunc, ante mutilum, ex MSS. Paris. in integrum restitui.

3 Ἀνελίνυν] Legendum est ἀνελίνυον, ut Portus etiam monuit. Vide Hesych. v. Ἐλινύειν.

4 Γηροβόροις βελ.] Versus hic est pars Epigrammatis, quod integrum legitur Anthol. l. III. pag. 591.

5 Ἀνεμεστώθη. ἀντὶ τοῦ ἀνεπλ.] Locum hunc descripsit Suidas ex Schol. Aristoph. ad *Ranas*, pag. 173. *P.*

6 Ἀνεμοκοῖται. οἱ ἀν.] Eadem habet Hesychius, ex quo Suidas sua procul dubio descripsit. Vide etiam Eustath. ad Homerum pag. 1645.

7 Ἀνεμίδιον. Πλάτων ἐν Θεαιτήτῳ· Γόνιμον ἀνεμίδιον τυγχάνει] Hæc sunt mendosissima, quæ æque corrupta leguntur apud Scholiastam Aristoph. ad *Aves*, pag. 574. unde Suidas sua descripsit. Verba Scholiastæ hæc sunt: Ὑπηνέμια καλοῦνται τὰ δίχα συνουσίας καὶ μίξεως, (καὶ ταῦτα δὲ οὐχ ὡς ἴσχει αὐτὴ προσείρηκεν), ἀλλὰ διὰ ἱστορίαν. τὰ κατὰ τὰς Διοσκόρους· φασὶ γὰρ αὐτὰς ἐξ ὧν γεννεῖσθαι. καὶ ὅτι σύνηθες αὐτοῖς μᾶλλον ἀνεμίδιον λέγειν. καὶ Πλάτων ἐν Θεαιτήτῳ· Γόνιμον ἀνεμίδιον τυγχάνει. Hic locus a librariis pessime acceptus est, & duobus mendis laborat, quæ sensum ejus penitus obscurant. Pro ἀνεμίδιον enim scribendum est ἀνεμιαῖον (unius tantum literæ mutatione facta, τοῦ Δ nimirum in Α, quæ literæ propter affinitatem sæpe confundi solent;) & pro αὐτοῖς, Ἀττικοῖς. Docere enim hic vult Scholiasta, ova ea, quæ Græci vulgo ὑπηνέμια vocant, ab Atticis appellari ἀνεμιαῖα; quod verum esse vel ex Thoma Magistro apparet, apud quem in Eclogis vocum Atticarum inter alia etiam hæc leguntur: Ἀνεμιαῖα, οὐχ ὑπηνέμια. Præterea, pro ἀνεμίδιον apud modo laudatum Enarratorem Comici, & hic apud Suidam legendum esse ἀνεμιαῖον, patet etiam ex Platone, apud quem in *Theæteto* recte sic scriptum esse in nota sequente monemus.

8 Γόνιμον ἀνεμίδιον τυγχάνει] Locum hunc Platonis Scholiasta Aristophanis ad *Aves*, & ex eo Suidas, corruptum & mutilum exhibent, qui apud ipsum Philosophum in *Theæteto* pag. 118. recte sic legitur: Ἀλλὰ φέρε δὴ κοινῇ σκεψώμεθα, γόνιμον ἢ ἀνεμιαῖον τυγχάνει ὄν. Utitur ibi Plato metaphora ab ovis ducta, quorum alia solent esse γόνιμα, i. e. fœcunda, & semine vel vi genitali prædita; alia vero ἀνεμιαῖα, sive irrita, ut a Plinio vocantur, & ex quibus nihil omnino gignitur. Sensus igitur loci illius hic est; videndum esse, an sententia Theæteti (cum quo Socrates loquens inducitur) sit vera, & solidis argumentis nitatur; an vero vana, & nullius momenti, quæque levi negotio everti queat.

9 Ἀνεμοτρεφὲς τὸ ἐν εὐην.] Vide Homerum Il. Λ. v. 256. & ibi veterem Scholiastam.

νον. εὔτονον γὰρ τοῦτο καὶ εὐαυξές. ἢ Ἀνεμοτρεφὲς, τὸ ὑπὸ ἀνέμων τρεφόμενον.

Ἀνέμου[1] πεδίον. ἐπὶ τῶν εὐμεταβόλων καὶ κούφων.

Ἀνέμους[2] γεωργεῖς. ἐπὶ τῶν πονούντων, καὶ μηδενὸς μετεχόντων. καὶ γὰρ ὁ ἄνεμος πάντα μὲν φύει καὶ αὔξει, οὐδὲν δὲ ἕτερον ἢ μόνην ἄχυρον ἀποφέρεται· ὥστε οὐδενὸς μεταλαμβάνει.

Ἀνεμοφθορεία. ἡ πληγὴ τῶν ἀνέμων.

Ἀνέμῳ διαλέγῃ. ἐπὶ τῶν ἀνηκούστων.

Ἀνεμώκεος.[3] ὁ ταχύς.

Ἀνεμώλιος. ὁ μάταιος.

Ἀνεμώνη. εἶδος βοτάνης.

Ἀνέμων στάσεις. [4]Ἐγχώριοι γὰρ οὐ μόνον τὰς τῶν ἀνέμων στάσεις, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἐγχωρίων ἀνθρώπων ἤθη κάλλιστα γινώσκουσι.

Ἀνεμώνη. βοτάνη. δύο δὲ αὐτῆς εἴδη· ἀγρία, καὶ κηπευτική· καὶ ἡ μὲν κηπαία φέρει ἄνθος ἐρυθρόν· ἡ δὲ ἀγρία, φοινικοῦν. [5]ἑκατέρα δὲ δριμείας καὶ ῥυπτικῆς ἐστιν, ἐπισπαστικῆς τε, καὶ ἀναστομωτικῆς δυνάμεως. ὅθεν φλέγμα τε προσκαλεῖται, καὶ λέπρας ἀφιστᾶσι προστιθέμεναι· καὶ γάλα κατασπῶσιν.

Ἀνεμύτας.[6] Θηβαῖος τὸ γένος.

Ἀνενδοίαστον. τὸ ἀναμφίβολον.

Ἀνενεγκών. ἀναλήψας. Ὁ δὲ ἀνενεγκὼν ἠρώτα, πόθεν ἥκοι. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ ἐλειποψύχησεν. ἀνενεγκόντα δὲ αὐτὸν ἀράμενοι οἱ φύλακες παρὰ τὸν βασιλέα φέρουσιν ἐκ τῆς νόσου διασωθέντα. [7]καὶ ἀνενείκατο, καὶ ἀνένεικεν, ὁμοίως, ἀνήνεγκεν.

Ἀνενεοῦτο. ἀνεμιμνήσκετο. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπῄνει τε αὐτοὺς, καὶ ἀνενεοῦτο τὸ μέγεθος [8]τοῦ κατεργασαμένου πολέμου.

Ἀνενεχθείσας. ἀνενεγκούσας.

Ἀνεννόητον. ἀδίδακτον. ἀμελέτητον. ἀνάσκητον. Οὐ[9] δεῖ παραβάλλεσθαι καὶ κυβεύειν τῷ βίῳ, τὸ παράπαν ἀνεννόητον ὄντα τῆς μάχης καὶ τῆς βαρβαρικῆς χρείας. ἢ Ἀνεννόητοι, μηδεμίαν ἔννοιαν περὶ τούτου ἔχοντες. Πολύβιος· Πάντων δὲ ἦσαν τούτων οἱ στρατηγοὶ ἀνεννόητοι.

Ἀνέντες. ἐνδόντες. ἀναλύσαντες. Οἱ δὲ ἔπλεον τὰ ἱστία τοῖς [10]ἀνέμοις ἐνδόντες.

Ἀνεξάλειπτος. ὁ μὴ ἐξαλειφόμενος. ὁ μὴ ἐπιλείπων.

tosis. Id enim & robustum evadere, & feliciter crescere solet. Vel, quod a ventis alitur.

Ἀνέμου πεδίον. Venti campus. Dicitur in eos, qui leves sunt & inconstantes.

Ἀνέμους γεωργεῖς. *Ventos colis.* [Proverbium, quod dicitur] de illis, qui laborant, nec ullum suorum laborum fructum percipiunt. Ventus enim omnia quidem producit & auget; nihil tamen præter solam paleam aufert: unde nullius boni particeps est.

Ἀνεμοφθορεία. Corruptio a ventis proficiscens.

Ἀνέμῳ διαλέγῃ. Vento loqueris. De iis, qui non exaudiuntur.

Ἀνεμώκεος. Velox.

Ἀνεμώλιος. Ventosus. Vanus.

Ἀνεμώνη. Anemone, genus herbæ.

Ἀνέμων στάσεις. Ventorum stationes. *Indigenæ enim non solum ventorum stationes (ut fert proverbium) sed etiam popularium mores optime norunt.*

Ἀνεμώνη. Anemone. Herba. Duo autem sunt ejus genera: sylvestris & hortensis. Et hortensis quidem fert florem rubrum: sylvestris vero, puniceum. Utraque vero acris est, habetque vim abstergendi, attrahendi, & laxandi. Hinc & phlegma provocant, & adhibitæ lepras depellunt, & lac deducunt.

Ἀνεμύτας. Anemytas. Genere Thebanus.

Ἀνενδοίαστον. Minime dubium. Certum.

Ἀνενεγκών. Qui ad se rediit. *Ille vero, cum ad se rediisset, quæsivit, unde venirent.* Et rursus: *Ille vero animi deliquium passus est. Custodes vero eum, cum ad se rediisset, & morbum evasisset, sustulerunt, & ad Regem tulerunt.* Et Ἀνενείκατο, & Ἀνένεικεν, idem quod Ἀνήνεγκεν.

Ἀνενεοῦτο. Memoria repetebat. Recordabatur. *Rex vero ipsos laudabat, & belli confecti magnitudinem in memoriam revocabat.*

Ἀνενεχθείσας. Quæ ad se redierunt. Quæ vires receperunt.

Ἀνεννόητον. Nulla doctrina traditum. Mente non perpensum. Non excultum. *Non decet temere periculis se offerre, nec vitam incertæ fortunæ aleæ committere, ita ut non perpendas dubios belli casus, & quem usum Barbari præstare queant.* Vel Ἀνεννόητοι, qui de re aliqua minime cogitant. Polybius: *Horum vero nihil duces animo præceperant.*

Ἀνέντες. Qui remiserunt. Qui permiserunt. Qui sustulerunt. *Illi vero vela ventis permittentes navigabant.*

Ἀνεξάλειπτος. Indelebilis. Qui non deficit.

1 Ἀνέμου πεδίον] Sic etiam apud Diogenianum & Mich. Apostolium scriptum est, eamque lectionem recentiores omnes sequuntur. Sed in duobus MSS. Paris. exaratum est ἀνέμου παιδίον; quam lectionem præ altera amplectendam esse puto. Hominem enim inconstantem & levem eleganter dici posse *filium venti*, eamque imaginem rei istius naturam multo aptius exprimere, quam alteram, *venti campus*, nemo non videt.

2 Ἀνέμους γεωργεῖς] Vide Zenobium & Diogenianum.

3 Ἀνεμώκεος. ὁ ταχύς] Non dubito, quin hoc loco caput articuli exciderit, & Suidas scripserit, vel scribere saltem debuerit, ἀνεμώκεες. ἀνεμώκεος. ὁ ταχύς. Ἀνεμώκεος enim non est casus rectus, sed genitivus ab ἀνεμώκης, ut ποδώκεος, a ποδώκης.

4 Ἐγχώριοι γὰρ οὐ μόνον τὰς τῶν ἀν.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Polybii apud Constantinum in Excerptis Peiresc. pag. 34. unde ea Suidas descripsit. Vide etiam infra v. Ἐγχώριοι, ubi idem fragmentum repetitur.

5 Ἑκατέρα δὲ δριμείας καὶ ῥυπτ.] Eadem leguntur apud Paulum Æginetam lib. VII. cap. III. unde Suidas locum hunc excerpsit.

6 Ἀνεμύτας. Θηβ. τὸ γένος] Vide Harpocrationem, apud quem pro Ἀνεμύτας scriptum est Ἀνεμοίτας.

7 Καὶ ἀνενείκατο καὶ ἀνένεικεν, ὁμ.] Duo MSS. Paris. habent, ἀνενείκατο καὶ ἀνήνεγκεν &c.

8 Τοῦ κατεργασαμένου πολ.] Scribendum potius est, τοῦ κατειργασμένου πολ.

9 Οὐ δεῖ παραβάλλεσθαι καὶ κυβεύειν] Vide supra v. Ἀλογεία.

10 Ἀνέμοις ἐνδόντες] Scribe, ἀνέμοις ἀνέντες. Ἐνδόντες enim est interpretatio vocis ἀνέντες, quæ proinde in exemplo scriptoris anonymi locum habere non potest.

Ἀνε-

Ἀνεξέλεγκτος. ἀβασάνιστος. ἀγύμναστος. ἀδόκιμος.

Ἀνεξιτίμονον. τὸ [1] μὴ ὑπομένον.

Ἀνεξερεύνητον. τὸ μὴ ἐπιδεχόμενον ἔρευναν.

Ἀνεξίτητον. ἀνεξέλευστον. ἀδιόδευτον.

Ἀνεξιχνίαστον. ἀνεξερεύνητον. οὗ μηδὲ ἴχνος ἐστὶν εὑρεῖν.

Ἀνεξωνοῦντο. [2] ἀνεκοινοῦντο. Ξενοφῶν.

Ἀνεῴγεισαν. [3] ἠνοίχθησαν. καὶ Ἀνέῳγεν, οὐχὶ ἤνοιξε. καὶ Ἀνεῴγετο. λέγει καὶ Ἀμειψίας Μοιχοῖς, καὶ οἱ νεώτεροι πολλαχοῦ. Ἡδ' ἀνέῳγε τὴν θύραν Θετταλή. καὶ τὸ κεράμιον ἀνέῳγεν. Εὔπολις Πόλεσιν·

Ἡδ' οὐκ ἀνέῳξα πώποτ' ἀνθρώποις ἐγώ.

καὶ Φερεκράτης Κραπατάλοις·

Οὐδεὶς γὰρ ἐδέχετ', οὐδ' ἀνέῳγέ μοι θύραν.

Ἀνεῳγμέναι [4] Μουσῶν θύραι. ἐπὶ τῶν ἐξ ἑτοίμου μεταδιδόντων, ἢ λαμβανόντων τὰ κάλλιστα τῶν ἐν παιδείᾳ.

Ἄνεως. ὁ ἄφωνος. ἐν Μυθικοῖς· Ὡς φάσαν· οὐδὲ ἄναξ ἄνεως ἦν.

Ἀνεπάγγελτος. [5] ἄκλητος. Κρατῖνος Διονυσαλεξάνδρῳ· Τῶν βδελλολαρύγγων ἀνεπαγγέλτων αὐτοῦ φοιτήσας ἐπὶ δεῖπνον.

Ἀνέπαλτο. ἀνεπήδησεν.

Ἀνεπαρίασαν. εἰς μετάμελον ἦλθον. ἐπειδὴ οἱ Πάριοι, πολεμούμενοι [6] ὑπ' Ἀθηναίων, ἀνοχὰς τὸ πρῶτον αἰτήσαντες ἐπὶ τῷ δοῦναι τὴν πόλιν, εἶτα συμμαχίαν ποθὲν προσδοκήσαντες, ἔλυσαν τὰ ὁμολογηθέντα.

Ἀνεπάτησας. ἀντὶ τοῦ κατεπάτησας.

Ἀνέπαφον. ἀνεύθυνον. καθαρόν. ἀθιγές. ἀψηλάφητον. Μένανδρος Περινθίᾳ· Τὰ δ' ἄλλα ἀνέπαφα σώματα οὐδ' ἕλῃ.

Ἀνεπαφρόδιτος. ὁ μὴ ἐπίχαρις, καὶ ἀηδής.

Ἀνεπαίσθητος. οὗ αἴσθησις οὐκ ἔστιν.

Ἀνεπίδικα. [7] τῶν μὴ θεμένων διαθήκας ἐπιδικάζεσθαι τοῖς κλήροις ὁ νόμος συγχωρεῖ τοὺς ἐγγυτάτω γένους. ὅσα ὡς υἱός τις, ἢ υἱιδοῦς τοῦ τετελευτηκότος ἀξιοῖ κατέχειν, ταῦτα ἀνεπίδικα λέγεται.

Ἀνεπιεικές. ἀνοίκειον. ἀπρεπές. [8] Ἀρριανός· Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος τοσοῦτον ἂν ἐδέησεν ἀνεπιεικές τι ἐν τούτοις ἐργάσασθαι, ἢ ἀποδείξασθαι, ὥστε καὶ αὐτὸ τὸ χωρίον ἐκείνῳ ἐπιτρέψαι.

Ἀνεπικλήτως. μηδὲν ἐγκληθέντες. [9] Θουκυδίδης· Οἵ τε πρέσβεις ἑκατέρων ἀπῆλθον ἐπ' οἴκου ἀνεπικλήτως. καὶ Ἰώσηπος· Ἄξιον δέ μοι τυγχάνειν σοῦ

Ἀνεξέλεγκτος. Non exploratus. Inexercitatus. Rejiculus.

Ἀνεξιτίμονον. Quod non perdurat. Quod non patienter tolerat vel exspectat.

Ἀνεξερεύνητον. Quod investigari non potest.

Ἀνεξίτητον. Impervium. Per quem non datur transitus.

Ἀνεξιχνίαστον. Investigabile. Cujus ne vestigium quidem inveniri potest.

Ἀνεξωνοῦντο. Communicabant. Xenophon.

Ἀνεῴγεισαν. Aperti fuerunt. Et Ἀνέῳγεν, non ἤνοιξε, aperuit. Et Ἀνεῴγετο. Usus est voce ista Amipsias *Mœchis*; & recentiores passim. *Thessala hæc januam aperuit.* Eupolis *Urbibus*: [*Nec ulli unquam* [*fores*] *aperui.*] Et Pherecrates *Crapatalis*: *Nullus enim excepit me, nec aperuit mihi januam.*

Ἀνεῳγμέναι Μουσ. *Patent Musarum januæ.* De iis, qui prompte impertiunt, vel addiscunt quæ sunt in disciplinis pulcherrima.

Ἄνεως. Mutus. In Fabulis: *Sic dixerunt: neque Rex mutus fuit.*

Ἀνεπάγγελτος. Invocatus. Cratinus *Dionysalexandro*: *Cum quidam gulosorum invocatus ad cœnam ejus accessisset.*

Ἀνέπαλτο. Resiliit. Subsiliit.

Ἀνεπαρίασαν. Pariorum more facti eos pœnituit. Parii enim, cum bello ab Atheniensibus premerentur, inducias petierunt [& impetrarunt,] hac lege, ut urbem ipsis dederent. Postea vero, cum spes auxilii ipsis alicunde affulgeret, conditionibus stare recusarunt.

Ἀνεπάτησας. Pro κατεπάτησας, conculcasti.

Ἀνέπαφον Nulli judicio obnoxium. Purum. Intactum. Menander *Perinthia*: *Reliqua vero intacta corpora non capiet.*

Ἀνεπαφρόδιτος. Invenustus. Insuavis.

Ἀνεπαίσθητος. Sensu carens.

Ἀνεπίδικα. Illorum, qui sine testamento decesserant, hæreditatem lege sibi vindicare poterant genere proximi. Quæcunque quis ut filius, aut nepos defuncti sibi vendicabat, ea ἀνεπίδικα vocabantur.

Ἀνεπιεικές. Indignum. Indecorum. Arrianus: *Tantum abest, ut Alexander indignum quid in eum statueret, ut oppidum ejus fidei rursus committeret.*

Ἀνεπικλήτως. Sine criminatione. Sine accusatione. Thucydides: *Et utrorumque legati citra querelam domum redierunt.* Et Josephus:

1 Τὸ μὴ ὑπερμένον] Scribendum est τὸ μὴ ὑπομένον.
2 Ἀνεξωνοῦντο] Vide supra v. Ἀνακοινώσεται.
3 Ἀνεῴγεισαν. ἠνοίχθ.] Vide Thomam Magistrum v. Ἀνέῳγεν.
4 Ἀνεῳγμέναι Μουσῶν θ.] Vide Zenobium Adag. LXXXIX.
5 Ἀνεπάγγελτος. ἄκλητος. Κρατ.] Julius Pollux lib. VI. cap. I. Ἄκλητοι, οὓς ἀνεπαγγέλτους Κρατῖνος καλεῖ. Hesychius: Ἀνεπάγγελτοι, οὓς ὁ παραγγείλας ἐπὶ δεῖπνον ἐλθεῖν, ἄκλητοι.
6 Ὑπ' Ἀθηναίων] Zenobius habet ὑπὸ Θηβαίων, quæ differentia notanda est. At Diogenianus Suidæ lectionem confirmat, cujus hæc sunt verba: Ἀνεπαρίασαν. ἐπὶ τῶν μεταγινωσκόντων ἐπί τινι. οἱ γὰρ Πάριοι ὁμολογήσαντες παραδώσειν Ἀθηναίοις τὴν πόλιν, ὕστερον μετέγνωσαν. Historiam, quæ huic proverbio locum dedit, ex Ephoro narrat Stephanus Byzantius v. Πάρος, quem vide.
7 Ἀνεπίδικα. τῶν μὴ θ.] Vide infra v. Ἐπίδικα.
8 Ἀρριανός· Ὁ δὲ Ἀλέξανδρ.] Locus hic apud Arrianum *de Expedit. Alex. M.* lib. IV. pag. 288. rectius ita legitur: Καὶ τοσούτῳ ἐδέησεν ἀνεπιεικές τι τὸν Χοριήνην ἔργον ἀποδείξασθαι, ὥστε τήν αὐτὸ τὸ χωρίον ἐκείνῳ ἐπιτρέψαι Χοριήνῃ.
9 Θουκυδίδης] Lib. I. cap. XCII.

χρηστοῦ, ἀνεπίκλητόν σοι παρεχόμενος τὴν ἐμαυτοῦ πίστιν.

Ἀνεπίληπτον. ἄμεμπτον. καὶ Ἀνεπιλήπτως. ἀκαταγνώστως. [1] ἢ ἀνεπιλήστως.

Ἀνεπίπληκτος. ᾧ οὐδεὶς ἐπιπλήττει ἁμαρτάνοντι. Εὔπολις.

Ἀνεπισήμαντον. ἀκλεᾶ. ἄδοξον. [2] Πολύβιος· Οὐκ ἄξιον ἀνεπισήμαντον παραλιπεῖν τὸν Ἀσδρούβαν, ἄνδρα ἀγαθὸν γενόμενον.

Ἀνεπισταθμεύτους. σταθμὸν μὴ δεχομένους, ἤτοι ἀγγαρείαν. Πολύβιος· [3] Συγχωρεῖν τὸν βασιλέα Φίλιππον Θασίους ἀφρουρήτους, ἀφορολογήτους, ἀνεπισταθμεύτους. ἢ σταθμὰ μὴ δεχομένους.

Ἀνεπιστάτητον. ἀφύλακτον. καὶ Ἀνεπιστάτως, ἄνευ ἐπιστασίας. [4] Οὐκ ἄξιον ἀνεπιστάτως παραδραμεῖν περὶ τῶν τοιούτων.

Ἀνεπίστροφος. [5] Οὔτε γὰρ Ἀγαμεμνονίδας παῖς ἀνεπίστροφος, οὔθ' ὁ παρὰ τὸν Ἀχέροντα θεὸς ἀνάσσων.

Ἀνεπιφάτως. [6] ἀπροσδοκήτως. ἀμιγῶς. κατὰ μόνας. Ἐνετειλάμενος ἀνεπιφάτως ἐντυχεῖν τῷ βασιλεῖ, καὶ ἀναδοῦναι τὴν ἐπιστολήν. ἢ ἀφθόνως.

Ἀνεπόλει. ἀνέστρεφεν, ἀνέστρεφεν εἰς ἑαυτὸν τὰ μαθήματα.

Ἀνεπόπτευτον. [7] τὸ μὴ ἐποπτεῦον. οὕτως Ὑπερείδης. τὸ δὲ ἐποπτεῦσαι δηλοῖ Φιλόχορος, λέγων· Ἀδικεῖ πάντα τά τε μυστικὰ καὶ τὰ ἐποπτικά. Καὶ πάλιν· [8] Δημητρίῳ μὲν οὖν ἴδιόν τι γέγονε παρὰ τοὺς ἄλλους, τὸ μόνον μυηθῆναι ἅμα καὶ ἐποπτεῦσαι, καὶ τοὺς πατρίους χρόνους τῆς τελετῆς μετακινηθῆναι.

Ἀνεπόψιος. [9] ὁ ἀθεώρητος.

Ἀνεπτεροῦτο. ἐλπίσι χρησταῖς ἤρετο. Ὁ δὲ [10] Νεμεσίων ἀνεπτεροῦτο καὶ μετέωρος ἦν ταῖς ἐλπίσι, καὶ ἐδόκει Ἑρμαίῳ ἐντετυχηκέναι, ἐμοὶ περιτυχών. Καὶ Ἀνεπτερῶσθαι τὴν ψυχήν, οἷον ἀνασοβεῖσθαι. Κρατῖνος.

Ἄνερ. παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Πλούτῳ· Φίλτατ' ἄνερ. χρῆσις τοῦ ἄνερ οὐκ ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς τῆς γυναικὸς εὑρέθη κλητική, ὥσπερ ἐκεῖ ἐστι παρὰ τῷ ποιητῇ. Ἄνερ, ἀπ' αἰῶνος νέος ὤλεο.

Ἀνεργήσει. [11] ἀναρτήσει, καὶ οἷον κολάσει.

Ἀνερίναστος. παροιμία. ἐπὶ τῶν ἅπερ ἂν λάβωσι μὴ διακατεχόντων. καὶ [12] Ἀνερίναστος συκῆ, ᾗ μὴ προσβέβληνται οἱ ἐρινεοί. ἐρινεὸς δέ ἐστι τῆς ἀγρίας συ-

Æquum autem est, ut benignum te mihi præbeas, qui inviolatam fidem meam expertus es.

Ἀνεπίληπτον. Inculpatum. Et Ἀνεπιλήπτως. Inculpate. Sine reprehensione. Vel, sine oblivione.

Ἀνεπίπληκτος. Quem nullus ob peccatum objurgat. Eupolis.

Ἀνεπισήμαντον. Inglorium. Obscurum. Polybius: *Non est æquum, ut Asdrubalem, qui fuit vir fortis, silentio prætereamus indictum.*

Ἀνεπισταθμεύτους. Ab angaria immunes. Polybius: *Regem Philippum Thasiis concedere immunitatem a præsidiis, tributis, & angariis.* [Ἀνεπισταθμεύτους enim hic significat] σταθμὰ μὴ δεχομένους.

Ἀνεπιστάτητον. Incustoditum. Et Ἀνεπιστάτως, absque attenta consideratione & meditatione. *Non decet res ejusmodi sine attenta consideratione præterire.*

Ἀνεπίστροφος. [Qui non revertitur. Vel, qui non curat aliquid.] *Nam &* [*Orestes,*] *filius Agamemnonis, aliquando redibit: nec Rex Acherontis ultionem negliget.*

Ἀνεπιφάτως. Ex improviso. Scorsum. Separatim. *Cum præcepisset, ut ad Regem, cum solus esset, accederet, eique epistolam traderet.* Vel, sine invidia.

Ἀνεπόλει. Reputabat. In semet disciplinas recolebat.

Ἀνεπόπτευτον. Qui Epopta non fuit. Sic Hyperides. Quid sit autem ἐποπτεῦσαι declarat Philochorus, dicens: *Sacra hic violat omnia, tam Mystica, quam Epoptica.* Et iterum: *Demetrio igitur peculiare quiddam præter cæteros contigit, ut solus simul & mysta & epopta fieret, & ejus gratia patria mysteriorum tempora mutarentur.*

Ἀνεπόψιος. Qui non videtur.

Ἀνεπτεροῦτο. Spe læta efferebatur. *Nemesion vero spe læta alacris erat & erectus, & existimabat se in lucrum insperatum incidisse, quod in me incidisset.* Et Ἀνεπτερῶσθαι τὴν ψυχήν, animo esse elato & erecto. Cratinus.

Ἄνερ. O vir. Apud Aristophanem in *Pluto: O charissime vir.* Usus hujus vocis ἄνερ non reperitur in vocativo casu pro marito uxoris, ut illic est apud Poetam. *O vir, ex hac vita juvenis discessisti.*

Ἀνεργήσει. Suspendet, vel puniet.

Ἀνερίναστος. Incaprificatus. Proverbium in eos, qui non retinent ea, quæ ceperunt. Et incaprificata ficus dicitur ea, cui non sunt admoti ἐρινεοί. Ἐρινεὸς vero est agrestis ficus fru-

1 Ἢ ἀνεπιλήστως] Hæc nihil ad rem, & a mala manu videntur esse adjuta.

2 Πολύβιος] Lib. XI. cap. 2.

3 Συγχωρεῖν τὸν βασ. Φίλιππον Θασ.] Vide infra v. Ἀφρουρήτους.

4 Οὐκ ἄξιον ἀνεπιστάτως παραδρ.] Hoc fragmentum Polybio tribuit Valesius: & recte quidem, si quid judico. Voce enim ἀνεπιστάτως & ἐπιστασία Polybius frequenter uti solet.

5 Οὔτε γὰρ Ἀγαμεμνονίδας π.] Hæc sunt verba Sophoclis in *Electra*, pag. 89. ut Portus observavit.

6 Ἀνεπιφάτως. ἀπροσδ.] Vide Hesychium v. Ἀνεπίφατος.

7 Ἀνεπόπτευτον. τὸ μὴ ἐποπτ.] Lege Ἀνεπόπτευτος. τὸ μὴ ἐποπτεῦσαι vel Ἀνεπόπτευτος. ὁ μὴ ἐποπτεύσας; ut apud Harpocrationem, ex quo Suidas sua descripsit.

8 Δημητρίῳ μὲν οὖν ἴδιόν τι γέγονε π.] Vide Plutarchum in *Demetrio* pag. 900. & Casaub. ad Athen. lib. VI. pag. 446. 447.

9 Ἀνεπόψιος. ὁ ἀθεώρητος.] Vide infra v. Ἀπόψιος.

10 Ὁ δὲ Νεμεσίων ἀνεπτεροῦτο, & μετ.] Vide infra v. Ἑρμαῖον, ubi pars fragmenti hujus repetitur, & Damascio tribuitur.

11 Ἀνεργήσει] Scribe Ἀνέρσει (quod est Futurum Æolicum, ab ἀναίρω) ut apud Hesychium. Vicissim Hesychius ex nostro emendandus, apud quem pro ἀναρτήσει male legitur ἀναρτήσει.

12 Ἀνερίναστος συκῆ, ᾗ μὴ προσβέβλ.] Præter Hesychium & Etymologum v. Ἀνερίναστος, consule etiam Aristot. lib. V. cap. XXXII. *Histor. Animal.* Plinium lib. XV. cap. XIX. & Zenobium in Adagio Ἀνερίναστος εἶ; ex quibus Suidæ illustratio petenda est.

χῆς

κῆς ὁ καρπὸς, ὃν καὶ ἀπαρτῶσι ταῖς ἡμέραις, ὡς ἂν οἱ ἐξ αὐτῶν καλούμενοι ψῆνες εἰς τοὺς ὀλύνθους μεταστάντες, τελεσφορηθῆναι τούτους παρασκευάσωσι. τοῦτο δὲ ἐρινάζειν λέγεται. οἱ δὲ τὸ Ἀνείραστος, ἀντὶ τοῦ, μαλακὸς καὶ ἄγονος.

Ἀνεῤῥίπιζεν.[1] ἀνεκίνει. ἐτάραττεν. ἀνήγειρεν.

Ἀνεῤῥίπτουν.[2] ἀνελάμβανον. καὶ Ἀνεῤῥίφθαι κύβος· οἷον ἀποκεκινδύνευται. Φράζε τοίνυν, ὡς ἐγώ σοι πᾶς ἀνέῤῥιμμαι κύβος.

Ἀνέῤῥιψαν. ἀνέβαλον. ἢ ἀπηρνήσαντο. ἢ ἀνεβάλλοντο. Οἱ δ' ἅμα πάντες ἀναῤῥίψαντες ὄλεθρον.

Ἀνέριστα. ἀφιλονείκητα.

Ἀνεῤῥιχῶντο.[3] χερσὶ καὶ ποσὶ δρασσόμενοι ἀνήρχοντο. κυρίως, τὸ τοῖς ποσὶ καὶ χερσὶ βιαζόμενον εἰς ὕψος ἀναβαίνειν ἀναῤῥιχᾶσθαι ἔλεγον. Ἑλλάνικος· Ἀναῤῥιχᾶται δὲ ὥσπερ πίθηκος ἐπ' ἄκρα τὰ δένδρα. τουτέστι, πρὸς ὕψος ἀνέβαινε, πρὸς δένδρα καὶ τοίχους. εἴρηται δὲ ἀπὸ τῶν ἀῤῥίχων. εἶδος δὲ ἐστι κοφίνων, οὓς εἰώθασι διὰ σχοινίων ἀνιμᾶν. ἢ ἀπὸ τῶν ἀραχνῶν· καί ἐστιν οἷον ἀναραχνᾶσθαι. αἱ γὰρ ἀράχναι νήθουσι κατὰ τὰς ἐναερίους ὁδούς. Ἀριστοφάνης·

Πρὸς ταῦτ' ἀνεῤῥιχᾶτ' ἂν ἐς τὸν οὐρανόν.

περὶ τοῦ κανθάρου λέγων.

Ἀνερμάτιστον. ἀστήρικτον. ἄοπλον.[4] ἀπαρασάλευτον.

Ἀνέῤῥωσεν. ὑγιᾶ εἰργάσατο. Ὁ δὲ Νικάνωρ ἐνόσησε, καὶ πολλάκις ὁ θεὸς ἀνέῤῥωσεν αὐτόν.

Ἀνέσαντες.[5] ἀνακαθίσαντες.

Ἀνέσαιμι. ἀναπαύσαιμι.

Ἀνέσειον. ἀνετάραττον. ἀνεκίνουν.[6] Οἱ δὲ Κρῆτες, φοβούμενοι μή τι τιμωρίας τύχωσιν, ἀνέσειον τὰ πλήθη, παρακαλοῦντες τὴν ἐξ αἰῶνος παραδεδομένην ἐλευθερίαν διαφυλάττειν.

Ἀνεσίαν. τὴν ἄνεσιν, καὶ τὴν ἄδειαν. Κρατῖνος Βουκόλοις.

Ἀνεσκευάσαντο.[7] τὸ ἀναστάτους γενέσθαι, καὶ οἷον ἀπείπασθαι. καὶ Ἀνεσκευασμένοι, τὰ ὅπλα ἐνδυσάμενοι.

Ἀνεσκολοπισμένον. ἀνεσταυρωμένον. σκόλοπες γὰρ τὰ ὀρθὰ ξύλα, ἢ κάλαμοι.

Ἀνεσόβησαν. διήγειραν. Οἱ δὲ Ἄβαροι τῷ σκληρά τε καὶ ὀγκώδη φρονήματα ἔχειν, τὴν ὡς ἀλλήλους ἀνεσόβησαν ἔριν.

Ἀνεσώσατο. ἀνεκτήσατο. Ὁ δὲ ἐκστρατείαις χρώμενος, φρούρια ἀνεσώσατο τοῖς Ῥωμαίοις.

Ἀνέσπακε. Θουκυδίδης. ἀνεύρηκεν, εἴληφεν. Μένανδρος Ῥαπιζομένῃ·

ctus, quem mansuetis ficubus appendunt, ut vermiculi, qui ψῆνες vocantur, inde migrantes in grossos, efficiant, ut ad justam maturitatem perveniant. Hoc dicitur ἐρινάζειν, i. caprificare. Alii vero vocem Ἀνείραστος accipiunt pro molli & sterili.

Ἀνεῤῥίπιζεν. Agitabat. Turbabat. Excitabat.

Ἀνεῤῥίπτουν. Sursum jaciebant. Et Ἀνεῤῥίφθαι κύβος, Jacta est alea. Id est, res in discrimen adducta est. *Cogita igitur, me tua causa omne discrimen subiisse.*

Ἀνέῤῥιψαν. Sursum jecerunt. Negarunt. Vel in aliud tempus distulerunt. *Illi vero simul omnes mortis discrimini se offerentes.*

Ἀνέριστα. Non controversa.

Ἀνεῤῥιχῶντο. Manibus & pedibus [obvia quæque] arripientes in altum enitebantur. Proprie enim τὸ ἀναῤῥιχᾶσθαι dicitur de eo, qui manibus & pedibus in altum adscendere nititur. Hellanicus: *In summas autem arbores simiæ instar adscendit.* Id est, per arbores & parietes sursum enititur. Dictum autem est hoc verbum ab ἄῤῥιχες, quod significat genus cophinorum, quos funiculis sursum trahere solent. Vel a voce ἀράχνη, i. e. aranea: quasi dicas ἀναραχνᾶσθαι. Araneæ enim in aere hinc inde se moventes, telas texunt. Aristophanes: *Per istas* [*scalas*] *adscendere conabatur in cœlum.* De scarabæo loquitur.

Ἀνερμάτιστον. Non firmatum. Armis nudum. Non saburratum.

Ἀνέῤῥωσεν. Sanum reddidit. *Nicanor vero in morbum incidit, quem Deus sæpe pristinæ sanitati restituit.*

Ἀνέσαντες. Qui in sede collocarunt.

Ἀνέσαιμι. Quietos reddam.

Ἀνέσειον. Perturbabant. Concitabant. *Cretenses vero metuentes, ne forte pœnas darent, populum concitabant, adhortantes, ut libertatem, a majoribus acceptam, conservarent.*

Ἀνεσίαν. Remissionem, & securitatem. Cratinus *Bubulcis.*

Ἀνεσκευάσαντο. [Ἀνασκευάσασθαι] significat, vasa colligere, & pristina sede relicta alio migrare. Et Ἀνεσκευασμένοι, qui arma induerunt.

Ἀνεσκολοπισμένον. In crucem sublatum. Σκόλοπες enim vocantur pali recti & præacuti, vel calami.

Ἀνεσόβησαν. Excitarunt. *Abari vero, quod duris & tumidis ingeniis præditi essent, contentionem ipsi inter se excitarunt.*

Ἀνεσώσατο. Recepit. Recuperavit. *Ille vero expeditionibus susceptis castella Romanis recuperavit.*

Ἀνέσπακε. Thucydides. Invenit. Cepit. Menander *Rhapizomena:*

1 Ἀνεῤῥίπιζεν] Vide v. Διεῤῥίπιζε.

2 Ἀνελάμβανον] Mendum manifestum. Scribendum enim est ἀνέβαλλον, ut Portus etiam monuit.

3 Ἀνεῤῥιχῶντο] Scribendum potius est Ἀναῤῥιχῶντο, neglecto incremento temporali, pro ἀνεῤῥιχῶντο, ut Portus etiam monuit. Vide supra v. Ἀναῤῥιχᾶσθαι.

4 Ἀπαρασάλευτον] Hæc vox suspecta mihi est, de qua statuat eruditus lector. Certe loci hujus sensus potius requirit ut legatur σεσαλευμένον.

5 Ἀνέσαντες. ἀνακαθίσαντες] Eadem habet Hesychius.

6 Οἱ δὲ Κρῆτες, φοβούμενοι μή τι τιμ.] Hæc Fulv. Ursinus & Casaubonus Polybio tribuunt: sed sunt Diodori in *Excerpt. Legat.* cap. ultimo, pag. 333. ut Valesius in Præfatione ad Excerpta Peiresc. recte monet.

7 Ἀνεσκευάσαντο. τὸ ἀναστ.] Ex Harpocratione: ad quem vide Valesium.

Πέ-

— Πέπονθε γάρ, ὦ φίλαι θεαί.

Τούτους ἀνεσπάκασιν οὗτοι τοὺς λόγους.

Ἀνεστάλη. ἐστάθη. μετεκινήθη.

Ἀνεσταυρώθη. ἀνεσκολοπίσθη.

Ἀνέστελλον. ἀπεῖργον. ἐκώλυον. Δράκοντες ἄρα μέγιστοι τὸ μέγεθος ἀνέστελλον αὐτούς.

Ἀνεστηκώς. ἀνάστημα ἔχων. Εὐνάπιος. Ἐλεύθερος δὲ ὤν, καὶ ἀνεστηκὼς ἐκ παιδὸς τὴν τύχην γενόμενος.

Ἀνέστησαν. μετῴκισαν. Νεμεσᾷ τε καὶ ἀγανακτεῖ ὁ Καῖσαρ, ὅτι μὴ ἀνέστησαν ἀπαξάπαντας Σαβείρους τε καὶ Ἀλβανούς.

Ἀνέστιος. ἄοικος. [1] Μηδὲν εἰς Λυσίστρατον, μηδὲ Θούμαντιν τὸν ἀνέστιον αὖ λυπεῖν ἑκούσῃ καρδίᾳ. οὗτοι ὡς πένητες διεβάλλοντο.

Ἀνεστομώθησαν. ἀνεκρούσθησαν, ἢ ἐπληρώθησαν.

Ἀνεσύρατο. ἐγύμνωσεν.

Ἀνέσφηλεν. ἀνέζησεν.

Ἀνέσχετο. ἀνέτεινεν.

Ἀνεσχήκει. ἀνέτειλε. Καὶ ἡ σελήνη ἀνεσχήκει λαμπρά, οἷα δὴ πανσελήνου οὐ [2] πολὺ ἀποδέουσα.

Ἄνετέ μ', [3] ἄνετε παράγοροι. τάδε γὰρ ἄλυτα κεκλήσεται. οὐδέποτ' ἐκ καμάτων παύσομαι, ἀνάριθμος ὧδε θρήνων. Σοφοκλέους ἐξ Ἠλέκτρας πρὸς τὸν Χορόν. ἀντὶ τοῦ ἐάσατε, παύσασθέ με παραμυθούμεναι. ὅ ἐστιν, ἐπιτρέπετε ὀδύρεσθαι. [4] αὔξετέ μου διὰ τῆς παραμυθίας τὸν ὀδυρμόν. τὸ γὰρ θρηνεῖν τὸν πατέρα, ἄλυτόν μοι ἔσται. ὅ ἐστιν, οὐδέποτε παύσομαι. ἀλλ' ἀεὶ ἐν τῷ θρηνεῖν ἔσομαι· [5] οἷον οὐκ ἀριθμοῦσα αὐτούς, ἀλλὰ δαψιλῶς χρωμένη. ἐν ὑπονοίᾳ δὲ κεῖται ἀνάνομος, οἷον ἀεὶ νεμομένη ἐν αὐτοῖς, καὶ οὐδέποτε χωρὶς οὖσα τῆς τῶν δακρύων νομῆς. κεῖται δὲ καὶ ἀνάριθμος, τουτέστιν, ἐν [6] θρήνοις ἀριθμηθήσομαι, ἀεὶ θρηνοῦσα.

Ἀνετίμων. Τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Ἀντώνιον ἐσόμενον ὑπετόπευον, καὶ διὰ τοῦθ' ἑαυτοὺς ἀνετίμων οἱ στρατιῶται.

Ἀνέτλη. ἔπαθεν. ὑπέμεινεν. Παραβὰς δὲ τὰς ἀρὰς ἀνέτλη. Καὶ αὖθις· Ἀνέτλησαν γοῦν πολλά, καὶ ποικίλα, καὶ πανδημεί, καὶ ἰδίᾳ ἕκαστος.

Ἄνετον. [7] Ὑπερίδης [8] τὸ ἀνειμένον Θεῷ ἱερόν. λέγεται δὲ καὶ ἄνετος βίος, ὁ ἀνειμένος, καὶ μαλακός.

Ἄνεται. τελειοῦται.

Ἀνετύφετο. ὑπεκαίετο. διηγείρετο. Καὶ γὰρ ἀπα-

— *Mala enim passa est, o chari Dii.*

*Hæc illi verba scrutando invenerunt.*

Ἀνεστάλη. Concussus est. Repressus est.

Ἀνεσταυρώθη. In crucem sublatus est.

Ἀνέστελλον. Arcebant. Impediebant. Reprimebant. *Dracones autem immani magnitudine præditi ipsos arcebant.*

Ἀνεστηκώς. Elatus. Editus. Eunapius: *Cum esset ingenuus, & a puero liberaliter educatus.*

Ἀνέστησαν. Migrare jusserunt. Alio habitandi causa transtulerunt. *Succenset & indignatur Cæsar, quod universos Sabiros & Albanos ex suis sedibus non expulissent.*

Ἀνέστιος. Lare & domo carens. *Nihil oportet in Lysistratum nec Thumantin de industria dicere, quod dolore eos afficiat.* Hi ob paupertatem cavillis hominum traducebantur.

Ἀνεστομώθησαν. Repressi sunt. Repleti sunt.

Ἀνεσύρατο. Nudavit.

Ἀνέσφηλεν. Revixit. Convaluit.

Ἀνέσχετο. Sustulit.

Ἀνεσχήκει. Exortus est. *Et Luna exorta est clara, utpote quæ a plenilunio parum abesset.*

Ἄνετέ μ', ἄνετε παρ. *Desinite me consolari. Nunquam enim ab his molestiis liberabor, nec unquam finis mihi erit malorum, nec lacrymarum, quas innumeras fundo.* Hæc sunt verba Electræ ad Chorum apud Sophoclem. Ἄνετε hic positum est pro ἐάσατε, sinite, desinite me consolari: vel, sinite me lugere, nec meum luctum vestra consolatione augete. Nam patrem lugere nunquam desinam: sed in perpetuo luctu versabor. Ἀνάριθμος θρήνων, idem valet, ac si dixisset, in luctu versor, lacrymas non numerans, sed iis largiter utens. Suspecta vero est illa lectio, quæ in nonnullis exemplaribus exstat, ἀνάνομος: quasi dixisset, quæ semper illis pascor, nec unquam sum sine lacrymarum pabulo. Legitur etiam ἀνάριθμος, hoc est, lacrymarum numerum inire non potero, perpetuo lugens.

Ἀνετίμων. [Pluris æstimabant.] *Belli, quod contra Antonium gerendum erat, suspicionem habebant, & propterea milites se ipsi pluris æstimabant.*

Ἀνέτλη. Passus est. Toleravit. *Cum autem [legem] violasset, illius imprecationis [causa multa mala] passus est.* Et rursus: *Multa igitur variaque mala & publice & privatim singuli tulerunt.*

Ἄνετον. Hyperides ita vocat quidquid sacrum & Deo alicui consecratum est. Dicitur & ἄνετος βίος, soluta mollisque vita.

Ἄνεται. Perficitur. Conficitur.

Ἀνετύφετο. Succendebatur. Excitabatur. *E-*

1 Μηδὲν εἰς Λυσίστρατον, μηδὲ Θούμ.] Hæc sunt verba Aristophanis Equit. pag. 358. (253. Edit. Basil. P.)

2 Οὐ πολὺ] Hæ duæ voces desunt in prioribus Edit. quas ex MS. Paris. A. revocavi.

3 Ἄνετέ μ', ἄνετε παράγοροι. τάδε γ.] Hæc sunt verba Sophoclis in *Electra* pag. 92. ubi vide Scholiastam, ex quo Suidas sua descripsit. P.

4 Αὔξετέ μου διὰ τῆς παρ.] Apud Scholiastam Sophoclis loco laudato rectius legitur, καὶ μὴ αὔξετέ μου διὰ τ.

5 Οἷον οὐκ ἀριθμοῦσα αὐτούς, ἀλλὰ δαψ.] Lege ex Scholiasta, οἷον οὐκ ἀριθμοῦσα τοὺς θρήνους, ἀλλὰ δαψιλέσι χρωμένη αὐτοῖς.

6 Ἐν θρήνοις ἀριθμηθήσομαι] Quid hæc sibi volunt? Sensus loci potius requirit οὐκ ἀριθμοῦσα τοὺς θρήνους: quam lectionem in versione secutus sum.

7 Ἄνετον. Ὑπερίδης τὸ ἀνειμ.] Ex Harpocratione.

8 Τὸ ἀνειμένον Θεῷ ἱερόν] Lege, τὸ ἀνειμένον Θεῷ, ἢ ἱερόν. Vel ut apud Harpocrationem, τὸ ἱερόν, καὶ ἀνειμένον Θεῷ τινι.

στρατιωτῶν τι μέγεθος αὐτοῖς ὑπετύφετο φιλοτιμίας, λαβεῖν τὸν ἀρχιλῃστήν.

'Ανευάσαι. τὸ εὐοῖ ᾆσαι. ἔστι δὲ τοῦτο ὕμνος εἰς Διόνυσον.

'Ανευθέτου. ἀχρήστου.

'Ανεύθυνος.[1] ἀκατάκριτος. Ὁ δὲ ἀνεύθυνον ἐπ' αὐτοῖς τὴν ἐξουσίαν λαβών.

'Ανευ[2] ξύλου μὴ βαδίζων. περὶ Κλεομένους λέγει· ὃς στρατηγὸς ὢν Ἀθηναῖος προσεποιεῖτο πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς καὶ μανίαν, εἰδὼς ὅτι μισεῖται παρὰ τῶν πολιτῶν. διὸ καὶ βακτηρίαν ἔχων περιῄει, δι' ἧς ἠμύνετο τοὺς ἐπερχομένους αὐτῷ.

'Ανεῦρον. Καὶ[3] ἀνεῦρον τήν τε Μαριὰμ καὶ τὸν Ἰωσήφ. Ὅτι ἡ ἀνὰ πρόθεσις χάριν κόσμου κεῖται· ὥσπερ καὶ τὸ κερδαίνω, παρακερδαίνω· καὶ κληρονομῶ, ἀποκληρονομῶ. τῆς αὐτῆς ἐστὶ νοήσεως καὶ τὸ ἐρεύγησα, ἀπερεύγησα.

'Ανευφήμησεν.[4] ἀντὶ τοῦ ἐθρήνησε. Πλάτων.

'Ανέφαπτον, ἀψηλάφητον. Ἀλλ' ὥσπερ τι ἐξ οὐρανοῦ πάθος ὅλῳ τῷ γένει ἐπιπεσὸν, ἀνέφαπτον οὐδένα παντελῶς εἴασεν.

'Ανέφαινον. φανερὸν ἐποίουν.

'Ανέφελον. ὑπὸ μηδεμιᾶς νεφέλης κρυβῆναι δυνάμενον.[5] Σοφοκλῆς·

Ἀνέφελον ἐνέβαλες
Οὔποτε καταλύσιμον,
Οὐδέποτε λησόμενον
Ἁμέτερον οἷον ἔφυ κακόν.

Ἀντὶ τοῦ, οὐ καταλυόμενον. λήθης τυχεῖν μὴ δυνάμενον.

'Ανέφερε. διεδείκνυτο. ἀνήγετο. Ὁ δὲ πρῶτος εἰσελαύνει, θρασὺν ἵππον ἔχων καὶ γενναῖον, καὶ μόλις ἀνέφερεν ὑπὲρ τοῦ κλύδωνος. Καὶ αὖθις· Τὰ μὲν, αὖος[6] ἦν ὑπὸ τοῦ φόβου, τὰ δὲ, ἀνέφερεν αὐτὸν ἡ ἐκ τοῦ θεοῦ πρόσταξις.

'Ανέφερεν. ἀνέπεμπεν. Ὅς γε οὐ πρὸς τὴν[7] παρατρέχουσαν καὶ κενὴν δόξαν ἀνέφερεν τὸν ἑαυτοῦ βίον, ἀλλὰ πάντα εἰς τὸ θεῖον ὑπερτιθεὶς, ἐκεῖθεν πάντα ἔπραττεν.

'Ανέφερε. παρεμυθεῖτο. παρεκάλει.

'Ανέφερον. ἀνεμιμνήσκοντο. Ἀνέφερον τοὺς ἐπιτηδείους, ὅπου τις ἂν εἴη. ἢ Ἀνέφερον, ἑαυτὸν ἀνεκτώμην. Διὰ ταῦτα ῥᾴων ἦν, καὶ ἀνέφερον. Καὶ αὖθις· Διὰ δὲ τὸ βάρος τῶν ὅπλων ἐκ τῶν καταδυομένων ἀνέφερεν οὐδὲ εἷς.

*tenim incredibili quadam flagrabant cupiditate capiendi principem prædonum.*

'Ανευάσαι. Euhoe canere. Sic autem vocatur hymnus in Bacchum.

'Ανευθέτου. Inutilis.

'Ανεύθυνος. Nullis rationibus reddendis obnoxius. Qui condemnari non potest. *Ille vero potestatem liberam & omni lege solutam in eos adeptus.*

'Ανευ ξύλου μὴ βαδ. *Absque baculo non ingrediens.* De Cleomene loquitur. Is enim, cum esset Atheniensium dux, præter alia mala, [quæ faciebat,] insaniam etiam simulabat, quia sciebat se civibus esse odiosum. Quamobrem baculum gestans obambulabat, quo repellebat eos, qui ipsum invadebant.

'Ανεῦρον. Invenerunt. *Et invenerunt Mariam & Josephum.* Hic ἀνὰ præpositio ornatus gratia addita est: eodem modo ut pro κερδαίνω [addita præpositione παρὰ dicitur] παρακερδαίνω; & pro κληρονομῶ ἀποκληρονομῶ. Simili etiam ratione ἀπερεύγησα dicitur pro ἐρεύγησα.

'Ανευφήμησεν. Luxit. Lamentatus est. Plato.

'Ανέφαπτον. Intactum. *Sed cælitus quasi morbus quidam in totum hoc hominum genus ingruens, neminem prorsus intactum reliquit.*

'Ανέφαινον. Manifestum faciebant.

'Ανέφελον. Manifestum. Quod a nulla nube potest occultari. Sophocles: *Aperte nimis ob oculos mihi posuisti malum nostrum, quod nulla unquam dies solvet, nec ulla oblivio obliterabit.* [Οὔ καταλύσιμον dixit,] pro, οὐ καταλυόμενον, quod dissolvi non potest. [Et οὔποτε λησόμενον, pro] λήθης τυχεῖν μὴ δυνάμενον, quod oblivioni mandari non potest.

'Ανέφερε. Apparebat. Emergebat. *Ille vero primus [aquam] ingressus est, audaci & generoso equo vectus, & vix supra fluctus apparuit.* Et iterum: *Partim quidem metus vocem ipsi adimebat; partim vero Dei mandatum animum ipsi addebat.*

'Ανέφερεν. Referebat. *Qui vitam non ad fluxam ac inanem gloriam referebat: sed in omnibus, quæ faciebat, divinum Numen sibi propositum habebat.*

'Ανέφερε. Consolabatur. Adhortabatur.

'Ανέφερον. Recordabantur. *Recordabantur, ubi unusquisque familiarium suorum esset.* Vel 'Ανέφερον, vires recepi. *Propterea melius me habebam, pristinas vires recipiens.* Et iterum: *Propter armorum gravitatem nemo ex illis, qui submergebantur, rursus emersit.*

1 Ἀνεύθυνος. ἀκατ.] Vide Hesychium hac voce, apud quem sic legitur: Ἀνεύθυνοι, ἀζήμιοι, ἀνέγκλητοι, ἄνευ πρυτανείων, δίκαι τινὲς, αἳ δίχα τοῦ τεθῆναι πρυτανεῖα ἐκρίνοντο. Sed hic duo articuli in unum confusi sunt, qui sic separari & distingui debent: Ἀνεύθυνοι, ἀζήμιοι, ἀνέγκλητοι. † Ἄνευ πρυτανείων. δίκαι τινὲς, αἳ δίχα &c. Clarum est enim, posteriora a prioribus omnino esse diversa, & cum iis misceri non posse.

2 Ἄνευ ξύλου μὴ βαδίζων] Apud Aristoph. in *Ranis* pag. 246. (ad quem locum Suidas hic respicit) legitur ἄνευ ξύλου βαδίζων, omissa particula negante. Vide ibi veterem Enarratorem, cujus scrinia Grammaticus noster compilavit.

3 Καὶ ἀνεῦρον τήν τε Μαρ.] Lucæ cap. 2. v. 16.

4 Ἀνευφήμησεν. ἀντὶ τοῦ ἐθρήνησε] Hoc sensu vox ista etiam adhibetur ab Ælian. V. H. lib. XII. cap. 1. ut Pearsonius observavit.

5 Σοφοκλῆς] In *Electra* pag. 134. ut Portus monuit.

6 Αὖος ἦν ὑπὸ τοῦ φ.] Puto legendum, ἄναυδος ἦν ὑπὸ τ. i. e. *mutus erat præ metu.* Vulgata enim lectio inepta mihi videtur.

7 Παρατρέχουσαν] Sic in 2 MSS. Paris. exaratum est. Priores vero Edit. mendose exhibent περιέχουσαν.

'Ανέφικτον. ἀκατάληπτον.

'Ανεφρόνησεν. ἐκ τῆς μέθης ἀνένηψεν. 'Επεὶ δ' ἀνεφρόνησε, καὶ τὸ πλημμελὲν ἐσκοπεῖτο, καὶ ἐνενόει τὸ ἀσέβημα, διπλαῖ ἔννοιαι τοῦτον εἰσῄεσαν.

'Ανέφυ. ἀνέζησεν.

'Ανεφυσῶντο. ἀντὶ τοῦ μετεωρίζοντο.

'Ανεχαίτισεν.[1] ἀντὶ τοῦ ἀνέκοψεν, ἢ ἀνέστρεψεν.

Ἄνεχε. ἀντὶ τοῦ παρέχε. Θεόπομπος· Ἄνεχέ μοι τὴν χεῖρα.

'Ανέχει. σώζει· οὐχ ὥς τινες ἀντὶ τοῦ ἐπέχει. καὶ Θουκυδίδης·[2] Αἱ περιουσίαι τῶν χρημάτων τοὺς πολέμους ἀνέχουσιν. ἀντὶ τοῦ σώζουσι. Καὶ αὖθις· Τὴν ποθουμένην ἀνέχοντα σιγήν. ἢ 'Ανέχειν, βαστάζειν. Ὡς τὸν πηλὸν ἐς ἀχανὲς ἐκπίπτειν βάθος, καὶ μηδὲν ἐπιπολῆς ἀνέχειν δύνασθαι.

'Ανέχει. ἀντὶ τοῦ τιμᾷ.[3] Σοφοκλῆς·

'Επεί σε λέχος δουριάλωτον
Στέρξας ἀνέχει θούριος Αἴας.

ἀντὶ τοῦ, ἐπεί σε τιμᾷ ὁ Αἴας δουριάλωτον, στέρξας τὸ λέχος σου. ἢ οὕτως. ἀλλ' ἐπεί σε ἀνέχει ὁ Αἴας δουριάλωτον λέχος σου στέρξας. πρὸς Τέκμησσαν δὲ ὁ λόγος, γυναῖκα Αἴαντος αἰχμάλωτον. ἢ 'Ανέχει, ἀντὶ τοῦ, ὑπέρκειται. Μέχρις ἐς τὸ ὄρος, ὃ ταύτης ἀνέχει. Καὶ πόνους τε ἀνέχων ῥᾷστα, καὶ σκληρῷ βίῳ καὶ τραχεῖ ἐνειθισμένος. Καὶ [4] Σοφοκλῆς· Οὐκ ἀνέχουσι τῶν πόνων. ἀντὶ τοῦ, οὐ περιγίνονται τῶν πόνων. ἢ 'Ανέχειν, ἀντὶ τοῦ ἐπέχειν, κωλύειν. 'Ανέχειν τε αὐτοῖς τὰς ἐπὶ πλεῖστον ὁρμὰς καὶ ἐκδρομάς, καὶ πρὸς ἑαυτὸν τὴν σχολὴν ἄγειν.

'Ανέχομαι. μετὰ γενικῆς. 'Ανέχομαί σου τοῦ θράσους. καὶ 'Ανεχόμεθα, ἀντὶ τοῦ, αὐξάνομεν. καὶ [5] 'Αριστοφάνης· Ὅταν ὄργια σεμνὰ θεαῖν ἱεραῖς ὥραις ἀνέχωμεν. ὅταν τὰ μυστήρια, φησίν, αὔξωμεν τῶν Θεῶν, Δήμητρος καὶ Περσεφόνης. ὅταν τὰς τελετὰς αὔξωμεν. τοῖς γὰρ ὕμνοις ἐπαίρομεν αὐτάς. τοῦτό ἐστι τὸ ἀνέχομεν. τὸ 'Ανέχομαι, ἀντὶ τοῦ καταφρονῶ, μετὰ γενικῆς· τὸ δὲ ὑπομένω, μετὰ αἰτιατικῆς. Οὐ γὰρ ἀνέχομαι τὸν ἥλιον γυμνῇ τῇ κεφαλῇ. 'Ανέχομαί σου τοῦ θράσους. Καὶ ὁ ἰατρὸς δυσωδίας ἀνέχεται. Εἰ μή πως ἐστὶ φανερόν, τὸν λόγον ὡς ψευδῆ οὐκ ἠνέσχετο.

'Ανεχρήσαντο.[6] διέφθειραν. οὕτω Θουκυδίδης. σημαίνει δὲ καὶ τὸ εἰς χρείαν τινὰ παρειλήφασιν.

'Ανεχύθη. μετωχετεύθη. Καὶ χάλαζα ἰσχυρὰ ἐπέρρευσε, καὶ διὰ πάσης ἡμέρας σκότος ἦν βαθύτατος. καὶ 'Ανεχύθησαν, ἐπλήμμυραν. Καὶ οἱ ποταμοὶ πληρωθέντες ἀνεχύθησαν.

'Ανέφικτον. Quod nullus assequi potest.

'Ανεφρόνησεν. Ex ebrietate ad se rediit. *Cum autem discussa ebrietate ad se rediisset, & facinus patratum reputaret, impietatemque consideraret, duplices cogitationes ipsum subierunt.*

'Ανέφυ. Revixit.

'Ανεφυσῶντο. Efferebantur.

'Ανεχαίτισεν. Repressit. Evertit.

Ἄνεχε. Præbe. Theopompus: *Præbe mihi manum.*

'Ανέχει. Servat: non autem, ut quidam putant, pro ἐπέχει, retinet, inhibet. Thucydides: *Copia opum & pecuniæ bella sustentat.* Et iterum: *Optatum servant silentium.* Vel 'Ανέχειν, sustinere. *Ita ut lutum immensæ esset profunditatis, & in superficie nihil sustinere posset.*

'Ανέχει. Extollit. Honorat. Sophocles:

*Quoniam te captivam*
*Fortis Ajax thori sociam adscivit.*

Id est, quia te Ajax captivam honorat, lecti sociam adsciscens. Vel ita: Quia te Ajax, bello captam, lecti sociam habet. Ad Tecmessam vero captivam, Ajacis uxorem, hæc verba dicuntur. Vel 'Ανέχει, imminet, impendet. *Usque ad montem, qui huic [urbi] imminet.* † *Et labores facile sustinens, utpote duræ ac asperæ vitæ assuetus.* Et Sophocles: *Non sunt pares laboribus ferendis.* Vel 'Ανέχειν, inhibere, impedire. *Et reprimere ipsorum impetum & excursiones, & domi otiosum esse.*

'Ανέχομαι. Cum genitivo. *Audaciam tuam tolero.* Et 'Ανέχομεν, augemus. Aristophanes: *Cum sacra veneranda Dearum sacro anni tempore cum hymnis celebramus.* Hanc enim significationem hic habet vox ἀνέχομεν. Per Deas intelligit Cererem & Proserpinam. Et 'Ανέχομαι, contemno, genitivo jungitur. Cum vero significat fero, sustineo, accusativum adsciscit. *Haud enim ferre possum Solem nudo capite.* † *Fero tuam ferociam.* † *Et Medicus fœtorem tolerat.* † *Sermonem ut falsum patienter audire non poterat.*

'Ανεχρήσαντο. Interfecerunt. Perdiderunt. Ita Thucydides. Significat etiam, usus gratia aliquid assumpserunt.

'Ανεχύθη. Effusus est. Redundavit. *Et grando vehemens in eos effusa est, & per totum diem tenebræ fuerunt profundissimæ.* Et 'Ανεχύθησαν, redundarunt. *Et fluvii pleni redundarunt.*

1 'Ανεχαίτισεν. ἀντὶ τ.] Ex Harpocratione: ad quem vide Maussacum. Obiter hic emendo Hesychium, apud quem sic legitur: 'Ανεχαίτισεν, ἐκώλυσεν. † 'Ανεκρούσατο, ἀνέτρεψεν. Tolle notam distinctionis, & una serie ista lege. Τὸ ἀνέτρεψεν enim voci ἀνεχαίτισεν subjici debere, ejusque esse interpretationem, ex ipso Hesychio clare probari potest, qui vocem ἀναχαιτίσαντα alibi sic exponit: 'Ανακρούσαντα, ἀποστρέψαντα, ἀνατρέψαντα &c. Præterea, notam illam distinctionis imperite hic positam esse, & τὸ ἀνεκρούσατο non posse esse novi articuli initium, ipsa etiam literarum series satis ostendit.

2 Θουκυδίδης] Apud Thucydidem lib. 1. cap. CXLI. locus hic ita legitur: Αἱ δὲ περιουσίαι τοὺς πολέμους μᾶλλον, ἢ αἱ βίαιοι ἐσφοραὶ ἀνέχουσι. Scholiasta τὸ ἀνέχουσι ibi exponit, βαστάζουσι, αὔξουσι.

3 Σοφοκλῆς] In *Ajace*, pag. 14. ut Portus monuit.

4 Σοφοκλῆς] In *Oedip. Tyran.* pag. 158.

5 'Αριστοφάνης] In *Thesmophor.* pag. 829. (533. Edit. Bas. P.)

6 'Ανεχρήσαντο. διέφθειραν] Sic etiam habet Hesychius. Sed valde vereor, ne uterque in mendosos codices inciderit, & in iis ἀνεχρήσαντο pro διεχρήσαντο scriptum invenerit. Nam τὸ ἀναχρήσασθαι pro διαφθείρειν est vox prorsus insolens & inusitata: διαχρήσασθαι vero apud optimos quosque scriptores frequenter reperitur. Certe apud Thucydidem, quem Suidas hic laudat, non memini τὸ ἀνεχρήσαντο usquam legi. Διεχρήσαντο vero apud eundem occurrit lib. 1. c. CXXVI.

'Αν-

Ἀνεψύχωσε. ὅπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ ἀνέψυξε.

Ἀνείδεος. ὁ ἀσχημάτιστος.

Ἀνεκάσατε. ἀνασκώψατε. Δραπέτισι Κρατῖνος.

Ἀνείκαστος. ὁ εἰκασμοῖς ἔτι μὴ ὑποβαλλόμενος.

Ἀνεῖλεν. ἀντὶ τοῦ ἐμαντεύσατο. Λακεδαιμόνιοι ἐτείχιζον τὸν Ἰσθμόν. Ἀθηναίοις δὲ ὁ Θεὸς τὰ μὲν πρῶτα χρωμένοις ἀνεῖλε φεύγειν· λιπαροῦσι δὲ ἔλεγεν·

Τεῖχος[1] Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεύς,
Μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν, τό σε τέκνα τ' ὀνήσει.
Μηδὲ σύ γ' ἱπποσύνην τε μένειν, καὶ πεζὸν ἰόντα
Πολλὸν ἀπ' ἠπείρου στρατὸν, ἥσυχος· ἀλλ' ὑποχωρεῖν
Νῶτον ἐπιστρέψας. ἔτι τοί ποτε κἀντίος ἔσσῃ.
Ὦ θείη Σαλαμὶς ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν,
Ἤ που σκιδναμένης Δημήτερος, ἢ συνιούσης.

Ταῦτ' ἐξηγήσατο Θεμιστοκλῆς, ὁ Νεοκλέους, ὃς δι' ἐλευθεριότητα[2] ἀπεκηρύχθη, τεῖχος μὲν ξύλινον τὰς ναῦς εἰπών. τὴν δὲ Σαλαμῖνα θείαν οὐκ ἂν ὀνομάσαι τὸν Θεὸν, εἰ τὰ τέκνα τῶν Ἑλλήνων ἔμελλεν ἀπολέσαι. συμβάλλειν δὲ περὶ τὴν Σαλαμῖνα ναυμαχῆσαι (καὶ σοφὸς ἐκλήθη διὰ τοῦτο, καὶ στρατηγὸς ἀπεδείχθη) καὶ τὴν πρὸς Αἰγινήτας ἔχθραν ἀποθέσθαι, καὶ τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν, καὶ τὰ γένη Τροιζηνίοις καὶ Αἰγινήταις παρακαταθέσθαι. Καὶ αὖθις· Ἔπεμψαν οἱ Σπαρτιᾶται χρησομένους, τῆς μήνιδος ἄκος λαβεῖν γλιχόμενοι· καὶ ἀνεῖλεν οὕτως·

Ἴσον τοι Δῆλόν τε Καλαβρείην τε τίθημι,
Πυθώ τ' ἠγαθέην, καὶ Ταίναρον ἠνεμόεσσαν.

Ἔστι δὲ ὅτε τὸ Ἀνεῖλεν ἀντὶ τοῦ ἐφόνευσε λαμβάνεται. Ἀνελεῖν δὲ, τὸ μαντεύεσθαι, ἢ ἀπὸ τοῦ ἄνωθεν λαμβάνειν τὸ πνεῦμα, καὶ πληροῦσθαι τοῦ Θεοῦ· ἢ ἀπὸ τοῦ ἀνελεῖν τὴν ἄγνοιαν. τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ φονεύειν φαμὲν ἀνελεῖν· ἢ ἀπὸ τοῦ ἄνω λαμβάνειν τὸ ἐν βάθει πνεῦμα τοῦ ἀνδρὸς, ἢ ἐκ τοῦ ἐναντίου, ἀπὸ τοῦ ἀνελεῖν τὴν γνῶσιν. λέγεται δὲ Ἀνελεῖν καὶ τὸ ἀναλαβεῖν τὰ ἐκθέτα βρέφη καὶ τρέφειν.

Ἀνείλλεσθαι. συστρέφεσθαι, καὶ ἀλλήλους τοῖς δόρασι τύπτειν. καὶ Ἀνείλλεται, ἀνειλεῖται. καὶ Ἀνείλετο, ἀνέλαβεν.

Ἀνειλείθυιαι.[3] ἄτοκοι. Εὐριπίδης.

Ἀνείληπτος[4] ἐστι τὸ Ἑλληνικὸν, οὐχὶ ἀνάληπτος, οὐδὲ ἕτερον τοιοῦτον οὐδέν.

Ἀνεψύχωσε. Idem, quod vulgo dicitur ἀνέψυξε. Refrigeravit. Recreavit. Refecit.

Ἀνείδεος. Sine forma. Informis.

Ἀνεκάσατε. Deridete. Illudite. Cratinus *Fugitivis*.

Ἀνείκαστος. Qui conjecturis non potest cognosci.

Ἀνεῖλεν. Oraculum edidit. Respondit. Lacedæmonii muris Isthmum muniebant. Atheniensibus vero, primum quidem oraculum consulentibus, Deus respondit, ut fugerent: suppliciter orantibus vero hoc responsum dedit:

*Murum ligneum Minervæ dat late cernens Jupiter,*
*Solum inexpugnabilem; qui tibi filiisque proderit.*
*Neque vero vel equitatum, vel copias pedestres ingentes*
*Ex continente venturas expecta: sed recede,*
*Tergo converso. Aliquando enim hosti frontem rursus obvertes.*
*O divina Salamis! Tu vero perdes filios mulierum,*
*Vel tempore sementis, vel messis.*

Hoc oraculum Themistocles, Neoclis filius, (qui propter luxuriam a patre abdicatus fuerat) exposuit, dicens, murum ligneum esse naves. Deum autem non appellaturum fuisse Salaminem divinam, si Græcorum liberos esset perditura. Suasit igitur, ut juxta Salaminem prælium navale committeretur; (quam ob causam sapiens appellatus, & Imperator creatus est) utque deponerent inimicitias, quas cum Æginetis gerebant, urbemque relinquerent, & liberos uxoresque apud Trœzenios & Æginetas deponerent. Et rursus: *Spartani, Numinis indignationem placare cupientes, miserunt, qui Oraculum consulerent. Iis autem Deus sic respondit:*

*Parem tibi Delum & Calabriam statuo,*
*Et Pythonem divinam, & Tænarum ventosam.*

Interdum autem τὸ Ἀνεῖλεν accipitur pro ἐφόνευσε, i. e. interfecit. Ἀνελεῖν autem, cum vaticinari significat, inde dictum est, vel quod vates superne spiritum accipiat, & impleatur Deo; vel quod ignorantiam tollat. Cum autem interficere significat, inde dictum est, vel, quod spiritus viri, alte reconditus, sursum protrahatur; vel ex contrario, quod cognitio tollatur. Dicitur & Ἀνελεῖν, expositos infantes tollere & educare.

Ἀνείλλεσθαι. Convolvi, & hastis se mutuo percutere. Et Ἀνείλλεται, convolvitur. Et Ἀνείλετο, suscepit.

Ἀνειλείθυιαι. Mulierem, quæ non peperit. Euripides.

Ἀνείληπτος. Sic Græce dicitur; non autem ἀνάληπτος, nec aliud hujusmodi quidquam.

1 Τεῖχος Τριτογενεῖ ξύλ.] Idem Oraculum exstat apud Herodotum in *Polymnia*, pag. 271. Eusebium *de Præp. Evang.* lib. v. cap. xxiv. & Schol. Aristoph. ad *Equit.* pag. 349.

2 Ἐλευθεριότητα] Ἐλευθεριότης proprie quidem liberalitatem significat: sed sensus requirit, ut per vocem illam hic intelligatur luxuria. Themistocles enim in prima juventute luxuriosus & prodigus fuisse legitur: quæ ratio erat, quare eum pater abdicaret.

3 Ἀνειλείθυιαι. ἄτοκοι] Apud Hesychium divisim scriptum est Ἀν' εἰλείθυιαι. ἀνὰ τόκοι. Sed lectio Suidæ confirmatur auctoritate Pollucis, cujus hæc sunt verba: Ἡ δὲ μὴ τίκτουσα καλεῖται στεῖρα. Ἡ δ' ἄτοκος, καὶ ἄτεκνος, αὐτὸν ὄνομα τί τι μυθεῖν ποιητικὸς, καὶ τῆς μυθίλης, ἐν τοῖς ἀνειλείθυιαν φιλον τοῖς ποιηταῖς καλεῖν.

4 Ἀνείληπτός ἐστι τὸ Ἑλλην.] Lege, Lector, & ride somnium compilatoris. Quid enim hæc sibi volunt?

Ἀνελέμην.[1] δύο δηλοῖ· τό, τι ἔθρεψα, καὶ τὸ ἐβάστασα.

Ἀνελέμην. Duo significat; Alui, & Gestavi.

Ἀνηλύσπω.[2] ἀνέβαινες.

Ἀνηλύσπω. Ascendebas.

Ἀνειμέναι. ἐκλελυμέναι. παρειμέναι. καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ, ἀνειμένη, ἀντὶ τοῦ ἄνετον ἔχουσα πανταχόθεν. Ἀνειμένη,[3] ὡς ἔοικας, αὖ στρέφῃ· οὐ γὰρ πάρεστ' Αἴγισθος. καὶ Ἀνειμένον ἄλσος, τὸ τῷ Θεῷ ἀφιερωμένον. καὶ τὸ ἀνεῳγμένον. καὶ Ἀνειμένως, τὸ ῥαθύμως τι ποιεῖν. Ἀδύνατον τι ἦν αὐτοῖς καὶ οὕτως ἀνειμένως τε καὶ πονουμένοις ἐπικρατῆσαι. καὶ,

Ἀνειμένων[4] Πόλοιο[5] παμφαεῖ πτυχῶν.

ἀντὶ τοῦ, ἀνεῳγμένων.

Ἀνειμέναι. Solutæ. Liberæ. Remissæ. Sophocles: *Soluta & libera, ut videris, nunc rursus vivis. Non enim adest Ægisthus.* Et Ἀνειμένον ἄλσος, lucus Deo consecratus. Item, quod est apertum. Et Ἀνειμένως τι ποιεῖν, remisse & negligenter aliquid facere. *Fieri autem non poterat ut hostem vincerent, quod & nimis remisse [pugnarent,] & jam ante defatigati essent.* Et, *Apertis cœli splendidissimis orbibus.* [Hic enim ἀνειμένων] idem significat quod ἀνεῳγμένων.

Ἀνείμονες. ἀνίματοι. ἄνευ ἱματίων.

Ἀνείμονες. Sine vestibus.

Ἀνείμων[6] τοῖς δόρασιν. ἀντὶ τοῦ, ἀνεῖλκον.

Ἀνείμων. Pro ἀνεῖλκον. *Hastis sursum trahebant.*

Ἀνεῖν. Ξενοφῶν. Ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις οἱ ἀγαθοὶ ἐπιπονεῖν ἐθέλουσι καὶ ἀνεῖν.

Ἀνεῖν. Xenophon. *In hujusmodi enim rebus viri boni elaborare volunt, easque conficere.*

Ἀνεῖναι. ἀφεῖναι. καὶ Ἀνεῖναι κύβον, ἀντὶ τοῦ, ἀναῤῥίψαι κύβον.

Ἀνεῖναι. Dimittere. Laxare. Et Ἀνεῖναι κύβον, aleam jacere.

Ἀνεῖπεν. ἀνεκήρυξεν. ἀνηγόρευσεν. Ἀριστοφάνης· Ὁ δ' ἀνεῖπ'· Εἴσαγ', ὦ Θέογνι, τὸν χορόν.

Ἀνεῖπεν. Per præconis vocem edixit. Promulgavit. Aristophanes: *Ille vero edixit: Introduc, o Theogni, chorum.*

Ἀνεῖργεν. ἀπεκώλυεν. καὶ Ἀνεῖρξαν, ἀπεκώλυσαν. Ἀργύριον αἰτοῦντα, ἀπειλοῦντά τι πολεμήσειν, εἰ μὴ λάβοι, οἱ Ῥωμαῖοι ἀνεῖρξαν.

Ἀνεῖργεν. Coercebat. Reprimebat. Et Ἀνεῖρξαν. Coercuerunt. Represserunt. *Illum pecuniam petentem, & minantem se bellum ipsis illaturum, nisi accepisset, Romani coercuerunt.*

Ἀνείρηκε τὸν χρησμόν. καὶ τὸν κήρυκα ἀνειπεῖν λέγουσι.

Ἀνείρηκε τὸν χρησμόν. Oraculum pronuntiavit, vel promulgavit. Et præco ἀνειπεῖν dicitur.

Ἀνεῖρπεν. ἐσύρετο.

Ἀνεῖρπεν. Serpebat.

Ἀνειρύσω. ἀνελκύσω.

Ἀνειρύσω. Extraxisti.

Ἢν[7] δέ με χ', ὡς ἐκ νούσου ἀνειρύσω, ὧδε καὶ ἐχθρῆς
Ἐκ πενίης ῥύσῃ, δέξο χιμαιροθύτην.

*Si vero me, ut ex morbo eripuisti, sic etiam ab inimica paupertate liberaveris, accipe hanc capellam, quam tibi immolo.*

Ἀνείς. ἀφείς. καὶ Ἀνεῖσα, ἀφεῖσα.

Ἀνείς. Qui dimisit. Et Ἀνεῖσα, quæ dimisit.

Ἀνεῖσθαι. λελύσθαι.

Ἀνεῖσθαι. Solutum esse. Liberum esse.

Ἄνεισι. ἀνέρχεται.

Ἄνεισι. Ascendit.

Ἀνιέσθω. συγχωρείσθω.

Ἀνιέσθω. Permittatur. Concedatur.

Ἀνεῖται. παρεῖται. καὶ Ἀνεῖται, ἀπολέλυται.

Ἀνεῖται. Remissus est. Dimissus est.

Ἀνεῖτο δὲ αὐτῷ ἡ κόμη, καὶ ποτὸν ὕδωρ ἦν. ἀντὶ τοῦ, ἀπολελυμένη ἦν. περὶ Σαμουὴλ τοῦ Προφήτου φησίν.

Ἀνεῖτο δὲ αὐτ. *Coma vero ejus soluta erat, & aqua pro potu utebatur.* De Samuele Propheta hæc dicuntur.

Ἀνεῖτο. ἀντὶ τοῦ ἀνέκειτο. [8]Ἐπεὶ δὲ ὁ Ναρσῆς, ὁ τῆς Ἰταλίας στρατηγὸς, ἐς πάντα ξυγκαθιμίγνυε τῷ μεγαλουργῷ τὸ νουνεχὲς, καὶ ἐκοινώνει αὐτῷ τῆς Φρονήσεως ἡ ῥώμη, καὶ ἅπας τῷ κρείττονι ἀνεῖτο, ταύτῃ

Ἀνεῖτο. Interdum significat, Addictus erat. Deditus erat. *Quoniam autem Narses, Italiæ Dux, in omnibus rebus prudentiam cum magnificentia miscebat, & robur [animi] prudentiam ejus comitabatur, & ipse virtuti sem-*

1 Ἀνελέμην] Vide supra v. Ἀνελεῖν.

2 Ἀνηλύσπω] Scribe ἀνηλυσπῶ, cum circumflexo in ultima. Vide infra v. Ἀνηλυσπῶ.

3 Ἀνειμένη, ὡς ἔοικας, κ.τ.λ.] Hæc sunt verba Sophoclis in *Electra*, pag. 106. ut Portus observavit.

4 Ἀνειμένων Πόλ.] Vide infra v. Πτυχαί.

5 Παμφαεῖ πτυχῶν] Quid sint πτύχες cœli docet Eustathius ad verba illa Poetæ Il. Υ. Κορυφῇ πολυπτύχου Οὐλύμποιο.

6 Ἀνείμων τοῖς δόρασιν] Sensus hujus loci supplendus est ex Xenophonte *de Exped. Cyri* lib. IV. pag. 320 ubi sic legitur: Ἄλλοι δὲ τῶν στρατηγῶν κατὰ ἀνειλημμένας ὁδοὺς ἐπορεύοντο, ἢ ὅπῃ ἔτυχεν ἕκαστος ὤν, καὶ ἀναβαίνοντες, ὡς ἐδύναντο, ἀνίμων ἀλλήλους τοῖς δόρασι &c. Recte apud Xenophontem excusum est ἀνίμων, uti etiam hic apud Suidam rescribendum est.

7 Ἢν δέ με χ'.] Pentameter hic decerptus est ex Epigrammate Leonidæ, quod ex Anthologia inedita integrum hic subjicimus.

Λαθρίη ἐκ λαιῆς τυτθὴν χάριν ἔκ τι πενίης
Κὴξ ὀλιγηπελίης δέξο Λεωνίδεω.
Φαυστά τε πιτνίδια καὶ εὐκάρπους γ' ἐλάας,
Καὶ τοῦτο χλωρὸν σῦκον ἀπ' ἀκρεμόνων,
Κ' εὐοίνου σταφυλῆς ἐχ' ἀποσπάδα πεντάρρογον,
Πότνια, καὶ σπονδὴν τήνδ' ὑποπυθμίδιον.
Ἢν δέ με χ', ὡς ἐκ νούσου ἀνειρύσω, ὧδε καὶ ἐχθρῆς
Ἐκ πενίης ῥύσῃ, δέξο χιμαιροθύτην.

Epigramma hoc illustrandum & emendandum aliis relinquo, quoniam mihi, operis urgentibus, ad alia properandum est. Illud tantum obiter moneo, in Hexametro tertio pro εὐοίνου legendum esse εὐοίνου.

8 Ἐπεὶ δὲ ὁ Ναρσῆς, ὁ τῆς Ἰταλίας κ.τ.λ.] Fragmentum hoc, quod & obscurum est, nec satis emendatum, apud Agathiam me legisse puto.

Τεῖ

τοι οὐ [1] πρὸς τὸ ἐμμελὲς ἐκκλίνας, [2] αὐτίκα καὶ ὅγε ἐπεραιώθη τὸ ῥεῖθρον [3] σὺν τῷ ῥεῖθρῳ.

Ἀνεῖχεν. ἐκώλυε. [4] Χαριέτλων μὲν οὖν καὶ πρὸ τούτου φανερός τις ὤν, καὶ ἀνυπόστατος, τῷ τε πλεονάζοντι τοῦ δραστηρίου φοβῶν, ἀνεῖχεν ἀπὸ λῃστείας ἅπαντας. ἢ Ἀνεῖχε, παρεδέχετο. Τὸ μὲν πρῶτον οὐδεὶς ἐπίστευεν, οὐδ' ἀνεῖχε τὸν λόγον.

Ἀνηβητηρίαν.[5] πᾶν ἀπαλὸν νεότητος. Ἄνηβος, ὁ ἀνήλικος, ὁ μήπω τῆς ὀφειλομένης ἡλικίας ἐπιφθάσας. ἥβη γάρ, ἡ ἀκμή. [6] καὶ Ἀνηβῶν, ἀνανεάζων.

Ἀνηγμένος. ηὐξημένος.

Ἀνῆγον. Οἱ δὲ ἐπὶ μεγίστην ἑορτήν, ἣν τότε ἀνῆγον, συνεληλύθεισαν αὐτοὶ ἕκαστος.

Ἀνῄειμεν. ἀνηρχόμεθα.

Ἀνῄιξεν. ἀνώρμησεν.

Ἄνηθον. εἶδος βοτάνης ἀρτυματικῆς.

Ἀνῆκεν. ἀφῆκεν.

Ἀνήκεστον. ἀνίατον. ἀθεράπευτον.

[7] Ἐς τί μοι βλέψασα θάλπῃ τῷδ' ἀνηκέστῳ πυρί; ἀντὶ τοῦ, παρακόπτῃ τὰς φρένας, ὡς ἐν τῷ πυρετῷ. Ἀνηκέστῳ δὲ πυρί, ἀνελπίστῳ προσδοκίᾳ.

Ἀνήκει.[8] Ἀντιφῶν, ἀντὶ τοῦ καθήκει. Ἀμειψίας δὲ Ἀνῆκα ἀντὶ τοῦ ἀναβέβηκα ἔφη. Θουκυδίδης δὲ Ἀνήκουσι, ἀντὶ τοῦ τελευτῶσι, λήγουσι. καὶ Δημοσθένης Ἀνήκοντος, ἀντὶ τοῦ, διαφέροντος. καὶ Ἀνήκοντες, ἀνελθόντες. [9] Τῆς μὲν ἐν τῷ λέγειν δυνάμεως οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον ἀνήκοντες, ὥστε μέγα τι καὶ λαμπρὸν ἀπ' αὐτοῦ διωκῆσαι εἰς ὄχλων [10] προσαγωγήν· τῷ γε μὴν κατεσκληκότι τοῦ βίου, καὶ τῇ εἰς μελιότητα πλάσει τῶν ἠθῶν μέγα δυνηθέντες, οὐκ ἐλάχιστα καὶ οὗτοι πλήθη περιεβάλλοντο. Ἀνῆκον δέ, τὸ πρέπον.

Ἀνηκόντιζεν.[11] ἀνεφέρετο.

Ἀνήκοος. [12] Λόγων ἐλευθερίων καὶ παιδείας ἀνήκοος ἦν. οὐ γὰρ ἄλλο οὐδὲν ἐς γραμματιστοῦ φοιτῶν ἔμαθεν, ὅτι μὴ γράμματα, καὶ ταῦτα κακὰ κακῶς γράψαι.

Ἀνηκούστησεν. οὐκ εἰσήκουσεν. παρήκουσεν. Ὁ δὲ μὴ ἀνηκουστῆσαι τοῦ Ὑπάτου κατατολμήσας, ἀφίκετο. Καὶ [13] Ἡρόδοτος· Οἱ δὲ ἐμάχοντο, ἀνηκουστήσαντες τοῖσι στρατηγοῖσιν.

*per studebat, nec ad socordiam unquam deflectebat* * * * * *

Ἀνεῖχεν. Impediebat. Prohibebat. *Charietton igitur, cum & ante vir clarus esset, & invictus haberetur, & ob insignem audaciam terrorem aliis incuteret, omnes a latrocinando deterruit.* Vel Ἀνεῖχε significat, Recipiebat, Admittebat. *Primum quidem nemo ei rei fidem habebat, nec verba ejus admittebat.*

Ἀνηβητηρίαν. Omnem juventutis florem.

Ἄνηβος, impubes. Qui nondum debitam ætatem attigit. Ἥβη enim dicitur vigor ætatis. Et Ἀνηβῶν, Repubescens.

Ἀνηγμένος. Auctus. Qui crevit.

Ἀνῆγον. Agebant. Celebrabant. *Illi vero ad maximum festum, quod tunc celebrabant, convenerunt.*

Ἀνῄειμεν. Ascendimus.

Ἀνῄιξεν. Cum impetu surrexit.

Ἄνηθον. Genus herbæ condimentis parandis aptæ.

Ἀνῆκεν. Dimisit.

Ἀνήκεστον. Insanabile. Incurabile. *Quid, quæso, vidisti, ob quod tam vehementer deliras?* Πῦρ enim hic significat πυρετός, i. e. febris, qua qui laborant, insanire solent. Vel Ἀνηκέστῳ πυρί, significat, spe non speranda.

Ἀνήκει. Antipho posuit pro καθήκει, i. e. pertingit, pertinet. Amipsias vero Ἀνῆκα dixit pro ἀναβέβηκα, adscendi. Thucydides Ἀνήκουσι pro τελευτῶσι, i. e. desinunt, finem habent. Et Demosthenes Ἀνήκοντος, quod alicujus interest. Et Ἀνήκοντες, redeuntes, vel aliquo pervenientes. *In facultate dicendi non quidem eo usque erant progressi, ut ea multum valerent ad multitudinem alliciendam; sed austero genere vitæ & fictæ modestiæ simulatione magnam adepti auctoritatem, plurimos homines ad se attraxerunt.* Ἀνῆκον etiam significat id, quod decet.

Ἀνηκόντιζεν. Emicabat. Sursum ferebatur.

Ἀνήκοος. Qui non audivit aliquid. Ignarus. *Ille vero liberalium artium & omnis doctrinæ ignarus erat, quoniam nihil aliud literatoris scholam frequentans didicerat, quam literas easque malas male pingere.*

Ἀνηκούστησεν. Non audivit. Non obtemperavit. *Ille vero, cum Consulis mandatum spernere non auderet, ad ipsum venit.* Et Herodotus: *Illi vero imperium ducum spernentes pugnarunt.*

1 Πρὸς τὸ ἐμμελές] Lege εἰς τὸ ἐμμελές, ut sensus requirit.

2 Αὐτίκα καὶ ὅγε ἐπεραιώθη τὸ ῥ.] Hæc cum præcedentibus non satis bene cohærere videntur; quæ ratio est, quare ea in versione prætermiserim.

3 Σὺν τῷ ῥεῖθρῳ] Probo conjecturam Porti, qui σὺν τῷ στρατῷ legendum esse putat.

4 Χαριέτλων μὲν οὖν καὶ πρὸ τούτου φ.] Hoc fragmentum ex Eunapio depromptum esse putat Valesius ad Ammianum Marcell. p. 144. quem vide.

5 Ἀνηβητηρίαν. πᾶν ἀπαλὸν νεότητος] Quid his facias? Aut, quis sana ista præstet? Apud Hesychium legitur, Ἀνηβητηρίαν. πᾶν ἀνανεάζον νεότητος. Sed nec hæc satis clara vel emendata videntur. Quære, cogitet acutus lector.

6 Καὶ Ἀνηβῶν, ἀνανεάζων] In prioribus Edit. verbis his sequentia subjuncta sunt: Προστεθὲν ἔξωθεν. ὥστε τὸ μὲν ἄνηβος κατὰ στέρησιν νοεῖται, ἀποτελούμενον τοῦ, διὰ τὴν εὐφωνίαν. ὡς τὸ ἀνέγκλητος. τὸ δὲ ἀνηβῶν κατὰ ἐπίτασιν τοῦ ἀνά, δηλοῦντος τὸ πάλιν. ὡς καὶ τὸ ἀναδασμός, ὁ ἐκ δευτέρου δασμός. καὶ ἀναπαλαίστερος ἀμπελος, ὁ ἐκ δευτέρου κλῆρος. Sed verba ista in textum recipere nolui, quoniam in optimo MS. A. & altero B. desunt, & eam ob causam a recentioribus loco huic adsuta videntur.

7 Ἐς τί μοι βλέψασα θάλπῃ τῷδ' ἀνηκ. πυρί] Hæc sunt verba Sophoclis in *Electra*, pag. 120. ut Portus observavit.

8 Ἀνήκει. Ἀντιφῶν, ἀντὶ τοῦ καθ.] Vide Harpocrationem h. v.

9 Τῆς μὲν ἐν τῷ λέγειν δυνάμεως οὐκ ἐπὶ τοσ.] Supplementum hujus fragmenti habes infra v. Ἐλεύσιος. Vide etiam v. Κατεσκληκώς.

10 Προσαγωγήν] Infra v. Ἐλεύσιος rectius legitur παραγωγήν.

11 Ἀνηκόντιζεν. ἀνεφέρετο] Respicit ad locum illum Homeri Il. E. v. 113. Αἷμα δ' ἀνηκόντιζε διὰ στρεπτοῖο χιτῶνος. Ubi Scholiasta τὸ ἀνηκόντιζε per ἄθρως ἀνεφέρετο exponit.

12 Λόγων ἐλευθερίων καὶ παιδείας ἀνήκοος ἦν. οὐ γὰρ ἄλ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Procopii de Joanne Cappadoce lib. 1. *de Bello Pers.* cap. XXIV. eademque leguntur infra v. Ἰωάννης ὁ Καππαδόκης.

13 Ἡρόδοτος. Οἱ δὲ ἐμάχοντο, ἀνηκ.] Apud Herodotum lib. VI. pag. 213. lin. penult. legitur, καὶ ἐναυμάχεον, ἀνηκουστήσαντες τοῖσι στρατηγοῖσι.

Ἀνήλαστος. ὁ μηδέπω δαμασθείς.

Ἀνηλεής. ὁ ὠμός.

Ἂν ἡ λεοντῆ μὴ ἐξικνῆται, προσάπτε καὶ τὴν ἀλωπεκῆν. ὁ νοῦς· ἐὰν μὴ φανερῶς ἀμυνόμενος ἀντέχῃς, πανουργίᾳ χρήσασθαι. καὶ Ὅμηρος·

Ἢ δόλῳ, ἠὲ βίηφι ἢ ἀμφαδὸν, ἠὲ κρυφηδόν.

Ἀνήλιπος.[1] ὁ ἀνυπόδητος.

Ἀνήλωται. πεφόνευται.[2] καταχρηστικῶς.

Ἀνημμένος. ἐξηρτημένος. ἢ καιόμενος.

Ἀνήμερος. ἄγριος.

Ἀνημιωβολιαῖα.[3] ἀντὶ τοῦ, ἕκαστον αὐτῶν ἡμίσεος ὀβολοῦ ἄξιον, ἤτοι ἡμιωβολίου. ἀπὸ δὲ συντάξεως ὀνόματα γίνεται· καλὸς καὶ ἀγαθὸς, καλοκαγαθία· θεοῖς ἐχθρὸς, θεοιχθεία. οὕτως ἀνημιωβόλιον, ἀνημιωβολιαῖα.

Ἀνήνασθαι. ἀπαρνήσασθαι.[4] Ὅμηρος·

Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι.

Καὶ Αἰλιανός· Οἱ δὲ, οὐδὲ γὰρ εἶχον ἀνήνασθαι τὸ πρόσταγμα, ἐπ' Ἀντιγόνῳ τίθενται τὴν κρίσιν, ὑπὲρ οὗ τίνα χρὴ Λοκρικὴν πόλιν πέμπειν δασμόν.

Ἀνηνέγκατο. ἐκ βάθους ἐβόησεν. Αἰλιανὸς περὶ Κροίσου· Ὁ δὲ [5] ἀνηνέγκατο ἄρα στενάξας, καὶ ἐς τρὶς ἐκάλεσε τὸν Σόλωνα.

Ἀνηνέγκαντο. γενικῇ. ἀντὶ τοῦ ἀνεμνήσθησαν.

Ἀνήνιος. ἄνευ ἀνίας καὶ λύπης.

Ἀνήνοθεν.[6] ἀνήρχετο.

Ἀνήνυτον. ἄμετρον. πολύ. [7] Πολύβιος· Μεγίστης προφαινομένης δυσχρηστίας περὶ τὰς τροφὰς, ἅ τε καὶ τὸ μῆκος ἀνήνυτον ἔχειν δοκούσης τῆς ὁδοῦ. Καὶ, Ἀνήνυτα τὴν ἀρετὴν μελετώντων. δυστυχηκότων ὅτι μάλιστα. Τὸν [8] ἀνήνυτον οἶτον ἔχουσα κακῶν. τὸν ἀτελεύτητον [9] βίον, ἡ Ἠλέκτρα φησί. καὶ Ἀνήνυτος, ἀναρίθμητος, πολὺς, ἀπλήρωτος, ἄπρακτος, ἀτέλεστος. Ὅπλα τε χαλκευόμενος, καὶ βελῶν ἀνήνυτον ἀριθμὸν κατασκευάζειν προστάττων.

Ἀνῆπται. ἐξῆπται.

Ἀνὴρ [10] δὲ φεύγων οὐ μένει λύρας κτύπον. παροιμία ἐπὶ τῶν ὀξέως ὀφειλόντων ἕκαστα πράττειν.

Ἀνήρεις.[11] ἀνάνδρους. [12] Εὔχρηστον, ἀνδρὶ συμπλακῆναι φιλτάτῳ.

Ἀνὴρ ἀνδρὸς διαφέρει. τὸ γὰρ Λουκούλλου στράτευμα στασιάζον ἀεὶ, τοῦτο παραλαβὼν ὁ Πομπήϊος οὐδ' ὁπωστιοῦν στασιάζοντας ἔσχεν.

Ἀνήρεαι. ποιητικῶς, ἀνερωτᾷς.

Ἀνηρέθιζεν. ἐπί τι παρώτρυνε καὶ παρέθηγεν. Εὐ-

Ἀνήλαστος. Nondum domitus.

Ἀνηλεής. Crudelis.

Ἂν ἡ λεοντῆ μὴ ἐξ. *Si leonina pellis non sufficiat, adhibe & vulpinam.* Sensus est, dolo utendum esse, si palam resistere non possis. Et Homerus:

*Aut dolo, aut vi, aut palam, aut clam.*

Ἀνήλιπος. Discalceatus.

Ἀνήλωται. Interfectus est. Per catachresin.

Ἀνημμένος. Suspensus. Vel, Accensus. Ardens.

Ἀνήμερος. Sævus. Immitis.

Ἀνημιωβολιαῖα. Quæ dimidio obolo valent. Est autem nomen compositum, quale est, καλοκἀγαθία, ex καλὸς & ἀγαθὸς; & θεοιχθεία, ex θεὸς & ἐχθρός.

Ἀνήνασθαι. Negare. Recusare. Homerus: *Erubuerunt quidem conditionem recusare; nec tamen accipere ausi sunt.* Et Ælianus: *Illi vero (neque enim, quod imperatum fuerat, recusare poterant) Antigono judicium permiserunt de tributo, quod Locrensium civitas pendere deberet.*

Ἀνηνέγκατο. Ex imo pectore vocem emisit. Ælianus de Crœso: *Ille vero ingemiscens alta voce exclamavit, Solonemque ter vocavit.*

Ἀνηνέγκαντο. Cum genitivo ponitur, pro Recordati sunt.

Ἀνήνιος. Sine dolore & tristitia.

Ἀνήνοθεν. Adscendit.

Ἀνήνυτον. Immodicum. Multum. Maximum. Polybius: *Cum maxima se ostenderet difficultas in commeatibus comparandis propter nimiam itineris longitudinem.* Et, *Frustra virtutem sectantium.* Id est, maxime infelicium. † *Sustinens mala, quæ finem nullum habent.* Sic Electra inquit. Et Ἀνήνυτος, innumerabilis, multus, inexplebilis, irritus, imperfectus. *Arma fabricans, & telorum immensum numerum parari jubens.*

Ἀνῆπται. Suspensum est.

Ἀνὴρ δὲ φεύγ. *Vir fugiens non moratur strepitum lyræ.* Proverbium in eos, quos negotia celeriter conficere oportet.

Ἀνήρεις. Ignavos. Imbelles. *Utile est virum amicum amplecti.*

Ἀνὴρ ἀνδρὸς διαφ. *Vir viro præstat. Luculli enim exercitum, ante seditiosum, cum accepisset Pompeius, milites ab omni seditione prorsus abstinuerunt.*

Ἀνήρεαι. Poetice. Inquiris. Interrogas.

Ἀνηρέθιζεν. Incitabat. Acuebat. Eunapius:

1 Ἀνήλιπος. ὁ ἀνυπ.] Vide Scholiastam Theocriti ad Idyll. iv. v. 56.

2 Καταχρηστικῶς] Hæc vox deest in MSS.

3 Ἀνημιωβολιαῖα. ἀντὶ τοῦ ἕκαστον αὐτ.] Hanc notam descripsit Suidas ex Scholiasta Aristoph. ad *Ranas*, pag. 238. (153. Edit. Bas. ut Portus observavit.)

4 Ὅμηρος· Αἴδεσθεν μὲν ἀνήν.] Il. H. v. 93.

5 Ὁ δὲ ἀνηνέγκατο ἄρα στ.] Idem fragmentum Æliani citat Eustath. ad Odyss. A. pag. 1404.

6 Ἀνήνοθεν. ἀνήρχετο] Scholiasta Homeri ad Odyss. P. v. 270.

7 Πολύβιος· Μεγίστης προφαιν. δυσχ.] Fragmentum hoc Polybii legitur in Collectaneis Constantini, a Valesio editis, pag. 33.

8 Ἀνήνυτον οἶτον ἔχουσα κακῶν] Hæc sunt verba Sophoclis in *Electra* pag. 88.

9 Βίον] In uno MS. Paris. rectius legitur μόρον.

10 Ἀνὴρ δὲ φεύγων οὐ μ.] Vide Zenobium & Diogenianum.

11 Ἀνήρεις. ἀνάνδρους] Vide Etymologum.

12 Εὔχρηστον ἀνδρὶ συμπλ.] Versus hic oneirocriticus, qui apud Astrampsychum legitur, alieno loco positus est, & referri debet vel ad vocem proxime præcedentem, vel sequentem.

νάπιος. Ὁ δὲ [1] τά τε φρονήματα καὶ τοὺς θυμοὺς τῶν στρατιωτῶν ἀνηρέθιζεν.

Ἀνήρετο. ἀνέλαβεν. ἠρώτησεν.

Ἀνὴρ [2] ἔοικε ναῦς ἱκετεύειν πέτραν. παροιμία ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων. ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς ἐποκελλούσης νεὼς πρὸς τὴν πέτραν.

Ἀνηρείψαντο. [3] ἀνήρπασαν.

Ἀνῄρηκεν. ἀντὶ τοῦ, ἐκποδὼν ἐποιήσατο. Δημοσθένης. καὶ ἀντὶ τοῦ ἐφόνευσεν.

Ἀνῃρημένος. πεφονευμένος. ἀναλαβών. ἑλόμενος. ἀπενεγκάμενος. Ὁ δὲ βασιλεὺς τοσαύτην νίκην ἀδάκρυτον καὶ ἀναίμακτον ἀνῃρημένος, ἐς τὰς Σάρδεις ὑπέστρεψεν. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ ἀνάρσια ἀνῃρημένος ἐκδίκως.

Ἀνήρρησεν. [4] ἀνεφθάρη. Ὡς μόλις ἀνήρρησεν, οὐδένες μὲν οἱ στρατηγοί. Εὔπολις Πόλεσιν.

Ἀνηρῆσθαι. πεφονεῦσθαι.

Ἀνήριθμος. [5] ἐν οὐδενὶ ἀριθμῷ ταττόμενος, ἀλλὰ παρεῤῥιμμένος.

Ἀνὴρ [6] Κόπρειος. ὡς ἀπὸ δήμου. λέγει δὲ τὸν κοπρολόγον. ἢ κηπουρόν. παρὰ τὴν κόπρον.

Ἀνήροτον. ἀγεώργητον.

Ἀνηρώτιζεν. ἀντὶ τοῦ ἀνηρώτα. Τηλεκλείδης.

Ἀνηρτημένοι. [7] ἐπηρμένοι. [8] Οἱ δὲ ταῖς ψυχαῖς ἀνηρτημένοι κατεφρόνησαν μὲν τῶν κοινῶν τῆς ἱκεσίας νόμων, παρ' οὐδὲν δὲ ἡγήσαντο τὴν τῶν συγγενικῶν ἀφιδρυμάτων καὶ θεῶν εὐσέβειαν.

Ἀνήρτησαν. ἀνεποίησαν. ἀνεκαίνισαν.

Ἀνήσει. καταλείψει.

Ἄνηστις. ὁ γεγευμένος. καὶ [9] Ἄνηστις, ὁ νῆστις λίαν παρὰ Κρατίνῳ ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ.

> Ἰοὺ γὰρ [10] σὺ πρῶτος ἄκλητος φοιτᾷς ἐπὶ δεῖπνον
> ἄνηστις.

Ἀνήφθη. ἐξήφθη. ἐκρεμάσθη. ἢ ἀνεφλέχθη ὑπὸ πυρός.

Ἀνήχθημεν. ἀνεπλεύσαμεν.

Ἀνῆψεν. ἀνεκρέμασε τοῖς θεοῖς. Εὐνάπιος.

Ἀνία. λύπη. τὸ ι μακρόν.

> Αἴας [11] γὰρ αὐτοῖς οὐκέτ' ἐστὶν, ἀλλ' ἐμοὶ
> Λιπὼν ἀνίας καὶ γόους διοίχεται.

Ἀνιαθείς. λυπηθείς.

Ἀνιακχάς. [12] ᾠδῆς ὄνομα. ὁ Περιμαχὼς καὶ Ma-

*Ille vero militum animos & iras acuebat.*

Ἀνήρετο. Suscepit. Interrogavit.

Ἀνὴρ ἔοικε ναῦς ἱκ. *Tanquam navis scopulo supplicare videtur.* Proverbium in stupidos: per translationem ductam a navi, quæ in scopulum impingit.

Ἀνηρείψαντο. Abripuerunt.

Ἀνῄρηκεν. De medio sustulit. Demosthenes. Item, Interfecit.

Ἀνῃρημένος. Interfectus. Qui suscepit. Qui reportavit. Adeptus. *Rex vero tantam victoriam absque lacrymis & sanguine adeptus Sardes rediit.* Et iterum: *Ille vero cum fœda facinora contra jus & fas aggressus esset.*

Ἀνήρρησεν. Rediit. Rursus intravit. * * * * * * * *

Ἀνηρῆσθαι. Cæsum esse.

Ἀνήριθμος. Qui nullo loco habetur. Cujus nulla ratio habetur.

Ἀνὴρ Κόπρειος. Vir Coprius: quasi ab aliquo populo denominatus. Intelligit autem [Aristophanes] eum, qui stercora legit: vel hortulanum. A nomine κόπρος.

Ἀνήροτον. Inaratum. Incultum.

Ἀνηρώτιζεν. Interrogabat. Teleclides.

Ἀνηρτημένοι. Elati. *Illi vero animis elati communia supplicum jura contempserunt, & nihili fecerunt pietatem erga simulacra & Deos cognatos.*

Ἀνήρτησαν. Refecerunt. Renovarunt.

Ἀνήσει. Missum faciet. Dimittet.

Ἄνηστις. Qui cibum gustavit. Qui non est jejunus. Apud Cratinum vero in *Dionysalexandro* Ἄνηστις dicitur qui valde jejunus est, vel famelicus.

> *Ecce enim tu primus invocatus & famelicus ad cœnam accedis.*

Ἀνήφθη. Suspensus est. Vel, ab igne accensus est.

Ἀνήχθημεν. In altum mare provecti sumus.

Ἀνῆψεν. Diis suspendit. Eunapius.

Ἀνία. Dolor. Syllaba ι longa est.

> *Ajax enim non amplius superstes est. Sed mihi*
> *Relictis doloribus & lamentis interiit.*

Ἀνιαθείς. Dolore affectus.

Ἀνιακχάς. Cantilenæ nomen est Περιμαχὼς

1 Ὁ δὲ τά τε φρονήματα καὶ τοὺς θ.] Supplementum hujus fragmenti habes infra v. Διακαρτερῆσαι.

2 Ἀνὴρ ἔοικε ναῦς ἱκ.] Vide Diogenianum Adag. DLXXIX.

3 Ἀνηρείψαντο. ἀνήρπασαν] Ex Scholiasta Homeri ad Il. Y. v. 234.

4 Ἀνήρρησεν] Vide Suidam infra v. Εἰσήρρησεν, & v. Εἰσφθαρείη.

5 Ἀνήριθμος] Apud Græcos ἀνάριθμοι, vel ἀνάριθμοι eleganter dicuntur illi, qui tantum numerus sunt, ut Latini ajunt, & quorum nulla ratio habetur. Contra ἀριθμητοί, vel ἐν ἀριθμῷ εἶναι dicuntur, qui aliquo loco habentur, & quibus sua est dignitas & auctoritas. Theocritus *Idyll.* XIV. v. 48.

> Ἄμμες δ' οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι, οὔτ' ΑΡΙΘΜΗΤΟΙ.

Id est, *nostrorum vero nulla habetur ratio.* In notissimo Oraculo, Megarensibus olim reddito, (quod legitur apud Suidam infra v. Ὑμεῖς δ' ὦ Μεγ.) Megarenses οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ΑΡΙΘΜΩι. i. e. contempti & nullius pretii homines dicuntur. Vide etiam Anthol. lib. VII. pag. 624.

6 Ἀνὴρ Κόπρειος] Aristoph. *Equit.* pag. 342.

7 Ἐπηρμένοι] Sic recte in 2 MSS. Paris. exaratum est. Priores vero Edit. habent ἐπηρτημένοι.

8 Οἱ δὲ ταῖς ψυχαῖς ἀνηρτημένοι κατεφρ.] Hæc Polybio tribuunt Fulv. Ursinus, & Casaubonus: sed sunt verba Diodori in Excerpt. Leg. cap. XXIX. ut optime observavit Jacobus Gronovius.

9 Καὶ ἄνηστις, ὁ νῆστις λίαν παρὰ Κρατίνῳ ἐν Διον.] Hanc notam ex Athenæo descripsit Suidas; ejusque vestigia hodie adhuc supersunt in Excerptis ex libro 11. pag. 47.

10 Ἰοὺ γὰρ σὺ πρῶτος ἄκλ.] Est versus Anapæsticus.

11 Αἴας γὰρ αὐτοῖς οὐκέτ' ἐστὶν, ἀλλ' ἐμοὶ λιπ.] Hæc sunt verba Sophoclis in *Ajace*, pag. 56. *P.*

12 Ἀνιακχάς] De hoc vocabulo nihil me legisse memini. Quæ vero sequuntur, ᾠδῆς ὄνομα ὁ Περιμαχὼς &c. a voce Ἀνιακχάς aliena sunt, quæ suo loco repetuntur infra v. Περίμαχος & Μαριζερέγας.

νέρως. Εὔβουλος Καμπυλίωνι.

Ἀναρόν. λυπηρόν. καὶ Ἀναρώτερον. λέγεται καὶ Ἀνηρόν.

Ἀννίβας ὁ Καρχηδόνιος. οὕτως ἐκαλεῖτο. [1] οἱ γὰρ Καρχηδόνιοι στρατηγὸν ἀπέφηναν Ἀσδρούβαν, τὸν τοῦ Βάρκα κηδεστήν. ὁ δὲ Ἀννίβαν τὸν οὐ πολὺ ὕστερον ἀοίδιμον ἐπὶ στρατηγίαις, παῖδά τε ὄντα τοῦ Βάρκα, καὶ τῆς γυναικός οἱ γενόμενον ἀδελφὸν, ἔχων ἐν Ἰβηρίᾳ νέον ὄντα καὶ φιλοπόλεμον καὶ ἀρέσκοντα τῷ στρατῷ, ὑποστράτηγον ἀπέφηνε· καὶ τῆς τε Ἰβηρίας τὰ [2] πολλὰ προσηγάγετο, πιθανὸς ὢν ὁμιλῆσαι, ἔς τε τὰ βίας δεόμενα τῷ μειρακίῳ χρώμενος. φύσει δὲ φιλοπόλεμος ἦν ὁ Ἀννίβας, καὶ οὔποτε ἀργίαν ἔφερεν. ὕστερον δὲ [3] ἐπὶ τρυφῆς ἦν οὐ συνήθους, ἐρωμένην τε εἶχεν ἄγριος ἀνὴρ, καὶ εὐθὺς αὐτῷ κατ' ὀλίγον ἐτρέπετο πάντα. Φησὶ δὲ καὶ Πολύβιος, ὡς Ἀννίβας νέος μὲν ἦν, πλήρης δὲ πολεμικῆς ὁρμῆς, ἐπιτυχὴς δὲ ἐν ταῖς βουλαῖς, πάλαι δὲ παρωρμημένος πρὸς τὴν κατὰ τῶν Ῥωμαίων ἔχθραν. [4] Ὅτι Ἀννίβᾳ τῷ Καρχηδονίων στρατηγῷ ἐδηλώθη παρὰ Ἄμμωνος, ὡς ἀποθανὼν γῇ καλυφθήσεται Λιβύσσῃ. καὶ ὁ μὲν ἤλπισεν ἀρχὴν τῶν Ῥωμαίων καθαιρήσειν, καὶ ἐν Λιβύῃ τελευτήσειν. Φλαμινίου δὲ τοῦ Ῥωμαίων στρατηγοῦ σπουδὴν ποιουμένου λαβεῖν αὐτὸν ζῶντα, ἀφίκετο παρὰ Προυσίαν ἱκέτης, καὶ ἀπωσθεὶς ὑπ' αὐτοῦ ἀνεπήδα τε ἐπὶ τὸν ἵππον, καὶ γυμνωθέντος τοῦ ξίφους τιτρώσκεται τὸν δάκτυλον. [5] προελθόντι δὲ οὐ στάδια πολλὰ πυρετὸς ἀπὸ τοῦ τραύματος, καὶ ἡ τελευτὴ τοῦ βίου συνέβη. τὸ δὲ χωρίον, ἔνθα συνέβη ἀποθανεῖν, ἐκάλουν οἱ Νικομηδεῖς Λίβυσσαν. Καὶ Ἀθηναίοις δὲ μάντευμα ἦλθεν ἐκ Δωδώνης, Σικελίαν οἰκίζειν. [6] καὶ οὐ πόῤῥω τῆσδε λόφος ἐστὶν ἡ Σικελία οὐ μέγας. οἱ δὲ οὐ συμφρονήσαντες τὸ εἰρημένον, ἔς τε ὑπερορίους στρατείας προήχθησαν, καὶ ἐς τὸν Συρακουσίων πόλεμον. † Ὅτι [7] θαυμαστὸν ἐστὶ καὶ μέγιστον σημεῖον γεγονέναι τῇ φύσει τὸν ἄνδρα τοῦτον ἡγεμονικὸν, καὶ πολύ τι διαφέροντα τῶν ἄλλων πρὸς τὸν πραγματικὸν τρόπον. ιζ' γὰρ ἔτη μείνας ἐν τοῖς ὑπαίθροις, πλεῖστά τε ἔθνη καὶ βάρβαρα διεξελθὼν, καὶ πλείστοις ἀνδράσιν ἀλλοφύλοις χρησάμενος συνεργοῖς πρὸς ἀπηλπισμένας καὶ παραδόξους ἐπιβολὰς, ὑπ' οὐδενὸς ἑκουσίως ἐγκατελείφθη τῶν ἅπαξ αὐτῷ κοινωνησάντων, καὶ δόντων ἑαυτοὺς εἰς χεῖρας. [8] ὅπερ καὶ ταὐτὸν ἐμπολιτεύεται. † Ὅτι τὸ μέγεθος τῆς τοῦ Ἀννίβου νίκης τῆς πρὸς Ῥωμαίους, καὶ

& Maroneus. Eubulus *Campylione*.

Ἀναρόν. Molestum. Et Ἀναρώτερον, molestius. Dicitur & Ἀνηρόν.

Ἀννίβας. Annibal Carthaginensis. Nam ita vocabatur. Carthaginenses Imperatorem crearunt Asdrubalem, Barcæ generum. Ille vero Annibalem, qui paulo post Imperator clarissimus evasit, Barcæ filium, & uxoris suæ fratrem, quem in Hispania secum habebat, adolescentem admodum & bellicosum, exercituique charum, legatum suum creavit, magnamque Iberiæ partem ad se traduxit, quod & eloquentia apud homines valeret, & hoc adolescente ad ea, quæ vim postulabant, uteretur. Annibal autem natura bellicosus erat, nec unquam otium ferebat. Postea vero deliciis non consuetis indulgere cœpit, & amicam adscivit vir ferus: quæ causa fuit, quare statim in pejus omnia ipsius paulatim ruerent. Polybius etiam ait, Annibalem adolescentem adhuc bellandi fuisse cupidissimum, & in consiliis ad exitum perducendis felicem, & jam olim animo ad inimicitias contra Romanos suscipiendas prono. † Annibali Carthaginensium Imperatori ab Ammone prædictum fuit, fore, ut mortuus homo Libyssa tegeretur. Quamobrem ille quidem sperabat, futurum, ut Romanorum imperium everteret, & in Libya decederet. Sed cum Flaminius Romanorum Imperator ipsum vivum capere studeret, supplex ad Prusiam confugit: a quo rejectus equum conscendit, & ense nudato vulnus in digito accepit. Hinc igitur, cum stadia haud multa progressus esset, febris ex vulnere, & tandem mors consecuta est. Illum autem locum, in quo decesserat, Nicomedienses Libyssam vocabant. Atheniensibus etiam Oraculum Dodonæum respondit, in Siciliam coloniam deducendam esse. Erat autem prope urbem exiguus terræ tumulus, qui Sicilia vocabatur. Illi vero Oraculi mentem non intelligentes, longinquis expeditionibus susceptis bellum Syracusanis intulerunt. † Mirabili quodam & ad imperandum nato eum virum fuisse ingenio, & in gerendis rebus multum aliis præstitisse, illud argumento maximo est, quod, cum XVII. annos in castris & acie versatus esset, plurimasque gentes easque barbaras peragrasset, & multis auxiliis peregrinis usus esset ad res arduas & prope desperatas, a nemine ultro proditus sit eorum, qui semel partibus ejus se adjunxerant, & ipsius fidei se permiserant. † Idem Annibal, cum suæ de Romanis victoriæ, & cladis ho-

1 Οἱ γὰρ Καρχηδόνιοι στρατηγὸν κτλ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad verba illa, τῷ μειρακίῳ χρώμενος, leguntur apud Appianum in *Ibericis* pag. 429. (258. Edit. Henr. Steph.)

2 Τὰ πολλὰ προσηγάγετο] Excidit hic vox πειθοῖ, quæ revocanda est ex Appiano, apud quem sic legitur. τὰ πολλὰ πειθοῖ προσηγάγετο.

3 Ἐπὶ τρυφῆς ἦν οὐ συνήθους, ἐρωμένην τε εἶχεν ἄγριος ἀνὴρ, καὶ εὐθὺς αὐτῷ κατ' ὀλίγον ἐτρ. πάντα] Hæc sunt verba Appiani in *Annibalicis* pag. 583. (338. Edit. Henr. St.)

4 Ὅτι Ἀννίβᾳ τῷ Καρχηδονίων στρατ. ἐδηλ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad verba illa, ἐς τὸν Συρακουσίων πόλεμον, deprompta sunt ex Pausaniæ *Arcadicis* cap. XI. pag. 623.

5 Προελθόντι δὲ οὐ στάδια πολλὰ πυρ.] Locus hic apud Pausaniam ita legitur: προελθόντι δὲ οἱ στάδια οὐ πολλὰ πυρετός τε ἀπὸ τοῦ τραύματος, καὶ ἡ τελευτὴ τριταίῳ συνέβη.

6 Καὶ οὐ πόῤῥω τῆσδε λόφος ἐστὶν ἡ Σικ.] Apud Pausaniam rectius legitur. ἦν δὲ οὐ πόῤῥω τῆς πόλεως Σικελία λόφος ἐστὶν οὐ μέγας. i. e. *Erat autem prope urbem (Athenas) tumulus exiguus, qui Sicilia vocabatur.* Fallitur igitur Portus, qui in versione sua tumulum hunc ex Attica in Bithyniam transfert, & Libyssæ vicinum facit; quem errorem notavit etiam Kuhnius ad Pausaniam.

7 Ὅτι θαυμαστὸν ἐστὶ καὶ μέγιστον σημ. γεγ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad verba illa δόντων ἑαυτοὺς εἰς χεῖρας, descripta esse ex Polybii libris deperditis, patet ex iis, quæ leguntur in Excerptis ex Polybio, a Valesio editis, pag. 121.

8 Ὅπερ καὶ ταὐτὸν ἐμπολιτεύεται] Quis sit horum verborum sensus, aut quomodo ea loco huic conveniant, non video.

τῆς

τῆς τῶν ἐναντίων συμφορᾶς ὑπ' ὄψιν ἀγαγεῖν τοῖς Καρχηδονίοις μηχανώμενος, τρεῖς μεδίμνους Ἀττικοὺς πλήρεις χρυσῶν δακτυλίων εἰς τὴν Λιβύην ἀπέπεμψεν, οὓς ἄρα τοὺς ἱππικοὺς καὶ βουλευτικοὺς ἄνδρας σκυλεύσας ἀνῄρηκε. † Ὅτι ἄνδρες τινὲς Καρχηδονίων, ἐπὶ κατασκοπῇ τῆς ἐναντίων σταλέντες ὑπὸ Ἀννίβου, τοῖς Ῥωμαίοις περιέπεσον. οὓς ἀχθέντας εἰς αὐτὸν ὁ Πόπλιος κακὸν μὲν οὐδὲν εἰργάσατο, περιαγῆσαι δὲ κελεύει τὸ στρατόπεδον, καὶ δεῖπνον ἑλομένους ἀποχωρεῖν σώους, ἀπαγγελοῦντας Ἀννίβᾳ τὰ περὶ τῆς στρατιᾶς ὡς ἔχει Ῥωμαίοις.

Ἀνιγρός.[1] ὁ Φαῦλος λέγεται. καὶ Ἀνιγρόν, τὸ ἀνιαρόν.

Ἀνιδρωτί. καὶ ἀνιδρωτί. χωρὶς ἱδρῶτος. Οὐ γὰρ ἀνιδρωτὶ καὶ ἀπειραμεριμνως τάδε παρεστήσατο τὰ πολίσματα. Καὶ αὖθις· Ἀνιδρωτὶ πρὸς τὸ ἄριστον οὐκ ἤρχοντο οἱ τοῦ Κύρου στρατιῶται, διὰ τὸ ἡδέως ἐσθίειν καὶ ὑγιαίνειν. καὶ ἄλλα πλεῖστα.

Ἀνίδρυτοι. ἀστήρικτοι. [2]Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος· ἀντὶ τοῦ, ἀνιξίλαστοι.

Ἀνιμῶσα[3] κόλπον. ἀνέλκουσα καὶ ἀναχαλῶσα τὸν πέπλον, ἀπογυμνοῦσα τὸ κατὰ τοὺς μαστοὺς κόλπωμα. καί, [4]Αἶγας ἀνιμῶντες.

Ἀνιέντα. ἐνδόντα.

Ἀνίερος. ᾧ ἱερεῖα μὴ θύεται. καὶ Ἀνίερος, ὁ ἱερῶν μὴ μετέχων.

Ἀνιερώσαντες. ἀναθέντες.

Ἀνίει. ἀφίει. ἐνεδίδου. ἐχαυνοῦτο. Οὐδὲν δὲ πλέον ἀνίει ὁ νεανίας. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ οὐκ ἀνίει τοῦ δρόμου. καὶ ἀντὶ τοῦ, ἔληγεν. Ὁ δὲ ἱκετεύων ὑπὲρ πάντων οὐκέτι ἀνίει. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ ζητῶν οὐκ ἀνίει, καὶ λαμβάνων οὐκ ἐνεπίμπλατο. Καὶ αὖθις· Οἱ δὲ τὸ πολὺ τῆς τόλμης [5]παρεληλύθεισαν. οὐ μὴν ἀνιεσάν γε, ἀλλὰ παρακελευόμενοι σφίσιν αὐτοῖς πάσῃ δυνάμει προσέκειντο τῇ πολιορκίᾳ. Καὶ αὖθις· Μήτε νύκτωρ, μήτε μεθ' ἡμέραν ἀνιέντι τοῦ πλοῦ.

Ἀνιείς. ἀφιείς. ἢ παρορμῶν.

Ἀνιηθέντα. λυπηθέντα.

Ἀνιηρέστερος. λυπηρότερος.

Ἀνίησι. καταλιμπάνει.

Ἀννίκερις,[6] Κυρηναῖος, Φιλόσοφος, ὃς Ἐπικούρειος ἐγένετο, καίτοι ὢν [7]Παραβάτου γνώριμος, τοῦ Ἀριστίππου ἀκηκοότος. ἦν δὲ τῷ Ἀννικέριδι καὶ ἀδελφὸς Νικοτέλης ὄνομα, Φιλόσοφος. μαθητὴς δὲ αὐτοῦ ἐπιφανὴς Ποσειδώνιος. ἐκ τούτου αἵρεσις ἡ κα-

stibus illatæ magnitudinem Carthaginensibus ob oculos ponere vellet, tres Atticos medimnos aureis annulis plenos in Libyam misit, quos equestris & Senatorii ordinis viris a se spoliatis detraxerat. † Quidam Carthaginenses ad hostium copias explorandas ab Annibale missi in Romanos inciderunt: quos ad se deductos Publius nullo malo affecit; sed eos castra circumire jussit, & cœnatos dimisit incolumes, Annibali renunciaturos, quis esset exercitus Romani status.

Ἀνιγρός. Malus. Et Ἀνιγρόν. Molestum.

Ἀνιδρωτί, & Ἀνιδρωτί. Sine sudore. *Haud enim sine sudore & molestia hæc oppida in suam potestatem redegerunt.* Et rursus: *Cyri milites ad prandium sine sudore non accedebant, ut & cum voluptate ederent, & valetudini suæ consulerent.*

Ἀνίδρυτοι. Non firmati. Apud Demosthenem contra Aristogitonem significat Implacabiles.

Ἀνιμῶσα κόλπον. *Nudans sinum, peplumque subducens & laxans.* [Ἀνιμῶσα enim hic significat] ἀπογυμνοῦσα. Et, Αἶγας ἀνιμῶντες, *capras excoriantes.*

Ἀνιέντα. Remittentem. Cedentem.

Ἀνίερος. Cui nullæ victimæ immolantur. Et Ἀνίερος, nullorum sacrorum particeps.

Ἀνιερώσαντες. Qui consecrarunt. Qui dedicarunt.

Ἀνίει. Cedebat. Remittebat. Remissior fiebat. *Adolescens nihil prorsus [de sua pertinacia] remittebat.* Et iterum: *Ille vero de cursu nihil remittebat.* Item accipitur pro ἔληγεν, cessabat. *Ille vero pro omnibus suppliciter orare non cessabat.* Et rursus: *Ille vero quærere non cessabat, & accipiens non replebatur.* Et rursus. *Illi vero de audacia sua multum remiserunt: non tamen ab incœpto destiterunt, sed se mutuo adhortantes totis viribus in obsidionem incubuerunt.* Et iterum: *Neque noctu, neque interdiu navigationem intermittenti.*

Ἀνιείς. Dimittens. Vel Incitans.

Ἀνιηθέντα. Dolore affectum.

Ἀνιηρέστερος. Molestior.

Ἀνίησι. Dimittit. Relinquit.

Ἀννίκερις. Anniceris, Cyrenæus, Philosophus, qui fuit Epicureus, quamvis esset discipulus Parabatæ, qui Aristippum audivit. Erat Anniceridi frater, nomine Nicoteles, Philosophus. Ipsius vero discipulus illustris fuit Posidonius. Ab hoc secta, quæ vocatur

1 Ἀνιγρός. ὁ φαῦλος.] Hesychius vocem istam per δυσώδης etiam exponit: cujus notæ illustrandæ gratia obiter moneo, fuisse in Peloponneso fluvium quendam fœdi & tetri odoris, Ἄνιγρος vocatum, ut testatur Pausanias *Eliac. Poster.* cap. v. his verbis: Ὁ δὲ Ἄνιγρος ποταμὸς ἐξ Ἀρκαδικοῦ μὲν κάτεισιν ὄρους Λαπίθου, παρέχεται δὲ εὐθὺς ἀπὸ τῶν πηγῶν ὕδωρ οὐκ εὐῶδες ἀλλὰ καὶ δυσοσμίᾳ δεινῶς. i. e. *Aniger vero hic ex Lapitho monte Arcadiæ oritur, & statim a fontibus minime grati teterrimique odoris aquam fundit.* Hic locus interpretationem Hesychii confirmat, eamque veram esse probat, sive a fluvio hoc omnia graviter olentia appellata fuerint ἀνιγρά; sive, quod potius crediderim, a fœdo odore nomen fluvio huic inditum fuerit.

2 Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογ. ἀντὶ τοῦ, ἀνιξ.] Ex Harpocratione, ad quem vide Valesium.

3 Ἀνιμῶσα κόλπον, ἀνέλκ.] Vide Hesychium hac voce.

4 Αἶγας ἀνιμῶντες] Hæc sunt verba Homeri Odyss. Ε. v. 300. ubi vide Scholiastam.

5 Παρεληλύθεισαν] Vox est suspecta, & a sensu hujus loci aliena.

6 Ἀννίκερις, Κυρηναῖος, Φιλ.] De hoc Anniceride vide quæ congessit Menagius ad Laert. lib. II. Segm. LXXXVI.

7 Παραβάτου] Hujus *Parabatæ* meminit Laertius in *Aristippo*, Segm. LXXXVI.

λωμένη Ἀννικέρειος. ἦν δὲ ἐπὶ Ἀλεξάνδρου.

Ἄνιθι. ἄνελθι.

Ἀνιλλομένη. καθυποκρινομένη. κυρίως δὲ Ἀνίλλεσθαι, τὸ ἀπαξιοῦν.

Ἀνιλυσπᾶ.[1] ἀνέβαινες.

Ἀνιμᾶσθαι. ἀντλεῖν. ἀρύεσθαι. ἀναφέρειν. καὶ Ἀνιμώμενος, ἀντλῶν, ἀνέλκων. ἱμονιὰ γὰρ τὸ ἀντλητήριον, ἀπὸ τοῦ ἱμάς. καὶ ἱμητόν, τὸ ἀντλητόν. καὶ Ἀνιμῆσθαι, διὰ τοῦ η.

Ἀνίμων[2] τοῖς δόρασιν. ἀντὶ τοῦ ἀνεῖλκον.

Ἀνιώμενος. λυπούμενος.

Ἀνιππασία,[3] καὶ διιππασία. ἡ τῶν [4] ἵππων ἅμιλλα. ὥσπερ διωμοσία καὶ ἀντωμοσία τὸ αὐτὸ ἄμφω δηλοῦσιν.

Ἀνιωχμός.[5] ἡ μάχη.

Ἄνιππος. ἵππων ἐστερημένος. [6] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Ἀλλ' οὐ περιόψεταί με ὁ θεῖος Μεγακλέης ἄνιππον.

Ἀνίπτοις ποσίν. ἀντὶ τοῦ ἀνετοίμοις, καὶ χωρὶς ἱεροῦ παρασκευῆς. παροιμία· Ἀνίπτοις ποσὶν ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ τέγος. ἐπὶ τῶν ἀμαθῶς ἐπί ἱερὰ ἔργα καὶ πράξεις ἀφικνουμένων. [7] Ὅμηρος· Ἀνιπτόποδες, χαμαιεῦναι.

Ἀνίεισιν. ἐνδίδωσιν.

Ἄνισον. τὸ μὴ ὂν ἴσον. σημαίνει δὲ καὶ εἶδος βοτάνης. καὶ Ἀνισοφυές, ἀνόμοιον. Ἰστέον ὡς ἔνια τῶν ἐναντίων στερήσει θατέρου λέγεται· οἷον ἄνισον, ἐναντίον μέν ἐστι τῷ ἴσῳ, στερητικὸν δὲ ὄνομα. οὐ γὰρ οἰκείαν τινὰ φύσιν σημαίνει, ὥσπερ τὸ κακὸν τὸ ἐναντίον τῷ ἀγαθῷ ὄν· ἀλλὰ σημαίνει ἀπόφασιν τοῦ ἐναντίου ἐν τῷ πεφυκότι δέχεσθαι ἀμφότερα. τὸ γὰρ ἄνισον οὐκ ἴσον ἐστὶν ἐν τοῖς ποσοῖς, ἃ πέφυκε δέχεσθαι καὶ ἰσότητα. ὁμοίως καὶ τὸ ἀνόμοιον οὐχ ὅμοιον ἐν τοῖς ὁμοιότητος δεκτικοῖς. τοιοῦτον δὴ στέρησις. ἀπόφασις γάρ ἐστιν ἐν τοῖς τὴν ἕξιν πεφυκόσι δέχεσθαι. [8] οὐ μὴν ἀκριβὴς στέρησις καὶ τὸ ἀνόμοιον ἀλλ' ἐναντία. τὸ μὲν, τῷ ἴσῳ· τὸ δὲ, τῷ ὁμοίῳ. διαφορὰ δ' αὐτῶν πρὸς τὰς κυρίως στερήσεις, ὅτι ἀπὸ μὲν τῆς στερήσεως οὐκ ἔστιν ἐπάνοδος πρὸς τὴν ἕξιν· ταῦτα δὲ μεταβάλλεσθαι οἷά τε ἐπὶ τὰ ἀντικείμενα. καὶ γὰρ τὸ ἄνισον ἴσον ἂν γένοιτο, καὶ τὸ ἀνόμοιον ὅμοιον.

Ἀνισάμεναι. αἰχμαλωτιζόμεναι.

Ἀνίστη. ἀντὶ τοῦ ἐφίστη. καὶ Ἀνίστω, ἀντὶ τοῦ ἀνίστασο. Ἀμειψίας.

Ἀνίσχαδον.[9] τὸ ἄτοκον, καὶ ἀθήλαστον.

Ἀνίσχων. ἀνατέλλων. καὶ Ἀνίσχουσα, ἀναδύουσα.

Anniceria, orta est. Vixit autem Alexandri tempore.

Ἄνιθι. Ascende.

Ἀνιλλομένη. Histrionem agens. Proprie autem Ἀνίλλεσθαι significat, indignum judicare.

Ἀνιλυσπᾶ. Ascendebas.

Ἀνιμᾶσθαι. Haurire. Sursum trahere. Attollere. Et Ἀνιμώμενος, hauriens, sursum trahens. Ἱμονιὰ enim appellatur haustrum, ab ἱμάς. Et Ἱμητόν, haustum. Dicitur etiam Ἀνιμῆσθαι, per η.

Ἀνίμων τοῖς δόρασιν. Hastis sursum trahebant.

Ἀνιώμενος. Dolore affectus.

Ἀνιππασία, & διιππασία. Certamen equestre. Sic etiam διωμοσία & ἀντωμοσία idem significant.

Ἀνιωχμός. Prælium. Pugna.

Ἄνιππος. Equis carens. Aristophanes *Nubibus: At avunculus Megacles non patietur me equis carere.*

Ἀνίπτοις ποσίν. Illotis pedibus. Proverbium: *Illotis pedibus in tectum ascendens.* In eos, qui inscite ad opera & actiones se accingunt. Homerus: *Illotis pedibus incedentes, & humi cubantes.*

Ἀνίεισιν. Cedit. Remittit.

Ἄνισον. Inæquale. Significat & herbæ genus. Et Ἀνισοφυές, dissimile. Sciendum, quædam contraria per privationem alterius dici. Velut Ἄνισον, (*Inæquale*) contrarium est *Æquali*, & privationem tantum significat. Neque enim est nomen rei, propriam naturam habentis, ut malum, quod est bono contrarium: sed significat contrarii negationem in re, cui utrumque inesse potest. *Inæquale* enim est *Non-æquale* in *Quantis*, quæ ita comparata sunt, ut etiam *Æqualitatem* recipere possint. Pariter etiam *Dissimile* est *Non-simile* in rebus, in quas *Similitudo* cadit. Privatio igitur est negatio in iis, quæ habitum natura admittunt. Haud tamen τὸ *Inæquale* & *Dissimile* prorsus sunt privatio; sed contraria: illud quidem, τῷ *Æquali*; hoc vero τῷ *Simili*. Differunt autem a privationibus, proprie ita dictis, quod a privatione non datur transitus ad habitum: hæc vero in opposita mutari possunt. Nam & *Inæquale* fieri potest *Æquale*, & *Dissimile*, *Simile*.

Ἀνισάμεναι. In captivitatem redactæ.

Ἀνίστη. Pro ἐφίστη. Et Ἀνίστω, pro ἀνίστασο. Amipsias.

Ἀνίσχαδον. Sterile. Non lactans.

Ἀνίσχων. Oriens. Et Ἀνίσχουσα. Exoriens. Emergens.

1 Ἀνιλυσπᾶ] Scribe ἀνειλυσπᾷ, ut supra.

2 Ἀνίμων τοῖς δόρασιν] Hæc sunt verba Xenophontis, ut monuimus supra v. Ἀνίμων.

3 Ἀνιππασία, καὶ διιπ.] Portus recte monuit legendum esse ἀνθιππασία. Vide Hesychium v. Ἀνθιππασίαι.

4 Τῶν ἵππων] Lege τῶν ἱππέων, ut apud Hesychium.

5 Ἀνιωχμός] Duæ voces hic in unam conflatæ sunt. Scribendum enim est, Ἂν ἰωχμόν, ut habet Hesychius; idque interpretandum, κατὰ τὴν μάχην. Homerus Il. Θ. v. 89. Ἠλθον ἂν' ἰωχμόν: ubi brevis Scholiasta: Ἂν ἰωχμόν. κατὰ τὸν θόρυβον, ὅ ἐστι, τὴν δίωξιν.

6 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 66. P.

7 Ὅμηρος] Il. Π. v. 235.

8 Οὐ μὴν ἀκριβὴς στέρησις καὶ τὸ ἀνόμοιον] Sic quidem omnes Edit. habent. Sed sensus loci aperte ostendit, excidisse hic aliquid, & legendum esse, οὐ μὴν ἀκριβὴς στέρησις [τὸ ἄνισον] καὶ τὸ ἀνόμοιον: quod in versione secutus sum.

9 Ἀνίσχαδον] Etymologus habet ἀνίσχαλον. Sed lectionem Suidæ præferendam esse vel ex ipso Etymologo patet, apud quem v. Σχαδὼν recte scriptum est ἀνίσχαδον, ut hic apud Suidam.

Ἀνίτω.

Ἀνίτω. ἀναδιδόσθω.

Ἀνθεμίδων.

[1] Ἄλσος δ' Ἄρτεμι, τοῦτο, καὶ εἰ Χαρίτεσσι θυώσαις

Εἴη, ἐπ' ἀνθεμίδων σύμβολα χεῦρα βαλεῖν.

ἀντὶ τοῦ ἀνθέων. καὶ Ἀνθεμίδης, πατρωνυμικόν.

Ἀνθέμιον. τὸ [2] ἔκλεκτον χρυσίον. καὶ Ἀνθέμιος, ὄνομα κύριον.

Ἀνθεμόεντα. ἀνθηματικόν. διηνθισμένον. ποικίλον. καὶ [3] Ἀνθεμόεις λειμών, ὁ ἔχων ἄνθη. καὶ Ἀνθεμοίσιος, ὄνομα κύριον.

Ἀνθεμόκριτος, [4] Ἀθηναῖος μὲν τὴν κήρυξ, ἀπεσφάγη δὲ ὑπὸ Μεγαρέων, ἀπαγορεύων αὐτοῖς τὴν ἱερὰν ὀργάδα μὴ ἐργάζεσθαι.

Ἀνθεμοῦς. πόλις ἐστὶ Μακεδονική. καὶ Ἀνθεμουσία γῆ. [5] Ὁ δὲ Τραϊανὸς ἐξελαύνει ὡς ἐπὶ τὴν Ἀνθεμουσίαν γῆν. ἐπὶ ταύτην γὰρ καὶ Αὔγαρος ὑφηγεῖτο ἰέναι.

Ἀνθέμων. ῥόδων. [6] Ἀριστοφάνης· Πῶς ἂν ἐμὲ καὶ σέ τις ἔρως ξυναγάγῃ λαβών, ὥσπερ ὁ γεγραμμένος φησί. Ζεῦξις ὁ ζωγράφος ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἀφροδίτης ἔγραψεν Ἔρωτα ὡραιότατον, ἐστεμμένον ῥόδοις.

Ἀνθεμωνίδης, πατρωνυμικόν.

Ἀνθέων. [7] τὴν γενικὴν ὁμοίως τοῖς Ἴωσιν οἱ Ἀττικοί. Ἕρμιππος Ἀθηνᾶς Γοναῖς· Κηροπάγητον ἀνθέων ὕφασμα καινὸν ὁρῶν. καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς· Λεπτοὺς διαψαίρουσα πέπλους ἀνθέων γέμοντας. καὶ Ἀρισταγόρας Μαμμακύθῳ. οὕτως δὲ καὶ βελέων, καὶ ὀρέων, καὶ ἕτερα πλεῖστα Ξενοφῶν λέγει.

Ἀνθέξεται. ἀντιλήψεται. Καὶ [8] ἀνθέξεται κρίματος ἡ χείρ μου.

Ἀνθερεών. ὁ ὑπὸ τὸ γένειον τόπος. λάρυγξ.

Ἀνθέρικες. αἱ τῶν σταχύων περιβολαί. τὰ ἄκρα. Ἡρόδοτος [9] δὲ τοὺς καυλοὺς φησι τῶν ἀσφοδέλων. εἰσὶ δὲ ἄθραυστοι. ἢ Ἀνθερίκων, ἀνθηρῶν, ἢ λαμπρῶν.

Ἀνθ' [10] ἕρματος πολλὰς καταπεπωκὼς δίκας. ἀντὶ λίθου. ἐπεὶ αἱ γέρανοι πετόμεναι ἐν τῷ στόματι ψήφους φέρουσι στηρίγματος εἵνεκα, πρὸς τὸ μὴ παραφέρεσθαι ἀνέμοις.

Ἀνθ' Ἑρμιόνος. [11] ἐπὶ τῶν ὁμοίως ἱερὰ διασωζόντων. Ἑρμιόνη γὰρ ἐν Πελοποννήσῳ πόλις Κόρης καὶ

Ἀνίτω. Reddatur.

Ἀνθεμίδων. Florum. * * * * * * * * * * * * * * * * Et Anthemides, patronymicum.

Ἀνθέμιον. Aurum optimum. Et Anthemius, nomen proprium.

Ἀνθεμόεντα. Floridum. Variis coloribus ornatum. Versicolor. Et Ἀνθεμόεις λειμών, pratum habens flores. Et Anthemoisius, nomen proprium.

Ἀνθεμόκριτος. Anthemocritus, Atheniensis præco, quem Megarenses interfecerunt, quod eos agrum sacrum colere vetuisset.

Ἀνθεμοῦς. Urbs est Macedoniæ. Inde dicta est terra Anthemusia. *Trajanus vero in terram Anthemusiam cum exercitu profectus est. Illuc enim & Abgarus suadebat ut iret.*

Ἀνθέμων. Rosarum. Aristophanes: *Quomodo me tibi aliquis Amor jugaverit, ut ille quem rosis coronatum pinxerunt.* Zeuxis pictor in Veneris templo Amorem formosissimum & rosis coronatum pinxit.

Ἀνθεμωνίδης. Anthemonides. Patronymicum.

Ἀνθέων. Florum. Attici hunc genitivum æque ac Iones usurpant. Hermippus in *Minervæ Natalibus*: *Novam florum telam cera textam cernens.* Et in sequentibus: *Tenues agitans peplos floribus refertos.* Item Aristagoras *Mammacytho.* Sic etiam βελέων, & ὀρέων, & alia plura absque contractione Xenophon effert.

Ἀνθέξεται. Sibi vendicabit. Apprehendet. *Et manus mea judicium apprehendet.*

Ἀνθερεών. Locus, qui est sub mento. Mentum.

Ἀνθέρικες. Spicarum summæ partes. Herodotus vero asphodelorum caules sic appellat. Ii autem haud facile franguntur. Vel Ἀνθερίκων significat Floridorum, vel Splendidorum.

Ἀνθ' ἕρματος. *Postquam firmamenti loco multas deglutivi lites.* [Ἀνθ' ἕρματος,] i. e. loco lapidis. Grues enim volantes saburræ loco lapides in ore ferunt, ne a ventis transversæ auferantur.

Ἀνθ' Ἑρμιόνος. In eos, qui supplices servant. Hermione enim urbs in Peloponneso, Proserpinæ & Cereri sacra, asylum habebat, quod

1 Ἄλσος δ', Ἄρτεμι, τοῦτο, καὶ χαρ.] Distichum hoc nec in Anthologia edita, nec inedita, me legisse memini, ejusque versionem prætermisi, quoniam sensus ejus est obscurus & imperfectus, qui non nisi ex ipso Epigrammate, ex quo Suidas ista decerpsit, illustrari & suppleri potest.

2 Τὸ ἔκλεκτον χρυσίον] Sic etiam Hesychius. Salmasius tamen ad Solinum pag. 761. legendum contendit τὸ ἤλεκτρον χρυσίον; quem vide.

3 Ἀνθεμόεις λειμών. ὁ ἔχων ἄνθη] Vide Scholiastam Homeri ad Il. Β. v. 467.

4 Ἀνθεμόκριτος. Ἀθην. μὲν τὴν κήρυξ] Ex Harpocratione: ad quem vide Valesium.

5 Ὁ δὲ Τραϊανὸς ἐξελαύνει ὡς ἐπὶ τὴν Ἀνθ.] Hoc fragmentum repetitur infra v. Ὑφηγήσονται.

6 Ἀριστοφάνης] Apud Aristophanem in *Acharnens.* p. 418. (300. Edit. Bas. ut Portus observavit) locus hic ita legitur:

Πῶς ἄν ἐμὲ καὶ σέ τις Ἔρως ξυναγάγοι λαβών,
Ὥσπερ ὁ γεγραμμένος ἔχων στέφανον ἀνθέμων.

Vide ibi Scholiastam, cujus verba Suidas descripsit.

7 Ἀνθέων. τὴν γενικὴν ὁμ.] Hanc notam Suidæ confirmat Thomas Magister in *Eclog. Attic.* Ἀνθέων, οὐκ ἀνθῶν. Φιλόστρατος ἐν Εἰκόσιν· Ἡ γὰρ τῶν ἀνθέων ἰδέα.

8 Καὶ ἀνθέξεται κρίματος ἡ χείρ μου] Hæc sunt verba Davidis in Psalmo aliquo, qui nunc non succurrit.

9 Ἡρόδοτος δὲ τοὺς κ.] An Suidas respexit locum Herodoti, qui exstat lib. IV. pag. 179? Vide Portum in Lexico Ionico.

10 Ἀνθ' ἕρματος πολλὰς καταπ.] Hæc sunt verba Aristophanis in *Avibus* pag. 422. ubi consule Scholiastam. *P.*

11 Ἐπὶ τῶν ὁμοίως ἱερὰ διασ.] Apud Zenobium rectius scriptum est. ἐπὶ τῶν σωζόντων τοὺς ἱκέτας, quam lectionem in versione secutus sum. Sequitur apud Zenobium: Ἐπειδὴ ἐν Ἑρμιόνῃ τῆς Πελοποννήσου ἱερὸν τῆς Κόρης καὶ Δήμητρος, ἀσφάλειαν παρέχον τοῖς καταφεύγουσι.

Δήμητρος ἄσυλος, ὥστε σκέπην παρέχειν τοῖς ἱκετεύουσι.

Ἀνθεστηριών.[1] ὄγδοος μὴν ἐστὶ παρ' Ἀθηναίοις, ἱερὸς Διονύσου. κεκλῆσθαι δὲ αὐτὸν οὕτω, διὰ τὸ πλεῖστα τῶν ἐκ γῆς ἀνθεῖν τότε.

Ἄνθεια. πόλις. καὶ [2]ὄνομα ἑταίρας. τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ θῆτα διὰ τοῦ τ Ἄντεια γράφουσιν.

Ἀνθείλοντο. προείχειναι.

Ἀνθεινός. ὁ ἐξ ἀνθέων. καὶ ὁ χρόνος.

Ἄνθεια. ἐπίθετον Ἥρας.

Ἄνθη. μία τῶν Ἀλκυονίδων. καὶ ζήτει ἐν τῷ Ἀλκυονίδες.

Ἀνθηδόνιος.[3] ἀπὸ Ἀνθηδόνος οἶνος.

Ἀνθηδών. ὄνομα πόλεως Βοιωτίας. [4]Ὅμηρος· Ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν.

Ἀνθήλιος. ἡ σελήνη. καὶ τὸ ἀποσκίασμα τῆς τοῦ ἡλίου ἀνταυγείας. ἔστι δὲ καὶ τὸ μίμημα, ἢ [5]ἀντάλλαγμα, ὡς Θεόπομπος. σημαίνει δὲ καὶ τὰ ἐπισκοτοῦντα τῷ ἡλίῳ νέφη, ἃ καὶ Ἀνθήλια καλεῖται.

Ἀνθηρά. Ξενοφῶν. Ὥσπερ ἐν τοῖς μουσικοῖς τὰ νέα καὶ τὰ ἀνθηρὰ εὐδοκιμεῖ. [6]Τῶν ὀρνέων τὰ μὲν χρήσιμα καὶ ἀνθηρὰ κατὰ τοὺς οἴκους ἀνατρεφόμενα· τὰ δὲ μὴ ἀνθηρὰ ἐσθίομεν. Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσιν· Εἶδες,[7] ὦ πᾶσα πόλι, τὸν φρόνιμον ἄνδρα, τὸν ὑπέρσοφον, οἷον ἔχει σπεισάμενος ἐμπορικὰ χρήματα διεμπολᾶν· ὧν τὰ μὲν ἐν οἰκίᾳ χρήσιμα, τὰ δ' αὖ πρέπει χλιαρὰ κατεσθίειν.

Ἀνθηρημένος. ἀντιλαμβανόμενος, ἢ προκεκειμένος.

Ἄνθης.[8] ἀνθήσεως.

Ἀνθίας. ὄνομα ἰχθύος.

Ἀνθίνη. πόλις. καὶ ἡ ἐπωμίς. καὶ [9]Ἄνθινον, ἀνθηρὸν, βαπτόν. καὶ Ἄνθινος χιτών.

Ἀνθιππασία, ὁ ἱππικὸς ἀγών.

Ἀνθίσασθαι[10] μουσικῆς. καὶ ἠνθισμένοι μουσικῆς, οἱ ἠθροικότες τὰ ἄνθη τῆς μουσικῆς.

Ἀνθομολογησόμεθα. ἀντὶ τοῦ εὐχαριστήσομεν. [11]Δαβίδ· Ἀνθομολογησόμεθά σοι ὁ Θεός. [12]Ὑπὲρ τῆς εὐεργεσίας ὁμολογοῦμεν χάριτας, καὶ ἀναγράψαντες ταύτας

A N

supplices eo confugientes ab injuria tutos præstabat.

Ἀνθεστηριών. Anthesterion, est octavus mensis apud Athenienses, Baccho sacer. Sic autem ipsum vocatum tradunt, quod pleraque eorum, quæ ex terra nascuntur, tunc floreant.

Ἄνθεια. Anthea, urbs: & nomen meretricis. Quidam vero pro θ scribunt τ, Ἄντεια.

Ἀνθείλοντο. Anteposuerunt.

Ἀνθεινός. Floridus. Sic etiam vocatur tempus, [quo flores florent.]

Ἄνθεια. Junonis epithetum.

Ἄνθη. Anthe. Una Alcyonidum. Quære in Ἀλκυονίδες.

Ἀνθηδόνιος οἶνος. Vinum Anthedonium.

Ἀνθηδών. Anthedon. Nomen urbis Bœotiæ. Homerus: *Et Anthedonem extremam.*

Ἀνθήλιος. [Adversus vel oppositus Soli.] Sic Luna vocatur, cum est opposita Soli. Item, repercussus Solis splendor. Interdum etiam imitatio, aut permutatio: ut Theopompus. Ἀνθήλια etiam vocantur nubes, quæ Solis lucem nobis eripiunt.

Ἀνθηρά. Florida. Xenophon: *Quemadmodum in Musicis nova & florida valde probantur.* Aves utiles & pulchra colorum varietate præditas in ædibus alimus; eas vero, quæ tales non sunt, comedimus. Aristophanes Acharnensibus: ***Vidisti, tota civitas, prudentem illum & sapientissimum virum, qui fœdus nobiscum sancivit, merces suas divendere: quarum aliæ quidem domi sunt utiles, alias vero tepidas comedere oportet.***

Ἀνθηρημένος. Alterius loco electus. Item, antepositus.

Ἄνθης. Idem significat quod ἀνθήσεως.

Ἀνθίας. Anthias. Nomen piscis.

Ἀνθίνη. Anthine, urbs. Item, humerale. Et Ἄνθινον, floridum, [variis coloribus] imbutum. Et Ἄνθινος χιτών, tunica variis coloribus ornata.

Ἀνθιππασία. Certamen equitum.

Ἀνθίσασθαι μουσικῆς. Musicæ flores legere. Et ἠνθισμένοι μουσικῆς, qui Musicæ flores collegerunt.

Ἀνθομολογησόμεθα. Gratias agemus. David: *Gratias agemus tibi, o Deus.* Id est, pro beneficio in nos collato gratias agemus, hasque scriptis mandabimus. Et Ἀνθωμολογεῖτο, nar-

1 Ἀνθεστηριών. ὄγδ.] Ex Harpocratione.

2 Καὶ ὄνομα ἑταίρας. τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ θ.] Athenæus lib. XIII. p. 586. variis meretrices recensens, etiam Antheæ hujus mentionem facit; & deinde addit: *Μήποτε δὲ δεῖ γράφειν ἀντὶ τῆς Ἀνθείας Ἀντείαν. οὐ γὰρ εὗρον ἐγὼ παρ' οὐδενὶ Ἄνθειαν ἀναγεγραμμένην ἑταίραν. Forte autem pro Ἄνθεια scribendum est Ἄντεια. Apud nullum enim scriptorem Antheam meretricis nomen esse reperio.* Ex hoc loco Athenæi Suidas notam suam deprompsit. Vide etiam Harpocrationem v. Ἄνθεια, qui itidem Athenæi vestigia secutus est.

3 Ἀνθηδόνιος. ἀπὸ Ἀνθ.] Vide Athenæum lib. I. pag. 31. & supra v. Ἀλτηφιάς.

4 Ὅμηρος] Il. B. v. 508.

5 Ἀντάλλαγμα] Quem sensum vox ista hoc loco habere possit non video. Quare puto mendum ei inesse, & scribi debere ἀνταύγημα, vel ἀνταύγασμα, i. e. repercussio lucis; quod multo melius loci hujus sensui quadrat.

6 Τῶν ὀρνέων τὰ μὲν χρ. καὶ ἀνθ. κατὰ τοὺς οἴκους ἀνατρ. τὰ δὲ μὴ ἀνθ. ἐσθ.] Hæc sunt verba Scholiastæ Aristoph. ad *Acharn.* pag. 299. (Ed. Bas.) ut Portus observavit.

7 Εἶδες, ὦ πᾶσα πόλι, τὸν φρ.] Metrum hujus loci in integrum restituendum est ex Aristophane. quem vide.

8 Ἄνθης. ἀνθήσεως] Male Portus pro ἄνθης hoc loco scribendum censebat ἀνθήσεως. Est enim τὸ ἄνθης genitivus, a recto ἄνθη, quod Attici dicunt pro ἄνθησις, ut αὔξη pro αὔξησις, σύλη pro σύλησις, multaque alia hujus generis. Thomas Magister: Αὔξην καὶ ἄνθην Ἀττικοί. οὐκ αὔξησιν, οὐδὲ ἄνθησιν.

9 Ἄνθινον, ἀνθηρόν,] Vide Salmasium ad Trebell. Poll. p. 328.

10 Ἀνθίσασθαι μουσικῆς] Videtur aliquid deesse, & legendum Ἀνθίσασθαι τὰ τῆς μουσικῆς.

11 Δαβίδ] Psalm. LXXIX. v. 13.

12 Ὑπὲρ τῆς εὐεργεσίας ὁμολ. χάριτας, καὶ ἀναγρ. ταύτας παιδεύσομεν] Hæc sunt verba Theodoreti ad Psalmum modo laudatum, sed mutila, quæ proinde integra hic describam, ut, quis sit hujus loci sensus, Lector clarius intelligat. Ἡμεῖς ὁ λαός σου χρηματίζοντες, καὶ πρόβατον ὀνομαζόμενοι σόν, ἀδιαλείπτως σοι τοὺς ὕμνους προσοίσομεν· καὶ τὰς ὑπὲρ τῆς εὐεργεσίας ὁμολογήσομεν χάριτας, καὶ ἀναγράψαντες ταύτας παιδεύσομεν τοὺς ἐσομένους ἀνθρώπους, προσοίσομεν τὴν τούτων διήγησιν. i. e. *Nos, qui populus tuus vocamur, tuusque grex nominamur, semper hymnos tibi offeremus, & gratias pro beneficiis agemus; cumque literis ea mandaverimus, posteris eorum narrationem trademus.*

παιδ-

ποιήσομεν. καὶ Ἀνθωμολογεῖτο. διηγεῖτο. Ὁ δὲ [1] ἀνθωμολογεῖτο πρὸς ἐνίας τῶν ἐν Ῥώμῃ μετὰ ταῦτα μηδὲν ἑωρακέναι φοβερώτερον καὶ δεινότερον φάλαγγος τῆς Μακεδονικῆς. Καὶ αὖθις· Ταῦτα μὲν οὖν ἀνθωμολογήσαντο πρὸς ἀλλήλους. ἀντὶ τοῦ συνέθεντο, συνεφώνησαν. Καὶ αὖθις· Περὶ Σωκράτους τάδε ἐγράψατο καὶ ἀνθωμολογήσατο Μέλιτος.

Ἀνθοσμίας.[2] εὐώδης οἶνος. εὔοσμος. ἀπὸ τόπου Ἀνθοσμίου· ἢ ὡς ἀπὸ εἴδους ἀμπέλου, ἢ ὁ ἡδὺς, καὶ πρόσοσμος, καὶ ἀνθηρός. [3] Ἀνθοσμίας, εὐώδης οἶνος, ἐγκειμένου τοῦ ἄνθους καὶ τῆς ὀσμῆς. παρὰ χώρας Ἀνθόσμιος, Ἀνθοσμίας. τὸν δὲ χυδαῖον οἶνον καρηβαρίτην ἔλεγον. Ἀριστοφάνης Βατράχοις·

Διόνυσε πίνεις οἶνον οὐκ ἀνθοσμίαν.

ἀντὶ τοῦ μεθύεις, κραιπαλᾷς, σκληρὸν οἶνον πίνων. Ἄνθος λέγεται καὶ ἡ λευκὴ θρίξ· ὅθεν καὶ φάλανθος, ὁ φαλακρός.

Ἀνθ' ὅτου. ἀνθ' οὗ τινος.

Ἀνθῶ ἀεί.

Ἄνθρακες[4] ὁ θησαυρὸς ἦσαν. παροιμία ἐπὶ τῶν ἐλπιζόντων μὲν ἀγαθὰ, κακουμένων δὲ ἀφ' ὧν ἦν αὐτοῖς ἡ τῶν ἀγαθῶν ἐλπίς.

Ἄνθραξι[5] βαίνειν ἐχθρικὴν δηλοῖ βλάβην.

Ἀνθρακιά. πεπυρακτωμένοι ἄνθρακες. [6] Ὅμηρος·

Ἀνθρακιὴν στορέσας, ὀβελοὺς ἐφύπερθε τάνυσσε.

Καὶ [7] ἐν Ἐπιγράμματι·

Τρίγλαν ἀπ' ἀνθρακιῆς, καὶ φυκίδα σοὶ λιμενίτιν
Ἄρτεμι δωρεῦμαι.

Καὶ [8] Ἀνθρακίδες, λεπτοὶ ἰχθύες ὀπτοί· καὶ πάντα τὰ ἐπ' ἀνθράκων ὀπτώμενα οὕτω λέγονται. καὶ Ἀνθράκιον, βραχὺ τριποδίσκιον παρ' Ἀλέξιδι.

Ἀνθρήνη. εἶδος σφηκὸς ἡ ἀνθρήνη. [9] καταχρῶνται δὲ οἱ ποιηταὶ καὶ ἐπὶ μελισσῶν. καὶ Ἀνθρήνια. [10] Ἐξελεῖν ἡμῶν πρὸς βίαν τἀνθρήνια. τὰς μελίσσας δηλονότι. Τὸ [11] ὀφθαλμὼ κεντούμενος ὥσπερ ὑπ' ἀνθρηνῶν, ὑπὸ τῶν γνωμῶν ἀπολεῖται. συγγενὴς ἐστὶ τῇ μελίσσῃ ἡ ἀνθρήνη, σφηκὶ παραπλησία. καὶ τὸ πλάσμα, ἀνθρήνιον.

Ἀνθρωπαρέσκεια.[12] ἡ πρὸς ἀνθρώπους σπουδή.

Ἀνθρωπεία φύσις.

Ἀνθρωπίζω. τὰ τῶν ἀνθρώπων φρονῶ.

Ἀνθρώπινον δεῖπνον. Διωκομένην ὑπό τινων τὴν ἑ-

rabat. *Ille vero Romæ apud quosdam postea confessus est, se nihil formidabilius & terribilius phalange Macedonica vidisse.* Et Ἀνθωμολογήσαντο ponitur pro συνέθεντο, pacti sunt. *Hæc ipsi pacti sunt inter se.* Et iterum: *De Socrate Melitus hæc scripsit & aperte confessus est.*

Ἀνθοσμίας. Vinum grati odoris. Vinum odoratum. Vel ab Anthosmio loco sic dictum: vel ut a vitis genere sic appellatum, vel suave, & gratum habens odorem, & generosum. Ἀνθοσμίας est vox composita ex ἄνθος & ὀσμὴ, significans vinum grati odoris. Vinum vero vulgare appellabant καρηβαρίτην, i. e. caput gravans. Aristophanes in Ranis: *Bacche, non bibis vinum Anthosmium.* Id est, ebrietati & crapulæ indulges, quia vinum forte & austerum bibis. Ἄνθος etiam vocatur albus capillus: unde φάλανθος, calvus.

Ἀνθ' ὅτου. Cujus rei causa. Quamobrem.

Ἀνθῶ ἀεί. Semper floreo.

Ἄνθρακες ὁ θησ. *Pro thesauro carbones.* Proverbium in eos, qui bona quidem sperant, sed malis afficiuntur ab illis, unde bona sperabant.

Ἄνθραξι βαίνειν ἐχθρ. *Per carbones incedere portendit malum ab inimicis inferendum.*

Ἀνθρακιά. Carbones ardentes. Prunarum cumulus. Homerus: *Cum prunarum cumulum complanasset, verua desuper extendit.* Et in Epigrammate: *Triglam assatam, & phycidem piscem in portu captum tibi, Diana, dono.* Et Ἀνθρακίδες, pisciculi assati; itemque omnia, quæ supra carbones assata sunt, sic appellantur. Et Ἀνθράκιον, exiguus tripus apud Alexidem.

Ἀνθρήνη. Genus vespæ. Poetæ vero pro apibus etiam hoc nomine abutuntur. Et Ἀνθρήνια, [apum favi. Item, ipsæ apes.] *Adimere nobis cupiens per vim apes.* Τἀνθρήνια enim hic significat μελίσσας. *Faciem atque oculos sententiarum mearum aculeis, tanquam apum, compunctus peribit.* Ἀνθρήνη est api cognata, & vespæ similis. Favus vero, quem fingit, appellatur ἀνθρήνιον.

Ἀνθρωπαρέσκεια. Studium hominibus placendi.

Ἀνθρωπεία φύσις. Humana natura.

Ἀνθρωπίζω. Non affecto ea, quæ sunt supra sortem humanam. Aliorum hominum more me gero.

Ἀνθρώπινον. Humanitas. *Meretricem, quam*

1 Ὁ δὲ ἀνθωμολογεῖτο πρός τινας τ.] Fragmentum hoc repetitur infra v. Φάλαγξ.

2 Ἀνθοσμίας. εὐώδης οἶνος. εὔοσμος. ἀπὸ τόπου Ἀνθ.] Hanc notam descripsit Suidas ex Schol. Aristoph. ad *Plutum*, pag. 82. Vide etiam Athen. lib. 1. pag. 32. & Galenum in Exegesi Glossarum Hippocratis, v. Ἀνθίνην οἶνον.

3 Ἀνθοσμίας. εὐώδης οἶνος, ἐγκ.] Hæc, & quæ sequuntur, leguntur apud Schol. Aristoph. ad *Ranas*, pag. 266.

4 Ἄνθρακες ὁ θησ.] Vide Zenobium Adag. c1.

5 Ἄνθραξι βαίνειν ἐχθρικὴν δηλοῖ βλ.] Est senarius oneirocriticus, qui legitur apud Astrampsychum.

6 Ὅμηρος] Il. I. v. 213.

7 Ἐν Ἐπιγράμματι] Antholog. lib. v1. cap. 111. pag. 550. (415. Ed. Henr. Steph. ut Portus observavit.)

8 Ἀνθρακίδες, λεπτοὶ ἰχθ. ὀπτοὶ καὶ πάντα τὰ ἐπ' ἀνθρ. ὀπτ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Acharnens.* pag. 403. Vide eundem Scholiastam ad *Aves* pag. 612. & Hesych. v. Ἀπανθρακίδες & Ἐπανθρακίδες.

9 Καταχρῶνται δὲ οἱ ποιηταὶ καὶ ἐπὶ μελ.] Huc spectant verba Scholiastæ Aristophanis ad *Nubes* pag. 177. Ἀνθρήνας οἱ ποιηταὶ τὰς μελίσσας συνεχῶς. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης συγγενῆ τῇ μελίσσῃ τὴν ἀνθρήνην φησὶ. κυριώτερον δὲ ἐπὶ τῶν μελισσῶν τὰς ἀνθρήνας λέγουσιν.

10 Ἐξελεῖν ἡμῶν πρὸς βίαν τἀνθρήνια] Apud Aristophanem in *Vespis* pag. 508. versus integer sic legitur:

Ἐξελεῖν ἡμῶν φρονεῖν πρὸς βίαν τἀνθρήνια.

11 Τὼ ὀφθαλμὼ κεντούμενος ὥσπερ ὑπ' ἀνθρ.] Hæc sunt verba Aristophanis in *Nubibus* pag. 177. (107. Ed. Bas. ut Portus observavit.)

12 Ἀνθρωπαρέσκεια] Vide Suicerum in Thesauro Eccles. v. Ἀνθρωπαρέσκεια.

ταῖρον καταφυγεῖν εἰς τὸ οἰκίδιον· τὸν δὲ ἕνεκα τοῦ ἀνθρωπίνου εἰσδέξασθαι αὐτόν.

Ἀνθρωπίνως. [1] ἀντὶ τοῦ συμμέτρως. παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Βατράχοις. καὶ Ἀνθρωπίνως, ἀντὶ τοῦ καρτερικῶς, ὑπομενητικῶς. [2] Πολύβιος· Καὶ συμβέβηκε τοὺς μὲν ἐν ταῖς ἐπιτυχίαις ἐξουσίας μὴ δύνασθαι φέρειν ἀνθρωπίνως· ἐν δὲ ταῖς περιπετείαις εὐλαβῶς ἵστασθαι καὶ νουνεχῶς.

Ἀνθρωποδαίμονες. [3] Δαίμονες ὄντες ἀνθρώπειόν τε ἠμπέσχοντο σῶμα, καὶ ἀνθρωποδαίμονες γεγενημένοι τῷ τρόπῳ τούτῳ ξύμπασαν κατέσεισαν τὴν οἰκουμένην.

Ἀνθρωπόλεθρος. ὁ φονεύς.

Ἄνθρωπος. τὸ προσηγορικόν. καὶ Ἄνθρωπος, ἴδιον ὄνομα τοῦ ὀλυμπιονίκου πύκτου, οὗ ἐν Ἠθικοῖς Ἀριστοτέλης μνημονεύει. Ἀλλ' ἔγωγε, ἔφην, ταύτης μόνης ἐπιδεῖσθαι νομίζω τῆς μαντικῆς τοὺς ἀνθρώπους εἶναι βουλομένους, καὶ μὴ δίκην θηρίων ἔξω κεχηνέναι ἐς προνομὰς ἀπεράντους. οὕτω φησὶ Δαμάσκιος ὁ φιλόσοφος.

Ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον. παροιμία, ἐπὶ τῶν ἀπροσδοκήτως ὑπὸ ἀνθρώπου σωζομένων, καὶ δι' αὐτοῦ [4] εὐδοκιμούντων. καὶ, Ἄνθρωπος Εὔριπος· τύχη Εὔριπος· διάνοια Εὔριπος. ἐπὶ τῶν ῥᾷστα μεταβαλλομένων καὶ ἀσταθμήτων ἀνθρώπων.

Ἄνθρωπος λυπησολόγος. σημαίνει μὲν ὁ λυπῶν διὰ τὸ λέγειν κακῶς τοὺς πέλας. Κρατῖνος.

Ἄνθρωπος πρόδοξος. ὁ πρὶν ἢ σαφῶς ἐξετάσαι δοξάζων.

Ἄνθρωπος φιλοπραγματίας. ἐπὶ πολυπράγμονος.

Ἄνθρωπος [5] αὐτὸς ἑαυτοῦ βελτίων γίνεται [6] κατὰ τρεῖς τρόπους. πρῶτον μὲν ὁμιλίᾳ τῇ πρὸς Θεόν. ἀνάγκη γὰρ τὸν προσιόντα αὐτῷ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ χωρίζεσθαι πάσης κακίας, εἰς δύναμιν ὁμοιοῦντα ἑαυτὸν τῷ Θεῷ. δεύτερον, ἐν τῷ εὖ ποιεῖν. Θεοῦ γὰρ τοῦτο, καὶ θείας μιμήσεως. τρίτον, ἐν τῷ ἀποθνήσκειν. εἰ γὰρ κατὰ ποσόν τε ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος ἐν τῷ ζῆν τὸ ζῶον χωριζομένη βελτίων γίνεται ἑαυτῆς, ἔν τε τοῖς ὕπνοις κατὰ τοὺς ὀνείρους καὶ ἐν ταῖς ἐκστάσεσι τῶν νόσων μαντικὴ γίνεται, πολλῷ μᾶλλον βελτιοῦται, ὅταν τέλειον χωρισθῇ ἀπὸ τοῦ σώματος.

Ἄνθρωπος [7] οὐκ ἔχων εἰπεῖν ὄνομα πάππου, ἀλλ' οὐδὲ πατρὸς, πλὴν ὅσον εἰκάσαι, ἀπὸ θυννοσκοπείου ἐπὶ τὴν ἡγεμονικὴν ἀπήνην ἀλάμενος.

Ἄνθρωπος. [8] Τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος δοκοῦν πανουρ-

*quidam persequebantur, in ædes illius fuga se recepisse: illum vero humanitatis causa eam excepisse.*

Ἀνθρωπίνως. More humano. Moderate. Apud Aristophanem in *Ranis*. Et Ἀνθρωπίνως, toleranter, patienter. Polybius: *Et accidit, ut rebus lætis potentiam moderate ferre nequirent; in adversis vero caute & prudenter se gererent.*

Ἀνθρωποδαίμονες. Dæmones sub humana specie latentes. *Cum Dæmones essent, corpus humanum induerunt, & sic semi-homines Dæmones facti, universum terrarum Orbem concusserunt.*

Ἀνθρωπόλεθρος. Hominum pernicies.

Ἄνθρωπος. Homo. Nomen appellativum. Item nomen proprium pugilis Olympionicæ, cujus mentionem facit Aristoteles in *Ethicis*. *At ego quidem hac sola vaticinandi arte indigere puto illos, qui homines esse volunt, nec ferarum instar pabulis quasi inexplebili cupiditate inhiare.* Sic Damascius philosophus inquit.

Ἄνθρωπος ἀνθρ. *Homo homini Deus.* Proverbium, quod dicitur de illis, qui præter spem ab aliquo servantur & beati redduntur. Et, *Homo Euripus: Fortuna Euripus: Animus Euripus.* In homines leves & inconstantes.

Ἄνθρωπος λυπησολόγος. Homo, qui calumniis & maledicendo alios lædit. Cratinus.

Ἄνθρωπος πρόδοξος. Homo, qui ante quam attente rem examinarit, opinionem aliquam amplectitur.

Ἄνθρωπος φιλ. Homo intempestive curiosus.

Ἄνθρωπος αὐτὸς ἑαυτ. Homo tribus modis seipso melior fit. Primum quidem colloquendo cum Deo. Necesse enim est eum, qui accedit ad ipsum, illo tempore ab omni vitio abstinere, & ad Dei similitudinem se pro viribus conformare. Deinde benefaciendo. Dei enim hoc est proprium, in eoque Deum imitamur. Tertio, moriendo. Si enim animus, dum animal vivit, aliquantulum a corpore separatus se ipso melior fit, & in somnis per insomnia & in ecstasibus morborum notitiam futurorum habet; multo sane præstantior se ipso fit, cum prorsus a corpore separatur.

Ἄνθρωπος οὐκ ἔχ. *Homo, qui ne avi quidem nomen, imo nec patris edere potest, nisi quantum conjectura assequi ei licet, a thynnorum piscatione ad Præfecti dignitatem evectus.*

Ἄνθρωπος. Quum genus hominum versutia

1 Ἀνθρωπίνως. ἀντὶ τοῦ συμμ.] Vide Casaub. ad Athen. lib. IX. cap. VII.

2 Πολύβιος· Καὶ συμβέβηκε τοὺς μ.] Fragmentum hoc legitur apud Polyb. lib. XVII. cap. XXIX.

3 Δαίμονες ὄντες ἀνθρώπειόν τε ἠμπ.] Hæc & quæ sequuntur sunt verba Procopii *Histor. Arc.* cap. XII.

4 Εὐδοκιμούντων] Lege εὐδαιμονούντων, ut apud Zenobium Adag. XCI.

5 Ἄνθρωπος αὐτὸς ἑαυτοῦ βελτ.] Totus hic articulus αὐτολεξεὶ etiam legitur apud Photium in Excerptis ex Vita Pythagoræ, Cod. CCXLIX. pag. 1313. unde Suidas eum descripsit: quod & a Pearsonio observatum fuit.

6 Κατὰ τρεῖς τρόπους] Cum tres tantum modi hic recenseantur, quibus homo se ipso melior fit, male in prioribus Edit. excusum est κατὰ πέντε τρόπους; cujus loco proinde κατὰ τρεῖς τρόπους reponere non dubitavi, præsertim cum & apud Photium expresse sic legatur.

7 Ἄνθρωπος οὐκ ἔχων εἰπεῖν ὄνομα π.] Hæc & quæ sequuntur sunt verba Synesii Epist. LVII. pag. 197. eademque leguntur infra v. Θυννοσκοπεῖον.

8 Τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος δοκ.] Hæc & quæ sequuntur sunt verba Polybii lib. XVII. cap. XIII. eademque leguntur in Excerptis ex Polybio, a Valesio editis, pag. 67. Vide etiam v. Ἀδιεξεργάστως, & v. Ἀλογία.

γέτα-

νόταιον εἶναι τῶν ζώων πολὺν ἔχει λόγον τοῦ φαυλόταιον ὑπάρχειν. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ζῶα ταῖς τοῦ σώματος αὐτῶν ἐπιθυμίαις δουλεύοντα διὰ μόνας ταύτας σφάλλεται· τὸ δὲ τῶν ἀνθρώπων γένος καὶ προσδοξοποιούμενον οὐχ ἧττον διὰ τὴν ἀλογιστίαν, ἢ διὰ τὴν φύσιν ἁμαρτάνει.

& calliditate cætera animalia superare videatur, multa dici possunt, cur pessimum sit. Nam cæteræ animantes, quæ solis cupiditatibus corporis serviunt, per has duntaxat labuntur & peccant: at humanum genus hoc amplius variis opinionibus imbutum, non pauciora per imprudentiam & pravam ratiocinationem, quam naturæ vitio peccat.

Ἄνθροισκα.[1] τὰ ἄγρια λάχανα παραπλήσια ἀνήθοις· οἷα καὶ τὰ μάραθρα.

Ἄνθροισκα. Sylvestria olea, anethis similia; qualia etiam sunt marathra.

Ἀνθυπωμοσία. ἀντὶ τοῦ ὑπειπεῖν τῇ ὑπωμοσίᾳ. οὕτω[3] Δημοσθένης κατὰ Ὀλυμπιοδώρου.

Ἀνθυπωμοσία. Demosthenes in oratione contra Olympiodorum. Sic autem vocatur jusjurandum, quo actor negans reum justam ob causam abesse, judicium non esse differendum contendit.

Ἀντιπυργῆσαι χάριν. τὸ ἀνταποδοῦναι. Σοφοκλῆς Κολχίσιν· Ἦ φὴς ὑπόμνυς ἀνθυπουργῆσαι χάριν; † Ὅτι ὁ Ἀριστοτέλης τὴν ἀνθυφαίρεσιν ἀνταναίρεσιν εἴρηκεν.

Ἀνθυπουργῆσαι χάριν. Gratiam referre. Sophocles *Colchidibus*: *An jurejurando affirmas, te mihi retulisse gratiam?* † Aristoteles eam quam Græci ἀνθυφαίρεσιν vocat, ἀνταναίρεσιν appellavit.

Ἂν μὴ παρῇ κρέα, ταρίχῳ στερκτέον. παραινεῖ ἡ παροιμία, ὅτι δεῖ τοῖς παροῦσιν ἀρκεῖσθαι.

Ἂν μὴ παρῇ κρ. *Si non adsint carnes, in salsamentis est acquiescendum.* Hoc proverbium monet, nos rebus præsentibus contentos esse debere.

Ἀνοδίᾳ. ἐπίρρημα τοπικόν. [4] Οἱ δὲ πλείους ἀνοδίᾳ καὶ κατὰ τὰς νήσους διεσπάρησαν.

Ἀνοδίᾳ. Adverbium loci. *Plures vero aviis itineribus per insulam dispersi sunt.*

Ἄνοδον. ἀδιέξοδον. [5] Ξενοφῶν· Τῇ μὲν γὰρ ἄνοδον, τῇ δὲ εὔοδον εὑρήσομεν τὸ ὄρος. καὶ Ἄνοδον, τὴν ἀνέλευσιν.

Ἄνοδον. Aditu vel transitu carens. Xenophon: *Nam alibi quidem montem aditu carentem, alibi vero accessu facilem reperiemus.* Et Ἄνοδον, reditum.

Ἀνόδοντος. Κοριάννοις Φερεκράτης. Ἀνὴρ γέρων ἀνόδοντος ἀλήθει.

Ἀνόδοντος. Dentium expers. Pherecrates *Coriannis*: *Homo senex dentibus carens molit.*

Ἀνόητα.[6] τὰ ἀφροδίσια, καὶ ἡ λαγνεία. τουτέστι μωρά. μωραίνειν γὰρ τὸ ἀφροδισιάζειν ἔλεγον. [7] Ἀριστοφάνης·

Οἴνου τ' ἀπέχῃ, καὶ γυμνασίων, καὶ τῶν ἄλλων ἀνοήτων.

τουτέστι μωρῶν, ἢ ἀνοήτων, ἀνεπιστημόνων.

Ἀνόητα. Res Venereæ. Venerea libido. Quasi dicas stulta. Μωραίνειν enim Græci vocabant rei Venereæ indulgere. Aristophanes: *Et a vino abstinet, & exercitiis, & re Venerea.*

Ἀνόθευτον. γνήσιον. ἀπαραποίητον. καθαρόν.

Ἀνόθευτον. Legitimum. Non fictum. Sincerum.

Ἀνάγεων. τὸ ὑπερῷον οἴκημα. [8] Ξενοφῶν ἐν Κύρου Ἀναβάσει. καὶ τῶν κωμῳδοποιῶν οἱ περὶ Ἀριστοφάνην.

Ἀνάγεων. Conclave sive cœnaculum in superiore domus parte. Xenophon *de Expeditione Cyri*, & inter Comicos Aristophanes.

Ἀνομβρῆσαι. ἀναβλύζουσαι.

Ἀνομβρῆσαι. Scaturientes.

Ἀνομένης.[9] παυομένης. ἀνυομένης.

Ἀνομένης. Ejus, quæ cessat, quæ conficitur.

Ἀνομείτω. παρανομείτω.

Ἀνομείτω. Iniquitati studeat.

Ἂν' ὅμιλον. κατὰ τὸ πλῆθος.

Ἂν' ὅμιλον. In turba. Per turbam.

1 Ἄνθροισκα] Puto legendum Ἄνθρισκα, vel, ut apud Hesychium, Ἀνθέρισκα.

2 Ὑπειπεῖν] Sic in 2 MSS. Paris. exaratum est; eamque lectionem confirmat etiam Harpocratio. In prioribus Edit. vero minus recte excusum est εἰπεῖν.

3 Οὕτω Δημοσθένης κατὰ Ὀλ.] Locus Demosthenis, ad quem Suidas respexit, exstat pag. 693. ubi sic legitur: Ἐπειδὴ δὲ ἐκάλει ὁ ἄρχων εἰς τὸ δικαστήριον ἅπαντας τοὺς ἀμφισβητοῦντας κατὰ τὸν νόμον, ὑπωμοσάμεθα ἡμεῖς, τουτονὶ Ὀλυμπιόδωρον δημοσίᾳ ἀπεῖναι στρατευόμενον. ὑπωμοσίας δὲ τούτου, ΑΝΘΥΠΩΜΟΣΑΝΤΟ οἱ ἀντίδικοι οὗτοι διαβάλλοντες Ὀλυμπιόδωρον τουτονί, ὕστερον ἡμῶν λέγοντες, ἔπεισαν τοὺς δικαστὰς ψηφίσασθαι, τῆς δίκης ἕνεκα ἀπεῖναι τουτονί, καὶ οὐ δημοσίᾳ. i. e. interprete Hier. Wolfio: *Cum igitur Prætor jussu legis omnes adversarios in forum citaret, juravimus nos, Olympiodorum publice abesse militantem. Quo jurejurando de isto dato, vicissim jurarunt adversarii, & Olympiodorum calumniando, cum post nos dicerent, judicibus persuaserunt, ut decernerent, ejus judicii causa abesse ipsum, non publico nomine.* Ex hoc loco discimus, quid apud veteres Græcos ὑπωμόσασθαι & ἀνθυπωμόσασθαι significaverit. Nimirum, ὑπωμόσασθαι dicebantur illi, qui jure jurando affirmantes reum justam ob causam abesse, judicium differendum esse petebant. Contra ἀνθυπωμόσασθαι dicebantur adversarii, qui contrario juramento reum justam ob causam abesse negabant. Hinc ergo patet Hesychium minus recte τὸ ἀνθυπωμόσασθαι exponere per τὸ ἀναβάλλεσθαι δίκην ἢ χειροτονίαν μεθ' ὅρκου; quoniam illa interpretatio voci ὑπόμνυσθαι potius convenit, ut ex iis, quæ dicta sunt, liquet.

4 Οἱ δὲ πλείους ἀνοδίᾳ καὶ κ.] Hæc sunt verba Polybii lib. III. cap. XIX. ubi rectius legitur, ἀνοδίᾳ κατὰ τὴν νῆσον διεσπάρησαν.

5 Ξενοφῶν] *De Expedit. Cyri* lib. IV. pag. 340. ut a Porto observatum fuit.

6 Ἀνόητα. τὰ Ἀφροδίσια] Hoc sensu vox ista capitur a Philostrato *de Vit. Apoll. Tyan.* lib. VI. cap. XIII. ubi de Satyro inquit: πέπαυται γὰρ τῶν ἀνοήτων: i. e. *Desiit enim libidinoso amore mulieres prosequi.* Interpres male: *Jam enim molestiam vobis afferre desinet.* Huc spectat locus ille Euripidis in *Troadibus*, v. 989. a Porto quoque observatus:

Τὰ μῶρα γὰρ πάντ' ἐστὶν Ἀφροδίτη βροτοῖς,
Καὶ τοὔνομ' ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς. i. e.
*Venus enim omnis stultitiæ mortalibus causa est,*
*Et nomen Deæ Veneris recte a stultitia incipit.*

7 Ἀριστοφάνης] In *Nubibus*, pag. 84. *P.*

8 Ξενοφῶν ἐν Κύρου Ἀναβάσει] Lib. V. pag. 354. sed ubi ἀνώγαιον per diphthongum αι scriptum est.

9 Ἀνομένης. παυομ.] Vide paulo post v. Ἄνοσ.

μεγά-

Ἄνωμος. ὁ παράνομος. Ἄνωμος δὲ διὰ τοῦ ω μεγάλου, ὁ μὴ ἔχων ὤμους. ἐξ οὗ καὶ ἄνωμοι Πελοπίδαι οὕτω καλοῦνται.

Ἀνόνητα. ἀνωφελῆ.

Τὰ[1] γὰρ περισσὰ κἀνόνητα σώματα
Πίπτειν βαρείαις πρὸς Θεῶν δυσπραξίαις. οἷον ὁ Αἴας.

Ἀνονόμαστος.[2] ὁ μὴ ἔχων ὄνομα.

Ἄνοιτος.[3] ἀνύτου.

Ἀνόπαια. εἶδος ὀρνέου.

Ἀν' ὄπην. εἰς πρόσωπον.

Ἄνοπτοι. ἀθέατοι. Οἱ δὲ Ἕλληνες ἐπὶ θάτερα τῆς νήσου ὥρμησαν ἄνοπτοι τοῖς πολεμίοις.

Ἀνοργίας. ἀμυησίας. ὄργια γὰρ τὰ μυστήρια. καὶ Ἀνοργιάστοις, τῶν μυστηρίων ἀπείροις. [4] Τὰ τῆς Ἀφροδίτης ἀνοργίαστά σοι ἐστίν. ἀντὶ τοῦ, οὐκ ὀργίασας τῇ Ἀφροδίτῃ ἀτέλεστά σοι ἐστίν.

Ἄνοργοι. ἀντὶ τοῦ ἄνευ ὀργῆς. Κρατῖνος.

Ἀνόρεκτος. ὁ μὴ ὀρεγόμενός τινος. ὁ πρὸς τὰ προσφερόμενα βρώματα ἀηδῶς διακείμενος.

Ἄνορον. τὸ ὀξύ.

Ἀνορορυγμένον λέγουσιν, οὐχὶ ἀνωρυγμένον. Μένανδρος Ὑδρίᾳ·

Εὐθὺς[5] κατεχέσασθαι τὸν ἀνορορυγμένον
Ταύτην ἰδόντα.

Ἀνορταλίζειν. καὶ [6] Ἀνωρτάλιζες. κούφως ὀρχοῦ, ἐπήρου, καὶ ταχέως ἐπίστευες πρὶν δοκιμάσαι. Ὀρταλίζειν δὲ λέγεται ἐπὶ τῶν ἀρχομένων [7] ἀναπτερῦσθαι ὀρνέων. Ἀριστοφάνης·

Τούτοις ὁπότε χρήσαιτό τις προοιμίοις,
Ἀνωρτάλιζες κἀκερούτιας.

ἀντὶ τοῦ ἐμετεωρίζου, καὶ μέγα ἐφρόνεις. ἀπὸ δὲ τῶν κεραλοφορούντων ἡ λέξις.

Ἀνόσιον. βέβηλον. ἀνίερον. ἄθυτον. Αἰλιανός· Ὁ δὲ τἆλλα ὢν ἀνόσιος τοῦτο γοῦν πείθεται τῷ Θεῷ. καὶ Ἀνοσιώτατος, ὁμοίως.

Ἄννος[8] κλίβανον. παροιμία ἐπὶ τῶν καινόν τι ἐφευρισκόντων. Ἄννος γὰρ Αἰγύπτιος εἰς τὴν τῶν ἄρτων ὄπτησιν ἐπινόησε τὸν κλίβανον.

Ἀννῶνα. Ῥωμαϊκὴ λέξις.

Ἀνόστους. ἀνυποστρέπτους. νόστος γὰρ ἡ εἰς τὰ οἰκεῖα ἐπάνοδος, παρὰ τὸ τῆς πατρίδος ἡδύ. Αἰλιανός· Ὁ δὲ τοὺς ἱεροσύλας ἀπέκτεινε, καὶ ἔθηκεν ἀνόστους, [9] τοῦτο δὴ τὸ Ὁμηρικόν.

Ἄνομος. Iniquus. Injustus. At Ἄνωμος, per ω, qui humeris caret. Unde etiam Pelopidæ vocantur ἄνωμοι.

Ἀνόνητα. Inutilia. *Nam ingentia & vastæ molis corpora gravi casu ruere, cum a Diis evertuntur.* Ut Ajax.

Ἀνονόμαστος. Qui nullum habet nomen.

Ἄνοιτος. Perficientis. Conficientis.

Ἀνόπαια. Anopæa. Genus avis.

Ἀν' ὄπην. In faciem.

Ἄνοπτοι. Qui non cernuntur. Qui videri non possunt. *Græci vero alteram Insulæ partem aggressi sunt, hostibus eos non videntibus.*

Ἀνοργίας. Dicitur de iis, qui non initiantur mysteriis. Ὄργια enim appellantur μυστήρια. Et Ἀνοργιάστοις, mysteriorum expertibus. *Sacra Veneris non celebrasti.* Sive, orgia Veneris non peregisti.

Ἄνοργοι. Ira carentes. Cratinus.

Ἀνόρεκτος. Qui nihil appetit. Qui cibos appositos fastidit.

Ἄνορον. Acutum.

Ἀνορορυγμένον. Sic dicendum est, non autem ἀνωρυγμένον. Menander *Hydria* * * * * * * * * * *

Ἀνορταλίζειν. [Unde Imperfectum] Ἀνωρτάλιζες, leviter saltabas, efferebaris, & celeriter credebas, priusquam rem examinasses. Ὀρταλίζειν autem dicitur de avibus, cum primum volare conantur, & alis se levare incipiunt. Aristophanes: *Quoties quis talibus proœmiis utebatur, efferebaris, & cornua tollebas.* Id est, magnos spiritus animo concipiebas: per metaphoram a cornutis animalibus ductam.

Ἀνόσιον. Profanum. Impium. Irreligiosum. Ælianus: *Ille vero, quamvis cæteris in rebus esset impius, hac tamen in re Deo paruit.*

Ἄννος κλίβανον. Annus clibanum. Proverbium de iis, qui aliquid novi inveniunt. Annus enim Ægyptius clibanum, quo panes coquebantur, invenit.

Ἀννῶνα. Romanum vocabulum. Annona.

Ἀνόστους. Reditus expertes. Νόστος enim vocatur reditus ad suos, propter patriæ dulcedinem. Ælianus: *Ille vero sacrilegos interfecit, &, ut Homerus ait,* (ἔθηκεν ἀνόστους,) *reditu in patriam privavit.*

1 Τὰ γὰρ περισσὰ κἀνόνητα σώματα.] Hæc sunt verba Sophoclis in *Ajace* pag. 45. ut Portus observavit.

2 Ἀνονόμαστος.] Sic 2 MSS. Paris. In prioribus vero Edit. excusum est ἀνωνόμαστος per ω, cui scripturæ ordo literarum repugnat.

3 Ἄνοιτος. ἀνύτου.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Vespas*, pag. 455. ut Pearsonius observavit.

4 Τὰ τῆς Ἀφροδίτης ἀνοργίαστά σοι ἐστίν.] Aristophanes in *Lysistrata*, pag. 561.

Τὰ τῆς Ἀφροδίτης ἱέρ' ἀνοργίαστά σοι
Χρόνον τοσοῦτον ἐστι. οὐ βαδιεῖ πάλιν; *P.*

5 Εὐθὺς κατεχέσασθαι τὸν ἀνορορυγμένον.] Hoc fragmentum ἀνερμήνευτον reliqui, quia ex tam laceris reliquiis nullum sensum elicere potui.

6 Ἀνωρτάλιζες. κούφως ὀρχοῦ, &c.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equites* pag. 362. (256. Edit. Basil. ut Portus observavit.)

7 Ἀναπτερῦσθαι] Scholiasta Aristophanis habet ἀναπτερύεσθαι.

8 Ἄννος κλίβανον. παροιμία ἐπὶ τ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Acharnens.* pag. 374. (264. Ed. Bas. *P.*)

9 Τοῦτο δὴ τὸ Ὁμηρικόν] Homerus Odyss. Ω. v. 537.

Καί νύ κε δὴ πάντας τ' ὄλεσσαν, καὶ θῆκαν ἀνόστους.

Hunc Ælianus respexit.

Ἀνυ-

Ἀνουβείδιον. τόπος τις. [1] Βενδίδειον δέ.

Ἀνυμῖνος. [2] ἀπογραφὴ ὀνομάτων παρὰ Ῥωμαίοις. οἱ δὲ Ἀδνύμιον φασιν.

Ἀν' οὖς ἔχων. ἀντὶ τοῦ ἄνω τὸ οὖς ἔχων. καὶ Σοφοκλῆς· Τὸν οἰνωπ' ἀνέχουσα κισσόν. ἀντὶ τοῦ, ἄνω ἔχουσα.

Ἀνουτητί. ἄνευ τραύματος.

Ἀνοχή. ἡ ὑπομονή. Ἀνακωχὴ δέ.

Ἀνοχλήσας. ἀνακινήσας.

Ἀνοψία. σπάνις τῶν ὄψων.

Ἄνω. ἀντὶ τοῦ ἀνά. [3] Ὅμηρος·

Ἠδ' ὅσα Λέσβος ἄνω μακάρων ἕδος ἐντὸς ἐέργει.

καὶ τὴν πρόθεσιν κολλητέον τῷ ἐέργει, ἵνα ᾖ ἀνέεργει, ἀναστέλλει· ὃ καταστρέφει εἰς τὸ περιοχήν.

Ἄνω κάτω. τὸ πάντα λίθον κινεῖν.

Ἄνωγε. παρεκελεύσατο.

Ἀνώγεων. οἴκημα. Ἀνώγαιον δέ. ὅτι [4] Καλλισθένης τὸ δεσμωτήριον ἀνώγεων εἶπεν. Ἀνάγαιον καὶ κατάγαιον διὰ διφθόγγου καὶ ο μικροῦ. τὸ δὲ ἀνώγεων εἰ τάχα καὶ κανόνες διὰ τοῦ ω μεγάλου καὶ ε ψιλοῦ γράφουσιν· ἀλλ' οὖν ὁ τῶν λέξεων θηρατὴς καὶ τῶν τύπων ἀντιστοίχων ἀκριβὴς ὀρθογράφος [5] Κοπρογένιος ὁ Μαΐστωρ διὰ τοῦ ε ψιλοῦ καὶ ο μικροῦ ἐξέδοτο ταῦτα γράφεσθαι. τὸ δὲ μεσόγαιον μόνον διὰ διφθόγγου εἴασεν· ἐπειδὴ εὕρηται μεσογεία γῆ, καὶ μεσόγειος γῆ.

Ἀνωγή. παρακέλευσις.

Ἀνωδύρετο. ἐθρήνει. ἔκλαιεν. Ὁ δὲ ἀνωδύρετο τὴν συμφορὰν, ἐπιδακρύων τῷ πάθει.

Ἄνωθεν. [6] ἐκ τόπου, ἢ χρόνου. Βάβριος· Τί τοὺς ἄνωθεν φρονιμωτάτους οἰωνοὺς ἐσορώμενοι τροφῆς κηδομένους ἀφ' ὧν τε βλαστῶσιν, ἀφ' ὧν τ' ὄνησιν εὕρωσι, τάδ' οὐκ ἐπίσης τελοῦμεν; τουτέστιν ἄνωθεν ἐκ φύσεως, ἢ τοὺς ἐν τῷ ἀέρι.

Ἀνωθῆσαι. ἐπὶ τὰ ἄνω κινῆσαι. Ἀνωθῆσαι δὲ ἑαυτὸ τὸ θηρίον, καὶ ἔξαλον γενόμενον, ἀποσείσασθαι ἐς τὴν ῥῆξιν ἀπολῦσαι τὸν ἄνθρωπον.

Ἀνώϊστος. [7] ὁ ἀνυπονόητος. καὶ Ἀνωϊστί, ἀντὶ τοῦ ἀνυπονοήτως.

Ἀνωκισμένος. [8] ἐν τοῖς ἀνωτάτω γενηθείς, ἢ ἄνω ὤν.

Ἀνωμαλία. ἡ τραχύτης.

Ἀνουβείδιον. Anubidium. Locus quidam. Bendidium vero [templum quoddam Athenis.]

Ἀνυμῖνος. Apud Romanos nominum descriptio sic vocatur. Alii vero Ἀδνύμιον dicunt.

Ἀν' οὖς ἔχων. Aurem arrigens. Et Sophocles: *Nigram sustollens hederam.* Ἀνέχουσα enim hic positum est pro ἄνω ἔχουσα.

Ἀνουτητί. Sine vulnere.

Ἀνοχή. Patientia. Tolerantia. At Ἀνακωχὴ, [Induciæ.]

Ἀνοχλήσας. Qui vectibus aliquid emovit, vel submovit.

Ἀνοψία. Penuria piscium.

Ἄνω. Pro ἀνά. Homerus:

*Et quæcunque Lesbus sedes Macaris continet.*

Præpositio ἀνὰ est jungenda verbo ἐέργει, ut sit ἀνέεργει, quod significat, continet, complectitur.

Ἄνω κάτω. Sursum, deorsum. [Idem significat quod,] omnem movere lapidem.

Ἄνωγε. Adhortatus est. Jussit. Imperavit.

Ἀνώγεων. Cœnaculum vel conclave in superiore domus parte. Dicitur etiam ἀνώγεων. Callisthenes autem carcerem vocavit ἀνώγεων. Ἀνάγαιον & κατάγαιον per diphthongum αι & ο parvum scribuntur. Vocabulum vero ἀνώγεων quamvis forsan regulæ per ω & ε scribi jubeant; ille tamen vocum auceps, & (quod ad literas affines, quas ἀντιστοίχους Græci vocant, adtinet) accuratus recte scribendi artifex Magister Coprogenius, per ε tenue & ο parvum scribi debere tradit. Solam vero vocem μεσόγαιον per diphthongum scribendam esse concedit, quia reperitur μεσογεία γῆ, & μεσόγειος γῆ.

Ἀνωγή. Adhortatio. Mandatum.

Ἀνωδύρετο. Lugebat. Flebat. *Ille vero calamitatem & infortunium suum lamentis & lacrymis prosequebatur.*

Ἄνωθεν. Tam significat ex loco superiore, quam a longo retro tempore. Babrius: *Cur, cum aves prudentissimas, quæ in sublimi versantur, videamus solicitas esse de alendis iis, qui ipsas progenuerunt, & ex quibus utilitatem aliquam perceperunt, nos idem non facimus?* Hic τὸ ἄνωθεν significat vel, inde a primo ortu, vel, quæ in sublimi versantur.

Ἀνωθῆσαι. Quod sursum protrusit. *Cum autem fera se sursum cum impetu movisset, & ex mari emersisset, hominem excussit & natatui permisit.*

Ἀνώϊστος. Non suspectus. Et Ἀνωϊστί, absque suspicione.

Ἀνωκισμένος. In loco superiore degens.

Ἀνωμαλία. Inæqualitas. Asperitas.

1 Βενδίδειον] Bendidii meminit Xenophon Ἑλλην. lib. II. pag. 472. ut Portus monuit.

2 Ἀνυμῖνος] Vide supra v. Ἀδνύμιον.

3 Ὅμηρος· Ἠδ' ὅσα Λέσβος ἄνω μακ.] Apud Homerum Il. Ω. v. 544. versus hic ita legitur:

Ὅσσον Λέσβος ἄνω Μάκαρος ἕδος ἐντὸς ἐέργει.

Sic etiam apud Suidam scribendum est. Vocatur autem a Poeta Lesbus Μάκαρος ἕδος, *Macaris sedes*, quia Macar eam condiderat, & in ea regnaverat, ut docet Scholiasta ad eum locum.

4 Καλλισθένης] Reinesius *Var. Lect.* lib. III. pag. 366. legendum putat Καλλιστράτος, quem vide.

5 Κοπρογένιος] In 2 MSS. Paris. exaratum est Κοπρογένειος; in uno vero Κοπρογένιος.

6 Ἄνωθεν. ἐκ τόπου. ἢ χρόνου] Vide Thomam Magistrum v. Ἄνωθεν.

7 Ἀνώϊστος. ὁ ἀνυπονόητος] Hoc sensu vox ista accipitur ab Herodoto lib. VI. pag. 224. 26.

8 Ἀνωκισμένος] Vox hæc legitur apud Aristophanem in *Pace*, pag. 636.

Ἄνωμος. ὁ μὴ ἔχων ὦμον. ἐξ οὗ καὶ Ἄνωμοι Πελοπίδαι οὕτω καλούμενοι.

Ἀνώμοτος. χωρὶς ὅρκου. Ὁ δὲ ἀνὴρ καὶ ἀνώμοτος πιστεύειν ἄξιος. Καὶ αὖθις· [1] Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

Ἀνώμωξεν. ἐστέναξεν.

Ἀνωνόματος. ὁ μὴ ἔχων ὄνομα.

Ἀννωνῶν μεταχομιδή. ἡ δὲ λέξις Ῥωμαϊκή.

Ἄνω [2] ποταμῶν χωροῦσι πηγαί. ἐπὶ τῶν ὑπεναντίως γινομένων ἢ λεγομένων. οἷον ὁ πόρνος τὸν σώφρονα εἰ λέγῃ πόρνον. ἐπειδὴ οἱ ποταμοὶ ἄνωθεν κάτω ῥέουσι. τουτέστιν, ἐπὶ τῶν τὰ ἑαυτοῖς προσόντα ἐλαττώματα ἑτέροις προσανατιθεμένων.

Ἀνωρθιασμένον. [3] τὸ ὀρθότατον. καὶ Ἀνωρθωσάμην. Τὸ [4] Ἀνωρθίαζον [5] Ἀνδοκίδης ἀντὶ τοῦ ὄρθιον βοῶντες ἔλεγεν.

Ἀνώφλιον. τὸ ὑπέρθυρον.

Ἄνωχθι. κέλευσον.

Ἀντ' [6] ἀγαθῶν ἀγαθίδες. παροιμία, ἐπὶ τῶν εὖ παθόντων ἀνθ' ὧν εὐηργέτησαν προότερον.

Ἀνταγωνιστής. πολέμῳ καὶ μάχῃ ἰσοστάσιον. [7] Ἀφ' οὗ δὴ καὶ ἀνταγωνιστὴς ἀξιόμαχος ἐπιπολὺ τοῖς Ῥωμαίοις ἐγένετο.

Ἀντάλλαγμα. [8] Οἱ κατὰ σάρκα πρόγονοι τοῦ Χριστοῦ, οὓς [9] ἴχνη καὶ ἀντάλλαγμα ἐκάλεσαν οἱ ἑβδομήκοντα ἑρμηνευταί.

Ἀντάλλαγον καλοῦσι τὸν ἀντὶ ἄλλου ἠλλαγμένον· οὐχὶ ἀντάλλαν. Μένανδρος Κανηφόρῳ· Ἐδεῖτο χρῆσαι τὴν σαυτῆς θυγατέρα ἀντάλλαγον χήραν. † Ἐχοῦσα [10] ἡ ἀδελφὴ ποιήσῃ τούτοις οἱ ἀντάλλαγον τέξεις ὁ τούτῳ δεδομένην. Καὶ ἐν Ἁλιεῖ· Ἐκλελάληκεν ὁ χρηστὸς ἡμῖν μοιχὸς, ἀλλ' ἀντάλλαγος.

Ἀντ' ἄλλης ἀρχῆς ἔξεστι τοῦτο δρᾷν. τουτέστιν, ἀντὶ τοῦ ἀρχὴν τὸ καινοτομεῖν· τῶν δὲ ἀρχαίων ἀμελεῖν.

Ἀντανάκλασιν. [11] κατ' ἀνάκλασιν ἀπὸ σώματος μεταχωροῦσαν. γίνεται δὲ τοῦτο ἐπὶ φωνῆς, ὅταν ἀντηχῇ. καὶ ἐπὶ φωτὸς ἡλιακοῦ, ὅταν λείῳ τινὶ ἢ λαμπροτάτῳ ὕδατι προσπέσοι.

Ἀντάμειψιν. ἀνταπόδοσιν.

Ἀνταναιρεῖται. κτείνεται. καὶ Ἀντανῃρέθη, ἀντεφονεύθη.

Ἄνωμος. Qui [alterum] humerum non habet. Unde etiam Pelopidæ Ἄνωμοι appellati fuerunt.

Ἀνώμοτος. Injuratus. *Ille vero dignus erat, cui vel injurato crederetur.* Et rursus: *Lingua juravit; at mens injurata est.*

Ἀνώμωξεν. Ingemuit.

Ἀνωνόματος. Qui nullum habet nomen.

Ἀννωνῶν μεταχομιδή. Annonæ transportatio. Vocabulum est Romanum.

Ἄνω ποταμῶν χωρ. *Flumina ad fontes relabuntur.* Dicitur de iis, quæ ordine contrario fiunt aut dicuntur: ut, si homo impudicus virum castum appellet impudicum. Fluvii enim a fontibus ad mare labuntur: non contra. Dici ergo potest de illis, qui vitia, quæ ipsis insunt, aliis attribuunt.

Ἀνωρθιασμένον. Intensum. Elatum. Et Ἀνωρθωσάμην, erexi. Et Ἀνωρθίαζον apud Andocidem pro, alta voce dixerunt, vel clamarunt.

Ἀνώφλιον. Limen superius.

Ἄνωχθι. Jube. Impera.

Ἀντ' ἀγαθῶν ἀγ. *Bona pro bonis.* Proverbium de iis, quibus pro beneficiis, ante in aliquem collatis, gratia refertur.

Ἀνταγωνιστής. Adversarius in certamine. *Unde diu Romanis strenue restitit, illisque multum in bello negotii facessivit.*

Ἀντάλλαγμα. Christi majores secundum carnem LXX. Interpretes vocarunt ἴχνη καὶ ἀντάλλαγμα.

Ἀντάλλαγον. Sic vocant eum, qui pro alio permutatione facta datur: non vero ἀντάλλαν. Menander *Canistrifera: Rogavit, ut filiam tuam viduam pro altera permutatam illis commodares.* * * * * * * * * * * * * * * * *

Ἀντ' ἄλλης ἀρχ. *Pro alio principatu licet hoc facere.* Id est, pro principatu, quem obtinere cupis, res novas moliri licet, & instituta legesque antiquas negligere.

Ἀντανάκλασιν. Repercussionem, per quam aliquid a corpore, in quod inciderat, resilit. Hoc autem fit in voce, quum sonus ad aures resultat: itemque in lumine Solis, cum in aliquod [corpus] læve, vel aquam valde limpidam incidit.

Ἀντάμειψιν. Retributionẽ. Compensationem.

Ἀνταναιρεῖται. Vicissim interficitur. Et Ἀντανῃρέθη, vicissim interfectus est.

1 Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀν.] Est notissimus versus Euripidis in *Hippolyto* v. 612.

2 Ἄνω ποταμῶν χωροῦσι πηγαί] Est notissima ῥῆσις Euripidis in *Medea* v. 410.

3 Τὸ ὀρθότατον. καὶ Ἀνωρθωσάμην] Cum Porto legere malim, τὸ ὀρθότατον. καὶ Ἀνωρθιασάμην. Vide infra v. Ὀρθιασμάτων.

4 Τὸ Ἀνωρθίαζον Ἀνδοκίδης ἀντὶ τοῦ ὄρθιον βοῶντες ἔλεγεν] Hunc locum, qui in prioribus Edit. corruptus circumfertur, ex Harpocratione emendavi.

5 Ἀνδοκίδης] Verba Andocidis ἐν τῷ περὶ τῶν Μυστηρίων pag. 5. hæc sunt: Καὶ γὰρ οἱ λόγοι τῶν κατηγόρων τοιοῦτοι τινὲς ἦσαν καὶ φρικώδη ἀνωρθίαζον, καὶ λόγους εἶπον, ὡς οὐδεπώποτε ἤκουσα ἁμαρτόντων &c.

6 Ἀντ' ἀγαθῶν ἀγ.] Vide supra v. Ἀγαθῶν ἀγαθίδες.

7 Ἀφ' οὗ δὴ καὶ ἀνταγων. ἀξ.] Hæc sunt verba Dionis de Decebalo, Dacorum Rege, pag. 331. eademque leguntur infra v. Δεινός.

8 Οἱ κατὰ σάρκα πρόγονοι τοῦ Χριστοῦ, οὓς ἴχνη καὶ ἀντ.] Recte observavit Pearsonius, hanc notam excerptam esse ex Theodoreto ad Psalm. LXXXVIII. v. 52. ubi David inquit: Οὗ ὠνείδισαν οἱ ἐχθροί σου Κύριε, οὗ ὠνείδισαν τὸ ἀντάλλαγμα τοῦ Χριστοῦ σου. Theodoretus ad illum locum, pag. 759. Ὁ δὲ Σύμμαχος καὶ ὁ Θεοδοτίων οὕτως. Ὠνείδισαν τὰ ἴχνη τοῦ χριστοῦ σου. Ἴχνη δὲ Χριστοῦ προσηγόρευσε τοὺς κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν βασιλέας, ἐξ ὧν ἐβλάστησεν ὁ περὶ τοῦ Χριστοῦ βασιλείας λόγος. Καὶ οἱ Ἑβδομήκοντα δὲ ἀντάλλαγμα αὐτοὺς προσηγόρευσαν, ὡς κατὰ σάρκα αὐτοῦ γεγενημένους προγόνους, καὶ ὡς ἐν σκοτίᾳ τινὶ τὴν βασιλείαν ἰθύνοντας.

9 Ἴχνη] Male Suidas hanc interpretationem LXX Interpretibus tribuit, quæ erat Symmachi & Theodotionis, ut ex citato loco Theodoreti apparet.

10 Ἐχοῦσα ἡ ἀδελφὴ π.] Ex lacero hoc & corrupto fragmento sensum nullum elicere potui.

11 Ἀντανάκλασιν] Ex ipsa interpretatione Suidæ patet, legendum hic esse Ἀντανακλωμένην, quod etiam a Pearsonio observatum fuit.

Ἀντα-

Ἀνταιήγειρο.[1] ἀντιπαρετάσσοντο. ἀντεφέροντο. Ἀνταιήγειρο οὖν καὶ οἱ Βάρβαροι, καὶ τὴν τοῦ Παχύνου παρέπλεον ἀκτὴν, κατὰ β' στοιχηδὸν ταξάμενοι τὰς ναῦς. Καὶ αὖθις· Οἱ γὰρ ἐνταῦθα ὑπὲρ ἐλευθερίας ἀποθανόντες ἀνταιήγειρο τῇ Οἴτῃ.

Ἀνταιρόμεθα. προσβαλλόμεθα. καὶ Ἀνταιρόμενοι, ἀντιπαρετάσσοντο.

Ἀνταπαιτῆσαι. Θουκυδίδης τρίτῃ καὶ τετάρτῃ. καὶ ἀνταποδοῦναι, καὶ ἀνταπολαμβάνειν. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Λεπτίνου.

Ἀντάρης[2] νυκτερὶς ὄψεσι. Φησὶ Σοφοκλῆς.

Ἀνταυγεῖς κόρας. [3]Στρέψον ἀνταυγεῖς κόρας. ἀντὶ τοῦ τὰς κόρας σου ἀντιπροσώπους μοι στρέψον. † Καὶ δι' ἀνταύγειαν χιόνος καὶ σκληρότητα τῆς ἀνταβαλλομένης ἀνακλάσεως ἐφθείροντο.

Ἀνταία.[4] ἡ Ῥέα. καὶ Ἀνταῖος, ὄνομα κύριον.

Ἀνταίρω. Φιλονεικῶ.

Ἀνταίας. ὄνομα κύριον.

Ἀντεγκλήμασι. Ταύτῃ καὶ τοῖς ἀντεγκλήμασι τοῖς περὶ τῶν δώρων οὐκ ἀπεκρινάμην. καὶ [5]Ἀντεγκλημάτων, τῶν ἀντιδικούντων στάσεων.

Ἀντελαμβάνοντο. ἀντὶ τοῦ διεδέχοντο. Ὕπνοι τε αὐτῆς ἀεὶ μακρότεροι ἀντελαμβάνοντο, ἡμερινοὶ μὲν ἄχρι πρώτων νυκτῶν· νυκτερινοὶ δὲ ἄχρι τοῦ ἡλίου ἀνίσχοντος.

Ἀντεμήνισεν. ἀντωργίσθη. Ὁ δὲ παθὼν ἀνήκεστα, καὶ τῆς πατρῴας ἑστίας διωχθεὶς παρὰ τὴν δίκην, ὅμως οὐκ ἀντεμήνισεν.

Ἀντεμπλήσαντες. ἀνταποδόντες. [6]Ξενοφῶν· Οἱ δὲ θαρρεῖν ἐκέλευον, λέγοντες, ὅτι οὔτε τέκνων στερήσοιτο, τήν τε οἰκίαν αὐτοῦ ἀντεμπλήσαντες τῶν ἐπιτηδείων.

Ἀντεξάγειν. ἀντιπαρατάσσεσθαι. ἀντεπιέναι.

Ἀντεπῄει. ἀντεπήρχετο.

Ἀντεπεξελθεῖν. δοτικῇ. καὶ Ἀντεπεξέρχομαι.

Ἀντεπιτίθησι.[7] ἀντὶ τοῦ, ἀντεπιστέλλει. Ἰσαῖος.

Ἀντεπιχειρεῖν. παρὰ Ἀριστοτέλει ἀντεπιχειρεῖν λέγεται. Ἔστι δὲ ἀντεπιχειρεῖν, τὸ πρὸς τὰ λεγόμενα μὲν μὴ φέρειν ἔνστασιν, ἐπιχειρεῖν δὲ δι' ἄλλων τινῶν καὶ αὐτὸν πάλιν συλλογίζεσθαι, ὅτι μὴ ἀληθὲς τὸ δεικνύμενον. ὁ γὰρ πρὸς μὲν τὸ δεικνύναι λόγος, ὅτι ἡ ψυχὴ οὐκ ἀθάνατος, διὰ τὸ εἶδος αὐτὴν ἔνυλον εἶναι, μηδὲν δ' ἔνυλον εἶδος χωριστὸν εἶναι τῆς ὕλης, μὴ ἐνιστάμενος, δεικνύναι πειρώμενος δι' ἄλλων τινῶν

Ἀνταιήγειρο. Acie instructa, vel classe instructa obviam iverunt. *Barbari igitur classe instructa obviam processerunt, & littus Pachyni prætervecti sunt, navibus binis secundum seriem collocatis.* Et iterum: *Qui enim pro libertate hic obierunt, classe instructa ad Oetam [montem hosti obviam processerunt.]*

Ἀνταιρόμεθα. Contra tollimus. Objicimus. Et Ἀνταιρόμενοι. Aciem adversam instruxerunt.

Ἀνταπαιτῆσαι. Repetere. Thucydides libro tertio & quarto. Et ἀνταποδοῦναι, reddere: & ἀνταπολαμβάνειν, recipere. Demosthenes in oratione contra Leptinen.

Ἀντάρης νυκτ. Sophocles inquit, Ἀντάρης νυκτερὶς ὄψεσι.

Ἀνταυγεῖς κόρας. [Oculos in aliquem conversos.] *Oculis adversis me intuere.* [Et Ἀνταύγεια, splendoris reflexio.] *Propter splendorem a nive repercussum & vehementiam reflexionis [multi] perierunt.*

Ἀνταία. Rhea. Et Antæus, nomen proprium.

Ἀνταίρω. Contendo. Rixor.

Ἀνταίας. Antæas. Nomen proprium.

Ἀντεγκλήμασι. Criminibus vicissim objectis. *Hinc & crimini vicissim mihi objecto de muneribus acceptis non respondi.* Et Ἀντεγκλημάτων, criminum, quæ litigantes sibi in judicio invicem objiciunt.

Ἀντελαμβάνοντο. Excipiebant. *Somni longiores ipsam semper excipiebant; diurni quidem, usque ad primam noctem; nocturni vero, usque ad solem orientem.*

Ἀντεμήνισεν. Alicui iratus est. *Ille vero, quamvis gravissima mala passus, & ex paterna domo præter jus pulsus fuisset, tamen non est iratus.*

Ἀντεμπλήσαντες. Compensantes. Tantundem reddentes. Xenophon: *Illi vero bono animo eum esse jusserunt, dicentes, eum nec liberos amissurum, & se domum ejus omnibus rebus necessariis vicissim repleturos esse.*

Ἀντεξάγειν. Copias contra aliquem ducere. Aciem adversus aliquem instruere.

Ἀντεπῄει. Exercitum contra aliquem duxit.

Ἀντεπεξελθεῖν. Dativo jungitur. In hostem ire.

Ἀντεπιτίθησι. Rescribit. Vicissim literas mittit. Isæus.

Ἀντεπιχειρεῖν. Apud Aristotelem sic vocatur, non quidem ea, quæ objecta sunt, directis argumentis refutare, sed aliis argumentationibus uti, ad ostendendum, non esse verum id, quod ab altero dictum est. Nam si, exempli gratia, contra animæ immortalitatem afferatur illa ratio, quod anima sit forma cum materia conjuncta; nulla vero forma cum materia conjuncta a materia sit separabilis: qui argumentum illud non quidem argumento

1 Ἀντιπαρετάσσοντο. ἀντεφέροντο. Ἀνταιήγειρο οὖν καὶ οἱ Βάρβ.] Hæc omnia & quæ sequuntur usque ad verba illa καὶ αὖθις, desunt in prioribus Edit. quæ cum in optimo MS. Paris. A. invenerim, ea hic inserere non dubitavi.

2 Ἀντάρης νυκτερὶς ὄψεσι] Quis sit horum verborum sensus ignorare me fateor, nec integer locus Sophoclis, ex quo hæc decerpta sunt, nunc ad manus est.

3 Στρέψον ἀνταυγεῖς κόρας] Hæc sunt verba Aristophanis in *Thesmophor.* pag. 815.

4 Ἀνταία. ἡ Ῥέα] Vide Hesych. v. Ἀνταία.

5 Καὶ ἀντεγκλημάτων, τῶν ἀντιδ.] Scribendum est ἀντεγκλημάτων, ut patet ex Hermogene ἐν τῷ περὶ Στάσεων pag. 84. unde loci hujus illustratio petenda est. *P.*

6 Ξενοφῶν] Locum hunc Suidas interpolavit & mutilavit, qui apud Xenophontem *de Expedit. Cyri* lib. IV. pag. 332. sic legitur: Ὁ δὲ Ξενοφῶν τὸν μὲν ἄρχοντα τῆς κώμης παῖδας αὐτοῦ δίκαιον ἐποιήσατο. καὶ θαρρεῖν ἐκέλευον αὐτὸν, λέγων, ὅτι οὔτε τῶν τέκνων στερήσοιτο, τήν τε οἰκίαν αὐτοῦ ἀντεμπλήσαντες τῶν ἐπιτηδείων ἀπίασιν &c.

7 Ἀντεπιτίθησι. ἀντὶ τοῦ, ἀντεπ.] Ex Harpocratione.

πάλιν αὐτὴν ὅτι ἐστὶν ἄφθαρτος, ἤτοι διὰ τοῦ λαμβάνειν, ὅτι αἱ μαθήσεις ἀναμνήσεις, ἢ ὅτι αὐτοκίνητος, ἀντεπιχειρεῖ, οὐκ ἐνίσταται.

contrario evertere conatur, sed aliis rationibus probare nititur, eam esse immortalem, veluti si asserat, omnes scientias esse recordationes, vel, animam per se ipsam moveri, is ἀντεπιχειρεῖν dicitur, non vero ἐνίστασθαι.

Ἀντερεῖ. ἀντιλέξει.

Ἀντερεῖ. Contradicet.

Ἀντερείδει. ἀντὶ τοῦ οὐχ ὑπείκει.

Ἀντερείδει. Contra nititur. Non cedit.

Ἀντερώμενος. ἀντιποθούμενος.

Ἀντερώμενος. Vicissim amans.

Ἀντέρως, ὁ καὶ Ἀπολλώνιος, Ἀλεξανδρεὺς, γραμματικὸς, παιδεύσας ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Κλαυδίου, τοῦ κατὰ Γάϊον βασιλεύσαντος (ἐφ' οὗπερ καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς γέγονε) ἀκουστὴς δὲ ἦν Ἀπίωνος τοῦ Μόχθου. Φέρονται αὐτοῦ βιβλία περὶ γραμματικῆς δύο. † Καὶ τοῦτο δὴ τὸ ὑμνούμενον ὄνομα ἀντέρως ἐν τοῖσδε τοῖς γενναίοις ἐσώζετο. [1] Χαρίτων γὰρ καὶ Μελάνιππος εἰς ἔρωτα ἀλλήλοιν συνεπεσέτην· καὶ ὁ μὲν Χαρίτων ἐραστὴς ἦν· Μελάνιππος δὲ τὴν ψυχὴν ὁ ἐρώμενος ἐς τὸν φίλον τὸν ἔνθεον ἀναφλεχθεὶς, ἰσότιμον τὸ τοῦ πόθου κέντρον ἐνεδείκνυτο.

Ἀντέρως. Anteros, qui & Apollonius, Alexandrinus, Grammaticus, Romæ docuit tempore Claudii, Caii in imperio successoris (sub quo etiam Heraclides Ponticus vixit) idemque Apionis Mochthi auditor fuit. Feruntur ipsius libri de Grammatica duo. † *Et celebratum illud nomen ἀντέρως in duobus his generosi animi adolescentibus conservatum fuit. Chariton enim & Melanippus se mutuo amore amabant. Et Chariton quidem erat amator: Melanippus vero amatus; qui erga amicum Numine Amoris afflatum animo accensus, parem amoris stimulum se sentire ostendebat.*

Ἀντέσχε. γενναίως ἔφερεν. Καὶ πρότερον ληφθείς τις ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, πρὸς πᾶσαν αἰκίαν βασάνων ἀντέσχεν.

Ἀντέσχε. Restitit. Fortiter tulit. *Et ante quidam a Judæis captus omnem tormentorum crudelitatem fortiter tulit.*

Ἀντιτόρησεν. [2] εἰς τὸ ἐναντίον ἦλθε τρώσασα. διεπέρασε. τορῶ γὰρ, τὸ τρυπῶ.

Ἀντετόρησεν. [Dicitur de telo, quod tam valide in corpus adigitur,] ut ad alteram usque partem penetret. Τορῶ enim significat perforo, trajicio.

Ἀντ' εὐεργεσίης [3] Ἀγαμέμνονα τῖσαν Ἀχαιοί. ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν τοὺς εὐεργέτας προπηλακιζόντων, ἢ ὑβριζόντων.

Ἀντ' εὐεργεσίης Ἀγαμ. *Pro beneficio Agamemnonem male tractarunt Achivi.* Proverbium in eos, qui bene de se meritos contumelia vel injuria afficiunt.

Ἀντεύφρασμα. τὸ ἐναντίον τῇ εὐφροσύνῃ ἀγαθόν.

Ἀντεύφρασμα. Contrarium lætitiæ.

Ἀντεφέροντο. ἠναντιοῦντο.

Ἀντεφέροντο. Contra ferebantur. Adversabantur.

Ἀντεφιλοτιμοῦντο. ἀντὶ τοῦ ἡμιλλῶντο, καὶ ἤριζον, καὶ ἀντηγωνίζοντο. τοῦτο δὲ τὸ ἀντεφιλοτιμεῖσθαι πρώτης ἐστὶ συζυγίας τῶν περισπωμένων, καὶ μόνον. ἔστι δέ τινα ῥήματα, ἃ δύο συζυγιῶν εὑρέθη· οἷον σκηνῶ, σκηνεῖς, καὶ σκηνᾷς· καὶ ἀτολμῶ, ἀτολμεῖς, καὶ ἀτολμᾷς.

Ἀντεφιλοτιμοῦντο. Contendebant. Certabant. Verbum autem ἀντεφιλοτιμεῖσθαι est primæ conjugationis circumflexorum, ejusque solum. Quædam enim verba duarum conjugationum sunt; ut σκηνῶ, σκηνεῖς, & σκηνᾷς: ἀτολμῶ, ἀτολμεῖς, & ἀτολμᾷς.

Ἀντεφοδεύω. Ἀντεφώδευκα, ἀντὶ τοῦ ἀντεπέτρεχον.

Ἀντεφοδεύω. In aliquem eo. Et Ἀντεφώδευκα, in aliquem ivi.

Ἀντέχει. ἀντὶ τοῦ ἐξαρκεῖ. Δείναρχος δὲ ἀντὶ τοῦ σώζεται. Δημοσθένης καὶ Ὑπερείδης ἀντὶ τοῦ ἀντιλαμβάνεται. Καὶ οἱ ἵπποι αὐτοῖς μηδὲ πρὸς τὸ φεύγειν ὑπὸ τοῦ πηλοῦ ἔτι ἀντεῖχον. Καὶ αὖθις· Ἀμελετήτους ὄντας κρύει ἀντέχειν. ἀντὶ τοῦ ὑπομονητικῶς ἔχειν. Καὶ αὖθις· Ταῖς ἐπιθυμίαις ἀντέχων. Καὶ αὖθις· Ἡ [4] Σύγκλητος ὑπολαβοῦσα τοὺς Αἰτωλοὺς ἀντέχειν ταῖς κατὰ τὸν Ἀντίοχον ἐλπίσιν, ἀπράκτους ἀπέστειλεν εἰς τὴν Ἑλλάδα. καὶ Ἀντεχόμενος, ἀντιλαμβανόμενος.

Ἀντέχει. Sufficit. Dinarchus vero sumpsit pro σώζεται, servatur. Demosthenes & Hyperides pro ἀντιλαμβάνεται, sibi vendicat, apprehendit. † *Equi vero illorum propter lutum fugere amplius non poterant.* Et iterum: *Cum frigori tolerando non essent assueti.* Et iterum: *Cupiditatibus resistens.* Item: *Senatus suspicatus Ætolos auxilium ab Antiocho sperare, [legatos eorum] re infecta in Græciam dimisit.* Et Ἀντεχόμενος, apprehendens.

Ἀντεχειροτόνησεν. ἀντέλεγεν. [5] Εἰ δὲ κἀκεῖνα προσέθηκεν, οὐδεὶς ἀντεχειροτόνησεν ἄν.

Ἀντεχειροτόνησεν. Contradixit. *Si enim & illa addidisset, nemo contradixisset.*

1 Χαρίτων γὰρ καὶ Μελάνιππος.] Vide quæ notavimus supra v. Ἀναβολή.

2 Ἀντιτόρησεν] Homerus Il. E. v. 337. Εἶθαρ δὲ δόρυ χροὸς ἀντιτόρησεν. Ubi Scholiastes: Ἀντιτόρησεν. διῆλθε, διέτρησεν.

3 Ἀντ' εὐεργεσίης Ἀγαμ. τῖσαν Ἀχ.] Hujus proverbii meminerunt etiam Diogenianus Centur. I. 99. & Harpocratio v. Ἔδησαν? apud quos pro τῖσαν legitur δῆσαν, i. e. vinxerunt.

4 Ἡ Σύγκλητος ὑπολαβοῦσα τοὺς Αἰτ. ἀντ.] Hæc sunt verba Diodori in Excerpt. Legat. ab Hœschelio editis, cap. VIII. ut Pearsonius observavit.

5 Εἰ δὲ κἀκεῖνα προσέθηκεν, οὐδ.] Apud Aristoph. Eccles. pag. 736. unde ista descripsit Suidas, locus hic ita legitur & distinguitur:

Ἀν-

Ἄντια. ὄνομα κύριον ἑταίρας. τινὲς δὲ Ἄνθεια γράφουσιν.

Ἀντήλιος, ἐν τῷ η, καὶ Ἀπηλιώτης, καὶ πάντα τὰ ὅμοια, ψιλῶς.

Ἀντήνωρ. ὄνομα κύριον. καὶ συστέλλει ἐπὶ γενικῆς. καὶ Ἀντηνορίδης, ὁ τοῦ Ἀντήνορος παῖς.

Ἀντήρεις.[1] Ἀντιθέτους. ἀντὶ τοῦ ἴσας τοῖς θρήνοις. μετῆκται δὲ ἀπὸ τῶν ἐρεσσόντων, ὅταν κατ' ἴσον ἐρέσσωσι, καὶ μὴ εἰς θάτερον παρελαύνηται ἡ ναῦς. Ἀντήρεις οὖν, ἀντικτυπούσας τοῖς θρήνοις. θρηνοῦσα γὰρ ἔτυπτε τὸ στῆθος πρὸς ἕκαστον Ἠλέκτρα. Πολλὰς δ' ἀντήρεις ᾔσθου στέρνων πληγὰς αἱμασσομένων. Ἀντῆρες δὲ, ἀντήρειδος, καὶ σημαίνει τὴν θυρίδα.

Ἀντήρκουν. ἐξήρκουν. ἠδύναντο. Πρὸς τὰς παρατάξεις ἀντήρκουν μόλις.

Ἀντιάζει. ἐναντιοῦται.

Ἀντιάνειραι.[2] ἰσάνδραι. ἐναντιούμεναι τοῖς ἀνδράσιν.

Ἀντιάσας. μετασχών. ἐν Ἐπιγράμματι·

Δῶρα[3] φέρει τρομεροῦ γήραος ἀντιάσας.

Σοφοκλῆς·

Ἀλλ'[4] ἀντιάζω, πρὶν πανωλέθρους τὸ πᾶν
Ἡμᾶς τ' ὀλέσθαι, κἀξερημῶσαι γένος.

Ἀντιάτας. τοὺς ἀπὸ Ἀντίου πόλεως, ἣ ἀπέχει Ῥώμης τ' σταδίους.

Ἀντιβληθέντος.[5] ἀντὶ τοῦ ὑπαγορευθέντος Δείναρχος λέγει.

Ἀντιβόλησις, καὶ Ἀντιβολία. παράκλησις,[6] ἱκετηρία. [7]Θουκυδίδης· Πρὸς γὰρ ἀντιβολίαν καὶ ὀλοφυρμὸν τρεπόμενοι, ἐς ἀπορίαν καθιστᾶσιν ἄγειν τε σφᾶς ἀξιοῦντες. καὶ Ἀντιβολῆσαι. ἀπαντῆσαι, μετασχεῖν. καὶ Ἀντιβολῶ, τὸ ἱκετεύω. πεποίηται δὲ παρὰ τὸ ἄντομαι καὶ βάλλω.

Ἀντιβολῶ. δοτικῇ. Φωναὶ δὲ παρὰ πάντων οἰκτραὶ ἀντιβολοῦσαι καὶ ἀντηχοῦσαι αὐτοῖς. αἰτιατικῇ δέ. Ὑμεῖς δὲ τοὺς νόμους ἔχοντά με πλησίον ἡγεῖσθε παρεστάναι, καὶ τὸν ὅρκον, ὃν ὀμωμόκατε, τοὺς ἀξιοῦντας καὶ ἀντιβολοῦντας ἕκαστον ὑμῶν.

Ἀντιγενίδης,[8] Σατύρου, Θηβαῖος, μουσικὸς, αὐλωδὸς Φιλοξένου. οὗτος ὑποδήμασι Μιλησίοις πρῶτος ἐχρήσατο, καὶ κροκωτὸν [9]ἐν τῷ Κωμαστῇ περιεβάλλετο ἱμάτιον. ἔγραψε μέλη.

Ἀντιγόνη. ὄνομα κύριον. καὶ Ἀντιγόνειος. καὶ Ἀν-

Ἄντια. Antia. Nomen proprium meretricis. Nonnulli vero scribunt Anthia.

Ἀντήλιος, & Ἀπηλιώτης, & omnia similia, litera tenui scribuntur.

Ἀντήνωρ. Antenor. Nomen proprium. Corripitur in genitivo. Et Antenorides, Antenoris filius.

Ἀντήρεις. Oppositos. Contrarios. [Sophocles:] *Multis & validis ictibus pectus tuum sanguine manans percussisti.* Hic ἀντήρεις significat, lamentis pares: per metaphoram ductam a remigantibus, cum æquali contentione remigant, & in neutram partem navis impellitur. Vel ἀντήρεις exponi potest, simul cum lamentis resonantes. Electra enim, cum lamenta ederet, pectus etiam percutiebat. Ἀντῆρες vero, ἀντήρειδος, significat fenestram.

Ἀντήρκουν. Sufficiebant. Valebant. Poterant. *Vix aciei resistere poterant.*

Ἀντιάζει. Adversatur. [Occurrit.]

Ἀντιάνειραι. Fœminæ pares viris. Vel, viris adversantes.

Ἀντιάσας. Particeps factus. [Assecutus.] In Epigrammate:

*Dona fert, postquam tremula senectus eum occupavit.*

Sophocles:

*Sed oro, prius quam omnes ad internecionem*
*Intereamus, & genus nostrum penitus deleatur.*

Ἀντιάτας. Antiatas, cives urbis Antii, quæ ccc. stadia Roma distat.

Ἀντιβληθέντος. Dinarchus dixit pro ὑπαγορευθέντος, i. e. dictati.

Ἀντιβόλησις, & Ἀντιβολία. Adhortatio. Preces supplices. Thucydides: *Ad preces & lamentationes conversi incertos consilii alios reddebant, quod eos orarent, ut se asportarent.* Et Ἀντιβολῆσαι, occurrere, participem fieri. Et Ἀντιβολῶ, suppliciter oro. Compositum est autem hoc verbum ex ἄντομαι & βάλλω.

Ἀντιβολῶ. Occurro. Dativo jungitur. *Vocibus vero miserabilibus aures eorum undique circumsonabant.* Item, accusativo. *Vos vero sic existimate, me prope vos adstare, tenentem leges & jusjurandum, quod jurastis, eaque singulos vestrum orare & rogare.*

Ἀντιγενίδης. Antigenides, Satyri F. Thebanus, Musicus, tibicen Philoxeni. Hic calceis Milesiis primus usus est, & in *Comasta* crocotum pallium induit. Scripsit carmina melica.

Ἀντιγόνη. Antigone. Nomen proprium. Et

Νὴ τὸν Διόνυσον, χρηστά γ' εἰ δή· κεῖνά γε
Περιέθηκεν, οὐδεὶς ἀντιχορηγήσειεν ἄν.

1 Ἀντήρεις. ἀντὶ τοῦ ἴσας τοῖς θρ.] Hæc descripta sunt ex Scholiasta Sophoclis ad *Electr.* pag. 84. ut Portus etiam monuit.

2 Ἀντιάνειραι] Hæc vox est epithetum Amazonum apud Homerum Il. Γ. v. 189. quam brevis Scholiasta sic exponit: Αἱ ἴσαι κατὰ δύναμιν ἀνδράσιν, ἢ αἱ ἐναντιούμεναι ἀνδράσιν. ἐξ οὗ πολεμικαί.

3 Δῶρα φέρει τρομεροῦ γήραος ἀντιάσας] Epigramma integrum, cujus hic Pentameter pars est, legitur Anthol. lib. VI. pag. 549.

4 Ἀλλ' ἀντιάζω, πρὶν π.] Duo hi senarii sic legendi videntur:
Ἀλλ' ἀντιάζω, πρὶν πανωλέθρους τὸ πᾶν
Ἡμᾶς τ' ὀλέσθαι, κἀξερημῶσαι γένος.
Hanc lectionem in versione secutus sum.

5 Ἀντιβληθέντος] Sic habent MSS. Paris. & Harpocratio. In prioribus vero Edit. male excusum est ἀντιβοληθέντος. Portus & interpres Harpocrationis vocem hanc non intellexerunt, ut ex illorum versione apparet. Non enim τὸ ἀντιβάλλεσθαι hic significat sermonem vel orationem excipere, sed idem quod ὑπαγορεύειν, i. e. dictare. Hinc in veteribus Glossis Græco-Latinis Ἀντιβολεὺς exponitur *dictator*: & vicissim in aliis Glossis Latino-Græcis, *Dictator* redditur, μόναρχος, ΑΝΤΙΒΟΛΕΥΣ, πρωτεύς.

6 Ἱκετηρία] Scribere malim ἱκετεία, vel ἱκεσία, ut apud Scholiastam Thucyd. ad lib. VII. pag. 460. cujus vestigia Suidas hic secutus est.

7 Θουκυδίδης] Lib. VII. cap. LXXV.

8 Ἀντιγενίδης, Σατύρου, Θηβ.] Vide Harpocrationem v. Ἀντιγενίδης, qui cum Dionysii filium facit, & αὐλητὴν ἐνδοξότατον, *tibicinem clarissimum* fuisse scribit.

9 Ἐν τῷ Κωμαστῇ] Id est, cum ageretur drama Philoxeni, cui *Comastes* nomen erat.



γονι-

γόνειος κλίνη, τοῦ Ἀντιγόνου.

Ἀντίγονος. οὗτος ἐκλήθη Εὐεργέτης καὶ [1] Σωτὴρ παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι. [2] νικήσας γὰρ μάχῃ Κλεομένην, τὸν τῶν Λακεδαιμονίων βασιλέα, ἐγκρατὴς ἐγένετο καὶ τῆς Σπάρτης. αὐτός τε ὢν κύριος ὅ βούλοιτο χρῆσθαι καὶ τῇ πόλει, καὶ τοῖς ἐμπολιτευομένοις, τοσοῦτον ἀπεῖχε τοῦ κακῶς ποιεῖν τοὺς γεγονότας ὑποχειρίους, ὡς ἐκ τῶν ἐναντίων ἀποδοὺς τὸ πάτριον πολίτευμα καὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τῶν μεγίστων ἀγαθῶν αἴτιος γενόμενος καὶ κοινῇ [3] καὶ κατ' ἰδίαν Λακεδαιμονίοις· καὶ οὐ μόνον ἐκρίθη παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν εὐεργέτης, ἀλλὰ καὶ μεταλλάξας, σωτήρ.

Ἀντιγόχνοιαι. οἱ τροχοὶ τοῦ ἅρματος.

Ἀντιγραφεύς. [4] ὁ καθιστάμενος ἐπὶ τῶν καταβαλλόντων τινὰ τῇ πόλει χρήματα, ὥστε ἀντιγράφεσθαι αὐτά. οὕτω Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀνδροτίωνος. ἀλλὰ καὶ Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος. δύο δὲ ἦσαν· ὁ μὲν τῆς διοικήσεως· ὁ δὲ τῆς Βουλῆς.

Ἀντιγραφή. [5] ἰδίως μὲν ἐπὶ ταῖς τῶν κλήρων δικασίαις, ὅταν τις, ὡς ἄπαιδος ὄντος τοῦ τετελευτηκότος, ἑαυτῷ φάσκῃ προσήκειν τὸν κλῆρον. ἐπὶ τῶν τοιούτων γὰρ λέγεται ἀντιγραφή. [6] κοινῶς δὲ τὰ ἐν ταῖς δημοσίαις δίκαις τῶν δικαζομένων γράμματα. καὶ λέγεται ὁμοίως τά τε τοῦ διώκοντος, καὶ τὰ τοῦ φεύγοντος ἀντιγραφή. λέγεται δὲ οὕτω καὶ τὰ μαρτύρια. Πλάτων μέντοι ἐν τῇ Σωκράτους Ἀπολογίᾳ ἀντωμοσίαν καὶ ἀντιγραφὴν τὸ αὐτὸ λέγει.

Ἀντιδιαστέλλεται. ἀντιδιίσταται, ἢ χωρίζεται.

Ἀντίδορον. τὸ τοῦ δέρματος δέρμα. ἐν Ἐπιγράμματι·

Καὶ [7] κάρυον [8] χλωρῆς ἀντίδορον λεπίδος.

Ἀντίδοσις. [9] τοὺς εἰς λειτουργίαν τινὰ χειροτονουμένους καὶ μὴ βουλομένους λειτουργεῖν ἐπὶ προφάσει πενίας, ἀντεδίδουν ἕτεροι τὰς ἑαυτῶν οὐσίας, λέγοντες, εἰ λάβοιεν τὰς ἐκείνων, λειτουργεῖν. ἐξ ὧν ἠναγκάζοντο ἢ διδόναι τὰς οὐσίας οἱ προσταττόμενοι, ἢ λειτουργεῖν. τὸ οὖν ἀντιδιδόναι τινὰς τὰς ἑαυτῶν οὐσίας, καὶ λαμβάνειν τὰς ἑτέρων τῶν προσταττομένων λειτουργεῖν, ἐλέγετο ἀντίδοσις.

Ἀντίθεσις. [10] σχῆμα λέξεώς ἐστι, καθ' ἣν ἀντιτίθενται ἀλλήλοις τὰ ἐναντία, ἢ κατὰ μέρος, ἢ ἀθρόως. οὕτως Ἰσοκράτης ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ.

Ἀντικάθηται. [11] ἀντὶ τοῦ ἐναντιοῦται. καὶ Ἀντικαθίστα-

Ἀντιγόνειος, ad Antigonem, vel Antigonum pertinens. Et Ἀντιγόνειος κλίνη, Antigoni lectus.

Ἀντίγονος. Antigonus. Hic ab omnibus Græcis Euergeta & Soter appellatus fuit. Cum enim Cleomenem Lacedæmoniorum Regem prælio superasset, ipsamque Spartam in potestatem suam redegisset, & arbitratu suo tam de urbe, quam civibus ejus statuere posset, tantum abfuit, ut victos ullo maleficio afficerit, ut contra patrias ipsis leges & libertatem restituerit, maximaque in Lacedæmonios beneficia qua publice qua privatim contulerit. Nec illo tantum tempore ut maximorum beneficiorum auctor, sed etiam post obitum ut Servator judicio omnium laudatus est.

Ἀντιγόχνοιαι. Currus rotæ.

Ἀντιγραφεύς. Qui præpositus est illis, qui civitati pecuniam solvunt, ut eam contrascribat. Sic Demosthenes in oratione contra Androtionem; & Æschines contra Ctesiphontem. Erant autem duo [Ἀντιγραφεῖς;] unus administrationis; & alter Senatus.

Ἀντιγραφή. In Judiciis hæreditatum [Ἀντιγραφὴ] proprie appellatur, cum quis hæreditatem defuncti, ut sine liberis mortui, ad se pertinere dicit. Communiter vero in Judiciis publicis sic appellantur litigantium, tam actoris quam rei, libelli. Eodem etiam nomine vocantur testimonia. Plato in Apologia Socratis ἀντωμοσίαν & ἀντιγραφὴν pro eodem accepit.

Ἀντιδιαστέλλεται. Opponitur, aut distinguitur.

Ἀντίδορον. Cuticula, quæ pelli subjicitur. In Epigrammate:

*Et nucem, quæ præter tenuem pelliculam, putamen etiam habet.*

Ἀντίδοσις. Bonorum permutatio. Si qui publico aliquo munere, ad quod obeundum electi fuerant, fungi recusarent, paupertatem excusantes, alii facultates suas cum illis permutabant, dicentes, se, si bona sua accipere vellent, publico munere functuros esse. Illi igitur, quibus publicum munus mandatum erat, vel bona sua aliis tradere, vel munus illud obire cogebantur. Quum igitur aliqui facultates suas cum illis permutabant, quibus publicum aliquod munus mandatum erat, id ἀντίδοσις dicebatur.

Ἀντίθεσις. Est figura orationis, per quam oratores contraria, vel singula, vel plura simul, inter se opponunt. Sic Isocrates in *Panathenaico.*

Ἀντικάθηται. Resistit. Adversatur. Et Ἀντι-

1 Καὶ Σωτήρ] Hæc duæ voces desunt in prioribus Edit. quas ex MSS. Paris. revocavi.

2 Νικήσας γὰρ μάχῃ Κλεομ.] Hæc & quæ sequuntur sunt verba Polybii lib. v. cap. ix.

3 Καὶ κατ' ἰδίαν Λακεδαιμονίοις] Addendum est ex Polybio, ὥστε εἰς τὴν οἰκείαν ἀπελθεῖν. Absque his enim verbis sensus pendet.

4 Ἀντιγραφεύς. ὁ καθιστάμενος ἐπὶ τῶν καταβ.] Ex Harpocratione.

5 Ἀντιγραφή] In prioribus Edit. hæc vox desideratur, & quæ sequuntur cum præcedenti articulo absque ulla nota distinctionis cohærent, quæ inde separanda esse & sensus & Harpocratio manifesto docent.

6 Κοινῶς δὲ τὰ ἐν ταῖς δημοσίαις δ.] Vide Petitum in Commentar. ad Leges Attic. pag. 320.

7 Καὶ κάρυον χλωρῆς ἀντ. λεπ.] Hæc decerpta sunt ex Epigrammate Zonæ, quod integrum legitur Anthol. lib. vi. pag. 564.

8 Χλωρῆς] In Anthologia hodie legitur λεπτῆς ἀντίδορον λεπίδος; quod magis placet.

9 Ἀντίδοσις. τοὺς εἰς λειτ.] Vide orationem Isocratis, quæ περὶ Ἀντιδόσεως inscribitur. & Sam. Petitum in Comment. ad Leg. Attic. p. 282. ubi de hoc ἀντιδόσεως more prolixe agit.

10 Ἀντίθεσις. σχῆμα λέξ.] Ex Harpocratione.

11 Ἀντικάθηται. ἐναντ.] Sic locum hunc ex 2 MSS. Paris. correxi, qui in prioribus Edit. aliter legitur.

ται

καθίστασθαι ὁμοίως. Οὐ δυνάμενος τῷ πλήθει ἀντικαθίστασθαι.

Ἀντὶ κακοῦ κυνὸς σῦν ἀπαιτεῖς. παροιμία [1] ἐπὶ τῶν καλὰ ἀντὶ κακῶν ἀπαιτούντων.

Ἀντικαταλλαττόμενος. οὐ μόνον ὅταν σπένδηταί τις, ἢ εἰς φιλίαν ἔρχηται πρὸς ὃν γέγονεν αὐτῷ διαφορά, τῷ καταλλαττόμενος ἐχρήσαντο οἱ Ῥήτορες· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀμείβοντος χρυσίον ἐν τῷ δήμῳ πολλάκις. Δημοσθένης. [2] Ἀλλὰ καὶ ἐδείκνυεν ὑμᾶς τυροπωλῶν, οἰκοδομῶν, βαδιεῖσθαι φάσκων, κἂν μὴ χειροτονῆτε ὑμεῖς, ξυληγῶν, τὸ χρυσίον ἀντικαταλλαττόμενος ἐπὶ ταῖς τραπέζαις.

Ἀντικατέστησαν. ἠναντιώθησαν. Διόδωρος· Οἱ δὲ ὑπολειφθέντες ἀντικατέστησαν ἀλλήλοις.

Ἀντικατηγορεῖσθαι. τὸ ἴδιον ἀντικατηγορεῖται τοῦ πράγματος, ὃ καὶ μόνῳ ὑπάρχει, καὶ ἀεί· ὡς τοῦ ἀνθρώπου τὸ γελαστικόν. καὶ τοῦτό ἐστιν ἀντικατηγορεῖσθαι, τὸ μόνῳ καὶ παντὶ ὑπάρχειν.

Ἀντικείμενα. τὸ ἀντικείμενον τετραχῶς ἀντίκειται. ἢ γὰρ ὡς κατάφασις καὶ ἀπόφασις· ἢ ὡς τὰ ἐναντία· ἢ ὡς ἕξις καὶ στέρησις· ἢ ὡς τὰ πρός τι. καὶ καθ' ἑκάστην ἀντίθεσιν οἰκεία τις ἀκολουθία· ἀφ' ἧς ἀκολουθίας ὑπογράφει πῶς οἷόντε ὁρμωμένους κατασκευάζειν τί καὶ ἀνασκευάζειν. ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πασῶν τῶν ἀντιθέσεων ἡ ἀκολούθησις ὁμοίως. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῆς ἀντιφάσεως ἀνάπαλιν ἡ γινομένη ἀκολούθησις ἔχει. εἰ γὰρ τὸ καλὸν ἡδὺ, τὸ οὐχ ἡδὺ οὐ καλόν· ἀλλ' οὐχὶ τὸ οὐ καλὸν οὐχ ἡδύ. καὶ τὰ λοιπὰ ἐπὶ τοῖς τόποις.

Ἀντικλείδης. [3] οὗτος ἔγραψε περὶ Νόστων. [4] Αἰτοῦντος γὰρ τοῦ Πυθίου ἀναθεῖναι τὴν ἄρνα τὴν χρυσῆν, καὶ ἕτερα παρέχοντος κειμήλια, εἰπεῖν τὴν Πυθίαν·

Ὃ βούλομαι, δός, μὴ δίδου δ' ὃ μὴ θέλω.

Ἀντίκεισις. ἀντὶ τοῦ ἀπόκεισις. οὕτως Ἀναξίλας.

Ἀντικρύ. κατέναντι. ἐξ ἐναντίας. Ἄντικρυς δὲ, διόλου, ἢ παντελῶς, ἢ φανερῶς, δι' ἐναντίας. ὁ δὲ Ποιητὴς ἐκτεταμένως λέγει, καὶ δίχα τοῦ σ.

[5] Ἀντικρὺ δὲ παραὶ λαπάρην διάμησε χιτῶνα.

ἢ Ἄντικρυς, αὐτίκα. ἀντὶ τοῦ αὐτίκα, φανερῶς. Ὑποβλήτους ἄν εἴπέ τις αὐτοὺς εἶναι, καὶ νόθους ἄντικρυς. ἀντὶ τοῦ, ἀληθῶς. Εἶδον δὲ καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, ἄντικρυς ἀπαγγέλλουσαν τὴν τοῦ ἀνδρὸς ὄψιν, οἷος ἦν τὴν φύσιν. Καὶ ὁ κανών. Τὰ εἰς υς ἐπιῤῥήματα, εἰ λέγοιτο ἄνευ τοῦ σ, ἰσοχρονεῖν θέλει· μεσηγὺς, μεσηγύ. τὸ μέν τοι ἀντικρὺ μεταβαλὸν τὸν τόνον, μετέβαλε καὶ τὸν χρόνον.

Ἄντικρυς. κατέναντι. ἐξ ἐναντίας. οἱ δὲ Γλωσσογράφοι, καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ Κυρηναῖος, καὶ ἐπ-

καθίστασθαι similiter. *Cum non posset multitudini resistere.*

Ἀντὶ κακοῦ κυνὸς σῦν ἀπ. *Pro malo cane suem repetis.* Proverbium in eos, qui bona pro malis repetunt.

Ἀντικαταλλαττόμενος. Non solum de eo, qui amicitiam cum aliquo jungit, vel in gratiam redit cum altero, cum quo dissidium ipsi intercesserat, hac voce utuntur Oratores: sed etiam de eo, qui aurum in populo permutat. Demosthenes. *Sed etiam ostendebat vobis* [*rem ita se habere,*] *caseos vendens, ædificans, se iturum dicens,* * * * * * * * * * * * *& aurum ad mensas permutans.*

Ἀντικατέστησαν. Adversati sunt. Diodorus: *Qui vero relicti fuerant, alii aliis adversati sunt.*

Ἀντικατηγορεῖσθαι. Proprium illud, quod rei alicui soli & semper inest, ἀντικατηγορεῖσθαι dicitur. Hinc de facultate ridendi, quæ homini soli & semper inest, Græci dicunt ἀντικατηγορεῖσθαι.

Ἀντικείμενα. Opposita. Res quadrifariam sibi invicem opponuntur. Aut ut affirmatio & negatio; aut ut contraria; aut ut habitus & privatio; aut ut relata. Singulæ harum oppositionum suas habent consequentias: quibus quomodo ad aliquid confirmandum vel refellendum uti oporteat docet. Sed non omnium oppositionum eædem sunt consequentiæ. Nam in contradictione consequentia converti potest. Si enim honestum est suave, quod non est suave, non est honestum: at non etiam, quod non est honestum, non est suave. Reliqua in Topicis.

Ἀντικλείδης. Anticlides. Hic Νόστους scripsit. † Cum Apollo peteret, ut auream agnam sibi dicaret; ille vero alia cimelia ipsi offerret, dixisse ferunt Pythiam:

*Quod volo, des: ne des vero quod nolo.*

Ἀντίκρισις. Pro ἀπόκεισις. Responsio. Responsum. Sic Anaxilas.

Ἀντικρύ. Ex adverso. E regione. Contra. Ἄντικρυς vero, penitus, omnino, vel manifeste. Homerus vero producta ultima syllaba, & absque σ dixit ἀντικρύ.

*Penitus vero juxta ile discidit tunicam.*

Vel Ἄντικρυς, statim, palam. *Dixisset quis ipsos esse vere supposititios & nothos.* Ἄντικρυς enim hic pro ἀληθῶς ponitur. *Vidi autem & ipsius imaginem, vultum viri accurate repræsentantem, ut, qualis esset, cerni posset.* Regula: Adverbia in υς desinentia, si absque σ proferantur, eandem quantitatem retinent, ut μεσηγὺς, μεσηγύ. Sed ἀντικρὺ, quia mutat accentum, mutat etiam quantitatem.

Ἄντικρυς. E regione. Ex adverso. At Glossographi & Apollodorus Cyrenæus ajunt,

1 Ἐπὶ τῶν καλὰ ἀντὶ κακῶν ] Sic habent MSS. Parisienses. Male vero in prioribus Edit. excusum est, ἐπὶ τῶν κακὰ ἀντὶ καλῶν.

2 Ἀλλὰ καὶ ἐδείκνυεν ὑμᾶς τυρ. ] Sensus hujus fragmenti maxime obscurus est, cui lucem afferre non potuimus, quoniam non meminimus, ubi integer locus auctoris, ex quo hæc deprompta sunt, legatur.

3 Οὗτος ἔγραψε περὶ Νόστων ] *Nostos* Anticlidis hujus laudat Clemens Alex. in *Admonit. ad Gentes* pag. 20. & Athen. lib. IV. cap. XIV. ubi vide quæ de Νόστων scriptoribus notavit Casaubonus.

4 Αἰτοῦντος γὰρ τοῦ Πυθίου ἀναθ. ] Eadem leguntur supra v. Ἀνάθημα, ubi vide quæ notavimus.

5 Ἀντικρὺ δὲ παραὶ λαπ. ] Vide Homerum Il. Γ. v. 359.

ἐπ

ρά φασι δηλοῦν. καὶ γὰρ διαμπερὲς, καὶ ἰθὺς, καὶ εὐθὺς, καὶ ἐπ' εὐθείας, καὶ ἰσχυρῶς, καὶ σαφῶς, καὶ ἀκριβῶς, καὶ ἁπλῶς. οἱ δὲ φασιν ἀκριβέστερον, οἴομαι, λέγοντες, ὅτι μετὰ τοῦ σίγμα λεγόμενον τὰ εἰρημένα δηλοῖ· ἄνευ δὲ τοῦ σ', οἷον ἀντικρὺ, τὸ κατέναντι μόνον, καὶ ἐξ ἐναντίας.

hoc vocabulum etiam alia significare: ut, penitus, recta, statim, vehementer, manifeste, accurate, & simpliciter. Alii vero accuratius (ut opinor) dicunt, vocabulum illud, si cum σ scribatur, significare ea quæ dicta sunt: at sine σ, ut ἀντικρὺ, tantum significare e regione & ex adverso.

Ἀντίκυρα. ὄνομα χωρίου τινός.

Ἀντίκυρα. Anticyra. Nomen loci cujusdam.

Ἀντικυρίας[1] σοι δεῖ· ἀντὶ [2] τοῦ ἐξουσίας.

Ἀντικυρίας σοι δεῖ. Tutela tibi opus est.

Ἀντιλαμβανόμενοι. κρατοῦντες. ἐχόμενοι. Μένειν τε αὐτὸν ἠξίουν, καὶ κατέχειν ἀντιλαμβανόμενοι ἐτόλμων.

Ἀντιλαμβανόμενοι. Apprehendentes. Retinentes. *Et orabant ipsum, ut maneret, & prehensa veste eum retinere non dubitabant.*

Ἀντιλέγειν. ἀντὶ τοῦ, ἴσα λέγειν. Πλάτων.

Ἀντιλέγειν. Paria dicere. Plato.

Ἀντίληψις. ἀντὶ τοῦ ἐπίληψις. Πλάτων. Ἀντιλήπτωρ δὲ, ὁ ἀντιλαμβανόμενος.

Ἀντίληψις. Apprehensio. Comprehensio. Plato. Ἀντιλήπτωρ vero, defensor, adjutor.

Ἀντιλογιῶν. Θουκυδίδης α'. καὶ Ἀντιλογῆσαι. Νεφέλαις Ἀριστοφάνης.

Ἀντιλογιῶν. Contradictionum. Thucydides lib. I. Et Ἀντιλογῆσαι. Contradicere. Aristophanes *Nubibus*.

Ἀντίμαχος,[3] Κολοφώνιος, υἱὸς Ὑπάρχου, γραμματικὸς καὶ ποιητής. τινὲς δὲ καὶ οἰκέτην αὐτὸν ἀνέγραψαν Πανυάσιδος τοῦ ποιητοῦ, πάνυ ψευσάμενοι. ἦν γὰρ αὐτοῦ ἀκουστὴς καὶ Στησιμβρότου. [4] γέγονε δὲ πρὸ Πλάτωνος.

Ἀντίμαχος. Antimachus, Colophonius, Hyparchi filius, Grammaticus & Poeta. Quidam etiam ipsum Panyasidis Poetæ servum fuisse scripserunt: quod minime verum est. Fuit enim ipsius & Stesimbroti auditor. Vixit ante Platonem.

Ἀντίμαχος ἕτερος, Ἡλιοπολίτης, ἀπ' Αἰγύπτου, ὃς ἔγραψε Κοσμοποιΐαν [5] ἐν ἔπεσιν Ἡρωϊκοῖς γψπ'.

Ἀντίμαχος. Antimachus alius, Heliopolitanus, Ægyptius, qui scripsit *Cosmopœiam* versibus 3780.

Ἀντίμαχος,[6] ὁ Ψεκάς. οὗτος μελῶν ἦν ποιητής. Ψεκὰς δὲ ἐκλήθη, ἐπειδὴ προσέρραινε τοὺς ὁμιλοῦντας διαλεγόμενος. ἦν δέ τις καὶ Ὀλυμπικὸς καλούμενος Ψεκὰς διὰ τοῦτο. [7] ἐδόκει δὲ ὁ Ἀντίμαχος οὗτος ψήφισμα πεποιηκέναι, ὅτι μὴ δεῖ κωμῳδεῖν ἐξ ὀνόματος. καὶ ἐπὶ τούτῳ πολλοὶ τῶν

Ἀντίμαχος, ὁ Ψεκάς. Antimachus Psecas, poeta Melicus. *Psecas* vero cognominatus fuit, quod discipulos suos, cum dissereret, verbis quasi aspergeret & rigaret. Fuit & quidam Olympicus, eandem ob causam *Psecas* nominatus. Putabatur autem hic Antimachus decretum fecisse, neminem in scena nominatim a Comicis perstringendum esse:

1 Ἀντικυρίας σοι δεῖ] Quis dubitet scribendum esse Ἀντικύρας σοι δεῖ? Notissimum enim est proverbium *Anticyra dignus*, vel *Anticyram naviget*: quod in homines stultos & sana mente destitutos dicitur.

2 Ἀντὶ τ. ἐξουσίας] Ἐξουσία hic significat *tutelam*. Secundum leges Romanas enim mente capti & furiosi non erant sui juris, nec ipsi bona sua administrabant, sed proximi agnati eorum tutelam gerebant. Huc respicit Horatius *Sermon.* lib. II. *Sat.* III.

*——Interdicto huic omne adimat jus*
*Prætor, & ad sanos abeat tutela propinquos.*

Loquitur enim ibi Poeta de homine dementi & stulto. Hinc ergo patet, quare Suidas proverbium illud Ἀντικύρας σοι δεῖ per ἐξουσίας σοι δεῖ hic exposuerit.

3 Ἀντίμαχος, Κολοφ.] Hujus Antimachi multi scriptorum veterum mentionem faciunt. Porphyrius apud Eusebium *de Præp. Evang.* lib. X. cap. III. pag. 467. cum illorum numero accenset, qui Homero multa suffurati fuerunt. Dionysius Halicarn. Περὶ συνθέσεως ὀνομ. pag. 22. cum inter scriptores illos recenset, qui austera compositione usi fuerunt. Quintilianus ei *vim & gravitatem & minime vulgare eloquendi genus* tribuit. Antipater Thessalonicensis in Epigrammate, quod edidit Salmasius ad Æl. Spart. *Adriano*, pag. 154. eum inter Poetas secundum ab Homero locum tenere judicat. Crates Grammaticus in alio Epigrammate, quod Salmasius eodem loco publicavit, Antimachum hunc Chœrilo poetæ, quem nonnulli veterum magni faciebant, longe præferendum esse censet. Adrianus Imperator ejus adeo studiosus fuit, ut Homerum ex manibus hominum excutere, ejusque loco Antimachum introducere conaretur, teste Dione in *Adriano*, pag. 353. & Suida v. Ἀδριανός, qui ibi Dionis verba descripsit. Scripserat Antimachus poemata varia, inter quæ principem locum tenebat *Thebais*, cujus præter alios auctores mentionem etiam faciunt, Apollonius Grammaticus, Athenæus, Priscianus, Tzetzes ad Lycophronem, Stephanus Byzantius, Etymologus, & Pausanias in *Arcadicis* cap. XXV. Interdum scriptores veteres *Thebaidis* mentionem faciunt absque nomine auctoris: veluti Schol. Sophocl. *Oed. Colon.* pag. 315. ὁ τὴν Κυκλικὴν Θηβαΐδα ποιήσας. Schol. Apoll. Rh. lib. I. v. 308. οἱ τὴν Θηβαΐδα γεγραφότες. Athen. lib. XI. pag. 465. ὁ τὴν Κυκλικὴν Θηβαΐδα πεποιηκώς. Sed hæc *Thebais Cyclica* diversa fuit a *Thebaide* Antimachi, ut docet Salmasius ad Solinum, pag. 598. Præter *Thebaidem* laudatur etiam Antimachi Λυδὴ, vel Λύδη; cujus poematis quodnam fuerit argumentum egregie nos docet Plutarchus in *Consolat. ad Apollon.* p. 106. his verbis: Ἐχρήσατο δὲ τῇ τοιαύτῃ ἀγωγῇ καὶ Ἀντίμαχος ὁ ποιητής. ἀποθανούσης γὰρ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Λύδης, πρὸς ἣν φιλοστόργως εἶχε, παραμύθιον τῆς λύπης αὐτῷ ἐποίησε τὴν ἐλεγείαν τὴν καλουμένην Λύδην, ἐξαριθμησάμενος τὰς ἡρωϊκὰς συμφοράς, τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς ἐλάττω τὴν ἑαυτοῦ ποιῶν λύπην. i. e. *Hoc genere consolationis usus est etiam Antimachus Poeta. Is enim cum morte amisisset Lyden uxorem suam, quam admodum caram habuerat, leniendi doloris causa elegiam scripsit, Lyden nomine, in qua enumeratis calamitatibus heroum, alienorum malorum commemoratione suum mœrorem minuit.* Hujus poematis mentionem faciunt Schol. Apoll. Rhod. ad lib. I. v. 1289. lib. II. v. 297. lib. III. v. 409. lib. IV. v. 259. & 1153. Schol. Pindari ad *Pyth.* Od. IV. v. 398. Scholiasta Euripidis ad *Phœnissas*: Suidas infra v. Ὀρχοῦντες; & Photius in Bibliotheca Cod. CCXIII. pag. 548. Præterea, Ἄρτεμις ejus laudatur a Stephano Byzantio v. Κοτύλαιον: & Ἐπίγονοι, a Schol. Aristoph. ad *Pacem*, pag. 718. Idem etiam de Homero scripserat, ut discimus ex Tatiano Orat. πρὸς Ἕλληνας, §. XLVIII. & ex vita Homeri, quæ vulgo Plutarcho tribui solet: cujus auctor ipso statim initio testatur, Antimachum & Nicandrum memoriæ prodidisse, Homerum fuisse Colophonium. Utrum vero Antimachus peculiari aliquo opere de Homero scripserit, an vero obiter tantum in aliis suis scriptis Homerum Colophonium fuisse dixerit, propter silentium veterum non constat.

4 Γέγονε δὲ πρὸ Πλάτωνος] Plato juvenis Antimachum senem vidit, ut discimus ex Plutarcho in *Lysandro*, pag. 443. Hoc ideo moneo, ne quis forte verbis Suidæ deceptus existimet, Platonem post mortem Antimachi demum natum fuisse.

5 Ἐν ἔπεσιν ἡρωϊκοῖς γψπ'.] Sic omnes Edit. habent. Sed in duobus MSS. Paris. exaratum est, ἐν ἔπ. ἡρωϊκ. τρισχιλίοις ἑπτακοσίοις; quam lectionem etiam agnoscit Codex Vaticanus, ut Pearsonius ad marginem Suidæ sui monuit.

6 Ἀντίμαχος, ὁ Ψεκάς] Totum hunc articulum descripsit Suidas ex Schol. Aristoph. ad *Acharn.* pag. 425.

7 Ἐδόκει δὲ ὁ Ἀντίμαχος οὗτος ψήφισμα πεπ. ὅτι μὴ δεῖ κωμ.] Vide Petitum in Commentar. ad Leges Attic. pag. 79. 80.

ποιητῶν οὐ προσῆλθον ληψόμενοι τὸν χορὸν· καὶ δῆλον ὅτι πολλοὶ τῶν χορευτῶν ἐπείνων. οἱ [1] δὲ λέγουσιν, ὅτι ποιητὴς ὢν, καλὸς ὢν χρηστὸς, μικρολόγως τοῖς χορηγοῖς ἐχρήσατο.

Ἀντιμάχου [2] καταπυγοσύνης ἀναπλήσει. ἀντὶ τοῦ μαλακίας, ἀναισχυντίας. οὗτος γὰρ εἰς θηλύτητα καὶ εὐμορφίαν ἐκωμῳδεῖτο. ἔστι δὲ καὶ ἕτερος ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδούμενος. καὶ τρίτος, ὁ Ψεκὰς λεγόμενος. καὶ τέταρτος, τραπεζίτης, οὗ μνημονεύει καὶ Εὔπολις ἐν Δήμοις. πέμπτος ἱστοριογράφος.

Ἀντιμίσιον. [3] παρὰ Ῥωμαίοις τράπεζα, πρὸ τοῦ δικαστηρίου κειμένη.

Ἀντί [4] τοι πολλῶν

Λαῶν ἐστὶν ἀνὴρ, ὅν τε Ζεὺς κῆρι φιλήσει.

Ἴσος ἐστὶν εἷς ἀνὴρ πολλοῖς, ὅταν ᾖ θεοφιλής.

Ἀντίξοον. ἐναντίον. πολέμιον. [5] Ἡρόδοτος· Καὶ στρατὸν συλλέγειν ἀντίξοον Πέρσῃσι. καὶ Ἀντίξουν, ἐναντίον. [6] Ἀγαθίας· Ὁ δὲ ἐχώρει, οὐδὲν ἀντίξουν ἔσεσθαι ὑποτοπήσας.

Ἀντιόπη. [7] θυγάτηρ Νυκτέως, ἣν ἔφθειρέ τις τῶν πολιτῶν. ὁ δὲ πατὴρ πέμπει αὐτὴν τῷ ἀδελφῷ κολάσαι. ὁ δὲ ἔγκυον αὐτὴν θεασάμενος, ᾤκτειρεν. ἡ δὲ γεννᾷ Ζῆθον καὶ Ἀμφίονα, οὓς εἰς ὄρος ἔρριψεν ὁ θεῖος. εἶχε δὲ γυναῖκα, ὀνόματι Δίρκην, ἥτις ὑπονοήσασα τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα Λύκον φιλεῖν τὴν Ἀντιόπην, ἀνάγει αὐτὴν εἰς ὄρος, καὶ δήσασα αὐτὴν ἀπὸ τραχήλου ταύρου, καὶ ἀνάψασα δᾷδας ἀπὸ τῶν αὐτοῦ κεράτων, ἔμελλεν αὐτὴν ἀπολλύειν. ἡ δὲ ἐθρήνει, καὶ θορύβου γενομένου ἠθροίσθη πλῆθος γεωργῶν σὺν οἷς καὶ Ζῆθος καὶ Ἀμφίων. καὶ γνωρίσαντες τὴν μητέρα, ἐρρύσαντο αὐτήν· τὴν δὲ Δίρκην τῇ προκειμένῃ παρέδωκαν τιμωρίᾳ. Ζῆθος δὲ καὶ Ἀμφίων κτίζουσι Θήβας, καὶ βασιλεύουσι καὶ τούτων οἱ ἀπόγονοι μέχρι Λαΐου καὶ Ἰοκάστου, τοῦ μετακληθέντος Οἰδίποδος.

Ἀντίος. ὁ κατέναντι. Ἦλθε δ' αὐτοῦ ἀντίος.

Ἄντιον. πόλις, ἥτις ἀπέχει Ῥώμης τ' σταδίους.

Ἀντιόχεια, ἡ πόλις. πεποίηται μὲν ὑπὸ Σελεύκου· ὀνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ παιδὸς Ἀντιόχου. καὶ Ἀντιοχὶς, ὄνομα φυλῆς.

Ἀντίοχος [8] ὁ βασιλεύς. Οὗτος ἐδόκει κατὰ τὰς ἀρχὰς γεγονέναι μεγαλεπίβολος, καὶ τολμηρὸς, καὶ τοῦ προτεθέντος ἐξεργαστικός· προβαίνων δὲ κατὰ τὴν ἡλικίαν ἐφάνη πολὺ καταδεέστερος αὐτοῦ, καὶ τῆς τῶν

quæ causa fuit, quare multi Poetæ fabulas suas absque Choro agerent, & ideo multi choreutæ ad egestatem redigerentur. Alii vero dicunt, cum bonum quidem fuisse Poetam, sed, cum aliquando Choragus esset, erga choreutas nimis parcum se præbuisse.

Ἀντιμάχου καταπ. *Antimachi mollitie & impudentia replebit.* Hic enim ob animum effœminatum & elegantiam formæ a Comicis vellicabatur. Fuit & alius Antimachus, qui ob nequitiam a Comicis vapulabat. Fuit & tertius, *Psecas* dictus: & quartus, trapezita, cujus meminit Eupolis in *Demis*. Item quintus, historiographus.

Ἀντιμίσιον. Mensa apud Romanos, quæ ante dicasterium posita erat.

Ἀντί τοι πολλῶν λ. *Vir ille, qui Jovi charus est, multis populis æquiparandus est.*

Ἀντίξοον. Contrarium. Hostile. Herodotus: *Et exercitum contra Persas conscribere.* Et Ἀντίξουν, idem. Agathias: *Ille vero ibat, nihil adversi sibi eventurum suspicatus.*

Ἀντιόπη. Antiope, Nyctei filia. Hanc a quodam civium vitiatam pater ad fratrem misit, ut eam puniret. Ille vero gravidam eam conspicatus, ejus misertus est. Postea igitur Zethum & Amphionem peperit, quos patruus in monte exposuit. Habuit autem uxorem nomine Dircen, quæ suspicans maritum suum Lycum amare Antiopen eam in montem abductam, & tauri collo alligatam, ardentibus facibus ad tauri cornua additis, occidere statuit. Illa vero flente, tumultuque orto, concursus est factus agricolarum: inter quos Zethus & Amphion matrem agnitam liberarunt, & Dircen eodem supplicio, quo Antiopen perdere decreverat, affecerunt. Iidem Thebas condiderunt, ubi ipsi & eorum posteri regnum tenuerunt usque ad Laium, & Jocastum, qui nomine mutato dictus est Oedipus.

Ἀντίος. Adversus. Obvius. *Obvius autem ipsi venit.*

Ἄντιον. Antium urbs, quæ ccc stadiis Roma distat.

Ἀντιόχεια. Antiochia urbs condita est a Seleuco, nominata vero ab ipsius filio Antiocho. Et Antiochis, nomen Tribus.

Ἀντίοχος. Antiochus Rex. Hic initio quidem ad res magnas gerendas natus videbatur, & audax, & in perficiendis iis, quæ semel suscepisset, strenuus: sed progressu ætatis sui dissimilis evasit, & aliorum hominum ex-

1 Οἱ δὲ λέγουσιν, ὅτι ποιητ. ὢν, καλὸς ὢν χρ. μικρ. τοῖς χρ.] Emenda ex Scholiasta Aristophanis: Οἱ δὲ λέγουσιν, ὅτι ποιητὴς ὢν καλὸς, χρηστῶν ποτε, μικρολ. τοῖς χορευταῖς ἐχρήσατο. Hanc lectionem in versione secutus sum.

2 Ἀντιμάχου καταπυγοσύνης ἀναπλ.] Hæc sunt verba Aristophanis *Nubibus* p. 181. ubi vide Scholiastam, cujus verba Suidas hic descripsit.

3 Ἀντιμίσιον. παρὰ Ῥωμ. τρ.] Vide Ducangium in Glossario Græco.

4 Ἀντί τοι πολλῶν λαῶν ἐστ.] Hæc sunt verba Homeri Il. Ι. v. 117.

5 Ἡρόδοτος] Lib. vi. pag. 212. ut Portus observavit.

6 Ἀγαθίας] Lib. 1. pag. 25.

7 Ἀντιόπη. θυγάτηρ Νυκτέως, ἣν ἔφθ.] Vide Cedrenum p. 24. & Joann. Malal. in Chronographia p. 54. 55.

8 Ἀντίοχος ὁ βασ. οὗτος ἐδόκει κατὰ τὰς ἀρχ.] Hæc & quæ sequuntur usque ad ἐκτὸς προσδοκίας, sunt verba Polybii apud Constantinum in Collectaneis a Valesio editis p. 66.

ἐκ τῆς προσδοκίας. † Ἐκ γὰρ τῶν παίδων τοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος ἐξῆλθε ῥίζα ἁμαρτωλὸς, οὗτος ὁ Ἐπιφανὴς, υἱὸς Σελεύκου τοῦ Φιλοπάτορος· ὃς ὑπάρχων δεινὸς ἀνὴρ, καὶ πλεονέκτης, καὶ πολλὰς ἁρπαγὰς καὶ λεηλασίας ποιήσας, συνῆξε χρήματα πολλὰ, καὶ ἐκ πολλῆς ἀκολασίας καὶ οἰστρηλασίας εἰς μίμους ἑαυτὸν καθεὶς, ἐν ὄψει πάντων ταῖς γυναιξὶν ἐπεμαίνετο. καὶ [1] καταλαβὼν τὴν Αἴγυπτον ἐν ὄχλῳ βαρεῖ καὶ ἅρμασι καὶ ἐλέφασι καὶ στόλῳ μεγάλῳ, ταύτης ἐκράτησεν. ὑποστρέψας δὲ μετὰ ἀπονοίας εἷλε [2] τὴν Ἱερουσαλὴμ δορυάλωτον, καὶ κατέσφαξε μυριάδας ιη΄. κατατολμήσας δὲ, καὶ εἰς τὸ ἁγίασμα εἰσελθὼν, καὶ στήσας βωμὸν καὶ εἴδωλον βδέλυγμα ἐρημώσεως, καὶ τὸν ναὸν μιάνας δι' ἀκαθάρτων θυσιῶν, ἱερὸν Διὸς Ὀλυμπίου προσηγόρευσεν. ὕπω τε ἐφ' ὑψηλοῦ καθίσας, καὶ τῶν στρατιωτῶν αὐτοῦ κύκλῳ παρεστηκότων ἐνόπλων, ἐκέλευσε τοῖς δορυφόροις ἕνα ἕκαστον Ἑβραίων ἐπισπάσασθαι, καὶ κρεῶν χοιρείων καὶ εἰδωλοθύτων ἀναγκάζειν ἀπογεύσασθαι· εἰ δὲ μὴ θέλοιεν μιαροφαγῆσαι, ἀναιρεῖσθαι προσαχθέντας. πολλῶν δὲ συναρπασθέντων, καὶ Ἐλεάζαρ τις τῶν πρώτων γραμματέων, ἤδη προβεβηκὼς τὴν ἡλικίαν, μὴ μιαροφαγήσας, μαστιγωθεὶς ἀναιρεῖται σὺν ἑπτὰ παισὶ μετὰ μητρὸς Σολομωνίδος· περὶ ὧν καὶ ὁ [3] Θεολόγος ἐν τῷ, Τί δὲ οἱ Μακκαβαῖοι, μνημονεύει. ἐκπλαγεὶς δὲ ὁ τύραννος, καὶ μᾶλλον ἐκμανεὶς, καὶ τὰ ἱερὰ σκεύη πάντα λαβὼν, πᾶσαν τὴν πόλιν λαφυραγωγήσας, καὶ τὰ κτήνη κρεουργήσας, καὶ φονοκτονίαν ποιήσας, καὶ μεγαληγορήσας, ἀνεχώρησεν εἰς Ἀντιόχειαν. καὶ μετὰ δύο ἔτη κατὰ Περσῶν ἐπιστρατεύσας, ἀπέστειλεν ἄρχοντα φορολογῆσαι τὰς πόλεις Ἱερουσαλήμ. ὃς παραγενόμενος, καὶ λαλήσας εἰρηνικοὺς λόγους πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ εἰσελθὼν ἐπάταξεν αὐτὴν πληγῇ μεγάλῃ, καὶ καθελὼν τὰ τείχη πᾶσαν αὐτὴν ἐνέπρησε, καὶ τὸ ἱερὸν ἐκμιάνας, καὶ πολλοὺς ἀνελὼν καὶ αἰχμαλωτεύσας, ἀπῆλθε, ἄρχοντα καταλιπὼν εἰς τὸ βασανίζειν τοὺς Ἰουδαίους. Ματθίας δέ τις ἱερεὺς, ἔχων υἱοὺς πέντε, ἀφ' ὧν Ἰούδας ὁ Μακκαβαῖος ἐτύγχανε, ζήλου πλησθεὶς, καὶ ὁρμήσας κατὰ τοῦ ἄρχοντος ἀνεῖλεν αὐτὸν, καὶ σκάπτει τοὺς τῶν Ἑλλήνων βωμούς. ἐπέρχεται οὖν αὐτῷ Ἀντίοχος μετὰ πολλῆς δυνάμεως. ὡς δὲ ἐπέτεινεν ὁ πόλεμος, Ἐλεάζαρ ἀδελφὸς Ἰούδα ἀριστεύσας συντρίβεται ὑπὸ ἐλέφαντος. ὑπεισῆλθε γὰρ τὸν ἐλέφαντα, καὶ ξίφει τὴν γαστέρα αὐτοῦ ἔτυψεν, ἐλπίσας ἐπάνω αὐτοῦ τὸν τύραννον φέρεσθαι. Ἐκστρατεύσας οὖν ὁ Ἀντίοχος κατὰ Περσῶν ὑπέστρεψεν ἡττημένος, καὶ κακῶς τὸν βίον ἀπαλλάττει. Ὅτι αὐτὸς Ἀντίοχος τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος στασιάζον πρὸς τὴν συνήθη φέρον αὖθις κατεδούλωσε· συλήσας τε τὰ τοῦ ἱεροῦ ἀναθήματα, καὶ διερευνήσας ἅπαντα, εὗρεν ἀγαλμάτιον, βιβλίον

pectationi de ſe minime reſpondit. † Ex genere Alexandri Macedonis orta eſt radix peccati, Epiphanes, filius Seleuci Philopatoris. Hic cum eſſet homo callidus & avarus, multaſque rapinas feciſſet, & prædas egiſſet; magnam pecuniæ vim corraſit, & præ nimia intemperantia libidiniſque inſtinctu mimis ſe adjungens in omnium conſpectu inſanis mulierum amoribus indulſit. Idem Ægyptum magno cum exercitu, multiſque curribus & elephantis, & ingenti claſſe invaſit & ſubegit. Unde revertens homo vecors, Hieroſolymis vi expugnatis, in ea interfecit centum & octoginta hominum millia. Poſtea ſanctuarium quoque ingredi auſus eſt, erectoque altari & Idolo, quod capta urbs abominabatur, Templum impuris ſacrificiis pollutum Jovis Olympii ædem appellavit. Præterea in excelſo ſolio ſedens, & militibus armatis ſtipatus, juſſit Hebræos ſingulatim comprehenſos cogi, ut carnes ſuillas & Idolis immolatas guſtarent; eoſque, qui ſe eſu illarum polluere recuſarent, tormentis cruciatos necari. Multis igitur comprehenſis, Eleazar etiam, quidam e primariis ſcribis, homo provecta ætate, quod pollutos cibos edere noluiſſet, flagris cæſus, cum ſeptem liberis & matre Solomonide interfectus eſt. Horum & Theologus in ſermone de Maccabæis meminit. Tyrannus vero obſtupefactus, majoreque furore percitus, & omnibus ſacris vaſis captis, totaque urbe ſpoliata, & jumentis in fruſta conciſis, ingentique hominũ cæde facta, ſuperbe locutus, Antiochiam rediit. Idem poſt biennium, bello contra Perſas ſuſcepto, præfectum miſit, qui ab urbibus Hieroſolymitanis tributum exigeret. Is igitur cum [in Judæam] veniſſet, Hieroſolymitanos verbis benignis allocutus, & in urbem ingreſſus, magna eam clade affecit, muriſque dirutis totam incendit, & templo polluto, multiſque cæſis & captis diſceſſit, præſide ad Judæos excarnificandos relicto. Matthias vero quidam ſacerdos, qui quinque filios habebat, inter quos erat Judas Maccabæus, zelo plenus, impetu in præſidem facto eum interfecit, & Græcorum aras ſubvertit. Antiochus igitur magnis cum copiis eum invaſit. Cum autem bellum invaleſceret, Eleazar, Judæ frater, præclaris facinoribus editis ab elephante opprimitur. Belluam enim ſubierat, ejuſque ventrem enſe percuſſerat, quod tyrannum ea vehi exiſtimaret. Antiochus autem, bello Perſis illato, victus rediit, vitamque male finivit. † Antiochus Judæorum gentem, quæ propter inſolita tributa ſeditionem moverat, iterum ſubegit: cumque Templum donariis ſpoliaſſet, omniaque perveſtigaſſet, invenit ſigillum, librum manibus tenens, & promiſſam barbam habens, cui lucernula auro diſtincta adſtabat. Hæc ſuillo ſanguine polluta in Templo reli-

1 Καὶ καταλαβὼν τὴν Αἴγυπτον ἐν ὄχλῳ β.] Vide 1 Maccab. c. 1.

2 Εἷλε καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἕως κατέσφ.] Hæc, & quæ ſequuntur, αὐτολεξεὶ pene leguntur apud Cedrenum p. 163.

3 Ὁ Θεολόγος ἐν τῷ, Τί δὲ οἱ Μακκ.] Orat. xxii. quæ in laudem Maccabæorum conſcripta eſt.

ἐν ταῖς χερσὶ κατέχων, πώγωνά τε ἐπιφερόμενον βαθύν· ᾧ δὴ καὶ λυχνίδιον παρεστηκὸς διαλέγουσι. Ταῦτα χοιρείοις αἵμασιν ἀναλαβὼν ἐν τῷ ἱερῷ κατέλιπε· καὶ πολλοῖς ταλάντοις ζημιώσας πρὸς ὑπαγωγὴν φόρου τοὺς ἐνοικοῦντας Ἰουδαίους, ἐπὶ τὴν Συρίαν ἐπανῆλθεν.

Ἀντίοχος ὁ Πραιπόσιτος. οὗτος [1] διαβληθεὶς Θεοδοσίῳ τῷ μικρῷ, καθῃρέθη τῆς τιμῆς, καὶ δημευθεὶς ἐν τοῖς ἱερεῦσι κατετάγη, διατάξεως ἐκφωνηθείσης παρὰ τοῦ βασιλέως, εὐνοῦχον ἐν τοῖς πατρικίοις μὴ τελεῖν.

Ἀντίοχος [2] ὁ Αὐτόμολος, Κίλιξ μὲν ἦν τὸ γένος, ὃς φιλοσοφεῖν κυνηδὸν τὰ πρῶτα ἐπλάττετο, καὶ πλεῖστά γε ἐκ τούτου τοὺς στρατιώτας ἐν τῷ πολέμῳ ὠφέλησεν. ἀπαλγοῦντας γὰρ αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ πολλοῦ ῥίγους ἐπερρώννυεν ἔς τε τὴν χιόνα ῥιπτῶν, καὶ ἐν αὐτῇ καλινδούμενος· ὅθεν περ καὶ χρημάτων καὶ τιμῶν παρὰ τοῦ Σευήρου καὶ Ἀντωνίνου ἔτυχεν. ἐπαρθεὶς δὲ ἐπὶ τούτοις τῷ Τηριδάτῃ συνεξητάσθη, καὶ μετ' αὐτοῦ πρὸς Πάρθους ηὐτομόλησεν.

Ἀντιάντων. ἀπαντώντων.

Ἀντίπαλον. τρία σημαίνει· τὸ ἐναντίον, καὶ τὸ ἰσόπαλον, καὶ τὸ ἰσόρροπον. Οὐ γὰρ ἐξ ἀντιπάλου τῆς δυνάμεως ὁ ἀγὼν ἔσται.

Ἀντιπαράκλησις. Εἰς [3] τοιαύτην προθυμίαν παρέστη τὸ πλῆθος, ὥστε παραπλησίαν ἐνθουσιασμῷ τὴν ἀντιπαράκλησιν γενέσθαι τῶν δυνάμεων.

Ἀντιπαράτορα. ἡ ἀντικόσμησις, ἡ ἄλλη εὐπρέπεια. Παράτον γὰρ ἡ παρασκευὴ παρὰ Ῥωμαίοις.

Ἀντιπαρέξειν. [4] ἀντιδοῦναι. ἀντιτάσσειν.

Ἀντίπατρος, Ἰολάου, πόλεως δὲ Παλιούρας τῆς Μακεδονίας, στρατηγὸς Φιλίππου, εἶτα Ἀλεξάνδρου, καὶ διάδοχος βασιλείας· μαθητὴς Ἀριστοτέλους. κατέλιπεν Ἐπιστολῶν σύγγραμμα ἐν βιβλίοις δυσί· καὶ Ἱστορίαν, τὰς Περδίκκου πράξεις Ἰλλυρικάς. καὶ ἐπετρόπευσε καὶ τὸν υἱὸν Ἀλεξάνδρου, τὸν Ἡρακλέα κληθέντα. μόνος δὲ τῶν διαδόχων Θεὸν καλέσαι Ἀλέξανδρον οὐχ εἵλετο, ἀσεβὲς τοῦτο κρίνας. ἐβίω δὲ ἔτη οθ', καὶ κατέλιπεν υἱὸν διάδοχον Κάσανδρον, τὸν τὴν μητέρα Ἀλεξάνδρου ἀνελόντα Ὀλυμπιάδα. † Ὅτι τῶν Ἀθηναίων τὰς Ἀθήνας Ἀντιπάτρῳ τῷ Μακεδόνι παραδόντων, ἐν δέει ὄντες οἱ δημαγωγοί, πρὸς τὴν ἐπανάστασιν τοὺς Ἀθηναίους ἐπάραντες, μὴ τὴν αἰτίαν ἐπ' αὐτοὺς ἐνέγκωσιν, ἔφυγον. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι θανάτῳ ἐρήμην τούτους κατεδίκασαν (ὧν ἦν Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ, καὶ Ὑπερίδης, καὶ Ἱμεραῖος) τὴν τοῦ θανάτου εἰσήγησιν εἰσενεγκόντες. [5] Ἐγεγόνει γὰρ εἰς οὐδὲν μετριώτερος τῇ γνώμῃ· διότι μηδέ ἐστι φύσεως μεταβολὴ κακίᾳ συνελθούσης· ἡττᾶται δὲ αὐτῆς καὶ νόμου

quit: cumque Judæos multa talenta tributi nomine pendere jussisset, in Syriam rediit.

Ἀντίοχος ὁ Πραιπ. Antiochus Præpositus. Hic, cum quidam eum apud Theodosium Juniorem criminati essent, dignitate privatus, bonisque publicatis sacerdotum ordini adscriptus est; edicto ab Imperatore promulgato, Ne eunuchus inter Patricios censeretur.

Ἀντίοχος ὁ αὐτ. Antiochus Transfuga, natione Cilix, primo philosophum Cynicum se esse simulans, militibus in bello maxime profuit; quod eos frigore torpentes confirmaret, in nivem se abjiciens, & in ea se volutans. Hanc igitur ob causam opes & honores a Severo & Antonino consecutus, eoque nomine elatus, cum Teridate se conjunxit, & cum eo ad Parthos transfugit.

Ἀντιάντων. Occurrentium.

Ἀντίπαλον. Tria significat: contrarium, æquale, & quod circa eandem rem versatur. *Haud enim paribus viribus certamen committetur.*

Ἀντιπαράκλησις. Adhortatio, qua quis alterum vicissim hortatur. *Tanta alacritate militum animi repleti sunt, ut, velut divino furore perciti, Imperatorem vice versa cohortarentur.*

Ἀντιπαράτορα. Apparatus par. Ornatus similis. Παράτον enim apud Romanos apparatus vocatur.

Ἀντιπαρέξειν. Par pari reddere. Opponere.

Ἀντίπατρος. Antipater, Iolai filius, ex Paliura, Macedoniæ urbe, dux Philippi & deinde Alexandri, successor regni, & discipulus Aristotelis. Reliquit Epistolarum libros duos, & Historiam rerum a Perdicca in Illyrio gestarum. Idem tutor fuit filii Alexandri, qui vocabatur Hercules; solusque ex Alexandri successoribus Alexandrum Deum vocare noluit, impium id esse ratus. Vixit annos LXXIX. Cassandro filio successore relicto, qui Olympiadem Alexandri matrem sustulit. † Cum Athenienses Antipatro Macedoni Athenas dedidissent, Demagogi, qui populum ad seditionem concitaverant, metuentes, ne culpa in se conferretur, fuga sibi consuluerunt. Athenienses vero eos absentes capite damnarunt (inter quos fuit & Demosthenes orator, & Hyperides, & Himeræus) capitali sententia in eos lata. Nulla autem in re animo fuit moderatiore, quia ingenium improbitati assuetum mutari nequit, sed ab ea vincitur ipsum legis edictum, nisi ultimo supplicio malos coerceat. Invictæ enim ei

1 Οὗτος διαβληθεὶς Θεοδοσίῳ τῷ μικρ.] Hæc repetuntur infra v. Θεοδόσιος ὁ μικρός.

2 Ἀντίοχος ὁ αὐτόμολος, Κίλιξ μὲν ἦν τὸ γένος, ὃς φιλοσ. κυν.] Hæc & quæ sequuntur sunt verba Dionis in Antonin. Caracal. p. 433.

3 Εἰς τοιαύτην προθυμίαν παρέστη τὸ πλ.] Hæc sunt verba Polybii lib. XI. cap. X.

4 Ἀντιπαρέξειν] Sic habent MSS. Paris. & Edit. Mediol. In aliis vero Edit. male excusum est ἀντιπαρεξάγειν; cujus loco Portus legendum putabat ἀντιπαρεξάγειν.

5 Ἐγεγόνει γὰρ εἰς οὐδὲν μετριώτερος τῇ γν.] Hæc ex alio auctore, quam præcedentia, a Suida deprompta esse videntur, nec video, quomodo illa cum superioribus cohærere possint.

ἐπίταξις μὴ παντελῶς κολάζουσα, καὶ ἰσχὺς αὐτῇ ἀνανταγώνιστος ἐφ' ὅπερ ἂν ῥέψῃ· καὶ οὔτε φόβος ἀποτρέπεται τοῦ θρασύνασθαι, οὔτε αἰδὼς ἐξείργουσα παρασκευάσαι ἱκανή ἐστιν ἐς τὸ τῷ νόμῳ ὑπήκοον.

Ἀντίπατρος. οὗτος, ἐπεὶ διεδέξατο τὴν ἀρχὴν τῶν Μακεδόνων, ἐπολιορκήθη μὲν ἐν Λαμίᾳ τῆς Θετταλίας ὑφ' Ἑλλήνων. ἀναχωρησάντων δὲ τῶν Αἰτωλῶν, εἶτα τῶν ἄλλων, ἐσώθη. [1] νικήσας δὲ ᾔτει [2] τοὺς δέκα Ῥήτορας, οὓς ἐξέδοσαν Ἀθηναῖοι, Δημοσθένην, Ὑπερίδην, Λυκοῦργον, Πολύευκτον, Ἐφιάλτην, Θρασύβουλον, Χάρητα, Χαρίδημον, Διότιμον, [3] Πατροκλέα, Κάσανδρον.

Ἀντίπατρος, [4] Νικολάου τοῦ Δαμασκηνοῦ πατὴρ τοῦ ἱστορικοῦ, ὃς ἔσχε Στρατονίκην γυναῖκα, τὴν μητέρα Νικολάου, οἳ διαφανεῖς ἦσαν ἐν Δαμασκῷ κατά τε σωφροσύνην, καὶ ἄλλην λαμπρότητα. πλούτῳ τε γὰρ πολλῷ διαφέροντες ἥκιστα ἐπ' αὐτῷ ἐμεγαλύνοντο· εὐδοξίας τε οὐδὲ τὰ δεύτερα φερόμενοι, βραχὺ τοῦτο ἐλογίζοντο. ὁ δὲ δὴ Ἀντίπατρος, καὶ λόγου δεινότητι προὔχων, ἔβλαψε μὲν οὐδ' ὁντινοῦν· ὤνησε δὲ μυρία τούτῳ οὐ τῶν [5] κοινῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀστῶν συχνούς. δικαιοσύνην γὰρ ἀσκῶν, εἴπερ τις ἕτερος, πλεῖστα μὲν διήτησε νείκη τοῖς πολίταις πρὸς ἀλλήλους, πλεῖστα δὲ τῇ πατρίδι πρὸς τοὺς ἐν κύκλῳ δυνάστας· καὶ ἐτιμᾶτο ὑπὸ πάντων διὰ τοῦτο. πλείστας δὲ ἐπιστεύθη πρεσβείας καὶ ἐπιτροπάς, ἀρχάς τε πάσας διεξῆλθε τὰς ἐγχωρίους· τελευτῶν τε τὸν βίον οὐκ ἔστιν ὅ, τι ἐπέσκηψε Νικολάῳ τῷ υἱεῖ, καὶ Πτολεμαίῳ τῷ τούτου ἀδελφῷ, ἢ τῷ Διῒ θυμιατήριον, ὅπερ ἔφθη αὐτὸς προϋπεσχημένος τῷ Θεῷ, κατασκευάσαι, ἐπειδὰν τελευτήσῃ· δηλῶν οἶμαι, ὅτι τὸ πρὸς Θεοὺς ὅσιον δεῖ καὶ τελευτῶντας φυλάττειν, καὶ μηδὲν ἔτι ἀπολαύσεσθαι τοῦ βίου μέλλοντας.

Ἀντίπαις. ὁ ἐγγὺς ὢν τοῦ ἴουλος γενέσθαι. ὁ τὸν πώγωνα ἐκφύων. ὁ δὲ Ἀριστοφάνης τὸν πρόσηβον καὶ ἀνδρόπαιδα εἶπεν.

Ἀντιπελαργεῖν. [6] παροιμία ἐπὶ τῶν τὰς χάριτας ἀντιδιδόντων. καὶ Ἀντιπελάργωσις. [7] Φησὶν [8] Ἀριστοτέλης ἀληθῆ εἶναι τὸν περὶ τῶν πελαργῶν λόγον· ὁμοίως δὲ αὐτοῖς ποιεῖν φησι καὶ [9] τοὺς ἀερόποδας. διὸ ἐν τοῖς σκήπτροις ἀνώτερον μὲν πελαργὸν τυποῦσι, κατώτερον δὲ ποτάμιον ἵππον, δηλοῦντες, ὡς ὑποτέτακται ἡ βία τῇ δικαιοπραγίᾳ. οἱ γὰρ πελαργοὶ δικαιοπραγεῖς ὄντες, ἐπὶ τῶν πτερύγων βαστάζουσι τοὺς

vires sunt, in quamcunque partem inclinarit: neque metu deterretur ab audacia, neque verecundia, quæ malos refrænare solet, adduci potest, ut legibus obediat.

Ἀντίπατρος. Antipater, suscepto Macedoniæ regno, Lamiæ in Thessalia a Græcis obsessus est. Sed Ætolis primum, & deinde cæteris digressis, evasit: ac victor x oratores postulavit, quos ei dediderunt Athenienses, Demosthenem, Hyperidem, Lycurgum, Polyeuctum, Ephialtem, Thrasibulum, Charetem, Charidemum, Diotimum, Patroclem, Cassandrum.

Ἀντίπατρος. Antipater, Nicolai Damasceni historici pater, uxorem habuit Stratonicen, Nicolai matrem, qui cum ob modestiam, tum reliquum vitæ splendorem Damasci clari fuerunt. Nam cum opibus eminerent, minime ideo efferebantur: cumque virtutis gloria nulli secundi essent, parvi id faciebant. Cæterum, Antipater eloquentia pollebat, qua tamen neminem unquam læsit; quinimo potius & patriam & singulos cives plurimis beneficiis affecit. Etenim, cum justitiam in primis coleret, cives privatim inter se dissidentes conciliavit sæpissime, & patriæ cum finitimis regulis controversias composuit: quam ob causam ab omnibus colebatur. Legationes quoque plurimas obiit, & munera magistratusque omnes in patria gessit. Tandem moriturus Nicolao filio, ejusque fratri Ptolemæo, nihil aliud mandavit, quam ut thuribulum, quod Jovi ante voverat, se defuncto confici curarent: significans, ut opinor, pietatem erga Deos etiam a morientibus, quibus nulla spes vitæ supersit, servandam esse.

Ἀντίπαις. Cujus genas lanugo vestire incipit. Qui barbam emittit. Aristophanes vero pubertati proximum ἀνδρόπαιδα etiam vocavit.

Ἀντιπελαργεῖν. Proverbium de iis, qui gratiam referunt. Et Ἀντιπελάργωσις, [gratiæ relatio.] Aristoteles ea, quæ de ciconiis feruntur, vera esse affirmat: idemque facere aeropodas. Quamobrem in sceptris superne ciconiam effingunt; inferne vero hippopotamum: significantes, vim subjectam esse justitiæ. Ciconiæ enim, justitiam amantes, [parentes] senio confectos in alis ge-

*autem loca stagnantia pontibus ingentis operis stravisset.* Et iterum: *Mermeroem nobis significasse, regionem illam non esse magni faciendam, neque dignam, ob quam Rex bello contendat, vel expeditionem suscipiat: sed eam tenere unam ex gentibus illis, quæ circa Caucasum habitant.*

Ἀξιόμαχος. Qui bello resistere potest. Viribus par. *Qui nec hominum numero, nec ulla alia re in bello nobis pares sunt.*

Ἄξιον. Oratores hoc vocabulum accipiunt pro eo, quod rationi consentaneum est & justum. Demosthenes: *Nam propter hoc ipsum maxime consentaneum est tacere, quia nec est qui nos terreat, nec qui puniat.* Dicitur etiam τὸ ἄξιον de rebus, quæ vili pretio venduntur. Lysias in oratione contra Frumentarios: *Dicent se propter benevolentiam erga Remp. frumentum emere, ut ipsum nobis vilissimo pretio vendant.* Et iterum: *Si igitur ipsos condemnaveritis, facietis id quod justum est, & frumentum viliori pretio emetis: sin secus, cariori.*

Ἄξιος. Vilis. Vilis pretii. Pherecrates *Tela.* * * * *

Ἄξιον. Interdum significat id, quod justum est. Sic Demosthenes. Ἄξιον ξύλον, lignum eleganter politum, rectum, & pulchrum. Aristophanes: *Et si quid offendatis, ex nobiliori saltem ligno.* Alluditur hic ad proverbium illud: *Ex nobiliore ligno vel suspendar.* Sensus igitur est, præstare fortibus & spectatæ virtutis ducibus uti, quam malis & ignavis. Nam si quid incommodi pati oporteat, præstare boni quam mali [ducis] culpa illud pati.

Ἄξιον. Apud Atticos dicitur de re, quæ vili pretio constat. *Caulem silphii* (εὔωνον, i. e.) *vili pretio venalem.*

Ἀξιοπιστία. Auctoritas fide digna. Et Ἀξιόπιστος, ab antiquis non vocatur homo fictus, & qui admirationis movendæ gratia falso omnia exaggerat; sed qui spectatæ & probatæ est fidei.

Ἀξιόπιστος. Fide dignus. Cui fides habetur. *Tanta verbis ejus fides habebatur, ut, cum nulli injurato testimonium dicere liceret, huic soli id permitterent Athenienses.*

Ἄξιος. Axius. Nomen proprium.

Ἄξιος λαβεῖν ὁ μ. Hoc loquendi genus est Atticæ venustatis, significans, *hæc merces digna est, quæ accipiatur.* Exstat apud Cratinum. Homerus vero primus hac figura usus est, [ubi

1 Τὸν Μερμερόην ἡμῖν σημ.] Hoc fragmentum repetitur infra v. Μερμερόης.

2 Ἐν ὑπάρχει] Hanc lectionem ex MSS. Paris. revocavi. Priores enim Edit. minus recte habent ἐνυπάρχει.

3 Οὔτε ἀνδρῶν πλήθει, οὔτε ἄλλῳ τῷ ἁπ.] Hæc sunt verba Procopii lib. III. *de Bello Goth.* cap. XVI. pag. 502.

4 Ὅταν εὔωνόν τι παρ.] Hoc sensu vox ista capitur ab Aristoph. *Equit.* pag. 227. (226. Ed. Bas. *P.*) ubi Scholiasta: Ἀξιωτέρους· εὐωνοτέρους τῆς ἀξίας τιμῆς. Ἄξιον παρ' Ἀττικοῖς τὸ εὔωνον.

5 Λυσίας ἐν τῷ κατὰ τῶν σιτοπωλῶν.] Pag. 165. ubi locus hic ita legitur: Ἴσως δ' ἐροῦσιν, ὅπερ καὶ ἐν τῇ Βουλῇ, ὡς ἐπ' εὐνοίᾳ τῆς πόλεως συνεωνοῦντο τὸν σῖτον, ἵν' ὡς ἀξιώτατον ἡμῖν πωλοῖεν.

6 Ἐὰν οὖν αὐτῶν καταψηφίσησθε, τά τε δίκαια π.] Hæc sunt verba ejusdem Lysiæ. pag. 166. quibus orationem κατὰ τῶν σιτοπωλῶν claudit.

7 Φερεκράτης Ἰσῷ] Pro Ἰσῷ forte scribendum est Ἰσοῖς. Fabulam enim Pherecratis Ἰσοὺς plures auctores laudant. Ἰσὼ vero nemo præter Suidam, ni fallor, ei tribuit.

8 Ὁ δὲ σίφως πετ.] Quis ex tam corrupto & lacero fragmento sensum aliquem elicere queat?

9 Ἀριστοφάνης] In *Ranis* pag. 246. (159 Ed. Bas. *P.*)

10 Κατὰ τὴν παροιμίαν. Ἀπὸ καλοῦ ξύλου κἂν ἀπ.] Hæc & quæ sequuntur sunt verba Scholiastæ ad modo laudatum locum Aristophanis.

11 Ἀπὸ καλοῦ ξύλου] Vide infra v. Ἀπὸ καλοῦ ξύλου.

12 Ἀξιόπιστος. ἀξιόχρ.] In prioribus Edit. ordine inverso legitur, Ἀξιόχρεως. ἀξιόπιστος: cui lectioni & series literarum, & exemplum subjunctum refragatur.

13 Ἦν δὲ ἀξιόπιστος σφόδρα, ὥστε μὴ ἐξὸν ἀνώμοτον μαρτ.] Hæc sunt verba Laertii de Xenocrate philosopho, lib. IV. Segm. VII.

δὲ

δὲ πρῶτον ἐχρήσατο τῷ σχήματι τούτῳ. [1] Ῥηΐτεροι γὰρ ἔσεσθε κείνου τεθνειῶτος ἐναιρέμεν. Καὶ πάλιν·

Ἡ δὲ [2] μάλ' ἀργαλέη περάαν. σκόλοπες γὰρ ἐν αὐτῇ.

Καὶ Σοφοκλῆς·

> Γυνὴ γὰρ ὀξύθυμος, ὡς δ' αὔτως ἀνήρ,
> Ῥᾴων φυλάσσειν, ἢ σιωπηλὸς [3] ἀνήρ.

ὁ δὲ νοῦς· ῥᾷον ἄν τις φυλάξαιτο τὸν ὀξύθυμον, ἢ τὸν κρύπτοντα διὰ σιγῆς τὴν ὀργήν. καὶ Ἄξιος τριχός. ἐπὶ τοῦ εὐτελοῦς καὶ τυχόντος παρόσον ἡ θρὶξ οὐδενὸς ἀξία ἐστίν. [4] Ἀριστοφάνης·

> Ἢ 'κλεψα τῶν σῶν ἄξιόν τι καὶ τριχός.

ἀντὶ τοῦ, τυχόν. καὶ Ἄξιος οὐδὲ μιᾶς. ἀντὶ τοῦ, οὐδενός. ἔστι δὲ ἀπὸ τῶν κύβων εἰρημένον. καὶ, Ἄξιος ὀβελίσκου, καὶ ἀπὸ ὀβελίσκου. παροιμία, ἐπὶ τῶν σφόδρα τιμίων. καὶ Ἄξιος τοῦ παντός.

Ἀξιουμένου. Τυγχάνοντος ἀνδρὸς τὰ πρῶτα παρ' αὐτοῖς ἀξιουμένου. Ἀξιοῦσι δὲ, ἀντὶ τοῦ παρακαλοῦσι, ἢ ἄξιον κρίνουσι. Πολύβιος· Οἱ δὲ γεραιοὶ ἀξιοῦσι τὸν βασιλέα, μὴ καταλῦσαι τὰ παρὰ τῶν θεῶν αὐτοῖς διδόμενα. τουτέστιν, ἀΐδιον εἰρήνην καὶ ἐλευθερίαν. Ὁ δὲ, ἑρμηνευθείσης οἱ τῆς ἐπιστολῆς, ἔφη συγχωρεῖν τοῖς ἀξιουμένοις.

Ἀξίοχος. [5] Αἰσχίνῃ τῷ Σωκρατικῷ διάλογος ἐγράφη [6] Ἀξίοχος καλούμενος.

Ἀξιόχρεως. ἐν τῷ ω μεγάλῳ λέγουσι. καὶ οὐδετέρως ὁμοίως. τὸ δὲ Ἀξιόχρεον, βάρβαρον. Ἀξιόχρεως σημαίνει ἱκανὸς, ἔγγυος, ἀξιόπιστος.

Ἀξιῶ. ὑπολαμβάνω. [7] Ἀριστοφάνης

> Οὐκ ἀξιῶ γ' ἐμαυτὸν ἰσχύσειν μέγα.

ἀντὶ τοῦ, οὐχ ὑπολαμβάνω. οὐκ ἄξιον νομίζω. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἱκετεύω, αἰτιατικῇ. Ἀξιῶ σε.

Ἀξίωμα. βούλημα. Τί δ' [8] ἐστι τἀξίωμ', ἐφ' ᾧ καλεῖς. † Μὴ διωθεῖσθαι τὴν πατρικὴν ἐπίταξιν, μηδὲ τὸ τοῦ Πλάτωνος ἀξίωμα ἀτιμάζειν. τουτέστι τὸ βούλημα. † Ὁ [9] δὲ Ἀρκεσίλαος ἦν ἀξιωματικώτατος καὶ συνεσταλμένος.

Ἀξίωμα. ἡ ἱκεσία. Δαβίδ· Εἰσελθέτω τὸ ἀξίωμά μου ἐνώπιόν σου, Κύριε.

Ἀξίωμα. τοῦτο ἐκ κατηγορήματος ὀρθοῦ ἢ πλαγίου ἔχει τὴν γένεσιν. [10] Ἀξίωμα δέ ἐστιν ἤτοι ἀληθὲς, ἢ ψευδές· ἢ πρᾶγμα αὐτοτελὲς ἀποφαντὸν, ὅσον ἐφ'



ait:] *Illo enim mortuo facilius cædi poteritis.* Et iterum: *Est autem difficilis transitu, quia pali acuti in ea defixi sunt.*

Et Sophocles:

> *Mulier enim iracunda, sicut & vir,*
> *Facilius caveri potest quă homo taciturnus.*

Sensus est, hominem iracundum facilius caveri posse, quam eum, qui silentio iram occultat. Et, *Pilo dignus.* Proverbium, quod dicitur de re vili & vulgari: quia pilus nullius pretii res est. Aristophanes: *Aut, si furatus sum aliquid de tuis rebus vel pilo dignum.* Id est, vel minimum. Et, *Ne uno quidem dignus.* Id est, nullo. Per translationem a talorum jactu ductam. Et, *Dignus obelisco.* Proverbium, quod dicitur de illis, qui præcipuo honore digni sunt. Et, Ἄξιος τοῦ παντὸς, quovis pretio dignus.

Ἀξιουμένου. *Viri, qui apud ipsos in primis honore dignus habebatur.* Ἀξιοῦσι vero, rogant, vel, dignum judicant. Polybius: *Seniores vero Regem rogant, ne res a Diis datas sibi eriperet.* Id est, æternam pacem & libertatem. † *Ille vero, epistola per interpretem sibi explicata, respondit, se postulatis illorum annuere.*

Ἀξίοχος. Ab Æschine Socratico scriptus est dialogus, qui vocatur Axiochus.

Ἀξιόχρεως. Per ω magnum effertur, [tam in Masculino, quam] Neutro genere. At Ἀξιόχρεον barbarum est. Ἀξιόχρεως vero significat idoneus, locuples, fide dignus.

Ἀξιῶ. Existimo. Aristophanes:

> *Non existimo magnam me potentiam consecuturum esse.*

Item, dignum judico. Significat etiam Oro, & accusativo jungitur: ut, Ἀξιῶ σε, Oro te.

Ἀξίωμα. Voluntas. *Quid vis, quare me vocas?* † *Rejicere paternum mandatum, & Platonis voluntatem contemnere.* † *Arcesilaus vero axiomatibus frequenter utebatur, & in dicendo pressus erat.*

Ἀξίωμα. Supplex oratio. Preces. David: *Admitte preces meas, Domine.*

Ἀξίωμα. Axioma. Enuntiatio. Ea vel ex prædicato recto vel obliquo constat. Est autem enuntiatio vel vera vel falsa: vel, res per-

1 Ῥηΐτεροι γὰρ ἔσεσθε κείνου κτλ.] Apud Homerum Il. Ω. v. 243. sic legitur:

> Ῥηΐτεροι γὰρ μᾶλλον Ἀχαιοῖσιν δὴ ἔσεσθε
> Κείνου τεθνηῶτος ἐναιρέμεν.

2 Ἡ δὲ μάλ' ἀργαλέη κτλ.] Hic versus legitur apud Homerum Il. M. v. 63.

3 Ἀνήρ] Vox hæc Pearsonio suspecta est, qui pro ea πέλει reponere mallet.

4 Ἀριστοφάνης] In *Ranis* pag. 241. (155. Ed. Bas.)

5 Ἀξίοχος. Αἰσχίνῃ τῷ Σωκρ.] Eadem habet Harpocratio; ex quo Suidas.

6 Ἀξίοχος καλούμενος] Inter Dialogos Æschinis Socratici *Axiochum* etiam recensent Athen. lib. v. cap. xx. & Diog. Laert. lib. ii. Segm. lxi. Vide infra v. Αἰσχίνης. Monendus hic est Lector, in prioribus Edit. post vocem καλούμενος addi, Πλάτωνος ἐπιγραφέντος. Sed verba illa tam in Harpocratione, quam 2 MSS. Paris. desunt; eademque in alio MS. Paris. ad marginem scripta leguntur: unde satis patet, ea non esse ipsius Suidæ, sed ab aliis ad marginem prius adnotata, & postea a librario aliquo in textum recepta fuisse.

7 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 297. (199. Ed. Bas. P.)

8 Τί δ' ἐστι τἀξίωμ', ἐφ' ᾧ καλεῖς] Hæc sunt verba Sophoclis in *Oed. Col.* pag. 318. ut Pearsonius etiam observavit. Quæ vero sequuntur, ex alio quodam auctore descripta sunt: quod Portus ignorans duo hæc diversa fragmenta, quasi ex eodem auctore deprompta, repugnante sensu & structura orationis, in unam sententiam compingere conatus est.

9 Ὁ δὲ Ἀρκεσίλαος ἦν ἀξιωμ. καὶ συνεσταλμ.] Hæc sunt verba Laertii lib. iv. Segm. xxxiii.

10 Ἀξίωμα δέ ἐστιν ἤτοι ἀληθὲς, ἢ ψευδές] Hæc, & omnia quæ sequuntur usque ad verba illa οἰκεῖν ἐν τῷδε τῷ τόπῳ, leguntur apud Laertium in *Zenone*, lib. vii. Seg. lxv. unde ea Suidas descripsit. Ut autem locus hic intelligatur, adeundi sunt interpretes Laertii, & præcipue Menagius, qui prolixe de significatione vocis ἀξίωμα disputat.

ἑαυ-

ἑαυτῷ, ἢ καταφαντόν· οἷον, Ἡμέρα ἐστί· Δίων περιπατεῖ. ὠνόμασται δὲ Ἀξίωμα παρὰ τοῖς Φιλοσόφοις ἀπὸ τοῦ ἀξιοῦσθαι, ἢ ἀθετεῖσθαι. ὁ γὰρ λέγων, Ἡμέρα ἐστίν, ἀξιοῦν δοκεῖ τὸ ἡμέραν εἶναι. οὔσης μὲν οὖν ἡμέρας, ἀληθὲς γίνεται τὸ προκείμενον ἀξίωμα· μὴ οὔσης δὲ, ψευδές. Διαφέρει δὲ Ἀξίωμα, καὶ Ἐρώτημα, καὶ [1] Πύσμα. ἔστι γὰρ Προστακτικὸν, Ὁρκικὸν, Ἀρατικὸν, Ὑποθετικὸν, Προσαγορευτικόν. Ἀξίωμα μὲν γάρ ἐστιν, ὃ λέγοντες ἀποφαινόμεθα, ἢ ἀληθὲς ἢ ψευδές. Ἐρώτημα δέ ἐστι πρᾶγμα αὐτοτελὲς μὲν, ὡς καὶ τὸ ἀξίωμα· [2] αἰτητικὸν δὲ ἀποκρίσεως. οἷον, Ἆρά γε ἡμέρα ἐστί· τοῦτο δὲ οὔτε ἀληθές ἐστιν, οὔτε ψευδές. ὥστε τὸ μὲν, Ἡμέρα ἐστίν, Ἀξίωμα· τὸ δὲ, Ἆρά γε ἡμέρα; Ἐρώτημα. Πύσμα δέ ἐστι πρᾶγμα, [3] πρὸς ὃ συμβολικῶς οὐκ ἔστιν ἀποκρίνασθαι, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἐρωτήματος, ναί· ἀλλὰ εἰπεῖν, Οἰκεῖν ἐν τῷδε τῷ τόπῳ. τὰ δὲ λοιπὰ δῆλα.

fecta, quæ, quantum in ipsa est, vel affirmari vel negari potest; ut, *Dies est: Dion ambulat.* Dictum est autem apud Philosophos Ἀξίωμα inde, quod aliquid postuletur, vel repudietur. Qui enim dicit, *Dies est*: is postulare videtur, [ut alii credant] diem esse. Si igitur dies sit, proposita enuntiatio vera est: sin secus, falsa. Differunt autem enuntiatio, interrogatio, percontatio, & oratio qua jubemus, vel juramus, vel imprecamur, vel conditionem ponimus, vel compellamus. Nam enuntiatio est, qua aliquid vel verum vel falsum enuntiamus. Interrogatio est res per se perfecta quidem, sicut & enuntiatio; sed responsionem requirit: ut, *An dies est?* Hoc autem neque verum neque falsum est. Itaque, cum dicimus, *Dies est*, id enuntiatio est: cum vero dicimus, *An dies est?* Interrogatio. Percontatio vero res est, ad quam præcise & uno verbo respondere non possumus, *ita*, ut in interrogatione; sed dicere [ex gr. oportet] *Habitat in illo loco.* Reliqua vero clara sunt.

Ἀξιώματα. [4] Οὕτω λέγει Ἀριστοτέλης καὶ τὰς δεομένας ἀποδείξεως προτάσεις, καὶ τὰς ἀναποδείκτους, ὡς ἔθος αὐτῷ.

Ἀξιώματα. Sic Aristoteles pro more suo appellare solet propositiones, tam illas quæ demonstratione indigent, quam eas, quæ nullam demonstrationem requirunt.

Ἀξιῶν. ἀντὶ τοῦ νομίζων, ὑπολαμβάνων. Λυσίας καὶ Πλάτων. καὶ ἀντὶ τοῦ παρακαλῶν, λιπαρῶν.

Ἀξιῶν. Existimans. Putans. Lysias & Plato. Item rogans, orans.

Ἀξίωσιν. τιμήν. Αὐτὸν δὲ βασιλέα ὄντα κατ' ἀξίωσιν μὲν τῆς τρίτης μοίρας, μεγέθει τε χώρας, καὶ πλήθει τῶν ὑπηκόων. † Ἀπῆγε δὲ αὐτὸν τῆς δίκης κατάπλαστος σωφροσύνη, ἀξίωσις ὑπερέχουσα, καὶ ἡ τῶν συναδικούντων παρασκευή. † Καὶ [5] ἀξιώσει τοῦτον περιέβαλε, κακίᾳ δοὺς ἀκερδὲς μὲν, σεμνὸν δ' ὅμως τοῦτο ἆθλον. Αἰλιανός φησιν. ἀντὶ τοῦ, τιμῇ.

Ἀξίωσιν. Dignitatem. Honorem. *Ille quidem, quod ad dignitatem attinet, Rex erat tertii ordinis; sed regionis amplitudine & multitudine subjectorum [reliquos superabat.]* † *Ipsum vero judicio eripuit ficta modestia, & dignitatis fastigium, & machinationes illorum, qui injustitiæ ejus socii erant.* † *Illum honore ornavit, flagitiis ejus indulgens sterile hoc quidem, sed tamen venerabile præmium.* Ælianus inquit.

Ἀξιώτερος. εὐωνότερος. καὶ Ἀξιωτέρας, ὁμοίως εὐωνοτέρας.

Οὐ [6] πώποτ' ἀφύας εἶδον ἀξιωτέρας.

[7] εὐωνοτέρας τῆς ἀξίας τιμῆς. Ἄξιον γὰρ παρὰ Ἀττικοῖς τὸ εὔωνον.

Ἀξιώτερος. Qui viliore pretio venditur. Et Ἀξιωτέρας, quæ viliori pretio veneunt. [Aristophanes:] *Nunquam apuas viliores vidi.* Ἀξιωτέρας hic significat justo pretio viliores. Ἄξιον enim apud Atticos significat quod vili pretio venditur.

Ἀξιοῖ. Ἀντιφῶν καὶ Λυσίας ἀντὶ τοῦ νομίζει.

Ἀξιοῖ. Apud Antiphontem & Lysiam significat, Existimat.

Ἄξονες. [8] οὕτως ἐκάλεσαν Ἀθηναῖοι τοὺς Σόλωνος νόμους, διὰ τὸ ἐγγεγράφθαι αὐτοὺς ἐν ξυλίνοις ἄξοσιν. ἦσαν δὲ τετράγωνοι τὸ σχῆμα. μέμνηται τῆς λέξεως Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους. Ἄξονες δὲ καὶ Κύρβεις διαφέρει. Ἄξονα δὲ λέγει Ὅμηρος τὸν τῆς ἁμάξης.

Ἄξονες. Athenienses sic appellarunt Solonis leges, quod ligneis tabulis quadratis inscriptæ essent. Hujus vocis meminit Demosthenes in oratione contra Aristocratem. Ἄξονες autem & Κύρβεις differunt. Ἄξονα Homerus currus axem vocat.

Ἄξοον. τὸ ἄτμητον.

Ἄξοον. Impolitum. Non sectum.

1 Καὶ πύσμα. ἔτι γὰρ σύνταγμα.] Sublata interpunctione, & inductis duabus istis vocibus ἔτι γὰρ, locus hic ita legendus est, καὶ πύσμα, καὶ προστακτικὸν, καὶ ὁρκικὸν, καὶ ἀρατικὸν &c. Sic enim habet Laertius.

2 Αἰτητικὸν δὲ ἀποκρ.] Lege αἰτητικὸν δὲ ἀποκρ. ut apud Laertium.

3 Πρὸς ὃ συμβολικῶς οὐκ ἔστιν ἀποκρ. ὡς ἐπὶ τοῦ ἐρωτ. ναί] Huc spectant verba Ammonii: Ἐρωτᾶν μὲν ἐστι, τὸ ζητεῖν κεφαλαιωδῶς λαβεῖν ἀπόφασιν, ἢ ναί, ἢ οὔ. Πυνθάνεσθαι δὲ, τὸ καθ' διέξοδον ἀξιοῦν προελθεῖν. οἷον, Πῶς ἐπολεμήσατε.

4 Ἀξιώματα. οὕτω λέγει Ἀριστ.] In prioribus Edit. articulus hic absque ulla interpunctione vel nota distinctionis præcedentibus continuatur: quod peccatum etiamsi ab attento Lectore facile animadverti possit, interpres tamen solenne suum hic cæcutiverat, & in versione ἀσυνάρτητα prorsus in unam sententiam compegerat.

5 Καὶ ἀξιώσει τοῦτον περ.] Vide supra v. Ἀντώνιος Σατορνῖνος, ubi idem fragmentum legitur. Cæterum, Antonius Saturninus, de quo hæc ab Æliano dicuntur, erat Lucius ille Antonius, superioris Germaniæ Præses, a quo bellum civile sub Domitiano motum fuisse constat ex Suetonio & Dione. Eum enim Saturninum cognominatum fuisse, discimus ex Martiale lib. IV. Ep. XI. quem locum mihi indicavit vir politissimi ingenii Joannes Massonus.

6 Οὐ πώποτ' ἀφύας εἶδον ἀξ.] Est senarius Aristophanis *Equit.* pag. 327. (166. Ed. Bas. P.)

7 Εὐωνοτέρας] Hæc vox a prioribus Edit. abest, quam ex Scholiasta Aristophanis revocavi.

8 Ἄξονες. οὕτως ἐκάλεσαν Ἀθην.] Eadem, sed plura, habet Harpocratio, quem vide.

Ἄξω. καὶ ἐνταῦθα, καὶ ἐκεῖσε. ἀπάξω δὲ, τὸ ὀπίσω ἄξω.

Ἀξυλία. ἡ ἔνδεια τῶν ξύλων. [1] Ἀξύλῳ δὲ ὕλῃ, ἀντὶ τοῦ, πολυξύλῳ.

Ἀξύμμετρον. τὸ ὑπὲρ τὸ μέτρον. Οὐκ ἐξικνοῦντο δὲ τὰ βέλη, διὰ τὸ τοῦ ποταμοῦ ῥεῦμα ἀξύμμετρον ἐν αὐτοῖς ἐς τὰς βολάς.

Ἀξυνεσία. Θουκυδίδης γ΄. ἄνοια.

Ἄξυνος. ἀκοινώνητος.

Ἀξύστατον. [2] περὶ Αἰσχύλου λέγει Ἀριστοφάνης. ἀντὶ τοῦ, οὐ ξυνεστῶτα, οὐδὲ πυκνὸν, ἀλλ' ἀραιὸν ἐν τῇ ποιήσει, καὶ κομπώδη. ἢ ἀσυνάρτητον, ἢ [3] ἀπιθάνως συντιθέντα.

Ἀοζήσω. [4] διακονήσω. ὑπηρετήσω. ὑπουργήσω.

Ἄοζοι. πολύοζοι. πολλὰ ξύλα καίοντες· ἤγουν οἱ μάγειροι.

Ἀολλεῖ. [5] ποιεῖ. συνάγει. καὶ Ἀολλήσασα, ἀθροίσασα. καὶ Ἀολλησθῆναι, ἀθροισθῆναι. ὃ καὶ ἀολλισθῆναι εὕρηται.

Ἄοπτα. [6] Ἀντιφῶν. ἀντὶ τοῦ ἀόρατα. καὶ οὐκ ὀφθέντα μὲν, δόξαντα δὲ ὁρᾶσθαι.

Ἄορ. τὸ ξίφος. καὶ κλίνεται ἄορος, ἄορι.

—Ὑπαντιάσασα [7] δὲ μήτηρ,
Εἶπε, κατὰ στέρνων ἄορ ἀνασχομένη.

Ἀόρατον. [8] τετραχῶς λέγεται. ἢ τὸ καθάπαξ ἀδύνατον ὁραθῆναι· οἷον ὡς καὶ τὰ ὑποκείμενα ἄλλῃ αἰσθήσει. καὶ γὰρ ἡ φωνὴ ἀόρατος, καὶ ἡ ὀσμὴ, καὶ τὰ ὅμοια. ἢ τὸ πεφυκὸς μὲν εἶναι ὁρατὸν, μὴ ὁρώμενον δέ· ὅπερ ἐστὶ τὸ ἐν στερήσει· ὡς τὸ δυνάμει διαφανὲς, φωτὸς μὴ παρόντος. ἢ τὸ οὕτω λεγόμενον ἀόρατον, ὡς φαύλως ὁρατόν. τοιοῦτον δέ ἐστιν, ἢ τὸ δι' ὑπερβολὴν λαμπρότητος φθαρτικὸν τῆς ὄψεως, ἢ δι' ἀμυδρότητα μὴ ποιοῦν εἰς τὴν αἴσθησιν. ἀντιλαμβάνεται τοίνυν τοῦ ἀοράτου ἡ ὄψις, οὐ [9] τοῦ μὴ πεφυκότος ὁρᾶσθαι (ταῦτα γὰρ, ὅτι μὴ ὁρᾶται, ὁ λόγος ἐστὶν ὁ κρίνων δι' ὀργάνου τῆς αἰσθήσεως· οὐ μέντοιγε ἡ αἴσθησις) ἀλλὰ τοῦ κατὰ στέρησιν [10] ὁρατοῦ ἡ αἴσθησις ἐστὶν ἀντιληπτική. κρίνει γὰρ καὶ τὰ ἄλογα ταῖς ὄψεσιν ὅτι σκότος, κατὰ συμβεβηκὸς, τῷ μὴ πάσχειν ὑπὸ τῶν ὁρατῶν. διὸ καὶ εἰς τὰς φωλεὰς ἠρεμεῖ. μήποτε δὲ καὶ κατὰ στέρησιν ἀόρατον ἡ φαντασία ἐστὶν ἡ κρίνουσα, καὶ οὐχ ἡ ὄψις. εἴγε αἱ μὲν αἰσθήσεις ἐν τῷ πάσχειν τὸ κρίνειν ἔχουσι· μὴ πάσχουσαι δὲ ἐν τῷ σκότῳ ἀνενέργητοί εἰσι. διὸ κατὰ τὴν ἕξιν μόνην θεωροῦνται. μὴ ἐνεργοῦσαι δὲ, πῶς ἂν κρίνοιεν;

Ἄξω. Ducam, tam ad locum, quam e loco. Ἀπάξω vero, e loco abducam.

Ἀξυλία. Lignorum penuria. Sed Ἀξύλῳ ὕλῃ, dicitur de sylva lignorum copia abundante.

Ἀξύμμετρον. Nimiũ. Immodicum. *Tela vero propter nimiam fluvii latitudinem ad hostes non perveniebant.*

Ἀξυνεσία. Imprudentia. Amentia. Thucydides libro tertio.

Ἄξυνος. Qui cum nemine commerciũ habet.

Ἀξύστατον. Sic Æschylum vocat Aristophanes. Id est, non pressum, nec densum, sed laxum & tumidum in poesi, ampullisque verborum utentem. Vel, inconcinnum, & fabulas absurdas componentem.

Ἀοζήσω. Ministrabo. Serviam.

Ἄοζοι. Ramis abundantes. Item, coqui sic vocantur, quasi multa ligna comburentes.

Ἀολλεῖ. Cogit. Congregat. Et Ἀολλήσασα, quæ congregavit. Et Ἀολλησθῆναι, (pro quo etiam ἀολλισθῆναι reperitur) congregatos fuisse.

Ἄοπτα. Antiphon. Quæ videri nequeunt. Item ea, quæ quidem visa non sunt, sed visa esse putantur.

Ἄορ. Gladius. Declinatur ἄορος, ἄορι.

*—Occurrens vero mater*
*Dixit, intentato in pectus gladio.*

Ἀόρατον. Quadruplici sensu accipitur. Vel enim significat id, quod omnino videri nequit; ut ea, quæ aliis sensibus subjecta sunt. Nam nec vox, nec odor, nec similia, videri queunt. Vel, quod ita natura comparatum est, ut videri quidem possit, sed aliquando non videtur; qualia sunt ea, quibus privatio accidit: ut res quæ pellucida est in potentia, luce absente. Vel, quod non clare videtur: qualia sunt ea, quæ vel nimio splendore oculorum aciem perstringunt; vel propter obscuritatem visum vix afficiunt. Sub visum ergo cadunt τὰ ἀόρατα, non ea, quæ natura sua omnino cerni nequeunt (illa enim non videri ratio per instrumentum sensus judicat, non vero ipse sensus) sed ea, quæ secundum privationem sunt ἀόρατα. Nam & bruta oculis judicant, tenebras esse; per accidens nimirum, quoniam nihil vident: eamque ob causam in latibulis suis delitescunt. Forte tamen id, quod secundum privationem est ἀόρατον, phantasia discernit, non autem visus. Sensus enim tum judicant, cum ab objectis afficiuntur. Quoniam autem in tenebris non afficiuntur, actio eorum cessat. Quare ex solo habitu æstimantur. Cum vero nihil agunt, quomodo judicent?

1 Ἀξύλῳ δὲ ὕλῃ] Homer. Il. Λ. v. 155.

2 Ἀξύστατον. περὶ Αἰσχύλου λέγει Ἀριστ.] Hæc & quæ sequuntur sunt verba Scholiastæ Aristoph. ad Νεφέλας pag. 199. (123. Ed. Bas. ut Portus observavit.)

3 Ἀπιθάνως συντιθέντα] Legendum est, ἀπιθάνως συντιθέντα τοὺς μύθους, ut ex Scholiasta Aristophanis patet.

4 Ἀοζήσω. διακ.] Sic etiam Etymologus. Apud Hesychium vero legitur ἀοζήσω, διακονήσω: male, ut puto.

5 Ἀολλεῖ. ποιεῖ] Nullus dubito, quin scribi debeat, Ἀολλεῖ [ἀολλίζει] κοινοῖ. Cum enim duæ illæ voces ποιεῖ & κοινοῖ maxime sint affines & pene eædem, prior posteriorem absorpsit: quod in non paucis aliis quoque Suidæ locis contigisse deprehendi.

6 Ἄοπτα. Ἀντιφῶν. ἀντὶ τοῦ ἀόρατα. & οὐκ ὀφθ.] Ex Harpocratione.

7 Ὑπαντιάσασα δὲ μήτηρ εἶπε, κατὰ σ.] Integrum Epigramma, ex quo hæc decerpta sunt, legitur Anthol. lib. 1. cap. v. Ep. 2.

8 Ἀόρατον. τετραχῶς λέγεται. ἢ τὸ καθ.] Totus hic articulus descriptus est ex Philopono in lib. II. Aristotelis *de Anima*, ut Pearsonius observavit.

9 Οὐ τοῦ μὴ πεφυκότος ὁρᾶσθαι] Adde ex Philopono: οἷον τῶν ψόφων, καὶ τῶν αἰσθητῶν ταῖς ἄλλαις αἰσθήσεσιν.

10 Ὁρατοῦ] Ex sensu patet, scribendum hic esse ἀοράτου: quam lectionem in versione secutus sum.

Ἀόργητος. ὁ μὴ ὀργιζόμενος.

Ἄορες. [1] αἱ γυναῖκες.

Ἀόριστος [2] γῆ. ἡ μὴ ἔχουσα ὅρους, μηδὲ σπειρομένη. ἡ γὰρ σπειρομένη ὅρους ἔχει, ἅτε οὖσα μεμερισμένη, ἕως ἐπὶ ἑκάστῳ [3] τὸ δίκαιον τῆς διακρατήσεως.

Ἀοριστύν. [4] ὁμιλίαν. συναναστροφήν.

Ἄορνος πέτρα. ἐν τῇ Ἰνδικῇ. [5] Ἀρριανός. Μέγα γάρ τι χρῆμα πέτρας ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ ἐστίν. ([6] ἔστι δὲ καὶ λίμνη οὕτω καλουμένη.) ταύτην Ἀλέξανδρος εἷλεν, ἣ τῷ Ἡρακλεῖ ἄπορος ἐγένετο.

Ἀορτήν. λέγουσιν οἱ πολλοὶ τὴν Ἀβερτήν. Μακεδονικὸν δὲ καὶ τὸ σκεῦος, καὶ τὸ ὄνομα. καὶ Ἀορτὴ, φλὲψ ἡ μεγάλη.

Ἀορτήρ. ὁ λῶρος τῆς σπάθης.

Ἀοσσητήρ. [7] ὁ βοηθός. ὁ ἄνευ ὄσσης, καὶ κληδόνος, καὶ αὐτομάτως βοηθῶν.

Ἀώρησις, ἡ κρέμασις.

Ἀωρίᾳ. ἀντὶ τοῦ ἀκαίρως, καὶ παρὰ τὸν δέοντα καιρόν. Ἄωρα γὰρ, τὰ παρὰ τὸν καιρὸν τρυγώμενα. καὶ [8] Ἀριστοφάνης·

Οἱ δὲ Πρυτάνεις ἥκουσιν, ἀλλ' ἀωρίᾳ.

Οὐκ ἔξεστι γὰρ Βαβυλωνίοις ἀωρίᾳ τάφον ὑπερβῆναι. Σημαίνει δὲ καὶ τὴν σκοτίαν. Αἰλιανός· Ἐπεὶ δὲ ἀωρία ἦν, ὁ μὲν ἐπὶ τὸν φόνον ὑπεθήγετο. καὶ [9] Ἀωρὶ τῶν νυκτῶν.

Ἀωρόλειος. ὁ παρὰ τὴν ὥραν καὶ τὴν ἡλικίαν λειαινόμενος καὶ φαλακρῶν. τὸ αὐτὸ καὶ ὠμογέρων, ὁ παρ' ἡλικίαν γηράσας.

Ἄωρον. ἀπρεπές. [10] ἀχαρές. ἄχαρι. ἔνιοι δὲ ἀντὶ τοῦ ἀνοίκειον, καὶ ἀσύμφορον. καὶ Ἄωρος, ὁ ὠμὸς, ὁ ἀπέπαντος. καὶ Ἀωρότερον.

Ἀωρῶ. τὸ ἀλογῶ.

Ἄωρτο. [11] ἐκρέματο.

Ἀωτεῖν. [12] ὑφαίνειν.

Ἄωτον. ἄνθος. κόσμος. στέφανος. περιβόλαιον ἐξ ἁπαλῶν ἐρίων. Ἀώτῳ, δοτική. Ἄωτον δὲ ἀγγεῖον, τὸ μὴ ἔχον ὦτα. καὶ ῥῆμα Ἀωτῶ, τὸ ἀπανθίζω.

Ἄπαγε. γενικῇ. παῦσαι. μὴ γένοιτο. ἢ [13] Ἄπαγε, ἀντὶ τοῦ, χρῶ τῇ ἀπαγωγῇ. οὕτω Δημοσθένης. καὶ

Ἀόργητος. Expers iræ. Qui non irascitur.

Ἄορες. Conjuges. Uxores.

Ἀόριστος γῆ. Terra nullos habens limites, & inculta. Quæ enim colitur, habet limites, & divisa est, donec unicuique agrorum suorum dominium retinere licet.

Ἀοριστύν. Colloquium. Conversationem.

Ἄορνος πέτρα. Averna rupes in India. Arrianus: *Ingens enim in illa regione rupes est,* [*Averna vocata.*] *Hanc Alexander cepit, quæ ne ab ipso quidem Hercule expugnari potuit.*

Ἀορτήν Hanc vulgus Ἀβερτήν nunc vocat. Est autem & vas & nomen Macedonicum. Ἀορτὴ etiam magna vena vocatur.

Ἀορτήρ. Lorum gladii.

Ἀοσσητήρ. Auxiliator. Qui nec omine nec augurio aliquo impulsus, sed sponte sua opem alicui fert.

Ἀώρησις. Suspensio.

Ἀωρίᾳ. Intempestive, & tempore alieno. Ἄωρα enim vocantur fructus, qui alieno tempore vindemiantur. Et Aristophanes:

*Prytanes veniunt, sed intempestive.*

*Non licet enim Babyloniis alieno tempore sepulcrum transire.* Significat etiam tenebras noctis. Ælianus: *Ille vero, quia nox erat intempesta, ad cædem strenue & alacri animo se accingebat.* Et Ἀωρὶ νυκτῶν, nocte intempesta.

Ἀωρόλειος. Qui ante tempus calvescit. Sic ὠμογέρων, qui ante ætatem consenuit.

Ἄωρον. Indecorum. Ingratum. Intempestivum. Secundum nonnullos significat, quod non convenit, quod non expedit. Et Ἄωρος crudus, immaturus. Inde [comparativus] Ἀωρότερον.

Ἀωρῶ. Non curo. Negligo.

Ἄωρτο. Pendebat.

Ἀωτεῖν. Texere.

Ἄωτον. Flos. Ornatus. Corona. Amiculum ex tenellis lanis confectum. Et Ἀώτῳ dativus. At vas Ἄωτον dicitur, quod auribus vel ansis caret. Et verbum Ἀωτῶ, flores decerpo, flores lego.

Ἄπαγε. Genitivo jungitur. Cessa. Desine. Absit. Et Ἄπαγε, utere actione illa, quæ

1 Ἄορες. αἱ γυν.] Imo Ὄαρες. Vid. Schol. Hom. ad Il. I. v. 327.

2 Ἀόριστος γῆ. ἡ μὴ ἔχουσα ὅρους, μηδὲ σπ.] Hæc sunt verba Scholiastæ Thucydidis ad lib. I. cap. CXL. ut Pearsonius observavit.

3 Τὸ δίκαιον τῆς διακρατήσεως] Scholiasta Thucydidis minus recte habet, τὸ δίκαιον τῆς διαιρέσεως.

4 Ἀοριστύν] Scribe ὀαριστύν, eamque vocem suo loco redde. Homerus Il. N. v. 291.

——— Μετὰ προμάχων ὀαριστύν.

Ubi brevis Scholiasta: Ἐν τῇ τῶν προμαχούντων ὁμιλίᾳ καὶ συναναστροφῇ. Hunc locum Suidas respexit.

5 Ἀρριανός] Suidas in loco hoc Arriani recitando non tam verborum quam sensus rationem habuit. Ipsa enim verba Arriani lib. IV. de Exped. Alex. pag. 306. hæc sunt. Μέγα γάρ τι τοῦτο χρῆμα πέτρας ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ ἐστί. καὶ λόγος ὑπὲρ αὐτῆς κατέχει, οὐδὲ Ἡρακλεῖ τῷ Διὸς ἁλωτὸν γενέσθαι τὴν πέτραν. De hac rupe Averna vide etiam Philostratum in Vit. Apoll. lib. II. cap. V.

6 Ἔστι δὲ καὶ λίμνη οὕτω καλ.] Hæc verba lituram merentur, quoniam apud Arrianum loco laudato non leguntur, & seriem orationis interrumpunt. Dubium enim non est, quin, cum margini prius adscripta essent, ab imperito aliquo librario, qui sensus nullam rationem haberet, in textum intrusa fuerint: qua ratione sexcentis in locis apud Suidam peccatum est.

7 Ἀοσσητήρ] Est vox Homerica Il. O. v. 254. & alibi.

8 Ἀριστοφάνης] Apud Aristoph. *Acharnens.* pag. 371. (262. Ed. Bas. P.) sic legitur:

Οὐδ' οἱ Πρυτάνεις ἥκουσιν· ἀλλ' ἀωρίαν
Ἥκοντες &c.

9 Ἀωρὶ νυκτῶν] Aristophanes *Eccles.* pag. 746. (501. Ed. Bas. P.) de gallo gallinaceo ait:

——— Σὺ δὲ δοῦλ' ὦ καθαρείας ἕνεκα,
Πολλάκις ἀναστήσεις μ' εἰς ἐκκλησίαν
Ἀωρὶ νυκτῶν.

Ad hunc locum Suidas respexit.

10 Ἀχαρές] Melius Hesychius ἄχαρι.

11 Ἄωρτο] Homer. Il. Γ. v. 272.

12 Ἀωτεῖν. ὑφαίνειν] Scribendum est ἀωτῶν vel ἀωτεῖν. Vide Eustath. ad Odyss. A. pag. 1429. 21.

13 Ἄπαγε. ἀντὶ τοῦ, χρῶ τῇ ἀπ.] Ex Harpocratione, ad quem vide Maussacum.

παρει-

παροιμία· Ἄπαγε ξένον ἐν χειμῶνι. ἐπὶ τῶν ὀχληρῶν.

Ἄπαγέ [1] με εἰς τὰς λατομίας. παροιμία, ἐπὶ τῶν μὴ ὑποφερόντων τὰ ἀνάξια. Φασὶ γὰρ ὅτι Φιλόξενος ὁ Διθυραμβοποιὸς Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ συνῆν. ἔπειτα δὲ αὐτοῦ ποιήματα ἀναγινώσκοντος, οὐκ ἐπῄνει. ἐφ' οἷς ὀργισθεὶς ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀπαχθῆναι εἰς τὰς λατομίας. εἶτα πάλιν μετεκαλέσατο αὐτὸν, ἐλπίζων ἐπαινέσαι αὐτοῦ τὰ ποιήματα. ὁ δὲ μὴ ἐθέλων ἐπαινεῖν, ἔλεγε τὸ προκείμενον.

Ἄπαγε [2] μόθων ἀπὸ κώπης. παροιμία ἐπὶ τῶν ὀχληρῶν, καὶ παρὰ καιρὸν τοῖς σπουδάζουσιν ἐνοχλούντων.

Ἀπάγυια. [3] ἡ μήπω συμπαγεῖσα.

Ἀπάγειν, ἐφηγεῖσθαι, γράφεσθαι, δικάζεσθαι. τούτων ἕκαστον ἐπὶ τῶν ἑτέρων κατηγορούντων λέγεται. ἀλλ' ἐὰν μὴ πρὸς διαιτητὴν ἡ δικασία γένηται, καλεῖται δικάζεσθαι. καὶ Ἀπάγοντες. ἀπωθοῦντες, ἀπελαύνοντες. Τὸν ἄνδρα ἀπάγοντες.

Ἀπαγορεύει. ἀποτρέπεται. ἀρνεῖται. Ἀπαγορεύουσι τῷ Φιλίππῳ, καὶ τὸν Δέκιον ἀπαγορεύουσι. Καὶ αὖθις Εὐνάπιος· Πρὸς τὸ ἀφανὲς καὶ ἄβατον τῆς χώρας ἐμπεσόντες, πρὸς τοὺς φόνους καὶ πρὸς τὴν λείαν ἀπαγορεύοντες. ἢ [4] Ἀπαγορεύειν, ἀντὶ τοῦ κάμνειν καὶ ἀδυνάτως ἔχειν. Ἀπαγορεύων τοῖς ἄρχουσι διαῤῥήδην τῆς φιλαργυρίας ἀπέχεσθαι.

Ἀπάγου. ἀντὶ τοῦ, πρὸς αὑτὸν ἄπαγε. Εὐριπίδης.

Ἀπαγωγάς. αἰχμαλωσίας. [5] ἀδυνατίας. καὶ Ἀπαγωγή, μήνυσις ἔγγραφος διδομένη τῷ ἄρχοντι, περὶ τοῦ δεῖν ἀπαχθῆναι τὸν δεῖνα. Ἐνταῦθα ὁ Λικίνιος κατὰ πρόφασιν ἀπαγωγῆς ἀφικόμενος. τὸ μὲν [6] Ἀπαγωγὴ δίκης ἐστὶν εἶδος. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ ἀπάγειν. ἀπήγοντο δὲ οἱ κακοῦργοι πρὸς τοὺς ἕνδεκα.

Ἀπαγχονίσαι. πνῖξαι. Ἀγχονῶ δὲ, καὶ λιμαγχονῶ.

Ἀπᾴδει. ἀπαρέσκει. καὶ Ἀπᾷδον. οὐ συνᾷδον, ἀπαρέσκον. Τὰς σπονδὰς ἀποπέμπεσθαι, ὡς ἀπᾳδούσας τῆς Ῥωμαίων μεγαλειότητος. ἀντὶ τοῦ ἀναξίας οὔσας. Καὶ, Στησίχορος δὲ οὐκ ἀπᾴδει αὐτῶν.

Ἀπαθέστατα. ἐκτὸς πάθους. Εὐμενῆ δεῖ εἶναι, καὶ ἀνεξίκακον τῶν ἰδιωτῶν, καὶ ἀθεώρητον, ἐρρωμένον πρὸς πάντας εὐάρμοστον, ὥστε κολακείας πάσης προσηνεστέραν εἶναι τὴν ὁμιλίαν, προσιοῦσι καὶ αἰδέσιμον πᾶσι.



ἀπαγωγὴ vocabatur. Sic Demosthenes. Et proverbium: *Ejice hospitem in tempestate.* In homines importunos.

Ἄπαγέ με εἰς τὰς λατ. *Abduc me in lapidicinas.* Proverbium de iis, qui indigna ferre non possunt. Ferunt enim Philoxenum, poetam Dithyrambicum, cum Dionysio Tyranno aliquando fuisse. Cumque is inepta poemata sua recitaret, & Philoxenus ea laudare nollet, iratus Tyrannus eum in lapidicinas abduci jussit. Deinde vero eum revocavit, sperans fore, ut tunc carmina sua laudaret. Sed cum Philoxenus ea probare non posset, dicto ante memorato usus esse fertur.

Ἄπαγε μόθων. *Aufer mothonem a remo.* Proverbium in eos, qui aliis res serias agentibus intempestive molesti sunt.

Ἀπάγυια. Quæ nondum est compacta.

Ἀπάγειν, ἐφηγεῖσθαι, γράφεσθαι, δικάζεσθαι. Horum verborum unumquodque dicitur de illis, qui alios accusant. Sed si apud arbitrum lis disceptetur, id vocatur δικάζεσθαι. Et Ἀπάγοντες, repellentes, abigentes. *Hominem repellentes.*

Ἀπαγορεύει. Interdicit. Negat. *Negant Philippo, & Decium renuntiant* [*victorem.*] Et iterum Eunapius: *Cum in obscuram & incultam regionis partem pervenissent, & cædibus prædisque agendis defatigati essent.* Et Ἀπαγορεύειν, defatigari & labori succumbere. † *Magistratibus diserte præcipiens, ut ab avaritia abstinerent.*

Ἀπάγου. Facesse hinc. Euripides.

Ἀπαγωγάς. Abductiones in captivitatem. Prehensiones. Et Ἀπαγωγὴ vocatur libellus, quo quis indicium magistratui facit, aliquem in jus rapiendum esse. *Tunc Licinius venit, causam prætexens, se aliquem in judicium abducturum esse.* Ἀπαγωγὴ igitur nomen est actionis, sic dictæ a verbo ἀπάγειν. Abducebantur autem malefici ad Undecimviros.

Ἀπαγχονίσαι. Strangulare. Et Ἀγχονῶ, idem. Λιμαγχονῶ vero, fame neco.

Ἀπᾴδει. Displicet. Discrepat. Et Ἀπᾷδον. Discrepans. Displicens. [*Dixerunt*] *fœdus repudiandum esse, ut minime dignum Majestate populi Romani.* Et, *Stesichorus vero non discrepat ab illis.*

Ἀπαθέστατα. Absque affectibus & motibus animi. *Oportet eum esse benignum, & qui imperitos æquo animo ferat; & ab ostentatione alienum, omnibusque sese accommodantem, ita ut in congressibus sit quovis adulatore blandior,*

1 Ἄπαγέ με εἰς τὰς λατομίας. παροιμία, ἐπὶ τῶν μὴ ὑπ.] Vide infra v. Εἰς λατομίας. & v. Φιλοξένου γραμμάτιον.

2 Ἄπαγε μόθων] Duo MSS. Parif. habent μόθον, per ο μικρόν. Sed quid hoc? Forte legendum est μόθων; quam conjecturam Wolfio etiam in mentem venisse video. Certe vox illa a vulgata lectione quam minimū recedit, & sensui proverbii hujus optime convenit. Diogenianus proverbium hoc sic effert & interpretatur: Ἄπαγε μόθωνα ἀπὸ κώπης. ἐπὶ τῶν ἐνοχλούντων παρὰ καιρὸν τοῖς σπουδάζουσι. ὁ γὰρ μόθων φορτικῆς ὀρχήσεως εἶδος. i. e. *Aufer mothonem a remo. In eos, qui seriis negotiis intentos intempestive interpellant. Mothon enim molesta saltationis genus est.* Hanc lectionem secutus est Erasmus.

3 Ἀπάγυια] Scribendum est ἀπαγυῖα.

4 Ἀπαγορεύειν, ἀντὶ τοῦ κάμνειν, καὶ ἀδυνάτως ἔχειν] Hæc sunt verba Harpocrationis; ex quo Suidas.

5 Ἀδυνατίας] Quamvis sic omnes Edit. habeant, nec MSS. ut puto, discrepent, vocem tamen illam explodendam puto, utpote nec Græcam, nec loci hujus sensui convenientem.

6 Ἀπαγωγὴ. δίκης ἐστὶν εἶδος] Hæc refellit Salmasius *de Modo Usur.* pag. 774. quem vide.



μηδὲ

μηδὲ ἔμφασίν ποτε ὀργῆς παρέχειν, εὐπροσηγορώτατον καὶ εὐφημότατον ἀψοφητί.

Ἀπαθῆ. ἄλυπον. ὁ [1] δὲ Ἀντιφῶν ἀπαθῆ πληθυντικῶς, τὰ μὴ ὡς ἀληθῶς γεγονότα πάθη. καὶ Ἀπαθής. [2] Ἀπαθῆ φασιν εἶναι τὸν σοφὸν, διὰ τὸ ἀνέμπτωτον. εἶναι δὲ καὶ ἄλλον ἀπαθῆ, τὸν φαῦλον, ἐν ἴσῳ λεγόμενον τῷ σκληρῷ καὶ [3] ἀτέγκτῳ. Καὶ Ἀπαθὴς, ὁ μὴ πεῖραν κακῶν εἰληφώς. Οἱ δὲ κακῶν παντάπασιν ἀπαθεῖς ἔμεναι. καὶ Ἀπαθές. Τὸ [4] ὑγιαίνειν ἐν τῷ τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ ζῆν.
*Illi vero malorum expertes semper manserunt. in vita.*

Ἀπ' ἀκροφυσίων λόγους ἐνδεικνύναι. ἀντὶ καινοὺς, καὶ [5] νεοποιήτους. [6] Ἀριστοφάνης·

Ῥήματά τε κομψὰ, καὶ παίγνια ἐπιδεικνύναι
Πάντα ἀπ' ἀκροφυσίων, καὶ τῶν ἀπὸ κιγκαβαλμάτων.

λέγει γὰρ διὰ μὲν τοῦ Ἀπ' ἀκροφυσίων, καινῶς εἰργασμένα, καὶ οἷον ἐκ πυρός. διὰ δὲ τοῦ Ἀπὸ κιγκαβαλμάτων, οἷον καινῶς πεπλασμένα. διάθεσιν ἔχοντα. Κίνναβος γὰρ τὸ εἴδωλον, πρὸς ὃ πλάσται καὶ οἱ ζωγράφοι βλέποντες διατίθενται πλάττοντες καὶ γράφοντες. [7] κέχρηνται πολλοί.

Ἀπάκτου. [8] Σοφοκλῆς·

Ἀλλ' ὡς τάχος τὸν παῖδα τόνδ' ἤδη δέχου
Καὶ δῶμ' ἀπάκτου.

Ἀπάλαμνος. ἄπειρος.

Ἀπαλλάξας. [9] ἀντὶ τοῦ πείσας ἀποστῆναι. Κρατῖνος, καὶ Δημοσθένης, καὶ ἄλλοι. καὶ Ἀπαλλάξωμεν, ἀντὶ τοῦ ἀφανίσωμεν. καὶ Ξενοφῶν· Τῶν ἄλλων σκευῶν τὰ περιττὰ ἀπαλλάξωμεν. καὶ Ἀπαλλάξαι, ἀντὶ τοῦ φυγαδεῦσαι. [10] Ἐδεῖτο δὲ τὸ πλῆθος προστάττω Ἀρμενίας ἀπαλλάξαι Ἰωτόμην, ὡς οὔποτ' ἂν ἀποσχόμενον τοῦ νεωτερίζειν, εἰ τύχῃ ἂν ἔνδημος.

Ἀπαλλάξειεν. μετακινήσειεν. [11] Ἀριστοφάνης·

Πῶς καλῶς αὐτὸν ἀπαλλάξειεν ἂν μετόρχιον.

καὶ [12] Ἀπαλλαξείοντες, ἐπιθυμίαν ἔχοντες ἀπαλλαγῆναι.

Ἀπαλγήσαντας. παρὰ Θουκυδίδῃ [13] ἀντὶ τοῦ παυσαμένους ἀλγεῖν· ὥσπερ τὸ ἀπολοφυράμενοι.

Ἀπαλγοῦντες. ἀπογινώσκοντες. Πολύβιος· Οἱ

*& omnibus venerabilis, nec ullam iræ significationem unquam edat, amantissimus & gloriosissimus absque jactantia.*

Ἀπαθῆ. Doloris & tristitiæ expertem. Antiphon vero ἀπαθῆ in plurali numero vocavit affectus vel calamitates, quæ re vera tales non sunt. Et ἀπαθὴς, [perturbatione vacuus.] *Sapientem perturbatione animi vacuum esse dicunt, quod labi non possit. Esse item & alium perturbatione vacuum, malum videlicet: sed eo sensu, quo dicimus aliquem durum & rigidum.* Et Ἀπαθὴς, qui mala expertus non est. Et Ἀπαθές. *Sanitas in morte potius est, quam*

Ἀπ' ἀκροφυσίων. Verba folles redolentia. Id est, nova & recens elaborata. Aristophanes: *Et verba ornata ludicraque ostentare, omnia folles redolentia & ab archetypis recens expressa.* Per ἀπ' ἀκροφυσίων intelligit nova, & quasi ab igne recentia. Per verba autem ἀπὸ κιγκαβαλμάτων, recens ficta & facta. Κίναβος enim dicitur archetypum, sive exemplar, quod statuarii & pictores in fingendo & pingendo imitandum sibi proponunt. Hac voce [præter Aristophanem] usi sunt & multi alii.

Ἀπάκτου. Abducito. Sophocles:

*Sed quam celerrime puerū istum jam accipe,*
*Et domum abducito.*

Ἀπάλαμνος. Industria carens. Imperitus.

Ἀπαλλάξας. Qui alicui persuadet, ut [ab actione vel accusatione] desistat. Cratinus, Demosthenes, & alii. Et Ἀπαλλάξωμεν, e medio tollamus, removeamus. Xenophon: *Reliqua vasa supervacanea removeamus.* Et Ἀπαλλάξαι, aliquem ex aliquo loco pellere vel relegare. *Plebs vero rogabat, ut Jotomen quam longissime ab Armenia relegaret, quod is a rebus novandis nunquam sibi temperaturus esset, si in patria maneret.*

Ἀπαλλάξειεν. Amoverit. Removerit. Aristophanes: *Facile quis plantas ex arvis removeat.* Et Ἀπαλλαξείοντες, qui discedere cupiunt.

Ἀπαλγήσαντας. Apud Thucydidem significat, qui dolere desierunt: ut ἀπολοφυράμενοι, qui lugere desierunt.

Ἀπαλγοῦντες. Animum despondentes. De-

1 Ὁ δὲ Ἀντιφῶν ἀπαθῆ πληθ. τὰ μὴ ὡς ἀληθ. γεγονότα πάθη] Ex Harpocratione.

2 Ἀπαθῆ φασιν εἶναι τὸν σοφὸν, διὰ τὸ ἀνέμπτ.] Hæc & quæ sequuntur usque ad καὶ ἀτέγκτῳ, sunt verba Laertii in *Zenone* lib. VII. Segm. 117. ut Pearsonius etiam observavit.

3 Ἀτέγκτῳ] Laertius habet ἀτρέπτῳ.

4 Τὸ ὑγιαίνειν ἐν τῷ τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ ζῆν] Eadem repetuntur infra v. Θάνατος. Sed quid hæc ad Ἀπαθής?

5 Καὶ νεοποιήτους] Hanc lectionem ex optimo MS. Paris. A. revocavi; quam etiam agnoscit codex Vaticanus, teste Pearsonio. In prioribus vero Edit. excusum est κατεσπευσμένους.

6 Ἀριστοφάνης. Ῥήματά τε κομψὰ καὶ π.] Duo hi versus, quos in fabulis Aristophanis hodie superstitibus frustra quæras, sic constituendi & legendi sunt:

*Ῥήματά τε κομψὰ καὶ παίγνι' ἐπιδεικνύναι,*
*Πάντ' ἀπ' ἀκροφυσίων κἀπὸ κιγκαβαλμάτων.*

Genus enim hoc versus simile est illi, quo utitur idem Comicus in *Vespis* pag. 522.

Ὦ μακάρι' Αὐτόμενες, ὥς σε μακαρίζομεν.

7 Κέχρηνται πολλοί] Sic in uno MS. Paris. A. exaratum est. Priores vero Edit. minus recte habent κέχρηνται πολλάκις.

8 Σοφοκλῆς] In *Ajace* pag. 35. v. 580.

9 Ἀπαλλάξας. ἀντὶ τοῦ πείσας ἀποστῆναι] Verum horum verborum sensum, a quo Portus longe aberraverat, in versione expressi: Vide infra v. Ἀφεῖς. ubi hæc ipsa clarius exponuntur.

10 Ἐδεῖτο δὲ τὸ πλῆθος προστ. Ἀρμ.] Hoc fragmentum repetitur infra v. Ἰωτόμης.

11 Ἀριστοφάνης] Apud Aristoph. in *Pace* 454. locus hic ita legitur:

Ἢ καλῶς αὐτοῦ ἀπαλλάξειεν ἂν μετόρχιον. P.

12 Ἀπαλλαξείοντες. ἐπιθ. ἔχοντες τοῦ ἀπαλλ.] Ex Scholiasta Thucydidis ad lib. I. cap. XCV.

13 Ἀντὶ τοῦ παυσαμένους ἀλγεῖν· ὥσπερ τὸ ἀπολ.] Ex Scholiasta Thucydidis ad lib. II. cap. LXII.

Δὸ

δὲ Ἀκαρνᾶνες πυνθανόμενοι τὴν τῶν Αἰτωλῶν ἔφοδον ἐπὶ σφᾶς, τὰ μὲν ἀπαλγοῦντες ταῖς ἐλπίσι, τὰ δὲ καὶ θυμομαχοῦντες, ἐπί τινα παράστασιν κατήντησαν. Καὶ αὖθις· [1] Ἀπαλγοῦντας δὲ αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ πολλοῦ ῥίγους ἐπερρώννυεν.

Ἀπαλέξασθαι. ἀντιτάξασθαι. [2] Σοφοκλῆς·

> Χ' ἡμεῖς οὐδὲν σθένομεν πρὸς ταῦτ'
> Ἀπαλέξασθαι σοῦ χωρὶς, ἄναξ.

καὶ Ἀπαλεξῆσαι. κωλῦσαι. καὶ Ἀπαλέξοντες, ὁμοίως.

Ἀπάλλεις. [3] ἀποπέμπεις.

Ἀπαληθεύειν. τὸ τἀληθὲς ἐξευρίσκειν. καὶ Ἀπαληθεύω, τὸ τὴν ἀλήθειαν ἐκφαίνω. Ὁ δὲ χρόνῳ ὕστερον ἐφωράθη, τῷ πάντα ἐκκαλύπτοντι καὶ ἀπαληθεύοντι. τούτου τὸ δολερὸν ἀναφαίνεται.

Ἀπαλθήσεσθαι. θεραπευθήσεσθαι.

Ἀπαλοὶ θερμολουσίαις, ἁβροὶ μαλθακευνίαις. ἐπὶ τῶν ὑπὸ τρυφῆς καὶ ἁβρότητος διαρρεόντων.

Ἀπαλώτερος τρύχνου. ἔστιν ἐν τῷ Τρύχνος.

Ἀπαμβλυώσει. ἐκκαθαίρει σκότους καὶ ἀλλοιώσεως.

Ἀπάμεια. πόλις.

Ἀπαμείρεται. ἀποστερεῖ.

Ἀπαμυνεῖ. ἀποστρέψει.

Ἀπαμφιέσαντες. ἐκδύσαντες. καὶ Ἀπαμφιεῖ, ἀποκαλύψει. [4] Μισουμένῳ.

> Ἀπαμφιεῖ γὰρ τὸ κατάπλασμα τοῦτό μου
> Καὶ λανθάνειν βουλόμενον ἡ μέθη ποτέ.

καὶ Ἀπαμφίσκων, ἀποκαλύπτων.

Ἄπαν. οἱ μὲν Ἴωνες συστέλλουσι. καὶ ὁ Ποιητής

> Τῶν δ' ἄπαν ἐπλήσθη πεδίον.

Οἱ δὲ Ἀττικοὶ ἐκτείνουσι τὴν ὑστέραν. καὶ τὸ παράπαν ὁμοίως, καὶ ἅπαν, καὶ τὰ τοιαῦτα.

Ἀπανάστασις. ἀποικία. μετάστασις.

Ἀπαναίνομαι. ἀρνοῦμαι.

Ἀπανθήσαντα. ξηρανθέντα. [5] Μακαριωτάτη ἐγὼ, ἥτις μεμύρωμαι τὴν κεφαλὴν μυρώμασιν ἀγαθοῖς. ἐν τῇ κεφαλῇ γὰρ ἐμμένει πολὺν χρόνον. τὰ δ' ἄλλ' ἀπανθήσαντα πάντ' ἀπέπτατο. Ἀριστοφάνης φησίν. Ἀπανθῶ γὰρ, τὸ ἀποβάλλω. Καὶ ὁ Θεολόγος· [6] Τῶν ἐκ γένους τοῖς ἀπανθήσασι. Ἀπανθίζω δὲ, τὸ τὰ ἄνθη συλλέγω.

Ἄπανθ' ὅμοια, καὶ Ῥοδῶπις ἡ καλή. σημαίνει

sperantes. Polybius: *Acarnanes vero, audita Ætolorum adversus se expeditione, partim desperatione, partim vero odio & ira in hostem impulsi audax consilium ceperunt.* Et iterum: *Propter frigoris vero magnitudinem animum despondentes confirmavit.*

Ἀπαλέξασθαι. [Propulsare.] Resistere. Sophocles:

> *Nos vero non valemus his*
> *Resistere sine te, o Rex.*

Et Ἀπαλεξῆσαι, arcere, propulsare. Et Ἀπαλέξοντες, similiter.

Ἀπάλλεις. Remittis.

Ἀπαληθεύειν. Veritatem invenire. Et Ἀπαληθεύω, veritatem aperio. *Ille vero postea deprehensus est, tempore omnia detegente & veritatem aperiente.* Id est, fraus & dolus ejus apparuit.

Ἀπαλθήσεσθαι. Curatum iri.

Ἀπαλοὶ θερμ. *Molles calidis balneis, & delicati mollibus lectis [gaudent.]* In eos, qui luxu & deliciis diffluunt.

Ἀπαλώτερος τρύχνου. Mollior trychno. Quære in v. Τρύχνος.

Ἀπαμβλυώσει. A caligine & tenebris oculos liberat.

Ἀπάμεια. Apamea. Urbs.

Ἀπαμείρεται. Privat.

Ἀπαμυνεῖ. Propulsabit. Arcebit.

Ἀπαμφιέσαντες. Qui exuerunt. Qui spoliarunt. Et Ἀπαμφιεῖ, revelabit, manifestabit. [Menander] *Misumeno:*

> *Manifestabit enim simulationē istam meam,*
> *Quamvis occultare eam studeam, aliquando ebrietas.*

Et Ἀπαμφίσκων, retegens, revelans.

Ἄπαν. Iones vocem hanc corripiunt. Et Homerus: *Illis vero totus campus repletus est.* Attici vero producunt ultimam syllabam, non solum in hac voce, sed etiam in παράπαν, ἅπαν, & similibus.

Ἀπανάστασις. Coloniæ deductio. Ex prioribus sedibus in alias migratio.

Ἀπαναίνομαι. Renuo. Nego.

Ἀπανθήσαντα. Quæ defloruerunt. Arefacta. Aristophanes: *O me beatam, quæ caput unxi unguentis bonis. [His tamen præstant Thasiæ amphoræ,] quoniā diu in capite permanent. Alia vero odorem cito amittunt & evanescunt.* Ἀπανθῶ [hic significat, florē vel odorem suavē] amitto. Et Theologus: *Cognatis, qui flore quasi felicitatis & fortunæ exciderunt [liberalitate subvenire laudabile est.]* Ἀπανθίζω vero, flores colligo.

Ἄπανθ' ὅμοια, καὶ Ῥοδ. *Una sors est cunctis,*

1 Ἀπαλγοῦντας δὲ αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ πολλοῦ ῥίγους ἐπερρώννυεν] Hæc sunt verba Dionis de Antiocho Cynico, Αὐτόμολος cognominato, pag. 433. eademque leguntur supra v. Ἀντίοχος ὁ Αὐτόμολος.

2 Σοφοκλῆς] In *Ajace* pag. 11. v. 165, 166. *P.*

3 Ἀπάλλεις] Portus legendum conjiciebat ἀποπάλλεις. Sed malim ἀπιάλλεις, ab ἰάλλω, mitto.

4 Μισουμένῳ] Scripserat Menander drama, Μισούμενος vocatum, cujus meminit Suidas infra v. Ἀπεκναίεσε. Quare existimo, excidisse hic nomen Comici illius, legendumque esse Μένανδρος Μισουμένῳ.

5 Μακαριωτάτη ἐγὼ, ἥτις μεμ.] Locus hic est mutilus, qui suppleri debet ex Aristoph. *Eccles.* pag. 757. (510. Ed. Bas. ut Portus monuit.)

6 Τῶν ἐκ γένους τοῖς ἀπανθήσασι] Loci hujus sensus supplendus est ex Gregor. Nazianz. Orat. xix. pag. 291. ubi sic legitur: Εἶναι δὲ πλοῦτον ἀσφαλῆ τε καὶ ἄσυλον [γινώσκων,] τὸ ἀποτίθεσθαι Θεῷ τε καὶ πτωχοῖς, καὶ μάλιστα τοῖς ἐκ γένους τοῖς ἀπανθήσασι &c. i. e. *Solas illas divitias certas & nulli rapinæ vel furto obnoxias esse existimans, quæ erogarentur Deo & pauperibus, & præcipue cognatis, qui flore quasi felicitatis & fortunæ suæ excidissent.*

δὲ, ὅτι ταῖς τύχαις ὁμοίως ὑποπεπτώκασιν οἱ θνητοί. ζήτει περὶ τῆς Ῥοδώπιδος ἐν τῷ Ῥοδώπιδος ἀνάθημα.

Ἀπανθρακίζομεν. [1] ἀντὶ τοῦ, [2] ἄνθρακας ἐσθίομεν: ἔστι δὲ εἶδος ἰχθύων, ὅπερ ὀπτῶντες ἐσθίουσιν. ἢ ὀπτὰς ἐσθίομεν, ἢ ἄνθρακας ζωπυροῦμεν.

Ἀπανθρωπία. κακία. ὅταν τις μὴ κατ' ἄνθρωπον ποιῇ, τοῦτο ἀπανθρωπία λέγεται.

Ἅπαντα γάρ τοι βρωτὰ πολιορκουμένοις. ἐπὶ τοῦ ἀναγκαίου ὁ λόγος. οἱ γὰρ πολιορκούμενοι πολλάκις καὶ ὧν οὐ δεῖ ἅπτονται.

Ἀπαντῶ καὶ συναντῶ λέγουσιν ἑκατέρως, τὸ παραγίνεσθαι εἴς τινα τόπον. καὶ Ἀπαντήσαντος, γενομένου, φθάσαντος. Αἰλιανός· Ἀνεσταύρωτο δὲ ὁ πολιορκῶν· καὶ ἐς τοῦτό οἱ τὸ τοῦ χειμῶνος, οὐ μὴ καθ' ὥραν ἀπαντήσαντος, τὸ πλέον ὡρμήσατο. καὶ Ἀπαντῶσιν, ἀντὶ τοῦ παραγίνονται. Ἅμα τῷ περὶ ὄρθρον εἰς τοὺς τῶν δεσποτῶν οἴκους ἀπαντῶσι. καὶ Ἀπαντωμένων, ἀντὶ τοῦ συμβαινόντων, γινομένων. [3] Οὐ μὴν ἀλλὰ τοιούτων ἀπαντωμένων οὐδὲν ἱκανὸν ἦν πρὸς τὸ κωλύειν τὴν ὁρμὴν τῶν Ῥωμαίων.

Ἅπαντα τόλμης πλέα καὶ ἀναισχυντίας. ἐπὶ τῶν ἰταμῶν καὶ ἀναιδῶν.

Ἀπαντῶ ἐπὶ δικαστηρίου. ὑπαντῶ δὲ, ἐπὶ τῆς ὁδοῦ.

Ἅπαξ. Ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ ἐκ τοῦ φρουρίου αὐτοὺς ἐκπεπτωκέναι ἔμαθεν, ἀφικνεῖται πρὸς αὐτούς. καὶ Ἰώσηπος· Ἅπαξ δὲ καταστάντες εἰς ταραχάς. ἀντὶ τοῦ διόλου, ὁλοσχερῶς.

Ἀπαξάπαντα. ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου. Καὶ τὰ χρήματα ἀπαξάπαντα λόγῳ οὐδενὶ λογιζόμενος, τὴν δίκην ὀρθῶς καὶ δικαίως τῆς ἐς τὴν δίκην παρανομίας ἐξέτισε. καὶ [4] Ἀπαξάπαντες, ἀντὶ τοῦ ὁμοῦ πάντες. τὸ γὰρ Ἀπαξάπαντες ἐπὶ ἐπιτάσεως λαμβάνεται. Ὁ δὲ Καῖσαρ νεμεσᾷ καὶ ἀγανακτεῖ, ὅτι ἀπαξάπαντες μὴ ἐνέστησαν. Ἀπαξάπαντα οὐδὲν πλέον σημαίνει, τὸ ἅπαξ προσκείμενον. καὶ Ἀπαξαπλῶς, ἀντὶ τοῦ, καὶ ὡς εἰπεῖν.

Ἅπαξ [5] ἐλάλησεν ὁ Θεός. ἀντὶ τοῦ ἀποφαντικῶς, ἢ παντελῶς. τὸ Ἅπαξ ἐλάλησεν ὁ Θεὸς, οὐκ ἐπὶ τοῦ ἀριθμοῦ, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ πάντως ἐσομένου. καὶ παροιμία. [6] Ἅπαξ πυῤῥὸς, καὶ δέκατον χλωρός. ἐπὶ τῶν δανειζόντων.

Ἅπαξ ἀλώπηξ εἰς πάγην. ὁμοία τῇ Ἀλλ' οὐκ αὖθις ἀλώπηξ. λείπει τὸ εἰς πάγην.

Ἀπαξιῶν. αἰτιατικῇ. ἀνάξιον ἡγούμενος. Ἀππιανός· Ὁ δὲ δῆμος τὸν Μάρκιον μετιόντα τὴν ὑπατείαν

*& Rhodopidi pulchræ.* Significat proverbium, omnes mortales casibus æque obnoxios esse.

Ἀπανθρακίζομεν. Anthracas comedimus. Sunt autem [ἄνθρακες, vel potius ἀπανθρακίδες] pisciculi, quos assatos edere solent. Vel [Ἀπανθρακίζειν significat,] carbones accendere.

Ἀπανθρωπία. Inhumanitas. Cum quis aliquid facit, quod ab humana natura alienum est, id vocatur ἀπανθρωπία.

Ἅπαντα γάρ τοι. *Omnia sunt esculenta obsessis.* De necessitate dicitur hoc proverbium. Obsessi enim sæpe & illis, a quibus abhorrere solemus, vescuntur.

Ἀπαντῶ & συναντῶ. Utrumque significat, in aliquem locum pervenire. Et Ἀπαντήσαντος dicitur de re, quæ ante tempus accidit. Ælianus: *Obsidens vero in crucem actus est; & hunc finem habuit hyems alieno tempore interveniens.* Et Ἀπαντῶσιν, adveniunt. *Primo diluculo ad dominorum ædes accedunt.* Et Ἀπαντωμένων dicitur de rebus, quæ accidunt & fiunt. *Verum enim vero, cum hæc acciderent, nihil Romanorum impetum retinere poterat.*

Ἅπαντα. *Omnia sunt audaciæ & impudentiæ plena.* In audaces & impudentes.

Ἀπαντῶ. Significat die statuto in judicio compareo: ὑπαντῶ vero, in via alicui obviam venio.

Ἅπαξ. Prorsus. Omnino. *Postquam eos ex castello penitus expulsos esse cognovit, ad ipsos venit.* Et Josephus: *Cum in maxime turbulentum rerum statum incidissent.*

Ἀπαξάπαντα. Omnia & singula. *Omnia nihili prorsus faciens violatæ justitiæ pœnas jure meritoque persolvit.* Et Ἀπαξάπαντες, omnes simul. Vox enim illa significationem auget. *Cæsar autem indignatur & irascitur, quod non universi restiterint.* Ἀπαξάπαντα [interdum] non habet majorem vim, [quam ἅπαντα,] licet ei addita sit vox ἅπαξ. Et Ἀπαξαπλῶς, ut uno verbo dicam.

Ἅπαξ ἐλάλησεν ὁ Θεός. *Semel loquutus est Deus.* Id est, verbis disertis, vel omnino. Τὸ ἅπαξ enim hic non dicitur de numero, sed de eo, quod omnino & certo futurũ est. Et proverbium: *Semel rubidus, & decies pallidus.* De fœneratoribus dicitur.

Ἅπαξ ἀλώπηξ. *Semel vulpes in laqueum incidit.* Proverbium est simile illi: *Vulpes non iterum laqueo capitur.*

Ἀπαξιῶν. Accusativo jungitur. Indignum judicans. Appianus: *Populus vero Marci-*

1 Ἀπανθρακιζόμεθα. ἀντὶ τοῦ ἄνθρακας ἐσθ.] Hæc sunt verba Scholiastæ Aristoph. ad *Aves* pag. 612. (426. Ed. Bas. ut Portus monuit.) Male vero hodie apud Scholiastam legitur ὁ πανθρακῶντες; pro quo ex Suida rescribendum est ὅπερ ὀπτῶντες.

2 Ἄνθρακας] An potius ἀνθρακίδας, vel ἀπανθρακίδας? Vide Scholiastam Aristoph. ad *Acharn.* pag. 403.

3 Οὐ μὴν ἀλλὰ τοιούτων ἀπαντ. οὐδὲν ἱκ.] Hæc sunt verba Polybii lib. x. cap. XIII. ut Jac. Gronovius recte observavit.

4 Ἀπαξάπαντες, ἀντὶ τοῦ ὁμοῦ ἅπαντες. τὸ γὰρ ἀπαξάπαντες ἐπὶ ἐπιτ. λ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Plutum* pag. 12.

5 Ἅπαξ ἐλάλησεν ὁ Θεός] Hebr. cap. 1. v. 1.

6 Ἅπαξ πυῤῥὸς, καὶ δέκατον χλ.] Vide infra v. Ἀπερυθριάσαντες, & v. Πυῤῥός: ubi legitur τὸ μὴ δέκατον χλωρός.

οὐκ

οὐκ ἐχειροτόνησεν, οὐ τὸν ἄνδρα ἀπαξιῶν, ἀλλὰ τὸ φρόνημα δεδιὼς αὐτοῦ.

Ἀπαξίωσιν. Πολύβιος· Ὁ δὲ Φίλιππος ἐδυσχέραινεν ἐπὶ τῇ τῶν Κερκυραίων ἀπαξιώσει. τυπεὶς καταφρονηθῆναι.

Ἀπάξω. ἐκεῖθεν ἄξω.

Ἀπαπαί. [1] συγκαταθετικὸν ἐπίρρημα. εἰρηκότος γὰρ τοῦ Ἡρακλέους, Ἀνδρὸς ἠράσθης; καὶ τοῦτο ἐπεφθέγξατο.

Ἀπαράβλητος. [2] ἀσύγκριτος. ἀνόμοιος.

Ἀπαραγγέλτως. ἀκελεύστως. Πολύβιος· Καὶ πανταχόθεν ἀπαραγγέλτως ἠθροίζοντο.

Ἀπαράβατα. ἀπλανῆ.

Ἀπαράκλητοι. αὐτόματοι. [3] Θουκυδίδης [Πολλοὶ] τῶν αὐτονόμων Θρᾳκῶν ἀπαράκλητοι ἐφ' ἁρπαγὴν ἠκολούθουν.

Ἀπαράκλητος. [4] ἀσύγκριτος, ἀνόμοιος.

Ἀπαρράξειεν. ἀποσπάσειεν. ἀποχωρίσειεν. Ὡς εἰ τούτους ἀπαρράξειε τοῦ λόφου, καὶ γένοιτο τῆς ἄκρας ἐγκρατὴς, θᾶττον καταγωνισάμενος τοὺς ἐν τῷ πεδίῳ.

Ἀπαραποίητον. ἄπλαστον.

Ἀπαράτιλτος. [5] ἀντὶ τοῦ δασὺς καὶ ἄκοσμος τὰς τρίχας. Ἐξ ἐτῶν ἄλουτος.

Ἀπαργμάτων ὡρίων χρειότερον. Φησὶν ὁ [6] Θεολόγος ἐν τῷ, Χθὲς τῇ λαμπρᾷ. ἀντὶ τοῦ ἐναγισμάτων, ἃ εἰς τοὺς τάφους ἔβαλλον. τὸ δὲ χρειότερον, ἀναγκαιότερον.

Ἀπαραιτήτως. [7] ἀσυγχωρήτως. Πάντας δὲ τοὺς περιτυγχάνοντας ἀπαραιτήτως ἀπέκτεινον διὰ τὴν ὀργήν.

Ἀπαριθμησόμενος. ἀποδώσων. καταβαλούμενος. Ὁ δὲ Γέτης ἀφίκετο, ὡς ἀπαριθμησόμενός τι τῶν ἐπετησίων χρημάτων πρὸς τὸν στρατηγὸν τῶν Ῥωμαίων. καὶ [8] Ἀπαριθμῶν, ἀντὶ τοῦ, ἀποπληρῶν ἀριθμόν. Ἰσοκράτης.

Ἄπαρνος. ὁ ἀρνούμενος καθόλου.

Ἀπαροῦντα. ἀποχωρήσοντα. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι προσεδόκων ἀν' ἑκάστην ἡμέραν ἀπαροῦντα τὸν στόλον εἰς τὴν οἰκείαν.

Ἀπάρσεως. ἀναχωρήσεως. Τῆς δὲ ἀλόγου ταύτης ἀπάρσεως ( [9] ἡ φυγῆς ) τὸ πρὸς τὸν ἡγεμόνα ἐκ τοῦ δήμου μῖσος αἴτιον ἦν.



*um consulatum petentem non elegit, non quod virum honore illo indignum judicaret, sed quod superbiam ejus metueret.*

Ἀπαξίωσιν. Contemptum. Polybius: *Philippus vero ægre tulit se a Corcyræis contemni.*

Ἀπάξω. E loco abducam.

Ἀπαπαί. Adverbium annuentis & approbantis. Cum enim Hercules [Baccho] dixisset: *Viri ne amore captus es?* ille sic respondit.

Ἀπαράβλητος. Incomparabilis. Dissimilis.

Ἀπαραγγέλτως. Injussu. Sine jussu. Polybius: *Et undique injussi congregabantur.*

Ἀπαράβατα. Non errantia. Fixa.

Ἀπαράκλητοι. Sponte aliquid facientes. Thucydides: *Multi Thracum, qui sui juris erant, prædæ gratia ultro eos sequebantur.*

Ἀπαράκτητος. Incomparabilis. Dissimilis.

Ἀπαρράξειεν. Avulserit. Separavit. *Si hos de colle deturbasset, ejusque cacumen occupasset, citius se eos, qui in planitie essent, profligaturum [sperabat.]*

Ἀπαραποίητον. Non fictum. Non simulatum.

Ἀπαράτιλτος. Non vulsus. Hirsutus. Pilis horridus. [Aristophanes: *Hirsutus,*] *& per sex annos illotus.*

Ἀπαργμάτων. *Maturorum fructuum primitiis tempestivius:* inquit Theologus in Oratione *de S. Baptismo.* [Per ἀπάργματα intelligit] primitias, quibus mortuis parentabant. Χρειότερον vero, magis necessarium.

Ἀπαραιτήτως. Inexorabiliter. *Obvios vero quosque irato & inexorabili animo trucidabant.*

Ἀπαριθμησόμενος. Redditurus. Persoluturus. *Geta vero ad ducem Romanorum venit, quasi annui tributi partem ei persoluturus.* Et Ἀπαριθμῶν, numerum complens. Isocrates.

Ἄπαρνος. Qui aliquid pernegat.

Ἀπαροῦντα. Discessurum. *Carthaginenses vero singulis diebus sperabant fore, ut classis domum rediret.*

Ἀπάρσεως. Discessus. Fugæ. *Hujus autem inconsultæ fugæ causa fuit populi erga ducem odium.*

1 Ἀπαπαί. συγκ.] Hæc nota referenda est ad locum Aristophanis, qui exstat in *Ranis* pag. 213. sed ubi hodie legitur Ἀπαπαί. Verba Scholiastæ ibi corrupta sunt, quæ hic obiter emendabo. Ἀπαπαί. γράφεται ἀππαπαί. διὰ τούτου ἐπικαταφρονεῖ Διονύσου &c. Lege, διὰ τούτου ἐπισυγκατατίθεται τῷ Δ. Bacchus enim, quem Comicus eo loco cum Hercule loquentem facit, assensum præbet iis, quæ Hercules dixerat. Quare Suidas recte hic τὸ ἀππαπαί adverbium συγκαταθετικὸν vocat.

2 Ἀπαράβλητος. ἀσύγκριτος. ἀνόμοιος.] Corrupte apud Hesychium: Ἀπαράβλαπτος. ἀνόμοιος. Lege ut hic apud Suidam.

3 Θουκυδίδης] Lib. II. cap. XCVIII.

4 Ἀπαράκλητος. ἀσ.] Hæc lituram merentur. Τὸ ἀπαράκλητος enim corruptum est ex ἀπαράβλητος, quod paulo ante præcedit, & suo loco legitur.

5 Ἀπαράτιλτος. ἀντὶ τοῦ δ.] Hæc referenda sunt ad locum illum Aristoph. *Lysistr.* pag. 853. (547. Ed. Bas. P.)

Σμικρόν τι ἔχων πάνυ τριβώνιον
Πινῶν, ῥυπῶν, ἀπαράτιλτος,
Ἐξ ἐτῶν ἄλουτος.

6 Ὁ Θεολόγος ἐν τῷ, Χθὲς τῇ λαμπρᾷ] Pearsonius recte monuit, intelligendam hic esse orationem Gregorii Nazianzeni εἰς τὸ ἅγιον Βάπτισμα, cujus initium tale est: Χθὲς τῇ λαμπρᾷ τῶν φώτων ἡμέρᾳ πανηγυρίσαντες &c. In ea oratione, pag. 646, exstant verba, a Suida hic citata: quorum sensus ut recte intelligatur, legenda sunt & ea, quæ ibi præcedunt & sequuntur.

7 Ἀσυγχωρήτως] Sic recte in 2 MSS. Paris. exaratum est. Priores vero Edit. corrupte exhibent ἀσυγχώρως.

8 Ἀπαριθμῶν. ἀντὶ τοῦ ἀποπληρῶν ἀριθμόν. Ἰσ.] Ex Harpocratione.

9 Ἡ φυγῆς] Hæc non sunt verba scriptoris anonymi, sed interpretatio compilatoris, qua vocem ἀπάρσεως exponit.

Ἀπαρ-

Ἀπαρτῆσαι. τὸ κρεμάσαι. Ἀπαρτίσαι δὲ, τὸ τελειῶσαι.

Ἀπαρτί. [1] ἐπίῤῥημά ἐστιν, ὡς ἀμιγητί. παρὰ τὸ ἀπηρτισμένον, τὸ πλῆρες. Ἡρόδοτος· Ἀπὸ τούτου εἰσὶ στάδιοι ό ἀπαρτί. καὶ Φερεκράτης ἐν Κραπατάλοις.

Φράσον μοι ἀπαρτὶ δήπου προλαβεῖν.

καὶ Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

Ἔγωγε καὶ τοὺς δεξιοὺς, καὶ σώφρονας
Ἀπαρτὶ πλουτῆσαι ποιήσω.

Ἀπαρτίαν. [2] ἀποσκευήν. [3] τέλος ἀπαρτισμοῦ. καὶ Ἀπαρτιζόντως, τὸ μήτε ὑπερβάλλειν, μήτε ἐνδεῖν. καὶ [4] Ἀπαρτιλογία. ἀπηρτισμένος καὶ πλήρης ἀριθμὸς καὶ λόγος. οὕτω Λυσίας. [5] Ἡρόδοτος δὲ ζ. λέγει δὲ καὶ Ξέρξης πρὸς Πύθιον τὸν Λυδόν· [6] Ἵνα μή τοι ἐπιδεεῖς ὦσιν αἱ μυριάδες ἑπτὰ χιλιάδων· [[7] ἀλλ᾽ ἤ τοι ἀπαρτιλογίη ὑπ᾽ ἐμέο πεπληρωμένη.]

Ἀπαρυστέον. [8] ἀφαιρετέον. ἀπὸ τοῦ ἀρύω.

Ἀπάρχεσθαι. τὸ [9] τοῖς ἀγύρταις ἀργύριον ἐμβάλλειν. καὶ Ἀπάρχου, ἀρχὴν βάλλε, ἢ ἀπαρχὰς πρόσφερε. καὶ Ἀπαρξόμεθα, ἀντὶ τοῦ ἀπαρχὰς προσοίσομεν.

Εἰμὶ [10] δ᾽ ἐξ ὀλίγων ὀλίγη χάρις· εἰ δὲ διδοίης
Πλείονα, καὶ πολλῶν, Δαῖμον, ἀπαρξόμεθα.

Ἅπασαν τὴν οὐσίαν ἠμφίεσται. ἐπὶ τοῦ μηδ᾽ ὁτιοῦν ἄλλο κεκτημένου, ἢ ὅπερ ἀμπίσχεται.

Ἅπας ἐχῖνος τραχύς. παροιμία ἐπὶ τῶν δυσκόλων καὶ δυστρόπων.

Ἀπασκαρίζειν. Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς·

Ἀπασκαρίζειν ὥσπερεὶ πέρκην χαμαί.

Μένανδρος· Ἀπασκαριεῖν σ᾽ ἐγὼ γέλωτι τήμερον.

Ἀπαστία. ἀτροφία. νηστεία. παρὰ τὸ πάσασθαι. καὶ Ἄπαστος, ἄγευστος· οἷον ἄματος, ἀμάσητος.

Ἀπαταγί. ἄνευ ψόφου.

Ἀπατεῶνος. ψεύστου.

Ἀπατηλός. ἀπατητικός.

Ἀπατήσει. ἀντὶ τοῦ παραλογιεῖται. Τηλεκλείδης.

Ἀπατούρια. [11] ἑορτὴ δημοτελής. ἤγετο δὲ παρ᾽ Ἀθηναίοις ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας· ἐν ᾗ ἐνεγράφη ἐν τῇ πολιτείᾳ ὁ υἱὸς Σιτάλκου, τοῦ Θρᾳκῶν βασιλέως. καλοῦσι δὲ τὴν μὲν πρώτην, Δόρπειαν· ἐπειδὴ [12] Φράτορες

Ἀπαρτῆσαι. Suspendere. Sed Ἀπαρτίσαι, perficere, absolvere.

Ἀπαρτί. Adverbium est, eodem modo formatum quo ἀμιγητί: ab ἀπηρτισμένον, perfectum & plenum. Herodotus: *Ab hoc loco sunt plene stadia* LXX. Pherecrates *Crapatalis*: *Dic mihi confestim, ut rem anticipem.* Aristophanes *Pluto*:

*Ego homines probos & modestos*
*Deinceps opulentos reddam.*

Ἀπαρτίαν. Suppellectilem. Perfectionem. Et Ἀπαρτιζόντως, perfecte, ita ut nihil desit nec redundet. Et Ἀπαρτιλογία, numerus plenus & perfectus. Summa integra. Sic Lysias: itemque Herodotus libro VII. apud quem Xerxes ad Pythium Lydum inquit: *Ne quadringentis myriadibus* VII. *millia desint*, [*sed, supplemento illo a me addito, summam habeas integram & perfectam.*]

Ἀπαρυστέον. Tollendum. Auferendum. Ab ἀρύω.

Ἀπάρχεσθαι. Agyrtis stipem dare. Et Ἀπάρχου, incipe, vel primitias offer. Et Ἀπαρξόμεθα, primitias offeremus. [In Epigrammate:] *Pro tenui facultatum mearum modo tenue tibi munus consecro: quod si plura, Deus, dederis, plures etiam primitias offeremus.*

Ἅπασαν τὴν οὐσ. *Omnia bona sua induit.* Dicitur in eos, qui nihil omnino possident præter vestes, quibus induti sunt.

Ἅπας ἐχῖνος τρ. *Omnis echinus asper.* Proverbium in homines difficiles & morosos.

Ἀπασκαρίζειν. [Subsultare.] Aristophanes *Tagenistis*: *Subsultare, ut perca humi.* Menander: *Efficiam, ut risu exsultes hodie.*

Ἀπαστία. Inedia. Jejunium. A verbo πάσασθαι, gustare, edere. Et Ἄπαστος, jejunus, qui cibum non gustavit: ut ἄματος, qui non manducavit.

Ἀπαταγί. Sine strepitu.

Ἀπατεῶνος. Impostoris. Mendacis.

Ἀπατηλός. Fallax. Fraudulentus.

Ἀπατήσει. Decipiet. Teleclides.

Ἀπατούρια. Apaturia, festum publicum, per tres dies ab Atheniensibus celebrari solitum; quo Sitalcus, filius Regis Thracum, in civitatem adscriptus est. Primus ejus dies vo-

1 Ἀπαρτί. ἐπίῤῥημά ἐστιν, ὡς ἀμιγ.] Hæc & quæ sequuntur sunt verba Scholiastæ Aristoph. ad *Plutum*, pag. 42.

2 Ἀπαρτίαν. ἀποσκ.] Vide Salmasium *de Modo Usur.* pag. 85.

3 Τέλος ἀπαρτισμοῦ] Lege τέλος, ἀπαρτισμός, ut apud Hesychium.

4 Ἀπαρτιλογία. ἀπηρτισμένος καὶ πλ. ἀρ.] Ex Harpocratione.

5 Ἡρόδοτος δὲ ζ. λέγει δὲ κ.] Legendum est, καὶ παρ᾽ Ἡροδότῳ ἐν τῷ ζ᾽ Ξέρξης λέγει πρὸς Πύθιον &c. Vel sic, καὶ Ἡρόδοτος, παρ᾽ ᾧ ἐν τῷ ζ᾽ Ξέρξης λέγει πρὸς Πύθιον &c. Hanc lectionem in versione secutus sum.

6 Ἵνα μή τοι ἐπιδεεῖς ὦσιν αἱ μυρ.] Hæc verba leguntur apud Herodotum lib. VII. pag. 251.

7 Ἀλλ᾽ ἤ τοι ἀπαρτιλ. ὑπ᾽ ἐμέο πεπλ.] Hæc verba ex Herodoto addidi, quæ imprudenter admodum a compilatore prætermissa erant.

8 Ἀπαρυστέον. ἀφαιρ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* p. 344.

9 Τὸ τοῖς ἀγύρταις ἀργ. ἐμβ.] Vide supra v. Ἀγείρει.

10 Εἰμὶ δ᾽ ἐξ ὀλίγων ὀλίγη] Distichum hoc decerptum est ex Epigrammate Apollonidæ, hactenus, ut puto, inedito, quod integrum hic cum Lectore communicabo:

*Σώφρων, οὐ πολὺν πολυαύλακας εἴμ᾽ ὁ γεραιὸς*
*Οὐδὲ πολυσταφύλου χωρολέτης βότρυος·*
*Ἀλλ᾽ ἀρότρῳ βραχύβωλον ἐπικνίζοντι χαράσσω*
*Χέρσον, καὶ βαιοῦ πίδακα βακχίου ἔχω.*
*Σοὶ νῦν ἐξ ὀλίγων ὀλίγη χάρις· εἰ δὲ διδοίης*
*Πλείονα, καὶ πολλῶν, Δαῖμον, ἀπαρξόμεθα.*

i. e. *Ego Sophron senex non amplos possideo agros, nec magnam vini copiam mihi vinea præbet: sed exiguum aro agellum, & exiguus mihi est vini modus. Quare pro facultatibus meis, quæ tenues sunt, tenue hocce munus tibi consecro. Quod si plura, Deus, dederis, plures etiam primitias tibi offeremus.* Ex hoc Epigrammate fragmenta etiam adducit Suidas infra v. Πολυαύλακος, & v. Πολυσταφύλου.

11 Ἀπατούρια, ἑορτὴ δημοτ.] Totum hunc articulum descripsit Suidas ex Schol. Aristoph. ad *Acharnens.* pag. 378.

12 Φράτορες ὀψίας συνιόντ.] Vide Meursium *Græc. Fer.* v. Ἀπατούρια, & Holsten. ad Steph. v. Φατρία.

ὀψίας

ὀψίας συνελθόντες εὐωχοῦντο. τὴν δὲ δευτέραν, Ἀνάῤῥυσιν· ἀπὸ τοῦ [[1] ἀναῤῥύειν, τὸ] θύειν. ἔθυον δὲ Διῒ Φρατρίῳ καὶ Ἀθηνᾷ. τὴν δὲ τρίτην, Κουρεῶτιν, [2] ἀπὸ τοῦ τοὺς κούρους καὶ τὰς κόρας ἐγγράφειν εἰς τὰς φρατρίας. ἡ δὲ αἰτία πόλεμος ἦν Ἀθηναίοις πρὸς Βοιωτοὺς [3] περὶ Κελαινῶν, ὃ ἦν χωρίον ἐν μεθορίοις. [4] Ξάνθιος δὲ Βοιωτὸς προκαλεσάμενος τὸν Ἀθηναίων βασιλέα Θυμοίτην. οὐ δεξαμένου δὲ, Μέλανθος ἐπιδημῶν Μεσσήνιος, τὸ γένος ἀπὸ Περικλυμένου τοῦ Νηλέως, ὑπέστη ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ. μονομαχούντων δὲ ἐφάνη τῷ Μελάνθῳ τις ὄπισθεν τοῦ Ξανθίου τραγῆν ἐνημμένος μέλαιναν. ἔφη δὲ ἀδικεῖν αὐτὸν [5] δεύτερον ἥκοντα. [6] ὁ δὲ ἐπεστράφη. ὁ δὲ παίσας ἀποκτείνει αὐτόν. ἐκ δὲ τούτου ἥ τε ἑορτὴ Ἀπατούρια, [7] καὶ Διονύσου Μελαναιγίδος ἱδρύσαντο. οἱ δέ φασιν, ὑπὸ τῶν πατέρων ὁμοῦ συνερχομένων διὰ τὰς τῶν παίδων ἐγγραφὰς, οἴεν Ὁμοπατόρια λέγεσθαι τὴν ἑορτήν· ὃν τρόπον λέγομεν ἄλοχον τὴν ὁμόκοιτον, καὶ ἄκοιτιν· οὕτω καὶ Ὁμοπατούρια, Ἀπατούρια. καὶ [8] Ἀριστοφάνης·

Ἤρα φαγεῖν ἀλλᾶντας ἐξ Ἀπατουρίων.

cabatur *Dorpia*, quod φράτορες vesperi una convivarentur. Secundus *Anarrhysis*, ab ἀναῤῥύειν, quod sacrificare significat. Sacrificabant enim Jovi Phratrio & Minervæ. Tertius *Cureotis*, quod eo die pueros & puellas in φρατρίας album referrent. Causa festi hujus fuit bellum, quod Athenienses cum Bœotis de Celænis, oppido quodam in confiniis sito, gerebant. Cum autem Xanthius Bœotus ad singulare certamen Thymœten Atheniensium Regem provocaret, idque ille detrectaret, Melanthus Messenius, qui tum forte aderat, a Periclymeno Nelei filio oriundus, regnum pactus, certamen illud suscepit. Certantibus igitur illis, Melanthus, cum virum aliquem nigra pelle caprina indutum a tergo Xanthii adstantem conspexisset, injuste eum facere dixit, quod cum comite in certamen descendisset. Ille igitur cum respexisset, a Melantho interfectus est. Hinc igitur & festum appellatum est Ἀπατούρια, & Bacchi Melanægidis [aram Athenienses] dedicarunt. Alii vero dicunt, festum hoc appellatum fuisse Ἀπατούρια, quasi Ὁμοπατόρια, quod patres tunc convenirent, ut filios [in φρατρίας] album referrent. Uti enim uxorem vocamus ὁμόκοιτον & ἄκοιτιν; sic etiam [Ἀπατούρια, vel] Ἀπατόρια dictum esse videtur quasi Ὁμοπατόρια. Et Aristophanes: *Cupiebat edere farcimina, quæ Apaturiis parantur.*

Ἀπαύγασμα, καὶ Ἀπαυγή. ἡ ἔκλαμψις.

Ἀπαύγασμα, & Ἀπαυγή. Splendor.

Ἀπαυδῶ. ἀπαγορεύω. ἀπολέγομαι. [9] Ἀριστοφάνης· Τούτοις ἀπαυδῶ, καὶ αὖθις ἀπαυδῶ, καὶ αὖθις μάλ' ἀπαυδῶ.

Ἀπαυδῶ. Interdico. Edico. Aristophanes: *His edico, & iterum edico, & tertium edico.*

Ἀπαυθαδιάζοντας. μεγαλοφρονοῦντας.

Ἀπαυθαδιάζοντας. Animo elatos.

Ἀπαυθημερίζειν. αὐθημερὸν ἐπανέρχεσθαι. [10] Ξενοφῶν· Ἐπεὶ δὲ τὰ ἐπιτήδεια οὐκ ἦν λαμβάνειν, ὥστε ἀπαυθημερίζειν ἐπὶ [11] τὸ στράτευμα.

Ἀπαυθημερίζειν. Eodem die redire. Xenophon: *Postquam commeatus haberi amplius non poterant, ita ut milites eodem die in castra reverterentur.*

Ἀπαυστί. ἀκαταπαύστως.

Ἀπαυστί. Indesinenter.

Ἀπαυτοματισθεῖσα. οὐκ ἀφ' ἑαυτῆς τελειωθεῖσα.

Ἀπαυτοματισθεῖσα. Non sponte perfecta.

Ἀπαυτομολῆσαι. ἀναχωρῆσαι. φεύξασθαι. Ἔφερον δὲ τὰ σφέτερα αὐτῶν σιτία, οἱ μὲν, ἀπορίᾳ ἀκολούθων, οἱ δὲ, ἀπιστίᾳ. ἀπηυτομολήκεσαν γὰρ οἱ πλεῖστοι.

Ἀπαυτομολῆσαι. Recedere. Fugere. Transfugere. *Sua autem cibaria ipsi ferebant, alii quidem ob famulorum inopiam; alii vero, quod illis diffiderent. Plerique enim aufugerant.*

Ἀπαφίσκω. ἀπατῶ.

Ἀπαφίσκω. Decipio.

Ἀπαυχενίζειν. ἀφηνιάζειν, ἀτακτεῖν, ἢ τὸν αὐχένα συντρίβειν.

Ἀπαυχενίζειν. Frænum detractare. Contumaciter reluctari. Vel, cervicem confringere.

Ἀπαχθῆναι. ἀπενεχθῆναι. ἀναιρεθῆναι.

Ἀπαχθῆναι. Abductum fuisse. Absportatum fuisse. Interfectum fuisse.

Ἀπ' [12] αἰγείρου θέα, καὶ ἐπ' αἰγείρου. ἡ ἀπὸ τῶν ἐσχάτων. αἴγειρος γὰρ ἐπάνω ἦν τοῦ θεάτρου, ἀφ' ἧς

Ἀπ' αἰγείρου θέα. *Ab alno ludos spectare.* Dicitur de iis, qui eminus & ab extrema parte aliquid spectant. Alnus enim Theatro imminebat,

1 Ἀναῤῥύειν] Hæc vox a prioribus Ed. abest, quam negligentia librariorum omissam esse existimo.

2 Ἀπὸ τοῦ τοὺς κούρους καὶ τὰς κόρας ἐγγρ.] Vide infra v. Κουρεῶτις, v. Μειαγωγεῖν, & v. Φράτορες; itemque Petitum in Commentar. ad *Leges Attic.* pag. 146, 147.

3 Περὶ Κελαινῶν] Sic etiam legitur apud Scholiastam Aristophanis, ex quo Suidas. Sed Michael Apostolius Centur. III. Prov. LXXIV. habet περὶ Μελαινῶν, quam lectionem præ altera amplectitur & defendit Holstenius ad Steph. v. Μελαινεῖς, quem vide.

4 Ξάνθιος δὲ Βοιωτὸς προκαλ. τὸν Ἀθην. βασιλέα Θυμοίτην] Eandem historiam narrant Conon Narrat. XXXIX. Polyænus lib. I. & alii. Vide Meursium *de Regno Attico* lib. III. cap. X.

5 Δεύτερον ἥκοντα] Pueriliter Portus, *quod iterum veniret.* Nam δεύτερον ἥκειν hic significat *non solum, sed cum comite venire.* Sic Athenæus lib. X. pag. 419. de Menedemo ait, ἠρίστα μὲν δεύτερος ἢ τρίτος, i. e. *cum duobus aut tribus prandebat*: quod Laertius lib. II. Segm. CXXXIX. de eodem Menedemo verba faciens, sic effert, συνηρίστα μετὰ δυοῖν ἢ τριῶν.

6 Ὁ δὲ ἐπεστράφη. ὁ δὲ παίσας ἀποκτείνει αὐτόν] Historiam similis eventus de Phemio Ænianum, & Hyperocho Inachiensium Rege narrat Plutarchus Tom. II. pag. 294.

7 Καὶ Διονύσου Μελαναιγίδος ἱδρύσαντο] Apostolius post Μελαναιγίδος addit βωμόν, quam vocem tam Scholiastæ Aristophanis, quam Suidæ hic restituendam esse non dubito.

8 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* p. 377. (267. Ed. Bas. *P.*)

9 Ἀριστοφάνης] In *Ranis* pag. 145. *P.*

10 Ξενοφῶν] *De Exped. Cyri* lib. V. pag. 345. ut Portus monuit.

11 Ἐπὶ τὸ στράτευμα] Apud Xenophontem legitur ἐπὶ τὸ στρατόπεδον.

12 Ἀπ' αἰγείρου θέα] Vide Hesych. v. Αἰγείρου θέα. v. Θέα παρ' αἰγείρῳ, & v. Παρ' αἰγείρου θέα: item infra v. Αἴγειρος, & v. Αἰγείρου θέα.

οἱ μὴ ἔχοντες τόπον ἐθεώρουν.

Ἀπ' [1] αἰγίλιπος πέτρης. ἀπὸ ὑψηλῆς πέτρας.

Ἀπαίδευτοι. ἀνόητοι. ἄτακτοι. καὶ Ἀπαιδευτότερος Φιλωνίδου τοῦ Μελιτέως. [2] οὗτος ὁ Φιλωνίδης οὐ μόνον μέγας ἦν, ἀλλὰ καὶ ἀμαθὴς καὶ ὑώδης. κωμῳδεῖ δὲ αὐτὸν Ἀριστοφάνης ὡς παρασίτους ἔχοντα, καὶ διὰ τὸν Λαΐδος ἔρωτα ἐν Κορίνθῳ διάγοντα. κωμῳδεῖται δὲ καὶ ὡς συώδης σὺν τοῖς ἑταίροις αὐτοῦ, οὓς κάπρους εἶπε· τὴν δὲ Λαΐδα Κίρκην, ἐπεὶ τοὺς ἐραστὰς ἐφαρμάκευεν.

Ἀπαιδία. [3] ἡλικία ἐλάσσων χρόνῳ τοῦ συμπληροῦντος τὸν παῖδα. ἢ ἀγονία. καὶ Ἄπαιδος ὁμοίως, τοῦ μὴ ἔχοντος παῖδα.

Ἀπαιδοτρίβητοι. ἀγύμναστοι. ἀπαίδευτοι.

Ἀπαιθριάζει. ἀντὶ τοῦ εὐδίαν ἄγει. συννεφεῖ δὲ, συνάγει τὰ νέφη. [4] Ἀριστοφάνης·

—Τί γὰρ ὁ Ζεὺς ποιεῖ;
Ἀπαιθριάζει [5] τὰς νεφέλας, ἢ ξυννεφεῖ;

Ἀπαιρούμενον. ἀφαιρούμενον.

Ἀπαιόλημα. ἀπάτημα.

Ἀπαιωρούμενον. κρεμάμενον.

Ἄπαιρε. ὃ οἱ πολλοὶ ἆρον λέγουσι. καὶ Ἀπαίρειν, ἀντὶ τοῦ παραγενέσθαι. Ἀριστοφάνης. καὶ Ἀπαίροντες, μεθιστάμενοι.

Ἀπαίσιον. ἀπρεπὲς, βλάσφημον, ἀσύμβολον, [6] ἀσινὲς, δυσοιώνιστον. Ἀνεφάνησαν δὲ τοῦ αὐτοῦ φύλου τῶν Τούρκων, οὓς ἔφασαν τῶν ἀπαισίων ἐλατῆρας εἶναι.

Ἀπαισός. ὄνομα πόλεως.

Ἀπαιτοῦμαι. αἰτιατικῇ. καὶ Ἀπαιτητέα, καὶ Ἀπαιτητέον, ἀντὶ τοῦ δεῖ ἀπαιτεῖν.

Ἀπαιτίων, ἀπαιτῶν. Φωκυλίδης·

—Χρήστης κακοῦ ἔμμεναι ἀνδρὸς (φεῦγε),
Μή σε γ' ἀνίησι διδοὺς, παρὰ καιρὸν ἀπαιτίων.

Ἀπέβη. ἀπέθανε. καὶ Ἀπεβίω, ὁμοίως.

Ἀπέβλισε. [7] ἀφείλετο. ἡ μεταφορὰ, ἀπὸ τῶν κηρίων. ἢ ἀπὸ τῶν τὸ γάλα ἀμελγόντων. [8] Ἀριστοφάνης Ὄρνισι·

—Λωποδύτης παίει ῥοπάλῳ με τὸ νῶτον,
Κἀγὼ πίπτω, μέλλω τε βοᾶν· ὁ δ' ἀπέβλισε
θοἰμάτιόν μου.

Ἀπέβριξεν. ἀφύπνωσεν.

Ἀπεγένετο. ἀντὶ τοῦ ἀπέθανεν. οὕτως Ἀντιφῶν καὶ Θουκυδίδης.

Ἀπεγνωκώς. γενικῇ. ἀντὶ τοῦ ἀποδοκιμάσας. Δη-

ex qua spectabant illi, qui locum [in Theatro] non habebant.

Ἀπ' αἰγίλιπος πέτρης. Ab excelsa petra.

Ἀπαίδευτοι. Stulti. Disciplinæ expertes. Et [proverbium,] *Indoctior Philonide Melitensi.* Hic Philonides non solum erat magnus, sed etiam indoctus & porcinis moribus præditus: quem Aristophanes comice exagitat ut parasitos habentem, & propter Laidis amorem Corinthi degentem. Non solum autem ipse ut porcinis moribus præditus a Comico vellicatur, sed etiam socii ejus, quos capros appellat; Laidem vero Circen, quod amatores suos veneficiis irretiret.

Ἀπαιδία. Ætas pueritia minor. Vel sterilitas fœminarum. Et Ἄπαιδος, [genitivus ab ἄπαις,] qui liberis caret.

Ἀπαιδοτρίβητοι. Inexercitati. Indocti.

Ἀπαιθριάζει. Serenitatem inducit. Serenat. Συννεφεῖ vero, nubes cogit. Aristophanes:

——*Quid Jupiter facit?*
*An discussis nubibus cælum serenat? an vero nubila inducit?*

Ἀπαιρούμενον. Id, quod aufertur.

Ἀπαιόλημα. Fraus. Fallacia.

Ἀπαιωρούμενον. Suspensum. Pendentem.

Ἄπαιρε. Idem quod vulgus ἆρον dicere solet. Et Ἀπαίρειν, advenire. Aristophanes. Et Ἀπαίροντες, abeuntes, discedentes.

Ἀπαίσιον. Indecorum, impium, mali ominis, noxium, inauspicatum. *Apparuerunt autem ex eadem gente Turcorum quidam, quos infaustorum auguriorum averruncatores esse dicebant.*

Ἀπαισός. Apæsus. Nomen urbis.

Ἀπαιτοῦμαι. Repeto. Reposco. Et Ἀπαιτητέα, & Ἀπαιτητέον, oportet repetere.

Ἀπαιτίων, ῶν. Repetens. Reposcens. Phocylides.

*—Hominis improbi debitor esse cave,*
*Ne pecuniam, quam tibi dedit, intempestive repetens, molestus tibi sit.*

Ἀπέβη. Mortuus est. Et Ἀπεβίω, idem.

Ἀπέβλισε. Abstulit. Translatio ducta est ab illis, qui mel e favis apum auferunt: vel ab illis, qui lac emulgent. Aristophanes *Avibus:*

*—Grassator clava tergo meo ictum infligit,*
*Et ego cado, clamare volens. Ille vero abstulit pallium meum.*

Ἀπέβριξεν. Obdormivit.

Ἀπεγένετο. Decessit. Obiit. Sic Antiphon & Thucydides.

Ἀπεγνωκώς. Genitivo jungitur. Qui repro-

1 Ἀπ' αἰγίλιπος πέτρης] Vide Scholiastam Homeri ad Il. I. v. 15.

2 Οὗτος ὁ Φιλωνίδης οὐ μόνον μέγας ἦν, ἀλλὰ καὶ ἀμ.] Hæc & quæ sequuntur excerpta sunt ex Schol. Aristoph. ad *Plutum* pag. 34.

3 Ἡλικία ἐλάσσων χρόνῳ τοῦ συμπληρ. τὸν π.] Verba hæc de mendo mihi suspecta sunt: de quibus proinde amplius cogitandum censeo.

4 Ἀριστοφάνης] *Avibus* pag. 610. (424. Ed. Bas. P.)

5 Ἀπαιθριάζει] Scholiasta Aristophanis legit ἐξαιθριάζει.

6 Ἀσινές] Sensus potius requirit, ut legatur ἐπισινές. i. e. noxium.

7 Ἀπέβλισεν. ἀφείλετο. ἡ μετ.] Hæc sunt verba Scholiastæ Aristoph. ad *Aves* pag. 565.

8 Ἀριστοφάνης Ὄρνισι] Pag. 564. (388. Ed. Bas. P.)

μοσθένης

μαθέτης. καὶ Ἀπέγνωσαν, τὸ ἐναντίον τοῦ κατέγνωσαν.

Ἄπεδα. τὰ ἰσόπεδα. Κλείδημος. καὶ [1] Ἠπέδιζον τὴν ἀκρόπολιν, περιέβαλλον δὲ ἐννεάπυλον τὸ Πελασγικόν.

Ἀπέδει. ἐνέλιπεν. Ὁ δὲ Φιλοποίμην ὁ Ἀρκὰς μεγέθει μὲν δὴ καὶ σώματος ῥώμῃ ἀπέδει Πελοποννησίων οὐδενός· τὸ δὲ εἶδος ἦν τοῦ προσώπου κακός.

Ἀπεδειλία. ἐδειλία. Πολύβιος· [2] Ὁ δὲ Περσεὺς μίαν ἔχων πρόληψιν ἢ νικᾷν ἢ θνήσκειν (ἀντὶ τοῦ ἐναντίαν) τότε οὐχ ὑπέμεινε τῇ ψυχῇ, ἀλλ' ἀπεδειλίασε, καθάπερ οἱ προόπται τῆς ἱππείας.

Ἀπέδειξεν. ἀντὶ τοῦ παρέδωκε. Ξενοφῶν.

Ἀπεδήδοκε. κατέφαγεν.

Ἀπεδημηκότες. ἀντὶ τοῦ ἀποδεδημηκότες. Ἕρμιππος Φορμοφόροις.

Ἀπεδοκίμαζεν. ἀτίμως ὕβριζεν. ἐξεφαύλιζε. Καὶ [3] καθόλου τοὺς μὲν κοσμίους τοῖς ἤθεσι καὶ τῶν ἰδίων βίων ἐπιμελουμένους ἀπεδοκίμαζεν· τοὺς δὲ πολυτελεῖς, καὶ ζῶντας ἐν μέθαις καὶ κύβοις, ἐτίμα καὶ προῆγεν.

Ἄπεδον. τὸ ἰσόπεδον καὶ τὸ ὁμαλόν. [4] Θουκυδίδης· Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι κατέβησαν εἰς χωρίον ἄπεδόν τι, καὶ αὐτοῦ ἐστρατοπεδεύσαντο, βουλόμενοι ἐκ τῶν οἰκιῶν λαβεῖν τι ἐδώδιμον.

Ἀπέδοξεν. ἀντὶ τοῦ, [5] πῶς οὐκ ἔδοξεν.

Ἀπέδοσθε. ἀπημπολήσατε. καὶ Ἀπέδοτο, ἐκδέδωκε, παρέδωκεν.

Ἀπέδραν. καὶ τὸ πρῶτον πρόσωπον ἀπέδραν. ἀντὶ τοῦ ἐπανεχώρησαν. δεῦρο κἀπέδραν. Φερεκράτης Ἰπνῷ. Μένανδρος Δαιταλεῦσιν. εἶτ' ἀπέδρα μόνος.

Ἀπέθανεν. ἀπῆλθεν ὅθεν ἦν. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἀποθανεῖν.

Ἀπέθρισεν. ἀπέκειρεν. ἀπέκοψε.

> Σὴν [6] κεφαλὴν αἴλουρος ἀπέθρισεν, ἄλλα τε πάντα
> Ἥρπασε, καὶ φθονερὴν οὐκ ἐκόρεσσε γένυν.

Ἀπεκάθητο. ἐκαθέζετο. Ὁ δὲ Σκιπίων ἀπεκάθητο πρός τινι πυραμίδι, θεωρῶν τοὺς αὐτομόλους, καὶ τὴν τούτων ἀπόνοιαν.

Ἀπεκάλει. ἀντὶ τοῦ ἀνεκάλει. μετεπέμπετο. Ξενοφῶν.

Ἀπεκαρτέρησεν. ἑαυτὸν διεχρήσατο. [7] Ὁ δὲ Λυκοῦργος ἐλθὼν εἰς Κρήτην ἀπεκαρτέρησεν, ἵνα μὴ λύσῃ τοὺς νόμους, οὓς ἔθηκεν.

Ἀπεκαύθησαν. Πολλοὶ δὲ ὑπὸ κρύους ἀπεκαύθησαν χεῖρας καὶ πόδας.

bavit. Qui rejecit. Demosthenes. Et Ἀπέγνωσαν, suffragiis suis absolverunt.

Ἄπεδα. Plana. Clidemus. *Et arcem complanarunt, & Pelasgico muro novem portas habente cinxerunt.*

Ἀπέδει. Inferior erat. Cedebat. *At Philopœmen Arcas magnitudine quidem & robore corporis nulli Peloponnesiorum cedebat; sed deformi erat oris specie.*

Ἀπεδειλία. Metuebat. Formidabat. Polybius: *Perseus vero, cum vel vincere vel mori animum ante induxisset, tunc forti & constanti animo periculum non tulit, sed timori succubuit, ut speculatores equitum.*

Ἀπέδειξεν. Tradidit. Xenophon.

Ἀπεδήδοκεν. Comedit. Devoravit.

Ἀπεδημηκότες. Pro ἀποδεδημηκότες dixit Hermippus *Phormophoris.*

Ἀπεδοκίμαζεν. Reprobabat. Ignominia afficiebat. Contemnebat. *Et universe homines modestos & ad rem familiarem attentos despiciebat; sumptuosos vero & ebrietati aleæque deditos, ad honores & dignitates evehebat.*

Ἄπεδον. Æquum & planum. Thucydides: *Athenienses vero descenderunt in quendam locum campestrem & planum, ibique castra posuerunt, quod aliquid cibariorum ex illis domibus sumere vellent.*

Ἀπέδοξεν. Displicuit. Non placuit.

Ἀπέδοσθε. Vendidistis. Et Ἀπέδοτο, vendidit, dedidit, tradidit.

Ἀπέδραν. Aufugerunt. Est etiam ἀπέδραν prima persona. Pherecrates Ἰπνῷ. * * * Menander *Dætalensibus: Deinde aufugit solus.*

Ἀπέθανεν. Obiit. Abiit eo, unde venit. Quære in v. Ἀποθανεῖν.

Ἀπέθρισεν. Abscidit. Amputavit. *Tuum caput felis morsu abscidit, & alia omnia rapuit, nec invidam satiavit mandibulam.*

Ἀπεκάθητο. Sedebat. *Scipio vero ad quandam pyramidem sedebat, transfugas & desperatam illorum audaciam spectans.*

Ἀπεκάλει. Revocabat. Accersebat. Xenophon.

Ἀπεκαρτέρησεν. Mortem sibi [inedia] conscivit. *Lycurgus vero, cum in Cretam venisset, inedia mortem sibi conscivit, ne leges, quas tulerat, abrogare cogeretur.*

Ἀπεκαύθησαν. Adusti sunt. *Multorum manus & pedes frigus adussit.*

1 Ἠπέδιζον τὴν ἀκρόπολιν, περιέβ.] Idem fragmentum legitur infra v. Ἠπέδιζον.

2 Ὁ δὲ Περσεὺς μίαν ἔχων κτ.] Cum hoc fragmento conferenda omnino sunt ea, quæ leguntur infra v. Καχεξία.

3 Καὶ καθόλου τοὺς μὲν κοσμίους τοῖς ἤθεσι καὶ τῶν ἰδ.] Hæc sunt verba Theopompi historici de Philippo, Rege Macedonum, quæ leguntur in Collectaneis Constantini, a Valesio editis, pag. 21. unde ea Suidas descripsit. Idem fragmentum apud Athenæum lib. VI. pag. 260. sic legitur: Φίλιππος τοὺς μὲν κοσμίους τὰ ἤθη, καὶ τοὺς τῶν ἰδίων ἐπιμελουμένους ἀπεδοκίμαζε· τοὺς δὲ πολυτελεῖς καὶ ζῶντας ἐν κύβοις καὶ πότοις ἐπαινῶν ἐτίμα. Quæ verba ex libro XLIX. Histor. Theopompi deprompta esse Athenæus eodem loco testatur.

4 Θουκυδίδης] Lib. VII. cap. LXXVIII.

5 Πῶς] Hæc vox delenda est: vel legendum, οὐκ ἔδοξεν πως. quæ Porti conjectura est.

6 Σὴν κεφαλὴν αἴλουρος ἀπ.] Distichum hoc legitur Anthol. lib. III. cap. XXIV. Epigr. 1.

7 Ὁ δὲ Λυκοῦργος ἐλθ. εἰς Κρ.] Vide infra v. Λυκοῦργος.

Ἀπεκαίνυτο.[1] ἐνίκα.

Ἀπέκειντο. ἐταμιεύοντο. Αἱ[2] δὲ βάλανοι τῶν Φοινίκων, [3] οἵας μὲν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἔστιν ἰδεῖν, τοῖς οἰκέταις ἀπέκειντο. αἱ δὲ τοῖς δεσπόταις ἀποκείμεναι, ἦσαν ἀπόλεκτοι.

Ἀπέκνισε ξύλον. ἀπέκοψεν.

Ἀπεκομίσθη. ἀπηνέχθη.

Ἀπεκόμπασεν. [4] ἐν Ἐπιγράμματι·

Βραγχὸν[5] τετριγυῖα λύρας ἀπεκόμπασε χορδή.

Ἀπεκόπησαν. ἀντὶ τοῦ [6] ἀπεβλήθησαν. Ξενοφῶν.

Ἀπεκορύφου. περιφανῶς ἔλεγεν. [7] Ἡρόδοτος· Ἀρταφέρνης, ὁ Ὑστάσπεος, Σαρδίων ὕπαρχος, ἀπεκορύφου σφι τάδε· Εἰ μὲν διδοῦσι βασιλεῖ Δαρείῳ Ἀθηναῖοι γῆν τε καὶ ὕδωρ, ὁ δὲ συμμαχίην σφι συνετίθετο· εἰ δὲ μὴ διδοῦσιν, ἀπαλλάσσεσθαι αὐτοὺς ἐκέλευεν.

Ἀπεκράνιξε. τοὺς κέρας ἀπεχώρισεν. ἀπέκοψεν. Ὁ[8] δὲ ῥοπάλῳ γυρὸν ἀπεκράνιξε βοὸς κέρας.

Ἀπεκρίθη. ἀφωρίσθη.

Ἀπεκτήτου. ἀκτενίστου. [9] ἐν Ἐπιγράμματι·

---Οὐδὲ κομίζει

Χρυσὸς ἀπεκτήτου σῆς τριχὸς ἀγλαΐην.

Ἀπεκτάκασι, καὶ Ἀπεκτόνασι. Μισοῦσι μὲν, ὦ πάτερ, Θράσωνα, ἀπεκτάκασι δ' οὔ.

Ἀπέλα. ἀντὶ τοῦ ἀπέλαυνεν.

Ἀπελάκτισεν[10] ὁ ἠγαπημένος. ἀντὶ τοῦ, ἀπεσκίρτησεν.

Ἀπελαύνομαι. Ὡς οἱ τὸ ἀκάθαρτον καὶ ὑλικὸν πνεῦμα τῶν ψυχῶν ἀπελάσαντες.

Ἀπελλαῖος. παρὰ Μακεδόσιν ὁ Δεκέμβριος μήν.

Ἀπέλεθρον. πολλήν, ἀμέτρητον.

Ἀπελεύθερος. ὁ ἐλευθερωθείς.

Ἀπεληλαμένος. ἀποφεύγων.

Ἀπελλῆς, Κολοφώνιος, θέσει δὲ Ἐφέσιος, ζωγράφος, μαθητὴς Παμφίλου τοῦ Ἀμφιπολίτου, πρότερον δὲ Ἐφόρου τοῦ Ἐφεσίου, υἱὸς Πυθίου, ἀδελφὸς Κτησιόχου, καὶ αὐτοῦ ζωγράφου.

Ἀπέλθῃ. ἀντὶ τοῦ ἐπανέλθῃ. Θουκυδίδης. Δημοσθέ-

Ἀπεκαίνυτο. Vincebat.

Ἀπέκειντο. Servabantur. Reponebantur. *Palmarum vero glandes, quales in Græcia cernuntur, in usum servorum reponebantur. Quæ vero Dominis servabantur, erant eximiæ & selectæ.*

Ἀπέκνισε ξύλον. Abscidit lignum.

Ἀπεκομίσθη. Absportatus est.

Ἀπεκόμπασεν. Rupta est. In Epigrammate:

*Raucum stridens chorda lyræ rupta est.*

Ἀπεκόπησαν. Ex loco superiore pulsi sunt. Deturbati sunt. Xenophon.

Ἀπεκορύφου. Planis & brevibus verbis dixit. Herodotus: *Artaphernes, Hystaspis filius, Sardium præfectus, planis & brevibus verbis hæc ipsis dixit: Si Athenienses Regi Dario terram & aquam dare vellent, se societatem & fœdus cum illis juncturum esse: sin secus, eos abire jussit.*

Ἀπεκράνιξε. A capite decussit. Abscidit. *Ille vero clava curvum cornu a capite bovis decussit.*

Ἀπεκρίθη. Separatum est.

Ἀπεκτήτου. Impexi. In Epigrammate: *Neque impexæ tuæ comæ nitori aurum majorem ornatum addere potest.*

Ἀπεκτάκασιν, & Ἀπεκτόνασιν. Interfecerunt. *Oderunt quidem, pater, Thrasonem; non tamen occiderunt.*

Ἀπέλα. Pro ἀπέλαυνεν. Abigebat.

Ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπ. *Dilectus recalcitravit.*

Ἀπελαύνομαι. Abigor. Expellor. *Ut illi qui impurum & ex [crassiore] materia constantem spiritum ex animis [hominum] expulerunt.*

Ἀπελλαῖος. Apellæus. Apud Macedones mensis December.

Ἀπέλεθρον. Multum. Immensum.

Ἀπελεύθερος. Manumissus. Libertus.

Ἀπεληλαμένος. Expulsus. Exul.

Ἀπελλῆς. Apelles, [genere quidem] Colophonius, sed ab Ephesiis jure civitatis donatus, pictor, Pamphili Amphipolitani discipulus, ante vero Ephori Ephesii; Pythii filius, frater Ctesiochi, qui & ipse pictor fuit.

Ἀπέλθῃ. Thucydides hac voce usus est

1 Ἀπεκαίνυτο] Est vox Homerica Odyss. Θ. v. 127.

2 Αἱ δὲ βάλανοι τῶν Φοινίκων, οἵας μὲν ἐν τοῖς Ἑλλ.] Hæc sunt verba Xenophontis de *Expedit. Cyri*, lib. II. pag. 279. eademque ex Xenophonte recitat Athenæus lib. XIV. pag. 651. ubi de palmis agit. Vide etiam infra v. Ἀπόλεκτοι, ubi idem fragmentum repetitur.

3 Οἵας μὲν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἔστιν ἰδ.] Notandum est apud Athenæum loco laudato legi, οἵας μὲν ἐν τοῖς Ἕλλησιν οὐκ ἔστιν ἰδεῖν.

4 Ἐν Ἐπιγράμματι· Βραγχὸν τετρ.] Hexameter hic decerptus est ex Epigrammate Pauli Silentiarii in Eunomum Locrum, qui cum de peritia cithara canendi cum altero certaret, & chorda forte rumperetur, cicada advolans in jugo citharæ consedit, & stridore suo sonum chordæ ruptæ supplevit. Epigramma istud legitur Anthol. lib. VI. cap. XV. Epigr. 1.

5 Βραγχόν] Sic recte legitur in Anthologia Epigrammatum, loco ante laudato. In prioribus vero Edit. corrupte excusum est βρόχον; cujus loco MSS. Parif. exhibent βρόχον: quod quamvis itidem corruptum sit, propius tamen ad veram lectionem accedit.

6 Ἀπεβλήθησαν] Interpretatio hæc mihi non placet, quoniam non video, quomodo ea voci ἀπεκόπησαν convenire possit. Existimo igitur scribendum esse ἀπηλάθησαν, ab ἀπελαύνω. Τὸ ἀποκόπτειν enim apud Xenophontem, quem Suidas hic citat, interdum significat aliquem e loco superiore pellere vel deturbare; ut Ἀναβ. lib. III. pag. 312. Προκατείληπται γὰρ ἡμῖν ὁ ὑπὲρ τῆς καταβάσεως λόφος, ὃν οὐκ ἔστι παρελθεῖν, εἰ μὴ τούτους ἀποκόψομεν. i. e. *Nam occupatus est collis ille, qui via imminet, qua descendendum erit: neque transire nobis licebit, nisi hos vi dejecerimus.* Idem lib. IV. Ἀναβ. pag. 320. Πορευόμενοι δ' ἐντυγχάνουσι λόφῳ ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ κατειλημμένῳ ὑπὸ τῶν πολεμίων, ὃν ἢ ἀποκόψαι ἦν ἀνάγκη, ἢ διεζεῦχθαι ἀπὸ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων. i. e. *In itinere incidunt in collem, qui via imminebat, & occupatus erat ab hostibus, qui vel pellendi loco vi erant, vel a cæteris Græcis se necessario divulsum iri videbant.* Idem pag. 321. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἦλθεν Ἀρχαγόρας ὁ Ἀργεῖος πεφευγὼς, καὶ λέγει, ὡς ἀπεκόπησαν ἀπὸ τοῦ πρώτου λόφου &c. *Interea Archagoras fuga elapsus venit, ac se cum suis de primo colle vi pulsum narrat.* Ad hunc locum Suidam hic respexisse puto.

7 Ἡρόδοτος] Lib. V. pag. 198. ut Portus observavit.

8 Ὁ δὲ ῥοπάλῳ γυρὸν ἀπεκρ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate, quod ex Anthologia inedita integrum exhibemus infra v. Ἰξαλῆ.

9 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. VII. pag. 594.

10 Ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπ.] Hæc sunt verba Mosis Deuter. XXXII. 15.

της

πης δὲ, ἀντὶ τοῦ ἀποδρᾶναι.

Ἀπελλικῶν.[1] Καὶ [2]τὴν Ἀπελλικῶντος τοῦ Τηΐου καταλαβὼν ὁ Σύλλας βιβλιοθήκην. σημαίνει δὲ ὄνομα κύριον.

Ἀπελείπετο. ἀεὶ διὰ τῆς διφθόγγου. Ἀπέλιπε δὲ, ἀντὶ τοῦ ἀπέλειψεν, ὡς τὸ παρεληλυθὸς σημαῖνον, διὰ τοῦ ι. Μεγίστην παρὰ τοῖς βαρβάροις δικαιοσύνης ἀπέλιπε δόξαν. Ἀπέλειπε δὲ, ἀντὶ τοῦ ἀπελίμπανε, διὰ διφθόγγου, ὡς παρῳχημένος.

Ἀπελογίζετο. ἀπηριθμεῖτο. [3]Ὁ δὲ εἰσελθὼν ἀπελογίζετο τὰς αἰτίας, δι᾽ ἃς πεφευγὼς εἴη τὸν Φίλιππον.

Ἄπελος. τὸ ἕλκος. διὰ τὸ μὴ πελάζειν, ἀλλὰ διΐστασθαι.

Ἀπελωβήθη. [4]ἐφύβρισται. εἴργασται. ἢ ὕπως ἐνυβρίσθη καὶ λωβητὸς γέγονε. Σοφοκλῆς· Μανίᾳ γὰρ ἁλοὺς ἡμῖν ὁ κλεινὸς νύκτερος Αἴας ἀπελωβήθη.

Ἀπελυμαίνοντο.[5] ἀπεκαθαίροντο.

Ἀπέλυσε. ἐλυτρώσατο. Πολύβιος· [6]Ἣ καὶ τὸν Ἡρακλείδην ἀπέλυσε τῆς ὑποψίας.

Ἀπεμορξάμην. ἀπεψησάμην. ἐδάκρυσα.

Ὥστ᾽ [7]ἐγὼ μὲν ἠλέησα, κἀπεμορξάμην, ἰδὼν
Ἄνδρα πρεσβύτην ὑπ᾽ ἀνδρὸς τοξότου [8]κοιμώμενον.

ἀπὸ τοῦ παρακολουθοῦντος. παρέπεται γὰρ τοῖς δάκρυσιν ἀπομάττεσθαι. ἢ Ἀπεμόρξατο, ἴσως ἐξεμάξατο, ἐξωμοιώσατο.

Ὑετῷ [9]ἄρτι κόμας ἀπεμόρξατο, τοῦ δὲ κατ᾽ ἴχνος
Βουφάγος εἰς κοίλην ἄσπετον ἦλθε λέων.

καὶ Ἀπεμόρξατο. ἀπεβάλετο, ἀπεσμήξατο.

Ἀπεμπολή. [10]ἀπέρασις.[11] ἢ μετὰ ἀπάτης πρᾶσις. καὶ ἐμπορεία. καὶ Ἀπεμπολήσας, πεπρακώς. ἀποκτησάμενος.

Ἀπεμυθήσω. ἀντὶ τοῦ ἀπελογήσω. Στράττις.

Ἀπεμφαίνει. ἀπέοικεν.

Ἀπεναντίας. γενικῇ.

Ἀπενεγκάμενος. κτησάμενος.

Ἀπενιαυτίσαι.[12] ἐνιαυτὸν [13]φυγεῖν τὴν πατρίδα

pro ἐπανέλθῃ, redierit. Demosthenes vero pro ἀποδρᾶναι, aufugere.

Ἀπελλικῶν. Apellicon. Nomen proprium. *Sylla vero, cum Apelliconis Teji bibliothecam in suam potestatem redegisset.*

Ἀπελείπετο. Semper per diphthongum ει scribitur. Ἀπέλιπε vero, pro ἀπέλειψεν, præteriti significationem habens, per ι scribitur. *Maximam apud Barbaros justitiæ gloriam reliquit.* Ἀπέλειπε vero, pro ἀπελίμπανε est imperfectum, & per diphthongum scribitur.

Ἀπελογίζετο. Recensebat. *Ille vero ingressus causas recensebat, ob quas Philippum fugisset.*

Ἄπελος. Ulcus, ita dictum, quod [ejus labra] non sint juncta, sed diducta.

Ἀπελωβήθη. Fœda facinora perpetravit. Vel, contumelia affectus & malo quodam læsus est. Sophocles: *Furore enim correptus inclytus ille Ajax noctu fœdum facinus perpetravit.*

Ἀπελυμαίνοντο. Purgabantur. Abluebantur.

Ἀπέλυσε. Absolvit. Liberavit. Polybius: *Quæ etiam Heraclidem suspicione liberavit.*

Ἀπεμορξάμην. Abstersi. Lacrymatus sum. *Quamobrem ego quidem illum flens miseratus sum, conspicatus virum senem a lictore male tractari.* Consequens hic ponitur pro antecedenti. Fletum enim sequi solet abstersio lacrymarum. Vel Ἀπεμόρξατο, expressit, effinxit, [abstersit. In Epigrammate.] *Cum vix comas pluvia madidas abstersisset, vestigia ejus secutus leo, bobus infestus, in cavum specum venit.* Et Ἀπεμόρξατο, abjecit, detersit.

Ἀπεμπολή. Venditio, qua quis fraudatur. Negotiatio. Mercatura. Et Ἀπεμπολήσας, qui vendidit. Qui aliquam rem alienavit, vel possidere desiit.

Ἀπεμυθήσω. Causam dixisti. Strattis.

Ἀπεμφαίνει. Non convenit. Dissimilis est.

Ἀπεναντίας. Genitivo jungitur. E regione.

Ἀπενεγκάμενος. Qui aliquid consecutus est.

Ἀπενιαυτίσαι. Per annum abesse. Propter cri-

1 Ἀπελλικῶν] De eo vide insignem locum apud Athen. lib. v. pag. 214.

2 Καὶ τὴν Ἀπελλικῶντος τοῦ Τηΐου καταλαβὼν ὁ Σύλλας βιβλ.] Vide omnino Strabonem lib. XIII. pag. 609.

3 Ὁ δὲ εἰσελθὼν ἀπελογ.] Hoc fragmentum Casaubonus & Valesius ad Polybium referunt.

4 Ἐφύβρισται. εἴργασται] Legendum est ἐφύβρισται εἴργασται, ut apud Schol. Sophoclis ad *Ajacem* pag. 14. ex quo Suidas notam hanc descripsit, ut Portus etiam monuit.

5 Ἀπελυμαίνοντο. ἀπεκ.] Respexit Grammaticus noster ad locum illum Homeri Il. A. v. 314.

*Οἱ δ᾽ ἀπελυμαίνοντο, καὶ εἰς ἅλα λύματ᾽ ἔβαλλον.*

Scholiasta ibi τὸ ἀπελυμαίνοντο itidem exponit ἀπεκαθαίροντο, ut hic Suidas.

6 Ἣ ἐ τὸν Ἡρακλείδην ἀπ.] Supplementum hujus fragmenti habes supra v. Ἀναδέξασθ.

7 Ὥστ᾽ ἐγὼ μὲν ἠλέησα, κἀπεμ.] Duo hi versus (qui, si bene memini, in Aristoph. *Lysistrata* exstant) sunt septenarii Trochaici, quos in hac Editione secundum legem metri distinxi & in ordinem redegi.

8 Κοιμώμενον] Pearsonius monet, in codice Vaticano scriptum esse κνώμενον: quæ lectio magis placet.

9 Ὑετῷ ἄρτι κόμας ἀπ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis, quod ex Anthologia inedita integrum exhibemus infra v. Ἡρακλῆς.

10 Ἀπέρασις] Subsistat Lector, & de voce hac, quam suspectam habeo, cogitet.

11 Ἢ μετ᾽ ἀπάτης πρᾶσις] Verba hæc ambiguam habent significationem. Vel enim accipi possunt de venditione dolosa, qua emptor fraudatur: vel de fraude, qua aliquem perfide prodimus & circumvenimus; quo sensu in lingua nostra vernacula *vendere* aliquem interdum significat aliquem prodere & decipere. Ultimam significationē egregie confirmat locus hic Aristophanis p. 389.

*Κἀνταῦθα λαμβάνεσθ᾽ ἀπεμπολώμενοι.*

Ubi eruditus enarrator ait: Ἀπεμπολώμενοι· παραπωλούμενοι διὰ τὴν κολακείαν. τοῦτο δέ φησι διὰ τὸ εὐχερῶς πείθεσθαι τοῖς ῥήτορσι τοὺς Ἀθηναίους, ἀπατῶντας αὐτούς. En clare Scholiasta docet, τὸ ἀπεμπολώμενοι hic dici de illis, quos adulatores fallacibus verborum lenociniis decipiunt & in fraudem inducunt: quod locum hunc Suidæ non parum illustrat.

12 Ἀπενιαυτίσαι] Sic habent MSS. Paris. In prioribus vero Edit. minus recte scriptum est ἀπενιαυτῆσαι per η.

13 Ἐνιαυτὸν φυγεῖν τὴν πατρ.] Vide quæ de hoc more veterum notarunt Meursius *Exercit. Crit.* Part. II. lib. III. cap. ult. itemque ad Lycoph. v. 1039. & Petitus *Leg. Attic.* pag. 512.

ἐπί τισι ἀδικήμασιν. [1] Ἀπολλώνιον φασὶ τὸν Τυανέα ἀπενιαυτίσαι εἰς τὸ Σκυθῶν ἔθνος, διαμαρτίᾳ ἐρωτικῇ χρησάμενον. Καὶ αὖθις περὶ Ἡρακλέους· Ἀπενιαυτίσαντα, ὡς νόμος, ἔξω, καὶ καθηράμενον, ἐπανελθεῖν εἰς Ἀθήνας.

Ἀπέννα ὄρη.

Ἀπεξεσμένον. ἠκριβωμένον.

Ἀπεώσατο. ἀπετινάξατο. καὶ Ἀπεωσμένον, καὶ Ἀπωσμένον ὁμοίως. Ἀπέωστο δὲ, ἐπορθεῖτο.

Ἀπέπαρδε. καὶ Ἀποπαρδεῖν. [2] ἐσπάρδειν δὲ, προτεταγμένου τοῦ ρ.

Ἀπεπίστευον. ἤλπιζον. [3] Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι πρὸς τοὺς ὑλώδεις τόπους ὑπόπτως εἶχον πρὸς ἐνέδρας· ἐν δὲ τοῖς ἐπιπέδοις καὶ ψιλοῖς ἀπεπίστευον.

Ἀπεπλίξατο. [4] ἀντὶ [5] τοῦ εὐχερῶς καὶ μετὰ ῥᾳστώνης ἀπεσείσατο καὶ ἀπέφυγε. πλὶξ γὰρ τὸ βῆμα· καὶ πλίγματα, τὰ πηδήματα. ὅθεν καὶ τὸ περιβάδην ἀμφιπλὶξ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Τριπτολέμῳ. Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσιν· Οὐκ ἂν ἐλαφρῶς ἀπεπλίξατο. [6] καὶ Ὅμηρος·

Αἱ δ' εὖ μὲν τρώχων, εὖ δὲ πλίσσοντο πόδεσσιν.

ἔλεγον γὰρ πλὶξ καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ ἀντίχειρος εἰς τὸν λιχανὸν δάκτυλον διάστημα. καὶ τὸ μεταξὺ τῶν μηρῶν ὀστοῦν.

Ἀπεπόνουν. τοῦ πόνου ἔληγον. [7] Ἀλλ' ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι ἀπεπόνουν [8] ἐρευνοδιφῶντες τὰ ὑποχθόνια, στρατοπεδεύουσιν ἀμφὶ τὸ φρούριον τὸ Χλωμάρων.

Ἀπεπυδάρισεν. [9] Ἀριστοφάνης· [Ἀπεπυδάρισα,] μόθωνα περιεκόκκυσα. ἀντὶ τοῦ ἀπέπαρδον. Μόθων δὲ εἶδος ὀρχήσεως φορτικῆς. Περιεκόκκυσα οὖν, κόρδακα ὠρχησάμην.

Ἀπερράπισεν. [10] ἀπεφίμωσεν. ἀπεστόμωσεν.

Ἀπέρατον. ἄπειρον, μέγα, οὗ πέρας οὐκ ἔστιν. οἱ δὲ μετὰ τοῦ ν γράφοντες ἁμαρτάνουσιν. [11] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον ἀπέρατον. Καὶ αὖθις· [12] Ὁ δὲ Χοσρόης τὴν ἀπέρατον καλουμένην εἰρήνην λαμπρῶς παρέλυσεν.

Ἀπεργασάμενος. ἀντὶ τοῦ ἀποδοὺς, [13] ἐξ ὧν εἰργάσατο. οὕτως Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Ἀπολλόδωρον. καὶ Ἀπεργάσασθαι, ἀντὶ τοῦ ἀποπληρῶσαι. Ἀριστοφάνης.

Ἄπερρε. ἀντὶ τοῦ φθείρου. πορεύου μετὰ φθορᾶς. Ἀ-

mina aliqua per annum a patria exulare. *Apollonium Tyaneum ferunt, cum in amoribus voti sui compos fieri non posset, anno integro apud Scythas exulasse.* Et iterum de Hercule: *Cum ob cædem per annum a patria exulasset, expiatum Athenas rediisse* [*ferunt.*]

Ἀπέννα ὄρη. Apennini montes.

Ἀπεξεσμένον. Politum. Accurate elaboratum.

Ἀπεώσατο. Repulit. Excussit. Et Ἀπεωσμένον, & Ἀπωσμένον, eodem sensu accipitur. Ἀπέωστο vero, vastabatur.

Ἀπέπαρδε. Ventris crepitum emisit. Et Ἀποπαρδεῖν: pro quo etiam dicitur ἀποπερδεῖν, præposita litera ρ.

Ἀπεπίστευον. Fidebant. *Romani enim loca sylvestria propter insidias habebant suspecta: patentibus vero & apertis fidebant.*

Ἀπεπλίξατο. Excusso jugo aufugit. Πλὶξ enim significat gressum: & πλίγματα, saltus. Unde etiam quod aliis est περιβάδην, Sophocles in *Triptolemo* ἀμφιπλὶξ appellat. Aristophanes *Acharnensibus: Non tam facile aufugisset.* Et Homerus: [*Mulæ*] *vero bene currebant & pedibus ingrediebantur.* Πλὶξ etiam intervallum illud vocabatur, quod est inter pollicem & digitum indicem. Item os, quod est inter utrumque femur.

Ἀπεπόνουν. A laborare cessabant. *Sed Romani, cum loca subterranea scrutari desiissent, castra circa castellum Chlomarum posuerunt.*

Ἀπεπυδάρισα. Aristophanes: *Crepitum emisi, & mothonem saltavi.* Est autem μόθων genus saltationis injucundæ & parum elegantis. Vel περιεκόκκυσα significat, cordacem saltavi.

Ἀπερράπισεν. Camo seu capistro os obligavit.

Ἀπέρατον. Infinitum. Immensum. Qui vero per ν scribunt ἀπέραντον, errant. Aristoph. *Nubibus: Quam longæ sunt noctes hæ.* Et iterum: *Chosroes vero pacem, quæ æterna vocabatur, manifeste violavit.*

Ἀπεργασάμενος. Qui alicui pro meritis gratiam retulit. Sic Isæus in oratione adversus Apollodorum. Et Ἀπεργάσασθαι, absolvere, complere. Aristophanes.

Ἄπερρε. Pereas. Abi in malam rem. Aristo-

1 Ἀπολλώνιον φασὶ τὸν Τυανέα ἀπεν.] Hæc ex Philostrato excerpsit Suidas, apud quem in *Vit. Apoll.* lib. I. cap. X. sic legitur: Ἀλλ' ὅμως συκοφαντοῦσί τινες ἐπὶ ἀφροδισίοις αὐτὸν, ὡς διαμαρτίᾳ ἐρωτικῇ χρησάμενον, καὶ διὰ τοῦτο ἀπενιαυτίσαντα ἐς τὸ Σκυθῶν ἔθνος. ὃς οὔτε ἐφοίτησέ ποτ' ἐς Σκύθας, οὔτε ἐς ἐρωτικὰ πάθη ἀπηνέχθη. i. e. interprete Morello: *Verum ne sic quidem calumniatorum obtrectationes potuit evitare* [*Apollonius,*] *qui ipsum amoribus captum criminantur, ejusque rei gratia apud Scythas integrum annum moram traxisse, cum nec Scythiam unquam attigerit, nec amori unquam deditus fuerit.*

2 Ἐσπάρδειν] Est vox nihili, pro qua legendum est ἀποπαρδεῖν, ut Portus etiam monuit.

3 Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι πρὸς τοὺς ὑλ.] Hæc sunt verba Polybii lib. III. cap. LXXI. ut Jac. Gronovius observavit.

4 Ἀπεπλίξατο. ἀντὶ τοῦ εὐχ. καὶ μετὰ ῥᾳστ. ἀπεσείσατο καὶ ἀπ.] Totum hunc articulum descripsit Suidas ex Schol. Aristoph. ad *Acharnens.* pag. 382. (370. Ed. Bas. *P.*)

5 Ἀντὶ τοῦ εὐχερῶς καὶ μετὰ ῥᾳστώνης] Hæc non pertinent ad vocem ἀπεπλίξατο, sed sunt interpretatio vocis ἐλαφρῶς, quæ apud Aristophanem loco laudato proxime præcedit.

6 Καὶ Ὅμηρος] Odyss. Z. v. 318.

7 Ἀλλ' ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι ἀπεπόνουν ἐρευ.] Hæc sunt verba Theophylacti Simocattæ lib. II. cap. VII. eademque leguntur infra v. Ἐρευνοδιφῶντες.

8 Ἐρευνοδιφῶντες] Sic etiam apud Simocattam hodie legitur. In 2 MSS. Paris. vero exaratum est ἐρευνοδιφοῦντες.

9 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 329. (228. Ed. Bas. *P.*) Vide ad eum locum veterem Enarratorem, cujus verba Suidas hic prorsus mutilavit.

10 Ἀπερράπισεν] Non solum vox ipsa, sed etiam significatio, quam Suidas ei tribuit, est insolens, & quam apud nullum alium Lexicographorum reperio.

11 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Versu 2.

12 Ὁ δὲ Χοσρόης τὴν ἀπέρατον κτλ.] Hæc sunt verba Procopii de *Bello Pers.* lib. II. cap. V. pag. 97.

13 Ἐξ ὧν εἰργάσατο] Apud Harpocrationem legitur ἐκ τῶν ἔργων ὧν εἰργάσατο.

ιστοφάνης[1] Νεφέλαις· Ὑθλεῖς, ἄπερῥε. Ἄπερῥε οὖν, ἀντὶ τοῦ φθάρηθι. καὶ ἔῤῥαν, φθειρόμενος.

Ζητῶν περιέῤῥαν αὐτὸν ἐξ ἑωθινοῦ.

Κραπαλάλοις Φερεκράτης.

phanes *Nubibus*: *Nugaris, abi in malam rem.* Et ἔῤῥαν, qui in malam rem abit. *Eum quærendo inde a tempore matutino omnes vicos perreptat.* Pherecrates *Crapatalis*.

Ἀπερείδομαι τὸν πόκον. ἀντὶ τοῦ ἀποτίθημι. [2]ἀκυμβίζω. καὶ Ἀπερείσασθαι, ἐκβαλεῖν, ἐκκενῶσαι. Ὥσπερ εἰς ἐκείνους βουλόμενοι ἀπερείσασθαι τὸν θυμόν. καὶ [3]Ἰώσηπος· Πρὸς τὸν αἴτιον ἔλεγεν ἀπερείσασθαι τὴν ὀργήν. Ἀπερείσασθαι οὖν, ἐκκενῶσαι, καταθαῤῥῆσαι, ἐπιθέσθαι. Πρὸς ἕνα καιρὸν ἀπερείσασθαι τὰς ἐλπίδας οὐδαμῶς ἔκρινε συμφέρειν.

Ἀπερείδομαι τὸν πόκον. Vellus depono. Incumbo. Et Ἀπερείσασθαι, effundere, evacuare. *Tanquam in eos iram effundere cupientes.* Et Josephus: *In facinoris auctorem se iram effundere velle dicebat.* Ἀπερείσασθαι igitur, evacuare, fiduciam in aliqua re collocare, alicui rei inniti. *In unum tempus omnes spes suas conferre minime conducere judicabat.*

Ἀπερείσια. ἄπειρα. Ὅμηρος· Ἀπερείσι' ἄποινα. καὶ Ἀπερείσιος, ἄπειρος, πολύς.

Ἀπερείσια. Infinita. Homerus: *Immensam auri vim pro redemptione* [*accipe.*] Et Ἀπερείσιος, infinitus, multus.

Ἀπερίβλεπτον. ἀνυπονόητον.

Ἀπερίβλεπτον. Inexpectatum. Inopinatum.

Ἀπερίγραπτον. ἀπεριόριστον. Ὅτι τὸ ἀπερίγραπτον τριττὸν· τόπῳ, χρόνῳ, καταλήψει. ὁ μὲν Θεὸς κατὰ πᾶν εἶδος ἀπερίγραπτος. τὰ δὲ αἰσθητὰ καταληπτά, καὶ περιγραπτά. καὶ Ἀπερίγραπτοι, ἀπερισκόπητοι.

Ἀπερίγραπτον. Non circumscriptum. Indefinitum. Triplici sensu aliquid circumscribi non posse dicitur: vel ratione loci, vel temporis, vel intellectus. Deus quovis horum modorum circumscribi nequit. Illa vero, quæ sensibus percipiuntur, finita sunt & limitibus circumscribi possunt. Et Ἀπερίγραπτοι, qui circumspici nequeunt.

Ἀπερικλύστον. ἀτάραχον. ἀνενόχλητον.

Ἀπερικλύστον. Quod omni strepitu & turba caret.

Ἀπερίλαλητον.[4] ἤτοι οὐκ εἰδότα λαλεῖν. ἢ οἷον οὐκ ἄν τις περιλαλήσοι.

Ἀπερίλαλητον. Qui loqui nescit. Vel, quem nullus loquendo superare possit.

Ἀπερισάλπιγκτοι. ἀπερίηχοι, ἀκατήχητοι.

Ἀπερισάλπιγκτοι. Quos nullus tubarum sonus circumsonat.

Ἀπερίτροπος. ἀνεπίστροφος.[5] Οὔτε γὰρ Ἀγαμεμνονίδης παῖς ἀνεπίτροπος, οὔθ' ὁ παρὰ τὸν Ἀχέροντα Θεὸς ἀνάσσων. [6]Ἀπὸ κοινοῦ, τὸ ἀνεπίστροφος τοῦ τοὺς ἐχθροὺς μετελθεῖν, ἀλλ' ἔχει ἐπιστροφὴν, καὶ ἐπιμέλειαν ποιεῖται. ἢ ἀνεπάνοδος. ἔνθεν καὶ τὸ, περιτροπέων ἐνιαυτός.

Ἀπερίτροπος. Qui nullam alicujus rei curam gerit. *Neque enim filius Agamemnonis, vel Deus Inferorum, ultionem negligent.* Ex præcedentibus enim repetendum est ἀνεπίστροφος, ut sit sensus, curam adhibebit, ut ab inimicis pœna exigatur. Vel [Ἀπερίτροπος dicitur ille,] qui nunquam redit. Unde περιτροπέων ἐνιαυτός, annus, qui in orbem redit.

Ἀπεῤῥίφη. γενικῇ. ἐξεβλήθη.

Ἀπεῤῥίφη. Abjectus est. Ejectus est. Genitivo jungitur.

Ἀπέῤῥιψεν. Ὁ δὲ ἐπιτηρήσας τὸ δοκεῖν ὑπὸ τύχην ἀπέῤῥιψε λόγους. τουτέστι παρενέβαλεν. ἢ Ἀπέῤῥιψεν. ἐφλυάρησεν. Ὁ δὲ στωμύλος τε ὢν καὶ ὑψαγόρας, ἀπέῤῥιψε ῥήματα ὑπερήφανά πως καὶ θρασύτερα.

Ἀπέῤῥιψεν. Projecit. Profudit. *Ille vero captato tempore verba temere effudit.* Vel Ἀπέῤῥιψεν, temere effutiit. *Ille vero cum esset garrulus & jactabundus, verba superba & audacia effutiit.*

Ἀπειροῦντα. κωλύοντα. ἀποτρέποντα. Στέλλεται ἐκ βασιλέως γράμματα, ἀπειροῦντα τὴν τῶν βαρβάρων ἐπίθεσιν. καὶ Ἀπεροῦσιν, ἀπαγορεύσουσι. καὶ παύσονται τοῦ πολέμου. [7]Ἀμέλει ταχέως πάνυ ἀπεροῦσιν.

Ἀπειροῦντα. Interdicentia. Impedientia. Prohibentia. *Mittuntur a Rege literæ Barbarorum invasionem vetantes.* Et Ἀπεροῦσιν, defatigabuntur, animum despondebunt. [Aristophanes:] *Cito admodum molestiæ succumbent.*

Ἀπέῤῥωγεν. οὐκ ἀπέῤῥηκται. καὶ Ἀπεῤῥώγη, καὶ σὺν τῷ ν, Ἀπεῤῥώγην, τὸ τρίτον πρόσωπον. Κᾆτ' ἀπεῤῥώγην ὁ πούς. καὶ Ἀπεῤῥωγότες, κεχωρισμένοι, ἢ ἀπεσχισμένοι. Τῆς φίλης ἀπεῤῥωγὼς συζυγίας.

Ἀπέῤῥωγεν. Non ἀπέῤῥηκται. [Ruptus est. Fractus est.] Et Ἀπεῤῥώγη, sive, addito ν, Ἀπεῤῥώγην, est tertia persona. *Deinde vero pes fractus est.* Et Ἀπεῤῥωγότες, abscissi, avulsi. *Ab amabili consortio avulsus.*

1 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 101.

2 Ἀκυμβίζω] Vide infra v. Ἀπερείσασθαι, & v. Ἠρεικώς; itemque Reines. *Var. Lect.* lib. III. pag. 475.

3 Ἰώσηπος· Πρὸς τὸν αἴτιον κ.λ.] Sensus hujus loci supplendus est ex Josepho *de Bello Jud.* lib. II. pag. 828. ubi sic legitur: Βοώντων δὲ τῶν λοιπῶν, αἴτιον εἶναι μάλιστα τῆς ἀποστάσεως Κλεῖτόν τινα, καὶ παρακαλούντων εἰς ἐκεῖνον ἀπερείσασθαι τὴν ὀργὴν, ὁ Ἰώσηπος ἀνελεῖν μὲν οὐδένα προῄρητο. i. e. *Reliquis autem vociferantibus, Clitum quemdam esse præcipuum defectionis auctorem, rogantibusque, ut in eum iram suam effunderet, neminem quidem Josephus occidere voluit.*

4 Ἀπερίλαλητον. ἤτοι οὐκ εἰδ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Ranas*, pag. 252. (163. Ed. Bas. *P.*)

5 Οὔτε γὰρ Ἀγαμεμνονίδης παῖς ἀνεπ.] Hæc sunt verba Sophoclis in *Electra* pag. 89. ut Portus observavit.

6 Ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἀνεπίστροφος τοῦ τοὺς ἐχθ.] Scribe ex Scholiasta Sophoclis: Ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἀπερίτροπος τοῦ τοὺς ἐχθροὺς μετελθ.

7 Ἀμέλει ταχέως πάνυ ἀπεροῦσιν] Hæc sunt verba Aristophanis in *Lysistrata* pag. 845. (544. Ed. Bas. *P.*)

Ἀπι-

Ἀπερωεύς. κωλυτής. [1] Ὅμηρος· Ἐμῶν μενέων ἀπερωεύς.

Ἄπερ σύ. ἀντὶ τοῦ ὥσπερ σύ.

Ἀπερυθριάσαι. ἀπαναισχυντῆσαι. [2] Ἀριστοφάνης· Κρεῖττον ἦν τότ' εὐθὺς ἀπερυθριάσαι, ἢ χρήσαντά με ἔχειν πράγματα. [3] τῷ πράγματα οὐκ ἐπὶ κακοῦ λέγονται. [4] ὁ δὲ λόγος εἴρηται ἐπὶ τῶν δανειζόντων. καὶ αὖθις· Ἅπαξ πυῤῥὸς, [5] καὶ μὴ δέκατον χλωρός.

Ἀπερύκει. ἀπεκωλύθη.

Ἀπέσβη. [6] ἐσβέσθη, ἢ ἐπαύσατο, τέθνηκεν. [7] ἀπέσβηκεν. λέγουσι τὸ ἀποσβέσαι οἵ τε ἄλλοι, καὶ Πλάτων Πολιτικῷ.

Ἀπεσείσατο. ἀπέβαλεν.

Ἀπεσκέδασε. διεσκόρπισεν.

Ἀπεσκευάζετο τὴν στολήν. ἀπετίθετο. καὶ Ἀπεσκευασάμεθα, ἀπεβαλόμεθα. κυρίως δὲ Ἀποσκευάσασθαι ἐστὶ τὸ ἀποῤῥίψαι τὰ σκεύη, καὶ τοῖς πολεμίοις ἀκολουθεῖν. Τὰ δὲ πολλοῦ ἄξια μετὰ πλείστων ἀνθρώπων ἐκεῖσε ἀπεσκευάσατο. ἀντὶ τοῦ ἀπέθηκεν.

Ἀπεσκληκώς. ἀναισθήτως ἔχων. καὶ Ἀπεσκληρυμμένος, ἐξηραμμένος.

Ἀπεσκολυμμένος. [8] ἐκτετιλμένος. [9] κόλλυς γὰρ ἡ ἐπὶ τοῦ ἄκρου θρὶξ, ἣν ἐφύλαττον ἀκούρευτον Θεοῖς ἀνατιθέντες. καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀπογεγυμνωμένου.

Ἀπεσκοτωμένα. [10] ἐσκιαγραφημένα. κεχρωσμένα. τὰς γὰρ χροίσεις σκότη καλοῦσι ζωγράφοι. οὕτως Ἀριστοφάνης.

Ἀπέσομαι. ἀπέρχομαι. ἀναχωρῶ. παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Νεφέλαις.

Ἀπεσκύθιζον. [11] κυρίως τὸ ἀποτέμνειν τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς δέρμα σὺν θριξί· καταχρηστικῶς δὲ, τὸ ἀποκεῖραι.

Ἀπέσπασε. μετὰ βίας ἐξείλετο. Οἱ δὲ Σπαρτιᾶται ἐκάθηντο τοῦ Θεοῦ ἱκέται εἰς Ταίναρον, καὶ ᾔτουν σωτηρίαν. οἱ δὲ ἀπέσπασαν ἀφειδῶς, καὶ μάλα ἀπέκτειναν αὐτούς.

Ἀπεσπούδαζεν. ἠμέλει. κατεφρόνει. [12] Οὐδὲ τῶν Ἐπικούρου λόγων ἀπεσπούδαζεν Ἀπολλώνιος.

Ἀπεστάτει. ἀπεῖχεν. ἀπεχωρίζετο. Εὐνάπιος· Καὶ

Ἀπερωεύς. Qui aliquid impedit. Homerus: *Qui semper conatus & consilia mea impedit.*

Ἄπερ σύ. Pro ὥσπερ σύ. Quemadmodum tu.

Ἀπερυθριάσαι. Non erubescere. Frontem perfricare. Aristophanes: *Satius fuisset statim tunc frontem perfricare, quam postea cum molestiis conflictari.* Vox πράγματα enim aliquando in malam partem accipitur. Et iterum: *Semel ruber, & decies pallidus.* Proverbium, quod in fœneratores dicitur.

Ἀπερύκει. Arcet. prohibet.

Ἀπέσβη. Extinctus est. Cessavit. Mortuus est. Voce ἀπέσβηκε pro ἀπεσβέσθη usi sunt cum alii tum Plato *Politico.*

Ἀπεσείσατο. Excussit. Abjecit.

Ἀπεσκέδασε. Dissipavit. Dispersit.

Ἀπεσκευάζετο τὴν στολ. Stolam deposuit. Et Ἀπεσκευασάμεθα, abjecimus. Proprie autem Ἀποσκευάσασθαι significat vasa & supellectilem in aliquo loco deponere, & hostes sequi. *Res autem pretiosiores & maximam partem hominum illic deposuit.*

Ἀπεσκληκώς. Qui nihil sentit. Qui obduruit. Et Ἀπεσκληρυμμένος, arefactus, induratus.

Ἀπεσκολυμμένος. Detonsus. Resectus. Κόλλυς enim est capillus verticis, Diis sacer, quem intonsum servabant. Abusive vero sic etiam appellatur nudatus & retectus.

Ἀπεσκοτωμένα. Adumbrata. Coloribus picta. Nam pictores σκότη vocant colores. Sic Aristophanes.

Ἀπέσομαι. Abero. Abeo. Apud Aristophanem in *Nubibus.*

Ἀπεσκύθιζον. Proprie significat cutem capitis cum ipsis pilis Scytharum more resecare. Abusive vero, radere, detondere.

Ἀπέσπασε. Per vim abstraxit. *Spartani vero ad Tænarum supplices sedebant, salutem petentes: quos illi crudeliter inde abstractos interfecerunt.*

Ἀπεσπούδαζεν. Negligebat. Contemnebat. *Ne Epicuri quidem doctrinam studio & curiositate sua indignam judicavit Apollonius.*

Ἀπεστάτει. Distabat. Aberat. Remotus erat.

1 Ὅμηρος· Ἐμῶν μενέων ἀπ.] Il. Θ. v. 361.

2 Ἀριστοφάνης· Κρεῖττον ἦν τ.] Apud Aristophanem *Nubibus* pag. 192. (118. Ed. Bas. *P.*) sic legitur:
———— Ἀλλὰ κρεῖττον ἦν εὐθὺς τότε
Ἀπερυθριάσαι μᾶλλον, ἢ σχεῖν πράγματα.
Vide ibi Scholia.

3 Τῷ πράγματα οὐκ ἐπὶ κ.] Scribendum potius est, τῷ πράγματα ὄν: quam lectionem in versione secutus sum.

4 Ὁ δὲ λόγος εἴρηται ἐπὶ τῶν δαν. καὶ αὖθις· Ἅπαξ π.] Hæc prorsus turbata sunt & confusa, quæ sic in ordinem rediges: Καὶ αὖθις· Ἅπαξ πυῤῥὸς καὶ μὴ δέκατον χλωρός. ὁ δὲ λόγος εἴρηται ἐπὶ τῶν δανειζόντων. Vide supra v. Ἅπαξ.

5 Καὶ μὴ δέκατον χλ.] Supra v. Ἅπαξ absque negatione legitur καὶ δέκατον χλ. quod magis arridet.

6 Ἀπέσβη.————τέθνηκεν] Huc pertinet nota illa Hesychii, Ἀπεσβαίη, νεκρά: quam vocem vir doctus immerito ibi sollicitat.

7 Ἀπέσβηκε. λέγουσι τὸ ἀποσβ.] Locus hic medicinæ indiget. Puto enim scribi debere, Ἀπέσβηκε λέγουσι ἀντὶ τοῦ ἀπεσβέσθη οἵ τε ἄλλοι, & πλ. Apud Platonem enim *Politico* pag. 174 G. τὸ ἀπέσβηκε passive accipitur pro ἀπεσβέσθη: ad quem locum Suidas procul dubio respexit.

8 Ἐκτετιλμένος] Hæc interpretatio mihi non arridet. Malim κεκαρμένος, propter ea quæ sequuntur. Σκόλλυς enim vocabatur coma, quæ in honorem Deorum alebatur: unde, cui coma illa detonsa erat, appellabatur ἀπεσκολυμμένος, ab ἀποσκολύπτω. Habet autem vox illa & alias significationes, quas apud Grammaticos quære. Vide Hesych. v. Ἀποσκολύπτειν. & v. Κόρυς.

9 Κόλλυς] Vox ista varie scribitur. Κόλλυς enim hic habent omnes Edit. Suidæ; itemque Etymologus: quod tamen corruptum esse non dubito. Apud Pollucem legitur σκόλλυς. Apud Hesychium in serie sua σκολλίς. Apud Athenæum lib. xi. pag. 494 σκόλλυς: quæ lectio reliquis præferenda est.

10 Ἀπεσκοτωμένα. ἐσκ.] Eadem leguntur apud Hesychium.

11 Ἀπεσκύθιζον. κυρ. τὸ ἀποτ.] Vide Hesych. v. Ἀποσκυθίσαι. & v. Ἐσκυθισμένη.

12 Οὐδὲ τῶν Ἐπικούρου λόγων ἀπεσπ.] Apud Philostratum *de Vit. Apoll.* lib. 1. cap. v. locus hic ita legitur: Διῆκεν δὲ καὶ τῶν Ἐπικούρου λόγων· οὐδὲ γὰρ τούτους ἀπεσπούδασε.

γὰρ

γὰρ οὐκ ἀπεστάτει τῆς τοῦ Λέοντος ἐπωνυμίας. οὕτω γὰρ καὶ τὸ ζῶον ποιεῖν εἴωθεν. Οὐκ ἀπεστάτει, οὐ παρήλλαττεν. Σοφοκλῆς·

Μέγας, [1] χνοάζων ἄρτι λευκανθὲς κάρα,
Μορφῆς δὲ τῆς σῆς οὐκ ἀπεστάτει πολύ.

περὶ Λαΐου φησὶν Ἰοκάστη.

Ἀπεσταύρουν. σταυροῖς ἔφραττον. [2] Θουκυδίδης· Λίθοις δὲ καὶ πλίνθοις χρώμενοι, καὶ κόπτοντες τὰ δένδρα, καὶ ὕλην ἐπιφέροντες, ἀπεσταύρουν εἴπη δέοιτό τι.

Ἀπέστησεν. ἐκώλυσεν. ἐπέσχε. Πολύβιος· Ἐκεῖνον γὰρ οὔτε σκότος, οὔτε χειμῶνος μέγεθος ἀπέστησεν οὐδέποτε τῆς προθέσεως· ἀλλὰ καὶ ταῦτα διαθέμενος, καὶ τὰς ἀῤῥωστίας ἐκπονῶν καθῆστο, καὶ διευτυχήκει πάντα τὸν χρόνον. Καὶ αὖθις Πολύβιος· Ἀποσχόντες τῆς ἰδίας παρατάξεως ἐφ' ἱκανόν τινα τρόπον, οἱ μὲν πλείους ἀπέστησαν· δύο δὲ ἐπιπολὺ προῆλθον. ἀντὶ τοῦ, ἐπέσχον τὸν δρόμον.

Ἄπεστιν. [3] ἀντὶ τοῦ ἀφέστηκε, μακράν ἐστιν. Ἀριστοφάνης·

Ἄπεστι [4] ἐπὶ Θρᾴκης φυλάττων Εὐκράτην.

Εὐκράτης οὗτος ἦν στρατηγὸς Ἀθηναίων, ὁ [5] καλούμενος Στύππαξ, δωροδέκος, καὶ προδότης, ὃς ἀπώλετο ὑπὸ τῶν τριάκοντα. οἱ δὲ, ὡς πιὼν κώνειον.

Ἀπεστομάτισαν. ἀπεφθέγξαντο.

Ἀπεστώ. [6] ὥσπερ Σαπφώ. παρὰ Καλλιμάχῳ ἡ ἀποδημία.

Ἀπέστω. οἰχέσθω. διωκέσθω.

Ὕπνος [7] δ' ἀπέστω γλυκύθυμος ὀμμάτων.

ἐπὶ τῶν βουλομένων φιλοσοφεῖν ὁ Σωκράτης φησίν.

Ἀπεστυφέλιξεν. ἐκίνησεν, ἔσεισεν.

Ἀπέσσυτο. ἐξέλιπε. σεύω, τὸ ὁρμῶ, καὶ σύω. ἀφ' οὗ τὸ σῦμι· ἔνθεν, τὸ ἔσσυτο, καὶ Ἀπέσσυτο, καὶ ἀπόσσυτος.

Ἀπεσφακέλισεν. οἱ μὲν γραμματικοὶ, ἐσάπη, ἀπεσφενδόνησε. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἀπεκάκησεν· ἔτι τὸ ἐξαίφνης ἀπέθανεν. ὁ δὲ [8] Ἀριστοφάνης ἀντὶ τοῦ ἀπεσπάσθη.

Ἀπέσφηλεν. ἀποτυχεῖν ἐποίησεν.

Ἀπέσχαζεν. Πλάτων Πρέσβεσι. καὶ σχάω, τὸ σχίζειν.

Ἀπεσχεδιάζετο. ἡτοιμάζετο.

Ἀπεσχοίνισεν. ἀπεχώρισεν. καὶ Ἀπεσχοινισμένος, ἀπεστερημένος. [9] Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος, ἀντὶ τοῦ ἀποκεκλεισμένος.

Ἀπετάφρευον. [10] Μένανδρος· Οἱ Ῥωμαῖοι γὰρ οὐκ

Eunapius: *Non enim a cognomine Leonis actiones ejus alienæ erant. Sic enim & animal illud facere solet.* Οὐκ ἀπεστάτει, non discrepabat, non differebat. Sophocles:

*Magnus erat, canisque albicans habebat caput,*
*Et a tua forma non multum discrepabat.*

Hæc de Laio Iocasta dicit.

Ἀπεσταύρουν. Vallis muniebant. Thucydides: *Lapidibus & lateribus utentes, arboresque cædentes, & materiam aggerentes, locum, sicubi opus erat, vallo muniebant.*

Ἀπέστησεν. Impedivit. Inhibuit. Polybius: *Illum enim neque tenebræ, neque tempestatis magnitudo a proposito unquam dimoverunt: sed illa constanti animo ferens, nec morbis succumbens, secunda fortuna semper usus est.* Et iterum Polybius: *Cum ab acie sua longe abessent, plerique cursum inhibuerunt: duo vero longius processerunt.* Hic τὸ ἀπέστησαν idem significat ac ἐπέσχον τὸν δρόμον, i. e. restiterunt, cursum inhibuerunt.

Ἄπεστιν. Distat. Procul abest. Aristophanes: *Procul hinc abest, in Thracia Eucratem custodiens.* Hic Eucrates erat dux Atheniensium, Styppax cognominatus, homo avarus & munera captans, & proditor: qui a triginta [Tyrannis] interfectus est. Alii vero dicunt, eum hausta cicuta obiisse.

Ἀπεστομάτισαν. Recitarunt.

Ἀπεστώ. [Declinatur] ut Σαπφώ. Apud Callimachum sic vocatur absentia & peregrinatio.

Ἀπέστω. Absit. Abeat. Pellatur.

*Somnus vero dulcis ab oculis absit.*

Hæc Socrates [apud Aristophanem] de illis dicit, qui philosophiæ operam dare volunt.

Ἀπεστυφέλιξεν. Movit. Quassavit. Agitavit.

Ἀπέσσυτο. [Discessit. Abiit.] Verbum σεύω significat ruo, impetum facio: pro quo etiam dicitur σύω. Hinc σῦμι: unde ἔσσυτο & ἀπέσσυτο, & ἀπόσσυτος.

Ἀπεσφακέλισεν. Secundum Grammaticos significat putrefactus est, funda emisit, ignaviter se gessit. Item, repente mortuus est. Aristophanes vero voce illa usus est pro ἀπεσπάσθη, avulsus est.

Ἀπέσφηλεν. Effecit, ut quis spe & voto suo excideret.

Ἀπέσχαζεν. Hac voce usus est Plato Πρέσβεσι. Et σχάω, findere.

Ἀπεσχεδιάζετο. Ex tempore parabatur.

Ἀπεσχοίνισεν. Funiculo separavit. Et Ἀπεσχοινισμένος, privatus. Demosthenes in oratione contra Aristogitonem usus est pro ἀποκεκλεισμένος, exclusus.

Ἀπετάφρευον. Fossa cingebant. Menander:

1 Μέγας, χνοάζων ἄρτι λευκ.] Hæc sunt verba Sophoclis in *Oed. Tyr.* pag. 183. ut Portus monuit.

2 Θουκυδίδης. Λίθοις δὲ καὶ πλ. χρ.] Lib. IV. cap. LXIX. ubi Scholiasta τὸ ἀπεσταύρουν exponit per χαρακώμασιν ἐτείχιζον.

3 Ἄπεστι] In prioribus Edit. male excusum est ἀπέστω: cujus loco ἄπεστι ex MSS. Paris. reposui. Hanc enim veram esse lectionem manifeste probat locus Aristophanis, in nota sequente a nobis citatus, quem Suidas hic interpretatur.

4 Ἄπεστ' ἐπὶ Θρᾴκης φυλάττων Εὐκράτην] Senarius hic in prioribus Edit. corruptus & mutilus circumfertur, quem ex Aristoph. *Lysistrata* pag. 840. emendavimus & supplevimus.

5 Ὁ καλούμενος Στύππαξ] Rationem, quare Eucrates hic Στύππαξ vocatus fuerit, docet Scholiasta Aristoph. ad *Equites* pag. 295.

6 Ἀπεστώ] Hujus commatis vocabula etiam sunt Αἰεστώ, & Εὐεστώ, de quibus vide infra suis locis.

7 Ὕπνος δ' ἀπέστω γλυκ.] Hæc sunt verba Socratis apud Aristoph. *Nubibus* pag. 167. (98. Ed. Bas. *P.*)

8 Ὁ δὲ Ἀριστοφάνης ἀντὶ τοῦ ἀπ.] Locus Aristophanis, ad quem Suidas hic respicit, in ejus dramatibus, hodie superstitibus, ni fallor, non exstat.

9 Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστ. ἀντὶ τοῦ ἀποκεκλ.] Ex Harpocratione.

10 Μένανδρος· Οἱ Ῥωμαῖοι γὰρ οὐκ ἀπεστ.] Hic locus non exstat in Exceptis, quæ beneficio Constantini Imperatoris ex Menandri

ἀπεταίφρευον τὸ περίτειχον, ὅτε μὲν ἐν ἐπιστήμῃ πάμπαν τὸ τοιόνδε εἶχον περίτειχον, ἢ Μαυρίκιον τὸν Παύλου ἡγήσασθαι τοῦ ἑῴου πολέμου. ἐπειδὴ δὲ, ὅτε τὴν στρατηγίαν εἶχεν, ἡγεμονεύσαντι αὐτῷ τῆς ἐπὶ τὴν βασιλείαν ἀτραποῦ, τὸ τοιόνδε ῥᾳθυμίᾳ [1] παρορθὲν ἐς τὸ δέον ἐπανήγαγε. Ῥωμαίοις γὰρ μὴ βουλομένοις ἦν τὸ χρῆμα, καὶ εἰς λήθην καθώλισθεν. πόνος γὰρ ἔχθρὸς πολέμιος.

Ἀπετέμετο. περιέκοψε. διεχώρισε. Καὶ ἀνύσας ἐπὶ τὸν ἰσθμὸν τῶν Σινωπέων, ἀπετέμετο τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ πάντας.

Ἀπετείχιζον. ἀπεχώριζον. ἀπεκώλυον.

Ἀπετιμήσατο. [2] ἀντὶ τοῦ ἀποτίμημα ἔλαβεν. οὕτως Δημοσθένης. καὶ Ἀποτίμησις, τὸ ἀποτίμημα.

Ἀπετίνυον. ἀπεδίδουν.

Ἀπέτισεν. ἀπέδωκεν.

Μοσχίῳ δ' ἀπέτισεν ὁ θὴρ ἀνθ' αἵματος αἷμα
Βληθείς.

Ἀπέτηλον. ἐν [3] Ἐπιγράμματι·

Καὶ ταύτην ἀπέτηλον ἁλοσκίρτητον ἐλαίην.

Ἀπετμήθη. ἀπεκόπη.

Ἀπετρίψαντο. ἀπελογήσαντο. οἱ δὲ πρὸς ἕκαστον τῶν ἐγκαλουμένων οὐ μόνον ἀπετρίψαντο τὰς διαβολὰς, ἀλλὰ καὶ τιμηθέντες ἐπανῆλθον εἰς τὴν οἰκίαν.

Ἀπετρύετο. κατεδαπανᾶτο. Καὶ [4] περὶ τὰς τῶν δείπνων παρασκευὰς τὸ πολὺ τῶν δημοσίων [5] ἀπετρύετο. Καὶ αὖθις [6] Εἰ τοῦτον τὸν ἆθλον προὔτεινεν Εὐρυσθεὺς Ἡρακλεῖ, σφόδρα ἂν αὐτὸν ἀπέτρυσεν.

Ἀπευκός. ἀπρεπές.

Ἀπευήκασιν. ἀπεξηραμμέναι εἰσίν.

Ἀπευθέες. ἄπειροι. ἀπαίδευτοι. καὶ Ἀπευθής. ἄφημος.

Ἀπευθύνει. κολάζει. καὶ Ἀπευθύνοντα, τιμωρίαν ἀπαιτοῦντα. [7] Σοφοκλῆς· Δεσμοῖς ἀπευθύνοντα.

Ἀπεύχομαι. αἰτιατικῇ. καὶ ἀπευκταῖον, καὶ εὐκταῖον διὰ διφθόγγου. Ἀπευκτὸν δὲ, μισητόν.

Ἀπέφησεν. ἀντὶ τοῦ [8] ἀπέφησε. Μένανδρος.

Ἀπέφθου [9] χρυσίου. τουτέστι τοῦ πολλάκις ἑψηθέντος, ὥστε γενέσθαι ὄβρυζον. [10] Χρυσί' ἄπεφθά τε τοῖς [11] Παλαικοῖς ἐμφερῆ.

Ἀπεφλαύριζεν. ἐκάκιζεν. Ὁ δὲ τούτοις ἀντιπαρ-

*Romani antea* [*castra sua*] *fossis non muniebant, nec rei ejus rationem ullo modo norant, antequam Mauricius, Pauli filius, in Oriente belli dux constitueretur. Ille vero ad dignitatem ducis evectus, quæ ipsi postea viam ad Imperium paravit, rem illam, per socordiam diu intermissam, in usum revocavit. Romanis enim molestiam & laborem subterfugientibus, res illa in desuetudinem abierat. Labor enim ignaviæ & pigritiæ inimicus est.*

Ἀπετέμετο. Circumcidit. Diremit. Separavit. *Cum in Sinopensium Isthmum pervenisset, incolas ejus regionis omnes commeatu interclusit.*

Ἀπετείχιζον. Muro separabant. Intercludebant.

Ἀπετιμήσατο. Pignus dotis accepit. Sic Demosthenes. Et Ἀποτίμησις, pignus, [quod maritus pro dote dare tenebatur.]

Ἀπετίνυον. Reddebant.

Ἀπέτισεν. Reddidit. Rependit. *Fera novello germine percussa sanguinem pro sanguine reddidit.*

Ἀπέτηλον. Foliis carentem. In Epigrammate:

*Et hanc foliis carentem & in sale natantem olivam.*

Ἀπετμήθη. Resectus est. Amputatus est.

Ἀπετρίψαντο. Se purgarunt. Crimina diluerunt. *Illi vero ad singula crimina respondentes non solum calumnias refutarunt, sed etiam honorati domum redierunt.*

Ἀπετρύετο. Consumebat. Absumebat. *Et sumptuosis cœnis magnam publicæ pecuniæ partem absumebat.* Et iterum: *Si Eurystheus hoc certamen Herculi proposuisset, maxime eum vexaturus fuisset.*

Ἀπευκός. Indecorum.

Ἀπευήκασιν. Exsiccati sunt. Arefacti sunt.

Ἀπευθέες. Imperiti. Indocti. Et Ἀπευθής, Inglorius. Obscurus.

Ἀπευθύνει. Punit. Corrigit. Et Ἀπευθύνοντα, pœnas exigentem. Sophocles: *Vinculis punientem.*

Ἀπεύχομαι. Abominor. Accusativo jungitur. Et Ἀπευκταῖον & εὐκταῖον per diphthongum scribitur. Ἀπευκτὸν vero, odiosum, infaustum.

Ἀπέφησεν. Pro ἀπέφησε, negavit. Menander.

Ἀπέφθου χρυσίου. Auri sæpe excocti, donec obryzum fiat. *Frusta auri purissimi Patæcis similia.*

Ἀπεφλαύριζεν. Vituperabat. Contemnebat.

historia hodie supersunt, & inter Eclogas de Legationibus ab Hœschelio edita sunt.

1 Παρορθὲν] Sic recte habent non solum MSS. Paris. sed etiam Editio Mediolanensis. In Edit. vero Bas. & Genev. per negligentiam typographorum excusum est παρορθὲν, pro quo Portus conjectura haud sane felici παρωθὲν reponendum putabat.

2 Ἀπετιμήσατο. ἀντὶ τοῦ ἀποτ.] Vide infra v. Ἀποτιμηταί, & v. Ἐπιτιμᾶται.

3 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. VI. cap. VII. Epigr. XII. ut Portus monuit.

4 Καὶ περὶ τὰς τῶν δείπνων παρασκ. τὸ πολὺ τῶν δημοσίων ἀπετρ.] Hæc in prioribus Edit. desunt, quæ nunc demum ex 2 MSS. Paris. revocavi. Depromptum est autem hoc fragmentum ex Collectaneis Constantini, a Vales. editis, pag. 814. idemque repetitur infra v. Βοίσκος, & v. Ἡγεῖται.

5 Ἀπετρύετο] Sic etiam scriptum est infra v. Βοίσκος, & v. Ἡγεῖται. Sed in Collectaneis Constantini rectius, ut puto, legitur ἀπηρύγετο.

6 Εἰ τοῦτον τὸν ἆθλον πρ.] Hæc sunt verba Nicolai Damasceni apud Constantinum in Collectaneis a Vales. editis, pag. 421.

7 Σοφοκλῆς· Δεσμοῖς ἀπευθ.] In Ajace v. 72. ut Portus observavit.

8 Ἀπέφησε] Sic habent MSS. Paris. In prioribus vero Edit. legitur ἀπέφησεν.

9 Ἀπέφθου χρυσίου. τουτέστι πολλ. ἑψηθ. ὥστε γενέσθαι ὄβρυζον] Hæc sunt verba Scholiastæ Thucydidis ad lib. II. cap. XIII. pag. 93.

10 Χρυσί' ἄπεφθά τε τοῖς Παλ.] Ut senarius sit ἀμέτρως, lege, Καὶ χρυσί' ἄπεφθα τοῖς Παταικοῖς ἐμφερῆ. Quænam sit autem Poetæ anonymi mens ex tam brevi & obscuro fragmento colligere non possumus.

11 Παλαικοῖς] An Παταικοῖς? Vide infra voce Πάταικοι.

τε, καὶ ἀπεφλαύριζε τὰ λεγόμενα. Καὶ αὖθις· [1] Περιεφρόνησε δὲ ὅμως αὐτὸν καὶ ἀπεφλαύριζεν.

Ἀπέφερον. ἀφεῖσαν.

Ἀπεφρύγοντο. Οἱ δὲ ὑφ' ἡδονῆς ἀπεφρύγοντο, πρός τε τὸ μέλος, καὶ τὴν συνθήκην, χακῶς ἑαυτοὺς ἐπιτρίβοντες, φλυάρους διαπλέκοντες, καὶ ἀποπερώντες, ὑφ' ἡδονῆς ἀπεφρύγοντο.

Ἀπεχειρίσθη. τὴν χεῖρα ἀφῃρέθη. Ὃς μετὰ πολλὰς αἰκίας καὶ στρεβλώσεις ἀπεχειρίσθη τὴν δεξιάν.

Ἀπεχθάνομαί σοι. καὶ Ἀπεχθάνοντο, ἐμισοῦντο. καὶ Ἀπέχθεσθαι. λέγουσι δὲ καὶ Ἀπεχθάνεσθαι.

Ἀπέχθεια. μῖσος. καὶ Ἀπεχθὴς, ἐχθρός. μισητός. καὶ Ἀπεχθησόμενος, ἀντὶ τοῦ ἐχθρὸς γενησόμενος. Ἤιδει γὰρ ὁ Ἀντήνωρ ἀπεχθησόμενος τῷ τοῦ βασιλέως υἱῷ. καὶ Ἀπεχθήσω, μισήσω.

Ἀπ' ἐχθρῶν πολλὰ μανθάνουσιν οἱ σοφοί. ἡ γὰρ εὐλάβεια σώζει πάντας. παρὰ μὲν φίλου, οὐ μάθοις ἂν τοῦθ'. ὁ δ' ἐχθρὸς αὐτὸς ἐξαναγκάσει. Καὶ [2] Μένανδρος· Οὐχ ὅθεν ἀπωλόμεθα, σωθείημεν ἂν παρὰ τῶν ἐχθρῶν; φοβούμενοι γὰρ τοὺς ἐχθροὺς, ὠφελούμεθα παρ' αὐτῶν· ἔκ τε τῶν ἐχθρῶν πολλὰ χρήσιμα διδασκόμεθα πρὸς φυλακὴν καὶ πρόνοιαν. αὐτίχ' αἱ πόλεις παρ' ἀνδρῶν ἔμαθον ἐχθρῶν κ' οὐ φίλων ἐκποιεῖσθ' ὑψηλὰ τείχη, ναῦς τε κεκτῆσθαι μακράς. τὸ δὲ μάθημα τοῦτο σώζει παῖδας, οἶκον, χρήματα.

Ἀπέχω. αἰτιατικῇ. ἀντὶ τοῦ ἀπέλαβον. Ὡς ἀπέχομέν γε τὴν χάριν, εἰ δή τις ὀφείλεται καὶ νεωτέρῳ παρὰ ἀδελφοῦ πρεσβύτου τοῦ πείθεσθαι χάρις. Καὶ αὖθις ἐν Ἐπιγράμματι· [3] Τὸ χρέος ἀπέχεις, Ἀσκληπιὲ, τὸ πρὸς γυναικὸς Δημοδίκης. καὶ Ἀπέχω τὰ τροφεῖα. Ἀπέχομαι δὲ, γενικῇ. Εἰ γὰρ ὁ Ἀδὰμ ἀπέσχετο τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως.

Ἀπεχώρησεν. [4] Ὁ δὲ παρὰ Μάνον ἀπεχώρησε, δεξιάς τε παραβὰς, ἃς βασιλεῖ ἔδωκε, καὶ ὅρκους πατήσας, οὓς ὤμοσεν.

Ἀπεχρᾶτο. Ἡρόδοτος μὲν ἀντὶ τοῦ ἀρκεῖν ἡγεῖτο. Θουκυδίδης δὲ Ἀπεχρῶντο ἀντὶ τοῦ ἀνῄρουν.

Ἀπέχρη. ἤρκει.

Ἀπεχρήσατο. ἀπέκτεινε. καὶ Ἀπεχρήσαντο, διεχρήσαντο, καὶ ἀπέκτειναν. Λημνίαις Ἀριστοφάνης·

Τοὺς ἄνδρας ἀπεχρήσαντο τοὺς παιδοσπόρους.

Ἀπέχρησε δὲ, ἐχρησμοδότησεν. Καὶ τρὶς οὐχ ἅπαξ ἀπέχρησέν οἱ, Τυρίοις εἰπεῖν ἀποστῆναι τῶν ἀμφὶ Δαρεῖον. Σημαίνει δὲ τὸ Ἀπέχρησε καὶ τὸ ἐξήρκεσεν.



*Ille vero hic resistebat, & quæ dicebantur cum contemptu elevabat.* Et iterum: *Ipsum tamen contemnebat & nihili faciebat.*

Ἀπέφερον. Asportarunt. Dimiserunt.

Ἀπεφρύγοντο. Torrebantur. Flagrabant. * * * * * *

Ἀπεχειρίσθη. Manu truncatus est. *Qui post multos cruciatus & tormenta manu dextra truncatus est.*

Ἀπεχθάνομαί σοι. Tibi sum odiosus. Et Ἀπεχθάνοντο, odiosi erant. Et Ἀπέχθεσθαι, sive Ἀπεχθάνεσθαι, odiosum esse.

Ἀπέχθεια. Odium. Et Ἀπεχθὴς, inimicus, odiosus. Et Ἀπεχθησόμενος, inimicus futurus. *Sciebat enim Antenor se Regis filio odiosum fore.* Et Ἀπεχθήσω, odio prosequar.

Ἀπ' ἐχθρῶν πολλ. *Ab inimicis multa discunt sapientes. Cautionem enim, quæ omnibus saluti est, nemo ab amico didicerit. Sed inimicus nos cautos esse cogit.* Menander: *Nonne inimici, qui nos perdiderunt, nobis salutis causa erunt? Dum enim inimicos timemus, utilitatem ex illis percipimus; & ab iisdem multa discimus, quæ nos cautos & providos reddunt. Ne longe abeamus, urbes profecto ab inimicis, non ab amicis didicerunt excelsos muros extruere, & naves longas sibi comparare. Hæc autem scientia liberos, familiam & opes conservat.*

Ἀπέχω. Recepi [mercedem vel præmium.] Accusativo jungitur. *Relata est nobis gratia: si modo fratri juniori a seniore pro obsequio gratia debetur.* Et in Epigrammate: *En habes debitum, Æsculapi, quod pro uxore Demodice [Aceson debuit.]* Et Ἀπέχω τὰ τροφεῖα, præmia educationis reddita mihi sunt. Ἀπέχομαι vero, abstineo, genitivo jungitur. *Si enim Adam abstinuisset ab arbore scientiæ.*

Ἀπεχώρησεν. Abiit. *Ille vero ad Mannum abiit, violata fide, quam Regi dederat, & spreto jurejurando, quo sese obstrinxerat.*

Ἀπεχρᾶτο. Apud Herodotum hæc vox significat, satis esse putabat. Thucydides vero τὸ Ἀπεχρῶντο accepit pro ἀνῄρουν, i. e. interfecerunt.

Ἀπέχρη. Sufficiebat.

Ἀπεχρήσατο. Interfecit. Et Ἀπεχρήσαντο, interfecerunt. Aristophanes *Lemniis*: *Viros interfecerunt liberorum satores.* Ἀπέχρησε vero, oraculum edidit, respondit. *Ter autem, non semel, ab oraculo jussus est Tyriis dicere, ut a Dario deficerent.* Ἀπέχρησε etiam significat, sufficit, satis fuit. *Deinde, non satis ipsi fuit hostes vicisse, sed etiam Apollinis templum spoliaam:*

1 Περιεφρόνησε δὲ ὅμως αὐτὸν καὶ ἀπεφλ.] Hæc sunt verba Menandri in *Excerpt. Legat.* pag. 104.

2 *Μένανδρος· Οὐχ ὅθεν ἀπωλόμεθα, κτλ.*] Elegans hoc fragmentum non memini me legisse in Excerptis, quæ ex Menandro Constantinus nobis conservavit. Quare ex integra ejus historia locum hunc descripserit Suidas.

3 Τὸ χρέος ἀπέχεις, Ἀσκληπιὲ, τὸ πρὸς γυν.] Locus hic emendandus & supplendus est ex Anthologia inedita, ex qua integrum Epigramma Callimachi, cujus verba ista pars sunt, hic subjiciam:

Τὸ χρέος ὡς ἀπέχεις, Ἀσκληπιὲ, τὸ πρὸ γυναικὸς
Δημοδίκης Ἀκέσων ὤφελεν, εὐξάμενος,
Γινώσκειν· ἢν δ' ἄρα λάθῃ, καὶ μιν πάλιν αἰτῇς,
Φησὶ παρέξεσθαι μαρτυρίην ὁ πίναξ.

Idem Epigramma editum est ab amicissimo Bentleio ad Callimachum, pag. 228.

4 Ὁ δὲ παρὰ Μάνον ἀπεχ.] Idem fragmentum repetitur infra v. Δεξιάς.



Εἰ-

Εἶτα οὐκ ἀπέχρησεν οἱ κρατῆσαι τῶν ἐχθρῶν, ἀλλὰ καὶ τὸν νεὼν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐσύλησε. Καὶ αὖθις· Ἀπέχρησε μὲν ἔτι καὶ ταῦτα κάκιστα ἀνθρώπων ἀπολέσαι αὐτόν.

vit. Et iterum: *Vel hæc suffecissent ad eum pessime perdendum.*

Ἀπεψησάμην. [1] κατεμαξάμην. Ἀποψᾶν γὰρ λέγουσι τὸ ἐκμάσσειν. καὶ Ἀπέψησαν. ἀπέμαξαν.

Εἰ [2] δέ που πέσοιεν εἰς τὸν ὦμον ἐν μάχῃ ποτὲ,
Τοῦτ' ἀπεψήσαντ' ἄν.

τοῦτο [3] ψευδόπτωμα λέγεται, ὅταν οἱ πεσόντες ἐξαναστάντες ἀποψῶσι τὴν κόνιν, ἵνα μὴ ἐλέγχοιτο τοῦ πτώματος ἔχειν. Καὶ ἐν Πλούτῳ· Ἀποψώμεθα δ' οὐ λίθοις ἔτι. καὶ [4] Ἀπεψήσας, ἑφθὸν ποιήσας. ἢ ἀντὶ τοῦ καινουργήσας. [5] Ἀριστοφάνης·

Τὸν δῆμον ἀπεψήσας ὑμῖν, καλὸν ἐξ αἰσχροῦ πεποίηκας.

ἀντὶ τοῦ, ἐκαινούργησας. ὥσπερ ἡ Μήδεια λέγεται τὰς τροφοὺς τοῦ Διονύσου ἀπεψήσασα [6] ἀνανεάσαι ποιῆσαι.

Ἀπεψησάμην. Abstersi. Ἀποψᾶν enim significat abstergere. Et Ἀπέψησαν, absterserunt, excusserunt. *Nam si forte in aliqua pugna in humerum cecidissent, id illico abstergebant.* Hoc ψευδόπτωμα vocant: cum nimirum illi, qui ceciderunt, illico surgentes, abstergunt pulverem, ne ejus indicio cecidisse arguantur. Et in *Pluto: Lapidibus autem nos non amplius abstergimus.* Et Ἀπεψήσας, qui recoxit, vel renovavit. Aristophanes: *Populum recoctum ex deformi & turpi pulchrum reddidisti.* Id est, renovasti. Sicut Medea Bacchi nutrices recoctas juventuti restituisse dicitur.

Ἀπεψηφίσαντο. τουτέστι κατεδίκασαν. Ἡ δὲ βουλὴ τῇ διαγνώσει πεισθεῖσα τῶν πεπραγμένων, ἀπεψηφίσατο τοῦ ἀνθρώπου, ἐπεὶ αὐτοῦ οὐκ ἐπελθόντος, ἀλλ' ἀμυνομένου τὸ μίασμα γένοιτο. Καὶ αὖθις· Τῶν δὲ στρατηγῶν δύο μὲν ἔφυγον πρὸ κρίσεως. Κόνωνος δὲ ἀπεψηφίσαντο. [7] ἀντὶ τοῦ, ἀπεδοκίμασαν. καὶ Ἀπεψηφισμένοι. † [8] Ἐπὶ τοῖς δήμοις ἀποψηφίσεις ἐγένοντο τῶν γεγραμμένων μὲν εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, οὐκ ὄντων δὲ ἀστῶν, ἀλλὰ παρεγγεγραμμένων εἰς τὴν πολιτείαν· καὶ οὗτοι ἐλέγοντο Ἀπεψηφισμένοι· ἐπειδὴ ψήφου περὶ αὐτοῖς ἐπαχθείσης, οὐκέτι μετεῖχον τῆς πολιτείας. Ὑπερείδης ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα· Ὅπως πρῶτον μὲν μυριάδας πλείους ἢ δεκαπέντε, τοὺς ἐκ τῶν ἔργων τῶν ἀργυρείων, καὶ τοὺς κατὰ τὴν ἄλλην χώραν· ἔπειτα τοὺς ὀφείλοντας τῷ δημοσίῳ, καὶ τοὺς ἀτίμους, καὶ τοὺς ἀπεψηφισμένους, καὶ τοὺς ἀποίκους.

Ἀπεψηφίσαντο. Sententiam contra aliquem tulit. [Item, absolvit.] *Senatus vero cum de iis, quæ gesta erant, cognovisset, hominem absolvit, quod eo vim non inferente, sed propulsante piaculum commissum fuisset.* Et iterum: *E ducibus duo ante judicium aufugerunt. Cononem vero absolverunt.* Et Ἀπεψηφισμένοι, ex albo civium erasi. † Populi Atticæ suffragiis suis jure civitatis eos privabant, qui, cum cives non essent, Albo civium per fraudem inscripti erant. Et hi dicebantur Ἀπεψηφισμένοι: quoniam suffragio contra eos lato, jure civitatis privabantur. Hyperides in oratione contra Aristogitonem: *Primum quidem numerum centies & quinquagies mille hominum excessisse sciatis eos, qui argenti metalla exercent, & per aliam regionem sparsi sunt; deinde, ærario debentes, & ignominia notatos, & ex Albo civium expunctos, & colonos.*

Ἀπέψον. τὸ ἕψον. διὰ τοῦ ο μικροῦ. Ἀπέψων δὲ, τὸ ἀπεσπόγγιζον, διὰ τοῦ ω μεγάλου.

Ἀπέψον. Per ο parvum, coquebant. Ἀπέψων vero, per ω magnum, spongia abstergebant.

Ἀπεψωλημένοις. ἐν τῷ Ἀκράτεα.

Ἀπεψωλημένοις. Recutitis. Quibus glans veretri nudata est. Vide in v. Ἀκράτεα.

Ἄπει. ἀντὶ τοῦ ἀπελεύσῃ. Σοφοκλῆς.

Ἄπει. Pro ἀπελεύσῃ, abibis. Sophocles.

Ἀπεῖδεν. Ὁ δὲ στρατηγὸς, ἐπεὶ ἀπεῖδεν εἰς αὐτὸν ὀργῇ διακεκαυμένος, θανάτῳ τὸν Γέτην ἐκόλασεν. ἀντὶ τοῦ, μετὰ δριμύτητος ἐθεάσατο.

Ἀπεῖδεν. Torve intuitus est. *Imperator vero, cum ira ardens torvis oculis eum aspexisset, Getam morte mulctavit.*

Ἀπειθεῖν. δοτικῇ. ἀπιστεῖν. καὶ [9] Ἀπειθὴς, οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ δυσπειθοῦς ἀνθρώπου, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τόπου. Αἰλιανός· [10] Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι, ἔνθα ἂν τοῖς ἐχθροῖς ἐνέτυχον, ἐνταῦθα δὴ που καὶ ἠγωνίζοντο, εἴτε εἶεν ἀπειθεῖς οἱ τόποι καὶ τραχεῖς, εἴτε καὶ εὐφυεῖς δέξασθαι ὁπλίτας, καὶ εὐήλατοι.

Ἀπειθεῖν. Dativo jungitur. Aliquid non credere. Et Ἀπειθὴς non solum dicitur de homine, cui difficulter aliquid persuadetur, sed etiam de loco [iniquo & adscensu difficili.] Ælianus: *Romani enim, ubicunque in hostes incidissent, illic pugnabant, sive locus iniquus esset & asper, sive militibus armatis recipiendis aptus, & equitabilis.*

1 Ἀπεψησάμην. κατεμαξάμην. Ἀποψᾶν γὰρ λέγουσι τὸ ἐκμ.] Hæc sunt verba Scholiastæ Aristoph. ad *Ranas*, pag. 235.

2 Εἰ δέ που πέσοιεν εἰς τὸν ὦμον ἐν μ.] Hæc sunt verba Aristoph. *Equit.* pag. 322. quæ etiam leguntur infra v. ψευδόπτωμα.

3 Τοῦτο ψευδ. λέγεται. ὅταν οἱ πεσ. ἐξαν. ἀποψ. τὴν κόνιν, ἵνα μὴ ἐλ. τοῦ πτ. ἔχειν] Hæc sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

4 Ἀπεψήσας, ἑφθ.] Scribe ἀφεψήσας, ab ἀφεψεῖν, idque suo loco redde. Hæc enim ad vocem ἀπεψησάμην minime pertinent.

5 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 361. (255. Ed. Bas. *P.*) ubi recte legitur ἀφεψήσας. Vide ibi veterem Enarratorem.

6 Ἀνανεάσαι ποιῆσαι] Sic recte habet unus MS. Paris. & Scholiasta Aristoph. loco laudato. In prioribus vero Edit. legitur ἀνανεώσασα ποιήσασα.

7 Ἀντὶ τοῦ, ἀπεδοκίμασαν] Non assentior hic Suidæ de interpretatione vocis ἀπεψηφίσαντο. Videtur enim potius in fragmento, quod adducit, accipiendum esse pro *absolverunt*.

8 Ἐπὶ τοῖς δήμοις ἀποψηφ.] Vide Schol. Aristoph. ad *Vesp.* pag. 483. & infra v. Ἀποψηφισθεὶς.

9 Ἀπειθὴς, οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ ἀνθρ.] Vide infra v. Ἀπειθής.

10 Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι, ἔνθα ἂν τοῖς ἐχθ.] Vide infra v. Ἐνέτυχον.

Ἀπειθῶ. δοτικῇ. διψθογγον. [1]Ἀπιθῶ δὲ, περισπωμένως, ὡς τό·

[2]Ὧι δρύες οὐκ ἀπίθησαν, ὅτῳ συνάμ' ἕσπετο πέτρη
Ἄψυχος.

Ἀπείκασμα. ὁμοίωμα.

Ἀπεικός. ἄτοπον. ἀπρεπές.

Ἀπειλή. ἡ ὀργή.

Ἀπειλημμένος. κεκρατημένος.

Ἀπειλητῆρες. [3] καυχηταί. καὶ Ἀπειλῶν, δοτικῇ. καυχώμενος.

Ἀπείπατο. ἀπηρνήσατο. Ὁ δὲ τὴν πατρίδα ἀπείπατο, καὶ Θούριος ἀνερρήθη. καὶ Ἀπεῖπεν, ἀπηγόρευσεν. ἀπεφήνατο. Ὁ δὲ ἀπεῖπεν ἅπασι μήτε ἄριστον αἱρεῖσθαι, μήτε ἀποδαρθεῖν, μήτε ἀποθωρακίσασθαι τῶν πάντων οὐδένα. καὶ Ἀπειπεῖν, ἀντὶ τοῦ κελεῦσαι μὴ πράττειν. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος· [4]Καὶ τοὺς μὲν τῶν ἄλλων Ἀθηναίων παῖδας, ὧν οἱ πατέρες βοηθήσαντες ὑμῖν ἔτι ζῶσι, ἀπειπεῖν ἐν τοῖς νόμοις μήτε ἄδικον, μήτε δίκαιον λέγειν. καὶ Ἀπειπεῖν, ἀντὶ τοῦ ἀποκαμεῖν καὶ ἀδυνατῆσαι. ἢ Ἀπειπεῖν, ἀπαρνήσασθαι, ἀποποιήσασθαι φιλίαν. Καὶ ἀπειπάμενοι τὴν χάριν καὶ τὴν δωρεὰν διὰ τὸ γεγονὸς παρασπόνδημα.

Ἀπειπών. ἐντειλάμενος. Ἀπειπὼν μηδενὶ φράζειν τὸ γεγονός. καὶ Αἰλιανός· Ὀλίγοι μὲν ἀπεῖπον πεμφθῆναί οἱ τὸν θρίαμβον. ἢ Ἀπειπών. ἀποκαμών. ἀπαγορεύσας. Ὀρρωδοῦντες, μή τις αὐτῶν ἀπειπὼν τοῖς παροῦσι, κίνδυνον ἀναρρίψας [5]ὑπαναρθῆναι δυνηθῇ πρίτος ὧν ὅσπερ ἔμελλε δικαιώσειν αὐτούς.

Ἀπειπών. ἀπαρνησάμενος, παραιτησάμενος. Οὐκ ἂν ἔφησεν ἅψασθαι τροφῆς, εἰ μὴ τὸν φόνον τὸν βαρβαρικὸν ἱστορήσειεν. ὁ δὲ ἀπειπὼν τὴν εὐωχίαν συνηπείγετο πρὸς τὴν θέαν.

Ἀπείρατον. ἀδοκίμαστον. Οὐκ ἀπείρατον αὐτῷ ἔδοξεν ἐκλιπεῖν, εἴ πη ὁ Χοσρόης γνωσιμαχήσας [5]ἀποδύσηται τοῖς ἐκ Ῥωμαίων τε καὶ αὐτοῦ ξὺν δίκῃ ἀξιουμένοις.

Ἀπειργάσθαι. ἀντὶ τοῦ ἀποδεδεῖχθαι. Ξενοφῶν.

Ἀπειραίη. [6] ἡ ἄποθεν παροῦσα. Ἠπειρωτική.

Ἀπειρέσια. ἄπειρα τῷ πλήθει.

Ἀπείρηκα. δοτικῇ. κέκμηκα. Ὁ δὲ ἀμφὶ τὴν ἐσχάτην πορείαν τοῦ βίου ὢν ἐγεγηράκει, καὶ ἀπειρηκέναι τοῖς πόνοις ἐδόκει. Καὶ αὖθις· [7]Διά τοι τοῦτο ἀπειρήκασι Μῆδοι τῶν εἰρηναίων σπονδῶν, καὶ πάλιν αὐτοῖς ἀναζωπυρεῖται τὸ φιλοπόλεμον.

Ἀπειθῶ. Parere recuſo. Dicitur etiam ἀπιθῶ, per ι. ut in Epigrammate: *Cui quercus paruerunt, & quem ſecuta eſt rupes inanimata.*

Ἀπείκασμα. Similitudo. Effigies.

Ἀπεικός. Abſurdum. Indecorum. Ineptum.

Ἀπειλή. Minæ. Ira.

Ἀπειλημμένος. Interceptus. Captus.

Ἀπειλητῆρες. Jactatores. Et Ἀπειλῶν, jactans.

Ἀπείπατο. Abnegavit. *Ille vero patriam abnegavit, & Thurius eſt vocatus.* Et Ἀπεῖπε. Interdixit. Edixit. *Ille vero omnibus interdixit ne pranderent, neve dormirent, nec thoracem quiſquam exueret.* Et Ἀπειπεῖν. Jubere ne quid fiat. Lyſias in oratione contra Cteſiphontem: *Et cæterorum quidem Athenienſium liberis (quorum parentes adhuc vivunt, qui nobis opem tulerunt) leges interdicere, ut nihil vel injuſti vel juſti dicant.* Et Ἀπειπεῖν, moleſtiæ alicui ſuccumbere, nec eam ferre poſſe. Vel Ἀπειπεῖν, abnegare, recuſare. *Et recuſantes beneficium & donum ob violatum fœdus.*

Ἀπειπών. Qui mandavit, [qui interdixit.] *Cum ei interdixiſſet, ne ulli hominum enuntiaret, quod acciderat.* Et Ælianus: *Pauci quidem ei triumphum decernendum eſſe negarunt.* Vel Ἀπειπών, defatigatus, moleſtiis ſuccumbens, animum deſpondens. * * * * * * * * *

Ἀπειπών. Qui negavit. Qui recuſavit. *Dixit, ſe nihil omnino edere velle, niſi cædem Barbarorum narraſſet. Ille igitur convivium recuſans ad ſpectaculum properavit.*

Ἀπείρατον. Intentatum. Inexploratum. *Placuit ipſi non inexploratum relinquere, an forte Choſroes, agnita ſuarum virium imbecillitate, Romanorum juſtis poſtulatis locum daturus eſſet.*

Ἀπειργάσθαι. Factum eſſe. Effectum eſſe. Xenophon.

Ἀπειραίη. Quæ ex longinqua regione venit. Epirotica.

Ἀπειρέσια. Infinita numero.

Ἀπείρηκα. Dativo jungitur. Defeſſus ſum. Malis confectus ſum. *Ille vero, cum ad extremum vitæ finem perductus conſenuiſſet, laboribus confectus eſſe videbatur.* Et iterum: *Propterea Medi pacem & fœdus recuſarunt, reſuſcitatumque in ipſis eſt bellandi ſtudium.*

1 Ἀπιθῶ δὲ, περισπ.] Inepte. Nam & ἀπειθῶ cum circumflexo ſcribitur.

2 Ὧι δρύες οὐκ ἀπίθησαν, ὅτῳ συνάμ' ἕσπ.] Hæc decerpta ſunt ex Epigrammate in Orpheum, quod legitur Anthol. Lib. III. cap. XXV. Ep. IX. ut Portus etiam obſervavit.

3 Ἀπειλητῆρες. καυχηταί] Reſpexit Suidas ad locum illum Homeri Il. H. v. 96.

Ὤμοι ἀπειλητῆρες, Ἀχαιΐδες, οὐκέτ' Ἀχαιοί.

Ubi Scholiaſtes ait: Ἀπειλητῆρες. καυχηταί. ἀπειλεῖν εἰδότες ἢ ἀπαγγέλλειν, τὰς δὲ τοιαύτας τῆς καυχηματικῆς λέξεως.

4 Καὶ τοὺς μὲν τῶν ἄλλων Ἀθ.] Loci hujus ſenſus valde obſcurus eſt, quem explanare haud difficile foret, ſi oratio Lyſiana exſtaret, ex qua fragmentum hoc Suidas excerpſit.

5 Ἀποδύσηται] Vocem hanc ſuſpectam habeo, quippe quæ tam a ſenſu quam conſtructione loci hujus aliena eſt. Mallem ἐνδώσηται. Infra v. Γνωσιμαχῆσαι, ubi fragmentum hoc repetitur, legitur ὑπενδώσηται.

6 Ἀπειραίη. ἡ ἄποθεν παρ. Ἠπειρ.] Hæc nota referenda eſt ad locum illum Homeri Od. H. v. 8.

Γρηῦς Ἀπειραίη θαλαμηπόλος Εὐρυμέδουσα.

Ubi Scholiaſta ait: Ἀπειραίη. ἄποθεν παροῦσα, Ἠπειρωτική. Ἔστι δὲ ἀπ' ἄκρου τῆς Κερκύρας ἡ Ἤπειρος.

7 Διά τοι τοῦτο ἀπειρήκασι Μῆδοι τῶν εἰρ. σπονδ.] Hæc ſunt verba Theophyl. Simocattæ lib. III. cap. XV. pag. 83.

Ἀπείρητος. ὁ ἀπείρατος, ὁ ἄπειρος. Ἀπείριτος δὲ, ἡ ἄπειρος, καὶ πολλή.

Ἀπεῖρξεν. ἐκώλυσεν.

Ἀπειροκαλία. ἡ [1] ἀμετρία τοῦ καλοῦ. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἤδη κεκρατηκότες ἐπηρμένοι ἦσαν εἰς ἀπειροκαλίαν, καὶ τὰς σφῶν αὐτῶν ἐξέτεινον δυνάμεις ἀνὰ τὴν ἐκείνου Λιβύην. Καὶ αὖθις· Ἀλλ' εἰμὶ λίαν ἀπειρόκαλος, ἃς διαβεβοημένα ἐπιδιηγούμενος.

Ἄπειρος. [2] ὁ ἀμαθής. ἢ ὁ ἀθαλάττωτος, ἀσαλαμίνιος. Ἀριστοφάνης. διὰ τὴν περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίαν. ἢ [3] ὅτι ἡ ἑτέρα τῶν ὑπηρετίδων νεῶν ἐκαλεῖτο Σαλαμινία· ἡ δὲ ἑτέρα, Πάραλος.

Ἄπειροι [4] γῦπες. ἐπὶ τῶν διὰ κληρονομίαν ἢ διὰ κέρδος προσεδρευόντων τινί· παρόσον οἱ γῦπες τοῖς θνησιμαίοις παρεδρεύουσιν.

Ἄπεισιν. ἀπέρχεται.

Ἀπείσομαι. ἀντὶ τοῦ ἄπειμι.

Ἀπεῖχε. πόῤῥω ἦν. Ὅσον δὴ ἀπεῖχε τοῦ ἐκπεπλῆχθαι βασιλέα τε καὶ ὄγκον, ἐδήλου τῷ μηδὲ ὀφθαλμῶν ἄξια ἡγεῖσθαι τὰ τοιαῦτα.

Ἀπηγγέλη. ἐμηνύθη.

Ἀπῆγεν. ἐκώλυεν. ἀπέτρεπε. [5] Δαμάσκιος· Ὁ δὲ Σαλούστιος ἀπῆγε τοὺς νέους τῆς φιλοσοφίας, δυοῖν τὰ ἕτερα πεπονθώς· ἢ προσκρούων τοῖς καθηγουμένοις, ἔχθρα τῇ πρὸς ἐκείνους ἐπιβουλεύων ταῖς φιλοσόφοις διατριβαῖς· [6] ἢ τὸ μέγεθος τοῦ ἐπιτηδεύματος λογιζόμενος οἴεσθαι πάντας ἀνθρώπους ἀναξίους εἶναι αὐτοῦ.

Ἀπηγμένους. ἀπαγομένους.

Ἀπήγξατο. βρόχον ἧψεν.

Ἀπηγόρευον. ἀπέκαμνον. ἐταλαιπώρουν. Ἡνίκα γὰρ ἀπηγόρευον τῷ πόνῳ, πάλιν ἑαυτοὺς ἀνελάμβανον.

Ἀπηγορήσομαι. ἀντὶ τοῦ ἀπολογήσομαι.

Ἀπήεσαν. ἀπήρχοντο. καὶ Ἀπῄει, ἀπήρχετο, ἀνεχώρει. Κανών. Εἴω, τὸ πορεύομαι, διαλύσει εἴω, ἤιον, ἤιες, ἤιχα, ἤια, ἤιειν, καὶ ἐν συνθέσει, ἀπήιειν, καὶ ἐν συναιρέσει, ἀπῄειν.

Ἀπῆκτο. [7] ἀπῆλθε. καὶ Ἀπηκτὸς, ὁ πορευόμενος.

Ἀπηλλάγησαν. ἐτελεύτησαν. ἤ τινος ἐστερήθησαν. Ἀπηλλάγημεν πολυνόσου νοσήματος.

Ἀπήλαυσε. μετέσχεν. Οὔτε Κλέων, οὔτε Βρασίδας, ὁ τῆς συμφορᾶς αἴτιος, ἀπήλαυσε λοιδορίας,

Α Π

Ἀπείρητος. Intentatus. Inexpertus. Ἀπείριτος vero, infinitus, immensus, multus.

Ἀπεῖρξε. Prohibuit. Arcuit.

Ἀπειροκαλία. Ignorantia decori. Mores inepti. *Romani vero ob victorias inepto fastu elati copias suas per Libyam ei subjectam diviserunt.* Et iterum: *At nimis sum ineptus, qui pervulgata narrem.*

Ἄπειρος. Imperitus. Ἀθαλάττωτος vero, rerum maritimarum ignarus; quod etiam significat ἀσαλαμίνιος: vel propter prælium navale ad Salamina commissum: vel quia una illarum naviū, quæ ordinariis Reip. usibus inserviebant, vocabatur *Salaminia*; altera vero *Paralus*.

Ἄπειροι γῦπες. *Infiniti vultures.* In eos, qui hæreditatis vel lucri gratia alicui assident, quia vultures circa cadavera versari solent.

Ἄπεισιν. Abit. Discedit.

Ἀπείσομαι. Pro ἄπειμι. Abeo.

Ἀπεῖχε. Longe aberat. *Tantum vero aberat, ut Regem ejusque fastum admiraretur, ut potius declararet, ejusmodi res ne visu quidem dignas esse.*

Ἀπηγγέλη. Nuntiatum est. Indicatum est.

Ἀπῆγεν. Impediebat. Dehortabatur. Deterrebat. Damascius: *Salustius vero adolescentes a philosophia dehortabatur, alterutra causa motus; velut philosophos offenderet, & propter odium, quo eos prosequebatur, congressus & scholas eorum in contemptum adduceret; vel, quod illius studii amplitudinem reputans omnes eo dignos non esse censeret.*

Ἀπηγμένους. Abductos.

Ἀπήγξατο. Laqueo se strangulavit.

Ἀπηγόρευον. Laboribus conficiebantur. Molestiis succumbebant. *Quum enim laboribus confecti & defatigati erant, quiete se rursus reficiebant.*

Ἀπηγορήσομαι. A criminibus objectis me purgabo.

Ἀπήεσαν. Abierunt. Et Ἀπῄει. Abiit. Regula. Ab εἴω, eo, per dialysin fit εἴω, ἤιον, ἤιχα, ἤια, ἤιειν, & in compositione ἀπήιειν, & per synæresin, ἀπῄειν.

Ἀπῆκτο. Abiit. Et Ἀπηκτὸς, qui abit.

Ἀπηλλάγησαν. Mortui sunt. Item, ab aliqua re liberati sunt. *Gravi morbo liberati sumus.*

Ἀπήλαυσε. Fructum ex aliqua re percepit. *Neque Cleonem, neque Brasidam, calamitatis illius auctorem, Thucydides iratus stili male-*

1 Ἡ ἀμετρία τοῦ καλοῦ] Hæc interpretatio vocis ἀπειροκαλία explodenda est. Existimavit enim Suidas τὸ ἄπειρος in compositione vocabuli istius significare *multus, immensus, immodicus*; cum significet, *imperitus* vel *ignarus*. Ἀπειροκαλία enim dicta est quasi ἀπειρία τοῦ καλοῦ, i. e. ignorantia ejus quod decet & convenit: unde ἀπειρόκαλος Græcis idem significat, quod Latinis *ineptus*.

2 Ἄπειρος. ὁ ἀμαθής. ἢ ὁ ἀθ.] Locum hunc turbatum & negligenter admodum ex Schol. Aristoph. ad *Ranas* pag. 221. excerptum, sic leges & in integrum restitues: Ἄπειρος, ὁ ἀμαθής. Ἀριστοφάνης·
Ἄπειρος, ἀθαλάττωτος, ἀσαλαμίνιος.
Ἀθαλάττωτος, ὁ μὴ ναυτικός. τοῦτο δὲ σημαίνει τὸ ἀσαλαμίνιος ἢ διὰ τὴν περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίαν &c. Sic clara omnia & plana erunt.

3 Ὅτι ἡ ἑτέρα τῶν ὑπηρετίδων ν.] Vide infra v. Πάραλος.

4 Ἄπειροι γῦπες] Diogenianus Centur. II. Adag. LXXXVIII. habet Ἄπαξ οἱ γῦπες, quod Erasmus secutus est, vertitque, *vulturum ritu*.

5 Δαμάσκιος] Hæc vox a prioribus Edit. abest, quam ex MSS. Paris. revocavi. Cæterum, fragmentum hoc non legitur in Excerptis ex Damascio apud Photium: unde id ex integro Damascii opere descripserit Suidas.

6 Ἢ τὸ μέγεθος τοῦ ἐπιτ.] Sensus & constructio verborum requirunt ut legatur, ἢ τῷ τὸ μέγεθος τοῦ ἐπιτηδεύματος λογιζόμενος αὐτός.

7 Ἀπῆκτο] Portus legendum putat ἀπῖκτο, Ionice pro ἀφῖκτο; quod non repudio.

ὡς ἂν τοῦ συγγραφέως ὀργιζομένου. [1] Μαρκελλῖνός φησι περὶ Θουκυδίδου.

Ἀπήλγησαν. Ὁ δὲ δῆμος ἅπαξ ἀπήλγησαν τὸ πάθος εὐθὺς, καὶ ξὺν οἰμωγῇ ἀνέκραγον οὐρανοῦ ὅσον. ἀντὶ τοῦ, ᾠκτίσαντο.

Ἀπηλεγής. ὁ ἀπότομος. καὶ Ἀπηλεγέως, σκληρῶς.

Ἀπηλιανός. ὄνομα κύριον.

Ἀπηλιαστής. [2] μισόδικος. παρὰ Ἀριστοφάνει.

Ἀπηλιώτης. ὁ ἄνεμος. ἐν τῷ η. καὶ ἀντήλιος, καὶ πάντα τὰ ὅμοια, ψιλῶς. καὶ ἡ ἔπηλις ἐστὶ παρὰ Ποσειδίππῳ.

Ἀπηλοημένος. [3] ὁ ἀπὸ τῆς ἅλω συγκεκομισμένος μετὰ τὸ ἀλοηθῆναι, ὅ ἐστι πατηθῆναι. οὕτω Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Φαίνιππον.

Ἀπηλοίησεν, [4] ἀπέκοψεν. Ἀπηλλοίωσε δὲ, ἀλλοῖον ἐποίησεν.

Ἀπήμαντον. ἀβλαβές.

Ἀπημείφθη. ἀντὶ τοῦ ἀπεκρίνατο.

Ἀπήμονα. ἀβλαβῆ. [5] Ὅμηρος·

Τοὺς δ' εὗρ' οὐκέτι πάμπαν ἀπήμονας, οὐδ' ἀπολέθρους.

συλληπτικῶς [6] πέφρακεν, ἀντὶ τοῦ τοὺς μὲν μὴ ἀπήμονας, τοὺς πεπληγμένους· τοὺς δὲ μὴ ἀπολέθρους, τοὺς [7] ἀνῃρημένους. πῆμα δὲ ἡ βλάβη, παρὰ τὸ πάθος τὸ πάσχω. τὰ δὲ εἰς α λήγοντα οὐδέτερα τετραχῶς συντίθεται. ἢ γὰρ φυλάσσουσι τὸ αὐτὸ τέλος, ὡς τὸ δῆμα, διάδημα· ἢ ἀπὸ γενικῆς παράγονται, ὡς γράμμα, γράμματος, ἐγγράμματος· ἢ τρέπουσι τὸ τέλος εἰς ος, ὡς στόμα, χρυσόστομος· ἢ τρέπουσι τὸ τέλος εἰς ων, ὡς τὸ εἷμα, λευχείμων, καὶ πῆμα, ἀπήμων.

Ἀπηνέμους. μὴ ἔχοντας ἀνέμους.

Ἀπηνεώθη. ὠμὸς ἐγένετο.

Ἀπηνέστερον. ἀποτομώτερον. Οὐχ ἔστι ἀπηνὲς οὐδὲ μὴν σφαλερὸν ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ πήδημα. καὶ ἔδρασεν ὅπερ εἶπεν.

Ἀπήνεια. ἡ ἀπανθρωπία.

Ἀπήνη. ἡ ἅμαξα. [8] Χωρὶς γὰρ τῆς περὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ἀπήνην κόσμου, καὶ τὰ κανᾶ, καὶ τὰ ποτήρια, καὶ τἄλλα τὰ πρὸς θυσίαν ἀργυρᾶ πάντα καὶ χρυσᾶ συνεξηκολούθει κατὰ τὰς ἐπιφανεῖς ἐξόδους Αἰμιλίᾳ, τῇ τοῦ Σκιπίωνος γαμετῇ.

Ἀπηνήνατο. ἀπηρνήσατο. παρῃτήσατο. οὐκ ἠθέλησεν.

*dicentia ultus est.* Sic Marcellinus de Thucydide ait.

Ἀπήλγησαν. Miserati sunt. *Populus vero calamitatem illam miseratus cum ejulatu clamorem ad cœlum usque sustulit.*

Ἀπηλεγής. Rigidus. Durus. Et Ἀπηλεγέως. Rigide. Crudeliter.

Ἀπηλιανός. Apelianus. Nomen proprium.

Ἀπηλιαστής. A litibus & foro abhorrens. Apud Aristophanem.

Ἀπηλιώτης. Ventus subsolanus. Litera tenui scribitur, ut ἀντήλιος, & omnia similia. Sic ἔπηλις [pro ἔφηλις] apud Posidippum.

Ἀπηλοημένος. [Frumentum] ex area convectum, postquam tritum sive conculcatum fuit. Sic Demosthenes in oratione adversus Phænippum.

Ἀπηλοίησεν. Confregit. Dissecuit. Ἀπηλλοίωσε vero, alteravit.

Ἀπήμαντον. Illæsum.

Ἀπημείφθη. Respondit.

Ἀπήμονα. Illæsum. Homerus: *Illos vero invenit partim quidem vulneratos, partim vero occisos.* Τοὺς μὴ ἀπήμονας vocat *vulneratos:* & τοὺς μὴ ἀπολέθρους, *occisos.* Πῆμα autem significat damnum, vel malum, quo quis læditur, a verbo πάθω, patior. Nomina vero neutra in α desinentia quatuor modis componuntur. Aut enim servant eandem terminationem, ut δῆμα, διάδημα: aut a genitivo deducuntur, ut γράμμα, γράμματος, ἐγγράμματος: aut ultimam syllabam in ος vertunt, ut στόμα, χρυσόστομος: aut terminationem habent in ων, ut εἷμα, λευχείμων, & πῆμα, ἀπήμων.

Ἀπηνέμους. Ventis carentes.

Ἀπηνεώθη. Crudelis evasit.

Ἀπηνέστερον. Immitius. Crudelius. Asperius. *Non est præceps, nec per se periculosus iste saltus. Quamobrem etiam fecit, quod dixerat.*

Ἀπήνεια. Inhumanitas. Crudelitas.

Ἀπήνη. Currus. Pilentum. *Nam præter muliebrem mundum, pilentique ipsius ornatum, & canistra, & pocula, ac cætera ad sacrificium necessaria, partim aurea, partim argentea, in solennibus pompis eam comitabantur.*

Ἀπηνήνατο. Negavit. Recusavit. Noluit.

1 Μαρκελλῖνός φησι περὶ Θουκυδ.] Scripsit Marcellinus vitam Thucydidis, hodie adhuc superstitem, in qua verba, a Suida hic citata, occurrunt.

2 Ἀπηλιαστής. μισ.] Erat Athenis tribunal, sive Judicium, quod Ἡλιαία vocabatur, in quo qui jus dicebant vocabantur Ἡλιασταί. ut Suidas docet infra v. Ἡλιαστής. Hinc Ἀπηλιαστής apud Aristoph. *Avibus* pag. 546. appellatur homo μισόδικος, i. e. a foro & litibus alienus: ut contra Φιληλιαστής apud eundem *Vespis* pag. 436. dicitur de homine, qui forum & judicia amat.

3 Ἀπηλοημένος. ὁ ἀπὸ τ' ἅλω συγ.] Eadem habet Harpocratio, ex quo Suidas.

4 Ἀπηλοίησεν. ἀπέκοψεν] Eodem modo vocabulum hoc interpretatur Scholiasta Homeri ad Il. Δ. v. 22. ubi Poeta inquit:

Ἀμφοτέρω δὲ τένοντε καὶ ὀστέα λᾶας ἀναιδὴς
Ἄχρις ἀπηλοίησεν.

*Ambos autem nervos & ossa lapis violento ictu*
*Prorsus confregit.*

5 Ὅμηρος] Il. N. v. 761. ubi vide veterem Enarratorem, cujus verba Suidas hic descripsit.

6 Πέφρακεν] In prioribus Edit. pessime legitur πέρακεν, pro quo Portus infeliciter legendum suspicabatur πεπέρακεν. Πέφρακεν autem recte legitur non solum in MSS. Paris. sed etiam apud Scholiastam Homeri loco ante laudato.

7 Ἀνῃρημένους] Hanc vocem ex MSS. Paris. & Scholiasta Homeri revocavi. In prioribus enim Edit. vox præcedens ἀπολέθρους per ἀβλεψίαν typographorum hic repetita est, quippe in quibus inepte & nullo sensu sic legitur: τοὺς μὴ ἀπολέθρους, τοὺς ἀπολέθρους.

8 Χωρὶς γὰρ τῆς περὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ἀπ. κόσμου. καὶ τὰ κ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Polybii apud Constantinum in Excerptis a Valesio editis, pag. 154. eademque leguntur infra v. Αἰμιλία.

Ἀπηνω-

Ἀπηνθηκώς. Τῶν Ἑλλήνων ἀπηνθηκότων, τὰ τῶν Χριστιανῶν προέκοπτεν.

Ἀπηνής. ὁ σκληρός. λέγεται δὲ καὶ ὁ ἄπωθεν τοῦ αἰνεῖσθαι.

Ἀπηνθράκιζεν. ὤπτα. τὰ γὰρ ἐξ ἀνθράκων γινόμενα, καλὰ γίνεται. [1] Ἀριστοφάνης· Βοῦν δ' ἀπηνθράκιζ' ὅλον.

Ἀπήντα. καὶ Ἀπήντηκα, πέφθακα. καὶ Ἀπήντησεν. ἐτελέσθη, ἐξέβη. Πάντα αὐτῷ κατὰ τὰς προφητείας ἀπήντησεν. ἀντὶ τοῦ ἐγένετο. ὁ δὲ Θεολόγος, ὅτε λέγει· [2] Εἰ δὲ τοσοῦτον ἀπήντηκα τοῦ καιροῦ δεύτερος, καὶ μετὰ τοσούτους ἐπαινέτας· ἀντὶ τοῦ ἧκον εἰς τὸ ἐγκωμιάζειν. Καὶ Αἰλιανὸς περὶ τῆς ἐν Κάνναις τῶν Ῥωμαίων ἥττης· Τοσοῦτον ἄρα αὐτοῖς ἀπήντησε τὸ πταῖσμα. Καὶ αὖθις· Μέγιστον δὲ πάθος τῇ Λακεδαίμονι τοῦτο ἀπήντησε. Καὶ αὖθις· Οὐ μὴν ἀπήντησεν οἱ τὰ τῆς ἐλπίδος.

Ἀπῆξεν.[3] ἐφώρμησεν.

Ἀπηξιωμένων. ἀτίμων. ἀναξίων. Τιγράνης ὄνομα τῶν οὐκ ἀπηξιωμένων μ' παρθένων. † Εὐνοῦχος δὲ καὶ ἀπαξιώσας. ἀντὶ τοῦ, τὴν ἀξίωσιν παρωσάμενος. † Τοῦ Χοσρόου τὸ Δάρας οὐκ ἀπαξιώσαντος ἀποκαταστῆσαι Ῥωμαίοις. καὶ Ἀπηξίωσεν, οὐκ ἡγήσατο ἄξιον. Καὶ αὖθις· Τὸ γὰρ πρὸς ἀλκὴν τραπέσθαι πρὸς πάντων τῶν μετεχόντων τῆς βουλῆς ἀπηξιοῦτο.

Ἀπήορος. ὁ διεστώς, καὶ ἀπηρτημένος. ἀπὸ τοῦ ἀείρω.

Ἄπηρα. τὰ ἀβλαβῆ.

Ἀπήρραξεν. ἀπέκοψεν.

Ἀπῆρεν. ὕψωσεν.

Ἀπηρείσατο.[4] ἠκούμβισεν. ἀπετινάξατο. ἔπηξεν. ἀπέθετο. Πολύβιος· Ὁ δὲ ἀπορῶν τοῖς ὅλοις πέρας ἐπί τινα τοιαύτην ἐλπίδα κατὰ τὸ παρὸν ἀπηρείσατο τὴν ἐνεστῶσαν ἀπορίαν. Ἀπηείσατο δὲ, διχῶς, ἀντὶ τοῦ ἐφιλονείκησε, διὰ τοῦ ι.

Ἀπηρκότος. ἀναχωρήσαντος. Ἄρτι δὲ ἀπηρκότος τοῦ Σοραίχου, ἡ Σινώνις ἐφίστατο.

Ἄπηρος. ὁ μὴ ἔχων μαρσίππιον.

Ἀπήροσεν. ἀπηροτρίασεν.

Ἀπήρτα. ἐκώλυε. διατριβὴν παρεῖχεν. Ἀρριανός· Ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς, ἵνα γὰρ μὴ ἄκρα ἐπὶ πολὺ ἀνέχουσα τοῦ ποταμοῦ ἀπήρτα τὸν πλοῦν τῆς ὁδοῦ, ξυμπαρέπλει τῇ στρατιᾷ.

Ἀπηρτημένας.[5] ἀπῃωρημένας.

Ἀπήρυκεν. ἀπεκώλυεν. Ὁ δὲ μόνος ὑφίστατο καὶ ἀπήρυκε τὸ θηρίον. Καὶ αὖθις· Καὶ βάρη συνεχῆ ἐπιβάλλοντες, ἀπήρυκον τοῦ λυμαίνεσθαι τὸ τεῖχος.

Ἀπήστραψεν. ἀπέλαμψεν.

Ἀπῄτει. ἐζήτει.

Ἀπηύρα. ἀφείλετο. ἀπέλαυσεν.

Ἀπηνθηκώς. Qui defloruit. *Cum Græci florere desiissent, res Christianorũ incrementũ ceperunt.*

Ἀπηνής. Durus. Crudelis. Quasi dicas, qui procul est a laude.

Ἀπηνθράκιζεν. Supra prunas assabat. Quæ enim supra prunas assantur bona sunt. Aristophanes: *Bovem autem assabat integrum.*

Ἀπήντα. Obviam venit. Et Ἀπήντηκα, obviam veni. Et Ἀπήντησεν, accidit, contigit. *Omnia, uti prædicta erant, ei evenerunt.* Theologus vero, quum dicit: *Si vero tanto post tempore & post tot laudatores accessi*; τὸ ἀπήντηκα accepit pro ἧκον, i. e. veni. Et Ælianus de clade Romanorum ad Cannas ait: *Tanta igitur calamitas ipsis accidit.* Et iterum: *Non alia major clades Lacedæmoni contigit.* Et iterum: *Rei eventus spei ejus non respondit.*

Ἀπῆξεν. Irruit. Impetum fecit.

Ἀπηξιωμένων. Contemptorum. Indignorum. * * * * *Cum vero Eunuchus dignitatem repudiasset.* † *Cum Chosroes non recusaret Romanis Daras restituere.* Et Ἀπηξίωσεν, indignum judicavit. *Omnibus Senatoribus res indigna visa est, ad vim sese convertere.*

Ἀπήορος. Distans. Item suspensus. Ab ἀείρω.

Ἄπηρα. Non mutilata. Illæsa.

Ἀπήρραξεν. Amputavit. Resecuit.

Ἀπῆρεν. In altum extulit.

Ἀπηρείσατο. Incubuit. Excussit. Fixit. Exoneravit. Deposuit. Polybius: *Ille vero de summa rei solicitus tali tandem spe adversus præsentem necessitatem se confirmavit.* Ἀπηείσατο vero, per ι, significat, contendit, litigavit.

Ἀπηρκότος. Illius, qui discessit. *Quamprimum Soræchus discessisset, Sinonis aderat.*

Ἄπηρος. Sine pera. Marsupio carens.

Ἀπήροσεν. Aravit.

Ἀπήρτα. Impediebat. Remorabatur. Arrianus: *Exercitus vero nauticus, ubi rupes in fluvium longe prominentes navigationem non impediebant, juxta exercitum [terrestrem] navigabat.*

Ἀπηρτημένας. Suspensas. Pendentes.

Ἀπήρυκεν. Arcebat. Prohibebat. *Ille vero solus substitit, & impetum feræ propulsavit.* Et rursus: *Et moles continuas injicientes, impediebant, ne murus labefactaretur.*

Ἀπήστραψεν. Fulgorem emisit. Resplenduit.

Ἀπῄτει. Repetebat. Quærebat.

Ἀπηύρα. Abstulit. Fructum percepit.

1 Ἀριστοφάνης] In *Ranis* pag. 236. (151. Ed. Bas. P.)

2 Εἰ δὲ τοσοῦτον ἀπήντηκα τοῦ καιροῦ δεύτερος, καὶ μετὰ τοσούτους ἐπ.] Hæc sunt verba Gregorii Nazianzeni Orat. in Basilium Magnum pag. 317.

3 Ἀπῆξεν] Cum Porto legere malim ἐπῆξεν, ab ἐπαΐσσω.

4 Ἀπηρείσατο. ἠκ.] Vide supra v. Ἀπερείδεσθαι.

5 Ἀπηρτημένας] In prioribus Edit. inepte legitur ἀπηρτημένας: cujus loco ἀπηρτημένας ex 2 MSS. Paris. reposui.

Ἀπηυτομόλησε. προσεπέρθησε τοῖς ἐναντίοις.

Ἀπηχές. κυρίως τὸ σκληρὸν καὶ ψευδὲς, δύσφορον, ἀηδὲς, ἐχθρὸν, οὗ καὶ τὸν ἦχον ἀποστρεφόμεθα. Μὴ ὀνειδιστικῶς ἐπιλαμβάνεσθαι τὸν βάρβαρον, ἢ σόλοικόν τι ἢ ἀπηχὲς προενηνεγμένον.

Ἀπήχεια.[1] ἀντὶ τοῦ ἀπέχθεια. οὕτω Λυσίας καὶ Δείναρχος.

Ἀπηχημένον. ἀπόβλητον. ξένον τοῦ κατὰ πάντων ἤχου.

Ἀπήχθετο. ἐμισεῖτο.

Ἀπήχθη. ἀπεκομίσθη, ἢ παρεβάτη. Ὁ[2] δὲ Ἀπολλώνιος τὴν γλῶτταν Ἀττικῶς εἶχεν, οὐδὲ ἀπήχθη τὴν φωνὴν ὑπὸ τοῦ ἔθνους ἐς Ταρσοὺς τῆς Κιλικίας ἀναστρεφόμενος.

Ἀπηχθημένον. ἀπόβλητον. Ἀπηχθισμένον δὲ, βεβαρημένον.

Ἄπια. εἶδος ὀπώρας. Ἀπίους εἴρηκε Πλάτων ἐν Νόμοις. ἔστι καὶ παρὰ Ἀλέξιδι, καὶ ἐν Ἀγρίοις Φερεκράτους·

Πρὶν ἀνακυκῆσαι τοὺς ἀπίους ἁρπάζετε.

Ἄπιν[3] κρατῶν τις ἀστοχεῖ τῆς ἐλπίδος.

Ἄπια. εἶδος ὀπώρας. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἀπιφάνης. ἑτέρωθι γράφεται, ὅτι ἄπια, ἡ ὀπώρα· ἡ ἄπιος δὲ καὶ ἄπιοι, τὰ δένδρα.

Ἀππιανός. ὄνομα κύριον. οὗτος ὁ Ἀππιανὸς ἔγραψε Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν, τὴν [4] καλουμένην Βασιλικήν. καὶ [5] αἱ μὲν τρεῖς βίβλοι Ἀππιανοῦ αἱ πρῶται περιλαμβάνουσιν ὅσα Ῥωμαίοις ἀγωνιζομένοις ἐς Ἰταλιώτας ἔτι περὶ ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας ἐπεράχθη. ὅσα δ' ἀμφὶ τὴν Ἰταλίαν ἄλλα Κελτοί τε καὶ Λίβυες ἔδρασάν τε καὶ ἔπαθον, καὶ εἴ τί που καὶ τῆς Ἰταλίας μέρος ἀνάγκαις, ἢ ἐνέδραις, ἢ πλάναις ἐς αὐτοὺς μετέθετο, ἐν τοῖς περὶ Κελτῶν καὶ Λιβύων. [6] συγγέγραπται δ' ἐφ' ἑαυτῶν ὅσα καὶ ἐς τὰς ἐμφυλίους Ῥωμαίων στάσεις ἡ Ἰταλία διῃρεῖτο. ἔτι τοὺς πρὸς Κελτοὺς, τουτέστι Γερμανοὺς, οἳ ἀμφὶ τὸν Ῥῆνον ποταμὸν εἰσὶ, καὶ τοὺς Γαλάτας, τουτέστι Γάλλους, πολέμους, καὶ τὰς αἰτίας αὐτῶν, ὅσαι τε συνθῆκαι, καὶ συνθηκῶν παραβάσεις, ἢ ἐπαναστάσεις ἐγένοντο Κελτῶν, ἕως ἐπὶ τοῦ Γαΐου, ἡ τετάρτη βίβλος περιέχει συλλαβοῦσα. εἰ δέ τί που Κελτοὶ μὴ κατὰ πρόφασιν οἰκείαν, ἀλλὰ συμμαχοῦντες Ἰταλῶν τισιν, ἢ μισθοφοροῦντες, ἔπραξαν, ἐν τοῖς περὶ ἐκείνων συγγέγραπται. καὶ ὅσον εἰς γνώρισμα μόνον αὐτῶν μέμνηται Ἀππιανός. ἔγραψε δὲ Ῥωμαϊκοὺς [7] λόγους ἐννέα. οἱ δὲ διὰ τοῦ ἑνὸς π γράφουσιν Ἀπιανός.

Ἀπηυτομόλησε. Ad hostes transfugit.

Ἀπηχές. Proprie significat durum, falsum, grave, molestum, injucundum, inimicum, cujus vel ipsum sonum aversamur. *Non [oportet] Barbaros contumeliose reprehendere, si solœcum aliquod vel absonum verbũ protulerint.*

Ἀπήχεια. Inimicitia. Odium. Lysias & Dinarchus.

Ἀπηχημένον. Rejiciendum. Quod sono suo aures offendit.

Ἀπήχθετο. Odio habebatur.

Ἀπήχθη. Abductus est. In transversum actus est. *Apollonius vero Attice loquebatur, neque, cum Tarsis in Cilicia versaretur, ab incolis ejus loci ab Attica dialecto se abduci sivit.*

Ἀπηχθημένον. Odiosum. Ἀπηχθισμένον autem, onustum.

Ἄπια. Genus fructus. Pira. Plato in *Legibus* dixit ἀπίους: qua voce etiam usus est Alexis. Item Pherecrates *Agrestibus*: *Priusquam pira removeantur, rapite ea.*

Ἄπιν κρατῶν. *Si quis Apin teneat, is spe sua frustratur.*

Ἄπια. Genus fructus. Pira. Vide in v. Ἀπιφάνης. Alibi dictum est, ἄπια esse pira: ἄπιος vero, ἡ, arborem pirum.

Ἀππιανός. Appianus. Nomen proprium. Hic Appianus Romanam scripsit historiam, quæ *Regia* vocatur. Et tres quidem primi libri Appiani continent quæcunque Romani cum Italis bellum gerentes, & de imperio & principatu adhuc certantes, gesserunt. Bella vero a Gallis & Afris in Italia gesta, eorumque victorias & clades, & si qua forte Italiæ pars vel necessitate coacta, vel insidiis circumventa, vel errore decepta illis se adjunxit, in Celtica & Libyca historia narrantur. Hæc excipit historia bellorum, quæ Romani, motibus intestinis laborantes, inter se gesserunt. Res vero adversus Celtas, hoc est, Germanos, Rheni accolas, & Galatas sive Gallos gestas, causasque bellorum, fœderaque sancita & violata, tumultusque a Celtis excitatos, quartus liber persequitur. Si quid etiam Celtæ nulla privata de causa, sed vel populis quibusdam Italiæ opem ferentes, vel mercede conducti, gesserunt, id in illorum historia refertur. Eorum autem obiter tantum Appianus meminit. Scripsit rerum Romanarum libros novem. Quidam Ἀπιανὸς per unum tantum π scribunt.

1 Ἀπήχεια. ἀντὶ τοῦ ἀπ.] Ex Harpocratione.

2 Ὁ δὲ Ἀπολλώνιος τὴν γλῶτταν Ἀττ.] Hæc sunt verba Philostrati lib. I. cap. IV. eademque leguntur infra v. Εὐθύδημος.

3 Ἄπιν κρατῶν τις ἀστοχεῖ τῆς ἐλπ.] Est versus oneirocriticus, qui legitur apud Astrampsychum.

4 Τὴν καλουμένην Βασιλικήν], Errat hic Suidas, quoniam integrum opus historicum Appiani non inscribebatur Ἱστορία Βασιλική, sed tantum primus ejus liber, quo res sub Regibus gestæ exponebantur, ut ipse Appianus in Procemio historiæ suæ clare docet. Suidas igitur, cum primum librum Appiani Βασιλικὴ inscribi cerneret, & totum opus sic inscriptum esse existimavit, quæ insignis est ἀβλεψία.

5 Καὶ αἱ μὲν τρεῖς βίβλοι Ἀππ.] Argumentum historiæ ab Appiano conscriptæ longe clarius traditur ab ipso Appiano in Procemio, & Photio in Bibliotheca Cod. LVII. quos vide.

6 Συγγέγραπται δ' ἐφ' ἑαυτῶν ὅσα καὶ ἐς τὰς ἐμφ. Ῥωμ. στάσεις ἡ Ἰτ. διῃρεῖτο] Locum hunc nec integrum nec emendatum satis puto, quem proinde sic legendum existimem: Συγγέγραπται δ' ἐπ' αὐτοῖς ὅσα [ταυτόν, ὅταν] ταῖς ἐμφυλίοις Ῥωμαίων στάσεσιν ἡ Ἰταλία διῃρεῖτο.

7 Λόγους ἐννέα] Cave hic Suidæ credas. Historia enim Appiani non novem, sed viginti quatuor libris constabat, ut clare docet Photius loco ante laudato.

Ἀππία ὁδός. οὕτως ἐκαλεῖτο ἀπὸ Ἀππίου, Ῥωμαίων τιμητοῦ, ὃς λίθῳ μυλίᾳ ταύτην κατέστρωσε, καὶ ὑδάτων ὀχετοὺς κατεσκεύασεν.

Ἀππία ὁδός. Via Appia, sic vocata ab Appio, Censore Romano, qui eam lapide molari stravit, & aquæ ductus fecit.

Ἀπ' Ἰδαίων ὀρέων. ἀπὸ τῶν τῆς Ἴδης ὀρῶν.

Ἀπ' Ἰδαίων ὀρέων. Ab Idæis montibus.

Ἄπιδες. Θεοὶ ἦσαν, τιμώμενοι παρ' Αἰγυπτίοις, σημεῖον ἔχοντες περὶ τὴν οὐρὰν καὶ τὴν γλῶσσαν, δηλοῦν εἶναι αὐτοὺς Ἄπιδας. οἷς γινομένοις διὰ χρόνου, ὡς ἔλεγον, ἐκ τοῦ σέλαος τῆς σελήνης, ἑορτὴν μεγάλην ἦγον, καὶ ἱερεῖς ἱερεῖς περὶ τὸν τεχθέντα βοῦν ἱερεῦντο, παραθέντες πανδαισίαν, ὡς θοινήσοντες αὐτοῖς.

Ἄπιδες. Apides. Dii fuerunt, qui colebantur ab Ægyptiis, notam habentes in cauda & lingua, ex qua cognoscebatur, eos esse Apides. Hi post certum temporis intervallum ex lumine Lunæ, ut ferebant, nascebantur: quod cum fieret, ingens festum in eorum honorem celebrabatur, & sacerdotes circa bovem natum victimas immolabant, appositisque omnis generis epulis eos convivio quasi excipiebant.

Ἆπις. οὗτος ὁ Ἆπις Θεὸς Αἰγύπτιος. τοῦτον Αἰγύπτιοι σελήνῃ τιμῶσι, καὶ ἱερὸς ἦν οὗτος ὁ βοῦς τῆς σελήνης, ὥσπερ ὁ [1] Μνεῦις τοῦ ἡλίου. Ὦχος τὸν Ἆπιν ἀποκτείνας, ἐβούλετο αὐτὸν τοῖς μαγείροις παραβαλεῖν, ἵνα αὐτὸν κρεουργήσωσι καὶ παρασκευάσωσιν ἐπὶ δεῖπνον.

Ἆπις. Apis. Hic erat Deus Ægyptius, quem Ægyptii in honorem Lunæ colebant. Erat enim bos iste Lunæ sacer, ut Mneuis Soli. Ochus Apidem occisum coquis tradere in animo habebat, ut cum in frusta dissecarent, & cœnandum sibi apponerent.

Ἀπίδω. θεάσομαι.

Ἀπίδω. Aspiciam. Contemplabor.

Ἀπίη. [2] ἡ ἀλλοδαπή.

Ἀπίη. Peregrina & dissita regio.

Ἀπίθανον. ἄπιστον. καὶ Ἀπίθησαν, διὰ τοῦ ι, ἀπὸ τοῦ πιθῶ περισπωμένου.

[3] Ὧι δρύες οὐκ ἀπίθησαν, ὅτῳ συνάμ' ἕσπετο πέτρη Ἄψυχος.

Ἀπίθανον. Non probabile. Incredibile. Et Ἀπίθησαν, parere recusarunt, per ι, a verbo circumflexo πιθῶ. [In Epigrammate:] *Cui quercus paruerunt, & quem secuta est rupes inanimata.*

Ἀπιθής. ὁ δυσχερὴς καὶ δυσανάβατος τοῖς βαίνειν ἐθέλουσι. Ἀλαλκομεναί πόλις ἐστὶ καὶ ἀκούω αὐτὴν μήτ' ἐφ' ὑψηλοῦ κεῖσθαι καὶ ἀπιθοῦς λόφου, μήτε τειχῶν περίβολον ἔχειν.

Ἀπιθής. Difficilis, contumax, adscensu difficilis. *Alalcomenæ urbs est, quam audio nec in excelso & adscensu difficili colle sitam, nec muris cinctam esse.*

Ἀπίκιος, [4] Ῥωμαῖος, ἱκανὰς μυριάδας δραχμῶν καταναλώσας ἐς τὴν γαστέρα, ἐν [5] Κιντέρναις τῆς Γαλατίας πολλὰς καρίδας ἐσθίων (μέγισται γάρ εἰσι τῶν ἐν Σμύρνῃ) καὶ τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἀστακούς. ἀκούσας δὲ ἐν Λιβύῃ γίνεσθαι καρίδας, ἐξέπλευσεν οὐδὲ μίαν ἡμέραν ἀναμείνας. θεασάμενος δὲ αὐτὰς μικράς, ἐκέλευσε τῷ κυβερνήτῃ τὴν αὐτὴν ὁδὸν αὖθις ἐπ' Ἰταλίαν ἀναπλεῖν, μηδὲ [6] προσπελάσαι τῇ γῇ.

Ἀπίκιος. Apicius, Romanus, multa drachmarum millia in ventrem absumpsit, Minturnis, (quæ est urbs Campaniæ) plerumque degens, ubi squillis vescebatur, quæ ibi nascentes, & maximas Smyrnæas, & astacos Alexandrinos, magnitudine vincebant. Cum autem audivisset in Libya magnas nasci squillas, ne unum quidem diem moratus eo navigavit. Sed cum eas parvas esse vidisset, gubernatorem eadem via in Italiam redire, & ne ad terram quidem appellere jussit.

Ἀπίκιος Μάρκος. οὗ διαφέρει μυρίον ὄνομα ἐπί τε ἀσωτίᾳ, καὶ πολυτελείᾳ, καὶ ῥᾳστωνείᾳ βίου, καὶ κακοδαιμονίᾳ λοιπῇ. ὕπατοι δὲ ἦσαν Ἰούνιος Βλαῖσος καὶ Λεύκιος. ὁ [7] τοίνυν Βλαῖσος, ἐπὶ τὴν θοίνην κληθείς, οἷον ἐφολκίδα ἄκλητον ἐπήγετο Ἀσκώνιον Παιδιανόν. ἐξῆν γὰρ καὶ ἐπικλήτους οἱονεὶ σκιὰς ἑαυτοῖς παρακαλεῖν τινάς. καὶ ἔδει τὸν Ἀπίκιον καὶ φίλοις καὶ ἀγνῶσι τὴν οὐσίαν ῥίπτειν τὴν ἑαυτοῦ. πέπυσμαι δὴ ἐν τάδε τῷ συνδείπνῳ γενέσθαι καὶ Ἰσίδωρον ὄνομα, τῶν ἐκ παλαίστρας κατατριβέντων, ἄν-

Ἀπίκιος Μάρκος. Hujus nomen ob luxuriam, vitamque sumptuosam & mollem, cæteraque flagitia celeberrimum est. Consules autem erant Junius Blæsus & Lucius. Blæsus igitur ad convivium invitatus Asconium Pædianum invocatum, tanquam umbram, secum adducebat (quod convivis facere licebat) oportebatque Apicium tam in amicos quam ignotos opes suas profundere. Audivi autem ei convivio interfuisse etiam Isidorum quendam, in pulvere palæstrico multum versatum, hominem senem quidem & natu gran-

1 Ὁ Μνεῦις] In MSS. Paris. & Edit. Mediol. legitur Μέμφις; sed minus recte. Scribendum enim esse Μνεῦις Portus ex Strabone recte observavit. Adi etiam Euseb. *de Præpar. Evang.* lib. III. cap. XIII.

2 Ἀπίη. ἡ ἀλλοδαπή] Homerus Il. A. v. 270. Τηλόθεν ἐξ ἀπίης γαίης. Ubi Scholiasta: Ἐκ τῆς ἀλλοδαπῆς καὶ μακρὰν ἀπεχούσης γῆς.

3 Ὧι δρύες οὐκ ἀπ.] Verba hæc sunt pars Epigrammatis in Orpheum, quod legitur Anthol. lib. III. cap. XXV.

4 Ἀπίκιος, Ῥωμ. ἱκανὰς μυρ. δρχ. καταν. ἐς τὴν γασ. ἐν Κιντ. τῆς Γαλατ.] Hic locus emendandus est ex Athenæo, apud quem lib. I. pag. 7. rectius sic legitur: Ἀπίκιος, ἱκανὰς μυριάδας καταναλώσας εἰς τὴν γαστέρα, ἐν Μιντούρναις (πόλις δὲ Καμπανίας) διέτριβε τὰ πλεῖστα, καρίδας ἐσθίων πολυτελεῖς, αἳ γίνονται αὐτόθι ὑπέρ γε τὰς ἐν Σμύρνῃ μέγισται, & τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἀστακούς, &c. Hanc lectionem in versione secutus sum.

5 Ἐν Κιντέρναις τῆς Γαλατ. πολλὰς καρ.] Hæc repetuntur infra v. Κιντέρναις.

6 Μηδὲ προσπελάσαι τῇ γῇ] Rectius apud Athenæum, μηδὲ προσπελάσαντα τῇ γῇ.

7 Ὁ τοίνυν Βλαῖσος ἐπὶ τὴν θοίνην κληθεὶς οἷον ἐφολκ. ἄκλητον ἐπήγετο Ἀσκώνιον Παιδιανόν] Hæc repetuntur infra v. Ἐφολκίδα.

δρα-

δρα παλαιὸν μὲν ἤδη καὶ πολὺν τῷ χρόνῳ, ἔτι δὲ καὶ ἐνενήκοντα ἔτη γεγονότα, εὐπαγῆ τε καὶ εὐμελῆ, καὶ βαθὺν μὲν τὰς πλευράς, γενναῖον δὲ τὼ βραχίονε καὶ τὼ χεῖρε ἄκρω, βλέπειν τε ὀξὺ καὶ ἀκούειν ῥᾷστα, ὡς μὴ ἂν πιστεύειν πέρα ξ' ἐτῶν εἶναι αὐτόν. σκύφον δὲ ἐπὶ τύλαις ἁμιλλᾶσθαι διαπίνοντα πρὸς τοὺς νέους, καὶ μέν τοι καὶ ὑπὲρ πολυδαισίας καὶ πολυποσίας ἐρίζειν καὶ παίζειν ταῦτα. ἑνὶ δὲ ἡττηθῆναί φασιν αὐτόν. ἀπελθεῖν γὰρ τοῦ συνδείπνου θᾶττον. γέροντες δὲ ἄλλοι τε ἔλεγον ἐπὶ τέχνῃ παλαιστρικῇ· καὶ μέν τοι καὶ Ἰούνιος Βλαῖσος. καὶ ὅτε ταῦτα ἔλεγεν, ἔτη γέγονεν ἑξήκοντα, φασί. μακρὰν δὲ τὴν ζωὴν γενέσθαι πέπυσμαι Σερουίλιον ὕπατον. ἔτεσι γὰρ τοῖς ἐνενήκοντα ὁμοῦ τι ἐβίωσε, καὶ πάντα, ὡς λόγος, τὰ τοῦ σώματος ἀπαθὴς ἦν. καὶ μέν τοι καὶ διεσώσατο τὰς αἰσθήσεις ἁπάσας εὐμοιρίᾳ ἀξιοζήλῳ τε καὶ σοβαρᾷ.

Ἄπιμεν. ἀπερχόμεθα.

Ἀπίμελος. ὁ μὴ ἔχων πιμελήν.

Ἀπίναιον. ὄρος.

Ἀπινής. ὁ καθαρός.

Ἄππιος φόρος. ὄνομα τόπου, ἀπὸ Ἀππίου Ῥωμαίου.

Ἀπίκιος. ὀψοφάγος. ζήτει ἐν τῷ Ἀφύα.

Ἀπίων,[1] ὁ Πλειστονίκου, ὁ [2]ἐπικληθεὶς Μόχθος, Αἰγύπτιος (κατὰ δὲ Ἑλικώνιον, Κρής) γραμματικός, μαθητὴς Ἀπολλωνίου τοῦ Ἀρχιβίου. ἤκουε δὲ καὶ Εὐφράνορος γεραιοῦ, καὶ ὑπὲρ ἑκατὸν ἔτη γεγονότος, Διδύμου δὲ τοῦ μεγάλου θρεπτός. ἐπαίδευσε δὲ ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος καὶ Κλαυδίου ἐν Ῥώμῃ. ἦν δὲ διάδοχος Θέωνος τοῦ γραμματικοῦ, καὶ σύγχρονος Διονυσίου τοῦ Ἁλικαρνασσέως. ἔγραψεν ἱστορίαν κατ' ἔθνος, καὶ ἄλλα τινά.

Ἀπιὼν ᾤχετο. φεύγων. ἀποδιδράσκων. Ὁ δὲ τὴν Πελοπόννησον καταλιπὼν ἐς Ἰταλίαν ᾤχετο ἀπιών. συνήθης ὁ πλεονασμὸς τοῖς Ἀττικοῖς.

Ἆπις. Θεὸς Αἰγυπτίων. καὶ ἴσθι ὀπίσω ἐν τῷ Ἄπιδις. [3]Ὅτι ὁ Ἆπις ὁ Αἰγύπτιος τὴν ἰατρικὴν πρῶτος εἰς τὴν Ἑλλάδα μετακομίσαι λέγεται.

Ἀπιτέα. δεῖ ἀπέρχεσθαι. καὶ Ἄπιτε, ἀπέλθετε.

Ἀπιστεῖν. δοτικῇ. τὸ ἀπειθεῖν. λέγουσι δὲ καὶ Ἀπιστίαν, τὴν ἀπείθειαν. καὶ Ἄπιστος, ὁ μὴ πειθόμενος. ὑπὸ Πλάτωνος.

Ἁ πίτυς. ἡ πίτυς. [4]Θεόκριτος·
Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα, καὶ ἁ πίτυς, αἰπόλε, τήνα.

Ἁπλᾶ, καὶ διπλᾶ, καὶ πολλαπλᾶ, καὶ πάντα περισπῶσι τὰ τοιαῦτα. ἀργυρᾶ, καὶ χρυσᾶ, καὶ κεραμεᾶ, ἀπὸ τοῦ κεραμεοῦ, καὶ φοινικᾶ, ἀπὸ τοῦ φοινικοῦ.

dem, quippe unum & nonaginta annos natum, sed corpore firmo, membris robustis, lateribus profundis, validisque brachiis & manibus, & qui acutum cerneret, facillimeque audiret, ita ut nemo eum sexagenario majorem crederet. Idem scyphum in callis tenens bibendo cum adolescentibus certabat, & in edacitatis bibacitatisque certamen juvenum more cum aliis descendebat. Una vero in re eum victum fuisse dicunt, quod citius e convivio discederet. Senes autem, aliique dicebant, eum ob artem palæstricam illud facere; itemque Junius Blæsus. Et is quidem, cum hoc diceret, sexaginta annos, ut aiunt, natus erat. Consulem quoque Servilium longævum fuisse audio. Is enim nonaginta annos vixit, & ad eam usque ætatem, rara quadam felicitate, corpore incolumi sensibusque omnibus integris usus est.

Ἄπιμεν. Abimus. Discedimus.

Ἀπίμελος. Pinguedine carens.

Ἀπίναιον. Apinæum. Mons.

Ἀπινής. Sine sordibus. Purus.

Ἄππιος φόρος. Forum Appium. Nomen loci, ab Appio Romano ita appellati.

Ἀπίκιος. Apicius, helluo. Quære in Ἀφύα.

Ἀπίων. Apion, Plistonicis filius, cognomento Mochthus, Ægyptius (secundum Heliconium vero Cretensis) Grammaticus, discipulus Apollonii Archibii; præter quem etiam audivit Euphranorem senem & centenario majorem. Idem Didymi magni alumnus fuit. Docuit Romæ sub Tiberio & Claudio Imperatoribus, fuitque successor Theonis Grammatici, & æqualis Dionysii Halicarnassensis. Scripsit historiam de singulis gentibus, & alia quædam.

Ἀπιὼν ᾤχετο. Abiit. Discessit. *Ille vero Peloponneso relicta in Italiam abiit.* Hic pleonasmus Atticis est familiaris.

Ἆπις. Apis, Ægyptiorum Deus. Vide supra in voce Ἄπιδις. Apis Ægyptius medicinam primus in Græciam intulisse fertur.

Ἀπιτέα. Abeundum est. Et Ἄπιτε, abite.

Ἀπιστεῖν. Non credere. Non parere. Et Ἀπιστία, incredulitas, contumacia. Et Ἄπιστος, qui non credit. Plato.

Ἁ πίτυς. Pro ἡ πίτυς. Pinus. Theocritus:
*Suavis est valde ille sursurus, & pinus, caprarie, illa.*

Ἁπλᾶ, & διπλᾶ, & πολλαπλᾶ, & omnia similia circumflectuntur. Itemque ἀργυρᾶ, & χρυσᾶ, & κεραμεᾶ, a κεραμεοῦ, & φοινικᾶ, a φοινικοῦ.

1 Ἀπίων, ὁ Πλειστονίκου, ὁ ἐπικλ.] Secundum Clementem Alexandrinum *Strom.* lib. 1. pag. 235. Apion hic non fuit Plistonicis filius, sed ipse Πλειστονίκης cognominatus fuit. Ait enim: Ἀπίων τοίνυν ὁ Γραμματικός, ὁ Πλειστονίκης ἐπικληθείς: quæ verba ex Clemente repetit Eusebius *de Præp. Euang.* lib. x. cap. xii. Gellius quoque *Noct. Attic.* lib. vi. cap. viii. inquit: *Appion Græcus homo, qui Plistonices est appellatus.* Ut proinde dubium sit, utra sententia alteri præferri debeat.

2 Ὁ ἐπικληθεὶς Μόχθος] Vide infra v. Ἀντίγονος.

3 Ὅτι ὁ Ἆπις ὁ Αἰγύπτιος τὴν ἰατρικὴν πρ.] Apidem ex Ægypto in Græciam venisse apud nullum veterum scriptorum me legisse memini. Eundem vero apud Ægyptios medicinæ inventorem extitisse testatur Clem. Alex. *Strom.* lib. 1. pag. 225.

4 Θεόκριτος] Idyll. 1. v. 1.

Ἁπλᾶς.[1] Καλλίστρατός φησι τὰ μονόπελμα τῶν ὑποδημάτων οὕτω καλεῖσθαι.

Ἁπλᾶς. Calliſtratus ait calceos ſic appellari, qui unam tantum habent ſoleam.

Ἄπλατος. ἀληθινός. ἄδολος. Καὶ [2] ἅμα αὐτοῖς ἐπιθέουσα σεμνότης ἡδεῖα καὶ ἄπλατος αἰδὼς [3] ἐπέβρεχεν ἱκανῶς τὸν φιλόσοφον, καὶ ἤδη γνώριμον ἐποίει αὐτῷ τὸν νεανίσκον. Ἄπλατος δὲ, ἡ μεγάλη. Τὸν[4] αἰὲν ἄπλατος ἴσχει. τουτέστι, μανία.

Ἄπλατος. Verus. Sincerus. Non ſimulatus. *Præterea ſuavis quædam gravitas & verecundia non ſimulata in vultu ejus eminens effecit, ut philoſophus eum crebro aſpiceret, & ſic adoleſcentis ingenium magis magiſque perſpiceret.* Ἄπλατος etiam ſignificat magnus, terribilis. [Sophocles:] *Quem fatalis inſania tenet.*

Ἄπλετον. ἄπειρον. ἀχώρητον.

Ἄπλετον. Infinitum. Quod comprehendi nequit.

Ἁπλῆ. μονοειδής.

Ἁπλῆ. Simplex. Unius generis.

Ἁπλήγιος. δασέως. ἁπλοῦς. καὶ Εὔπολις Πόλεσιν·

Οὔτ' ἂν πολυπράγμων ἐστὶν ἀλλ' ἁπλήγιος.

καὶ Ἁπληγὶς, ἱματίδιον σύμμετρον. Ἀναγύρῳ Ἀριστοφάνης·

——— Ἐκ δὲ τῆς
Ἐμῆς χλανίδος τρεῖς ἀπληγίδας ποιῶν.

Ἁπλήγιος. Simplex. Adſpiratur. Eupolis *Urbibus:*

*Non eſt curioſus, ſed ſimplex.*

Et Ἁπληγὶς, veſtis modica. Ariſtophanes *Anagyro: Ex mea vero læna tres alias veſtes ſimplices faciens.*

Ἀπληκεύω.[5] καὶ [6]Ἄπληκτον. τόπος ἔνθα καταλύουσι τῆς ὁδοιπορίας τὰ στρατόπεδα.

Ἀπληκεύω. In aliquem locum ex itinere diverto. Et Ἄπληκτον, caſtra, ſeu locus, in quem exercitus ex itinere divertit.

Ἀπλήξ. ὁ μὴ πεπληγμένος.

Ἀπλήξ. Non percuſſus.

Ἀπληστία. ἡ ἀδηφαγία. καὶ [6] παροιμία· Ἄπληστος πίθος. ὁ ἐν ᾅδου, ὁ τετρημένος. ἐπὶ τῶν πολλὰ ἐσθιόντων· ἀπὸ τοῦ περὶ τὰς Δαναΐδας μύθου, παρόσον ἀνιμῶσαι ἐκεῖναι ὕδωρ εἰς πίθον ἔβαλλον. [7] πάσχουσι δὲ περὶ τοῦτον τὸν πίθον αἱ τῶν ἀμυήτων ψυχαί.

Ἀπληστία. Edacitas. Et proverbium: *Inexplebile dolium.* Illud nempe pertuſum, quod apud Inferos eſſe dicebatur. In voraces dicitur [hoc proverbium; cujus origo eſt] a fabula Danaidum, quoniam illæ aquam hauſtam in dolium pertuſum infundebant. Circa hoc autem dolium plectuntur animæ illorum, qui ſacris initiati non ſunt.

Ἄπληστον. ἀπλήρωτον.

Ἄπληστον. Inexplebile.

Ἀπλοΐδας. ἁπλᾶς χλανίδας. ἐν Ἐπιγράμματι·

—— Οἷα δὲ πυρὶ
Ἔσκεπε τὴν κούρην ἁπλοῒς ἐκταδίη.

καὶ Ἁπλοϊκὸς, ὁ ἁπλοῦς καὶ ἀπερίεργος. καὶ Ἁπλοϊκώτερος.

Ἀπλοΐδας. Lænæ ſimplices. In Epigrammate:

——*Ut igne autem*
*Tegebat puellam læna ſimplex expanſa.*

Et Ἁπλοϊκός. Simplex. Non verſutus. Et Ἁπλοϊκώτερος, ſimplicior.

Ἄπλοοι. ἀδύνατοι πλεῖν.

Ἄπλοοι. Qui navigare non poſſunt.

Ἁπλοῦν θύλακον πάτει. ἐπὶ τῶν εὐκαταφρονήτων.

Ἁπλοῦν θύλακον πάτει. *Simplicem ſaccum calca.* Dicitur de iis, qui contemptui obnoxii ſunt.

Ἁπλότης διττή. ἡ μὲν ἔμφρων καὶ δικαία· ἡ δὲ ἀνόητος καὶ ἄδικος. ὥσπερ καὶ τὴν νῦν ποικιλίαν ἐμφύεσθαι τοῖς μὲν μετὰ δικαιοσύνης καὶ φρονήσεως· τοῖς δὲ μετ' ἀδικίας καὶ ἀμαθίας. εἶναι γὰρ δὴ πάλαι καὶ τὰ κατὰ τὸν θνητὸν τοῦτον περιπολοῦντα ἐξ ἀνάγκης, ὥς φησι Πλάτων. ἀλλ' ἧττον κακοήθη, ὡς νῦν ἐστι, καὶ ἁπλούστερα, καὶ οὐκ ἐν βάθει τινὶ ταῖς ψυχαῖς ἐγκεκαυμένα ἀνίατα. πολλὴ γάρ ἐστιν ἡ[8] μεταφορὰ τῶν πάλαι κακῶν πρὸς τὰ νέα, καὶ οὐ ποσό-

Ἁπλότης. Simplicitas. Hæc duplex eſt; una cum prudentia & juſtitia conjuncta; altera vero ſtulta & injuſta. Eodem modo calliditas, quæ hominibus ineſt, alia quidem prudentiæ & juſtitiæ affinis eſt; alia vero cum injuſtitia & inſcitia conjuncta. * * * * ut Plato ait: ſed minus maligna, quam nunc, & ſimpliciora, neque alte animis inſita, & inſanabilia. Ingens enim differentia eſt inter antiqua & nova mala, quippe quæ non ſolum quantitate, ſed etiam qualitate morum,

1 Ἁπλᾶς. Καλλίστρατός φησι τὰ μον.] Ex Harpocratione: ad quem vide Mauſſacum.

2 Καὶ ἅμα αὐτοῖς ἐπιθέουσα σεμν.] Hoc fragmentum ex Damaſcio Suidas depromſit: idemque legitur apud Photium in Excerptis ex illo ſcriptore pag. 1046.

3 Ἐπέβρεχεν] Apud Photium rectius legitur ἐπέστρεφεν, quam lectionem in verſione ſecutus ſum.

4 Τὸν αἰὲν ἄπλατος ἴσχει] Hæc ſunt verba Sophoclis in *Ajace* pag. 16. v. 256. ut Portus monuit.

5 Ἄπληκτον] Male in prioribus Edit. excuſum eſt ἄπληκον, cujus loco ſcribendum eſt ἀπληκεύω. A ſcriptoribus enim Græcis inferioris ætatis caſtra vocari ἄπληκτα pluribus exemplis oſtendit Ducangius in Gloſſario Græco.

6 Καὶ παροιμία· Ἄπληστος πίθος] De hoc proverbio prolixe agit Zenobius Centur. II. Adag. VI. quem adi. Vide etiam infra v. Εἰς τετρημένον πίθον.

7 Πάσχουσι δὲ περὶ τοῦτον τὸν πίθον αἱ τῶν ἀμυήτων ψυχαί] Vide Platonem in *Gorgia*, pag. 300.

8 Ἡ μεταφορὰ] Puto legendum ἡ διαφορά. quam lectionem in verſione ſecutus ſum.

τητι

τὴν μόνον κρειττόνων τε καὶ χειρόνων, ἀλλὰ καὶ ποιότητι τρόπων.

Ἀπλοῦν. ἀπερίεργον. ἢ τὸ μηδὲν ἐκ τῆς ἑαυτοῦ ἐπινοίας πλάττον.

Ἀπλωτέρας. Θουκυδίδης λέγει ναῦς, οὐ τὰς ἄπλους παντελῶς, ἀλλὰ τὰς διὰ πληρώματος ἔνδειαν καὶ ἀπλοΐας ἠρεμούσας.

Ἀπλῷ λόγῳ. τῷ χωρὶς προσθήκης. καὶ Ἀπλῶς παρὰ Ἀριστοτέλει λέγεται, ὃ χωρὶς προσθήκης λεγόμενον ἀληθές ἐστιν. ὁ γὰρ Αἰθίοψ, πῇ λευκὸς ὢν, κατὰ γὰρ τοὺς ὀδόντας, οὐκέτι καὶ ἁπλῶς ἐστι λευκός. ὃ δὲ δεῖται προσθήκης πρὸς τὸ ἀληθὲς εἶναι, τοῦτο οὐκ ἔστιν ἁπλῶς. ὁ γὰρ Αἰθίοψ οὐκ ἔστι λευκός, διότι χωρὶς προσθήκης. προστεθείσης δὲ τοῦ κατά τι, ἀληθὲς γίνεται. κατὰ γὰρ τοὺς ὀδόντας. ἀλλὰ καὶ σπουδαῖοι λέγονται κατά τι. λέγεται δὲ καὶ οὕτως, οὐ τὸν ἁπλοῦν τρόπον. ἀντὶ τοῦ παραυτίκα παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Καὶ αὖθις· Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς λόγους κενοὺς ἐποιήσαντο, ἀλλὰ καὶ βῆμα ὑψηλὸν ἤγειραν, καὶ ἐπ' αὐτοῦ εἰκόνας τοῦ Νέρωνος ἐπέθηκαν.

Ἀπλῶς. ἐξ ἀνάγκης. ἢ ὡς πρῶτον, καὶ μὴ κατ' ἄλλο. Ἁπλῶς δὲ οὐδὲν εἰδότες τῶν μελλόντων ἔγνωσαν· ἐξ αὐτῆς δὲ τῆς ἐμφάσεως τῶν πρεσβέων [1] οἰωνιζόμενοι, εἰς παντοδαπὰς οἰμωγὰς ἐνέπιπτον.

Ἀπλῶς. χωρὶς προσθήκης. Πολύβιος· Οὗ χαιρὸς ἀφυέστερος οὐ γέγονεν ἁπλῶς. ἀντὶ τοῦ, ἐξ ἀνάγκης. ἢ ὡς πρῶτον.

Ἄπλωτα πελάγη. τὰ Ἀτλαντικά, καὶ Ἑσπέριος ὠκεανός, καὶ Ἑῷος. Ἄπλωτον γάρ, τὸ ἄπλευστον.

Ἄπλυτον πώγωνα. σκώπτων εἶπε.

Ἄπνους.[2] Φασὶν [3] Ἐμπεδοκλέα Παυσανίαν ὑφηγήσασθαι τὸν Ἄπνουν. [4] εἶναι δὲ τὸν Ἄπνουν τοιοῦτον, ὡς λ' ἡμέρας συντηρεῖν ἄπνουν καὶ ἄσιτον τὸ σῶμα. ἦν δὲ οὗτος καὶ γόης. καὶ φησὶ περὶ αὐτοῦ·

Φάρμακα [5] δ' ὅσσα γεγᾶσι κακῶν καὶ γήραος ἄλκαρ,

Πεύσῃ, ἐπεὶ μούνῳ σοι ἐγὼ κρανέω τάδε πάντα.

Παύσεις δ' ἀκαμάτων ἀνέμων μένος, οἵ τ' ἐπὶ γαῖαν

Ὀρνύμενοι πνοιαῖσι καταφθινύθουσιν ἀρούρας·

Καὶ πάλιν, ἢν κ' ἐθέλῃσθα, παλίντονα πνεύματ' ἐπάξεις.

Θήσεις δ' ἐξ ὄμβροιο κελαινοῦ καίριον αὐχμὸν

Ἀνθρώποις· θήσεις δὲ καὶ ἐξ αὐχμοῖο θερείου



vel meliorum, vel deteriorum, differunt.

Ἀπλοῦν. Simplex. Non affectatum. Vel, quod nihil ex ingenio suo confingit.

Ἀπλωτέρας. Thucydides ita vocat naves, non eas, quæ ad navigationem prorsus sunt inutiles, sed eas, quæ propter inopiam remigum & nautarum [in portu] otiosæ stant.

Ἀπλῷ λόγῳ. Simpliciter & absque limitatione. Et Ἀπλῶς apud Aristotelem dicitur, quod simpliciter & absque limitatione verum est. Æthiops enim, cum aliqua tantum in parte albus sit (est enim albus dentibus) non est simpliciter albus. Quod vero limitatione indiget, ut verum sit, id simpliciter verum non est. Æthiops enim non est albus; simpliciter nimirum, & absque limitatione. Si vero addatur *secundum quid*, verum est, [Æthiopem esse album.] Est enim albus dentibus. Sic etiam quidam boni sunt *secundum quid*: quod Græci etiam vocant οὐ τὸν ἁπλοῦν τρόπον, i. e. non simpliciter. Et [Ἀπλῶς] apud veteres pro παραυτίκα, statim. *Non enim simpliciter verba fecerunt, sed etiam excelsum tribunal excitarunt, in quo Neronis imagines collocatæ sunt.*

Ἀπλῶς. Necessario. Vel, ut primum, nec propter aliud. *Simpliciter quidem, quid eventurum esset, ignorabant: sed ex ipso vultu legatorum [mala] augurantes, in omnigenos questus & ejulatus effundebantur.*

Ἀπλῶς. Absque limitatione. Polybius: *Quo nullum unquam tempus magis alienum exstitit.* Item necessario.

Ἄπλωτα πελάγη. Maria, quæ navigari non possunt: qualia sunt mare Atlanticum, Oceanus Occidentalis & Orientalis. Ἄπλωτον enim significat innavigabile.

Ἄπλυτον πώγωνα. Illotam barbam. Sic cavillandi gratia [Comicus] dixit.

Ἄπνους. Exanimis. Ajunt Pausaniam in iis, quæ de *Exanimi* scripsit, Empedocle usum esse magistro. [Dicit autem Heraclides,] *Exanimem* illam per triginta dies corpus absque spiritu & cibis conservasse. Hic [Empedocles] etiam magus fuit. Sic enim de se inquit:

*Omnia medicamenta, quibus mala & senectus propulsantur,*

*Ex me disces, quoniam ego solus hæc tibi expediam.*

*Sedabis autem indomitorum vim ventorum, qui in terram*

*Irruentes flatibus corrumpunt arva:*

*Et rursus, si voles, eos in terram induces.*

*Post imbrem etiam tempestivam efficies siccitatem*

*Hominibus: & vicissim post siccitatem fœcundos induces*

1 Οἰωνιζόμενοι] In prioribus Edit. pessime legitur οἱ γινόμενοι: cujus loco scribendum est οἰωνιζόμενοι (i. e. augurantes) ut recte legitur infra v. Οἰωνιζομένη, ubi fragmentum hoc repetitur.

2 Ἄπνους. φασὶν Ἐμπεδοκλ. Παυσ. ὑφηγ.] Totum hunc articulum descripsit Suidas ex Laert. *Empedocle*, ut Portus etiam monuit.

3 Ἐμπεδ. Παυσαν. ὑφηγ. τὸν ἄπνουν] Lege ex Laertio, Ἐμπ. Παυσανίᾳ ὑφηγήσασθαι τὰ περὶ τὴν ἄπνουν. Hanc lectionem in versione secutus sum.

4 Εἶναι δὲ τὴν ἄπνουν τοιαύτην, ὡς λ' ἡμ.] Vide viros doctos ad Laertium *Empedocle*, & præcipue Menagium ad Procœmium Laertii.

5 Φάρμακα δ' ὅσσα γεγᾶσι κακῶν καὶ γ.] Hunc & sequentes versus ex Laertio emendavi, qui in prioribus Edit. fœdissimis mendis obscurati sunt.



Ῥεύματα τε

Ῥήματα δενδρεόθρεπτα, τά τ' ἐν θέρει ἀποτίνει.

Ἄξεις δ' ἐξ ἀΐδαο καταφθιμένου μένος ἀνδρός.

Καί ποτ' Ἐτησίων σφοδρῶς πνευσάντων, ὡς τοὺς καρποὺς λυμαίνεσθαι, κελεύσας ὄνους ἐκδαρῆναι, καὶ ἀσκοὺς ποιῆσαι, περὶ τοὺς λόφους καὶ τὰς ἀκρωρείας διέτεινε πρὸς τὸ συλλαβεῖν τὸ πνεῦμα. λήξαντος δὲ, Κωλυσανέμαν κληθῆναι.

Ἀπονεί. ἀπονητί.

Ἀπὸ, καὶ ἄποθεν, διὰ τοῦ ο μικροῦ. ἀπωτάτω δέ.

Ἀποβαλομένη. δι' ἑνὸς λάμβδα· ἀντὶ τοῦ ἀποβαλοῦσα.

Ἄπο. πόῤῥω. μακρὰν. Ἐν τοῖς Οὔσβαις τοῦ κινδύνου ἄπο ἐγένετο, ἀποδράσας τὰ ξίφη.

Ἀποβαδίζειν. οὐδὲν πλέον τοῦ βαδίζειν δηλοῖ.

Ἀποβάθρας. καὶ τὰ λάσανα, ἃ λέγεται οἱ χυτρόποδες. καὶ τὰ μαγειρεῖα, ὅπου τῇ βουλῇ σκευάζεται μετὰ τὰς θυσίας κρέα.

Ἀπὸ βαλβίδος. ἀπ' ἀρχῆς.

Ἀποβάτης. [1] ἱππικόν τι ἀγώνισμα ἐστί. καὶ Ἀποβῆναι, τὸ ἀγωνίσασθαι τὸν ἀποβάτην. Ἀποβατικοὶ δὲ τροχοὶ, οἱ ἀπὸ τούτου τοῦ ἀγωνίσματος.

Ἀποβαίν, καὶ Ἀποβαίνει, γενικῇ. ὡς τὸ, Ἀποβάντες τῶν ἵππων.

Ἀποβεβιωκέναι. ἀποθανεῖν. Ἀνάγκη μὴ ἀποκρύπτειν, ὡς ἂν μὴ ὑποψία γένηται σφίσι τοῦ ἀποβεβιωκέναι αὐτόν.

Ἀποβλεπόμενοι. ἀντὶ τοῦ θαυμάζοντες. οὕτως Αἰσχίνης.

Ἀπόβλεπτον. ἔνδοξον. Ἄνδρα τῇ Περσικῇ πολιτείᾳ διὰ τὴν ἀξίαν ἀπόβλεπτον.

Ἀποβλίσαι. ἀποπιέσαι. [2] Ἀριστοφάνης

— Λωποδύτης παίει ῥοπάλῳ με τὸ νῶτον,

Κἀγὼ πίπτω μέλλων τι βοᾶν· ὁ δ' ἀπέβλισε θοιμάτιόν μου.

Ἀποβλύζων. ἀναβάλλων. ἀπεμῶν.

Ἀποβουκολίσας. ἐξαπατήσας. ἐκβαλών. ἀποσείσας. ἀποπλανήσας. [3] Οἱ δὲ τοὺς ἁλόντας ἀποβουκολίζουσι, ἀποσκευάζονταί τε τὸν κίνδυνον.

Ἀπὸ [4] βραδυσκελῶν ὄνων ἵππους. ἐπὶ τῶν ἀπὸ ἐλαττόνων ἐπὶ μείζονα μεταπηδώντων.

Ἀποβράσματα. τὰ πίτυρα παρὰ Καλλιμάχῳ.

Οὐδὲν [5] ἀπέβρασε φαῦλον ἀλετρίς.

Ἀποβύσαντες. ἀποκλείσαντες.

Ἀπογαλακτίζω. γενικῇ. ἀντὶ τοῦ ἀφιστῶ τοῦ γάλακτος, ἡ ἀποπαύω. ἡ γὰρ ἀπὸ ἐνταῦθα ἀπόπαυσιν καὶ ἀποπλήρωσιν σημαίνει τοῦ γάλακτος.

*Flatus ventorum, qui æstate spirare solent.*

*Defunctos etiam in vitam revocabis.*

Cum Etesiæ aliquando vehementer spirarent, adeo ut fruges læderent, jussit asinos excoriari, & utres confici, quos promontoriis & montibus ad ventum excipiendum obtendit. Eo igitur cessante, Κωλυσανέμαν appellatum fuisse ajunt.

Ἀπονεί. Sine labore.

Ἀπὸ, & ἄποθεν, per ο parvum scribuntur. Ἀπωτάτω vero [per ω magnum.]

Ἀποβαλομένη. Per unum λ, pro ἀποβαλοῦσα, quæ amisit.

Ἄπο. Longe. Procul. *In his Usbais procul a periculo fuit, fugiens gladios.*

Ἀποβαδίζειν. Nihil plus significat, quam simplex βαδίζειν, ire, incedere.

Ἀποβάθρας. Sic etiam vocantur ollæ, alias χυτρόποδες dictæ. Item loca, in quibus Senatui post sacrificia carnes apparantur.

Ἀπὸ βαλβίδος. Ab initio. A principio.

Ἀποβάτης. Sic appellatur certamen quoddam equestre. Et Ἀποβῆναι, certamine illo certare. Et Ἀποβατικοὶ τροχοὶ, rotæ currus, ab illo certamine sic dictæ.

Ἀποβαίν, & Ἀποβαίνει, genitivo junguntur. Ut, Ex equis descendentes.

Ἀποβεβιωκέναι. Mortuum esse. *Non est occultandus, ne suspicio illis oboriatur, eum mortuum esse.*

Ἀποβλεπόμενοι. Admirantes. Sic Æschines.

Ἀπόβλεπτον. Honoratum. Illustrem. *Virum ob dignitatem apud Persas illustrem.*

Ἀποβλίσαι. Exprimere. [Eripere.] Aristophanes:

*— Grassatore clava tergum meum percutiente,*

*Cado, clamare volens. At ille pallium mihi abstulit.*

Ἀποβλύζων. Ejiciens. Evomens.

Ἀποβουκολίσας. Qui decepit. Qui in errorem induxit. *Illi vero captos blandis verbis decipiunt, periculumque amoliuntur.*

Ἀπὸ βραδυσκελῶν ὄνων ἵππους. *A tardis asinis ad equos.* Dicitur de illis, qui a minoribus ad majora transeunt.

Ἀποβράσματα. Sic apud Callimachum vocantur furfures. [Et Ἀπέβρασε, furfur excrevit.] *Nihil furfuris molitrix a tritico secrevit.*

Ἀποβύσαντες. Qui obstruxerunt.

Ἀπογαλακτίζω. Genitivo jungitur. Ablacto. Præpositio enim ἀπὸ hic significat cessationem a lacte hauriendo.

1 Ἀποβάτης. ἱππικόν τι κ.τ.λ.] Quale certamen hoc fuerit docet Etymologus, quem vide. Confer etiam Harpocrationem, ex quo Suidas sua descripsit.

2 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* pag. 565. (388. Ed. Bas. P.) Vide etiam supra v. Ἀπέβλισε.

3 Οἱ δὲ τοὺς ἁλόντας ἀποβουκ.] Hæc sunt verba Theophylacti Simocattæ lib. III. cap. VII. ubi pro ἁλόντας rectius legitur ἀλῶντας.

4 Ἀπὸ βραδυσκελῶν ὄνων ἵππους] Zenobius & Diogenianus habent, Ἀπὸ βραδυσκελῶν ὄνων ἵππους ἀγαγεῖν; i. e. *E tardo asino equus prodiit.* Wolfius legit, Ἀπὸ βραδυσκελῶν ὄνων ἐφ' ἵππους: quod non est repudiandum.

5 Οὐδὲν ἀπέβρασε φαῦλον κ.λ.] Fragmentum hoc auctius legitur infra v. Σίτησιν.

Ἀπὸ γὰρ ὀλοῦμαι. ὑπερβατόν. ἀπολοῦμαι γάρ. Ἀριστοφάνης·

[1] Ἀπὸ γὰρ ὀλοῦμαι, μὴ μαθὼν γλωττοστροφεῖν.

Ἀπογενέσθαι. ἢ ὑστερῆσαι σημαίνει, ἢ ἀποθανεῖν. ἄμφω Θουκυδίδης.

Ἀπογειῶσαι. ἀποθεμελιῶσαι.

Ἀπογνούς. Δημοσθένης μὲν ἀντὶ τοῦ ἀπελπίσας. Δείναρχος δὲ, ἀντὶ τοῦ ἀποψηφισάμενος.

Ἀπογνωστέον. δεῖ ἀπογινώσκειν.

Ἀπογινώσκω. Ἀπογνοὺς τὰ τῶν Καρχηδονίων πράγματα ὁ Φαίδων. Καὶ, Τέλεον ἀπογνοὺς τὸν Φιλήμονα. Καὶ, Ἀπογνόντες τὴν σωτηρίαν.

Ἀπόγνοια. ἀπόγνωσις. [2] Θουκυδίδης. Ἐνέπρησαν δὲ τὰ πλοῖα, ὅπως ἀπόγνοια ᾖ τοῦ ἄλλο τι ἢ κρατεῖν τῆς γῆς.

Ἀπόγονοι. οἱ ἔκγονοι. Ἀπώγωνες δὲ, οἱ μὴ ἔχοντες πώγωνα.

Ἀπὸ γραμμῆς. οἷον, ἀπ' ἀρχῆς. ἐκ μεταφορᾶς τῆς τῶν δρομέων ἀφετηρίας καὶ γραμμῆς, ἣν ἄφεσιν καὶ βαλβίδα καλοῦσιν.

Ἀπογράφειν. καὶ Ἀπογραφή. οἱ τῷ δήμῳ χρήματα ὀφείλοντες ἐκ καταδίκης, καὶ μὴ ἀποδιδόντες μέχρι τῆς ἐνάτης πρυτανείας, ἐς τὸ δεσμωτήριον ἀπεκλείοντο, μήτ' ἐγγυητὰς καταστῆσαι δυνάμενοι τοῦ ὀφλήματος.

Ἀπογραφή. [3] ἐπειδὰν τις λέγῃ τινὰ ἔχειν τι τῶν τῆς πόλεως, ὁ ἐναγόμενος ἀπογραφὴν ποιεῖται, δηλῶν ὅσα τε ἔχει, καὶ ὅθεν τὰ χρήματα. μήποτε καὶ εἶδος τί ἐστι δίκης ἡ ἀπογραφή. εἰ γὰρ ἀρνοῖτό τις μὴ ἔχειν, [4] ἀπογραφῆς ἐκρίνετο, ὡς οὐκ ὀρθῶς γεγενημένης τῆς ἀπογραφῆς. οὕτω Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀνδροτίωνος. Ἀπογραφὴ, ἡ ἀπαρίθμησις. Ὁ δὲ Καῖσαρ Αὔγουστος, ὁ μοναρχήσας, εἴκοσιν ἄνδρας τοὺς ἀρίστους τὸν βίον καὶ τὸν τρόπον ἐπιλεξάμενος, ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν τῶν ὑπηκόων ἐξέπεμψε· δι' ὧν ἀπογραφὰς ἐποιήσατο τῶν τε ἀνθρώπων, καὶ τῶν οὐσιῶν, αὐτάρκη τινὰ προστάξας τῷ δημοσίῳ μοῖραν ἐκ τούτων εἰσφέρεσθαι. αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο, τῶν πρὸ αὐτοῦ τοὺς κεκτημένους τι μὴ ἀφαιρουμένων, ὡς εἶναι τοῖς εὐπόροις δημόσιον ἔγκλημα τὸν πλοῦτον. Ἀπόγραφος δέ. [5] Ὀνησίκριτος ὡς ἀπόγραφος ἐξ ἀρχετύπου δευτερεύει. τουτέστι, τοῦ Ξενοφῶντος.

Ἀπογράφω. αἰτιατικῇ. Σὺ δὲ ἀπόγραφε δικαίως ἡμᾶς.

Ἀπογράψαι. τὸ γράψασθαι. καὶ οἷον σημειώσασθαι δηλοῖ.

Ἀπὸ γὰρ ὀλοῦμαι. Hyperbatum est, pro ἀπολοῦμαι γάρ. Aristophanes:

*Peribo enim, quia linguam versatilem non habeo.*

Ἀπογενέσθαι. Vel significat serius venire, vel mori. Utraque significatio reperitur apud Thucydidem.

Ἀπογειῶσαι. Fundamenta ponere.

Ἀπογνούς. Apud Demosthenem hæc vox significat, qui spem omnem abjecit. Apud Dinarchum vero, qui reum absolvit.

Ἀπογνωστέον. Desperandum est.

Ἀπογινώσκω. Despero de aliqua re. *Phædon de Carthaginensium rebus desperans.* Et, *Omnino de Philemone desperans.* Et, *De salute desperantes.*

Ἀπόγνοια. Desperatio. Thucydides: *Incenderunt autem naves, ut nulla nisi terræ occupandæ spes illis relinqueretur.*

Ἀπόγονοι. Posteri. Qui genus ab aliquo ducunt. Ἀπώγωνες vero, qui barbam non habent.

Ἀπὸ γραμμῆς. A principio. Per translationem ductam a cursorum carceribus & linea, unde cursus initium fit; quam ἄφεσιν & βαλβίδα vocant.

Ἀπογράφειν, & Ἀπογραφή. Qui populo mulctam debebant, eamque ante nonam Prytaneiam non persolverant, nec debiti sui sponsores dare poterant, in carcerem conjiciebantur.

Ἀπογραφή. Cum quis dicit, alterum possidere aliquid, quod ad Remp. pertineat, is, qui accusatur, bona sua profitetur, addens, unde ea habeat. Forte tamen Ἀπογραφὴ est etiam species actionis. Si quis enim negaret, se aliquid habere, is actionem ἀπογραφῆς contra alterum instituebat, quasi descriptione non recte facta. Sic Demosthenes in Oratione contra Androtionem. Et Ἀπογραφὴ, bonorum professio. Census. Imperator Augustus viginti viros spectatæ virtutis & integritatis delectos in omnes provincias misit, qui & hominum & bonorum censum instituerent, jussitque justam inde partem in ærarium inferri. Hic primus fuit census: cum illi, qui eum antecesserant, quidvis possessoribus eripuissent; adeo ut publicum crimen esset divitem esse. Et Ἀπόγραφος, ab exemplari descriptus. *Onesicritus [Xenophonte] tanto inferior habendus est, quanto exemplar archetypo.*

Ἀπογράφω. Describo. *Tu vero nos juste describe.*

Ἀπογράψαι. Describere. Adnotare.

1 Ἀπὸ γὰρ ὀλοῦμαι, μὴ μαθὼν γλ.] Aristophanes *Nubibus* pag. 171. (102. Ed. Bas. *P.*)

2 Θουκυδίδης] Lib. III. cap. LXXXV.

3 Ἀπογραφή. ἐπειδὰν τις λέγῃ τινὰ ἔχειν τι τῶν τῆς πόλ.] Ex Harpocratione: ad quem vide Valesium.

4 Ἀπογραφῆς ἐκρίνετο] Apud Harpocrationem legitur, ἀπογραφεὶς ἐκρίνετο. Sed utraque lectio ferri potest, utpote sensui hujus loci satis accommodata. Nam ἀπογραφῆς ἐκρίνετο significat id, quod in versione expressimus. Si vero ἀπογραφεὶς ἐκρίνετο legatur, locus hic ita vertendus est: *Si quis negaret, se aliquid habere, & bona ejus describerentur, actionem contra alterum instituebat* &c. Sciendum enim est, si quis mala fide alterius bona olim descripsisset & ad magistratum detulisset, cum mille drachmis mulctatum fuisse, ut apparet ex initio orationis, quam Demosthenes adversus Nicostratum scripsit.

5 Ὀνησίκριτος ὡς ἀπόγραφος ἐξ ἀρχετύπου δευτερεύει] Hæc sunt verba Laertii lib. VI. Segm. LXXXIV.

Ἀποδαρθεῖν. ἀποκοιμηθῆναι.

Ἀποδασμόν. μοῖράν τινα. Ὁ δὲ στρατηγὸς ἀποδασμόν τινα τοῦ στρατοῦ ἀπολέξας, ἐκελεύετο προπορεύεσθαι. Καὶ αὖθις· Ἐκ τῶν Σαρακηνῶν ἀποδασμὸν εἰς τὴν Περσίδα [1] διαχωρείσας, μέρη τινὰ τῆς Βαβυλωνίας προνομεύσαντο.

Ἀποδάσομαι. ἀπομερίσομαι.

Ἄποδας. τοὺς Οὔννους φασί. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἀκροσφαλεῖς.

Ἀποδέκται. [2] ἄρχοντες κληρωτοί, δέκα τὸν ἀριθμὸν κατὰ φυλήν, οἵτινες παρελάμβανον καὶ ἀπεδέχοντο τὰ γραμματεῖα τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ. εἶτα ἐξεζήτουν τὰ ὀφειλόμενα, καὶ τὰ ἀποδιδόμενα χρήματα σὺν τῇ βουλῇ ἐμέριζον εἰς ἃ χρὴ ἀναλίσκειν. καὶ γενομένης τῆς καταβολῆς τῶν ὀφειλομένων χρημάτων, ἀπήλειφον τὰ γραμματεῖα δημόσια.

Ἀποδέον. τὸ ἀπαρέσκον. καὶ Ἀποδεόντων, λειπόντων, ἀπολειπομένων. καὶ Ἀποδεῖν, τὸ ἀπολείπεσθαι. [3] Ἰώσηππος· Ὡς ὀλίγον ἀποδεῖν τῶν ἀχθοφορούντων ζώων, ἤτοι ὀρέων, τὸν πεζὸν ἄνδρα. † Τόσον δὲ ἀποδεῖν οὐ τὴν πεπορισμένην ἤδη αὐτῷ καὶ ἀπὸ γένους προσήκουσαν βασιλείαν ἀφελέσθαι.

Ἀποδέχομαι. ὁμολογῶ. Ἀποδέχομαί σε τῶν τρόπων, καὶ ἀποδέχομαί σου τοὺς τρόπους.

Ἀποδείκνυμί σοι χελιδόνα. ἴσον τῷ μαρτύρομαι.

Ἀπόδειξις [4] ὅρου διαφέρει. δεῖ πρῶτον ζητῆσαι περὶ ὅρου, ἆρα μία ἐστὶ μέθοδος, καθ' ἣν πάντων τῶν ὄντων δυνατὸν τοὺς ὅρους ἀποδοῦναι· ἢ πολλαί. καὶ εἰ μία, τίς αὕτη. εἰ δὲ πολλαί, πόσαι τὸν ἀριθμόν, καὶ ποῖαι. καὶ ὅταν εὕρωμεν τοσάσδε, καὶ τοιάσδε, ὑπογραφῇ, ἢ ὁρισμῷ, ἄλλη πάλιν ἡμᾶς διαδέχεται ζήτησις, ποίαις τῶν μεθόδων ἐπὶ ποίων πραγμάτων χρηστέον. καὶ ὅταν εὕρωμεν τοῦτο, ἐπειδὴ ὁ ὁρισμὸς ἐκ γενῶν ἐστι καὶ διαφορῶν, τί τοῦ προκειμένου πράγματος τὸ γένος, καὶ τίνες αἱ διαφοραί· ἵνα συμπλέξαντες τὰς συστατικὰς διαφορὰς τῷ γένει, ἀποδῶμεν αὐτοῦ τὸν ὁρισμόν. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα χαλεπότης. ᾧ γὰρ πρώτως τι ἐνυπάρχει, τοῦτο καὶ καθ' ἑαυτὸ ὑπάρχει. καθ' αὑτὸ δέ ἐστι τὸ κατ' οὐσίαν. οὐκέτι δὲ καὶ εἴ τι καθ' αὑτὸ ὑπάρχει, τοῦτο καὶ πρώτως ὑπάρχει. τὸ γὰρ ζῷον τῷ ἀνθρώπῳ καθ' αὑτὸ μὲν ὑπάρχει, οὐ πρώτως δέ. διὸ κἂν μὴ ᾖ ἄνθρωπος, ζῷόν ἐστιν. ὥστε οὐ πρώτως τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ζῷον ὑπάρχει. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ σχῆμα τῷ τριγώνῳ καθ' αὑτὸ μέν, οὐ μέντοι πρώτως. ἡ δὲ κυρίως ἀπόδειξις ἐκ τῶν καθ' αὑτὸ καὶ πρώτως ὑπαρχόντων γίνεται. καὶ ἁπλῶς, ἡ ἐκ τῶν αἰτίων [5] τὰ αἴτια πιστουμένη, καὶ



Ἀποδαρθεῖν. Dormire. Obdormivisse.

Ἀποδασμόν. Partem. Portionem. *Dux vero partem exercitus delegit, eamque præire jussit.* Et iterum: *Parte Saracenorum in Persiam missa, partes quasdam Babyloniæ depopulatus est.*

Ἀποδάσομαι. Dividam. Distribuam.

Ἄποδας. Sic Hunnos vocant. Vide in v. Ἀκροσφαλεῖς.

Ἀποδέκται. Receptores. Hi erant viri deni, pro Tribuum numero, sorte lecti, quibus tradebantur tabulæ illorum, qui Reipubl. aliquid debebant. Deinde in debita inquirebant, & pecuniam persolutam cum consensu Senatus in usus necessarios impendebant. Debito autem soluto, nomina debitorum ex publicis tabulis expungebant.

Ἀποδέον. Quod displicet. Et Ἀποδεόντων, qui desunt, vel absunt. Et Ἀποδεῖν, deesse, differre. Josephus: *Ut pedites ab onustis jumentis parum differrent.* † *Tantum abesse, ut ipsi auferat regnum, quod ei jam traditum erat, & jure hæreditario ad ipsum pertinebat.*

Ἀποδέχομαι. Probo. Assentior. Ἀποδέχομαί σε τῶν τρόπων, & ἀποδέχομαί σου τοὺς τρόπους (mores tuos probo) utrumque dicitur.

Ἀποδείκνυμί σοι χελ. *Ostendo tibi hirundinem.* Idem valet, ac μαρτύρομαι, testor.

Ἀπόδειξις. *Demonstratio* a definitione differt. Primum de definitione quærendum est, utrum una sit ratio, secundum quam omnium rerum definitiones tradi possint, an vero plures. Et, si una tantum, quænam hæc sit. Sin plures, quot illæ sint numero, & quales. Quum autem descriptione vel definitione tot & tales invenerimus, rursus alia quæstio nos excipit: Quibus methodis quibus in rebus sit utendum. Quum autem hoc invenerimus, quoniam definitio ex generibus & differentiis constat, quærendum, quodnam sit rei propositæ genus, & quæ differentiæ, ut differentiis, quæ rem constituunt, cum genere conjunctis, ejus definitionem tradamus. Est & alia difficultas. Cui enim primum aliquid inest, id per se quoque existit. Per se autem existit, quod habet substantiam. Non tamen etiam si quid per se est, id etiam primum est. Animal enim per se quidem homini inest: sed non primum. Quamobrem, quamvis homo non esset, animal tamen esset. Quare non primum homini animal inest. Eodem etiam modo figura inest triangulo, per se quidem: sed non primum. Propria vero *demonstratio* fit ex iis, quæ per se & primum sunt; & (ut paucis rem expediam) quæ ex causis

1 Διαχωρείσας] Sic habet unus MS. Paris. Alter vero χωρήσας. At in prioribus Edit. excusum est χωρήσας.

2 Ἀποδέκται. ἄρχοντες κληρωτοί. δέκα τὸν ἀρ.] Hic locus in MSS. Paris. ita legitur: Ἀποδέκται. Ἀρχή τις ἦν παρ' Ἀθηναίοις. δέκα δὲ ἦσαν, οἳ παραλαβόντες τὰ γραμματεῖα ἀπήλειφον τὰ καταβαλλόμενα χρήματα τῆς βουλῆς ἐναντίον ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, καὶ πάλιν ἀπεδίδοσαν τὰ γραμματεῖα τῷ δημοσίῳ. Sic etiam legitur apud Harpocrationem.

3 Ἰώσηππος] *De Bello Jud.* lib. III. pag. 836. ubi locus iste sic legitur: Ὡς ὀλίγον ἀποδεῖν τῶν ἀχθοφορούντων ὀρέων τὸν πεζόν.

4 Ἀπόδειξις ὅρου διαφέρει. δεῖ πρ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, excerpsit Suidas ex Philopono in lib. I. Aristot. *de Anima*, A. 7.

5 Τὰ αἴτια πιστουμένη] Legendum est τὰ αἰτιατὰ τῶν ut apud Philoponum.

ἐκ

ἐκ τῶν καθόλου τὰ μερικώτερα. Ἡ δὲ ἐκ τῶν αἰτιατῶν τὰ αἴτια πιστουμένη, τεκμηριώδης ἀπόδειξις λέγεται. οἷον, τὸ δεῖξαι ἐκ τῶν φωτισμῶν τῆς σελήνης ὅτι σφαιρική. εἰ γὰρ ἐδείκνυτο, διότι σφαιρική, διὰ τοῦτο φωτίζεσθαι οὕτως, τοῦτο ἂν εἴη κυρίως ἀπόδειξις. ἐκ γὰρ τοῦ αἰτίου τὸ αἰτιατὸν ἐδείκνυτ' ἄν. οὐ χρώμεθα δὲ ἐνταῦθα τῇ δείξει ταύτῃ, διότι τὸ αἰτιατὸν πρὸς ἡμᾶς σαφέστερόν ἐστι φύσει τοῦ αἰτίου. Τεκμηριώδης δὲ ἀπόδειξις καὶ τὸ ἐκ τοῦ καπνοῦ τὸ πῦρ εὑρεῖν καὶ κατανοῆσαι. καὶ ἂν μὲν πάντως ἕπηται τὸ αἰτιατὸν τῷ αἰτίῳ, τεκμήριον τοῦτο λέγεται. τεκμήριον δέ ἐστι τὸ ἄλυτον σημεῖον. ἂν δὲ μὴ πάντως ἕποιτο, σημεῖον μὲν ἂν λέγοιτο, τεκμήριον δὲ οὐκ ἔστιν, διότι μηδὲ ἄλυτόν ἐστι· οἷον ὡς τὸ, ὠχρά ἐστιν, ἐπειδὴ τέτοκεν. οὐ πάντως γὰρ τῇ ὠχρότητι παρακολουθεῖ τὸ τετοκέναι. Ἀπόδειξις δέ ἐστι μέθοδος διὰ συλλογισμῶν συλλογιστική, ὅταν ἐξ ἀληθῶν καὶ πρώτων ὁ συλλογισμὸς γίνηται.

effecta probat, & ex universalibus particularia. Quæ vero ex effectis causas probat, illa τεκμηριώδης Ἀπόδειξις vocatur: ut, si ex lunæ illuminatione eam globosam esse demonstres. Si enim, quia globosa est, demonstraretur eam ideo sic illuminari, hæc esset proprie *demonstratio*. Nam ex causa effectus demonstraretur. Ea autem demonstratione hic non utimur, quia effectus apud nos natura evidentior est quam causa. Τεκμηριώδης ἀπόδειξις etiam vocatur, cum ex fumo ignem deprehendimus & demonstramus. Et quidem, si effectus causam omnino sequatur, id vocatur τεκμήριον. Τεκμήριον enim est certum & irrefutabile alicujus rei signum. Quod si [effectus causam] non necessario sequatur, id σημεῖον quidem dicitur, non autem τεκμήριον, quia non est irrefutabile: veluti si quis dicat, pallida est, quia peperit. Non enim necessario sequitur, aliquam peperisse, quia pallida est. *Demonstratio* autem est methodus quæ per ratiocinationes aliquid colligit, quod fit, cum ex veris & primis [principiis] argumentatio constat.

Ἀποδειροτομεῖ. ἀποκόπτει τοὺς αὐχένας.

Ἀποδειροτομεῖ. Cervicem amputat.

Ἀποδημεῖν. γενικῇ. μὴ παρεῖναι. [1] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Ἐχρῆν αἰθρίας οὔσης ὕειν αὐτὸν, ταύτας δ' ἀποδημεῖν.

Ἀποδημεῖν. Abesse. Peregrinari. Genitivo jungitur. Aristophanes *Nubibus*: *Atqui oportebat cælo sereno [Jovem] pluere, has vero [nubes] abesse.*

Ἀπὸ δή. Ἀπὸ δὴ τούτων πάντων ἀναπειθόμενος τῶν πλεονεκτημάτων, πάντα τὸν ἀνθιστάμενον ἡττηθεὶς ἐν δευτέρῳ, εὐθαρσῶς ἐπῄει. συνηνέχθησαν δὴ ἄμφω ἀλλήλοιν. Δέξιππος.

Ἀπὸ δή. *His igitur rebus omnibus, quibus aliis præstare se videbat, inductus, omnesque adversarios impares sibi judicans, fidenti animo eum adortus est. Ambo igitur inter se congressi sunt.* Dexippus.

Ἀποδιατρίψουσιν. ἐγχρονίσουσι. χρονοτριβήσουσιν.

Ἀποδιατρίψουσι. Tempus terent. Immorabuntur.

Ἀποδιδόμενοι. [2] Ἀντιφῶν ἀντὶ τοῦ Ἀποδιδόντες. καὶ Ἀποδιδόμεθα, γενικῇ, ἀντὶ τοῦ ἀποδίδομεν, ἢ πιπράσκομεν.

Ἀποδιδόμενοι. Antiphon dixit pro ἀποδιδόντες, reddentes. Et Ἀποδιδόμεθα, cum genitivo, pro ἀποδίδομεν, vendimus.

Ἀποδικεῖν. ἀντὶ τοῦ ἀπολογεῖσθαι. οὕτως Ἀντιφάνης.

Ἀποδικεῖν. Causam coram judice dicere. Sic Antiphanes.

Ἀποδιοπομπεῖσθαι. αἰτιατικῇ. ἀποπέμπεσθαι πρὸς τὸν ἀποτρόπαιον Δία, καὶ οἱονεὶ καθαίρεσθαι, ἢ ἱλάσκεσθαι. Τοὺς νυκτικόρακας εἰς τοὺς ὄρνεις ἀποδιοπομποῦνται. καὶ Ἀποδιοπομπείσθω, ἀποδιωκέσθω.

Ἀποδιοπομπεῖσθαι. Accusativo jungitur. Amandare ad Jovem Piacularem, & quodammodo lustrare & expiare. *Nycticoraces ad aves amandant.* Et Ἀποδιοπομπείσθω, abigatur, repellatur.

Ἀπὸ δὶς ἑπτὰ κυμάτων. ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐπὶ φόνοις καθαιρομένων. οὗτοι γὰρ δὶς ἑπτὰ κύμασι πλύνουσι τὰ ἱμάτια.

Ἀπὸ δὶς ἑπτὰ κυμ. *A bis septem fluctibus.* Per translationem ductam ab illis, qui ob cædem lustrantur. Illi enim bis septem fluctibus vestes abluunt.

Ἀποδοκιμάσας. [3] ὡς ἄχρηστον ἐκφαυλίσας. [4] Ὁ δὲ Ἀννίβας ἀποδοκιμάσας τὸν ἐξ ἀρχῆς ὑπάρχοντα αὐτοῖς καθοπλισμὸν, ἅμα τῷ νικῆσαι τῇ πρώτῃ μάχῃ, παραχρῆμα τοῖς Ῥωμαίων ὅπλοις καθώπλισε τὰς δυνάμεις.

Ἀποδοκιμάσας. Qui aliquid ut inutile sprevit & rejecit. *Annibal vero, damnato genere armorum, quo [milites ejus] ante usi fuerant, post primam statim victoriam copias suas armis Romanorum armavit.*

Ἀπὸ δόξης. ἀπὸ εἰκασμοῦ.

Ἀπὸ δόξης. Per opinionem. Per conjecturam.

Ἀποδόσθαι. πωλῆσαι. καὶ Ἀπόδου, πώλησον.

Ἀποδόσθαι. Vendidisse. Et Ἀπόδου. Vende.

Ἀποδράς. ἀποφυγών. καὶ Ἀποδρᾶναι.

Ἀποδράς. Qui aufugit. Et Ἀποδρᾶναι, aufugere.

1 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Ἐχρῆν αἰθ.] Apud Aristoph. *Nub.* pag. 148. (82. Ed. Bas.) sic hodie legitur:
Καί τοι χρῆν αἰθρίας ὕειν αὐτὸν, ταύτας δ' ἀποδημεῖν.

2 Ἀποδιδόμενοι. Ἀντιφ.] Ex Harpocratione.

3 Ἀποδοκιμάσας. ὡς ἄχρηστον ἐκφ.] Vide supra v. Ἀποδοκιμάζειν.

4 Ὁ δὲ Ἀννίβας ἀποδοκιμάσας τὸν ἐξ ἀρχ. ὑπ.] Hæc sunt verba Polybii lib. XVIII. cap. XXIV. ut Jac. Gronovius recte observavit.

Ἀποδρέψεσθε. ἀποβυζήσετε. [1] Οὐ καὶ πίονα τυρὸν ἀποδρέψεσθε.

Ἀποδρύφω. ἐκδέρω.

Ἀποδύντες. [2] ἀντὶ τοῦ ἀποδυσάμενοι. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀθλητῶν, οἳ ἀποδύονται τὴν ἔξωθεν στολὴν, ἵνα εὐτόνως [3] χειρονομῶσιν. Ἀριστοφάνης· Ἀλλ' ἀποδύντες τοῖς ἀναπαίστοις ἐπίωμεν.

Ἀποδυσπετεῖ. ἀποδύρεται. Δυστυχούμενοι τοῖς συμβαίνουσιν ἀποδυσπετεῖν ἀναγκάζονται.

Ἀπὸ ἕθεν. ἀπὸ ἑαυτοῦ.

Ἀποζῆν. [4] τὸ εὐτελῶς ζῆν. ζῆν δὲ, τὸ μετὰ τρυφῆς καὶ πολυτελείας. Τοσαῦτα ἀγαθὰ ἀγαπῶν κεκτῆσθαι, ὅσα ἀποζῆν ἀπ' αὐτῶν. ἀντὶ τοῦ μέτρια.

Ἀπόζων. γενικῇ. ἀποπνέων.

Ἀπόειπε. [5] ἀπάρνησαι.

Ἀποθανεῖν. Ἐάν [6] τις αὐτὸ μόνον ἴδῃ, καὶ τῷ μερισμῷ τῆς ἐννοίας διαλύσῃ τὰ ἐμφανταζόμενα αὐτῷ, οὐκέτι ἄλλο τι ὑπολήψεται αὐτὸ εἶναι, ἢ φύσεως ἔργον. Φύσεως δὲ ἔργον εἴ τις φοβεῖται, παιδίον ἐστί. τοῦτο μέντοι οὐ μόνον φύσεώς ἐστιν, ἀλλὰ καὶ συμφέρον αὐτῇ. πῶς ἅπτεται Θεοῦ ἄνθρωπος, καὶ κατὰ τί ἑαυτοῦ μέρος;

Ἀποθάνω. αὐθυπόστακτον. Καὶ ἀποθάνωμεν, ὁμοίως. Ἀποθανόντος αὐτῷ τοῦ πατρὸς, ἀπέτισε πολλὰ χρήματα.

Ἄποθεν. [7] χωρίς. ἢ πόῤῥωθεν.

> Ῥινοῦ [8] χερμαστῆρος εὔστροφα κῶλα τιταίνων
> Ἀλκιμένης πτανῶν εἶργεν ἄπωθε νέφος.

Καὶ αὖθις· Ῥουφῖνος δέ οἱ μεταξὺ ἐπανήκων ἐνέτυχε πόλεως Νισίβιδος οὐ μακρὰν ἄποθεν. καὶ Ἄποθέν γέ ποθεν, ἀπό τινος μέρους [9] ἰσημέρου.

Ἀποθέσθαι. ἀποθησαυρίσαι, ἀποταμιεῦσαι. Ὁ δὲ βουλόμενος μηδένα χρόνον ἀργὸν ποιεῖν, προέθετο τὸ τοῦ χειμῶνος ἄπρακτον εἴς τινας χρείας ἀποθέσθαι.

Ἀποθεσπίσαι. δογματίσαι. ἐκθέσθαι. εἰπεῖν.

Ἀπόθετον. τὸ ἀποτεθησαυρισμένον.

Ἀποθήκην. ἀντὶ τοῦ ἀποστροφήν. Φίλιστος.

Ἀποθλίβειν. ἐν τῷ Βλιμάζειν.

Ἀπόθητος. ὁ μὴ ποθούμενος.

Ἀποθνήσκοντας [10] ἐν πολέμῳ ὁρῶ τοὺς περὶ πλείστου ποιουμένους τὸ ζῆν, καὶ ζῶντας, ὅσοι τοῦ ζῆν ἀπεγνώκεισαν. κἀγὼ μαχέσομαι ὡς ἀποθανούμενος, καὶ οἶδ' ὅτι περιέσομαι. Λάκων γάρ εἰμι ἄνωθεν, καὶ οἶδα τὴν πρὸς Λεωνίδαν ἐπιστολὴν τῶν τελῶν Μα-

Ἀποδρέψεσθε. Decerpetis. [Rodetis.] *Ubi & pinguem caseum rodetis.*

Ἀποδρύφω. Excorio.

Ἀποδύντες. [Interdum dicitur] pro ἀποδυσάμενοι, i. e. qui se ad aliquam rem accinxerunt. Per translationem ductam ab athletis, qui vestem exteriorem exuere solent, ut contentius luctentur. Aristophanes: *Sed ad certamen nos accingentes Anapæstis eos incessamus.*

Ἀποδυσπετεῖ. Luget. [Ægre fert. Animo concidit.] *Malis vexati animo concidere coguntur.*

Ἀπὸ ἕθεν. A se.

Ἀποζῆν. Tenuiter & parce vivere. Ζῆν vero, in deliciis & luxu vivere. *Iis bonis contentus erat, unde victitare vitamque tolerare posset.*

Ἀπόζων. Genitivo jungitur. Redolens. Odorem spirans.

Ἀπόειπε. Nega. Recusa.

Ἀποθανεῖν. Mori. *Si quis ipsam tantum [mortem] intueatur, & cogitatione ab illa submoveat, quæ prima specie imaginationem nostram terrent, nihil aliud eam esse putabit, quam naturæ opus. Naturæ vero opus quisquis formidat, puer est. Hoc autem non solum est naturæ opus, sed etiam illi conducit. [Considerandum etiam est,] quomodo & qua sui parte homo Deum attingat.*

Ἀποθάνω. Moriar. Subjunctivus. Et Ἀποθάνωμεν, itidem. *Patre ejus mortuo multum pecuniæ persolvit.*

Ἄποθεν. Seorsim. Item, procul, eminus. *Fundæ e corio factæ & saxa jaculantis bene tortas rotans habenas ego Alcimenes volucrum procul arcui nubem.* Et rursus: *Rufinus vero inter redeundum in ipsum incidit, non procul ab urbe Nisibide.* Et Ἄποθέν γέ ποθεν, alicunde.

Ἀποθέσθαι. Reponere. Recondere. *Ille vero, cum nullum tempus ociosum traducere vellet, hibernum ocium negociis quibusdam necessariis impendere statuit.*

Ἀποθεσπίσαι. Decretum ferre. Exponere. Pronuntiare.

Ἀπόθετον. Repositum. Reconditum.

Ἀποθήκην pro ἀποστροφήν dixit Philistus.

Ἀποθλίβειν. Exprimere. Vide in voce Βλιμάζειν.

Ἀπόθητος. Qui non desideratur.

Ἀποθνήσκοντας ἐν πολ. *Video illos, qui vitam plurimi faciunt, in bello mori, & illos vivere, qui de salute desperaverant. Quamobrem & ego ut moriturus pugnabo, & scio me superstitem fore. Lacon enim sum a prima generis origine, & scio, quid Ephori ad Leonidam scripserint:*

1 Οὐ καὶ πίονα τυρὸν ἀπ.] Hæc verba decerpta sunt ex Epigrammate in mures, quod exstat Anthol. lib. 1. cap. XXXIII. pag. 70.

2 Ἀποδύντες, ἀντὶ τοῦ ἀποδ.] Vide quæ de significatione hujus vocis notamus infra ad v. Ἡ δεῖ κτλ.

3 Χειρονομῶσιν] Malim παλαίωσιν, i. e. luctentur.

4 Ἀποζῆν. τὸ εὐτελῶς ζῆν.] Hæc repetuntur infra v. Ζῆν.

5 Ἀπόειπε. ἀπάρνησαι] Ex Schol. Homeri ad Il. Γ. v. 406.

6 Ἐάν τις αὐτὸ μόνον ἴδῃ καὶ τῷ μερ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Marci Antonini Imperatoris lib. II. §. XII.

7 Ἄποθεν] Sic MSS. Paris. In prioribus vero Edit. male scriptum ἄπωθεν, per ω.

8 Ῥινοῦ χερμαστῆρος εὔστ.] Distichum hoc legitur Anthol. lib. III. cap. XVI. Ep. 1.

9 Ἰσημέρου] Hanc vocem, tanquam supervacaneā, delendā censeo.

10 Ἀποθνήσκοντας ἐν πολ.] Elegans hoc fragmentum depromptū est ex Synesii Epist. CXIII.

χέδων

χέσθαι ὡς τεθναξόμενοι, καὶ οὐ τεθνάξοντες.

Ἀπόθου. ἀπόβαλε. Ἀπωθοῦ δὲ, ἄθησον.

Ἀποθώμεθα. αὐθυπότακτον. ἀντὶ τοῦ ἀποβάλλωμεν.

Ἀποθραυσθῇς. ἐκπέσῃς. [1] Μηδ᾽ εἰς ὀρχηστρίδος εἰσάξῃς (τουτέστιν εἰσέλθῃς) μήποτε τῆς εὐκλείας ἀποθραυσθῇς.

Ἀποθρέξεις. συναποδράσῃς. οὕτω Πλάτων.

Ἀποθρώσκοντα. ἀποπηδῶντα.

Ἀποθύμια. λυπηρά. τὰ μὴ καταθύμια.

Ἀπὸ θυμοῦ. Δείσας οὖν μὴ ἀπὸ θυμοῦ γένηται τῷ βασιλεῖ, μὴ θαρσήσας αὐτὸν ἐπιβαίνει τῷ πορθμείῳ. Καὶ αὖθις· Τοῖς μὲν ὀλίγοις τι, καὶ ἂν ὄφελός τι ἐν παντὶ ἔθνει, ἀπὸ θυμοῦ εἶναι τὰς ληλασίας. Καὶ [2] ἀπὸ θυμοῦ. μισητός. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀπὸ θυμοῦ ἦν αὐτοῖς ἄρχων ὁ Αὔγαρος.

Ἀποθυνίζω. τὸ ἀποπέμπομαι, καὶ παραλογίζομαι.

Ἀπὸ [3] ἵππων ἐπ᾽ ὄνους. ἐπὶ τῶν κατὰ τὸ χεῖρον τετραμμένων.

Ἄποκα πρόβατα. ἄκουρα.

Ἀποκαθεύδουσιν. ἀντὶ τοῦ ἀποκοιμῶσιν. Εὔπολις. τουτέστι γυναῖκα χωρίζεσθαι ἀνδρὸς, καὶ ἀφίστασθαι.

Ἀποκαθιστῶν. διδούς. χαριζόμενος. [4] Σὺ εἶ ὁ ἀποκαθιστῶν τὴν κληρονομίαν μου ἐμοί. τουτέστι τὴν τῶν ἐθνῶν βασιλείαν, τὴν προτέραν δεσποτείαν ἀποδιδούς.

Ἀποκαχήσαντες. [5] ἀφροντιστήσαντες. [6] Παρὰ δὲ Σώφρονι ἀποκαχήσαντες.

Ἀπὸ [7] καλοῦ ξύλου κἂν ἀπάγξασθαι. θέλει λέγειν, ὅτι βέλτιόν ἐστι χρῆσθαι τοῖς γενναίοις στρατηγοῖς καὶ δεδοκιμασμένοις, ἢ τοῖς φαύλοις. κἂν γὰρ δέῃ παθεῖν, κρεῖττον ἀπ᾽ ἀγαθοῦ ἢ φαύλου πάσχειν. καὶ Ἀριστοφάνης·

Κἂν τι σφάλλητ᾽, ἐξ ἀξίου γοῦν τοῦ ξύλου.

Ἀποκαραδοκία. προσδοκία. καὶ Ἀποκαραδοκῶν. [8] προσδοκῶν. Ὁ δὲ καθῆστο ἐν τῇ παρεμβολῇ, ἀποκαραδοκῶν, ὅποι καὶ τύχης χωρήσοι τὰ πράγματα. σημαίνει δὲ καὶ τὴν ἀνελπιστίαν.

Ἀποκαρτερήσαντα. ἑαυτὸν λιμῷ ἢ ἀγχόνῃ τοῦ βίου ἐξαγαγόντα. [9] Λυκοῦργον τὸν Λακεδαιμονίων νομοθέτην, μετὰ τὸ θεῖναι τοὺς νόμους, ἐλθόντα εἰς Κρήτην ἀποκαρτερῆσαι, ὅπως μὴ αὐτοὺς ἀναγκασθείη λῦσαι. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ Ἀναξαγόρας ἐλθὼν ἐν Λαμψάκῳ, καὶ ἀποκαρτερήσας, τὸν βίον κατέστρεψε.

*Pugnent ut mox morituri, & non morientur.*

Ἀπόθου. Depone. Abjice. Ἀπωθοῦ vero, repelle.

Ἀποθώμεθα. Subjunctivus, pro ἀποβάλλωμεν, abjiciamus.

Ἀποθραυσθῇς. Excidas. *Neque in saltatricis domum ingrediaris, ne forte bona tua existimatione excidas.*

Ἀποθρέξεις. Cursu aufugies. Sic Plato.

Ἀποθρώσκοντα. Prosilientem.

Ἀποθύμια. Molesta. Ingrata.

Ἀπὸ θυμοῦ. [Displicens. Ingratum.] *Veritus igitur, ne Regi id displiceret, cum nulla spe animum ejus confirmasset, pontonem intravit.* Et iterum: *Et paucioribus quidem illas prædationes displicere.* Et ἀπὸ θυμοῦ, invisus. *Quoniam vero Abgarus Præfectus illis non erat invisus.*

Ἀποθυνίζω. Repudio. Decipio.

Ἀπὸ ἵππων ἐπ᾽ ὄνους. *Ab equis ad asinos.* In eos, qui [a melioribus] ad deteriora transeunt.

Ἄποκα πρόβατα. Pecora intonsa.

Ἀποκαθεύδουσιν. Secubant. Eupolis. Dicitur de uxore, quæ a marito se separat.

Ἀποκαθιστῶν. Dans. Largiens. [Restituens.] *Tu es ille, qui hæreditatem meam mihi restituis.* Hoc est, qui gentium regnum & priorem dominationem mihi reddis.

Ἀποκαχήσαντες. Quibus nihil curæ est. Securi. Apud Sophronem.

Ἀπὸ καλοῦ ξύλου κἂν ἀπ. *E nobiliori ligno vel suspendar.* Significare vult, præstare fortibus & spectatæ virtutis ducibus uti, quam malis & ignavis. Nam si quid incommodi pati oporteat, præstare illud boni quam mali [ducis] culpa pati. Et Aristophanes: *Et si quid peccaveritis, ex meliori saltem ligno [suspendamini.]*

Ἀποκαραδοκία. Expectatio. Et Ἀποκαραδοκῶν, expectans. *Ille vero in castris sedebat, expectans, quem eventum res habituræ essent.* Significat etiam desperationem.

Ἀποκαρτερήσαντα. Qui vel inedia vel laqueo mortem sibi conscivit. [*Ferunt*] *Lycurgum, Lacedæmoniorum legislatorem, postquam leges tulisset, in Cretam profectum inedia vitam finivisse, ne ipse eas abrogare cogeretur.* Et rursus: *Anaxagoras autem Lampsacum profectus inedia vitam finivit.*

1 Μηδ᾽ εἰς ὀρχηστρίδος εἰσ.] Apud Aristophanem *Nubib.* pag. 180. (109. Ed. Bas. P.) locus hic ita legitur:

Μηδ᾽ εἰς ὀρχηστρίδος εἰσιέναι, ἵνα μὴ πρὸς ταῦτα κεχηνὼς
Μήλῳ βληθεὶς ὑπὸ πορνιδίου, τῆς εὐκλείας ἀποθραυσθῇς.

Vide infra v. Ἄχεστα. & v. Εἰσιέναι.

2 Καὶ ἀπὸ θυμοῦ. μισητός. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀπὸ θ.] Locum hunc, qui in prioribus Edit. mutilus est, ex MSS. supplevi.

3 Ἀπὸ ἵππων ἐπ᾽ ὄνους] Huic proverbio contrarium est illud: Ἀπὸ ὄνων ἐπὶ ἵππους: de quo vide supra suo loco.

4 Σὺ εἶ ὁ ἀποκ. τὴν κληρονομίαν μου ἐμοί] Hæc sunt verba Davidis Psalm. XVI. 5.

5 Ἀφροντιστήσαντες] Hæc interpretatio potius convenit voci Ἀποκηδέσαντες. Vide Hesych. h. v.

6 Παρὰ δὲ Σώφρονι ἀποκαχήσαντες] Hæc nihili sunt, & ex voce Ἀποκηδέσαντες (quam vide) inepte huc translata.

7 Ἀπὸ καλοῦ ξύλου κἂν ἀπ.] Hæc, & quæ sequuntur, leguntur etiam supra v. Ἄξιον.

8 Προσδοκῶν] Hæc vox a prioribus Edit. abest, quam ex 2 MSS. Paris. revocavi.

9 Λυκοῦργον τὸν Λακεδαιμονίων νομ.] Hoc fragmentum legitur etiam v. Ἀποκαρτερεῖν.

Ἀπὸ[1] καταδυομένης. λείπει, ὅ, τι ἂν λάβῃς, κέρδος. ἀπὸ τῶν ἐμπόρων ἡ μεταφορά, οἱ καταδυομένης τῆς νεώς, ὅ, τι ἂν λάβωσι, κέρδος ἡγοῦνται.

Ἀπὸ καταδυομένης. *Ex [nave,] quæ submergitur.* Desideratur, quidquid ceperis, lucrum est censendum. Translatio ducta est a mercatoribus, qui, cum navis submergitur, quodcunque naufragio eripuerint, id in lucro ponunt.

Ἀποκαταλλάξαι. φιλοποιῆσαι.

Ἀποκαταλλάξαι. Reconciliare.

Ἀποκατέστην.[2] ἀπεδόθην. [3] Ἀποκατέστη τοῖς περὶ τὸν [4] Ζὶχ τὰ ὀφειλόμενα χρήματα τῶν ζʹ ἐνιαυτῶν.

Ἀποκατέστην. Restitutus sum. *Zichio debita septem annorum pecunia reddita est.*

Ἀποκαυλίζεσθαι[5] τὸν μηχανικὸν κριόν.

Ἀποκαυλίζεσθαι. Dicitur de ariete, machina bellica, cum rostrum ejus defringitur vel decurtatur.

Ἀποκαίνυμαι.[6] νικῶ. ἀπὸ τοῦ καίνω, τὸ φονεύω, καίνυμι, ἐκαινύμην. μεταφορικὴ δὲ ἡ λέξις. κυρίως γὰρ ἐπὶ τῶν φονευόντων καὶ νικώντων λαμβάνεται. ἢ παρὰ τὸ αἴνυσθαι καὶ λαμβάνειν ἆθλον τοὺς νικῶντας.

Ἀποκαίνυμαι. Vinco. A verbo καίνω, quod significat occido. A καίνυμι fit ἐκαινύμην. Est vocabulum metaphoricum. Proprie enim dicitur de illis, qui aliquos interficiunt & vincunt. Vel deductum est ab αἴνυμαι, quod significat accipio; quod victores accipiant præmium.

Ἀποκεκλήκαμεν. ἀπηγορεύσαμεν. καὶ [7] Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν· Ἀποκεκλήκαμεν διογενεῖς θεοὺς μηκέτι τὴν πόλιν διαπερᾶν.

Ἀποκεκλήκαμεν. Interdiximus. Aristophanes *Avibus: Interdiximus, ne Dii, Jove nati, urbem nostram amplius transirent.*

Ἀποκεκραιπαλημένος. τῆς κραιπάλης ἀπαλλαγεὶς καὶ μέθης.

Ἀποκεκραιπαλημένος. Cui crapula & ebrietas decessit.

Ἀποκεκρουσμένον. οἷον ἠκρωτηριασμένον. ἀποκεκλασμένον, καὶ κεκολοβωμένον. [8] Δός μοι κυλίκιον, τὸ χεῖλος ἀποκεκρουσμένον. ποτήριον. Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσιν.

Ἀποκεκρουσμένον. Mutilatum. Fractum. Decurtatum. Aristophanes *Acharnensibus: At da mihi poculum, cujus labrum est fractum.* [Κυλίκιον hic idem significat quod] ποτήριον.

Ἀποκεκύφαμεν. Ἀριστοφάνης· [9] Οἱ γὰρ ἄνδρες, ὥσπερ λαμπαδηφόροι ὄντες, ἀποκεκύφαμεν. οἱ γὰρ λυχνοφοροῦντες κεκύφασι διὰ τὸν ἄνεμον.

Ἀποκεκύφαμεν. Corpore incurvato incedimus. Aristophanes: *Nam nos viri, tanquam lucernam ferentes, incurvati incedimus.* Qui enim lucernas ferunt, cernui incedunt propter ventum.

Ἀποκείλαντες. ἀποκλίναντες.

Ἀποκείλαντες. Declinantes.

Ἀποκείραντες, καὶ κείραντες, ἑκατέρως λέγουσιν.

Ἀποκείραντες, & κείραντες, utrumque [eodem sensu] dicitur.

Ἀποκεῖσθαι πόρρω. ἀτιμάζεσθαι. οὕτω Κρατῖνος.

Ἀποκεῖσθαι πόρρω. Contemni. Nullo in honore haberi. Sic Cratinus.

Ἀποκηδήσαντες.[10] Ὅμηρος.[11] παρὰ δὲ Σώφρονι ἀποκακήσαντες, ἀφροντιστήσαντες. καὶ Ἀποκηδήσονται, τὴν λύπην ἀφαιρήσονται.

Ἀποκηδήσαντες. Negligentes. Homerus. Apud Sophronem vero accipitur pro ἀποκακήσαντες, malis succumbentes. Et Ἀποκηδήσονται, a tristitia & mœrore liberabuntur.

Ἀποκήρυκτον. ἀλλότριον. [12] Ὅτι ὁ λέγων τοὺς ἀποκηρύκτους φαύλους εἶναι ἁπλῶς, δόξαι ἂν λέγειν ἐξ ἀνάγκης τοιούτους αὐτοὺς εἶναι· οὐ μὴν οὕτως ἔχει. ἐνδέχεται γάρ τινα μὴ τοιοῦτον εἶναι ἀποκήρυκτον γενόμενον. Θεμιστοκλέα γοῦν ἀποκήρυκτόν φασι γενέσθαι· οὐ μὴν φαῦλος ἦν. καὶ [13] Ἀποκηρύττοντες, ἀντὶ τοῦ παραδο-

Ἀποκήρυκτον. Abdicatum. Qui simpliciter dicit, abdicatos esse improbos, dicere videtur, eos necessario tales esse. Non tamen ita se res habet. Nam fieri potest, ut aliquis, qui fuerit abdicatus, non sit talis. Themistoclem enim abdicatum fuisse dicunt: qui tamen malus non fuit. Item ἀποκηρύττοντες ac-

1 Ἀπὸ καταδυομένης] In proverbio hoc interpretando Erasmus a vero sensu procul aberravit, qui eam ob causam castigatur ab Henr. Steph. in Animadvers. ad Adag. Erasmi pag. 21, 22. quem consule.

2 Ἀποκατέστην. ἀπεδόθην. Ἀποκατ.] Locum hunc antea mutilum ex 2 MSS. Paris. supplevi.

3 Ἀποκατέστη τοῖς περὶ τὸν Ζὶχ τὰ ὀφειλ.] Hæc sunt verba Menandri in *Excerpt. Legat.* ab Hœschelio editis, pag. 143.

4 Ζὶχ] Hoc nomine primaria quædam dignitas apud Persas appellabatur, ut testatur Menander in iisdem Excerptis, pag. 133. Id autem propterea moneo, ne quis vocabulum Ζὶχ spurium esse existimans temere assentiatur MSS. Paris. in quibus pro περὶ τὸν Ζὶχ, legitur, περὶ τὸν ζʹ χρόνον, i. e. *circa septimum annum*: quæ scriptura procul dubio profecta est a librariis quibus nomen Ζὶχ suspectum erat. Fateor & me lectionem MSS. Paris. olim probasse, & vocabulum Ζὶχ, tanquam spurium, damnasse, antequam incidissem in locum Menandri, ex quo fragmentum hoc a Suida depromptum est.

5 Ἀποκαυλίζεσθαι.] Hoc vocabulo de ariete, machina bellica, usus est Thucydides lib. II. cap. LXXVI. ut notarunt jam alii.

6 Ἀποκαίνυμαι. νικῶ. ἀπὸ τοῦ καίνω.] Eadem habet Etymologus.

7 Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν] Pag. 415. *P.*

8 Δός μοι κυλίκιον, τὸ χ.] Apud Aristoph. *Acharnens.* pag. 393. (280. Ed. Bas. *P.*) locus hic ita legitur:

——— Ἀλλά μοι δὸς ἓν μόνον
Κυλίσκιον, τὸ χεῖλος ἀποκεκρουσμένον.

9 Οἱ γὰρ ἄνδρ.] Apud Aristoph. *Lysistr.* pag. 897. (563. Ed. *P.*) locus hic aliter legitur; quem vide.

10 Ἀποκηδήσαντες. Ὅμηρος. παρὰ δὲ Σώφρ.] Locus hic turbatus est, quem sic constituendum puto: Ἀποκηδήσαντες. ἀφροντιστήσαντες. Ὅμηρος. παρὰ δὲ Σώφρονι ἀποκακήσαντες. καὶ Ἀποκηδήσονται &c. Hunc ordinem in versione secutus sum.

11 Ὅμηρος] Il. Ψ. v. 413. ubi Scholiasta τὸ ἀποκηδήσαντε exponit ἀφροντιστήσαντε, ἀμελήσαντε.

12 Ὅτι ὁ λέγων τοὺς ἀποκ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad οὐ μὴν φαῦλος ἦν, sunt verba Alex. Aphrod. in lib. II. Topic. p. 96.

13 Καὶ ἀποκηρύττοντες, ἀντὶ τοῦ παρ.] Ex Harpocratione.

κοντες.

κεῖτις. οὕτω Δημοσθένης καὶ Πλάτων. οἱ δὲ φασι διαφέρειν ἐκποίητον ἀποκηρύκτου· ὅτι ὁ μὲν ἀποκήρυκτος ἐπὶ κολάσει ἐκβάλλεται· ὁ δὲ ἐκποίητος ὑπὸ τοῦ φύσει πατρὸς εἰς ἕτερον οἶκον δίδοται προσθέσει.

cipitur pro πωλοῦσιν; vendentes. Sic Demosthenes & Plato. Alii vero dicunt ἐκποίητον ab ἀποκηρύκτῳ differre. Ἀποκήρυκτος enim is dicitur, qui pœnæ causa [ex familia] ejicitur. Ἐκποίητος vero, qui certo consilio a patre naturali in alteram familiam [per adoptionem] datur.

Ἀποκινδυνεύοντες. ἀπολμῶντες, ἀποδειλιῶντες. Ὁ δὲ Σερτώριος, ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγός, καίπερ θρασέως τοὺς Ἴβηρας ἐκ τοῦ τὰ πλείω κατορθοῦν ἐχόντων, οὐκ ἀποκινδυνεῦσαί ποτε ἐτόλμησεν.

Ἀποκινδυνεύοντες. Audentes. Periculum subeuntes. Item, præ metu periculum fugientes. *Sertorius, Romanorum dux, quamvis ob secunda prælia Iberis audacia & animi crevissent, non tamen belli fortunam tentare ausus est.*

Ἀποκινεῖν. τὸ ἀπέρχεσθαι, καὶ ἀποτρέχειν. λέγεται καὶ ἐπὶ πλοίων καταγομένων καὶ ὁρμιζομένων ἀποκινεῖν ταῖς κώπαις.

Ἀποκινεῖν. Abire, & cursu discedere. De navibus etiam quæ ad littus appelluntur & portum subeunt dicitur ἀποκινεῖν ταῖς κώπαις.

Ἀπόκινος.[1] εἶδος ὀρχήσεως.

Ἀπόκινος. Saltationis genus.

Ἀποκλήρωσις. μέρος εἰς ἀμείνονα λῆξιν. Ἀποκληρῶσαι θεσπιῶ φρενὶ δι' ἐθὲν ἄκησοι. λῆξις δὲ ἐστι μερίς, παῦσις, κληρονομία.

Ἀποκλήρωσις. Portio hæreditatis melioris * * * * * Λῆξις significat partem, cessationem, hæreditatem.

Ἀπόκλητοι. κεκλημένοι. Οὐ[2] τὴν κοινὴν προσδεξάμενοι σύνοδον, ὅτι τοῖς Ἀποκλήτοις συμμετάδοντες, τὰς αὑτῶν χεῖρας διαλαβόντες, πόλεμον ἐξήνεγκαν. Καὶ αὖθις Πολύβιος· Τριάκοντα τῶν Ἀποκλήτων προεχειρίσαντο τοὺς συνεδρεύοντας μετὰ τοῦ βασιλέως. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ συνῆγε τοὺς Ἀποκλήτους, καὶ διαβούλιον ἀπεδίδου περὶ τῶν ἐνεστώτων.

Ἀπόκλητοι. Evocati. Vocati. *Non expectato communi concilio, nec re cum Apocletis communicata, de propria ipsorum voluntate & judicio bellum susceperunt.* Et iterum Polybius: *Triginta ex Apocletis elegerunt, qui Regi assiderent.* Et iterum: *Ille vero coegit Apocletos, & cum ipsis de præsenti rerum statu consultare cœpit.*

Ἀπόκλιμα τῶν ὀρέων. ἀντὶ τοῦ ἀπόθυμα.

Ἀπόκλιμα τῶν ὀρέων. Montium declivitas.

Ἀποκναίει.[3] διαφθείρει. ἀποκόπτει. [4] ἀπολλύει. λυπεῖ. ὀδυνᾷ.

Ἀποκναίει. Corrumpit. Amputat. Perdit. Dolore afficit. Vexat. Cruciat.

Ἀποκναίειν. ἐνοχλεῖν. παρενοχλεῖν.

Τί[5] οὐ καθεύδεις; σύ μ' ἀποκναίεις περιπατῶν.

Μένανδρος Μισουμένῳ. † Οὐ[6] γὰρ ἀποκναίω τῷ μεγέθει τῆς ἀρετῆς τὸν ἄνδρα, λέγω δὴ τὸν Ἡρακλέα, ἐν δευτέρῳ τιθείς· εἰ καὶ τοῦ [7] παραβάλλω λειπόμεθα. Φησὶ [8] Σιμόκαττος Θεοφύλακτος. Καὶ αὖθις Οἱ[9] ἄνθρωποι ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ ὑπὸ τῶν φορολόγων ἀγχόμενοι καὶ ἀποκναιόμενοι τόκοις ὀφλημάτων ἀειρρύτοις ποσί, δυσθανατοῦντες ἀχθόμενοι διεβίωσαν.

Ἀποκναίειν. Turbare. Vexare. *Cur non dormis? molestiam enim mihi exhibes ambulando.* Menander *Odioso.* † *Non enim vereor magnitudine virtutis Herculem postponere: tametsi alioqui, quem cum eo conferamus, non habeamus.* Sic Theophylactus Simocatta inquit. Et iterum: *Sub Justiniano homines a tributorum exactoribus graviter affligebantur, & perpetuis usuris vexati nec mori facile poterant, & vitam inviti trahebant.*

Ἀπόκνιζε.[10] ἀπότιλλε, ἢ ἀπόπλλε.

Ἀπόκνιζε. Abrade. Avelle. Vellica.

Ἀποκοπῆναι[11] τῶν ἰχνῶν τὴν κύνα λέγουσιν, ὅταν μηκέτι εὑρίσκῃ τὰ ἴχνη.

Ἀποκοπῆναι τῶν ἰχνῶν. Dicitur de cane, cum vestigia amplius invenire non potest.

Ἀποκόπους. ἐκτομίας. καὶ ἀντὶ τοῦ ἀσθενοῦς δὲ κεῖται.

Ἀποκόπους. Exsectos. Significat etiam infirmos.

Ἀποκραιπαλισμός. κραιπάλης ἀπαλλαγὴ καὶ μέθης.

Ἀποκραιπαλισμός. Liberatio a crapula & ebrietate.

Ἀπόκριμα. κατάκριμα.

Ἀπόκριμα. Condemnatio.

1 Ἀπόκινος. εἶδος ὀρχήσεως] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* pag. 289.

2 Οὐ τὴν κοινὴν προσδεξάμενοι σύνοδον, ὅτι τοῖς Ἀποκλ.] Hæc descripta sunt ex Polyb. lib. IV. cap. V. ubi sic legitur: Οὔτε κοινὴν τῶν Αἰτωλῶν προσδεξάμενοι σύνοδον, οὔτε τοῖς Ἀποκλήτοις συμμετάδοντες, ἀλλ' μόνον αὐτοὶ τῶν καθηκόντων οὐδὲν πράξαντες, κατὰ δὲ τὰς αὑτῶν ὁρμὰς καὶ κρίσεις διαλαβόντες &c.

3 Ἀποκναίει. διαφθείρει. ἀποκ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Vespas* pag. 480.

4 Ἀπολλύει] In prioribus Edit. excusum est ἀπολύει. Sed ἀπολλύει habent MSS. Parif. & Schol. Aristoph. loco laudato.

5 Τί οὐ καθεύδεις; σύ μ' ἀποκν. περιπατῶν. Μένανδρος | Μισ.] Et hæc ex Scholiasta Aristoph. ad *Vespas* excerpsit Suidas.

6 Οὐ γὰρ ἀποκναίω τῷ μεγέθει τῆς ἀρ.] Apud Theophylactum Simocattam lib. II. cap. XVIII. unde fragmentum hoc depromptum est, legitur, οὐ γὰρ ἀποκνέω: quam lectionem in versione secutus sum.

7 Τοῦ παραβάλλω λειπόμεθα] Sic recte legitur in 2 MSS. Parif. itemque apud Theophyl. Simoc. loco laudato, & infra v. Σίδηρος, ubi fragmentum hoc repetitur. Priores vero Edit. minus recte hic exhibent τοῦ παραβάλλων λειπόμεθα.

8 Σιμόκαττος] Priores Edit. male exhibent Τιμόκαττος, cujus loco Σιμόκαττος ex 2 MSS. Parif. reposui.

9 Οἱ ἄνθρωποι ἐπὶ Ἰουστ. ὑπὸ τῶν φορολόγων ἀγχ.] Hæc apud Procopium in *Histor. Arcana* me legisse memini.

10 Ἀπόκνιζε] Sic duo MSS. Parif. habent. In prioribus vero Edit. excusum est ἀπόκονιζε, per ο.

11 Ἀποκοπῆναι τῶν ἰχνῶν τὴν κύνα λέγουσιν, ὅταν μηκ. εὑρ. τὰ ἴχνη] Hæc apud Artemidorum me legisse memini.

Ἀποκείθητε. Δημοσθένης· Ἀπόκριναι, δεῦρο μοι παρελθών. Ἀποκρίνεται δὲ λέγουσι μᾶλλον, ἢ ἀποκριθήσεται. Μένανδρος Κανηφόρῳ·

Ὁ δ' ἀποκρίνεται, κἂν ἐγὼ λέγοιμί σοι
Ὑποβολιμαῖα. ὡς μηδὲν ἀποκρινούμενα δ'
Οὕτω λαλεῖν. ——————

Καὶ [1] Ἀπόκρισις, ἡ ἀπολογία. οὕτω Λυσίας καὶ Ἀντιφῶν. ἀλλὰ καὶ Δημοσθένης λέγει ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου, ὡς προείρηται.

Ἀποκρότῳ. τραχείᾳ. [2] Οἱ δὲ ἀπεχωλοῦντο ἐν γῇ ἀποκρότῳ τε καὶ συνεχῶς ταλαιπωροῦντες.

Ἀποκρούεσθαι. αἰτιατικῇ. ἀποβάλλεσθαι.

Ἀποκτείνω. φονεύω. καὶ Ἀποκτεῖναι, φονεῦσαι. καὶ Ἀποκτείνῃς, ὑποτακτικόν.

Ἀποκτεννῦναι. φονεῦσαι. Ἀποκτιννῦσι λέγουσι μᾶλλον, ἢ ἀποκτεννύει. Κρατῖνος Βουκόλοις· [3] Καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν σκιαμαχῶν ἀποκτιννῦσι ταῖς ἀπειλαῖς. [4] Καὶ Ἀπεκτόνασιν, οὐκ ἀπεκτάκασι. Μισοῦσι μὲν, ὦ πάτερ, Θράσωνα· ἀπεκτάκασι δ' οὔ.

Ἀπόκοιτος. πόρρω τῆς κοίτης. [5] Ὁ δὲ τῇ δοκήσει κατεπαννυχίζετο τῆς δειλίας ἀπόκοιτος.

Ἀποκυηθέν. τεχθέν. καὶ Ἀποκυΐσκω, τὸ γεννῶ.

Ἀπολαβόντες. ἐναποκλείσαντες. Οἱ δὲ τὴν στρατιὰν αὐλῶσι στενοῖς καὶ δυσεμβόλοις ἀπολαβόντες, ἐς διαλλαγὰς ἐλθεῖν αἰσχρὰς ἠνάγκαζον. Καὶ Ἰώσηπος· Διώξαντες ἀπολαμβάνουσι τοὺς πολεμίους ἐν κοίλῳ χωρίῳ, καὶ πάντας κτείνουσι. Καὶ αὖθις· Τὸ γὰρ χωρίον ἀμφοτέροις ἤρεσε· τοῖς μὲν, ὅτι ἀπολαβόντες εἰς αὐτὸ τοὺς Ῥωμαίους ὑποσπόνδους ἀφῆκαν, πρὸς ἔνδειξιν ὧν τῆς εὐεργέτησαν.

Ἀπολακτίζω. Καὶ [6] ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος. τουτέστιν, ἀπεσκίρτησεν.

Ἀπολαύειν. γενικῇ. Ἀπολαύειν οὐκ ἐπὶ τῶν ἡδέων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἐναντίων τάττουσιν. ὡς Ἰσοκράτης· Δέδοικα μή τι κακὸν ἀπολαύσαιμι. Καὶ Μαρκελλῖνος περὶ Θουκυδίδου φησίν· Οὔτε [7] Κλέων, οὔτε Βρασίδας, ὁ αἴτιος τῆς συμφορᾶς, ἀπέλαυσε λοιδορίας, ὡς ἂν τοῦ συγγραφέως ὀργιζομένου.

Ἀπολαχεῖν. τὸ διανείμασθαι τὰ πατρῷα, καὶ ἄλλα [8] τινὰ δόντα πρός τινας. καὶ ἀπολαχεῖν. Διαλαχεῖν δὲ, τὸ διανεμεῖσθαι οἱ ῥήτορες εἰρήκασι. Ἀντιφῶν· Ὁπόταν ἄνθρωποι βούλωνται χρήματα διαλαγχάνειν. [9] Ἀπολαχεῖν, ἀντὶ τοῦ διαλαχεῖν. οὕτω Λυσίας καὶ Ἀριστοφάνης καὶ Ἀντιφῶν.

Ἀπολέψεις. [10] ἐὰν διὰ τοῦ ε ἀπολέψεις, τουτέστιν, ἀπολεπίσεις. [11] Ἀπολέψαντα τὸ λέμμα. Ἀπολε-

Ἀποκρίθητε. Responde. [Pro eodem dicitur etiam ἀπόκριναι.] Demosthenes: *Huc progressus responde mihi.* Dicitur autem potius ἀποκρινεῖται) quam ἀποκριθήσεται). Menander *Canistrifera:* * * * * * * * Et Ἀπόκρισις, oratio, qua reus se in judicio defendit. Sic Lysias & Antipho. Quin etiam Demosthenes, ut ante dictum, vocem hanc eo sensu accepit in oratione contra Æschinem.

Ἀποκρότῳ. Aspera. *Illi vero in aspero solo assidue cum molestiis conflictantes claudi fiebant.*

Ἀποκρούεσθαι. Accusativo jungitur. Repellere.

Ἀποκτείνω. Occido. Et Ἀποκτεῖναι, occidere. Et Ἀποκτείνῃς, subjunctivus.

Ἀποκτεννῦναι. Interficere. Dicitur potius ἀποκτιννῦσι quam ἀποκτεννύει. Cratinus *Bubulcis: Et aerem vanis ictibus verberans [hostem] minis occidit.* Et Ἀπεκτόνασι dicitur, non ἀπεκτάκασι. *Oderunt quidem, o pater, Thrasonem, non autem interfecerunt.*

Ἀπόκοιτος. Procul a lecto cubans. *Ille vero secure & absque metu se ibi pernoctare posse putabat.*

Ἀποκυηθέν. Partu in lucem editum. Et Ἀποκυΐσκω, genero, pario.

Ἀπολαβόντες. Intercipientes. Intercludentes. *Illi autem exercitum vallibus angustis & aditu difficilibus interceptum ad fœdas pacis conditiones adegerunt.* Et Josephus: *Hostes persequuntur, eosque in loco concavo circumventos omnes interficiunt.* Et iterum: *Ille locus utrisque placuit, partim quidem, quod in eo circumventos Romanos fide data liberos dimisissent, ut ostenderent, se beneficiorum acceptorum esse memores.*

Ἀπολακτίζω. Recalcitro. *Et recalcitravit dilectus.*

Ἀπολαύειν. Genitivo jungitur, & non solum de rebus gratis & jucundis, sed etiam contrariis dicitur. Ut Isocrates: *Vereor, ne quo malo afficiar.* Et Marcellinus de Thucydide inquit: *Neque Cleonem neque Brasidam, calamitatis illius auctorem, iratus scriptor stilo maledico insectatus est.*

Ἀπολαχεῖν. Bona paterna dividere. Διαλαχεῖν vero apud Oratores [simpliciter] dividere significat. Antiphon: *Cum homines pecuniam dividere voluerint.* Ἀπολαχεῖν interdum pro simplici λαχεῖν ponitur. Sic Lysias, Aristophanes, & Antipho.

Ἀπολάψεις. Si per ε ἀπολέψεις, significat, decorticabis, corticem detrahes. [Ut apud

1 Ἀπόκρισις, ἡ ἀπολογία. οὕτω Λυσίας] Ex Harpocratione.
2 Οἱ δὲ ἀπεχωλοῦντο ἐν γῇ ἀποκρότῳ τε καὶ συν. κτλ.] Hæc sunt verba Thucydidis lib. VII. cap. XXVII.
3 Καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν σκιαμ.] Metrum fragmenti hujus prorsus turbatum est, de quo in integrum restituendo despero.
4 Καὶ ἀπεκτόνασιν, οὐκ ἀπεκτάκασι] Imo scribendum potius est, οὐκ ἀπεκτόνασι λέγουσιν ἀλλ' ἀπεκτάκασι. Vide supra v. Ἀπεκτάκασι.
5 Ὁ δὲ τῇ δοκήσει κατεπαννυχίζετο τῆς δειλίας ἀπ.] Hæc sunt verba Theophyl. Simocattæ lib. V. cap. I.
6 Καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος.] Deuteron. XXXII. 15.
7 Οὔτε Κλέων, οὔτε Βρασίδας, ὁ αἴτιος τῆς συμφ.] Idem fragmentum legitur supra v. Ἀπέλαυσε.
8 Καὶ ἄλλα τινὰ δόντα πρός τινας. καὶ ἀπολαχεῖν] Hæc verba, tanquam supervacanea, delenda censeo, quoniam quid ad hunc locum faciant, non video.
9 Ἀπολαχεῖν, ἀντὶ τοῦ διαλαχεῖν] Rescribe ex Harpocratione, Ἀπολαχεῖν, ἀντὶ τοῦ ἁπλοῦ τοῦ λαχεῖν.
10 Ἀπολέψεις. ἐὰν διὰ τοῦ ε ἀπολ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Schol. Aristoph. ad *Nubes* pag. 172. ubi quædam rectius leguntur, quam hic apud Suidam.
11 Ἀπολέψαντα τὸ λέμμα] Hæc decerpta sunt ex Aristoph. *Avib.* pag. 572. (394. Ed. Bas. P.)

πίσαντα

πίσαντα ὥσπερ ᾠοῦ. ἐὰν δὲ ἀπολάψῃς, ἐκπίῃς. ἀπὸ τῶν κυνῶν ἡ μεταφορά, καὶ ὅσα λάπτοντα πίνει. καταστρέφει δὲ εἰς ἀποκερδανεῖς, ἀφαρπάσεις, ἀποσπάσεις. [1] Ὅμηρος· Λάψαντες γλώσσῃσι. καὶ Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Γνοὺς [2] ἀπολάψεις ὅ, τι πλεῖστον δύνασαι ταχέως.

Ἀπολεγόμενος. παραιτούμενος. Πολύβιος· Ὁ δὲ παρῃτεῖτο τοὺς Ἀχαιούς, ἀπολεγόμενος τὴν ἀρχήν. καὶ Ἀπολέγοντα, ἀπαγορεύοντα. ἀπειπόντα. Γράμματά [3] τι ἄντικρυς ἀπολέγοντα τοῖς πρέσβεσιν ἔγραφε, μηδαμῶς παραδίδοσθαι τὰ φρούρια Πέρσαις.

Ἀπόλεκτοι. ἐξαίρετοι. ἔκκριτοι. ἐκλελεγμένοι. Ξενοφῶν· [4] Αἱ δὲ εἰς [5] τοὺς δεσπότας ἀποκείμεναι, ἀπόλεκτοι ἦσαν.

Ἀπολωλεκώς. ἀπολέσας.

Ἀπολελοιπότες. [6] ἀντὶ τοῦ νενικηκότες. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν δρομέων. οἱ γὰρ νικῶντες ἀπολείπουσι τοὺς ἡττωμένους. οὕτως Ἰσοκράτης ἐν Παναθηναϊκῷ καὶ Πανηγυρικῷ.

Ἀπολέμητον. ἀνενόχλητον. [7] Καταίραντες εἰς χώραν εὐδαίμονα, καὶ πολλῶν χρόνων ἀπολέμητον.

Ἀπόλεμος. ὁ μὴ ἰσχύων, ἢ ὁ μὴ εἰδὼς πολέμου. Ἀπόλεμος γὰρ ἦν, καὶ ὑπὸ νόσου ποδάγρας οὔτε αἱ χεῖρες οὔτε οἱ πόδες ἐτύγχανον ἄρτιοι. Τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν μηδεμίαν πρόφασιν ἐχόντων πολέμου, δρασάντων δὲ τὰ πολέμια.

Ἀπὸ λεπτοῦ μίτου τὸ ζῆν ἠρτῆσθαι. Τοῖς οὖν ἐν τῷ πλοίῳ πλέουσιν ἀπὸ λεπτοῦ μίτου φασὶν ἠρτῆσθαι τὸ ζῆν. ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἐν ἐσχάτοις κινδύνοις ὄντων.

Ἀπόληγε. παῦε.

Ἀπολιβάξεις. [8] συντόμως ἀναχωρήσεις. Λιβὰς γὰρ ἡ σταγών, ἧς οὐδὲν ταχύτερον ἐν τῷ πίπτειν. Ἀριστοφάνης·

Οὐκ ἀπολιβάξεις, ὦ κάκιστ' ἀπολούμενε.

Ἀπολιγαίνει. [9] θορυβεῖ. ὀξέως βοᾷ. παρὰ τὸ λιγύ. Ἀριστοφάνης·

Ἢν δ' ἀπολιγαίνῃ, τοὺς ἀγορανόμους καλῶ.

ἀντὶ τοῦ, τοὺς ἱμάντας, οὓς οἱ ἀγορανόμοι ἔχοντες ἔτυπτον.

Ἀπόλιδας. ἀγενεῖς, ὡς μὴ οἰκοῦντας ἐν πόλει. ἀπαιδεύτους.

Ἄπολις. ἐν τῷ Γενέθλιος.

Ἀπολλινάριος, Λαοδικεὺς τῆς Συρίας, γεγονὼς ἐν ἡμέραις [10] Κωνσταντίνου καὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου, καὶ ἕως τῆς ἀρχῆς Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου, σύγχρονος Βασιλείου καὶ Γρηγορίου, τῶν ἐν Καππαδοκίας

Aristophanem] Ἀπολέψαντα τὸ λέμμα, i. e. Detracto velamine, quasi ovi putamine. Si vero scribatur ἀπολάψῃς, significabit, ebibas, exhaurias: per translationem ductam a canibus, & cæteris animalibus, quæ lambendo bibunt. Sensus vero est, lucraberis, auferes. Et Homerus: *Lambentes linguis.* Et Aristophanes *Nubibus*: *Gnarus quamplurimum poteris cito hauries.*

Ἀπολεγόμενος. Recusans. Polybius: *Ille vero deprecabatur Achæos, imperium recusans.* Et Ἀπολέγοντα, vetantem, interdicentem. *Literasque scripsit, diserte Legatis interdicentes, ne castella Persis dederent.*

Ἀπόλεκτοι. Eximii. Egregii. Electi. Xenophon: *Quæ vero dominis reservabantur, erant eximiæ.*

Ἀπολωλεκώς. Qui perdidit.

Ἀπολελοιπότες. Qui vicerunt. Translatio ducta est a cursoribus. Qui enim vincunt victos a tergo relinquunt. Sic Isocrates in *Panathenaico* & *Panegyrico*.

Ἀπολέμητον. Nullo bello vexatum. *Cum pervenissent in regionem omnibus rebus abundantem, & per multos annos nullo bello vexatā.*

Ἀπόλεμος. Imbellis. Vel belli non peritus. *Propter valetudinem enim infirmam bello interesse non poterat, & morbo podagra manus pedesque ejus debilitati erant.* Dicitur etiam de illis, qui, cum nullam belli causam habeant, hostilia tamen patrant.

Ἀπὸ λεπτοῦ μίτου τὸ ζῆν ἠρτ. A tenui filo vita pendet. *Navigantium igitur vitam a tenui filo pendere dicunt.*

Ἀπόληγε. Desine. Cessa.

Ἀπολιβάξεις. Celeriter recedes. Λιβὰς enim est gutta, qua nihil celerius inter cadendum. Aristophanes: *Non celeriter hinc facesses, o scelestissime, quem pessimum exitium manet?*

Ἀπολιγαίνει. Tumultuatur. Acute vociferatur. A voce λιγύ. Aristophanes: *Si vero tumultum excitet, ædiles vocabo.* Id est lora, quibus ædiles alios verberabant.

Ἀπόλιδας. Ignobiles, ut qui civitate carent. Indoctos.

Ἄπολις. Vide in voce Γενέθλιος.

Ἀπολλινάριος. Apollinaris, ex Laodicea Syriæ, vixit temporibus Constantini & Juliani Parabatæ, usque ad imperium Theodosii majoris, æqualis Basilii & Gregorii, virorum ad-

1 Ὅμηρος] Il. Π. v. 161.

2 Ἀπολάψεις] Apud Aristophanem hodie legitur ἀπολέψεις.

3 Γράμματά τι ἄντικρυς ἀπολ. τοῖς πρ.] Fragmentum hoc depromptum est ex Procop. *de Bello Pers.* lib. I. cap. XXII.

4 Ξενοφῶν· Αἱ δὲ εἰς τοὺς δεσπότας ἀποκ.] Eadem verba Xenophontis leguntur etiam supra v. Ἀπόκειντο, & infra v. Βάλανος; eademque citat Athenæus lib. XIV. pag. 651. ubi de palmis agit.

5 Εἰς τοὺς δεσπότας ἀποκ.] Lege τοῖς δεσπόταις ἀποκ. ut apud Xenophontem, & ipsum Suidam supra v. Ἀπόκειντο.

6 Ἀπολελοιπότες. ἀντὶ τοῦ νενικ. ἡ μεταφ.] Ex Harpocratione.

7 Καταίραντες εἰς χώραν εὐδαίμονα, καὶ πολλ. χρ. ἀπολ.] Hæc sunt verba Polybii lib. III. cap. XC.

8 Ἀπολιβάξεις. συντόμως ἀναχωρήσεις. Λιβὰς γὰρ ἡ σταγ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Aves*, pag. 609. (399. Ed. Bas. P.)

9 Ἀπολιγαίνει. θορυβεῖ. ὀξέως β.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Acharnens.* pag. 417. (299. Ed. Bas. P.)

10 Κωνσταντίνου] In Codice Vaticano, ut Pearsonius monuit, legitur Κώνσταντος, quod magis probem.

θαυμαζομένων. ἐγένετο δὲ γνώριμος ἀμφοτέροις, καὶ Λιβανίῳ τῷ σοφιστῇ, καὶ ἄλλοις τισίν. οὗτος οὐ μόνον γραμματικὸς, καὶ τὰ ἐς τὴν ποίησιν δεξιὸς, ἀλλὰ πολλῷ πλείω καὶ ἐς φιλοσοφίαν ἐξήσκητο, καὶ ῥήτωρ ἦν ἀμφιδέξιος. οὗτος ἔγραψε καταλογάδην κατὰ Πορφυρίου τοῦ δυσσεβοῦς τόμους λ΄, καὶ δι' ἡρώων ἐπῶν πᾶσαν τὴν τῶν Ἑβραίων γραφήν. ἔγραψε δὲ καὶ ἐπιστολὰς, καὶ ἄλλα πολλὰ εἰς τὴν Γραφὴν ὑπομνήματα. Τοῦ δέ γε Ἀπολλιναρίου καὶ [1] Φιλοστόργιος μνήμην πεποίηται ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἱστορίᾳ, καί φησιν· Ἀπολλινάριος γὰρ ἤκμαζε κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐν τῇ Λαοδικείᾳ τῆς Συρίας, καὶ Βασίλειος ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας, καὶ Γρηγόριος ἐν τῇ Ναζιανζῷ. σταθμὸς δὲ οὗτος ὁ τόπος ἐστὶ τῆς αὐτῆς Καππαδοκίας. τρεῖς δὲ οὗτοι ἄνδρες τότε τῷ Ὁμοουσίῳ προὐμάχουν κατὰ τοῦ Ἑτεροουσίου, μακρῷ πάντας παρενεγκόντες τοὺς πρότερον καὶ ὕστερον ἄχρις ἐμοῦ τῆς αἱρέσεως προστάντας, ὡς παῖδα παρ' αὐτοῖς κριθῆναι τὸν Ἀθανάσιον. τῆς τε γὰρ ἔξωθεν καλουμένης παιδεύσεως ἐπὶ πλεῖστον οὗτοι προεληλύθεισαν, καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν, ὁπόσα εἰς ἀνάγνωσιν καὶ τὴν πρόχειρον μνήμην ἔτεινε, πολλὴν εἶχον τὴν ἐμπειρίαν. καὶ μάλιστά γε αὐτῶν ὁ Ἀπολλινάριος. οὗτος γὰρ δὴ καὶ τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου ἐπαΐειν οἷός τ' ἦν. καὶ μὴν καὶ συγγράφειν ἕκαστος ἐς τὸν αὐτοῦ τρόπον ἦν ἱκανώτατος. τῷ μέν γε Ἀπολλιναρίῳ τὸ ὑπομνηματικὸν εἶδος τῆς λέξεως μακρῷ ἄριστα εἶχε. Βασίλειος δὲ πανηγυρίσαι λαμπρότατος ἦν. τῷ δέ γε Γρηγορίῳ καὶ παρ' ἀμφοτέροις ἐξεταζομένῳ μείζω βάσιν εἰς συγγραφὴν εἶχεν ὁ λόγος. καὶ ἦν εἰπεῖν Ἀπολλιναρίου μὲν ἀδρότερος· Βασιλείου δὲ σταθερώτερος. τοσαύτης δὲ αὐτοῖς ἐν τῷ λέγειν καὶ γράφειν δυνάμεως οὔσης, καὶ τὸ ἦθος οὐδὲν ἧττον οἱ ἄνδρες παρείχοντο πρὸς τὴν τῶν πολλῶν θέαν ἐπαγωγότατον. ὥστε καὶ οἷς ἑωρῶντο, καὶ οἷς ἔλεγον, καὶ ὁπόσα γράφοντες διεδίδοσαν, διὰ πάντων ἦγον εἰς τὴν ἑαυτῶν κοινωνίαν τοὺς καθ' ὁπωσοῦν αὐτῶν εὐμαρέστερον ἁλίσκεσθαι δυναμένους. Τοσαῦτα περὶ αὐτῶν ὡς ἐν παραδρομῇ Φιλοστόργιος ὁ Ἀρειανὸς ἔγραψεν.

mirabilium, quos Cappadocia tulit. Fuit autem notus utrique, & Libanio Sophistæ, & aliis quibusdam. Hic non solum grammaticus & poeta eximius, sed etiam multo magis in philosophia exercitatus fuit, & orator insignis. Hic oratione soluta contra impium Porphyrium libros xxx scripsit, & versibus heroicis totam Hebræorum scripturam reddidit. Epistolas item scripsit, & multos in sacram Scripturam commentarios. Hujus Apollinaris Philostorgius etiam in sua historia mentionem fecit his verbis. *Apollinaris illis temporibus Laodiceæ Syriæ floruit, & Basilius Cæsareæ Cappadociæ, & Gregorius Nazianzi. Est autem Nazianzum ejusdem Cappadociæ statio. Hi tres viri tunc pro Homousio contra Heterousium propugnabant, longo intervallo superantes omnes illos, qui & ante & post ad meam usque ætatem hæresis illius defensores fuerunt; adeo ut præ iis Athanasius puer judicaretur. Nam & in disciplinis profanis maximos fecerant progressus, &, quod ad lectionem & promptam memoriam adtinet, in sacris literis haud parum versati erant: præsertim vero Apollinaris, qui & linguam Hebraicam intelligebat. Horum unsquisque in suo genere stilo plurimum valebat. Apollinaris enim eo orationis genere, quod commentariis scribendis est aptissimum, excellebat. Basilius in panegyrico genere dicendi palmam ferebat. Gregorii vero cum utroque comparati stilus magis erat fundatus & solidus. Nam & Apollinari in dicendo erat uberior, & Basilio gravior. Cum autem tanta essent & dicendi & scribendi facultate præditi, iis etiam fuere moribus, quibus oculi multitudinis maxime allicerentur. Itaque & aspectu, & oratione, & scriptis passim editis, in suam sententiam & familiaritatem pertrahebant omnes, qui ulla ratione pertrahi commode poterant.* Hæc de iis Philostorgius Arrianus obiter scripsit.

Ἀπολλινάριος.[2] οὗτος ἀνεφάνη μετὰ Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, πρόεδρος Λαοδικείας τῆς Συρίας, ματαιοφροσύνης ἑτέρας ἡγησάμενος. τῶν γὰρ Ἀρειανῶν ἄψυχον πάντη λεγόντων τὴν τοῦ Κυρίου σάρκα, αὐτὸς ἔφη, ὅτι σάρκα μὲν ἐμψυχωμένην ψυχῇ ζωτικῇ ἀνέλαβεν ὁ Κύριος, νοῦν δὲ τὸν ἡμέτερον οὐ προσήκατο. μηδὲ γὰρ δεηθῆναί φησι τὴν σάρκα ἐκείνην ἀνθρωπίνου νοὸς, ἡγεμονευομένην ὑπὸ τοῦ αὐτὴν ἐνδεδυκότος Θεοῦ λόγου. ἀλλὰ [3] μηδὲ χωρεῖν αὐτῇ δύναμιν παρὰ τὴν θείαν. ταῦτα ὑποθέμενος διατείνεται, μίαν εἶναι τὴν φύσιν τοῦ Λόγου καὶ τῆς [4] σαρκὸς, ὡς ἅτε τῆς σαρκὸς ἀτελοῦς οὔσης εἰς τὸ εἶναι ἄνθρωπον,

Ἀπολλινάριος. Hic, post paulum Samosatenum Laodiceæ Syriæ præsul, alterius delirii auctor exstitit. Nam cum Arriani prorsus inanimem Domini carnem dicerent: hic carnem quidem anima vitali præditam assumpsisse dicebat Dominum, mentem vero nostram non admisisse. Neque enim opus fuisse ajebat humana mente illi carni, quæ a Dei Verbo, quod illam induisset, gubernaretur: ac ne aliam quidem mentem capere potuisse, præter divinam. Hoc fundamento jacto, unam esse naturam contendit Verbi & carnis, perinde ac si caro imperfecta sit ad hominem constituendum, & proinde minime

1 Καὶ Φιλοστόργιος μνήμην πεπ.] Vide Excerpta ex Philostorgio lib. VIII. cap. XI.

2 Ἀπολλινάριος. οὗτος ἀνεφάνη μετὰ Παῦλον τὸν Σαμοσ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad verba illa ἄξιον φύσιν ὀνομάζεσθαι, descripta sunt ex libello Theodori Presbyteri *de Incarnat. Domini*, qui ad calcem Gelasii Cyziceni editus est Paris. A. M.D.IC.

3 Μηδὲ χωρεῖν αὐτῇ δύναμιν παρὰ τὴν θ.] Emenda & supple ex Theodoro Presbytero. μηδὲ χωρεῖν αὐτὴν ἄλλην νοερὰν δύναμιν &c.

4 Τῆς σαρκὸς, ὡς ἅτε τῆς σαρκὸς κτλ.] Sic locum hunc, qui in prioribus Edit. mutilus est, ex 2 MSS. Paris. & Theodoro Presbytero in integrum restitui.

διὰ τοῦτο μὴ ἄξιαν φύσιν ὀνομάζεσθαι. Μεθ' ὃν ἀναφαίνεται Θεόδωρος, ὁ Μοψουεστίας πρόεδρος τῆς Κιλικίας. [1] Ἐγένοντο δὲ Ἀπολλινάριοι δύο, πατὴρ καὶ υἱός. ὁ μὲν πατὴρ Ἀλεξανδρεὺς γήμας δὲ εἰς Λαοδίκειαν τῆς Συρίας ἔσχεν υἱὸν Ἀπολλινάριον. ἄμφω δὲ συνήκμαζον Ἐπιφανίῳ τῷ σοφιστῇ, ὃν ἀκμάζοντα τότε ἠσπάζοντο. Θεόδοτος δὲ, ὁ τῆς Λαοδικείας ἐπίσκοπος, μηδενὶ τρόπῳ ἀποσπάσαι αὐτοὺς ἐξ αὐτοῦ δυνηθεὶς, ἄμφω τῆς κοινωνίας ἐζημίωσεν. ὕβριν τε ἡγεῖται ὁ παῖς Ἀπολλινάριος τὰ γινόμενα, [2] καὶ τῇ ἐννοίᾳ τοῦ σοφιστικοῦ θαρρῶν καινοτομεῖ καὶ αὐτὸς αἵρεσιν, ἣ νῦν ἐπιπολάζει, τὸ ὄνομα τοῦ εὑρόντος ἔχουσα. οἱ δέ φασι, διενεχθῆναι αὐτοὺς πρὸς Γεώργιον. ἑώρων γὰρ αὐτὸν ἀλλόκοτα δογματίζοντα. οὗτος δὲ ὁ Ἀπολλινάριος βαθμοὺς ἐπὶ τῆς θείας φύσεως δοξάζειν ἐτόλμησε, καὶ μύθους τινὰς ταῖς θείαις ἐπαγγελίαις συνέζευξεν.

digna, quæ natura appelletur. Post hunc exstitit Theodorus, Mopsuestiæ in Cilicia præsul. † Fuerunt autem duo Apollinares, pater & filius. Pater Alexandrinus fuit, qui ducta uxore Laodiceæ in Syria filium habuit Apollinarem. Ambo autem eodem tempore floruerunt, quo Epiphanius Sophista, quem & florentem tunc coluerunt. Theodotus vero, Laodiceæ Episcopus, cum eos nulla ratione ab ipso avellere posset, ambos a communione exclusit. Id factum Apollinaris filius contumeliæ loco ducens, & Sophistica dicendi facultate fretus, ipse quoque novam hæresin condidit, quæ ab auctoris nomine appellata etiamnum viget. Sunt qui dicant, eos a Georgio dissensisse, quod cum absurda docentem viderent. Hic Apollinaris gradus quosdam in natura divina statuere non dubitavit, fabulasque nonnullas promissionibus divinis adjunxit.

Ἀπολιταργιεῖς. [3] ἀποδραμῇ. ἀποσκιρτήσεις ἀπὸ τῆς θύρας. ἔνεστι δὲ ἐν τῇ λέξει τὸ ἀργὸν, ὅπερ ἐστὶ τὸ ταχὺ, καὶ τὸ λίαν. Οὐ ταχέως οὖν, φησὶν, ἀποδραμῇ; Λιταργισμοὺς δὲ ἐκάλουν καὶ τὰ σκιρτήματα. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Οὐκοῦν ἀνύσας ἢ θᾶττον ἀπολιταργιεῖς
Ἀπὸ τῆς θύρας; ———.

ἔστι καὶ ἀπολιταργεῖν.

Ἀπολιταργιεῖς. Celeriter abibis. A foribus resilies. Inest enim in hoc verbo vocabulum ἀργὸν, quod significat velox, & valde. *Nonne igitur*, inquit, *ocius hinc recedes?* Λιταργισμοὺς etiam vocabant saltus. Aristophanes *Nubibus*: *Nonne igitur properabis & ocius hinc a janua recedes?* Dicitur etiam ἀπολιταργεῖν.

Ἀπολογίζω. τὸ ἀποδιώκω καὶ ἀποβάλλω ὅπερ οὐ προσδέχομαι. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἀπολογαριάζω. καὶ τὸ Ἀπολογίσασθαι, τὸ ἐπεξελθεῖν ἕκαστα. Δημοσθένης.

Ἀπολογίζω. Repello & rejicio, sive, non admitto. Significat etiam supputo. Et Ἀπολογίσασθαι, singula verbis persequi. Demosthenes.

Ἀπολογισμός. [4] Πολύβιος· Ὁ δὲ Ξάνθιππος παραγενόμενος εἰς χεῖρας ἔφερε τοῖς ἄρχουσι τοὺς ἀπολογισμοὺς, παρὰ τί νῦν σφαλείησαν, καὶ πῶς δύναιντο τοὺς ἐναντίους νικᾶν.

Ἀπολογισμός. Ratio. Polybius: *Xanthippus vero, cum venisset, magistratibus aperte demonstravit rationes [eorum, quæ dixerat,] causisque cladis acceptæ expositis, quomodo hostem vincere possent, docuit.*

Ἀπόλογος Ἀλκίνου. ἐπὶ τῶν φλυαρούντων, καὶ μακρὸν ἀποτεινόντων λόγον.

Ἀπόλογος Ἀλκίνου. *Apologus Alcinoi.* De iis dicitur, qui futili & prolixo sermone utuntur.

Ἀπολλόδωρος, Ἀθηναῖος, κωμικός. ἐποίησε δράματα μζ΄, ἐνίκησεν έ.

Ἀπολλόδωρος. Apollodorus, Atheniensis, Comicus. Fabulas scripsit XLVII. Vicit V.

Ἀπολλόδωρος, Γελῷος, κωμικὸς, σύγχρονος τοῦ κωμικοῦ Μενάνδρου. δράματα αὐτοῦ [5] Ἀποκαρτερῶν, ἢ Φιλάδελφοι. [6] Δευσοποιός. Ἱέρεια. [7] Γραμματοδίπνος. [8] Ψευδαίας. Σίσυφος. [9] Αἰσχρίων.

Ἀπολλόδωρος. Apollodorus, Gelous, Comicus. Eodem tempore vixit, quo Menander Comicus. Ejus fabulæ sunt, *Apocarterōn*, sive *Philadelphi*. *Deusopœus*. *Hieria*. *Grammatodipnus*. *Pseudajax*. *Sisyphus*. *Æschrion*.

Ἀπολλόδωρος Ταρσεὺς, τραγικός. Δράματα αὐτοῦ, Ἀκανθοπλὴξ, Τεκνοκτόνος, Ἕλληνες, Θυέστης, Ἱκέτιδες, Ὀδυσσεύς.

Ἀπολλόδωρος. Apollodorus, Tarsensis, Tragicus. Ejus fabulæ sunt, *Acanthoplex*, *Tecnoctonos*, *Hellenes*, *Thyestes*, *Hicetides*, *Ulysses*.

1 Ἐγένοντο δὲ Ἀπολλινάριοι δύο, πατὴρ καὶ υἱός. ὁ μὲν πατ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad verba illa ἀλλόκοτα δογματίζοντα. descripta sunt ex Socratis Histor. Eccles. lib. II. cap. XLVI. ut a Pearsonio quoque observatum esse video.

2 Καὶ τῇ ἐννοίᾳ τοῦ σοφιστικοῦ θαρρῶν] Emenda & supple ex Socrate, καὶ τῇ εὐπορίᾳ τοῦ σοφιστικοῦ λόγου θαρρῶν: quam lectionem in versione expressi.

3 Ἀπολιταργιεῖς. ἀποδραμῇ. ἀπὸ τῆς.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Nubes*, pag. 194. (119. Ed. Bas. P.)

4 Πολύβιος] Lib. I. cap. XXXIII.

5 Ἀποκαρτερῶν] Fabulæ hujus nomen [illegible] citatur ab Athenæo, Stobæo, & ipso Suida infra v. Σκυδάζω.

6 Δευσοποιός.] Sic habent MSS. Paris. In prioribus vero Edit. legitur Δευσοποιοί, in plurali.

7 Γραμματοδίπνος] Forte scribendum est Γραμματοδιδάσκαλος, auctore Polluce, qui lib. VII. cap. XXXIII. pag. 371. Apollodorum Geloum fabulam eo nomine appellatam scripsisse tradit.

8 Ψευδαίας] Fabulam hanc laudat Jul. Pollux lib. X. cap. XXXI.

9 Αἰσχρίων] Priores Edit. habent Αἰσχίων. Sed in uno MS. Paris. exaratum reperi Αἰσχρίων: quam lectionem etiam exhibet codex Vaticanus, teste Pearsonio.

Ἀπολλόδωρος, Ἀσκληπιάδου, γραμματικὸς, εἷς τῶν Παναιτίου τοῦ Ῥοδίου φιλοσόφου καὶ Ἀριστάρχου τοῦ γραμματικοῦ μαθητῶν, Ἀθηναῖος τὸ γένος. ἦρξε δὲ πρῶτος τῶν καλουμένων τραγιάμβων.

Ἀπολλοκράτης. ὄνομα κύριον.

Ἀπολλοφάνης, Ἀθηναῖος, κωμικὸς ἀρχαῖος. Δράματα αὐτοῦ, Δάλις, Ἰφιγέρων, Κρῆτες, Δανάη, Κένταυροι.

Ἀπολώλαμεν, καὶ ἀπολώλασιν Ἀττικῶς. Ἀπολώλεισαν δὲ, ὑπερσυντελικός.

Ἀπόλλων, Ἀπόλλωνος. καὶ ἡ κλητικὴ, ὦ Ἄπολλον. Ὅτι ὁ Ἀπόλλων ὑποφήτης ἐστὶ τοῦ πατρὸς, καὶ παρ' ἐκείνου λαμβάνει τὰς μαντείας, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐκφέρει. καὶ ζήτει ἐν τῷ Διὸς Φήμη.

Ἀπολωλεκώς. ἀπολέσας.

Ἀπολωλώς. ἀρσενικόν. καὶ Ἀπολωλὸς, οὐδέτερον.

Ἀπολλώνεια ἔργα. τὰ τοῦ Ἀπόλλωνος.

Ἀπολλωνιάς,[1] Ἀττάλου, πατρὸς Εὐμένους τοῦ βασιλέως, γαμετή· ἥ τις δημότις οὖσα, βασίλισσα ἐγένετο, καὶ ταύτην διεφύλαξε τὴν ὑπεροχὴν μέχρι τῆς τελευταίας ἡμέρας, οὐχ ἑταιρικὴν προσφερομένη πιθανότητα, σωφρονικὴν δὲ καὶ πολιτικὴν σεμνότητα καὶ καλοκαγαθίαν. τέτταρας γὰρ υἱοὺς γεννήσασα, πρὸς πάντας τούτους ἀνυπέρβλητον ἐφύλαξεν εὔνοιαν καὶ φιλοστοργίαν μέχρι τελευτῆς, καί τοι χρόνον οὐκ ὀλίγον ὑπερβιώσασα τἀνδρός. πλὴν οἵγε περὶ τὸν Ἄτταλον ἐν τῇ παρεπιδημίᾳ καλὴν περιεποιήσαντο φήμην, ἀποδιδόντες τῇ μητρὶ τὴν καθήκουσαν χάριτα καὶ τιμήν. ἄγοντες γὰρ ἐξ ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν μέσην αὐτῶν τὴν μητέρα,[2] παρῄεσαν τά τε ἱερὰ καὶ τὴν πόλιν μετὰ τῆς θεραπείας. ἐφ' οἷς οἱ θεώμενοι μεγάλως τοὺς νεανίσκους ἀπεδέχοντο καὶ κατηξίουν, καὶ μνημονεύοντες τῶν περὶ Κλέοβιν καὶ Βίτωνα, συνέκρινον τὰς αἱρέσεις αὐτῶν, καὶ τὸ τῆς προθυμίας τῆς ἐκείνων λαμπρὸν τῷ τῆς ὑπεροχῆς τῶν βασιλέων ἀξιώματι συνανεπλήρουν. ταῦτα ἐτελέσθη ἐν Κυζίκῳ, μετὰ τὴν διάλυσιν τὴν πρὸς Προυσίαν τὸν βασιλέα.

Ἀπολλωνιὰς λίμνη. Ὅτι Ἄτταλος, ὁ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς, Νικομήδει τῷ Μονόδοντι πολεμήσας, ἐκράτησε τῆς αὐτοῦ χώρας. ἀλλ' ὁ μὲν Ῥωμαίους ἐπικαλεσάμενος ἀνέλαβε τὴν ἀρχήν. Ἄτταλος δὲ τὴν αὐτοῦ μητέρα Ἀπολλωνιάδα μεταλλάξασαν κατὰ τὸ μέγιστον ἱερὸν Περγάμου κατέθετο, ὅπερ αὐτὸς ἐδείματο, τήν τε γείτονα λίμνην αὐτῇ προσωνόμασεν.

Ἀπολλωνιάτης. καὶ Ἀπολλωνῖτις χώρα.

Ἀπολλώνιον. βραχέως. τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. οὕτω[3] καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ ἀναγνωστέον. Ποσειδώνιον, τὸ τοῦ Ποσειδῶνος. ὡς Ἀθήναιον, τὸ τῆς Ἀθηνᾶς· καὶ



Ἀπολλόδωρος. Apollodorus, Asclepiadis F. Grammaticus, unus ex Panætii Rhodii Philosophi & Aristarchi Grammatici discipulis, Atheniensis genere. Primus usus est versibus illis, qui *Tragiambi* vocantur.

Ἀπολλοκράτης. Apollocrates. Nomen proprium.

Ἀπολλοφάνης, Apollophanes, Atheniensis, Comicus antiquus. Ejus fabulæ sunt, *Dalis, Iphigeron, Cretenses, Danae, Centauri.*

Ἀπολώλαμεν & ἀπολώλασιν Atticorum est. Ἀπολώλεισαν vero, plusquam perfectum.

Ἀπόλλων. Apollo, Apollinis. Et vocativus, ὦ Ἄπολλον, o Apollo. Apollo est patris minister, & ab illo accepta oracula hominibus tradit. Quære in Διὸς Φήμη.

Ἀπολωλεκώς. Qui perdidit.

Ἀπολωλώς. Est masculinum. Ἀπολωλὸς vero, neutrum.

Ἀπολλώνεια ἔργα. Apollinis opera.

Ἀπολλωνιάς. Apollonias, Attali, patris Eumenis Regis, uxor: quæ, cum esset plebeia, Regina facta est, idque fastigium usque ad exitum vitæ retinuit, non meretriciis verborum illecebris utens, sed modestia, morumque gravitate quadam civili, & probitate. Cum enim quatuor filios peperisset, erga hos omnes incredibilem benevolentiam & amorem ad obitum usque conservavit, quamvis non parvo tempore marito superstes vixerit. Cæterum, Attalus cum fratre in adventu [matris in urbem Cyzicum,] obsequio atque honore matri, ut par erat, præstito, maximam laudem est adeptus. Matrem enim ambo mediam utraque manu deducentes, templa ac cætera urbis loca cum comitatu regio perlustrarunt. Proinde universi, qui aderant, hoc spectaculo delectati, adolescentes vehementer laudabant, & Cleobidis ac Bitonis factum memoria repetentes, utrumque inter se comparabant; atque insigni illorum alacritati regale horum fastigium æquabant. Hæc Cyzici gesta sunt post pacem cum Prusia Rege factam.

Ἀπολλωνιὰς λίμνη. Apolloniadis lacus. Attalus, Asiæ Rex, Nicomedi Monodonti bello illato regionem ejus in potestatem suam redegit. Ille vero, implorato Romanorum auxilio, regnum recepit. Attalus autem matrem defunctam Pergami in maximo templo, quod ipse ædificarat, condidit, & vicinum lacum de ejus nomine appellavit.

Ἀπολλωνιάτης. Apolloniates. Et Ἀπολλωνῖτις χώρα, Apollonitis regio.

Ἀπολλώνιον. Apollinis templum. Corripit penultimam. Sic & apud Thucydidem legendum est. Ποσειδώνιον, templum Neptuni;

1 Ἀπολλωνιάς, Ἀττάλου, πατρὸς Εὐμένους τοῦ βασ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Polybii apud Constantinum in Collectaneis a Valesio editis, pag. 113. unde Suidas ea descripsit.

2 Παρῄεσαν] In Collectaneis Constantini loco laudato scriptum est περιῄεσαν, quam lectionem præ altera probo.

3 Οὕτω καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ ἀναγν.] Respicit Suidas ad locum Thucydidis, qui exstat lib. II. cap. XCI. ubi recte legitur Ἀπολλώνιον.

Διονύ-

Διονύσιον, καὶ Δημήτριον, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, ὁμώνυμα τοῖς ἀνδρωνυμικοῖς. τὸ δὲ Ποσιδάνιον δῆλον ὅτι Δωρικόν.

ut Ἀθήναιον, templum Minervæ. Sic & Διονύσιον, & Δημήτριον, & omnia similia nominum virilium formam habent. Ποσιδάνιον vero vocabulum esse Doricum manifestum est.

Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεύς, ἐπῶν ποιητής, διατρίψας ἐν Ῥόδῳ, υἱὸς Σιλλέως, μαθητὴς Καλλιμάχου, σύγχρονος Ἐρατοσθένους καὶ Εὐφορίωνος καὶ Τιμάρχου, ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Εὐεργέτου ἐπικληθέντος, καὶ διάδοχος Ἐρατοσθένους γενόμενος ἐν τῇ προστασίᾳ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βιβλιοθήκης.

Ἀπολλώνιος. Apollonius Alexandrinus, poeta Epicus, qui Rhodi vixit: filius Sillei, discipulus Callimachi, æqualis Eratosthenis, Euphorionis, & Timarchi, tempore Ptolemæi Euergetæ, & post Eratosthenem Alexandrinæ bibliothecæ præfectus.

Ἀπολλώνιος Τυανεύς, φιλόσοφος, υἱὸς Ἀπολλωνίου, καὶ μητρὸς πολίτιδος τῶν ἐπιφανῶν, [1]ὃν κύουσα ἡ μήτηρ ἐπιστάντα δαίμονα ἐθεάσατο, λέγοντα, ὡς αὐτὸς εἴη ὃν κύει. εἶναι δὲ Πρωτέα τὸν Αἰγύπτιον. ὅθεν ὑπειλῆφθαι αὐτὸν Πρωτέως εἶναι υἱόν. καὶ ἤκμαζε μὲν ἐπὶ Κλαυδίου καὶ Γαΐου καὶ Νέρωνος, καὶ μέχρι Νέρβα, ἐφ' οὗ καὶ μετήλλαξεν. ἐσιώπησε δὲ κατὰ Πυθαγόραν πέντε ἔτη. εἶτα ἀπῆρεν εἰς Αἴγυπτον, ἔπειτα εἰς Βαβυλῶνα πρὸς τοὺς μάγους, κἀκεῖθεν ἐπὶ τοὺς Ἄραβας, καὶ συνῆξεν ἐκ πάντων τὰ μυρία καὶ περὶ αὐτοῦ θρυλλούμενα μαγγανεύματα. συνέταξε δὲ τοσαῦτα· Τελετάς, [2]ἢ περὶ θυσιῶν. Διαθήκην. Χρησμούς. Ἐπιστολάς. Πυθαγόρου βίον. Εἰς τοῦτον ἔγραψε Φιλόστρατος ὁ Λήμνιος τὸν φιλοσόφῳ πρέποντα βίον. [3]Ὅτι Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς ἐς σωφροσύνην ὑπερεβάλλετο τοῦ Σοφοκλέους. Ὁ μὲν γὰρ λυττῶντα ἔφη καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγεῖν, ἐλθόντα εἰς γῆρας· ὁ δὲ Ἀπολλώνιος ὑπ' ἀρετῆς καὶ σωφροσύνης οὐδὲ ἐν μειρακίῳ ἡττήθη τούτου. [4]Ὅτι Φιλόστρατος λέγει περὶ Ἀπολλωνίου, θειότερον ἢ Πυθαγόραν τῇ σοφίᾳ προσελθεῖν, τυραννίδων τε ὑπεράραντα, καὶ γενόμενον κατὰ χρόνους οὔτ' ἀρχαίους, οὔτ' αὖ νέους, ὃν οὔπω οἱ ἄνθρωποι γινώσκουσιν ἀπὸ τῆς ἀληθινῆς φιλοσοφίας, ἣν φιλοσόφως τε καὶ ὑγιῶς ἐπήσκησεν. ἀλλ' ὁ μὲν τό, ὁ δὲ τὸ ἐπαινεῖ τἀνδρός. οἱ δέ, ἐπειδὴ μάγοις Βαβυλωνίων καὶ Ἰνδῶν Βραχμᾶσι καὶ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ Γυμνοῖς συνεγένετο, μάγον ἡγοῦνται αὐτόν, καὶ διαβάλλουσιν ὡς μὴ σοφόν, κακῶς γινώσκοντες. Ἐμπεδοκλῆς τε γὰρ αὐτός, καὶ Πυθαγόρας, καὶ Δημόκριτος, ὁμιλήσαντες μάγοις, καὶ πολλὰ δαιμόνια εἰπόντες, οὔπω ὑπήχθησαν τῇ τέχνῃ. Πλάτων δὲ βαδίσας ἐς Αἴγυπτον, καὶ πολλὰ τῶν ἐκεῖ προφητῶν τε καὶ ἱερέων ἐγκαταμίξας τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις, καὶ καθάπερ ζωγράφος ἐσκιαγραφημένοις ἐπιβαλὼν χρώματα, οὔπω μαγεύειν ἔδοξε, καίτοι πλεῖστα ἀνθρώπων φθονηθεὶς ἐπὶ σοφίᾳ. οὐδὲ γὰρ τὸ αἰσθέσθαι πολλὰ καὶ προγνῶναι διαβάλλοι ἂν τὸν Ἀπολλώνιον, ἐφ' οἷς προὔλεγεν, ἐς τὴν σοφίαν ταύτην. ἢ οὔπω διαβεβλήσεται καὶ Σωκράτης ἐφ' οἷς προὔλεγε, καὶ [5]Ἀναξαγόρας, ὃς Ὀλυμπιᾶσιν, ὁπότε ἥκιστα ὗεν, προειλ-

Ἀπολλώνιος Τυανεύς. Apollonius Tyaneus, Philosophus, Apollonii filius, & matre illustri cive natus, quo gravida mater Dæmonem adstantem vidit, qui dixit, se illum esse, quem gestaret in utero. Se autem esse Proteum Ægyptium. Unde factum, ut Protei filius esse crederetur. Floruit temporibus Claudii, Caii, & Neronis, ad Nervam usque, sub quo decessit. More Pythagorico quinquennium tacuit. Post in Ægyptum abiit: unde Babylonem ad Magos, & inde ad Arabes se contulit, & plurima illa, quæque fama de eo celebrat, artis magicæ experimenta undique conquisivit. Scripta ejus hæc sunt: Initia, sive de Sacrificiis. Testamentum. Oracula. Epistolæ. Vita Pythagoræ. Hujus vitam Philosopho dignam Philostratus Lemnius descripsit. Hic Apollonius Tyaneus Sophoclem vitæ castitate superavit. Is enim senex dixit, se [amorem] tanquam furiosum & sævum dominum profugisse: at Apollonius pro virtute & continentia sua ne adolescens quidem ab amore victus est. Eundem Philostratus scribit divinius philosophiam tractasse quam Pythagoram, & tyrannorũ potentiam superasse, &, cum temporibus nec antiquis nec recentioribus vixerit, ignorari ab hominibus, quam vere, quam pure sanctеque philosophatus fuerit. Sed alius aliud in hoc viro laudat. Alii vero, quia cum Babyloniorum Magis, & Indorum Brachmanibus, & Ægyptiorum Gymnis versatus est, eum pro mago habent, & ut sapientiæ expertem calumniantur: male utique de viro isto judicantes. Nam & Empedocles, & Pythagoras, & Democritus, magorum usi consuetudine, & multa divina effati, ob artem illam male non audiunt. Plato vero quamvis in Ægyptum profectus fuerit, & multa prophetarum sacerdotumque ejus regionis dicta scriptis suis immiscuerit, & tanquam pictor imaginibus rudi tantum modo delineatis colores addiderit, haud tamen magus habitus est, quamvis ob sapientiam plurimum invidiæ sibi contraxerit. Neque enim, quia Apollonius multa præsensit, &, quæ eventura erant, prædixit, recte quis eum artis magicæ insimulaverit. Alioqui enim & Socrates criminandus est ob ea, quæ præ-

1 Ὃν κύουσα ἡ μήτηρ ἐπιστάντα δαίμονα ἐθ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad verba illa Πρωτέως εἶναι υἱόν, ex Hesychio Milesio descripsit Suidas. Confer etiam Philostrat. in Vita Apoll. Tyan. lib. 1. cap. III.

2 Ἡ περὶ θυσιῶν] Hujus operis mentionem facit Eusebius *de Præpar. Evang.* lib. IV. cap. XIII.

3 Ὅτι Ἀπολλ. ὁ Τυαν. ἐς σωφρ. ——— ἡττήθη τούτου] Hæc leguntur apud Philostr. de V. A. lib. 1. cap. X.

4 Ὅτι Φιλόστρατος λέγει περὶ Ἀπολλωνίου, θειότερον ἢ Πυθαγ.——— τὰ δὲ ἀκριβέστερα παρὰ Δάμιδος ἀκούσας] Philostratus lib. 1. cap. 1. & II.

5 Καὶ Ἀναξαγόρας, ὃς Ὀλυμπιᾶσιν, ὁπότε ἥκιστα ὗεν. προειλ.] Hunc locum Suidas mutilavit, quem Philostratus auctiorem exhibet.

θὼν ὑπὸ κωδίῳ ἐς τὸ στάδιον ἐπὶ προῤῥήσει ὄμβρου. καὶ ἄλλα τινὰ παρ' Ἀναξαγόρου προειρηθέντες, ἀφαιροῦνται τὸν Ἀπολλώνιον τὸ κατὰ σοφίαν προγινώσκειν. Δοκεῖ οὖν μοι μὴ περιιδεῖν τὴν τῶν πολλῶν [1] ἄνοιαν, ἀλλ' ἐξακριβῶσαι τὸν ἄνδρα τοῖς τε χρόνοις, καθ' οὓς εἶπέν τι καὶ ἔπραξε, τοῖς τε σοφίας τρόποις, ὑφ' ὧν ἔψαυσε τοῦ δαιμόνιός τε καὶ θεῖος νομισθῆναι. Ξυνείλεκται δέ μοι τὰ μὲν ἐκ πόλεων, ὁπόσαι αὐτοῦ ἤρων· τὰ δὲ ἐξ ἱερῶν, ὁπόσα ὑπ' αὐτοῦ ἐπανήχθη παραλελυμένα τοὺς θεσμοὺς ἤδη· τὰ δὲ ἐξ ὧν ἕτεροι πρὸς αὐτὸν, ἢ αὐτὸς πρὸς ἄλλους ἔγραφεν. Ἐπέστελλε δὲ βασιλεῦσι, σοφισταῖς, φιλοσόφοις, Ἠλείοις, Ἰνδοῖς, Αἰγυπτίοις, περὶ θεῶν, περὶ ἠθῶν, περὶ νόμων, [2] παρ' οἷς ὅ, τι ἂν πράττοι. τὰ δὲ ἀκριβέστερα παρὰ Δάμιδος ἀκήκοας. [3] Οὗτος Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς διαμνημονευτικός τις ἦν εἴπερ τις ἄλλος, ὃς τὴν μὲν φωνὴν σιωπῇ κατεῖχε, πλεῖστα δὲ ἀνελέγετο, καὶ τὸ μνημονικὸν ἑκατοντούτης γενόμενος ἔῤῥωτο ὑπὲρ τὸν Σιμωνίδην. καὶ ὕμνος αὐτῷ τις ἐστὶν εἰς μνημοσύνην, ὃν ᾖδεν, ἐν ᾧ πάντα μὲν ὑπὸ τοῦ χρόνου μαραίνεσθαί φησιν, αὐτόν γε μὴν τὸν χρόνον ἀγήρω τε καὶ ἀθάνατον ὑπὸ τῆς μνημοσύνης εἶναι. [4] Ὅτι Ἀπολλώνιος οὗτος τάδε περὶ Ἀναξαγόρου ἔφη· καὶ γὰρ Κλαζομένιον ὄντα, καὶ ἀγέλαις καὶ καμήλοις τὰ ἑαυτοῦ [5] ἀναθέντα, εἰπεῖν, προβάτοις μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις φιλοσοφῆσαι. ὁ δὲ Θηβαῖος Κράτης κατεπόντωσε τὴν οὐσίαν, οὔτε προβάτοις ποιήσας ἐπιτήδειον, οὔτε ἀνθρώποις.

Ἀπολλώνιος [6] ἕτερος, Τυανεὺς, φιλόσοφος νεώτερος, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως, ὡς Ἀγρέσφων ἐν τῷ περὶ Ὁμωνύμων.

Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεὺς, ὁ κληθεὶς Δύσκολος, πατὴρ Ἡρωδιανοῦ, τοῦ τεχνογράφου γραμματικοῦ. [7] Ὃς ἔγραψε τάδε. Περὶ μερισμοῦ τῶν τοῦ λόγου μερῶν βιβλία τέσσαρα. Περὶ συντάξεως τῶν τοῦ λόγου μερῶν, δ'. Περὶ ῥήματος, ἤτοι [8] Ῥηματικὸν, ἐν βιβλίοις πέν-

dixit: itemque Anaxagoras, qui Olympiis, cum minime plueret, pelle tectus, ad imbrem prædicendum, in stadium processit. Cum igitur & alia quoque de Anaxagora commemorent, Apollonium tamen negant vi sapientiæ futura præscire potuisse. Tantæ igitur ignorantiæ hominum obviam eundum esse duxi, simulque accurate investigandum, quibus temporibus vir iste aliquid dixerit aut fecerit, & quibus institutis, quove sapientiæ genere admirandus ac divinus appellari meruerit. Hæc autem a me collecta sunt, partim ex urbibus, quæ ipsum adamarunt: partim ex templis, quorum ritus & sacra collapsa ab ipso restituta sunt; partim denique ex iis, quæ alii ad ipsum, aut ipse ad alios scripsit. Scripsit autem ad Reges, Sophistas, Philosophos, Elienses, Delphos, Indos, Ægyptios, de Diis, moribus, legibus, aliisque. Quæ vero certiora sunt, ex Damide audivi. Hic Apollonius Tyaneus memoria, si quisquam alius, pollebat: qui ut plurimum quidem silebat, multa vero animo versabat, &, cum centesimum ætatis annum ageret, memoriæ firmitate Simonidem superabat. Exstat etiam hymnus ejus in memoriam, quem canere solebat, in quo omnia a tempore consumi dicit, ipsum vero tempus beneficio memoriæ expers senii & immortale esse. Idem de Anaxagora dixit, eum, cum Clazomenius esset, & gregibus camelisque sua depascenda daret, pecudibus potius quam hominibus philosophatum esse. Crates vero Thebanus opes suas in mare demersit, eaque ratione effecit, ut nec pecudes nec homines utilitatem aliquam ex illis perciperent.

Ἀπολλώνιος ἕτερος. Apollonius alius, Tyaneus, Philosophus junior, qui vixit temporibus Adriani Imperatoris, ut Agresphon in libro *de Iis, qui eodem nomine appellati fuerunt*, tradit.

Ἀπολλώνιος Ἀλεξανδρεύς. Apollonius Alexandrinus, cognomento Dyscolus, pater Herodiani Technici: cujus scripta hæc sunt. De partitione partium orationis libri quatuor. De Verbo, sive Rhematicum, lib. v. De Verbis

1 Ἄνοιαν] Fortasse melius ἄγνοιαν: quam lectionem in versione secutus sum.

2 Παρ' οἷς ὅ, τι ἂν πράττοι] Hic locus non est integer, qui apud Philostratum (quem confer) aliter legitur.

3 Οὗτος Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς διαμνημονευτικός.——— ὑπὸ τῆς μνημοσύνης εἶναι] Philostr. lib. 1. cap. 11.

4 Ὅτι Ἀπολλώνιος οὗτος τάδε περὶ Ἀναξαγόρου ἔφη· καὶ γὰρ Κλαζ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, leguntur apud Philostratum pag. 16.

5 Ἀναθέντα] Scribe ἀνέντα, ut apud Philostratum loco laudato.

6 Ἀπολλώνιος ἕτερος, Τυαν.] De Apolloniis, eorumque scriptis, vide Meursium ad Apollonii Dyscoli Historiam Commentitiam, quæ ab eo edita est Lugduni Batav. 1620.

7 Ὃς ἔγραψε τάδε] Præter opera, a Suida hic recensita, scripserat etiam Apollonius Dyscolus περὶ Συνδέσμων, *De Conjunctionibus*: περὶ Ἐπιῤῥημάτων, *De Adverbiis*: περὶ Ἀντωνυμιῶν, *De Pronominibus*: quæ tria opuscula MSS. exstant in Bibliotheca Regia Paris. digna profecto, quæ in lucem edantur, tum propter eruditionem & antiquitatem auctoris, tum quia sæpe in illis veteres scriptores deperditi citantur. Speciminis loco describam hic initium libri *De Pronominibus*: quod in modo laudato Codice fol. 184 exstat.

Ἀπολλωνίου Ἀλεξανδρέως περὶ Ἀντωνυμιῶν.

Πολλὰ περιττόν ἐστιν, ὡς ἡ σύντομος ἑρμηνεία μετὰ τῆς δεούσης σαφηνείας πολλῷ κρείττων καθέστηκε τῆς οὐχ οὕτω ἐχούσης φράσεως. ὅθεν κατὰ δύναμιν τὴν ἰδίαν πειρασόμεθα τὰ περὶ τῶν ἀντωνυμιῶν λόγον διεξιόντες τὰ μὲν παρέλκοντα περιστέλλειν, τὰ δ' ἐλλείποντα προσαναπληρῶσαι. τὰ δὲ μακρολογούντως ὑπό τινων εἰρημένα συντομώτερον φράσαι. Ἀρκτέον δὲ ἀπὸ τῆς κλήσεως, ἐπεὶ παρά τισι διάφορος. Τὸ μὲν οὖν πάλαι παρεστῆσθαι διεψευσμένον ἐστὶ τὸ ἐπάγγελμα. Τὸ δὲ τοῖς ἐπομένοις, οὐκέτι. Ἀρίσταρχος λέξεις κατὰ πρόσωπα συζύγους ἐκάλεσε τὰς Ἀντωνυμίας. ᾧ καὶ ἀντίκειται τὸ μὴ ἴδιον εἶναι τοῦτο τῶν ἀντωνυμιῶν. ἴδιον γὰρ ἐστι τῶν ῥημάτων μᾶλλον γὰρ αὐτῶν ὁ ὅρος. ἔστι γὰρ κατὰ πᾶν πρόσωπον ἀκολουθία. αἱ δὲ Ἀντωνυμίαι οὐχ οὕτως, ὡς εἰρήσεται. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατὰ τὸν τοῦ Τρύφωνος Διονυσοδώρου λόγον προσηγορικαὶ κλητέον· ἐπεὶ ἔστιν ἄλλα ἔν τισι προσηγορικὰ ζῆτον. ποιητικῶς τι γὰρ, καὶ ἐφεξῆς. καὶ ἴσως ἐπεὶ ἄλλαις τισὶ παραληφθήσονται ἢ αἱ κτητικαί ἐστιν ὁ Ἐγὼ, καὶ ὁ Νῶι, καὶ πᾶσαι αἱ πρωτότυποι δηλονότι. οἱ τὰ ὡρισμένα (forte εἰτ' ἀόριστα) σημειοῦνται. αἱ δὲ Ἀντωνυμίαι ὡρισμένα πρόσωπα παρίστησιν. οὐκ ἀπιθάνως ὁ Τυραννίων σημειώσεις αὐτὰς ἐκάλεσεν. ἀλλ' ἴσως ἰδικῶς τὸ τοιοῦτον. οὐδὲ γὰρ τῶν παραλαμβανομένων αὐτοῖς παρίστησι &c. Plura non addam.

8 Ῥηματικόν] Sic habent duo MSS. Paris. In prioribus vero Edit. excusum est ῥηματικῶν, quod sensus loci respuit. Significare enim vult Suidas, scripsisse Apollonium περὶ Ῥήματος, *de Verbo*, eumque librum vocasse Ῥηματικόν: uti paulo post Ὀνοματικὸν vocatur liber, in quo idem Apollonius de Nominibus egerat.

τι. Περὶ τῶν εἰς μι ληγόντων ῥημάτων παραγώγων βιβλίον ἕν. [1] Περὶ ῥημάτων, ἤτοι [2] Ὀνοματικὸν, ἕν. Περὶ ὀνομάτων κατὰ διάλεκτον. Περὶ τῆς ἐν θηλυκοῖς ὀνόμασιν εὐθείας, ἕν. Περὶ παρωνύμων ἕν. Περὶ συγκριτικῶν. Περὶ διαλέκτων, Δωρίδος, Ἰάδος, Αἰολίδος, Ἀτθίδος. Περὶ σχημάτων Ὁμηρικῶν. Περὶ [3] κατεψευσμένης ἱστορίας. Περὶ παθῶν. Περὶ τόνων κατηναγκασμένων βιβλία δύο. Περὶ τόνων σκολιῶν βιβλίον ἕν. Περὶ προσῳδιῶν, ε. Περὶ στοιχείων. Περὶ προθέσεων. Περὶ τῶν Διδύμου πιθανῶν. Περὶ συνθέσεως. Περὶ διφορουμένων. Περὶ τοῦ τίς. Περὶ γενῶν. Περὶ πνευμάτων. Περὶ κτητικῶν. Περὶ συζυγίας.

Ἀπολλώνιος, Ἀρχεβούλου, ἢ Ἀρχεβίου. ἔγραψε περὶ [4] λέξεων Ὁμηρικῶν κατὰ στοιχεῖον.

Ἀπολλώνιος Ἀφροδισιεὺς, ἀρχιερεὺς καὶ ἱστορικός. γέγραφε Καρικά. Περὶ Τράλλεων. Περὶ Ὀρφέως, καὶ τῶν τελετῶν αὐτοῦ.

Ἀπόλλωνος ἄγαλμα [5] κιθάραν ἐπὶ χειρῶν ἔχον πλάττουσι. τοῦ Ἀπόλλωνος ἄγαλμα, οἱονεὶ τὸν ἥλιον, τὴν τοῦ παντὸς ἁρμονίαν. κιρνώμενος γὰρ τοῖς λοιποῖς ἄστρασι καὶ κτίζει καὶ ζωογονεῖ.

Ἀπολλῶς, Ἀπολλώ. ὄνομα κύριον. Ἀττικῶς.

Ἀπολοίμην εὐκτικῶς. καὶ ἀπόλοιντο. Ὡς ἀπόλοιτο ἡ κακία.

Ἀπολλύειν, καὶ ἀπολλύναι, διττῶς λέγουσι. καὶ ἀποδεικνύειν καὶ ἀποδεικνύναι, καὶ πάντα τὰ ὅμοια.

Ἀπὸ λύκου θύρας. ἐπὶ τῶν ἀπράκτως ἐξ αὐτῆς ἀπιόντων. οἱ δὲ, ἐπὶ τῶν ἀπηνῶν καὶ ἀγρίων.

Ἀπολυμαίνεσθαι. ἀποκαθαίρεσθαι. [6] Λύματα γὰρ τὰ καθάρσια λέγονται. ἢ καὶ αὐτὸς ὁ ῥύπος. παρὰ τὸ λυμαίνειν τὸ ἀπολειπόμενον. ἀπὸ γοῦν τοῦ λῦμα, λυμαίνω, καὶ ἀπολυμαίνω. Φύσει δὲ τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης καθαρτικόν. ὅτι καὶ τὰ περιττώματα εἰς τὴν ἀπείρατον θάλατταν βάλλομεν. τὸ δὲ λῦμα ἐκ τοῦ ῥύπτω Αἰολικῶς. ῥύπτω, ἔρρυμμαι, ῥύμμα, καὶ λῦμα.

Ἀπολυόμενος. ἀπαραπολογούμενος. Ὁ δὲ πρεσβείας διεπέμπετο, ἀπολυόμενος τὰς διαβολὰς, ἃς κατ' αὐτοῦ γενέσθαι ἐπυνθάνετο.

Ἀπολλύων. τῷ θανάτῳ παραπέμπων. Δαβίδ· Κύριε [7] ἀπολλύων ἀπὸ γῆς διαμέρισον αὐτοὺς ἐν τῇ

derivatis desinentibus in μι, liber unus. De Nominibus, sive Onomaticum, liber unus. De Nominibus secundum varias dialectos. De Nominum fœmininorum casu recto, liber unus. De Paronymis, unus. De Comparativis. De Dialectis, Dorica, Ionica, Æolica, Attica. De Figuris Homericis. De Historia commentitia. De Affectionibus. De Tonis coactis, libri duo. De Tonis obliquis, liber unus. De Accentibus libri v. De Elementis. De Præpositionibus. De Didymi Probabilibus. De Compositione. De iis, quæ duobus modis efferuntur. De De vocula Τίς. De Generibus. De Spiritibus. De Possessivis. De Conjugatione.

Ἀπολλώνιος. Apollonius Archebuli, sive Archebii F. De Dictionibus Homericis ordine alphabetico scripsit.

Ἀπολλώνιος. Apollonius Aphrodisiensis, summus sacerdos & historicus. Scripsit historiam Caricam. De Trallibus. De Orpheo, & ipsius sacris.

Ἀπόλλωνος ἄγαλμα. Apollinis simulacrum citharam manibus tenens fingunt. Apollinis simulacrum [significare dicunt,] Solem, Universitatis hujus harmoniam. Cum reliquis enim stellis commixtus omnia producit & gignit.

Ἀπολλῶς. Ἀπολλώ. Nomen proprium. Attice [declinatur.]

Ἀπολοίμην, Peream. Optative. Et Ἀπόλοιντο, pereant. *Sic pereat malitia.*

Ἀπολλύειν, & ἀπολλύναι, duobus modis effertur. Sic etiam ἀποδεικνύειν & ἀποδεικνύναι, & omnia similia.

Ἀπὸ λύκου θύρας. *A lupi janua.* De iis, qui statim re infecta abeunt. Alii vero de crudelibus & sævis [proverbium hoc dici tradunt.]

Ἀπολυμαίνεσθαι. Purgari. Λύματα enim dicuntur expiationes & lustrationes: vel etiam ipsa purgamenta; a verbo λυμαίνειν, quod significat, perdere. A λῦμα igitur fit λυμαίνω, & ἀπολυμαίνω. Aqua maris autem natura vim habet purgandi. Unde etiam excrementa projicere solemus in mare, quod sordibus caret. Λῦμα vero Æolice formatum est a ῥύπτω, hoc modo: ῥύπτω, ἔρρυμμαι, ῥύμμα, & λῦμα.

Ἀπολυόμενος. Crimina objecta diluens. *Ille vero legatos misit, ut calumnias, quas contra se spargi audiebat, dilueret.*

Ἀπολλύων. Morti tradens. David: *Domine, e terra eos extirpa, & viventes adhuc*

1 Περὶ ῥημάτων, ἤτοι Ὀνοματ.] Quis dubitet scribendum esse, περὶ ὀνομάτων, ἤτοι Ὀνοματικόν? Uti enim paulo ante dixerat Suidas Apollonium scripsisse περὶ ῥήματος, ἤτοι Ῥηματικόν: sic sensus & rei paritas requirit, ut hic legatur, περὶ ὀνομάτων, ἤτοι Ὀνοματικόν.
2 Ὀνοματικόν] In codice Vatic. legitur ὀνοματικόν, ut Pearsonius monet. Sed & ὀνοματικὸν recte se habet, quippe quod derivatur ab ὄνομα, ὀνόματος: ut ὀνοματικὸν a Præterito Passivo ὠνόμασμαι. Præterea, ne cui τὸ ὀνοματικὸν suspectum sit, addo, scripsisse & Herodianum Grammaticum ὀνοματικόν, idque opus laudari ab Etymologo & Eustathio, ut monemus infra ad v. Ἡμιδαρεικός.
3 Περὶ κατεψευσμένης ἱστορίας] Hoc opus etiamnum superstes est, editum primo a Xylandro, & deinde a Meursio.

4 Περὶ λέξεων Ὁμηρ.] Hujus operis meminit Hesychius in præfatione Lexici sui.

5 Κιθάραν ἐπὶ χειρῶν ἔχον κτλ.] Vide Hieronymum Aleandrum ad Tabulam Solis pag. 19. & 35.

6 Λύματα γὰρ τὰ καθάρσια λέγονται] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, desunt in MSS. Paris.

7 Κύριε ἀπολλύων ἀπὸ γῆς διαμέρισον αὐτοὺς ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν] Hæc sunt verba LXX Interpretum Psalm. XVI. 14. sed ubi hodie pro ἀπολλύων legitur ἀπ' ὀλίγων. Malim tamen cum Suida legere ἀπολλύων; uti etiam legisse Theodoretum, ex ejus interpretatione, quam Suidas hic sequitur, apparet.

ζωῇ αὐτῶν. ἄλλος δὲ ἑρμηνεὺς ἀπὸ ὀλίγων φησίν.

Ἀπομαγδαλία.[1] τὸ σταῖς, ᾧ ἀπεμάττοντο οἱ μάγειροι, ὅπερ ἐκάλουν χειρόμακτρον, καὶ μετὰ τὴν ἐργασίαν ἀπέρριπτον τοῖς κυσίν. ἢ ἡ τῶν κυνῶν τροφὴ, ἥτις ἦν σταῖς καὶ λίπος· [2]ὡς καὶ ὁ ποιητής·

—Ἀεὶ γάρ τι φέρει μειλίγματα θυμοῦ.

μετὰ γὰρ τὸ δεῖπνον εἰς τὸ σταῖς ἀπεψῶντο τὸ λίπος, καὶ [3]τοῖς κυσὶν ἐρρίπτουν. Καὶ αὖθις Ἀριστοφάνης

Ὑπερβαλεῖσθαί σ' οἴομαι τούτοισιν· ἢ μάτην γ' ἄν.

Ἀπομαγδαλίας[4] σιτούμενος τοσοῦτος ἐκτραφείην.

Ἀπόμακτρα[5] σκυλάλων.

Ἀπομάττεσθαι. ἀναλαβεῖν, μιμεῖσθαι, καὶ ἀποτυποῦν. καὶ Ἀπομάττων [6]Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. οἱ [7]μὲν, ἀντὶ τοῦ ἀποψῶν. ἄλλοι δὲ, ἀντὶ τοῦ περιπλάττων τὸν πηλὸν καὶ τὰ πίτυρα τοῖς τελουμένοις. Ἀπομάττεσθαι τὸν ἀνδριάντα τῷ πηλῷ.

Ἀπόμαχος. ὁ ἐκτὸς τοῦ πολέμου γεγονώς. Ὁ δὲ πλήττεται βέλει τὸν μηρὸν, ὡς μικροῦ δεῖν μελλῆσαι ἀπόμαχος ἔσεσθαι. Καὶ αὖθις [8]Ὁ δὲ ὑπὸ τῆς λύπης καταχλιζόμενος ἀπόμαχος ἦν. Καὶ ἀπόμαχοι ἑαυτοὺς κατεχρήσαντο. οἱ δὲ ἐν τῇ ἡλικίᾳ εἰς τοὺς ἐναντίους ἀθρόοι ὥρμησαν, καὶ προθύμως κατέκοψαν. ἢ οἱ ἔξω τῆς μάχης. Ὡς δὲ αὐτῷ ἐξηγγέλλετο, ὡς ἔσοιτο ὁ Θεοδώριχος ἠπατημένος ἀπόμαχος, ὀπίσω ἀναχωρεῖ. καὶ Ἀπομαχομένου, ἀνθισταμένου, παραιτουμένου. Ἀπομαχομένου δὲ τοῦ Φαβίου, καὶ πολλὰς ποιουμένου δεήσεις, ἵνα τῆς ἀρχῆς ἀπολυθείη.

Ἀπομηνίσας. ἀποχωρήσας δι' ὀργήν. ἢ παυσάμενος τῆς ὀργῆς.

Ἀπὸ μηχανῆς. ἐπὶ τῶν παραδόξων καὶ παραλόγων. οἱ γὰρ τὴν τραγῳδίαν ποιηταὶ, ὅταν εἰσήγαγον εἰς τὴν σκηνὴν, ἢ τόλμας, ὥστε συγχυθῆναι τοὺς θεατὰς περὶ τὰ εἰρημένα, καὶ ἐλεεῖν τοὺς ἠτυχηκέναι δόξαντας, ὡς ἀνάξια πεπονθότας, ἢ μισῆσαι τοὺς πεποιηκότας, ἢ παρανομήσαντας, εἰώθασι θεοὺς εἰσάγειν, οὐκ ἀπ' αὐτῆς τῆς σκηνῆς ὁρμωμένους, ἀλλ' ἐξ ὕψους ἀπό τινος μηχανῆς, ἣν ἔβλεπον μὲν πρότερον οἱ θεαταὶ, κατ' ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν στρεφομένη ἐδείκνυε τὸ τοῦ θεοῦ πρόσωπον. καὶ τοῦτο καταστολὴν εἶναι τοῦ δράματος. ἐλέγετο δὲ θεὸς ἀπὸ μηχανῆς.

Ἀπόμισθος.[9] ἄμισθος. ὁ μισθῷ ἔργων τι πρα-

*dissipa.* Alius quidam interpres pro ἀπολλύων habet ἀπ' ὀλίγων, *a paucis.*

Ἀπομαγδαλία. Massa, qua coqui manus abstergunt; quam χειρόμακτρον vocabant, & post manuum abstersionem canibus projiciebant. Vel cibus canum, qui constabat ex farina aqua macerata & pingui. Hunc cibum intelligit Poeta cum ait: *Semper enim adfert escam, qua animum eorum deliniat.* Post cœnam enim pingue abstergebant massa farinacea, quam canibus deinde projiciebant. Aristophanes: *Sed his te superatum iri puto: aut frustra videbor apomagdaliis tam bene saginatus.*

Ἀπόμακτρα. Hostoria, sive ligna, quibus mensuræ æquantur.

Ἀπομάττεσθαι. Suscipere. Imitari. Effingere. Et Ἀπομάττων apud Demosthenem pro Ctesiphonte alii dictum putant pro ἀποψῶν, abstergens: alii vero pro, luto & furfuribus circumlinens eos, qui initiabantur. [Sic dicimus] ἀπομάττεσθαι τὸν ἀνδριάντα πηλῷ, i. e. statuam luto obducere.

Ἀπόμαχος. Qui pugnæ non interest. [Item, qui ob debilitatem pugnare non potest.] *Ille vero telo vulneratur in femore, adeo ut parum abesset, quin prælio cogeretur excedere.* Et iterum: *Ille vero mœrori totum se dedens a pugna aberat.* † *Et illi, qui ob debilitatem pugnare non poterant, se ipsi interfecerunt. Qui vero ætate florebant in hostem conferti impetum fecerunt, & strenue pugnantes occisi sunt.* † *Ut vero ei nuntiatiatum est, Theodorichum, errore deceptum, prælio non interfuturum esse, retro cessit.* Et Ἀπομαχομένου, repugnante, recusante. *Fabio vero repugnante, & multas adhibente preces, ut magistratum deponere sibi liceret.*

Ἀπομηνίσας. Qui propter iram abiit. Vel, qui irasci desiit.

Ἀπὸ μηχανῆς. *A machina.* De rebus mirabilibus & inopinatis dicitur. Nam Tragici Poetæ, quum in scenam introducebant vel facinus audax, adeo ut spectatores turbarentur ob ea, quæ dicta fuissent; vel calamitosos miserarentur, quod res indignas passi viderentur, & odio prosequerentur calamitatis illius auctores, vel eos qui aliquid injuste fecissent; Deos introducere solebant, non ex ipsa scena prodeuntes, sed superne ex aliqua machina, quam spectatores quidem viderant, sed illo die conversa Dei faciem ostendebat. Et hac ratione turbæ sedabantur. Dicebatur autem *Deus ex machina.*

Ἀπόμισθος. Mercedis expers. Qui mer-

1 Ἀπομαγδαλία. τὸ σταῖς, ᾧ ἀπεμ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ Aristoph. ad *Equit.* pag. 312.

2 Ὡς καὶ ὁ ποιητής] Odyss. K. v. 217.

3 Καὶ τοῖς κυσὶν ἐρρίπτουν] Ἀπομαγδαλία proprie vocabatur cibus, qui canibus projiciebatur, ut Suidas ex Scholiasta Aristophanis hic observat. Per elegantem vero metaphoram sic appellabatur omne donum, vel munus, quod Sycophantis aliisque improbis hominibus ad rabiem illorum placandam dabatur, ut patet ex hoc loco Philostrati *de Vita Apoll.* lib. VII. cap. XI. Ὡς ἀναπλῆσαι τὴν οὐσίαν, τὰ μὲν, ἐς τοὺς συκοφάντας, οὓς ἤδη μεταλλεύειν τῇ ἀπομαγδαλίᾳ ταύτῃ· τὰ δὲ ἐς τοὺς ἄρχοντας &c. i. e. *Ut opes meas profundere cogerer, partim ex iis largiendo Sycophantis, quos tali quasi offa placare oportebat: partim vero magistratibus* &c.

4 Ἀπομαγδαλίας] Apud Aristoph. minus recte hodie legitur ἀπὸ μαγδαλίας, una voce in duas dirempta.

5 Ἀπόμακτρα σκυλάλων] Lege & distingue Ἀπόμακτρα. σκύταλα.

6 Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησ.] Pag. 385.

7 Οἱ μὲν, ἀντὶ τοῦ ἀποψῶν. ἄλλοι δὲ, ἀντὶ τοῦ περιπλ.] Ex Harpocratione.

8 Ὁ δὲ ὑπὸ τῆς λύπης καταχλ.] Hæc sunt verba Theophyl. Simocattæ lib. II. cap. IX.

9 Ἀπόμισθος. ἄμισθος. ὁ μισθῷ ἔργων τι πράξας.] Ex Harpocratione.

πραξάμενος

παραξάμενος, καὶ ἄμισθος ἀφιμένος. κεῖται δὲ ἡ λέξις παρὰ Λυσίᾳ ἐν τῷ πρὸς Καλλικλέα. Ἀπόμισθοι δὲ παρὰ Δημοσθένει, οἱ μισθὸν μὴ λαβόντες.

cede operam suam locarunt, sed opere peracto sine mercede dimittuntur. Exstat vocabulum apud Lysiam in oratione adversus Calliclem. Apud Demosthenem vero ἀπόμισθοι dicuntur, qui [voluntario] mercedem non accipiunt.

Ἀπομώμοκα. ἀντὶ [1] τοῦ ὁρκωμοσίαν πρὸς τὰς γυναῖκας πεποίηκα. καὶ [2] Ἀπομωμοκότας, ἀπαρνησαμένους. [3] Πολλοὺς δὲ ἀπομωμοκότας παῖδας. πρὸς τέρμασιν ὥρας διεμήρισαν ἄνδρες ἐρασταί. Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν.

Ἀπομορξάμενος. [4] ἀποπαυσάμενος.

Ἀπομόσαι, καὶ καταμόσαι. τὸ μὲν, ἀρνητικόν· τὸ δὲ καταφατικόν.

Ἀπόμοιρα. μέρος. Ἀπόμοιρα δὲ τῆς στρατιᾶς ἀσκοὺς ἐπιφερόμενοι σποδιᾶς καὶ τέφρας πεπληρωμένους, ξιφιδίοις τούτους διέρρηξαν, καὶ τὸν ἀέρα ἐθόλωσαν. Καὶ [5] Ἀγαθίας· Ἀπόμοιρα δὲ ἦν τῶν Φράγγων, καὶ ἀνὰ τὰ τῇδε πεδία ἐφοίτα χιλοῦ ἕνεκα.

Ἀπομυΐζω. [6] ἀποσμύζω.

Ἀπόν. ἀπρεπές. σημαίνει καὶ τὸ μὴ παρόν.

Ἀπὸ Νανάκου. ἐπὶ τῶν σφόδρα παλαιῶν καὶ ἀρχαίων.

Ἀπόναιτο. κατατρυφᾷν, ἢ ὠφελεῖσθαι. Οὐ μὴν ἀπόνασθαί γε ξυνέβη τῆς βασιλείας αὐτῷ. τελευτᾷ γὰρ νόσῳ ἑπτὰ ταῖς πάσαις ἡμέραις.

Ἀποίμου [7] τῆς ἁμάξης· τῶν δὲ ὄνων οὐδέν μέλει. παροιμία, ἐπὶ τῶν τὰ οἰκεῖα τημελούντων, τῶν δὲ ἀλλοτρίων ἀμελούντων· παρόσον οἱ ἰδίας ἔχοντες ἁμάξας, ὄνους δὲ μισθούμενοι, ἀμελοῦσιν αὐτῶν.

Ἀπονεύειν. ἐκκλίνειν. τρέπεσθαι. Συνέβαινε τοὺς Αἰνίους πάλαι μὲν στασιάζειν, προσφάτως δὲ ἀπονεύειν, τοὺς μὲν πρὸς Εὐμένη, τοὺς δὲ πρὸς Μακεδονίαν.

Ἀπόνειμε. ἀπόδος.

Ἀπονητί· ἄνευ πόνου. Ἀπονητί. ἀνιδρωτί. ἀκμητί. ἀμεταστρεπτί· πάντα ταῦτα καὶ ἐκτείνεται, καὶ συστέλλεται. λέγεται δὲ καὶ ἀπονητότατα.

Ἀπόνιπτρον. [8] Ἀριστοφάνης

Ὥσπερ [9] ἀπόνιπτρον ἐκχέοντες ἑσπέρας.

εἰώθασι δὲ οἱ ἀρχαῖοι, εἴ ποτε ἐκχέοιεν ἀπόνιπτρον ἀπὸ τῶν θυρίδων, ἵνα μή τις βραχῇ τῶν παριόντων, λέγειν, [10] ἔξιτε. [11] καὶ Ἀπονίψασθαι μετὰ τὸ δεῖπνον ἔλε-

Ἀπομώμοκα. Jurejurando fidem meam fœminis adstrinxi. Et Ἀπομωμοκότας, qui alicui rei renuntiarunt. *Multos autem pueros formosos, qui pertinaciter negarant se amatoribus gratificaturos, cum primus ætatis & formæ flos præteriisset, amantes subegerunt.* Aristophanes *Avibus.*

Ἀπομορξάμενος. Qui effinxit. Qui expressit.

Ἀπομόσαι. Jure jurando aliquid negare. Καταμόσαι vero, jure jurando affirmare.

Ἀπόμοιρα. Pars. *Pars vero copiarum utres gestantes, cinere & favilla repletos, eos pugionibus perforarunt, & aerem obscurarunt.* Et Agathias: *Pars autem Francorum pabulandi causa per hos campos palabatur.*

Ἀπομυΐζω. Ore querulum sonum edo.

Ἀπόν. Indecorum. Significat etiam absens.

Ἀπὸ Νανάκου. *A Nannaco.* De valde vetustis & antiquis rebus dicitur.

Ἀπόνασθαι. Deliciis frui. Fructum percipere. *Haud tamen regno frui ei licuit. Septimo enim die obiit.*

Ἀποίμου τῆς ἁμ. *Fruere curru: asinos enim nihil curo.* Proverbium de illis, qui domestica curant, & aliena negligunt. Qui enim proprium habent currum, & asinos conducunt, eos negligunt.

Ἀπονεύειν. Inclinare. Vergere. *Ænii, jam olim seditione laborantes, novissime, alii ad Eumenem, alii vero ad Macedoniam animos inclinare cœperunt.*

Ἀπόνειμε. Redde. Tribue.

Ἀπονητί. Sine labore. [Hujus generis adverbia etiam sunt,] ἀπονητί, ἀνιδρωτί, ἀκμητί, ἀμεταστρεπτί: quæ omnia producuntur & corripiuntur. Dicitur etiam ἀπονητότατα.

Ἀπόνιπτρον. Sordes manuum & pedum ablutorum. Aristophanes: *Tanquam sordes pedum ablutorum vesperi effundentes.* Veteres autem, si forte sordes ex fenestris effundere vellent, ne quis prætereuntium iis inquinaretur, clamare solebant, Recede hinc. Et Ἀ-

1 Ἀντὶ τοῦ ὁρκωμοσίαν πρὸς τὰς γυναῖκας πεπ.] Hunc sensum vox ἀπομώμοκα habet apud Aristoph. *Lysistr.* pag. 892. ad quem locum Grammaticus noster respexit.

2 Ἀπομωμοκότας. ἀπαρνησαμένους] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Aves*, pag. 574.

3 Πολλοὺς δὲ ἀπομωμοκότας π.] Metrum horum versuum supplendum & restituendum est ex Aristoph. *Avibus* pag. 574. (396. Ed. Bas. *P.*)

4 Ἀποπαυσάμενος] Scribe meo periculo ἀποπλασάμενος ab ἀποπλάττω, quod idem significat ac ἀπομόργνυμαι, i. e. effingo, exprimo. Vide Lexica.

5 Ἀγαθίας] Lib. 1. pag. 29.

6 Ἀπομυΐζω. ἀποσμύζω] Hæc suspecta mihi sunt. Portus legendum putabat ἀπομυσίζω: quam conjecturam in medio relinquo.

7 Ἀποίμου] Vox hæc procul dubio corrupta est, cujus loco Portus rescribendum putabat ἀπόνασό μοι, i. e. fruere. Cogitent acutiores, an forte alia medicina hic locus indigeat.

8 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* pag. 400. (286. Ed. Bas. *P.*)

9 Ὥσπερ ἀπόνιπτρον ἐκχέοντες ἑσπ.] Locum hunc Aristophanis citat etiam Athenæus lib. IX. pag. 409. ubi τὸ ἀπόνιπτρον exponit τὸ ἀπόσμημα τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν.

10 Ἔξιτε] Legendum esse ἐξίτω patet ex hoc versu Aristophanis, qui priorem proxime sequitur:

Ἅπαντες ἐξίτω παρόντες οἱ φίλοι.

Apud Scholiastam Aristoph. hodie legitur ἔξω, pro quo itidem scribendum est ἐξίτω.

11 Καὶ ἀπονίψασθαι μετὰ τὸ δεῖπνον ἔλεγον. πρὸ τοῦ δείπνου δὲ, κατὰ χειρός] Huc spectant verba Scholiastæ Aristoph. ad *Vespas* pag. 518. Ὕδωρ κατὰ χειρὸς πρὸ τοῦ ἐπεισχεῖσθαι τὴν τράπεζαν· μετὰ δὲ τὸ δειπνῆσαι ἀπονίψασθαι. Athenæus lib. IX. cap. 408. Ἀριστοφάνης δὲ ὁ Γραμματικὸς ἐν τοῖς πρὸς τοὺς Καλλιμάχου πίνακας χλευάζει τοὺς οὐκ εἰδότας τὴν διαφορὰν τοῦ τε κατὰ χειρὸς καὶ τοῦ ἀπονίψασθαι. Παρὰ γὰρ τοῖς παλαιοῖς τὸ μὲν πρὸ ἀρίστου καὶ δείπνου λέγεσθαι κατὰ χειρός· τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ἀπονίψασθαι. Sensus horum verborum est, τὸ κατὰ χειρὸς apud veteres significasse aquam, qua manus ante cœnam lavabantur: τὸ ἀπονίψασθαι vero dictum fuisse de ablutione manuum post cœnam.

γον.

γειν. περὶ τοῦ δείπνου δὲ, κατὰ χειρός.

Ἀποτομή. ἡ ἀπόμοιρα· ὡς μέρος τι τῶν περιγινομένων ἐκ τῶν μετάλλων λαμβανούσης τῆς πόλεως. ἢ ὡς διαιρουμένων εἰς πλείους μισθωτὰς, ἵν' ἕκαστος λάβοι τι μέρος.

Ἀπονοστήσει. ἐπανελεύσεται.

Ἀπονοσφίζεσθαι. ἀποχωρίζεσθαι.

Ἀπ' ὄνου καταπεσών. παροιμία ἐπὶ τῶν ἱππικῇ ἐπιχειρούντων, μὴ δυναμένων δὲ μηδὲ ὄνοις χρῆσθαι. [1]Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Τί δῆτα ληρεῖς, ὥσπερ ἀπ' ὄνου καταπεσών;

[2]ὁ δὲ φιλόσοφος Πλάτων, ὡς οὐκ ἀπὸ τοῦ ζώου τὴν παροιμίαν λέγεσθαι, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ νοῦ, οὕτως· Καὶ μὴ, καθάπερ ἀχάλινον κεκτημένον τὸ στόμα, βίᾳ ὑπὸ τοῦ λόγου φερόμενον, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἀπό τινος νοῦ καταπεσεῖν.

Ἀπόνοια. ἄνοια. ὕβρεις. [3]Προκόπιος· Ἀδικούμενοι εἰώθασιν εἰς ἀπόνοιαν τρέπεσθαι οἱ ἄνθρωποι, ὥσπερ ἔπαθον καὶ οἱ Βένετοι ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ. καὶ πρῶτα μὲν τοῖς στασιώταις τὰ ἀμφὶ τὴν κόμην ἐς νεώτερόν τινα [4]παραβέβληται τρόπον. ἀπεκείραντο γὰρ αὐτὴν οὐδὲν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις. τοῦ μὲν γὰρ μύστακος καὶ τοῦ γενείου οὐδαμῇ ἥπτοντο, ἀλλ' [5]αὐτὸν καταχομᾶν ἐπὶ πλεῖστον ὥσπερ οἱ Πέρσαι ἐς ἀεὶ ἤθελον. τῶν δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν τὰ ἔμπροσθεν ἄχρις ἐς τοὺς κροτάφους ἀποτεμνόμενοι, τὰ ὄπισθεν ἀποκρέμασθαι σφίσιν ἐπὶ μακρότατον λόγῳ οὐδενὶ εἴων, ὡς οἱ Μασσαγέται. διὸ καὶ Οὐννικὸν ἐκάλουν τὸ αὐτὸ εἶδος. καὶ τὰ ἱμάτια ἐπάργυρα ἠξίουν εἶναι. Καὶ αὖθις Ἰουλιανός· Τὸ μὴ προειδέσθαι τό, τι δυνατὸν, καὶ τὸ ἀδύνατον ἐν πράγμασι, τῆς ἐσχάτης ἀπονοίας ἐστὶ σημεῖον.

Ἀπονυχιῶ [6]σου τὰ ἐν Πρυτανείῳ σιτία. ἀντὶ τοῦ, ἀφαιρήσομαι· γάρ φησι τὴν σίτησιν. ἀπονυχίσαι μᾶλλον λέγουσιν, ἢ ὀνυχίσαι.

Ἀποξένοισιν. τοῖς ἀποξένοις.

Ἀποξύονται.[7] ἀποδύονται.

Ἀπὸ ξυστοῦ. ὁ δὲ Ὅμηρος ἀπὸ ξυστοῦ εἶπεν.

Ἀποξυστρέφονται. ἐπικάμπτονται. ἐπιστρέφονται. [8]Πολύβιος· Αἱ γὰρ μάχαιραι τῶν Γαλατῶν ταῖς κατασκευαῖς μίαν ἔχουσι τὴν πρώτην καταφορὰν καιρίαν. ἀπὸ δὲ ταύτης εὐθέως ἀποξυστροῦνται καμπτόμεναι κατὰ μῆκος καὶ πλάτος, ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε, κἂν μὴ δῷ τις ἀναστροφὴν τοῖς χρωμένοις ἐρείσαντας πρὸς τὴν γῆν ἀπευθῦναι τῷ ποδὶ, [9]ταχέως ἄπρακτον εἶναι τὴν δευτέραν αὐτῶν πληγήν.

ἀπονίψασθαι dicebatur de ablutione manuum post coenam: Κατὰ χειρὸς vero de ea, quæ ante cœnam fiebat.

Ἀποτομή. Sic vocabatur portio residua, quam ex metallis civitas accipiebat. Vel portio eorum, quæ inter plures mercenarios distribuebatur, ut unusquisque partem aliquam acciperet.

Ἀπονοστήσει. Redibit. Revertetur.

Ἀπονοσφίζεσθαι. Separari.

Ἀπ' ὄνου καταπεσών. *Ab asino delapsus.* Proverbium, quod de iis dicitur, qui equitare conantur, cum ne asinis quidem uti sciant. Aristophanes *Nubibus:*

*Quid igitur nugaris, ut ab asino delapsus?*

Philosophus vero Plato proverbium hoc effert non ἀπ' ὄνου, sed ἀπὸ νοῦ. Ait enim: *Et non, indomito quasi ore præditum, & impetu sermonis abreptum, secundum proverbium, mente excidere oportet.*

Ἀπόνοια. Amentia. Vecordia. Insolentia. Procopius: *Homines injuriis lacessiti ad desperatam audaciam redigi solent: quod & Venetis sub Justiniano accidit. Et primum quidem factiosi novam quandam capillorum ornandorum rationem excogitarunt, & genere tonsuræ ab aliis prorsus diverso uti cœperunt. Nam mystacem & barbam intonsam sinebant, eamque, more Persarum, prolixissimam alebant. Capillos vero anteriores usque ad tempora detondentes, posteriores quam longissimos, more Massagetarum, temere sibi dependere sinebant. Quare hunc habitum Hunnicum appellavere. Præterea, vestibus quoque non nisi elegantibus & pretiosis indui volebant.* Et iterum Julianus: *In re gerenda non prævidere quid fieri possit, & quid non possit, extremæ vecordiæ signum est.*

Ἀπονυχιῶ σου τὰ ἐν Πρ. *Auferam tibi victum, quo in Prytaneo frueris.* Per translationem ductam ab illis, qui ungues resecant. Dicitur autem potius ἀπονυχίσαι, quam ὀνυχίσαι.

Ἀποξένοισιν. Inhospitalibus.

Ἀποξύονται. Deponunt.

Ἀπὸ ξυστοῦ. Ab hasta. Homerus.

Ἀποξυστρέφονται. Inflectuntur. Incurvantur. Polybius: *Gladii Gallorum ita fabricati sunt, ut primo tantum ictu cædant: a quo statim & in longitudine & in latitudine ad instar strigilum incurvantur, usque adeo ut, nisi tempus militi concedatur, quo mucronem terræ admotum pede dirigat, secundus illorum ictus prorsus sit inefficax.*

1 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 195. (120. Ed. Bas. P.)

2 Ὁ δὲ φιλόσοφος Πλάτων] Locus Platonis, quem Suidas hic citat, extat lib. III. *de Leg.* circa finem. sed ubi hodie legitur ἀπ' ὄνου, non vero ἀπὸ νοῦ.

3 Προκόπιος] *Histor. Arc.* cap. VII.

4 Παραβέβληται] Lege μεταβέβληται, ut apud Procopium.

5 Αὐτὸν] Cum duo substantiva præcedant, μύστακος & γενείου, τὸ αὐτὸν ad prius tantum referri potest. Quare præstat legere αὐτὰ, ut, quod sensus & constructio requirunt, pronomen illud ad utrumque referatur.

6 Ἀπονυχιῶ σου τὰ ἐν Πρυτ.] Senarius hic legitur apud Aristoph. *Equit.* pag. 330. (229. Ed. Bas. P.)

7 Ἀποξύονται. ἀποδύονται] Ἀποξύω proprie significat abrado. Per translationem vero, demo, vel adimo: quo sensu Homerus Il. I. v. 446. dixit, γῆρας ἀποξύσαι, *senectutem demere.* Hinc ἀποξύεσθαι dicuntur illi, quibus aliquid demitur; vel, qui aliquid deponunt aut exuunt: ut serpentes dici possunt γῆρας ἀποξύεσθαι, i. e. senectutem deponere; quod convenit interpretationi Suidæ, qui τὸ ἀποξύονται per ἀποδύονται hic exponit.

8 Πολύβιος] Lib. II. cap. XXXIII.

9 Ταχέως ἄπρακτον] Rectius apud Polybium πλήως ἄπρ. quam lectionem in versione expressi.

Ἀπὸ παραγγέλσεως. Οἱ δὲ ἀπὸ παραγγέλσεως πορευόμενοι ἀφικνοῦνται ἅμα ἡμέρᾳ πρὸς τὸ ὄρος.

Ἀπὸ παραγγέλσεως. Ex mandato. Ex praecepto. *Illi vero jussu* [*ducis*] *iter facientes sub primum lucis ortum ad montem pervenerunt.*

Ἀποπάτημα. αὐτὸ τὸ σκύβαλον. [1] Εὔπολις Χρυσογένει·

Τί γὰρ ἔστ᾽ ἐκεῖνος; ἀποπάτημ᾽ ἀλώπεκος.

Κρατῖνος Δραπέτισι· Τὸν Κερκυόνα τε ἔσωθεν ἀποπατοῦντ᾽ ἐπὶ τοῖς λαχάνοις εὑρὼν ἀπέπνιξα. καὶ Ἀποπατησόμενοι, τὴν κοιλίαν κενώσοντες. πάτος δὲ, ἡ ὁδός. [2] Ἀριστοφάνης·

Οὐδεὶς θύει τουπίπαν, οὐδ᾽ εἰσέρχεται,

Πλὴν ἀποπατησόμενοί γε πλεῖν ἢ μύριοι.

Ἀπόπατος γὰρ ἡ κένωσις τῆς γαστρός. καὶ [3] Ἀριστοφάνης περὶ Κλεωνύμου φησίν·

Ἀλλ᾽ εἰς ἀπόπατον ᾤχετο στρατιὰν λαβὼν,

Κἄχεζεν ὀκτὼ μῆνας ἐπὶ χρυσῶν ὀρῶν.

Πόσου δὲ τὸν πρωκτὸν χρόνου ξυνήγαγε;

Τῇ πανσελήνῳ. ———

Ἀποπάτημα. Stercus. Excrementum. Eupolis *Chrysogene:*

*Quid enim est ille? excrementum vulpis.*

Cratinus *Fugitivis: Et Cercyonem offendens ventrem super oleribus exonerantem, cum strangulavi.* Et Ἀποπατησόμενοι, ventrem exoneraturi. Πάτος autem viam significat. Aristophanes: *Nunc vero nemo quidquam immolat: imo, ne ingreditur quidem* [*in templum,*] *nisi ventrem exoneraturi plus quam decies mille.* Ἀπόπατος enim significat exonerationem ventris. Idem Aristophanes de Cleonymo inquit:

*Sed ad ventrem exonerandum ivit, exercitu assumpto,*

*Et cacavit octo menses in aureis matulis.*

*Quanto vero tempore podicem contraxit?*

*Tempore plenilunii.* ———

Ἀπόπατον καὶ κοπρῶνα λέγουσιν. ὁ δ᾽ ἀφεδρὼν, καὶ λυβὼν, βάρβαρα.

Ἀπόπατος & κοπρὼν, utrumque latrinam significat. Ἀφεδρὼν vero & λυβὼν voces sunt barbarae.

Ἀποπέμψατ᾽ [4] ἐφ᾽ ἕνδεκα κώπαις. ἀπὸ τῶν ναυτικῶν. κέλευσμα γάρ ἐστι ναυτικὸν ἐφ᾽ ἕνδεκα κώπαις λεγόμενον. Ἀριστοφάνης φησίν.

Ἀποπέμψατ᾽ ἐφ᾽ ἕνδεκα κ. *Secundo plausu eum prosequamini.* Translatio ducta est a rebus nauticis. Est enim celeusma nauticum, quod ἐφ᾽ ἕνδεκα κώπαις vocatur.

Ἀπὸ πέντε ἄλλεσθαι πετρῶν ἐς κῦμα. ἐπὶ τῶν δι᾽ ἃ πάσχουσιν αἱρουμένων μᾶλλον ἑαυτοὺς ἐμβάλλειν εἴς τινα δυσκολίαν.

Ἀπὸ πέντε ἄλλεσθαι πετρ. *De quinque rupibus in fluctum se praecipitem dare.* De iis dicitur, qui propter mala, quae patiuntur, se ipsos in aliquam molestiam conjicere malunt.

Ἀποπεπιστευκότες. [5] εἰς πίστιν ἐλθόντες. Ἤδη πάντα ἀναπεπλέκασι διὰ τὴν ὑποκειμένην ἑορτὴν ἀποπεπιστευκότες τοῖς εἰσιοῦσιν. ἀντὶ τοῦ θαρρήσαντες, βεβαιωθέντες.

Ἀποπεπιστευκότες. Qui spem & fiduciam conceperunt. * * * * * * * * * * * * * * * * * *

Ἀποπεπόνηκας. τῶν πόνων ἔληξας.

Ἀποπεπόνηκας. A laboribus cessasti.

Ἀποπερατοῦσαν. συμπληροῦσαν. καὶ Ἀποπεραίνοντες, τελειοῦντες. Παιδαρίων δὲ καὶ γυναικῶν φληνάφους διαπλέκοντες καὶ ἀποπεραίνοντες.

Ἀποπερατοῦσαν. Complentem. Implentem. Et Ἀποπεραίνοντες. Perficientes. Conficientes. *Puerorum & foeminarum nugas nectentes & componentes.*

Ἀποπεφασμένον. [6] ἀπειρημένον. [7] ἢ ἀντὶ τοῦ ἀποδεδειγμένον καὶ πεφανερωμένον. οὕτω Δείναρχος καὶ [8] Λυσίας καὶ [9] Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας.

Ἀποπεφασμένον. Interdictum. Vel, ostensum & manifestatum. Sic Dinarchus, Lysias, & Demosthenes in oratione contra Neaeram.

Ἀποπεφοίτηκεν. ἀπῆλθεν.

Ἀποπεφοίτηκεν. Abiit. Discessit.

Ἀπόπειρα. δοκιμασία. Δαμάσκιος. Τῷ γὰρ ὄντι συνέβαινε τοὺς τῷ ὄντι φιλοσοφίας ἐρῶντας τῶν νέων ὥσπερ ἐν πυρὶ χρυσὸν δοκιμάζεσθαι. εἰ δὲ μὴ ὁμολογεῖ τὴν ἀπόπειραν, αὐτὸ τοῦτο μάλιστα δι᾽ ὃ ἦν ἡ ἀπόπειρα, σπουδή τις εἶναι προσποιουμένη, καὶ ἐλλοχῶσα τὰς νεωτέρας ἀπείρους κινήσεις. ἐμὲ γοῦν διεκώλυεν ὡς χαλεπωτάτου ὄντος τοῦ πράγματος.

Ἀπόπειρα. Tentamen. Experimentum. Damascius: *Revera enim contingebat, ut adolescentes, qui vere philosophiam amabant, ut aurum igne explorarentur.* * * * * * * * * * * *

Ἀποπληξία. θλῖψις. μανία. ἄνοια. Ὅτι Μάρκος Βῆρος, Ἀντωνίνου ἀδελφὸς, βασιλεὺς Ῥωμαίων, ἀδοκήτως διαφθείρεται, πλῆθος ἰχῶρός τε καὶ αἵματος ἐπισχόντος οἱ τὴν πνοήν· ὃ δὴ πάθος ἀπο-

Ἀποπληξία. Apoplexia. Insania. Amentia. *M. Verus, Antonini frater, Imperator Romanorum, inopinata morte periit, multo saniei & sanguinis fluxu spiritum ejus intercludente:*

1 Εὔπολις Χρυσογένει· Τί γὰρ ἔστ᾽ ἐκ.] Fragmentum hoc Eupolidis, & quod sequitur, Cratini, citat etiam Etymologus v. Ἀπόπατος.
2 Ἀριστοφάνης] *Pluto*, pag. 113. (54. Ed. Bas. *P.*)
3 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* pag. 374. (264. Ed. Bas. *P.*)
4 Ἀποπέμψατ᾽ ἐφ᾽ ἕνδ.] Apud Aristoph. *Equit.* pag. 320. (220. Ed. Bas. *P.*) unde locus hic depromptus est, scriptum est παραπέμψατ᾽ ἐφ᾽ ἕνδεκα κώπαις, quam lectionem in versione secutus sum.
5 Ἀποπεπιστευκότες. εἰς π.] Vide supra v. Ἀπιστεῖν.

6 Ἀποπεφασμένον. ἀπειρ.] Ex Harpocratione.
7 Ἢ ἀντὶ τοῦ ἀποδεδειγμένον καὶ πεφ.] Vide infra v. Πεφασμένον & v. Πολλάκι.
8 Λυσίας] Locus Lysiae, ad quem Suidas hic respicit, exstat in orat. contra Theomnestum, pag. 117. sed ubi legitur πεφασμένος, quod ipse orator ibi exponit φανερῶς.
9 Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας] Pag. 516.

πληξίαν παῖδες ἰατρῶν ὀνομάζουσι. καὶ Ἀπόπληκτος, ὁ πεπονθώς.

Ἀποπλήσας. Ἑνὶ δὲ τῷ τρόπῳ τὸν προσδιαλεγόμενον ἀποπλήσας ἐξέπεμψεν.

Ἀποπνέω. γενικῇ. Ἀποπνεῖν καὶ διαπνεῖν τὸ πέρδεσθαι, εὐσχημονέστερον τοῦ ἀποψοφεῖν.

Ἀποπομπαῖος.[1] ὁ χίμαρος, ὁ τράγος. καὶ Ἀποπομπαῖοι Θεοί τινες οὕτως ἐκαλοῦντο. καὶ Ἀποπομπή, ἀντὶ τοῦ ἀποτροπή.

Ἀποπορευτέα. [2]Ἀγαθίας· Τοιγαροῦν ἀποπορευτέα αὐτῷ ἔδοξε τὰ ἐπὶ Φᾶσιν ποταμόν, καὶ τὰ ἐκείνῃ δυσχωρίαν. ἀντὶ τοῦ ἐπανακτέον, ὑποστρεπτέον.

Ἀποπορεία. ἡ ἀναχώρησις. Ἐκέλευσε δὲ τοῖς ἑπομένοις οἰκέταις ἐπισπεύσασθαι τὴν ἀποπορείαν. τὴν ἀποστροφήν, τὴν ἐπάνοδον. [3]Προκόπιος. Ὁ δὲ Χοσρόης οὐκ ἐβούλετο τὴν ἀποπορείαν, ᾗπερ ἐληλύθει, ποιήσασθαι. τουτέστι, τὴν ἐπάνοδον.

Ἀποπρεσβεύει. ἀπαγγέλλει πρεσβείαν.

Ἀποπρίω.[4] ἀντὶ τοῦ ὤνησαι. καὶ [5]ἀπόδος ἀντὶ τῆς ἀπολωλυίας.

Ἀποπταίη. πετασθῇ.

Ἀπόπτολις.[6] ἔρημος. ἄπολις.

Ἄποπτον. πόῤῥωθεν ὁρώμενον. ἢ ἀθεώρητον. ὑψηλότατον.

Ἐξικέτευσε,[7] τῆς ἐμῆς χειρὸς θιγών,
Ἀγρούς σφ᾽ ἐπιπέμψαι, κἀπὶ ποιμνίων νομάς,
Ὡς πλεῖστον εἴη τοῦδ᾽ ἄποπτος ἄστεος.

Ἄποπτος γὰρ, ὁ ἀθεώρητος. [8]Σοφοκλῆς·

Ὡς εὐμαθές σου, κἂν ἄποπτος ᾖς, ὅμως
Φώνημ᾽ ἀκούω καὶ ξυναρπάζω φρενί.

Ἀποπυργίζοντας[9] λόγους οὓς ἔγραψε Διαγόρας ὁ Ἄθεος, ἀναχώρησιν αὐτοῦ καὶ ἔκπτωσιν τῆς περὶ τὸ θεῖον δόξης ἔχοντας.

Ἀποῤῥαγείς. ἀποκοπείς. καὶ παροιμία· [10]Ἀποῤῥαγήσεται τεινόμενον τὸ καλώδιον. ἐπὶ τῶν βίᾳ τι καὶ ἀνάγκῃ ποιούντων.

Ἀπορέξαντες.[11] ἀπομερίσαντες. ἀπόμοιραν δόντες.

Ἀπορεῖν καὶ σφακελίζειν τοῦ δεινοῦ. τὸ μὲν σφακελίζειν φλεγμαίνειν ἐστί, καὶ διὰ τοῦτο σπᾶσθαι. Κρατῖνος.

Ἀποῤῥηθέν. ἀπαγορευθέν. ἐπὶ τοῦ κελεύειν τι μὴ γενέσθαι. καὶ Ἀποῤῥηθῇ, ἀντὶ τοῦ ἀποκηρυχθῇ. Πλάτων.

Ἀποῤῥῆξαι τὴν ψυχήν. ἐκπνεῦσαι. Ἀποῤῥῆξαι

*quem morbum medicorum filii apoplexiam vocant.* Et Ἀπόπληκτος, apoplexia laborans.

Ἀποπλήσας. [Qui explevit: [Qui satisfecit.] *Cum una ratione satisfecisset illi, qui cum eo colloquebatur, eum dimisit.*

Ἀποπνέω. Genitivo jungitur. Ἀποπνεῖν & διαπνεῖν honestius dicitur pro pedere, quam ἀποψοφεῖν.

Ἀποπομπαῖος χίμαρος. Hircus emissarius. Item, Dii quidam vocabantur Ἀποπομπαῖοι, i.e. Averruncatores. Et Ἀποπομπή, averruncatio.

Ἀποπορευτέα. Abeundum. Redeundum. Agathias: *Quare ad Phasin fluvium, & quæ ibi sunt loca transitu difficilia, redeundum sibi non censuit.*

Ἀποπορεία. Abitus. Reditus. *Præcepisse sequentibus famulis ut abitum accelerarent.* Procopius: *Chosroes vero eo, unde venerat, redeundum non censebat.*

Ἀποπρεσβεύει. Legationem renuntiat.

Ἀποπρίω. Eme. [Aristophanes.]

Ἀποπταίη. Avolarit.

Ἀπόπτολις. Desertus. Extorris.

Ἄποπτον. Quod eminus videtur. Vel, quod cerni nequit. Altissimum. *Supplex oravit, manum meam tangens, ut in agros se mitterem, & ad armentorum pascua, ut a conspectu urbis hujus quam longissime esset remotus.* Ἄποπτος hic significat, a conspectu remotus: vel, qui videri nequit. Sophocles: *Quam facile vocem tuam, etiamsi te non videam, auribus & mente percipio.*

Ἀποπυργίζοντας. Diagoras, cognomento Atheus, scripserat libros, Ἀποπυργίζοντας vocatos, in quibus rationes exposuerat, quare opinioni de Deo renuntiasset.

Ἀποῤῥαγείς. Abruptus. Et proverbium: *Tensus funis rumpetur.* De iis, qui vi & necessitate coacti aliquid faciunt.

Ἀπορέξαντες. Qui rei alicujus partem alicui dederunt.

Ἀπορεῖν. Malo anxium esse & cruciari. Σφακελίζειν significat inflammari, vel intumescere, eamque ob causam doloribus cruciari. Cratinus.

Ἀποῤῥηθέν. Interdictum. Fieri vetitum. Et Ἀποῤῥηθῇ. Abdicetur. Plato.

Ἀποῤῥῆξαι τὴν ψυχήν. Animam efflare.

1 Ἀποπομπαῖος] Vid. *Levit.* cap. XVI.

2 Ἀγαθίας. Τοιγαροῦν ἀποπορ.] Misere hic Suidas laceravit & corrupit verba Agathiæ, apud quem lib. II. pag. 60. sic legitur: Τοιγάρτοι ἀποπορευτέα μὲν αὖθις αὐτοῖς ἐπὶ Τελεφίν τι καὶ τὴν ἐκείνῃ δυσχωρίαν οὐ μάλα ἔδοξε, ξύλα δὲ καὶ ἀκάτους. εἰ δὴ ἐς τοῦτο κατῳκίσαντο, ζεύξας τοῖς ὅπλοις ἐχθρούς, καὶ οἷον γέφυραν τεχνησάμενος, διαβιβάζειν ἀσφαλῶς ἅπαν τὸ στράτευμα. Quam longe hic Suidas a verbis auctoris discessit!

3 Προκόπιος] Lib. II. *de Bell. Pers.* cap. XII.

4 Ἀποπρίω] Respicit hic Suidas ad locum illum Aristoph. in *Ranis* pag. 269. (177. Ed. Bas. P.)
Ὦ δαιμόνι᾽ ἀνδρῶν ἀποπρίω τὴν λήκυθον.

5 Καὶ ἀπόδος ἀντὶ τῆς ἀπολωλυίας] Hæc verba nihil ad rem faciunt, & absque judicio huc translata sunt ex Schol. Aristoph. ad *Ranas* pag. 269.

6 Ἀπόπτολις. ἔρημος. ἄπολις] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Oedip. Colon.* pag. 278. ut Portus observavit.

7 Ἐξικέτευσε τῆς ἐμῆς χ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Sophoclis *Oedip. Tyran.* pag. 183. ut Portus observavit.

8 Σοφοκλῆς] In *Ajace* pag. 2. *P.*

9 Ἀποπυργίζοντας λόγους οὓς ἔγραψε Διαγ.] Vide infra v. Διαγόρας, & v. Πυργίζοντες.

10 Ἀποῤῥαγήσεται τεινόμ. τὸ καλ.] Ex Diogeniano.

11 Ἀπορέξαντες. ἀπομερ.] Ex Harpocratione.

τὴν

τὴν ψυχὴν διψῶντα μόλις, καὶ ὀψὲ τούτου τυχόντα. καὶ Ἀποῤῥήξουσι [Φωνήν.] λαλήσουσι. Πισίδης·

Οὓς εἰ σιωπήσαιμεν, οἱ [1] λίθοι τάχα
Φωνὰς ἀποῤῥήξουσι τῶν πεπραγμένων.

Ἀποῤῥησία. ἀντὶ [2] τοῦ εὐπορία. οὕτως Εὔβουλος. καὶ Ἀπόῤῥησιν, ἀπαγόρευσιν. Ὁ δὲ οὐκ ἤνεγκε τὴν ἀπόῤῥησιν, ἀλλὰ θυμοῦ πληρωθεὶς ἔφη. σημαίνει δὲ καὶ ἀποκήρυξιν παιδός.

Ἀπόῤῥητα. ἀκατάληπτα. ἀπόκρυφα. [3] Ἀπόῤῥητα ἔλεγον τὰ ἀπειρημένα ἐξάγεσθαι· οὐ μόνον τὰ ἀπηγορευμένα. Ἀπόῤῥητά τε τοῖσιν ἐχθροῖσι τοῖς ἡμετέροισι λέγουσιν. [4] Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις. Ἀπόῤῥητα, [5] τὰ ἀπειρημένα ἐν τοῖς νόμοις. οὕτω Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. πάντα τὰ ἀπειρημένα καὶ ἀπηγορευμένα λέγουσιν. Ἀριστοφάνης· Οὔτε τ᾽ ἀπόῤῥητα δρᾷν ἔτι μέλλει. διόπερ καὶ τὰ μὴ ἐξαγώγιμα ὀνομάζουσιν οὕτως.

Ἀποῤῥιπτεῖ. ἀποβάλλει.

Ἀπὸ ῥοῆς. σταγόνος.

Ἄπορος χώρα. ἀντὶ τοῦ ἀπέρατος. λέγεται δὲ ἄπορος, καὶ ὁ μηχανὴν τινὰ μὴ δυνάμενος εὑρεῖν. ὁ ἐνδεής.

Ἀποροῦντι. ἐρωτῶντι. Ἀποροῦντι δὲ αὐτῷ, τίνι μηχανῇ ἀνεβίω, τοιάδε φασί.

Ἀπορῶ, [6] γράφω, παρατίλλομαι, λογίζομαι,
Ἀποβλέπων εἰς τὸν ἀγρόν.

Γράφω μὲν, ἀντὶ τοῦ καταγράφω καὶ ζωγραφῶ ἐπὶ τῆς γῆς, ξύων τῷ δακτύλῳ καὶ τινι τοιούτῳ παιδιάς τινας. Παρατίλλομαι δὲ, τὰς ἐκ τῶν μυκτήρων τίλλω τρίχας, ἢ τῶν μασχαλῶν. πάντα δὲ ταῦτα ποιοῦσιν οἱ προσδεχόμενοι μέν τι, τὸν δὲ χρόνον δαπανῶντες εἰς ἀπορίας καὶ ἀμηχανίας, μὴ τυγχάνοντες τοῦ προσδοκωμένου λογισμοῦ. ὅτε γὰρ αὐτοὶ ἐφ᾽ ἑαυτῶν διατρίβονται, ἀλύοντες ἐπιγράφουσιν. εἰς τὸν ἀγρὸν δὲ ἀποβλέπουσιν, ἐπιθυμοῦντες ἐν αὐτῷ εἶναι.

Ἀπορῶ πλούτου καὶ χρημάτων. γενικῇ.

Ἀποῤῥῶγας. ἐξοχὰς ἀπεσχισμένας. Ἐπειδή τινας ἀποῤῥῶγας εὗρε, πάροδον διδούσας, καὶ αὐτὰς ἀπέκλεισεν ὁ Διοκλητιανός. καὶ Ἀποῤῥὼξ, ἀπόσπασμα ὄρους, καὶ γένους ἀπογονή. Οὗτος δὲ ἦν ἄρα Ἐριννύων ἀποῤῥώξ.

——Πᾶσα δ᾽ ἀποῤῥὼξ
Πέτρη ἔην ὑπένερθε, καὶ ἄμβασις οὔ τις ἦεν.

[7] Τίμων ἦν τις ἀΐδρυτος, ἀβάτοισιν ἐν σκώλοισι περιειργμένος, Ἐριννύων ἀποῤῥώξ. ὁ λεγόμενος μισάνθρωπος· ὅν φησιν ὁ [8] Νεάνθης [9] ἀπὸ ἀχεράδος πεσόντα

[Violenta morte mori.] *Siti ægre mori, vix sero potu potitum.* Et Ἀποῤῥήξουσι [φωνὴν,] vocem emittent, clamabunt. Pisides: *Quos si tacuerimus, lapides forsan clamore suo id, quod gestum est, indicabunt.*

Ἀποῤῥησία. Copia. Abundantia. Sic Eubulus. Et Ἀπόῤῥησιν, interdictum. *Ille vero interdictum non tulit, sed iræ plenus dixit.* Significat etiam abdicationem filii.

Ἀπόῤῥητα. Quæ deprehẽdi nequeũt. Arcana. Ἀπόῤῥητα etiam vocabant ea, quæ, ne exportarentur, interdictum erat: non autem solum interdicta. *Arcana nostra [consilia] inimicis aperiunt.* Aristophanes *Thesmophoriazusis.* Ἀπόῤῥητα, legibus interdicta. Sic Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte. Idem enim significat quod ἀπειρημένα & ἀπηγορευμένα. Aristophanes: *Neque interdicta facere amplius statuit.* Quare etiam ea, quæ ex aliquo loco exportare non licet, sic vocant.

Ἀποῤῥιπτεῖ. Abjicit. Projicit.

Ἀπὸ ῥοῆς. A gutta. A stilla.

Ἄπορος χώρα. Invia regio. Dicitur etiam ἄπορος, qui nullam rationem invenire potest, qua se ex aliqua difficultate expediat. Item, inops, pauper.

Ἀποροῦντι. Interroganti. *Interroganti vero illi, qua ratione revixisset, eum respondisse ferunt.* † Ἀπορῶ, γρ. *Dubito, pingo, pilos vellico, animo volvo, prospectans in agrum.* Γράφω hic significat digito vel alio aliquo instrumento ludicra quædam in terra describo & pingo. Παρατίλλομαι vero, ex naribus vel axillis pilos vello. Hæc autem omnia facere solent illi, qui aliquid expectant, & omne tempus dubitando & hæsitando consumunt, nec id, quod sperabant, meditando extundere valent. Cum enim soli secum meditantur, dubitantes & hæsitantes aliquid pingere solent. In agrum vero prospectant, quod in eo esse cupiant.

Ἀπορῶ. Genitivo jungitur. Divitiis & pecunia indigeo.

Ἀποῤῥῶγας. Rupes abscissas. *Cum rupes quasdam præruptas invenisset, transitum præbentes, & eas interclusit Diocletianus.* Et Ἀποῤῥὼξ, fragmentum montis. Item, progenies. *Hic vero erat Furiarum progenies.* † *Rupes vero undique prærupta subjacebat, nec ullus adscensus patebat.* † *Timon quidam erat, fixas nullibi sedes habens, inaccessis spinis circumseptus, Furiarum propago.* [Intelligendus hic est Timon,] μισάνθρωπος dictus; quem Neanthes, cum de pyro sylvestri cecidisset, claudum factum esse tradit: cumque

1 Οἱ λίθοι τάχα φωνὰς ἀποῤῥήξουσι τῶν πεπρ.] Proverbium est apud Græcos, Καὶ λίθοι βοήσουσι: quod de rebus admodum manifestis, & quas tacere nefas est, dicitur. Vide Tzetzem Chil. VIII. cap. CCIX.

2 Ἀντὶ τοῦ εὐπορία.] Mira interpretatio vocabuli Ἀποῤῥησία, quæ merito suspecta habenda est.

3 Ἀπόῤῥητα ἔλεγον τὰ ἀπειρημένα ἐξάγ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Ranas* pag. 229.

4 Ἀριστοφάνης Θεσμοφορ.] Pag. 785. (520. Ed. Bas. P.)

5 Ἀπόῤῥητα, τὰ ἀπειρημένα ἐν τοῖς νόμοις. οὕτω Δημοσθ. ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησ.] Ex Harpocratione.

6 Ἀπορῶ, γράφω, παρατ. λογ. Ἀποβλ. εἰς τὸν ἀγρόν.] Hæc sunt verba Aristoph. *Acharnens.* pag. 371. (262. Ed. Bas. P.) ubi vide Scholiastam, cujus verba Suidas hic descripsit.

7 Τίμων ἦν τις ἀΐδρυτος, ἀβάτοισιν ἐν σκ.] Hæc sunt verba Aristophanis *Lysistr.* pag. 887. (559. Ed. Bas. P.)

8 Νεάνθης] Sic ex 2 MSS. Paris. & Scholiasta in Lysistratam inedito rescripsi. Ante enim legebatur Εὐάνθης.

9 Ἀπὸ ἀχεράδος πεσ.] Scholiasta ineditus in Lysistratam habet ἀπὸ χαράδρας.

χαλὸν γενέσθαι· μὴ προσιέμενον δὲ ἰατροὺς, ἀποθανεῖν σαπέντα, καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ τὸν τάφον ἄβατον γενέσθαι, ὑπὸ θαλάσσης περιρραγέντα, ἐν ὁδῷ τῇ ἐκ Πειραιῶς εἰς Σούνιον ἀγούσῃ. [1] Ἀβάτοις δὲ, ἀντὶ τοῦ ἄβατος, καὶ ἄστατος, καὶ οἷον ἀκάνθαις περιτειχισμένος. καὶ σκληρὸς ἢ σκόλοψι, καὶ παττάλοις ἠφανισμένος. ἀντὶ τοῦ σκυθρωπὸς καὶ μισάνθρωπος.

Ἀπορώτατος. ἀντὶ τοῦ, πρὸς ὃν οὐδένα πόρον ἐστὶν εὑρεῖν. οὕτως Ἰσαῖος ἐν τῷ ὑπὲρ τῆς [2] Μνησαίου θυγατρός.

Ἀπόρρεια. ἡ ἀπορροὴ τοῦ ὕδατος.

Ἀπορρύει. [3] ἀπορρύπτει. ἀπονίπτει. καὶ [4] Ἀπορρυήσεται, ἀντὶ τοῦ ἀποπεσεῖται.

Ἀπορρυφθείς. ἀντὶ τοῦ ἀπονιφθείς.

Ἀποσαλεύσας. [5] παρὰ Θουκυδίδῃ, ἀντὶ τοῦ ἀποφυγὼν ἐκ τοῦ λιμένος, καὶ σάλῳ ὁμιλήσας. τουτέστι, τῷ ἀλιμένῳ τόπῳ, ἔνθα σάλος γίνεται.

Ἀποσάξαντα. [6] Δείναρχος. ἀντὶ τοῦ φράξαντα τὸ τρῆμα.

Ἀποσαφοῦντες. διαρρήδην κηρύττοντες. Οἵ τε ὀφθαλμοὶ Ἰσιδώρου τὸ τῆς διανοίας εὔτροχον ἀποσαφοῦντες.

Ἀποσεμνύνει. αἰτιατικῇ. γεραίρει. [7] Ἀποσεμνυνεῖται δὲ, [8] ἀπονοεῖται σιωπῶν. ὑπερηφανεῖ. σεμνότητος γὰρ ἕνεκα ἐπιπολὺ ἐσιώπα Αἰσχύλος, ἐν τοῖς θεάτροις εἰσιὼν, καὶ [9] ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν δραμάτων ἐτερατεύετο. Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις·

Ἀποσεμνυνεῖται πρῶτον, ἅπερ ἑκάστοτε
Ἐν ταῖς τραγῳδίαισιν ἐτερατεύετο.

Ἀποσημήνασθαι. ἀφομοιοῦσθαι. καὶ Ἀποσημήνασα. φανερώσασα. ἐξειποῦσα. Ἰώσηπος· Ἀποσημήνασα δὲ τοῖς ἄρχουσι τῶν Παλαιστινῶν, ἐνέδρευε στρατιωτῶν ἔνδον τινάς.

Ἀποσιμῶσαι. τὸ ἐπικύψαι, καὶ τὴν πυγὴν προσθεῖναι γυμνήν. Φίλιππος. Θουκυδίδης δὲ, τὸ μετεωρίσαι τὰς ναῦς.

Ἀποσιώπησις. σχήματος εἶδος· ὡς παρὰ Ἀριστοφάνει· Ὦ μηδαμῶς. ἔστι δὲ καὶ παρὰ Δημοσθένει τὸ ὅμοιον. Ἀλλ' ὦ τί ἄν τις σὲ προσειπὼν ὀρθῶς προσείποι; εἰρηκότος γὰρ αὐτοῦ μηδαμῶς, εἶπεν, ὦ μηδαμῶς.

Ἀπόσιτος. ἄσιτος. ἄτροφος. Ὁ [10] δὲ ἀπόσιτος

nullos medicos admittere vellet, putredine consumptum fuisse, & sepulcrum ejus in via, quæ ex Piræeo ad [promontorium] Sunium ducit, inaccessum factum esse, mari illud undique alluente. Ἄβατος hic significat, spinis circumseptus, durisque stipitibus & palis munitus: id est, aspectu torvus, hominumque societatem fugiens.

Ἀπορώτατος. Qui nulla ratione nullisque machinis superari potest. Sic Isæus in oratione pro Mnesæi filia.

Ἀπόρρεια. Aquæ fluxus.

Ἀπορρύει. Abluit. Abstergit. Purgat. Et Ἀπορρυήσεται. Defluet. Decidet.

Ἀπορρυφθείς. Ablutus. Abstersus.

Ἀποσαλεύσας. Apud Thucydidem significat eum, qui portu relicto salo se commisit. Est autem σάλος locus portu carens, ubi mare fluctibus agitatur.

Ἀποσάξαντα. Apud Dinarchum significat eum, qui foramen obstruxit.

Ἀποσαφοῦντες. Manifeste declarantes. *Isidori oculi mentis ingeniique ejus celeritatem aperte declarantes.*

Ἀποσεμνύνει. Accusativo jungitur. Honorat. Honestat. Ἀποσεμνυνεῖται vero, vultu ad gravitatem composito & meditabundo similis tacet. Fastum quendam præ se fert. Æschylus enim, theatra ingressus, ut gravitatem quandam præ se ferret, diu silere, & in principiis fabularum monstra verborum proferre solebat. Aristophanes *Ranis*: *Vultu ad gravitatem composito tacet primum, qui semper in tragœdiis mõstra verborũ proferre solebat.*

Ἀποσημήνασθαι. Ad similitudinem alicujus aliquid exprimere. Et Ἀποσημήνασα, quæ aliquid declaravit ac enuntiavit. Josephus: *Cum autem magistratibus Palæstinorum rem aperuisset, quosdam milites domi in insidiis collocavit.*

Ἀποσιμῶσαι. Pronum incumbere, & nudum admovere podicem. Philippus. Thucydides vero, naves in altum provehere.

Ἀποσιώπησις. Aposiopesis. Est figura [Rhetorica.] Ut apud Aristophanem: *O neutiquam!* Simile quid etiam apud Demosthenem legitur. *Sed o, quonam te nomine quis recte appellarit?* Cum enim alter dixisset, *neutiquam*; respondet: *O neutiquam.*

Ἀπόσιτος. A cibo abstinens. Jejunans.

1 Ἀβάτοις δὲ, ἀντὶ τοῦ ἀβ.] Hæc, & quæ sequuntur, rectius leguntur infra v. Τίμων, ad quem locum Lectorem remitto.

2 Μνησαίου θυγ.] Harpocratio, ex quo Suidas hæc descripsit, habet Μνησέου.

3 Ἀπορρύει. ἀπορρύπτει. ἀπονίπτει. καὶ Ἀπορρ.] Hæc sic scribenda & in ordinem redigenda sunt: Ἀπορρυεῖ. Καὶ Ἀπορρυήσεται, ἀντὶ τοῦ ἀποπεσεῖται. † Ἀπορρύπτει. ἀπονίπτει. Significatio enim vocis ἀπορρύπτει alienissima est a verbo ἀπορρεῖ, vel, uti scribi debet, ἀπορρυεῖ quæ proinde interpretationis loco ei jungi non potest.

4 Ἀπορρυήσεται, ἀντὶ τοῦ ἀποπεσεῖται] Hoc sensu vox ista capitur a LXX Interpretibus Psalm. 1. v. 4.

5 Ἀποσαλεύσας. παρὰ Θουκυδίδῃ, ἀντὶ τοῦ ἀποφ.] Hanc notam descripsit Suidas ex Scholiasta Thucydidis ad lib. 1. cap. CXXXVII.

6 Ἀποσάξαντα. Δείναρχος. ἀντὶ τοῦ φρ. τὸ τρ.] Ex Harpocratione.

7 Ἀποσεμνυνεῖται δὲ, ἀπονοεῖται σιωπ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Ranas*, pag. 251. (163. Ed. Bas. P.)

8 Ἀπονοεῖται] Sic etiam apud Scholiastam Aristoph. hodie legitur. Sed mihi quidem nullum dubium est, quin scribi debeat, ἐννοεῖται, i. e. meditatur, mente volvit. Homines enim, gravitatem quandam affectantes, qualem hic Æschylum Comicus describit, sæpe meditabundis similes stare solent, ut res magni momenti animo agitare videantur. Certe, lectio vulgata a sensu hujus est alienissima, quam tamen Portus in versione secutus erat.

9 Καὶ ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν δραμάτων ἐτερ.] Hæc verba apud Scholiastam Aristoph. loco laudato hodie desiderantur.

10 Ὁ δὲ ἀπόσιτος ἡμέρας τῇ νόσῳ δύο ποι.] Locum hunc muti-

ἡμέρας καὶ νύκτας δύο πολλάκις ἔμενε, καὶ ταῖς τοῦ Πάσχα ἡμέραις ἀπόσιτος ἦν, ὕδατι βραχεῖ ἀποζῶν. καὶ Ἀποσιτῶ, τὸ καταλιμπάνω τὸν σῖτον.

Ἀποσκαρίζειν, διακεχυμένως γελᾶν.

Ἀποσκευαζόμενος. [1] ἀποβαλλόμενος. ἀπορριπτῶν. ἀπογυμνῶν. Ὁ δὲ γράφει παντὶ τρόπῳ τὸν Ἀλκιβιάδην ἀποσκευάσασθαι. καὶ Ἀποσκευαζόμενοι, ἀποτιθέμενοι βάρος, καὶ ἀποβάλλοντες. ἐκ μεταφορᾶς τῶν διὰ τὸν σάλον τῆς θαλάσσης ναυτῶν τὰ σκεύη τῆς νηὸς ἀπορριπτούντων. Καὶ αὖθις· [2] Ἀποσκευαζόντων τε τὸν κίνδυνον, εἶναι Ῥωμαῖοι βεβαιωσάμενοι.

Ἀποσκευάζοντες. ἀποφέροντες. Καὶ γὰρ κινδυνεύσειν ἔμελλον, εἰ μὴ φθάσας τὸ μειράκιον ἀποσκευάσοιτο. ἀντὶ τοῦ ἀποθοῖτο ἀνελών. καὶ Ἀποσκευάζομαι, αἰτιατικῇ. καὶ Ἀποσκευάσαι τὴν τράπεζαν, καθαρὰν ποιῆσαι.

Ἀποσκευή. ἡ τῶν ἐπιτηδείων κομιδή, τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον [3] τοῦλδον. τὰ σαγμάρια. [4] Μετὰ δὲ τὰς δυνάμεις πάσας συνέταξε τούτοις καὶ τὴν ἀποσκευήν, ἵνα πρὸς τὸ παρὸν εὐπορῶσι τῶν ἐπιτηδείων. πρὸς γὰρ τὸ μέλλον ἀφροντίστως εἶχε περὶ τῶν σκευοφόρων, λογιζόμενος, ὡς, ἐὰν ἅψηται τῆς πολεμίας, ἡττηθεὶς μὲν οὐ προσδεήσεται τῶν ἀναγκαίων· κρατῶν δὲ τῶν ὑπαίθρων, οὐκ ἀπορήσει τῶν ἐπιτηδείων.

Ἀποσκλαίη. ἀποθάνοι. καὶ [5] Ἀποσκλῆναι, ἀποθανεῖν.

Ἀποσκιρτᾷ. ἀποπηδᾷ.

Ἀπὸ σκοποῦ. μάτην. ἢ περιττῶς. ἢ ἐναντίως.

Ἀποσκορακίζει. ἐκπελίζει. ἐξορίζει. διώκει. οἱ δὲ εἶπον ἀντὶ τοῦ ἀπορρίψει. [6] Δαβίδ· Βοηθός μου γενοῦ, μὴ ἀποσκορακίσῃς με. Καὶ ἀπὸ ἱστορίας. τὸ γὰρ ἐς κόρακας, ὕβρις ἦν παρὰ τοῖς παλαιοῖς.

Ἀποσκυδμαίνω. [7] ὀργίζομαι.

Ἀποσκυθίσαι. [8] κυρίως μὲν τὸ ἐπιτεμεῖν τὸ ἐπικεφάλαιον δέρμα σὺν θριξί. καταχρηστικῶς δὲ, τὸ ἀποκεῖραι.

Ἀποσμήχει. ἀποκαθαίρει.

Ἀποσμιλεύουσι. τῇ σμίλῃ ξέουσιν. ἐκκαθαίρουσι. καὶ Ἀποσμιλεύματα, τὰ τῇ σμίλῃ ἐκβαλλόμενα ἀποξύσματα. [9] Ἵνα μὴ εὐθύνας ὑπέχωσι τοῖς Πανδέκταις, τοῖς ἀποσμιλεύουσι τὰ ὀνόματα.

Ἀποσοβεῖ. ἀποδιώκει. Ὁ δὲ ἀνέστη ὡς ἀποσοβήσων τῆς κεφαλῆς αὐτὸν ἐπιπετόμενον. καὶ Ἀποσο-

*Ille vero dies & noctes duas sæpe jejunabat, & Paschatis diebus a cibo abstinebat, exigua victitans aqua.* Et Ἀποσιτῶ. A cibo abstineo.

Ἀποσκαρίζειν. Effuse ridere. Cachinnari.

Ἀποσκευαζόμενος. Abjiciens. Projiciens. Nudans. [De medio tollens.] *Ille vero scribit, ut Alcibiadem quavis ratione de medio tollat.* Et Ἀποσκευαζόμενοι, deponentes & abjicientes onus. Per translationem ductam a nautis, qui orta tempestate navis instrumenta abjiciunt. Et rursus: *Periculum evitant, affirmantes, se Romanos esse.*

Ἀποσκευάζοντες. Removentes. E medio tollentes. *Nam periclitaturi fuissent, nisi [quidam eorum] adolescentem ocius e medio sustulisset.* Et Ἀποσκευάσαι τὴν τράπεζαν, mensam removere, cibis ex ea sublatis.

Ἀποσκευή. Idem quod apud nos τοῦλδον. Id est, sarcinæ, impedimenta exercitus, commeatus. *Post copias vero omnes collocavit impedimenta, ut in præsentia commeatus ipsis suppeteret. Nam in posterum quidem de sarcinis militum non erat sollicitus: quippe, simul ac in hostico versari cœpisset, aut victo nulla re opus fore, aut, si campos obtineret, nihil quicquam sibi defuturum.*

Ἀποσκλαίη. Moriatur. Et Ἀποσκλῆναι, mori.

Ἀποσκιρτᾷ. Resilit. Resultat.

Ἀπὸ σκοποῦ. Procul a scopo. Temere. Frustra. Vel, contra.

Ἀποσκορακίζει. Contemnit. Exterminat. Persequitur. Secundum alios vero, abjicit. David: *Fer mihi auxilium [Domine;] ne rejicias me.* Origo significationis hujus a proverbio repetenda est. Apud veteres enim [dictum hoc, *Abi*] *ad corvos*, contumeliæ loco ducebatur.

Ἀποσκυδμαίνω. Irascor.

Ἀποσκυθίσαι. Proprie significat cutem capitis cum capillis resecare. Abusive vero, detondere.

Ἀποσμήχει. Abstergit. Purgat.

Ἀποσμιλεύουσι. Scalpello poliunt, vel purgant. Et Ἀποσμιλεύματα, ramenta scalpello abrasa. *Ne rationes reddere teneantur viris illis, omnia scire volentibus, qui quævis vocabula ad vivum resecant.*

Ἀποσοβεῖ. Abigit. Repellit. *Ille vero surrexit, ut ipsum advolantem a capite repelleret.*

lavit Suidas. qui apud Procopium *Histor. Arc.* cap. XIII. pag. 41. sic legitur: Ἐπεὶ δὲ ἄσιτος ἡμέρας τε καὶ νύκτας δύο τὰ πολλὰ ἔμενεν, ἄλλως τε ἡνίκα ὁ τῆς Πασχαλίας καλουμένης ἑορτῆς χρόνος ἐνταῦθα ἄγοι. τότε γὰρ πολλάκις ἡμέραιν δυοῖν, ὥσπερ εἴρηται, γεγονὼς ἄσιτος, ὕδατί τε βραχεῖ ἀποζῆν ἠρκεῖτο, καὶ βοτάναις ἀγρίαις τισί.

1 Ἀποσκευαζόμενος. ἀποβαλλ.] Vide supra v. Ἀπεσκευάζετο.

2 Ἀποσκευαζόντων τε τὸν κίνδ.] Hæc sunt verba Theophylacti Simoc. lib. III. cap. VII. pag. 70.

3 Τοῦλδον] Antea male legebatur τοῦρδον, cujus loco τοῦλδον ex MSS. Paris. reposui. De hac autem voce vide Meursium & Ducangium in Glossariis.

4 Μετὰ δὲ τὰς δυνάμεις πάσας συνέταξε τούτοις καὶ τὴν ἀποσκ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Polybii lib. III. cap. LXXIX.

5 Ἀποσκλῆναι, ἀποθ.] Hoc sensu vox ista legitur apud Schol. Aristoph. *Vespis* pag. 440.

6 Δαβίδ· Βοηθός μου γενοῦ, μὴ ἀποσκ.] Psalm. XXVI. 15.

7 Ἀποσκυδμαίνω. ὀργίζομαι] In prioribus Edit. post vocem ὀργίζομαι hæc addita sunt: Σκύζω. χόλου δὲ ἐξ αὐτοῦ ὄνειδος φθεγγόμενος σκύθιος, ἡ λοιδορία. ἢ ὡς παρὰ τὸ ἄζω γέγονεν ἀζαίνω· οὕτω καὶ παρὰ τὸ σκύζω, σκυζαίνω, σκυδαίνω, τροπῇ τοῦ ζ εἰς δ. καὶ ἐπιτάσει τοῦ μ σκυδμαίνω. Sed hæc, cum a MSS. Paris. absint, a recentioribus dubio procul loco huic adsuta sunt: quæ ratio est, quare ea in textum recipere noluerim.

8 Ἀποσκυθίσαι] Vide supra v. Ἀπεσκύθιζον, & Stephanum Byzantium v. Σκύθαι.

9 Ἵνα μὴ εὐθύνας ὑπέχωσι τοῖς Πανδέκταις, τοῖς ἀποσμ.] Hæc sunt verba Synesii, Epist. C. eademque leguntur infra v. Πανδέκται, ut Pearsonius observavit.

βῶμθμ, ἀποτρέψωμθμ. Μένανδρος.

Ἄποσον. τὸ ἄμετρον. Ἄπωσον δὲ, διὰ τοῦ ω μεγάλου, τὸ ἔκπεμψον.

Ἀποσπάδας, καὶ [2] Ἀποσπάδοντας. Ἀποσπάδας μὲν, τοὺς ἀποσπασθέντας. Ἀποσπάδοντας δὲ, τοὺς ἀποκοπέντας.

Ἀποσπάσας. Ὁ δὲ καὶ ἐντεῦθεν ἀποσπάσας ἔξαινε κατ' αὐτοῦ πληγάς.

Ἀποσπεύδοντας. κωλύοντας. καὶ Ἀποσπευδούσης. κωλυούσης. ἐμποδιζούσης. Ἀποσπευδούσης καὶ τῆς γυναικὸς, καὶ τῶν παίδων. καὶ γὰρ οὗτοι συνῆσαν αὐτῷ. † Ὁ δὲ τὴν Ἑλένην ἀπέσπευδε τοὺς Τρῶας ἀποδοῦναι.

Ἀποσποδῆσαι. [3] ἀφανίσαι. ἀπὸ τῆς σποδοῦ. αὕτη γὰρ ἀφανίζει τὴν περιπάρξασαν ὕλην τῶν ξύλων. ἢ ἀποκρύψαι, ἀφανίσαι, καὶ τυπτόμενον ἐκβαλεῖν. Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν·

Ἀποσποδῆσαι τοὺς ὄνυχας τῶν δακτύλων.

Ἀπόσπενδε. ἐχθράν, μισητήν. [4] Πισίδης·

Ταύτην ἀφέντες τὴν ἀπόσπενδε μέθην,
Καὶ πᾶσαν ἰλὺν ἀλλοφύλων ᾀσμάτων.

Ἀποσπουδάζων. παυόμενος τῆς σπουδῆς. ἀμελῶν.

Ἀποσπώντων. βιαίως ἑλκόντων. Αἱ δὲ καταφεύγουσιν ἐπὶ τὴν Ἄρτεμιν. βαρβάρου δὲ πικρῶς ἐγκειμένου, καὶ τῶν δορυφόρων ἀποσπώντων, κἀκείνων ἀπρὶξ ἐχομένων, διασπᾶται ὁ κατὰ τοῦ τραχήλου ὅρμος.

Ἀπόστα. οὐ [5] μόνον ἀπόστηθι λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ πάρστα. Μένανδρος Παιδίῳ· Ἐνταῦθ' ἀπόστα μικρόν. Δὶς ἐξαπατῶντι· Ἐμοὶ πάρστα· τὴν θύραν κόψας ἐγὼ καλῶ τιν' αὐτῶν.

Ἀπόστασις. ἀποχώρησις ἐκ διαστήματος. Πολύβιος· Οὐδενὸς ἐπεγνωκότος τῶν πολιτῶν τὸ συμβαῖνον διὰ τὴν ἀπόστασιν, ἅτε μεγάλης οὔσης τῆς πόλεως. Ἀπόστασις, καὶ ἡ Ἀποστασία ἀπό τινος πρός τινα. Ὁ δὲ ἀμείβεται τὸν εὐεργέτην ἀποστάσει. καὶ Ἀποστασίου δίκη, ἡ κατὰ τῶν ἀπελευθέρων, ὅταν ἀποστῶσι τῶν ἀπελευθερωσάντων.

Ἀποστασίου. [6] δίκη τίς ἐστι κατὰ τῶν ἀπελευθερωθέντων δεδομένη τοῖς ἀπελευθερώσασιν, ἐὰν ἀφιστῶνται ἀπ' αὐτῶν, ἢ προστάτην ἕτερον ἐπιγράφωνται, καὶ ἃ κελεύουσιν οἱ νόμοι, μὴ ποιῶσι. καὶ τοὺς μὲν ἁλόντας δεῖ δούλους εἶναι· τοὺς δὲ νικήσαντας τελέως λοιπὸν ἐλευθέρους.

Ἀποστασίου δίκη. ὅταν δοῦλος ὑπὲρ ἐλευθερίας ἐνίσταται, φάσκων, μὴ [7] προσήκειν τοῖς δούλοις αὐτὸν ἀνδραποδισθῆναι. Ἀποστασίου δέ. Τῶν [8] μετοίκων ἕκας-

Et Ἀποστρέψωμεν, avertamus. Menander.

Ἄποσον. Quod quantitate & mensura caret. Ἄπωσον vero, per ω, repelle.

Ἀποσπάδας. Avulsos. Ἀποσπάδοντας vero, eunuchos, sive castratos.

Ἀποσπάσας. Qui avulsit. *Ille vero, cum hinc ipsum avulsisset, plagas ei inflixit.*

Ἀποσπεύδοντας. Impedientes. Prohibentes. Et Ἀποσπευδούσης. Prohibentis. Impedientis. *Uxore vero & liberis prohibentibus. Nam & hi cum eo erant.* † *Ille vero obstitit, quo minus Trojani Helenam redderent.*

Ἀποσποδῆσαι. Delere. Perdere. A σποδὸς, cinis. Ligna enim, in cinerem redacta, omnino pereunt. Vel, repellere, e medio tollere, verberibus cæsum ejicere. Aristophanes *Avibus: Ungues digitorum prorsus attrivisse.*

Ἀπόσπενδε. Inimicam. Odiosam. Pisides:

*Hanc valere jubentes invisam ebrietatem,*
*Et omnem fæcem peregrinarum cantionum.*

Ἀποσπουδάζων. A studio desistens. Negligens.

Ἀποσπώντων. Violenter abstrahentium. *Illæ ad Dianam confugiunt. Cum vero Barbarus acriter eas persequeretur, & satellites violenter [e templo] eas abstraherent, illæ vero firmo amplexu [Deæ simulacrum] tenerent, monile colli dilaceratum est.*

Ἀπόστα. Absiste. Non solū enim dicunt ἀπόστηθι, sed & [ἀπόστα: uti παράστηθι &] πάρστα. Menander *Puero: Huc recede paululum.* Et *Bis decipiente: Mihi adsta: januam pulsans vocabo aliquem illorum.*

Ἀπόστασις. Distantia. Intervallum. Polybius: *Cum nullus civium audivisset id, quod acciderat, propter locorum intervallum. Urbs enim magna erat.* Ἀπόστασις etiam significat defectionem ab aliquo ad aliquem. *Ille autem ab eo defecit, eamque pro beneficiis gratiam ipsi retulit.* Et Ἀποστασίου δίκη dicitur actio, quæ instituitur contra libertos, qui a patronis defecerunt.

Ἀποστασίου δίκη. Est actio, quæ datur patronis contra libertos, si ab ipsis deficiant, vel alium patronum sibi adsciscant, nec faciant ea, quæ leges jubent. Et victos quidem manet servitus: victores vero in posterum omnino sunt liberi.

Ἀποστασίου δίκη. Est actio, cum servus libertatem sibi vindicat, dicens, nihil juris illos in se habere, qui se in servitutem asserant. Actio

1 Ἀποτρέψωμεν.] Sic quidem omnes Edit. habent; idque Portus bona fide secutus est. Sed nemini dubium fore puto, quin legendum sit ἀποστρέψωμεν: quam lectionem in versione expressi.

2 Ἀποσπάδοντας.] Potius ἀποσπάδοντας, a σπάδων, σπάδοντος.

3 Ἀποσποδῆσαι. ἀφανίσαι. ἀπὸ τῆς σπ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Aves*, pag. 542. (368. Ed. Bas. P.)

4 Πισίδης.] Semel moneo, omnia quæ apud Suidam leguntur Pisidæ fragmenta, uno tantum vel altero excepto, deprompta esse ex libris ejus scriptoris hodie non amplius exstantibus.

5 Οὐ μόνον ἀπόστηθι λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ πάρστα.] Non improbo conjecturam Porti, qui locum hunc, cui aliqua deesse videntur, sic legendum putabat. Οὐ μόνον ἀπόστηθι λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ ἀπόστα· ὡς τὸ παράστηθι, καὶ πάρστα.

6 Ἀποστασίου. δίκη τίς ἐστι κατὰ τῶν ἀπελ.] Ex Harpocratione: ad quem consule Maussacum. Vide etiam Thomam Magistrum, Ammonium, & Petitum in Commentar. ad Leg. Attic. pag. 181.

7 Μὴ προσήκειν τοῖς δούλοις αὐτὸν ἀνδρ.] Hic locus in prioribus Edit. mendosus est, quem nunc demum ex MSS. Paris. emendatum damus.

8 Τῶν μετοίκων ἕκαστος κτλ.] Vide infra v. Ἀπροστασίου, & v. Νέμειν προστάτην.

τος

τος προστάτην ἔχουσι κατὰ νόμον ἕνα τῶν ἀστῶν, καὶ δι' αὐτοῦ τό, τε μετοίκιον τίθεται κατ' ἔτος, καὶ τὰ ἄλλα διοικεῖται. ὅταν οὖν τις δοκῶν εἶναι μέτοικος προστάτην μὴ ἔχῃ, ἢ μὴ δῷ τὸ μετοίκιον, ἢ ἀστὸς εἶναι φάσκῃ, παρεγγεγραμμένος εἰς τὴν πολιτείαν, ὁ βουλόμενος δίκην εἰσάγει πρὸς αὐτόν, ἥτις λέγεται Ἀποστασίου.

Ἀποστατήσω. ἀποχωρήσω. Ἀρριανός· Ἀποστατήσω οὐδὲ ἐγὼ τοῦ ἔργου. Καὶ αὖθις· Οὐκ ἔστιν ὅστις ἀποστατήσας τοῦ τείχους ἐλέγετο.

Ἀποσταυροῦντες. σταυροῖς περικλείοντες. [1] Κύκλῳ τὸ νησίζον τῆς χερρονήσου ὤχυρον, ἀποσταυροῦντες καὶ περιχαρακοῦντες.

Ἀποσταίην. μακρὰν γενοίμην.

Ἀποστέγειν. Μήτε μὴν τειχῶν ἔχειν περίβολον, οἷον ἀποστέγειν καὶ ἀναστέγειν τοὺς πολεμίους καρτερόν. οἷον ἀπερύκειν, κωλύειν.

Ἀποστέρησις. τὸ τὰ ἀλλότρια λαβόντας κατέχειν. Καὶ ὅταν ἐλεημοσύνην μὴ παρέχωμεν, ἐν ἴσῳ τοῖς ἀποστεροῦσι κολαζόμεθα.

Ἀποστέρξας. αἰτιατικῇ. καρτερικῶς ὑπομείνας. Ὁ δὲ τροφὴν οὐ προσιέμενος, ἀλλ' ἀποστέρξας, εὐγενῶς τὸν βίον κατέστρεψεν.

Ἀποστερητίδα. Ἀριστοφάνης [2] Νεφέλαις·

— Οἴμοι· τίς ἂν δῆτ' ἐπιβάλοι
Ἐξ ἀρνακίδων γνώμην ἀποστερητίδα;

ἔπαιξε δὲ πρὸς τὸ ἀρνεῖσθαι, παρονομάσας ἀπὸ τῶν ἀρνῶν καὶ τοῦ ἀρνεῖσθαι τοὺς δανειστάς. τὸ δὲ ἀποστερητίδα, ἅμα μὲν ἀπὸ τοῦ ἀποστερεῖν, ἅμα δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ περιβόλαιον.

Ἀπόστηθι. ἀποχώρει. καὶ Ἀποστῆναι, ἀποχωρισθῆναι. [3] Τὸ γὰρ ἀποστῆναι χαλεπὸν ἀεὶ φύσεως, ἣν ἔχει τις ἀεί. καίτοι πολλοὶ ταῦτ' ἔπαθον. ξυνόντες γνώμαις ἑτέρων μετεβάλλοντο τοὺς τρόπους.

Ἀποστησάμενοι. [4] ἀντὶ τοῦ πρὸς σταθμὸν παραλαβόντα. Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον. καὶ Ἀποστήσονται, οἷον σταθμῷ λάβωσιν ἴσον. καὶ Ἀποστήσασθαι, ἀποδοῦναι χρέος.

Ἀποστολάς. [5] ἀποπέμψεις. δῶρα. [6] Καὶ ἀποστελλόμενος [7] μετὰ στρατιᾶς εἰς πόλεμον παρασκευῆς. † Τῶν δὲ πλοίων τὰ μὲν συντριβόμενα ταῖς ἀποστολαῖς. τουτέστι ταῖς ἀποπέμψεσι. καὶ Ἀποστελλόμενοι οὐ μόνον οἱ πεμπόμενοι ἐκ προσταγμάτων τῶν ἀπολυόντων ἀλλὰ καὶ οἱ παραπεμπόμενοι ἀποδημεῖν μέλλοντες, ἀποστελλόμενοι ἐλέχθησαν. καὶ [8] Ἀποστολεῖς, οἱ ἐπὶ τῆς ἐκπομπῆς τῶν τριήρων ἀποδεδειγμένοι.

vero ἀποστασίου ab hac diversa est. Secundum leges enim singuli inquilini patronum habent unum ex civibus, per quem & tributum, μετοίκιον vocatum, quotannis penditur, & reliqua administrantur. Quum igitur inquilinus aliquis aut patronum non habet, aut tributum non pendit, aut civem se esse dicit, albo civium falso inscriptus, cuilibet licet actione eum persequi, quæ vocatur ἀποστασίου.

Ἀποστατήσω. Recedam. Arrianus: *Ne ego quidem ab opere recedam.* Et rursus: *Nec ullus est, qui a muro recessisse dicatur.*

Ἀποσταυροῦντες. Vallis cingentes, sive munientes. *Ambitum peninsulæ, qua mari cingitur, muniverunt, [omnes ab illa parte aditus] vallis & sudibus præcludentes.*

Ἀποσταίην. Procul absim.

Ἀποστέγειν. Arcere, Prohibere. *Nec [urbem] circundatam esse muris satis firmis ad hostium vim sustinendam & arcendam.*

Ἀποστέρησις. Fraudatio, qua res alienas intervertimus. *Et cum pauperibus stipem non damus, æque plectimur, ac illi, qui alios jure suo fraudant.*

Ἀποστέρξας. Accusativo jungitur. Qui fortiter toleravit. *Ille vero nullo cibo sumpto inedia generose vitam finivit.*

Ἀποστερητίδα. Fraudatricem. Aristophanes *Nubibus*: *Hei mihi! quis me docebit commentum aliquod, quo fœneratores fraudare possim.* Allusit Comicus ad verbum ἀρνεῖσθαι, quoniam τὸ ἀρνακίδων tam ab ἀρνῶν, quà ἀρνεῖσθαι deduci potest. Ἀποστερητίδα vero ab ἀποστερεῖν quidem dictum est, sed tamen ita formatum, ut pro genere quodam pallii accipi videatur.

Ἀπόστηθι. Recede. Et Ἀποστῆναι. Disjungi. Recedere. *Difficile est, a natura, qua quis præditus est, recedere. Quanquam multis hoc accidit, ut ab aliis persuasi mores mutarint.*

Ἀποστησάμενοι. Qui res aliquas ad libram expensas accepit. Demosthenes in oratione contra Timotheum. Et Ἀποστήσονται, portionem æquo pondere accipient. Et Ἀποστήσασθαι. Debitum reddere.

Ἀποστολάς. Ablegationes. Dona. *Et cum exercitu instructo ad bellum missus est.* † *Navium quædam attritæ erant, quod ad [crebras expeditiones] missæ essent.* Et Ἀποστελλόμενοι non solum dicuntur illi, qui aliorum jussu aliquo mittuntur; sed etiam illi, quos peregre profecturos prosequimur. Et Ἀποστολεῖς, qui designati sunt emittendarum triremium præfecti. Demosthenes pro Ctesi-

1 Κύκλῳ τὸ νησίζον τῆς χέῤῥου.] Hæc sunt verba Polybii lib. IV. cap. LVI.

2 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 168. (99. Ed. Bas. P.)

3 Τὸ γὰρ ἀποστῆναι χαλεπὸν ἀεὶ φ.] Hæc sunt verba Aristoph. *Vespis*, pag. 534.

4 Ἀποστησάμενοι. ἀντὶ τοῦ πρὸς σταθμ.] Ex Harpocratione.

5 Ἀποστολάς. ἀποπέμψεις. δῶρα] Vide Casaub. ad Theophr. *Charact.* pag. 166.

6 Καὶ ἀποστελλόμενος μετὰ σ.] Pearsonius ad marginem Suidæ sui notavit, locum hunc in quodam MS. sic legi: Καὶ Ἀπόστολος, ὁ ἀποστελλόμενος &c. quod valde placet. Secundum istam ergo lectionem locus hic ita vertendus est: *Et* Ἀπόστολος, *qui cum exercitu instructo ad bellum mittitur.*

7 Μετὰ στρατιᾶς εἰς πόλεμον παρασκ.] Rectius legeris, μετὰ στρατιᾶς καὶ παρασκευῆς εἰς πόλεμον.

8 Καὶ Ἀποστολεῖς, οἱ ἐπὶ τῆς ἐκπ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Harpocratione.

Ἀπόστολοι δὲ, αἱ τῶν νεῶν ἐκπομπαί. οὕτω Δημοσθένης, τὸ μὲν ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος· τὸ δὲ ἐν [1] πρώτῳ Φιλιππικῶν.

[2] Ἀποστολικὴ πολιτεία. τουτέστιν, ὀφθαλμῶν ἀκρίβεια, γλώσσης ἐγκράτεια, σώματος δουλαγωγία, φρόνημα ταπεινὸν, ἐννοίας καθαρότης, ὀργῆς ἀφανισμός. Ἀγγαρευόμενος προστίθει· [3] τυπτόμενος ἐπίβαλλε· ἀποστερούμενος μὴ δικάζου· μισούμενος ἀγάπα· διωκόμενος ἀνέχου· βλασφημούμενος παρακάλει· νεκρώθητι τῇ ἁμαρτίᾳ· συσταυρώθητι τῷ Χριστῷ· ὅλην τὴν ἀγάπην μετάθες ἐπὶ τὸν Κύριον.

Ἀποστοματίζειν. ἀπὸ μνήμης λέγειν, καὶ ἀπὸ στόματος, ἄνευ γραμμάτων. καὶ Ἀπὸ στόματος (ὡς ἡμεῖς) τὸ μὴ διὰ γραμμάτων, ἀλλ' ἀπὸ μνήμης. Φιλήμων Νεμομένοις·

Ἀπὸ στόματος ἅπαντ', ἐὰν βούλησθ', ἐρῶ.

Κρατῖνος δὲ ταυτὸ τοῦτ' ἀπὸ γλώττης, Νόμοις· Ἀλλὰ, μὰ Δί', οὐκ οἶδα ἔγωγε γράμματ', οὐδ' ἐπίσταμαι αὐτὰ, ἀλλ' ἀπὸ γλώττης φράσω σοι. μνημονεύω γὰρ καλῶς. Θουκυδίδης ζ. Καὶ ἥκοντ' εἰς τὰς Ἀθήνας οἱ ἀπὸ τοῦ Νικίου, ὅσα τε ἀπὸ γλώττης αὐτοῖς εἴρητο εἶπον. Πλάτων Θεαιτήτῳ· Ἀτὰρ τίνες ἦσαν οἱ λόγοι; ἔχοις ἂν διηγήσασθαι; Οὐ μὰ τὸν Δί' [4] οὔκουν οὕτω γε ἀπὸ στόματος. ἀλλ' ἐγραψάμην μὲν [5] τοῦτ' εὐθὺς οἴκαδ' ἐλθὼν ὑπομνήματα. καὶ Ἀποστοματίζειν φασὶ τὸν διδάσκαλον, ὅταν κελεύει τὸν παῖδα λέγειν ἄττα ἀπὸ στόματος.

Ἀποστομοῦν. ἀποφράττειν. [6] Προέθετο τὰς διώρυγας ἀποστομοῦν τὰς ἐπιφανεστάτας.

Ἀποστρακισθῆναι. ἐξορισθῆναι. ἐν ὀστράκοις γὰρ τὸ πρὶν ἐγράφοντο αἱ ἐξορίαι. Ὅτι ἀποστρακισθῆναι φασὶ Κίμωνα, τῇ ἀδελφῇ Ἐλπινίκῃ συγκοιμηθέντα, ὑπὸ Ἀθηναίων. ἀντὶ τοῦ ἐξορισθῆναι.

Ἀποστροφή. ἀντὶ τοῦ [7] καταστροφή.

Ἀποστυγοῦντες. μισοῦντες. Ἰώσηπος· Ἀντίοχος ἀποστυγήσας. † Φαβρίκιος ἡγεμὼν καθίσταται τοῦ πρὸς τὸν Πύρρον πολέμου. [8] ἀντικαθεζομένων γὰρ τῶν στρατοπέδων ἀλλήλοις, νυκτὸς φυλάξας τις ὡς τὸν Φαβρίκιον ἀφικνεῖται, δηλητηρίῳ φαρμάκῳ ἀνελεῖν τὸν Πύρρον ὑφιστάμενος, ἤν τι δοθείη πρὸς αὐτοῦ χρημάτων ὠφέλεια. ὃν ὁ Φαβρίκιος ἀποστυγήσας τῆς ἐπιχειρήσεως ἀποπέμπει τῷ Πύρρῳ δέσμιον. ἀγασθεὶς δὲ τὸ πραχθὲν ὁ Πύρρος, ἀναβοῆσαι λέγεται· Οὗτός ἐστι καὶ οὐκ ἄλλος Φαβρίκιος, ὃν δυσχερέστερον ἄν τις παρατρέψοι τῆς οἰκείας ἀρετῆς, ἢ τῆς συνήθους πορείας τὸν ἥλιον.

phonte. Ἀπόστολοι vero vocantur ipsæ classes, quæ aliquo mittuntur. Idem in prima Philippica.

Ἀποστολικὴ πολιτεία. *Apostolica vivendi ratio hæc est: Oculorum castitas, linguæ continentia, corporis subactio, animus modestus, cogitatio pura, iræ exstirpatio. Ad aliquid faciendum coactius, plus præsta: frandatus, ne in judicium accerse: odio habentem te ama: persequentem te patienter fer: maledictis lacessitus, precare: mortuus sis peccato: una cum Christo crucifigaris: dilectionem omnem in Dominum transfer.*

Ἀποστοματίζειν. Memoriter & sine scripto aliquid recitare. Et Ἀπὸ στόματος, ut nos dicere solemus, significat, non ex scripto, sed ex memoria aliquid dicere. Philemon *Nemomenis: Memoriter omnia, si vultis, dicam.* Cratinus vero *Legibus* hoc ipsum ἀπὸ γλώττης vocat. *Sed, per Jovem, literas nescio: at memoriter hæc tibi dicam. Memini enim probe.* Thucydides libro VII. *Et qui a Nicia missi fuerant, cum Athenas venissent, dixerunt omnia, quæ ipsis non scripto sed ore præcepta erant.* Plato *Theæteto: At quinam fuerunt isti sermones? Possesne eos narrare? Nequaquam, per Jovem, memoriter. At tunc quidem statim domum abiens eos in commentarios retuli.* Et Ἀποστοματίζειν dicitur magister, cum puerum memoriter aliquid recitare jubet.

Ἀποστομοῦν. Obturare. Obstruere. *Fossas maxime insignes terra obruere statuerat.*

Ἀποστρακισθῆναι. Testarum suffragiis in exilium pelli. Testis enim sententia exilii olim inscribebatur. *Aiunt Cimonem ab Atheniensibus in exilium pulsum fuisse, quod cum sorore Elpinice concubuisset.*

Ἀποστροφή. Refugium.

Ἀποστυγοῦντες. Odio prosequentes. Josephus: *Antiochus odio prosequutus. † Fabricius dux belli adversus Pyrrhum creatur. Cum autem exercitus castra haberent vicina, quidam noctu captata temporis opportunitate Fabricium adiit, se veneno Pyrrhum necaturum esse pollicens, si pecunia sibi daretur. Quem Fabricius ob scelus illud perosus, vinctum Pyrrho remittit. Pyrrhus autem factum hoc admiratus exclamasse fertur: Is est Fabricius, & non alius, quem difficilius a sua virtute, quam Solem a consueto cursu, averteris.*

1 Ἐν πρώτῳ Φιλιππ.] Pag. 18. ubi Oratoris verba hæc sunt: Εἰς ἃ τοσαῦτα ἀναλίσκετε χρήματα, ὅσα οὐδ' εἰς ἕνα τῶν ἀποστόλων. i. e. *In qua tantos facitis sumptus, quantos in nullam unquam classem.*

2 Ἀποστολικὴ πολιτεία. τουτέστιν, ὀφθαλμῶν ἀκρίβεια, γλώσσης ἐγκρ.] Elegans hic locus excerptus est ex Homilia Basilii Magni in S. Baptismum (Tom. I. pag. 484.) ut monuit Ritterhusius ad Isidor. Pelus. lib. IV. Epist. XXXIII. Notandum autem, quam Suidas hic vocat Ἀποστολικὴν πολιτείαν, a Basilio M. loco laudato appellari Εὐαγγελικὴν πολιτείαν.

3 Τυπτόμενος ἐπίβαλλε.] Hæc verba videntur esse additamentum librarii cujusdam, quoniam apud Basilium M. loco laudato non leguntur.

4 Οὔκουν ἄγε ἀπὸ στόματος] Lege, ut apud Platonem, οὔκουν οὕτω γε ἀπὸ στόμ.

5 Τοῦτ' εὐθὺς] Emenda ex Platone τότ' εὐθύς.

6 Προέθετο τὰς διώρυγας ἀπος.] Apud Polybium lib. V. cap. LXII. unde hunc locum sumptum esse existimat Jac. Gronovius, legitur ἐπιστομοῦν. quod contrariæ est significationis τῷ ἀποστομοῦν.

7 Καταστροφή] Apud Harpocrationem, ex quo Suidas, rectius legitur καταφυγή: quod in versione secutus sum.

8 Ἀντικαθεζομένων γὰρ τῶν στρατοπ.] Vide Pæanium, Græcum Eutropii interpretem, pag. 73. apud quem eandem de Fabricio historiam leges.

Ἀπο-

Ἀποσυκάζεις.[1] συκοφαντεῖς. δοκιμάζεις. Ἀποσυκάζειν γὰρ τὸ τὰ πέπειρα σῦκα [2] διαλέγειν. διόπερ προσέθηκε, πιέζων. ἐκθλίβοντες γὰρ δοκιμάζομεν τὰ σῦκα, εἰ πέπειρά ἐστιν, ἢ μή. ἐπεὶ τοίνυν συκάζειν λέγεται καὶ τὸ συκοφαντεῖν, καὶ τὸ σῦκα κλέπτειν, ἅπαξ εἰπὼν τὸ συκάζειν, ἐπήνεγκε τὸ πιέζων, ἅμα μὲν, ὡς ἐπὶ σύκων, ἅμα δὲ, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς θλίβει τοὺς συκοφαντουμένους. καὶ πιέζει δωροδοκῶν καὶ διασείων τοὺς ὑπευθύνους, τουτέστι, τοὺς μὴ λογισμοὺς προσεσχηκότας τῆς ἀρχῆς, ἧς ἐπιστεύθησαν. ἐχρήσατο οὖν τῇ λέξει, ἀφ' οὗ καὶ συκοφάντης κέκληται. τὸ γὰρ παλαιὸν τίμια παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἦν τὰ σῦκα, καὶ εἴ τις διαβληθῇ κλέπτων σῦκα, ἐκολάζετο. Φαίνειν δὲ ἔλεγον καὶ τὸ κατηγορεῖν.

Ἀποσυστῆσαι. οὐδὲν πλέον τοῦ συστῆσαι σημαίνει.

Ἀποσφαλείς. παρατραπείς. ὀλισθήσας. τῆς εὐθείας ἐκτραπείς.

Ἀποσφαλμήσας. ἀποπηδήσας. ἀποσκιρτήσας. Πολύβιος· Ὁ [3] δὲ ἵππος ἀπὸ τῆς πληγῆς ἀποσφαλμήσας ἐφέρετο ῥύδην διὰ τοῦ μεταξὺ τόπου τοῦ στρατοπέδου. ἢ ἀντὶ τοῦ σφαλείς. Καὶ ἀλλαχοῦ· Ὁ δὲ ἵππος ὁ τοῦ Σκιπίωνος ἐδυσχέρησε μὲν ἀπὸ τῆς πληγῆς, οὐ μὴν ὁλοσχερῶς ἐσφάλμησε. διόπερ ὀρθὸς ἀπέπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν ὁ Σκιπίων. Πολύβιος.

Ἀπὸ σφείων. ἀφ' ἑαυτῶν.

Ἀποσφήλωσις. ἡ ἀποτυχία.

Ἀποσφύδου[4] καρτερεῖν.

Ἀποσχεδιάζειν. εἰκῆ καὶ παραχρῆμα λέγειν. καὶ Ἀποσχεδιάσας. συντομεύσας. ἢ ψευσάμενος. καὶ Ἀποσχεδιάζουσιν, ἀντὶ τοῦ ἐκ τοῦ παρατυχόντος λέγουσιν. Καὶ[5] μέν τοι ὠμοτάτην κατὰ τῶν αἰχμαλώτων ἀποσχεδιάζουσι ψῆφον, καὶ πάντας ἀνεῖλον ἄρρενάς τε καὶ θηλείας. τοὺς δὲ παῖδας διέσωζον διὰ τὸ ἄωρον τῆς ἡλικίας.

Ἀπόσχῃ.[6] αὐθυπότακτον. ἀντὶ τοῦ ἀποσχέσθαι ποιήσεις.

Ἀποσχῆναι. ἀπενεχθῆναι.

Ἀποσχοινίσαντες.[7] ἀποστερήσαντες.

Ἀποταμιεύεται. ἀποκλείει.

Ἀπόταξις.[8] τὸ χωρὶς τελεῖσθαι τοὺς πρότερον ἀλλήλοις συντεταγμένους εἰς τὸ [9] ὑποτελεῖν τὸν ὡρισμένον φόρον.[10] Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ τοῦ Σαμοθρακῶν φόρου.

Ἀποταυρούμενος. θρασυνόμενος.

Ἀποσυκάζεις. Calumniaris. Exploras. Tentas. Ἀποσυκάζειν enim significat ficus maturas decerpere, vel explorare. Quamobrem addidit πιέζων, i. e. premens. Ficus enim premendo explorare solemus, utrum maturæ sint an non. Quoniam igitur συκάζειν significat & calumniari, & ficus furari, cum semel dixisset συκάζειν, subjicit πιέζων, tum, quasi de ficubus loquens, tum, quia & ipse premebat eos, quos calumniis vexabat. Muneribus enim inhians concussione vexabat eos, qui ad rationes magistratus sibi commissi non fuerant attenti. Usus est ergo vocabulo, a quo & συκοφάντης dictus est. Olim enim ficus apud Athenienses in pretio habebantur: unde in fures earum pœna erat constituta. Φαίνειν vero etiam accusare vocabant.

Ἀποσυστῆσαι. Verbum hoc nihil plus significat, quam simplex συστῆσαι. Commendare.

Ἀποσφαλείς. Qui aberravit. Qui excidit. A via recta abductus.

Ἀποσφαλμήσας. Qui desiliit. Qui resiliit. Vel, prolapsus. Polybius: *Equus vero propter vulnus acceptum resiliens, magno impetu per locum inter castra medium ferebatur.* Et alibi: *Scipionis autem equus graviter quidem vulnere afflictus erat, non tamen omnino conciderat: Quare Scipio rectus in terram delapsus est.* Polybius.

Ἀπὸ σφείων. A se ipsis. A se.

Ἀποσφήλωσις. Spe vel voto suo frustrari.

Ἀποσφύδου καρτερεῖν. * * * *

Ἀποσχεδιάζειν. Temere & ex tempore dicere. Et Ἀποσχεδιάσας. Qui compendiose dixit. Vel, qui mentitus est. Et Ἀποσχεδιάζουσιν. Ex tempore dicunt. *Quinetiam crudelissimam in captivos sententiam statim tulerunt, omnesque mares & fœminas interfecerunt: at pueris propter immaturam ætatem pepercerunt.*

Ἀπόσχῃ. Est subjunctivus modus. Prohibebis. Arcebis.

Ἀποσχῆναι. Ablatum fuisse.

Ἀποσχοινίσαντες. Qui aliquem ab aliqua re disjunxerunt, vel excluserunt.

Ἀποταμιεύεται. Recondit.

Ἀπόταξις. Cum separantur illi, qui ante non singuli sed juncti statutum tributum pendebant. Antipho in oratione de tributo Samothracum.

Ἀποταυρούμενος. Ferociens.

1 Ἀποσυκάζεις. συκοφαντεῖς. δοκ. Ἀποσ.] Vide Scholiastam Aristoph. ad *Equit.* pag. 302.

2 Σῦκα διαλέγειν] Posterior vox mihi suspecta est. Quare mallim quod apud Scholiastam Aristoph. loco laudato legitur: Συκάζειν, τὸ ἀποθλίβειν τὰ σῦκα. i. e. *Συκάζειν dicitur ficus premendo explorare.*

3 Ὁ δὲ ἵππος ἀπὸ τῆς πληγῆς ἀποσφ.] Idem fragmentum Polybii legitur infra v. Ἱππαλγής, ubi pro ἀποσφαλμήσας legitur ὑπεραλγής: quæ differentia notanda est.

4 Ἀποσφύδου καρτερεῖν] Citius ex pumice aquam, quam ex his sensum aliquem elicere queas. Videntur enim esse somnium inepti cujusdam librarii: quæ proinde frustra quis interpretari & illustrare conetur.

5 Καὶ μέν τοι ὠμοτάτην κατὰ τῶν αἰχμ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Theoph. Simoc. lib. I. cap. XIII. ut Pearsonius observavit.

6 Ἀπόσχῃ. αὐθυπ. ἀντὶ τοῦ ἀποσχ.] Respexit Suidas ad versum illum Homer. Il. Z. v. 96.

*Αἴ κεν Τυδέος υἱὸν ἀπόσχῃ Ἰλίου ἱρῆς.*
*Si Tydei filium ab Ilio sacro arcuerit.*

In hoc versu Poetæ τὸ ἀπόσχῃ est tertiæ personæ; cum tamen Suidas id ita interpretetur, ac si esset secundæ personæ ab ἀπέχομαι; quod secus est.

7 Ἀποσχοινίσαντες. ἀποσ.] Vide supra v. Ἀπεσχοίνιζεν.

8 Ἀπόταξις. τὸ χωρὶς τελ.] Ex Harpocratione.

9 Ὑποτελεῖν] Scribe ὑποτελεῖν, ut apud Harpocrationem.

10 Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ τοῦ Σαμοθρακῶν φόρου] Sic locum hunc, ante mendosum, ex Harpocratione emendavi.

Ἀπόταφος.[1] ὁ ἀπεστερημένος τῆς προγονικῆς ταφῆς. οὕτω Δείναρχος.

Ἀπωτάτω. πορρωτάτω. διὰ τοῦ ω μεγάλου.

Ἀποτεθρίακεν.[2] ἀντὶ τοῦ ἔτιλεν, ψιλὸν εἰργάσατο. κυρίως δὲ ἀπεφύλλισε συκᾶς. θρῖα γὰρ τὰ φύλλα τῆς συκῆς. Ἀριστοφάνης·

Τίς τῶν Ὀδομάντων τὸ πέος ἀποτεθρίακεν;

Ὀδόμαντες δὲ ἔθνος Θρᾳκικόν. ἐλεαίνοντο δὲ καὶ ἀπετίλλοντο οἱ Θρᾷκες τὰ αἰδοῖα, καὶ ἀπεστερημένα εἶχον αὐτά. φασὶ δὲ αὐτοὺς Ἰουδαίους εἶναι. καὶ Ἀποτεθριωμένοι. ἀπηγριωμένοι. εἴρηται δὲ κατὰ μεταφορὰν τὴν ἀπὸ τῶν τεθρίων, ἅπερ ἐστὶν ἄγρια καὶ ἄγονα φυτά.

Ἀποτέλειοι. οἱ κατὰ πόλεις ἡγεμόνες τῶν Ἰουδαίων.

Ἀποτέμνω. αἰτιατικῇ. τὸ ἀποκόπτω.

Ἀποτεμεῖται.[3] ἀποχωρίσει.

Ἀποτετεκέναι. ἀποδοῦναι.

Ἀποτεύξασθαι. ἀποτυχεῖν.

Ἀποτείνεται. ἐκτείνεται. φιλονεικεῖ.

Ἀποτειχίζων. ἀποφράσσων. Ἀποτειχίσας δὲ τὴν γαστέρα, οὐδενὶ τῶν φαρμάκων ἔτι εἰμὶ ἁλώσιμος, οὐδ' ἂν ἄδην ἐμφορῶμαι τοῦ φαρμάκου. καὶ[4] Ἀποτειχίσαι, τὸ ἀπολαβεῖν τείχει, καὶ ἀποκλεῖσαι τῆς ἐξόδου. καὶ Ἀποτετειχισμένος, ὁ ἀπειλημμένος καὶ ἀποκεκλεισμένος τῷ τείχει. οὕτως Ἀντιφῶν καὶ Θουκυδίδης. καὶ Ἀποτείχισις, ἡ τῶν τειχῶν ἀφαίρεσις.

Ἀπὸ τῆς ἴσης.[5] Θουκυδίδης· Οὐδ' αὐτοὶ ἀπὸ τῆς ἴσης κοινὰς στρατείας ἐποιοῦντο. οἷον, ἀπὸ τῆς ἰδίας ἑκάστου οὐσίας τὸ[6] φθάνον.

Ἀποτίμησιν. τέλος. ἢ φόρον.

Ἀποτιμηταί,[7] καὶ Ἀποτιμᾶν, καὶ τὰ ἀπ' αὐτῶν. Οἱ[8] μισθούμενοι τοὺς τῶν ὀρφανῶν οἴκους παρὰ τοῦ Ἄρχοντος, ἐνέχυρα τῆς μισθώσεως παρείχοντο. ἔδει δὲ τὸν Ἄρχοντα πέμπειν τινὰς ἀποτιμησομένους τὰ ἐνέχυρα· καὶ ἐλέγοντο τὰ μὲν ἐνέχυρα, ἀποτιμήματα· οἱ δὲ ἀποτιμησάμενοι, ἀποτιμηταί· τὸ δὲ ἔργον, ἀποτιμᾶν.[9] Καὶ οἱ προῖκα γυναικὶ γαμουμένῃ δόντες, ᾔτουν παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ὑπὲρ τῆς προικὸς ἐνέχυρον, οἰκίαν, ἢ χωρίον ταύτης ἄξιον. ἐλέγετο δὲ ὁ μὲν διδοὺς τὸ ἀποτίμημα, ἐνεργητικῶς ἀποτιμᾶν· ὁ δὲ λαβών, ἀποτιμᾶσθαι. ὁ δὲ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὀφλημάτων, ὡς καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ὀνήτορος δευτέρῳ.

Ἀπότιμος.[10] οὕτω φησὶ Σοφοκλῆς ἀπότιμον θεὸν τὸν λιμόν· τουτέστι, τὸν μὴ μετέχοντα τῆς τιμῆς. θεῶν γάρ ἐστι τὸ εὐεργετεῖν τοὺς ἀνθρώπους· ὁ δὲ φθείρει καὶ ἀπόλλυσιν.

Ἄποτος, ἀπότιδος.

Ἀποτίσεις χοῖρε γίγαρτα. οἷον, ὧν κατέφαγες ἀπο-

Ἀπόταφος. Qui majorum sepulcris est privatus. Sic Dinarchus.

Ἀπωτάτω. Longissime. Per ω magnum.

Ἀποτεθρίακεν. Pilos evulsit. Pilis nudavit. Proprie, ficus foliis spoliavit. Θρῖα enim sunt folia ficus. Aristophanes: *Quis Odomantum penem pilis nudavit?* Odomantes erant gens Thracica. Thraces autem pudenda vellere & nudare solebant: quos Judæos esse aiunt. Et Ἀποτεθριωμένοι. Efferati. Per metaphoram ab agrestibus & sterilibus plantis, quæ τέθρια vocantur.

Ἀποτέλειοι. Sic vocabantur Præsides vel Præfecti inter Judæos, qui singulis urbibus præerãt.

Ἀποτέμνω. Accusativo jungitur. Abscindo.

Ἀποτεμεῖται. Separabit. Abscindet.

Ἀποτετεκέναι. Reddidisse. Persolvisse.

Ἀποτεύξασθαι. Excidere [spe vel voto.]

Ἀποτείνεται. Extenditur. Contendit.

Ἀποτειχίζων. Muro muniens. *Cum autem ventrem ut muro quodam munivcrim, nullum venenum posthac nocere mihi potest, etiamsi largam ejus copiam hauriam.* Et Ἀποτειχίσαι, muro cingere, & exitu intercludere. Et Ἀποτετειχισμένος. Muro cinctus & interclusus. Sic Antipho & Thucydides. Et Ἀποτείχισις dicitur de urbe, quæ muris nudatur.

Ἀπὸ τῆς ἴσης. Ex æquo. Thucydides: *Neque ipsi ex æquo communes expeditiones suscipiebant.* Ἀπὸ τῆς ἴσης hic significat, æquali tributo pro cujusque facultatibus collato.

Ἀποτίμησιν. Vectigal. Vel, tributum.

Ἀποτιμηταί, & Ἀποτιμᾶν, & quæ inde derivantur. Qui pupillorum domos ab Archonte conducebant, pignora conductionis dabant. Oportebat autem Archontem aliquos mittere, qui pignora æstimarent. Et ipsa quidem pignora vocabantur ἀποτιμήματα: qui vero ea æstimabant, ἀποτιμηταί: res ipsa, ἀποτιμᾶν. Sic etiam qui mulieri nubenti dotem dabant, a viro pignus dote dignum petebant, veluti domum, vel fundum. Qui igitur pignus dabat active dicebatur ἀποτιμᾶν: at qui accipiebat, ἀποτιμᾶσθαι. Eadem & in aliis debitis est ratio, ut docet Demosthenes in oratione secunda contra Onetorem.

Ἀπότιμος. Inhonoratus. Sophocles Famem vocat Deam ἀπότιμον, i. e. honoris expertem. Deorum enim est, homines afficere beneficiis. Illa vero eos consumit & perdit.

Ἄποτος, ἀπότιδος. Non potans. Non bibens.

Ἀποτίσεις χοῖρε γίγαρτα. *Dependes, porce, aci-*

1 Ἀπόταφος. ὁ ἀπεστερημένος τῆς προγ.] Ex Harpocratione. Vide etiam Hesych. & Etymol.

2 Ἀποτεθρίακεν, ἀντὶ τοῦ ἔτιλεν, ψιλ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Acharnens.* pag. 378. (268. Ed. Bas. P.) Vide etiam infra v. Ὀδόμαντες, & Πέος.

3 Ἀποχωρίσει] Sic habet unus MS. Paris. quæ lectio magis mihi placet, quam τὸ ἀποχωρίσεται, quod priores Edit. exhibent.

4 Καὶ Ἀποτειχίσαι, τὸ ἀπολαβ. τείχει, καὶ ἀποκλ. τῆς ἐξ. & Ἀποτετ. ὁ ἀπειλ.] Locus hic in prioribus Edit. & corruptus est & confusus, quem ex MSS. Paris. & Harpocratione in integrum restitui.

5 Θουκυδίδης] Lib. 1. cap. xv.

6 Τὸ φθάνον] Has duas voces delendas puto. Sunt enim supervacaneæ, nec ad hunc locum quicquam faciunt.

7 Ἀποτιμηταί, & Ἀποτιμᾶν, καὶ τὰ ἀπ' αὐτ.] Totum hunc articulum ex Harpocratione descripsit Suidas.

8 Οἱ μισθούμενοι τοὺς τῶν ὀρφ.] Vide Petitum *de Leg. Attic.* pag. 491.

9 Καὶ οἱ προῖκα γυναικὶ γαμ.] Vide Petitum *de Leg. Att.* pag. 454.

10 Οὕτω φησὶ Σοφοκλῆς] In *Oedipo Tyran.* pag. 160. ut Portus observavit.

δώσεις

δώσεις πλείονα. ἐπὶ τῶν μείζονα τιμωρίαν ὧν ἥμαρτον διδόντων.

Ἀποτομία. τραχύτης. ἐναντίωσις. Οἱ δὲ διὰ τὴν ἀποτομίαν τῆς ἀποκρίσεως οὐ τὸ τυχὸν δέος εἶχον περὶ αὐτούς. καὶ Ἀπότομον, σκληρόν.

Ἄποτον. ζήτει ἐν τῷ Ἄγευστος θοίνης.

Ἀπὸ τοῦ δή. ἀπὸ τοῦ νῦν. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις.

Ἀπὸ τοῦ κρατίστου. Μετὰ δυνάμεως. Ἅτε πεπειθαρχηκότων Καρχηδονίων ἀπὸ τοῦ κρατίστου πᾶσι τοῖς ἐπιταττομένοις. Καὶ Πολύβιος· Καὶ τὸ μὲν παλαιὸν ἀπὸ τοῦ κρατίστου ἐγένετο παρὰ Ῥωμαίοις ἡ μονομαχία. ἐν δὲ τοῖς καθ' ἡμᾶς πολλαὶ ὁδοὶ εὕρηνται.

Ἀπὸ τοῦ πράγματος. ἀντὶ τοῦ ἄποθεν.

Ἀπὸ τοῦ φρονεῖν ἀποσπάσας. τουτέστι, τὴν φρόνησιν αὐτοῦ ἀφελόμενος.

Ἀπὸ τῶν οὐχ ὁμοίων. ἐξ ἀνομοίων. Ἀμυνόμενοι ἀπὸ τῶν οὐχ ὁμοίων ὅπλων, ὅμως τῇ οἰκείᾳ ἀλκῇ θαρροῦντες.

Ἀποτραχηλίζοντες. ἀπάγχοντες. Εὐνάπιος· Καὶ οἱ μὲν αὐτοὺς διέφθειρον σχοινίοις ἀποτραχηλίζοντες. Καὶ αὖθις· Οὐ [1] μὴ παύσησθε τῶν ψηφισμάτων, πρὶν ἂν ὑμᾶς τοῦ σκέλους λαβών τις ἐκτραχηλίσῃ.

Ἀποτραχύνεται. θρασύνεται.

Ἀπότριψις, μέλλησις, ἀπάγγελσις, ἀγώνισις, παράγγελσις, τέκμαρσις, κάθεξις, πλάτησις, διάφευξις, ἐφόρμησις, ὅπλισις, ξένισις, κύφισις, βλάψις, ἐπαίνεσις, ψόφησις, διάρπασις, γυναίκισις, λάλησις, ὁμοιοκατάληκτα ὀνόματα. καὶ Ἀποτριβόμενος, ἀντὶ τοῦ ἐμποδίζων, ἀπείργων. Ὁ [2] δὲ Ἀννίβας ἐν κακοῖς ὢν ἔμενε, τοὺς πολεμίους ἀποτριβόμενος.

Ἀποτρόπαιοι. φαῦλοι. μισεῖσθαι ἄξιοι. ἢ ἀποτρέποντες τὰ κακά. οὕτω γὰρ ἐδόκουν ἀποτρόπαιοί τινες εἶναι καὶ ἀλεξίκακοι.

Ἀποτροπιαζόμενοι. ἀποτρεπόμενοι, ἀποστρεφόμενοι, καὶ μισοῦντες. [3] Εἰώθασι τῶν ἀναιρουμένων εἰς τὰς κεφαλὰς ἀπομάσσειν τὰ ξίφη, ὥσπερ ἀποτροπιαζόμενοι τὸ μύσος, τὸ ἐν τῷ φόνῳ. καὶ Ἀποτροπίασμα, ἐξίλασμα, ἀποτρέπον τὰ μὴ προσήκοντα. [4] ἢ τὸ ἀποτροπῆς ἄξιον. οἷον ἀποτρόπαιον.

Ἀπότροφοι. τοὺς μὴ ὄντας τροφίμους τῆς φιλοσοφίας.

Ἀπότρωκτον [5] ἄλφιτον. τοῦτο δέ φασι τὸ ἀπότρωκτον πρῶτον εὑρεῖν Ἐπίχαρμον.

Ἀποτρύειν. [6] Σοφοκλῆς· Οὐκ ἀποτρύειν ἐλπίδα τὴν ἀγαθὴν χρεών σε. ἀνάλγητα γὰρ οὐδ' ὁ πάντα κραίνων βασιλεὺς ἐπέβαλε θνητοῖσι Ζεύς.

nos. Hoc est, plura reddes, quam devorasti. Dicitur in eos, qui pœnas peccatis graviores luunt.

Ἀποτομία. Asperitas. Nimius rigor. Nimia severitas. *Illi vero propter asperitatem responsi non leviter sibi timebant.* Et Ἀπότομον. Durum. Rigidum.

Ἄποτον. Quære in Ἄγευστος θοίνης.

Ἀπὸ τοῦ δή. Ab hoc tempore. Aristophanes *Nubibus*.

Ἀπὸ τοῦ κρατίστου. Bona fide. Sincere. *Carthaginenses enim bona fide omnibus imperatis paruerant.* Et Polybius: *Et olim quidem apud Romanos singularia certamina bona fide fiebant. Nostris vero temporibus multæ fraudes inventæ sunt.*

Ἀπὸ τοῦ πράγματος. Procul a negotio.

Ἀπὸ τοῦ φρονεῖν ἀποσπ. Qui alicui sanam mentem ademit.

Ἀπὸ τῶν οὐχ ὁμ. Imparibus. *Imparibus quidem armis se defendentes, at fortitudine sua freti,* [*strenue pugnarunt.*]

Ἀποτραχηλίζοντες. Strangulantes. Eunapius: *Et illi quidem eos funibus strangulatos necarunt.* Et iterum: *Non prius decreta facere desinetis, quam quis vos crure prehenso præcipites agat.*

Ἀποτραχύνεται. Exasperatur.

Ἀπότριψις, μέλλησις, ἀπάγγελσις, ἀγώνισις, παράγγελσις, τέκμαρσις, κάθεξις, πλάτησις, διάφευξις, ἐφόρμησις, ὅπλισις, ξένισις, κύφισις, βλάψις, ἐπαίνεσις, ψόφησις, διάρπασις, γυναίκισις, λάλησις, sunt nomina similiter desinentia. Et Ἀποτριβόμενος, impediens, arcens. *Annibal, quamvis malo loco res ejus essent, perstitit tamen, & hostes repulit.*

Ἀποτρόπαιοι. Aversandi. Fugiendi. Odio digni. Vel, mala avertentes. Existimabantur enim quidam esse [Dii] malorum averruncatores.

Ἀποτροπιαζόμενοι. Avertentes. Aversantes. Odio prosequentes. Solebant veteres in capita eorum, quos occiderant, gladios abstergere, quasi hac ratione piaculum cæde commissum expiaturi. Et Ἀποτροπίασμα, expiatio, qua mala avertuntur. Et Ἀπότροπον, dignum quod averruncetur, vel, abominandum.

Ἀπότροφοι. Qui philosophiæ non sunt alumni.

Ἀπότρωκτον ἄλφιτον. Esculenta farina. Hanc Epicharmum ajunt primum invenisse.

Ἀποτρύειν. Sophocles: *Dico enim, non oportere te spem bonam penitus abjicere. Non enim vitam omni dolore carentem Rex omnium Jupiter mortalibus dedit.*

1 Οὐ μὴ παύσησθε τῶν ψηφισμ.] Fragmentum hoc (quod depromptum est ex *Aristoph. Lysistr.* pag. 882.) non pertinet ad vocem Ἀποτραχηλίζειν, sed Ἐκτραχηλίζειν.

2 Ὁ δὲ Ἀννίβας ἐν κακοῖς ὢν ἔμενε, τοὺς πολ.] Hæc sunt verba Polybii lib. III. cap. CII. ut Jac. Gronovius observavit.

3 Εἰώθασι τῶν ἀναιρουμένων εἰς τὰς κεφ.] Vide infra v. Μασχαλισθῆναι.

4 Ἢ τὸ ἀποτροπῆς ἄξιον] Locus hic mutilus est, quem ex Schol. Soph. in *Ajacem* pag. 37. sic supplebis: Καὶ Ἀπότροπον, τὸ ἀποτρόπαιον, ἄξιον τῆς ἀποτροπῆς (hodie legitur ἀποστροφῆς) καὶ ἀποτροπιασμοῦ ἄξιον.

5 Ἀπότρωκτον ἄλφιτον. τοῦτο δέ φ.] Eadem leguntur supra v. Ἄλφι, ubi vide quæ notavimus.

6 Σοφοκλῆς] *Trachin.* pag. 335. ut Portus observavit.

Ἀπολυμπάνισον. [1]ἀχλιῶς τι φόνευσον. ἔστιν ἐν τῷ Τυμπανίζεσθαι.

Ἀπ' οὐαλοῦ ἄγγελος ἔλθοι. παρὰ Καλλιμάχῳ. τουτέστι δύσφημος. μὴ ἄξιος τοῦ ἀκουσθῆναι.

[2]Ἀπουργοὶ γωνίαι. εὐτελεῖς. εἰς ἃς τὰ σαρώματα συνῆγον.

Ἀπουεία. ἡ ἐξ ἀνίσου γάμου σπορά, ἀπὸ δούλης, ἢ δούλου γενομένη.

Ἀπουράσαντας. [3]Πολύβιος· Τότε μὲν εἰς τὴν Μυνδίαν ἀπουράσαντας καθορμισθῆναι μὴ χρωμένους οὐρίῳ πνεύματι.

Ἀπουσιάσει. Ὁ δὲ εἰς τὴν αὐτοῦ θυγατέρα ἀπουσιάσει. τῆς οὐσίας μέρος δώσει.

Ἀποφαντικός. σημαίνει κυρίως τὸν ἐκφαίνοντά τι νόημα, εἴτε διὰ καταφάσεως, εἴτε δι' ἀποφάσεως. [4]σημαίνει δὲ ἰδικῶς καὶ τὸν μὴ συγκατατιθέμενον.

Ἀποφαντόν. ἢ καταφαντόν. ἔστιν ἐν τῷ Ἀξίωμα.

Ἀπόφασις. Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Φαίνιππον τὸ ἀποφαίνειν διὰ γραμμάτων κατὰ μέρος ὁπόσην οὐσίαν ἔχει, [5]ὅπερ ἐν ταῖς ἀντιδόσεσι μάλιστα γίνεται. καλεῖται δὲ αὐτὸ καὶ ἀπογραφή.

Ἀποφάσκει. ἀπαγορεύει. ἢ ἀποφαντικῶς λέγει τι.

Ἀποφαίνει. φανεροποιεῖ. Ἀποφένει δὲ, διὰ τοῦ ε ψιλοῦ, ἀντὶ τοῦ φονεύει.

Ἀποφέρειν. ἀποδιδόναι. Ἀριστοφάνης· Καὶ ταῦτ' ἀποφέρειν πάντα, κοὐκ ἀποστερεῖν τὰ δεδανεισμένα.

Ἀποφεύγειν. αἰτιατικῇ. καὶ Ἀποφυγγάνειν. ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους Δημοσθένης.

Ἀποφηλικίζει. βιάζεται. ἀπὸ τῶν ὠμὰ σῦκα τρωγόντων καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα μετῆκται.

Ἀπόφημι. ἀποφαίνομαι. καὶ Ἀποφῆναι, ἀποδεῖξαι.

Ἀπόφημον. δύσφημον. Ἡ γλῶττα ἡ ἀπαίδευτος καὶ ἀμαθὴς τῇ τε ἄλλῃ καὶ ταύτῃ ἐπίσπαστα πλημμελεῖται, καὶ μέν τοι καὶ ἐς τὸ ἀπόφημόν τε καὶ βλάσφημον καταλισθαίνει.

Ἀποφθεγγόμενος. μαντευόμενος.

Ἀποφθίμενον. ἀποθανόντα.

[6]Δέξαι μ' ἀποφθίμενον τὸν κύνα Διογένη.

καὶ Ἀποφθίσειν. ἀνελεῖν. θανατῶσαι. [7]Τεῦκρός φησι πρὸς τὸν νεκρὸν τοῦ Αἴαντος·

--- Εἶδες, ὡς χρόνῳ
Ἔμελλε σ' Ἕκτωρ καὶ θανὼν ἀποφθίσειν;

Ἀπολυμπάνισον. Crudeliter interfice. Vide in v. Τυμπανίζεσθαι.

Ἀπ' οὐαλοῦ ἄγγ. *Nuntius infaustus & tristis veniat.* Apud Callimachum.

Ἀπουργοὶ γωνίαι. Anguli viles, sive loca vilia, in quæ purgamenta sordesque converrebant.

Ἀπουεία. Ex inæqualibus nuptiis, ex serva, vel servo, procreata soboles.

Ἀπουράσαντας. Adverso vento usos. Polybius: *Tunc quidem in Myndiam adverso vento delatos fuisse.*

Ἀπουσιάσει. Bonorum suorum partem dabit. *Filiæ ejus bonorum suorum partem dabit.*

Ἀποφαντικός. Proprie significat eum, qui, sive affirmans, sive negans, aliquid enuntiat. Speciatim vero eum, qui aliquid negat.

Ἀποφαντὸν, & καταφαντόν. De utroque vide supra v. Ἀξίωμα.

Ἀπόφασις. Demosthenes in oratione contra Phænippum sic vocat descriptionem bonorum, qua particulatim indicatur, quantum quis in bonis habeat: id quod in permutationibus locum maxime habebat. Idem etiam vocatur ἀπογραφή.

Ἀποφάσκει. Interdicit. Vel, enuntiat aliquid.

Ἀποφαίνει. Declarat. Manifestum facit. Ἀποφένει vero, per ε, occidit.

Ἀποφέρειν. Reddere. Aristophanes: *Et hæc reddere omnia, nec fraudare creditores.*

Ἀποφεύγειν, & Ἀποφυγγάνειν. Fugere. Aufugere. Demosthenes in oratione contra Aristocratem.

Ἀποφηλικίζει. Vim infert. Cogit. Ab illis, qui crudas ficus edunt, etiam ad alia trãsfertur.

Ἀπόφημι. Declaro. Pronuntio. Et Ἀποφῆναι. Demonstrasse. Declarasse.

Ἀπόφημον. Quod est mali ominis. *Lingua indocta & rudis tum alia peccat, tum etiam verba abominanda & maledicta sæpe profert.*

Ἀποφθεγγόμενος. Vaticinans. Oraculum edens.

Ἀποφθίμενον. Mortuum. *Suscipe mortuum me Canem Diogenem.* Et Ἀποφθίσειν. Necare. Occidere. Teucer Ajacis cadaver alloquens dicit:

--- *Vides, ut tandem*
*Hector, vel mortuus, te perditurus erat.*

1 Ἀχλιῶς] Sic habent omnes Editiones. At in Codice Vaticano, ut Pearsonius monuit, scriptum est νηλιῶς; quæ vera est lectio.

2 Ἀπουργοὶ γωνίαι. εὐτελ.] Eadem habet Hesychius.

3 Πολύβιος· Τότε μὲν εἰς τὴν Μυνδ.] Fragmentum hoc Polybii legitur in Collectaneis Constant. a Valesio editis, pag. 73.

4 Σημαίνει δὲ ἰδικῶς καὶ τὸν μὴ συγ.] Recte monuit Portus, confundi hic a Suida τὸ ἀποφαντικὸς cum ἀποφατικός. Posteriori enim vocabulo significatio ea quadrat, quam Suidas priori tribuit.

5 Ὅπερ ἐν ταῖς ἀντιδόσεσι μάλιστα γίν.] Ut hæc recte intelligantur, sciendum est, Athenis olim viros trecentos ex ditioribus selectos fuisse, qui Trierarchiæ munus obirent. Inter hos si quis esset, qui sumptibus λειτουργίας illius ferendis par amplius non esset, ei classe illa excedere licebat, si quem inter reliquos cives se locupletiorem ostendisset. Quod si ergo is, qui designabatur, se ditiorem esse fateretur, in trecentos alterius loco referebatur: sin negaret, facultates inter se permutabant, postquam sincere & bona fide professi fuissent, quantum in bonis haberent. Permutatio illa dicebatur ἀντίδοσις: professio vero & descriptio bonorum ἀπόφασις & ἀπογραφή, ut Suidas hoc loco docet.

6 Δέξαι μ' ἀποφθίμενον τὸν κύνα Διογ.] Supple & emenda ex Anthol. lib. III. cap. XXXIII. pag. 420.

Δέξαι μ', εἰ καί σοι μέγα βέβριθεν ὀκρυόεσσα
Βᾶρις ἀποφθιμένων, τὸν κύνα Διογένη.

*Quamvis tristis tua cymba mortuis onusta sit, suscipe me Canem Diogenem.* Alloquitur Charontem.

7 Τεῦκρός φησι πρὸς τὸν νεκρ.] Apud Sophoclem in *Ajace* pag. 59. ut Portus monuit.

Ἀπο-

Ἀποφλαυρίζοντες.[1] ἐπιλωθάζοντες. ἐξευτελίζοντες. ἢ ὡς πονηρὸν ἀποστρεφόμενοι. ἀεὶ γὰρ τὸ Φλαῦρον ἐπὶ τοῦ πονηροῦ τάττεται. καὶ Ἀπεφλαύριζεν, ἐχλεύαζεν. Ὁ δὲ τούτοις ἀντέπραττε, καὶ ἀπεφλαύριζε τὰ λεγόμενα.

Ἀποφορᾶν.[2] ἀντὶ τοῦ ἀπενεγκεῖν, καὶ διάστημα ποιῆσαι μεταξύ. οὕτως Ἰσαῖος. [3] καὶ Ἀποφορὴ παρὰ Ἡροδότῳ, ἡ τελουμένη παρὰ τῶν δούλων τοῖς δεσπόταις.

Ἀποφορτίσασθαι. ἀποβαλεῖν φορτίον.

Ἀποφώλιοι. ξένοι. οἱ φυλὴν μὴ νέμοντες. οὕτως Αἰσχύλος. ἢ [4] ἀπαίδευτοι. Φωλεοὶ γὰρ τὰ παιδευτήρια, ὡς φασιν οἱ Ἴωνες.

Ἀποφράδες ἡμέραι. ἐν αἷς τοῖς κατοιχομένοις χοὰς ἐπιφέρουσιν. ἢ αἱ πρὸς πράξεις ἀνεπιτήδειοι. Ἀππιανός· [5] Μέγα τοῦτο Ῥωμαίοις πάθος ἐγένετο, καὶ πλήθους ἕνεκα, καὶ ἀξιώματος εὐγενοῦς οἴκου, καὶ πανωλεθρίας. καὶ τὴν ἡμέραν ἀποφράδα τίθενται. Ἢ Ἀποφράδες, μιαραὶ ἡμέραι, μάλιστα ἐν αἷς τὰ ἐναγίσματα.

Ἀποφοιβάζων. ἀποκαθαίρων. ἢ χρησμῳδῶν. μαντευόμενος.

Ἀποφοιτᾶν. ἀποπηδᾶν. ἀναχωρεῖν.

Ἀποφυσήσας τὴν σποδὸν τῶν ἐν κριβάνῳ ὀπτημένων. Σφηξὶν [6] Ἀριστοφάνης

Κἄπειτ' ἀνελών μ' ἀποφυσήσας,
Εἰς ὀξάλμην ἔμβαλε θερμήν.

Ἀποχετεύονται. μεταφέρονται.

Ἀποχειροβίων. τῶν ἐκ χειρῶν ζώντων, καὶ ταῖς τέχναις προσκαθημένων.

Ἀποχειροτονηθῆναι. γενικῇ. ἀπογραφῆναι. ἀποδοκιμασθῆναι. [7] Ἀριστοφάνης

Σπονδὰς φέρουσα τῇ πόλει κίστην πλέαν
Ἀποχειροτονηθῆναι τρὶς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.

Ἐπὶ [8] Κλεωνύμου γὰρ πρεσβευσαμένων Λακεδαιμονίων, ἐστασίασαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀντειπόντος Κλέωνος. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ [9] Φιλιππικὸς ἀποχειροτονεῖται παραυτίκα, καὶ Κομεντίολον ὁ βασιλεὺς στρατηγὸν ἀνίστησιν.

Ἀποχώρησις. ἀντὶ τοῦ ἀποστροφή.

Ἀποχρᾶν. ἐξαρκεῖν. Ἡρόδοτος. καὶ Ἀποχρῶν, ἐξαρκῶν. Τοῖς τε ἄλλοις ἐπάρας, καὶ ὅτι ἀποχρῶν ἔσται τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ὠνεῖσθαι τὰ ἐπιτήδεια τῆς ξυμβαινούσης τιμῆς. καὶ Ἀποχρώσης. ἀρκούσης.

Ἀπόχρη. δοτικῇ. ἀρκεῖ.

Ἀποχρησάμενος. Τῶν [10] βαρβάρων ἐξαίτησιν

Ἀποφλαυρίζοντες. Deridentes. Contemnentes. Vel, ut malum aversantes. Τὸ Φλαῦρον enim semper malum significat. Et Ἀπεφλαύριζε, contemnebat, vituperabat. *Ille vero his adversabatur, & contemnebat ea quæ dicebantur.*

Ἀποφορᾶν. Pensionem per certa temporum intervalla solvere. Sic Isæus. Et Ἀποφορὴ apud Herodotum vocatur merces, quæ dominis a servis penditur.

Ἀποφορτίσασθαι. Onus abjicere. Exonerare.

Ἀποφώλιοι. Peregrini. Qui nullius sunt tribus. Sic Æschylus. Vel, indocti. Φωλεοὶ enim ab Ionibus vocantur Scholæ, in quibus adolescentes instituuntur.

Ἀποφράδες ἡμέραι. Dies, quibus defunctis inferiæ fiunt. Vel, dies inauspicati & atri. Appianus: *Magna hæc Romanis clades fuit, tam propter [cæsorum] multitudinem, quam dignitatem nobilis familiæ, ejusque internecionem. Quare dies ille ater habitus est.* Ἀποφράδες ἡμέραι dicuntur dies inauspicati & inominales: præcipue vero illi, quibus mortuis libatur.

Ἀποφοιβάζων. Purgans. Lustrans. Vel, oraculum edens. Vaticinans.

Ἀποφοιτᾶν. Resilire. Recedere.

Ἀποφυσήσας τὴν σπ. *Cum cinerem [a piscibus] in clibano assatis flatu disjeceris.* Aristophanes *Vespis*: *Deinde accipe me, &, postquam flatu dissipaveris cinerem, quo obsitus sum, injice me in calidam oxalmen.*

Ἀποχετεύονται. Per canales in alium locum derivantur.

Ἀποχειροβίων. Illorum, qui manibus victum sibi quærunt, & artes sellularias exercent.

Ἀποχειροτονηθῆναι. Genitivo jungitur. Suffragiis rejici. Aristophanes: *Ferentem civitati cistam fœderum plenam ter in concione rejectam fuisse.* Tempore enim Cleonymi, cum Lacedæmonii legatos misissent, inter Athenienses, contradicente Cleone, ortum est dissidium. Et iterum: *Philippico vero confestim imperium abrogatur, & Comantiolus a Rege dux creatur.*

Ἀποχώρησις. Discessus. Abitus.

Ἀποχρᾶν. Sufficere. Herodotus. Et Ἀποχρῶν. Sufficiens. *Cum & aliis rationibus animos ipsis addidisset, dixissetque, se effecturum, ut milites sui res ad victum necessarias æquo semper pretio emere possent.* Et Ἀποχρώσης, sufficientis.

Ἀπόχρη. Dativo jungitur. Sufficit. Satis est.

Ἀποχρησάμενος. Abutens. *Cum autem Go-*

1 Ἀποφλαυρίζοντες. ἐπιτωθ.] Vide supra v. Ἀπεφλαύριζεν.

2 Ἀποφορᾶν. ἀντὶ τ.] Apud Harpocrationem, ex quo Suidas, legitur Ἀποφορὰν. ἀντὶ τ. Vide ibi Maussacum, quem locus hic non parum torsit.

3 Καὶ ἀποφορὴ παρὰ Ἡροδότῳ, ἡ τλ.] Significationem hujus vocis pluribus exemplis erudite illustrat Valesius in Notas Maussaci ad Harpocrationem h. v. quem vide.

4 Ἢ ἀπαίδευτοι. Φωλεοὶ γὰρ τὰ παιδ.] Vide Eustath. ad Odyss. E. pag. 1529.

5 Μέγα τοῦτο Ῥωμαίοις π.] Fragmentum hoc Appiani, quod repetitur infra v. Ἐλεεινός, ad historiam de cæde Fabiorum referendam esse ex vestigiis sensus apparet.

6 Σφηξὶν Ἀριστοφάνης] Pag. 451. (322. Ed. Bas. P.)

7 Ἀριστοφάνης] *Pace.* pag. 671. (459. Ed. Bas. P.)

8 Κλεωνύμου] Sic habet unus MS. Paris. itemque codex Vaticanus, teste Pearsonio. In prioribus vero Edit. minus recte legitur Κλεινίου.

9 Ὁ δὲ Φιλιππικὸς ἀποχειροτ. παρ. καὶ Κομ. ὁ βασ. στρατ. ἀν.] Hæc sunt verba Theophylacti Simocattæ lib. III. cap. V. in fine, & cap. VI. initio, ut Pearsonius quoque observavit.

10 Τῶν βαρβάρων ἐξαίτησιν σπουδῶν π.] Fragmentum hoc Fulv. Ursinus & Casaubonus Polybio tribuunt, cum sit Joannis Antiocheni, ut patet ex Collectaneis Constantini a Valesio editis, pag. 836. ubi idem locus exstat.

σπονδῶν ποιησαμένων, ἐν μεγάλοις, οὐκ ἀποχρησάμενος τοῖς προτερήμασι, μεγίστην παρὰ τοῖς βαρβάροις δικαιοσύνης ἀπέλιπε δόξαν. ἀντὶ τοῦ, οὐ καταπαρθείς. Καὶ αὖθις· [1] Οἱ δὲ περὶ Πόπλιον ἠπείγοντο σπεύδοντες συνάψαι καὶ συναποχρήσασθαι ταῖς τῶν βαρβάρων ὁρμαῖς.

Ἀποχρώντως. αὐτάρκως. ἱκανῶς. Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς·

> Ἀλλὰ στεφάνωσαι.. καὶ γὰρ ἡλικίαν ἔχεις
> Ἀποχρῶσαν ἤδη. ———

Ὁ δὲ ἦν δεινὸς ἀνὴρ, καὶ παιδείας ἀποχρώντως ἔχων.

Ἀποψηφίζω. γενικῇ. Ἀλλὰ νομίζεις ἡμᾶς ἀποψηφιεῖσθαί σου.

Ἀποψηφίζονται. [2] Δείναρχος ἐν τῷ κατ' Ἀρχεστράτου. ἀντὶ τοῦ καταδικάζουσιν αὐτὸν μὴ εἶναι πολίτην. καὶ τὸ πρᾶγμα δὲ Δημοσθένης Ἀποψήφισιν καλεῖ.

Ἀποψηφισθέντα. [3] Εἴ τις ξένος ἔδοξεν εἶναι, καὶ οὐ πολίτης, τοῦτον ἐν ταῖς διαψηφίσεσι τῶν δήμων ἀπεψηφίζοντο οἱ δημόται, καὶ ἐλέγετο ἀπεψηφισμένος. εἶτα εἰσήγετο εἰς τὸ δικαστήριον, καὶ ἐκρίνετο ξενίας, καὶ εἰ μὲν ἑάλω, ἐπιπράσκετο ὡς ξένος· εἰ δὲ ἐκράτει, ἀνελαμβάνετο εἰς τὴν πολιτείαν. οὕτως Δημοσθένης. Τίς γὰρ ὑμῶν οὐκ οἶδεν ἀποψηφισθέντα Ἀντιφῶντα; ζήτει ἐν τῷ Διαψήφισις.

Ἀποψοφεῖν. τὸ πέρδεσθαι. εὐσχημόνως λέγων. εὐσχημονέστερον δὲ, διαπνεῖν, καὶ ἀποπνεῖν.

Ἀποψώμενον. καὶ Ἀποψώμεθα. καθαιρόμενον τὴν πυγήν. [4] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

> Ἀποψώμεθα δ' οὐ λίθοις ἔτι
> Ἀλλὰ σκοροδίοις. ———

τουτέστι τοῖς τῶν σκορόδων φύλλοις.

Ἀποψύχειν. τὸ ἀποθνήσκειν. ἐν πρώτῃ Θουκυδίδης. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ξηραίνειν. ὡς τὸ, Ἀποψύχειν ἐν τῷ κλιβάνῳ λίνα τὰ ὑγρανθέντα.

Ἀπώγωνες. οἱ μὴ ἔχοντες πώγωνα.

Ἀπῳδὸν μέλος. τὸ μὴ ἀρέσκον. τὸ τῆς ᾠδῆς ἀλλότριον. καὶ Ἀπῳδὸς, ὁ κακόηχος. ὁ ἀπὸ τῆς ᾠδῆς.

Ἄπωθεν. χωρὶς, ἢ πόῤῥωθεν. Ῥουφῖνος δὲ οἱ μεταξὺ ἐπανιοῦσιν ἐνέτυχε, πόλεως Νισίβιδος οὐ μακρὰν ἄπωθεν.

Ἀπώθησαν. ἐξέβαλον.

Ἀπώθητον. τὸ ἐξωθούμενον. καὶ Ἀπώθου, περισπωμένως, ἀντὶ τοῦ ὤθησον. Ἀπόθου δὲ, ἀντὶ τοῦ ἀπόβαλε, διὰ τοῦ ο μικροῦ.

Ἀπώλεσας [5] τὸν οἶνον, ἐπιχέας ὕδωρ. ἐπὶ τῶν τὰ καλῶς πρότερον γενόμενα ὕστερον μικροῦ τινος ἕνεκεν κακοῦ ἀναιρούντων. ἢ ἐπὶ τῶν ἃ χαρίζονται διαλύ-

*thi supplices pacem peterent, eam ipsis concessit, nec victoria insolenter usus est. Quam ob causam maximam justitiæ gloriam apud Barbaros reliquit.* Hic τὸ ἀποχρησάμενος significat elatus. Et iterum: *Publius vero festinabat, ut prælium cum hoste committeret, & integro animorum impetu uteretur.*

Ἀποχρώντως. Sufficienter. Satis. Aristophanes *Tagenistis: Sed caput corona. Ætas enim tua satis matura est.* † *Ille vero erat vir strenuus, nec ineruditus.*

Ἀποψηφίζω. Genitivo jungitur. Suffragiis absolvo. *An existimas nos te absoluturos esse?*

Ἀποψηφίζονται. Sententiam ferunt, cum non esse civem. Dinarchus in oratione contra Archestratum. Et Demosthenes rem ipsam Ἀποψήφισιν vocat.

Ἀποψηφισθέντα. Si quis peregrinus & non civis esse videretur, cum populares latis suffragiis ex civium albo expungendum censebant: isque dicebatur ἀπεψηφισμένος. Postea in judicium introductus peregrinitatis accusabatur; &, si convictus fuisset, ut peregrinus vendebatur: sin vicisset, in civitatem recipiebatur. Sic Demosthenes: *Quis enim vestrum non novit, Antiphontem a popularibus peregrinitatis damnatum fuisse.* Quære in v. Διαψήφισις.

Ἀποψοφεῖν. Sic honeste *pedere* vocatur. Honestius vero est διαπνεῖν & ἀποπνεῖν.

Ἀποψώμενον. Abstergentem. Et Ἀποψώμεθα, nates abstergimus. Aristophanes *Pluto: Nates non amplius abstergimus lapidibus, sed alliorum foliis.*

Ἀποψύχειν. Animam efflare. Mori. Thucydides libro primo. Significat etiam siccare. Ut, *In furno lina humida siccare.*

Ἀπώγωνες. Imberbes.

Ἀπῳδὸν μέλος. Carmen ingratum, nec auribus placens. Quod cantum habet insuavem. Et Ἀπῳδὸς, qui ingratum sonum edit. A cantu alienus.

Ἄπωθεν. Seorsum. Procul. *Ruffinus vero inter redeundum non procul ab urbe Nisibide ei occurrit.*

Ἀπώθησαν. Ejecerunt. Expulerunt.

Ἀπώθητον. Quod expellitur. Et Ἀπωθοῦ cum circumflexo, pro ὤθησον, pelle, trude. Ἀπόθου vero, per ο, depone, abjice.

Ἀπώλεσας τὸν οἶνον, ἐπιχ. *Perdidisti vinum aqua infusa.* Dicitur in eos, qui, quæ recte antea fecerant, ob parvum aliquod malum

1 Οἱ δὲ περὶ Πόπλιον ἠπείγοντο κ.τ.λ.] Hæc stilum Polybii redolent. Vide eum lib. I. cap. XLV

2 Ἀποψηφίζονται. Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Ἀρχ.] Ex Harpocratione.

3 Ἀποψηφισθέντα. Εἴ τις ξένος κ.τ.λ.] Vide supra v. Ἀποψηφίσασθαι, & infra v. Διαψήφισις: itemque Petit. de *Leg. Attic.* pag. 134.

‡

4 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 82. (41. Ed. Bas. *P.*)

5 Ἀπώλεσας τὸν οἶνον. ἐπιχ.] Vide Gatakerum in Miscell. Posthum. cap. V. pag. 452.

ταῖ

των καὶ μὴ ἀκέραια παρεχομένων. αὕτη δὲ ἡ παροιμία γέγονεν ἐκ τοῦ Ἀριςίου Κύκλωπος, ὥς φησι Χαμαιλέων ἐν τῷ περὶ Σατύρων.

Ἀπωλθύνων. ἄνευ [1] πώλων. Τὰ τέκνα αὐτῶν ἀθροίσαντες εἰς τινα ἅλω, καὶ ἵππους ἀγέλην ἐπελάσαντες ἀπωλθύνων, μάλα ἀνοίκτως ἀλοῶντες διέφθειραν.

Ἀπώλεια. ἡ διαφθορά.

Ἀπώμοτον. ἀπηγορευμένον. φευκτόν. ἔξω ὅρκου γενόμενον, καὶ ἀποίητον.

Τί δ' ἐςτ' Ἀθηναίοισι πρᾶγμ' ἀπώμοτον;

Εὔπολις ἐν ταῖς Πόλεσι. καὶ Ἀπώμοτον. ἀπὸ ὠμότητος μὴ γίνεσθαι, καὶ ἐξόμνυσθαι.

Ἀπ' ὤμοιιν. ἀπὸ τῶν ὤμων.

Ἀπώνατο. εὐηργετεῖτο. ὠφελεῖτο. [2] Ἀγαθίας· Ἀπώνατο οὖν τῆς προπετείας οὐκ ἐν καλῷ. περὶ Θευδιβέρτου λέγων τοῦ Φράγγων βασιλέως. καὶ Ἀπώνητο. ὠφελείας ἔτυχεν, ἀπήλαυσεν, ὠφελήθη. Αἰλιανός. Οὐ μὴν [3] ἀπώνητο οὐδὲν, ἀλλὰ ἐξέζεσε ζώοις κακοῖς θηρίοις· οἱ μὲν, εὐλαῖς· οἱ δὲ, ὅτι οὐ ταύταις, φθειρσί γε μήν.

Ἄπωσον. τὸ δίωξον. ὤθησον. καὶ Ἀπῶσμαι.

Ἀπωςός. ἐκδεδιωγμένος. καὶ Ἀπωςόν. τὸ ἀπωθητόν.

Ἀπωτέρω. πόῤῥω. μακράν.

Ὑπὲρ [4] γὰρ οὐχὶ τῶν ἀπωτέρω φίλων,
Ἀλλ' αὐτὸς αὑτοῦ τοῦτ' ἀποσκεδῶ μύσος.
Ὅς τις γὰρ ἦν ἐκεῖνον ὁ κτανὼν, τάχ' ἂν
Κἄμ' ἂν τοιαύτῃ χειρὶ τιμωρεῖν θέλοι.

τουτέστιν, οὐ μόνον ὑπὲρ τοῦ ἀνῃρημένου βασιλέως ἄξιον ποιήσασθαι τὴν ἀναζήτησιν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ ἐμοῦ. ὁ γὰρ ἐκείνῳ ἐπιχειρήσας, ἴσως κἀμοὶ ἐπιβουλεύσει. καὶ Ἀπώτερος. ὁ μακρότερος.

Ἀπωςός. ἐκδεδιωγμένος. [5] Σοφοκλῆς·

Τέλος δ' ἀπωςὸς γῆς ἀποῤῥιφθήσομαι,
Δοῦλος λόγοισιν ἀντ' ἐλευθέρου φανείς.

Τεῦκρός φησιν Αἴαντος ἀναιρεθέντος. Καὶ αὖθις· Ἀπωςὸς πρότερον ὑπὸ Θησέως ἐξ Ἀθηνῶν γενόμενος. καὶ Ἀπωςὸν, τὸ ἀπωθητόν.

Ἀπραγμάτευτον.[6] ἀνεπινόητον. Δείσαντες οὖν τὸ ἀπραγμάτευτον, λυπρᾶς οὔσης αὐτῶν τῆς γῆς, καὶ πάσης ἀθρόον ἀγορᾶς διακλεισθέντες ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ ἐκινδύνευον διαφθαρῆναι.

Ἀπραγμόνως. ἐλευθέρως. ἄνευ τινὸς ἐξετάσεως. Ἰάμβλιχος· Εἶτα ἐάσατε οὕτως ἀπραγμόνως ἀποθανεῖν.

irrita reddunt. Vel in eos, qui, quæ aliis donant, adulterant, nec sincera præbent. Hoc proverbium depromptum est ex Aristiæ *Cyclope*, ut ait Chamæleon *de Satyris*.

Ἀπωλθύνων. Pullis carentium. [Indomitorum.] *Liberos illorum in aream quandam congregatos, & ab equis indomitis, quos immiserant, conculcatos, crudeliter necarunt.*

Ἀπώλεια. Perditio. Pernicies.

Ἀπώμοτον. Quod quis jurejurando negavit se facturum esse. Fugiendum. Quod præter jusjurandum fit. *Quid est quod non Athenienses vel jurati negent se facturos esse?* Eupolis *Urbibus*. Et Ἀπώμοτον. * * *

Ἀπ' ὤμοιιν. Ab humeris.

Ἀπώνατο. Fructum percepit. Utilitatem percepit. Agathias: *Malum igitur temeritatis suæ fructum percepit.* Loquitur de Theodiberto Francorum Rege. Et Ἀπώνητο, utilitatem vel commodum ex aliqua re consecutus est. Fructum percepit. Ælianus: *Nullum tamen commodum inde consecutus est: sed vivus malis animalculis scatuit; quæ alii quidem vermes, alii vero pediculos fuisse ajunt.*

Ἄπωσον. Pelle. Repelle. Persequere. Et Ἀπῶσμαι. Pulsus, repulsus sum.

Ἀπωςός. Pulsus. Repulsus. Et Ἀπωςόν. Pulsum. Repulsum.

Ἀπωτέρω. Longe. Procul. [Sophocles:] *Non enim amicorum procul dissitorum, sed mei ipsius gratia hoc scelus ulciscar. Quisquis enim fuit, qui illum interfecit, fortasse me quoque eadem manu occidere volet.* Id est, non solum Regis occisi gratia inquisitionem fieri oportet: sed etiam mei ipsius causa. Qui enim illi manus intulit, fortasse mihi quoque insidiabitur. Et Ἀπώτερος. Remotior.

Ἀπωςός. Expulsus. Sophocles: *Tandemu ero domo expulsus contemptui omnibus ero, ex libero verbis [domini] servus factus.* Hæc Teucer inquit Ajace occiso. Et iterum: *Prius a Theseo Athenis pulsus.* Et Ἀπωςόν. Pulsum. Expulsum.

Ἀπραγμάτευτον. Non curiose excogitatum. Vel, non exquisita arte elaboratum, nec magno labore paratum. [Item, negotiatione carens.] *Metuentes igitur, ne negotiatione privarentur, cum terra ipsorum parum esset fœcunda, omni commeatu repente interclusi, parum abfuit, quin omnes perirent.*

Ἀπραγμόνως. Libere. Sine inquisitione. Iamblichus: *Deinde sinite eum sic sine molestia mori.*

1 Ἀνεὺ πώλων] Hæc interpretatio falsa est, quippe quæ voci ἄπωλος, non vero ἀπωλθύνης convenit. Quid autem ἀπωλθύνης significet, vulgata Lexica docent.

2 Ἀγαθίας] Lib. 1. pag. 15.

3 Οὐ μὴν ἀπώνητο οὐδ.] Vide infra v. Εὐλαί.

4 Ὑπὲρ γὰρ οὐχὶ τῶν ἀπωτ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Sophoclis in *Oedip. Tyran.* pag. 155. ut Portus monuit.

5 Σοφοκλῆς] In *Ajace* pag. 58. ut Portus observavit.

6 Ἀπραγμάτευτον] Ἀπραγμάτευτον significat quod non magno labore paratum est, quo sensu vocabulum illud capitur a Gregor. Nazianz. p. 320. lin. ult. ubi convivium non magno labore paratum & instructum ἀπραγμάτευτον πανδαισίαν vocat. In exemplo vero, quod Suidas hic subjungit, aliam habet significationem, ut Lector ex versione nostra discere poterit.

Ἀπραγ-

Ἀπραγμοσύνη. ἡ καταφρόνησις. ἡ ἀμέλεια. [1] Ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς ἄδικον αὐτῶν ἀπεκάλει τὴν ἐς Κουτριγούρους ἀπραγμοσύνην. καὶ Ἀπραγμοσύνη, εἶδος ἄνθους. [2] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Μίλακος ὄζων καὶ ἀπραγμοσύνης. ἀντὶ τοῦ, πάσης εὐωδίας ὄζων καὶ ἀσφαλείας. ἢ οὐ πολυπραγμονῶν. οἱ δὲ, ὅτι ἀπραγμοσύνη φυτὸν ἐν Ἀκαδημίᾳ φυόμενον.

Ἀπράγμων. ἄπονος. [3] Ἀπράγμονας δεῖ εἶναι τοὺς σπουδαίους, ἐκκλίνειν τε τὸ πράττειν τι παρὰ τὸ καθῆκον. καὶ οἰνωθήσεσθαι μὲν, οὐ μεθυσθήσεσθαι δέ. ἔτι οὐδὲ μανήσεσθαι. [4] προσπεσεῖσθαι μέν τοι αὐτῷ φαντασίας ἀλλοκότους διὰ μελαγχολίαν, ἢ λήρησιν, οὐ κατὰ τὸν τῶν αἱρετῶν λόγον, ἀλλὰ παρὰ φύσιν. Ἀπράγμων ὢν, ἐπιεικὴς, μέτριος τοὺς τρόπους, οἷον οὐ φιλόνεικος, ἢ φιλοπράγμων, ἢ ἀνειμένος, ἢ μωρός.

Ἀπραγούντων. μηδὲν ἐνεργούντων. [5] Καὶ τὴν ἡσυχίαν ἀναγκαζομένων ἄγειν, ἀλλὰ καινοτομήσειν τι πάλιν κατ' ἐκείνων.

Ἄπρακτα. ἀνεκδίκητα. ἀτιμώρητα. [6] Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐχ οἷά τε εἶναι ἄπρακτα γενέσθαι, ἐπείπερ οἱ Θεοὶ ἀτιμώρητα αὐτὰ περιεῖδον ἐκ σφῶν γενόμενα.

Ἀπραΐδευτοι. τουτέστιν, ἀζημίωτοι.

Ἀπριάτην. ἄνευ πράσεως.

Ἀπρίξ. [7] ὅλῃ δυνάμει. ἰσχυρῶς. ἀσφαλῶς. Ἀπρὶξ προσπεφυκὸς, ὃ [8] οὐχ οἷόν τε πεῖσαι διὰ τὴν σύμφυσιν.

Ἀπροβούλευτον. [9] τὸ μὴ πρότερον εἰς τὴν βουλὴν, ἀλλ' εὐθὺς εἰς τὸν δῆμον εἰσαχθὲν ψήφισμα. οὕτω Δημοσθένης.

Ἀπροθέτως. ἄνευ προθέσεως. [10] Πολύβιος· Τὰ μὲν οὖν ἀπροθέτως ἐν τοῖς πολεμικοῖς συμβαίνοντα, πράξεις μὲν οὐδαμῶς ἁρμόζει λέγειν, περιπετείας δὲ καὶ συγκυρήσεις μᾶλλον.

Ἀπροΐδής. ἀπρόοπτος.

Αἴδος [11] ἀπροΐδὴς ἀμφεκάλυψε μυχός.

λέγεται δὲ καὶ Ἀπροΐδὴς, ὁ ἀπρόοπτος. ἐν [12] Ἐπιγράμματι·

Ἀγρονόμῳ δ' ἀγόρευσα, καὶ ἔδρακεν· ἀπροΐδὴς δὲ
Ἐγκέφαλον πλήξας ἐξεκύλισε λίθῳ.

Ἀπροΐτος. ὁ τῆς οἰκίας μὴ ἐξερχόμενος.

Ἀπροόπτως. ἀπροοράτως. ἀπροσδοκήτως. Οἱ δὲ κατάσκοποι ὑπὸ τοῦ ἀπροόπτου ἁλίσκονται.

Ἀπραγμοσύνη. [Negotiorum] contemptus. Negligentia. Desidia. *Justinianus vero eos injuste facere dixit, quod Cutriguris nihil negotii facessерent.* Item Ἀπραγμοσύνη, floris genus. Aristophanes *Nubibus: Smilacem redolens & apragmosynen.* Id est, omnem odorum suavitatem ac vitæ securitatem redolens. Vel, non curiosus, nec aliena negotia curans. Alii vero dicunt, ἀπραγμοσύνην esse plantam, in Academia nascentem.

Ἀπράγμων. A negotiis alienus. Negotiorum non amans. [*Stoici dicunt,*] *viros bonos a negotiis alienos esse, & cavere, ne quid præter officium faciant. Eosdem vinum quidem ad hilaritatem bibere, non autem inebriari. Nunquam item sanitate mentis excidere. Objici tamen illis aliquando visa absurda propter furorem, vel delirationem, non quidem ex rerum expetendarum ratione, sed præter naturam.* Ἀπράγμων igitur est modestus, non contentiosus, nec curiosus, aut deses, aut fatuus.

Ἀπραγούντων. Nihil agentium. Otiosorum. *Si* [*Carthaginenses otiosi sederent,*] *& quiescere cogerentur,* [*Gallos*] *aliquid novi contra eos molituros esse.*

Ἄπρακτα. Inulta. Impunita. *Sed hæc quidem non posse inulta præteriri, quia Dii hæc ab ipsis profecta siverint impunita.*

Ἀπραΐδευτοι. A damno immunes.

Ἀπριάτην. Absque pretio.

Ἀπρίξ. Totis viribus. Enixe. Firmiter. Ἀπρὶξ προσπεφυκὸς dicitur res, quæ alteri tam firmiter adhæret, ut eam inde separare nequeas.

Ἀπροβούλευτον ψήφισμα. Decretum, quod non ante ad Senatum, sed statim ad populum est relatum. Sic Demosthenes.

Ἀπροθέτως. Sine proposito. Sine certo consilio. Polybius: *Quæ enim in rebus bellicis sine proposito accidunt, ea non res gestas appellare convenit, sed casus potius & eventus fortuitos.*

Ἀπροΐδής. Improvisus. Non prævisus. *Te improvisa rapuit mors.* Et [iterum] in Epigrammate: *Pastori vero indicavi: qui cum id vidisset improviso lapidis ictu cerebrum ejus comminuit.*

Ἀπροΐτος. Qui ex ædibus non egreditur.

Ἀπροόπτως. Ex improviso. Præter expectationem. *Exploratores vero præter expectationem capiuntur.*

1 Ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς ἄδικον αὐτῶν κ.τ.] Hæc sunt verba Procopii lib. IV. *de Bell. Goth.* cap. XVIII.

2 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 181. (110. Ed. Bas. *P.*)

3 Ἀπράγμονας δεῖ εἶναι τοὺς σπ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad ἀλλὰ παρὰ φύσιν, sunt verba Laertii lib. VIII. Segm. CXVIII. ut Pearsonius etiam monuit.

4 Προσπεσεῖσθαι] Priores Edit. male habent προσπεσεῖσθαι, cujus loco προσπεσεῖσθαι ex MSS. Paris. & Laertio reposui.

5 Καὶ τὴν ἡσυχίαν ἀναγκαζ.] Locus hic ex Polybio lib. III. cap. LXX. unde eum Suidas deprompsit, sic supplendus est: Τόν τε τῶν Κελτῶν ἀθεσίαν οὐκ ἠρεμούντων ἐν τῇ πίστει, τῶν Καρχηδονίων ἀπραγούντων. καὶ τὴν ἡσυχίαν &c. i. e. interprete Casaubono: *Et Gallos pro insita levitate, si cessarent Carthaginenses & quiescere cogerentur, novi aliquid molituros, ac rursus ab illis defecturos.*

6 Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐχ οἷά τε εἶναι ἄπρ.] Fragmentum hoc repetitur infra v. Οὐχ οἷα.

7 Ἀπρίξ. ὅλῃ δυνάμει. ἰσχ.] Ex Scholiasta Sophocl. ad *Ajacem* pag. 19. ut Pearsonius etiam observavit.

8 Ὃ οὐχ οἷόν τε πεῖσαι διὰ τὴν σύμφυσιν] Hinc emenda Hesychium, apud quem male legitur, ὃ οὐχ οἷόν τε πεῖσαι κατὰ τὴν σύζευξιν.

9 Ἀπροβούλευτον. τὸ μὴ πρ.] Ex Harpocratione.

10 Πολύβιος] Lib. IX. cap. XI.

11 Αἴδος ἀπροΐδὴς ἀμφ.] Pentameter hic est pars Epigrammatis in cicadam, quod integrum legitur Anthol. lib. III. cap. XXIV. pag. 382.

12 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. VI. cap. VII. Epigr. VII. ut Portus observavit.

Ἀπρόσ-

Ἀπρόσβλητον. γενναῖον. ᾧ οὐδεὶς δύναται προσβαλεῖν. οὐκ ἔχοντα λόγον μεθοδικόν.

Ἀπροσδεής. ὁ μηδενὸς ἐνδεής.

Ἀπροσέλευστος. ἀπροσπέλαστος. ἀδιεξίτητος. Τὸ γὰρ ἐξόπισθεν καὶ ἀπροσέλευστον ἦν διὰ τὸν παραῤῥέοντα ποταμόν.

Ἀπροσήγορος ἄνθρωπος. ὃν οὐχ οἷόν τε προσαγορεῦσαι διὰ τρόπου τραχύτητα.

Ἀπρόσιτος. ἀπροσπέλαστος.

Ἀπρόσιτον.[1] ἀκαταλήπτου διαφέρει. Ἀκατάληπτον γάρ ἐστιν, ὅταν ἐρευνηθὲν καὶ ζητηθὲν μὴ καταληφθῇ παρὰ τῶν ζητούντων αὐτό. Ἀπρόσιτον δέ ἐστιν, ὃ μηδὲ ἐρεύνης ἀνέχεται τὴν ἀρχήν. Ἀκατάληπτον γὰρ πέλαγος καὶ τὸ βάθος. Ἀπρόσιτον δὲ, ὃ μηδὲ τὴν ἀρχὴν δυνατὸν ἐρευνηθῆναι. οἷον περὶ Θεοῦ οὐσίας.

Ἀπρόσκλητον.[2] τὴν οὐ προσκεκλημένην. Ἀπρόσκλιτον δὲ, τὸ ἀπροσπαθές.

Ἀπρόσκοπος.[3] ἀσκανδάλιστος.

Ἀπρόσμαχοι. ἀκαταγώνιστοι. Καὶ Ῥωμαίους ἐν πεδίοις ἀναπεπταμένοις καὶ ἐν τῇ ἐκείνων οἰκείᾳ γῇ αἰσθήσεσθαι, ὅτι οὐκ ἀπρόσμαχοι εἶεν Πάρθοι.

Ἀπρόσωπον. δυσειδές. κακόμορφον. Ὁ δὲ πρὸς τὸ κέρδος ἀπιδὼν, καὶ τυφλώττων πρὸς τὸ εὐσεβές, ἀπρόσωπον μὲν ὅσα ἰδεῖν, μικρὸν δὲ τὸ μέγεθος, λίθου δὲ μὴ κεκριμένης τὸ ἄγαλμα ποιεῖ.

Ἀπροστασίου.[4] εἶδός ἐστι δίκης κατὰ τῶν μὴ νεμόντων προστάτην ἐνοικῶν.[5] καὶ γὰρ ἕκαστος αὐτῶν ᾑρεῖτό τινα τῶν πολιτῶν τὸν προστησόμενον αὐτοῦ περὶ πάντων τῶν ἰδίων καὶ τῶν κοινῶν. ζήτει ἐν τῷ Ἀποστασίου.

Ἀπρόται.[6] Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πυθέου· Ἐμπεπηδηκότων τῶν ῥητόρων ὥσπερ ἀπροτῶν εἰς τὸ ἐμπόριον. Ἔν τισι δὲ, ὥσπερ παρνόπων γέγραπται. Οἱ δὲ πάρνοπες εἶδος ἀκρίδος.

Ἄπροικον. τῇ προσῳδίᾳ ὡς ἄνθρωπον οἱ Ἀττικοί.

Ἀπτέα. ἀντὶ τοῦ ἐπιχειρητέον. Τούτῳ δὲ ἐδόκει ἁπτέα τοῦ ἔργου, πρὶν καὶ τὸ λοιπὸν ἐπαρθῆναι εἰς τὸ νεωτερίζειν τὰς γνώμας.

Ἄπτερα.[7] πόλις Κρήτης, ἀπὸ τῆς τῶν Μουσῶν καὶ Σειρήνων ἔριδος, τῆς ἐν τῷ Μουσείῳ, πλησίον τῆς πόλεως καὶ τῆς θαλάττης τόπῳ τοιῷδε καλουμένῳ, γενομένης· ἐν ᾧ μετὰ τὴν ἐν μουσικῇ νίκην τῶν Μουσῶν αἱ

Ἀπρόσβλητον. Generosum. Ad quem nullus accedere potest. Qui methodicam rationem non habet.

Ἀπροσδεής. Qui rei nullius indiget.

Ἀπροσέλευστος. Inaccessus. Ad quem non patet accessus. *Posterior enim pars erat etiam inaccessa propter præterlabentem fluvium.*

Ἀπροσήγορος ἄνθρωπος. Homo qui propter morum asperitatem non est affabilis.

Ἀπρόσιτος. Inaccessus.

Ἀπρόσιτον. Inaccessum. Differt ab ἀκατάληπτον, i. e. quod comprehendi nequit. Ἀκατάληπτον enim est, quod ab iis, qui id investigant & quærunt, comprehendi non potest. Ἀπρόσιτον vero est, quod ne inquisitionis quidem initium admittit. Mare enim & profunditas ejus est ἀκατάληπτον. Dei vero essentia est ἀπρόσιτον.

Ἀπρόσκλητον. Sic vocatur actio, quæ contra eum instituitur, qui rite in jus vocatus non est. Ἀπρόσκλιτον vero, quod nulli rei vehementius addictum est.

Ἀπρόσκοπος. Inoffensus.

Ἀπρόσμαχοι. Invicti. *Et Romanos in campis patentibus & proprio ipsorum solo sensuros esse, Parthos non esse invictos.*

Ἀπρόσωπον. Aspectu turpe. Deforme. *Ille vero lucro tantum oculos intentos habens, ad pietatem vero cæcutiens, aspectu turpem, & parvam, nec ex lapide eximio statuam fecit.*

Ἀπροστασίου [δίκη.] Est genus actionis adversus inquilinos, qui patronum non habebant. Unusquisque enim eorum aliquem ex civibus eligebat, qui patrocinium ejus in omnibus & privatis & publicis negotiis susciperet. Quære in v. Ἀποστασίου.

Ἀπρόται. Dinarchus in oratione contra Pytheam: *Cum autem oratores in illud emporium tanquam Aprotes insiliissent.* In nonnullis codicibus scriptum est ὥσπερ παρνόπων. Πάρνοπες vero sunt species locustarum.

Ἄπροικον. Apud Atticos hæc vox eundem habet accentum, quem ἄνθρωπος.

Ἀπτέα. Aggrediendum est. *Huic autem negotium aggrediendum esse videbatur, priusquam cæteri quoque ad res novandas animum adjicerent.*

Ἄπτερα. Aptera, urbs Cretæ, sic appellata a certamine Musarum & Sirenum, quod in Museo, loco prope urbē & mare sic appellato, contigit. In eo, cum Musæ palmam in arte ca-

1 Ἀπρόσιτον ἀκαταλήπτου διαφέρει.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Chrysostomi Homil. III. Tom. VI. pag. 404. ut Pearsonius observavit.

2 Ἀπρόσκλητον. τὴν οὐ προσκεκλημένην] Hæc propter brevitatem obscura sunt, quæ paucis illustrabo. Apud Athenienses olim actor jussu & auctoritate magistratus adversarium per apparitores publicos in jus vocabat. Hi apparitores vocabantur κλητῆρες, vel κλήτορες, testibus Grammaticis. Scholiasta Comici ad *Aves*, pag. 607. *Κλητὴρ λέγεται ὁ καλῶν εἰς δικαστήριον πολίτας.* Ulpianus ad Demosthenem *de Corona*: Ἐκλήτευσε, εἰς κρίσιν προσεκαλέσατο διὰ κλητῆρος. οὕτω γὰρ ἐκαλοῦντο οἱ τοὺς κρινομένους εἰς κρίσιν προσκαλούμενοι. Vide etiam Harpocrationem & Suidam v. Κλητῆρες. Cum igitur reus secundum leges & mores receptos per κλητῆρας in jus vocatus non esset, actio, quam adversarius contra eum instituebat, dicebatur ἀπρόσκλητος, nec a Judicibus admittebatur. Clare Hesychius: Ἀπρόσκλητος δίκη. ἡ μὴ τυχοῦσα τῶν κεκλημένων κλητήρων κατὰ τὸν νόμον, ἣν διὰ τοῦτο οὐκ ἦν εἰσαγώγιμος. Plura hac de re lege apud Petitum *de Leg. Attic.* pag. 314. 315.

3 Ἀπρόσκοπος. ἀσκανδ.] Sedes vocis hujus est *Actor.* XXIV. 16. *Ἐν τούτῳ δὲ αὐτὸς ἀσκῶ ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχειν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τοὺς ἀνθρώπους διαπαντός.*

4 Ἀπροστασίου. εἶδός ἐστι δίκης κ.] Ex Harpocratione. Vide etiam infra v. Νέμειν προστάτην, & Petitum *de Leg. Attic.* p. 170. 173.

5 Ἐνοικῶν] Rescribendum est ex Harpocratione μετοίκων.

6 Ἀπρόται. Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πυθ.] Ex Harpocratione.

7 Ἄπτερα. πόλις Κρήτης, ἀπὸ τῆς τῶν Μ.] Hic articulus (qui totidem verbis legitur apud Stephanum Byzantium) deest in MSS. Paris. unde suspicor, eum a recentioribus Suidæ additum esse.

Σειρῆνες δυσφορήσασαι τὰ πτερὰ τῶν ὤμων ἀπέβαλον, καὶ λευκαὶ γενόμεναι εἰς τὴν θάλασσαν ἐνέβαλον ἑαυτάς. ὅθεν ἡ πόλις Ἄπτερα· αἱ δὲ πλησίον νῆσοι Λευκαί. οἱ δὲ ἀπὸ Γλαύκου τοῦ Κυρηναίου. ὁ πολίτης Ἀπτεραῖος.

Ἅπτεσθαι. γενικῇ. λαμβάνεσθαι. Ἅπτω, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος διὰ τοῦ υ λεγόμενα τῶν νεωτέρων μᾶλλον Ἀττικῶν ἐστιν.

Ἀπτῆσι. τοῖς μὴ πετομένοις.

Ἀπτοεπής.[1] ἀπτόητος ἐν τῷ λέγειν.

Ἀπτόν. ψηλαφητόν. Ἅπτων δὲ, δεσμεύων, ἢ κρατῶν. ζήτει ἐν τῷ Ἀνάψασθαι.

Ἄπτωτος. ὁ ἄφοβος.

Ἀποίκησις. ἡ μετοίκησις. Ἀποικίζω δὲ τὸ ῥῆμα. καὶ Ἀποικίσαι, κτίσαι πόλιν ἐν ἐρήμῳ. καὶ Ἄποικοι, οἱ ἐν ἐρήμῳ τόπῳ πεμπόμενοι οἰκῆσαι. Ἔποικοι δὲ, οἱ ἐν πόλει παρὰ Θουκυδίδῃ.

Ἀποικοδομεῖς.[2] ἀντὶ τοῦ ἀποφράττεις. οὕτω Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Καλλικλέα.

Ἀποίμωξόν[3] με τοῦ τριωβόλου

Τὸν ζῶντα μᾶλλον. τἀμὰ γὰρ διοίχεται.

ἀντὶ τοῦ ἀπόλωλα. καὶ Αἰσχύλος ἐν Μυρμιδόσιν

Ἀντίλοχον ἀποίμωξόν με τοῦ τεθνηκότος

Τὸν ζῶντα μᾶλλον.

Ἄποινα. λύτρα, ἃ [4]δίδωσί τις ὑπὲρ φόνου, ἢ σώματος. οὕτω Σόλων ἐν νόμοις. ἢ ἐκ τοῦ ποινὴ, ἡ τιμωρία, γίνεται ἄποινον.

Ἄποιος. ὁ δίχα ποιοῦ. Ἄπυος δὲ, διὰ τοῦ υ ψιλοῦ, ὁ δίχα ἕλκους.

Ἀποίσετε. ἀπενέγκατε.

Ἀποιχόμενα. παρερχόμενα. [5]Ἀριστοφάνης Παῦε, παῦε. [6]Νεκρὸν γὰρ ὄντα ἐλοιδόρει. ἔθος δὲ ἦν τοῖς ἀρχαίοις τοὺς ἀποιχομένους μὴ λοιδορεῖν.

Ἀπύλωτον[7] στόμα. ἀθύρωτον. ἀλλ' οὐκ ἀπύλωτον. Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις. καὶ Φρύνιχος. οἱ δὲ γράφουσιν ἀπύλωτον, ἀντὶ τοῦ ἀνεῳγμένον, καὶ πύλην μὴ ἔχον, τουτέστι μὴ χαλιναγωγούμενον, μηδὲ κρατούμενον.

Ἄπυος. ὁ δίχα ἕλκους.

Ἄπυρα σῖτα. Ὁ δὲ παρήγγειλε τοῖς Μακεδόσι τριῶν ἡμερῶν σῖτα παρασκευάζειν ἄπυρα. καὶ Ἄπυρος τροφὴ, ἡ δι' ὀπώρας καὶ λαχάνων. Ὁ δὲ Ζήνων ἀπύρῳ τροφῇ ἐκέχρητο, καὶ τρίβωνι λεπτῷ. [8]καὶ

nendi tulissent, Sirenes propter ægritudinem animi pennas ab humeris abjecerunt, & albæ factæ in mare se præcipitarunt. Hinc urbs dicta est Ἄπτερα: vicinæ vero Insulæ Λευκαί. Alii vero a Glauco Cyrenæo [eas sic appellatas esse aiunt.] Civis [ejus urbis dicitur] Ἀπτεραῖος.

Ἅπτεσθαι. Tangere. Prehendere. Genitivo jungitur. Ἅπτω, & alia verba, quæ in Præsenti per υ scribuntur, recentiorum potius Atticorum sunt.

Ἀπτῆσι. Non volantibus.

Ἀπτοεπής. Intrepidus in dicendo.

Ἀπτόν. Quod tangi potest. Ἅπτων vero, vinciens, vel tenens. Quære in v. Ἀνάψασθαι.

Ἄπτωτος. Intrepidus.

Ἀποίκησις. Migratio. Ἀποικίσαι vero verbum, urbem in loco deserto condere. Et Ἄποικοι, coloni, sive qui in locum desertum mittuntur, ut illic habitent. Ἔποικοι vero apud Thucydidem vocantur, qui in urbe aliqua habitant.

Ἀποικοδομεῖς. Ædificiis obstruis. Sic Demosthenes in oratione adversus Calliclem.

Ἀποίμωξόν με τοῦ τριωβ. *Deplora me viventem magis quam triobolum. Mea enim perierunt.* Id est, perii. Et Æschylus *Myrmidonibus: Me Antilochum viventem deplora magis, quam illum mortuum.*

Ἄποινα. Pretium, quod quis pro cæde vel corpore solvit. Sic Solon in legibus. Vel a ποινὴ, id est pœna, dictum est ἄποινον.

Ἄποιος. Qualitatis expers. Ἄπυος vero, per υ ψιλὸν, qui est sine ulcere.

Ἀποίσετε. Absportate.

Ἀποιχόμενα. Abeuntia. Prætereuntia. Aristophanes: *Cessa, cessa.* Mortuum enim conviciis insectabatur. Apud veteres vero nefas erat defunctos maledictis incessere.

Ἀπύλωτον στόμα. Os nullo quasi ostio clausum. Aristophanes *Ranis.* Phrynichus vero legit, ἀθύρωτον, non ἀπύλωτον. Grammatici ἀπύλωτον significare ajunt, apertum, patens, januam non habens; sive, effræne, & quod retineri nequit.

Ἄπυος. Qui est sine pure, vel ulcere.

Ἄπυρα σῖτα. Alimenta non cocta. *Ille vero Macedonibus præcepit, ut trium dierum cibaria non cocta præpararent.* Et Ἄπυρος τροφὴ, cibus non coctus, veluti poma & olera. *Zeno vero cibis igne non coctis vescebatur, & tenui pallio u-*

1 Ἀπτοεπής. ἀπτόητος ἐν τῷ λέγειν] Ex Scholiasta Homeri ad Il. Θ. v. 209.

2 Ἀποικοδομεῖς. ἀντὶ τοῦ ἀποφρ.] Harpocratio post ἀποφράττεις addit, ἀπολαβὼν τινα οἰκοδομήματι.

3 Ἀποίμωξόν με τοῦ τριωβ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Aristophane ejusque Scholiasta *Ecclesiaz.* pag. 735.

4 Ἃ δίδωσί τις ὑπὲρ φόνου] Pretium, quod homicidæ olim propinquis defuncti dabant, ne eos homicidii reos agerent, non solum ἄποινα, sed etiam simpliciter ποινὴ dicebatur. Hesychius: Ποινὴ, ἄποινα, [illegible] ὑπὲρ φόνου [illegible] Oratores Attici idem [illegible] appellabant. Harpocratio: Ὑπὲρ φόνου. τὰ ἐπὶ φόνῳ διδόμενα [illegible]

γραφεν, ἐπὶ τῷ μὴ ἐπεξιέναι, μηδὲ [illegible] τὸν τοῦ φόνου δίκην. Eadem verba Harpocrationis Suidas etiam in Lexicum suum transtulit.

5 Ἀριστοφάνης] In *Pace* pag. 670. Vide etiam infra v. Ἐνδείξεις & v. Παῦε.

6 Νεκρὸν γὰρ ὄντα ἐλοιδ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

7 Ἀπύλωτον στόμα. ἀθ.] Locus hic confusus est, qui sic legi & in ordinem redigi debet. Ἀπύλωτον στόμα. Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις. Φρύνιχος δὲ ἀθύρωτον ἀλλ' οὐκ ἀπύλωτον. Οἱ δὲ γράφουσιν ἀπύλωτον, ἀντὶ τοῦ &c. Confer Scholiastam Aristoph. ad *Ranas* pag. 252. ex quo Suidas sua descripsit.

8 Καὶ ἄπυρος οἶνος, ὁ μὴ ἑφθ.] Vide Athenæum lib. 1. cap. XXIV. pag. 31. unde Suidas locum hunc descripsit.

Ἄπυρος

"Απυρος οἶνος, ὁ μὴ ἑφθός. καὶ ὁ ἀναδενδρίτης.

"Απυστα. [1] ἀνήκουστα. Καὶ ἄπυστοι οἱ Ἀθηναῖοι ἀπὸ [2] Θησέως.

Ἀπφά. ἀδελφῆς καὶ ἀδελφοῦ ὑποκόρισμα. καὶ Ἀπφὺς ὑποκοριστικῶς, ὁ πατήρ· παππύς τις ἄν, καὶ ἀπφύς.

Ἀπφώ. ἀντὶ τοῦ νῦν.

Ἀπφώ. [3] ὃ σημαίνει τοῦ ἀποκρύφου, ἢ τοῦ ἀποκρυβέντος. Ἐλισσαῖος ὁ Προφήτης φησί· Ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς Ἠλίου Ἀπφώ. ἐπάταξε γὰρ τὰ ὕδατα τῇ τοῦ Ἠλίου μηλωτῇ, καὶ οὐ διῃρέθη.

"Αρα. συλλογιστικὸς σύνδεσμος. καὶ ἀντὶ τοῦ δή, καὶ ὡς ἔοικεν, καὶ ὡς φαίνεται. οὕτω Πλάτων.

"Αραβες. ὄνομα ἔθνους. Οἱ δὲ Ἀράβιοι ἀρετῇ πολλῇ τῶν ἄλλων διαφέρουσιν, οἳ βέλεσιν ἀνδρομήκεσι χρώμενοι, ἀντὶ τῶν χειρῶν τῷ ποδὶ ἐμβαίνοντες ἐς τὴν νευρὰν, κυκλοῦσι τὸ τόξον. καὶ Ἀραβίζω, τὰ τῶν Ἀράβων φρονῶ. Ἀράβησε δὲ, ἀντὶ τοῦ ἤχησεν.

Ἀράβιος ἄγγελος. Μένανδρος Ἀνατιθεμένη, ἢ Μεσσηνίᾳ. παρὰ τὴν παροιμίαν, Ἀράβιος αὐλητής.

τῶν ἔξωθεν πραγματειῶν πιθανότητας· ὁτὲ δὲ, διὰ τὴν [1]κατήχησιν τῶν συνόντων· ἐπεὶ ἡ φύσις ἀφορμὰς δίδωσι ἀδιαστρόφους. [2]ἡ ἀρετὴ δὲ τέλειός ἐστιν, ὥσπερ ἀνδρεία· καὶ ἡ ἀθεώρητος, ὥσπερ ὑγεία· ἡ θεωρηματικὴ, ὡς φρόνησις. καὶ ἐπιστημονικαὶ μὲν εἰσι καὶ θεωρηματικαὶ, αἱ ἔχουσαι σύστασιν ἐκ θεωρημάτων· ὡς φρόνησις καὶ δικαιοσύνη· ἀθεώρητοι δὲ, αἱ κατὰ παρέκτασιν θεωρούμεναι ταῖς ἐκ τῶν θεωρημάτων συνεστηκυίαις, καθάπερ ὑγεία καὶ ἰσχύς. τῇ γὰρ [3]εὐφροσύνῃ τεθεωρημένῃ ὑπαρχούσῃ συμβαίνει ἀκολουθεῖν καὶ παρεκτείνεσθαι τὴν ὑγείαν, καθάπερ τῆς ψαλίδος οἰκοδομίᾳ τὴν ἰσχὺν ἐπιγίνεσθαι. Καλοῦνται δὲ ἀθεώρητοι, ὅτι μὴ ἔχουσι συγκαταθέσεις, ἀλλ' ἐπιγίνονται, ὡς ὑγεία καὶ ἀνδρεία. τεκμήριον δὲ τοῦ ὑπαρκτὴν εἶναι τὴν ἀρετὴν, τὸ γενέσθαι ἐν προκοπῇ τοὺς περὶ Σωκράτην, Διογένην, Ἀντισθένην. Εἶναι δὲ καὶ τὴν κακίαν ὑπαρκτὴν, διὰ τὸ ἀντικεῖσθαι τῇ ἀρετῇ. διδακτήν τε εἶναι τὴν ἀρετὴν, καὶ δῆλον ἐκ τοῦ γίνεσθαι ἀγαθοὺς ἐκ φαύλων. Εἰσὶ δὲ δύο ἀρεταί· θεωρητικὴ, καὶ πρακτική. οἱ δὲ τρεῖς· λογικὴν, φυσικὴν, ἠθικήν. οἱ δὲ περὶ Ποσειδώνιον δ'. οἱ δὲ πλείονας. οἱ δὲ μίαν, τὴν φρόνησιν. πρώτας δὲ, ἀνδρείαν, φρόνησιν, δικαιοσύνην, σωφροσύνην. τὰς δὲ λοιπὰς ὑποτεταγμένας ταύταις, μεγαλοψυχίαν, ἐγκράτειαν, καρτερίαν, ἀγχίνοιαν, εὐβουλίαν. ἀνάλογοι δὲ καὶ αἱ κακίαι. † Τὸν [4]δὲ ἐνάρετον χρὴ θεωρητικὸν εἶναι, καὶ πρακτικὸν τῶν ποιητέων. τὰ δὲ ποιητέα καὶ αἱρετέα ἐστὶ, καὶ [5]ὑπομενετέα, καὶ ἐμμενετέα. ὥστε [6]εἶναι τὰ μὲν αἱρετῶς ποιεῖν, τὰ δὲ ὑπομενετικῶς, τὰ δὲ ἐμμενετικῶς. Φρόνιμός τε ἐστι, καὶ ἀνδρεῖος, καὶ δίκαιος, καὶ σώφρων. κεφαλαιοῦσθαι δὲ ἑκάστην τῶν ἀρετῶν περί τι ἴδιον κεφάλαιον· οἷον τὴν ἀνδρείαν, περὶ τὰ ὑπομενετέα· τὴν φρόνησιν, περὶ τὰ ποιητέα, καὶ μὴ, καὶ οὐδέτερα. ὁμοίως καὶ τὰς ἄλλας περὶ τὰ οἰκεῖα τρέπεσθαι. † Ἀρετὴ δὲ ἐστι βελτίστη ἕξις· ἡ ἕξις, ἀφ' ἧς αὐτό τι τὸ οὗ ἐστιν ἄριστόν ἐστι, καὶ τὰς ἐνεργείας τὰς οἰκείας ἄριστα ἀποδίδωσιν. Ἀρετὴ κατὰ φύσιν· κακία παρὰ φύσιν. Ὅτι οὐ πᾶσα ἀρετὴ ἐπιστήμη. ἔστι γὰρ ἡ μὲν, διανοητική· ἡ δὲ, ἠθική. αἱ δὲ ἠθικαὶ οὐκ ἔχουσιν ἐν τῇ γνώσει τὸ εἶναι. † Ὅτι [7]φασὶν οἱ Στωϊκοὶ μηδὲν μεταξὺ εἶναι ἀρετῆς καὶ κακίας. οἱ δὲ Περιπατητικοὶ μεταξὺ λέγουσιν εἶναι τὴν προκοπήν. ὡς γὰρ δεῖν φασιν οἱ Στωϊκοὶ ἢ στρεβλὸν εἶναι ξύλον ἢ ὀρθόν· οὕτως ἢ δίκαιον, ἢ ἄδικον. οὔτε δὲ δικαιότερον, οὔτε ἀδικώτερον. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. † Ὅτι αἱ πολιτικαὶ ἀρεταὶ κατακοσμοῦσιν ἡμᾶς καὶ ἀμείνους ποιοῦσιν, ὁρίζουσαι καὶ μετροῦσαι τὰς ἐπιθυμίας, καὶ ὅλως τὰ πάθη μετροῦσαι, καὶ ψευδεῖς δόξας ἀφαιροῦσαι, τῷ

verti [dicunt Stoici,] modo quidem probabilibus actionum externarum rationibus; modo vero consiliis & sermonibus eorum, quibuscum versatur, inductum. Naturam enim ipsam facultates præbere minime perversas. Virtus vero alia communiter est uniuscujusque rei perfectio, ut statuæ; alia extra contemplationem posita, ut sanitas; alia, quæ in contemplatione versatur, ut prudentia. Et virtutes ἐπιστημονικαὶ & θεωρηματικαὶ sunt illæ, quæ ex contemplationibus constant, ut prudentia & justitia. Ἀθεώρητοι vero, quæ eas, quæ in contemplatione positæ sunt, semper comitantur, & eatenus sub contemplationem cadunt, ut sanitas & robur. Temperantiam enim, quæ in contemplatione posita est, sequitur & comitatur sanitas; sicut fornicis structuræ consequens est ædificii firmitas. Vocantur autem ἀθεώρητοι, quia nullam habent assensionem, sed aliarum sunt accessio, ut sanitas & fortitudo. Virtutem autem revera existere, illud argumento sit, quod Socrates Diogenes & Antisthenes in ea profecerint. Sic etiam vitium existit, quia virtuti oppositum est. Virtus etiam doctrina acquiri potest, ut patet ex eo, quod ex malis boni fiant. Sunt autem duæ virtutes: quarum una in contemplatione; & altera in actione versatur. Alii tres statuunt, Logicam, Physicam & Ethicam. Posidonius quatuor. Alii vero plures. Nonnulli unam tantum, prudentiam nempe. Virtutes autem principes esse dicunt, fortitudinem, prudentiam, justitiam, & temperantiam. Cæteras vero eis subjectas, magnanimitatem, continentiam, tolerantiam, solertiam, & rationem bene consultandi. Eadem est ratio vitiorum. † Virum virtute præditum & contemplari oportet, & facere ea quæ sunt facienda. Ad classem vero eorum, quæ facienda sunt, referuntur & eligenda, & toleranda, & constanter tuenda. Quare si alia agat bene eligendo, alia fortiter ferendo, [alia juste distribuendo,] alia denique constanter perseverando, & prudens est, & fortis, & justus, & temperans. Præterea, unaquæque virtus in proprio quodam genere versatur: ut fortitudo in rebus tolerandis; prudentia in rebus agendis, & non agendis, & neutris: eademque est ratio cæterarum. † Virtus est habitus optimus: seu habitus, per quem id, cui illa inest, optimum est, & actiones convenientes optime edit. Virtus est secundum naturam; vitium vero contra naturam. Non omnis virtus est scientia. Est enim alia intellectualis: alia vero moralis. Morales autem in cognitione non consistunt. † Stoici aiunt, inter virtutem & vitium nihil esse medium. Pe-

1 Κατήχησιν] Apud Laertium rectius legitur κατήχησιν.

2 Ἡ ἀρετὴ δὲ τέλειός ἐστι, ὥσπερ ἀνδρεία] Hæc corruptissima sunt, quæ apud Laertium rectius sic leguntur: Ἀρετὴ δέ τις ἡ μὲν τις κοινῶς παντὶ τελείωσις, ὥσπερ ἀνδριάντος. Hanc lectionem in versione secutus sum.

3 Εὐφροσύνῃ] Laertius recte habet σωφροσύνῃ: quam lectionem in versione expressi.

4 Τὸν δὲ ἐνάρετον ——— περὶ τὰ οἰκεῖα τρέπεσθαι] Hæc leguntur apud Laertium lib. VII. Segm. CXXVI.

‡

5 Καὶ ὑπομενετέα, καὶ ἐμμενετέα] Supple ex Laertio, καὶ ὑπομ. καὶ ἀπονεμητέα, καὶ ἐμμ. Et sic paulo post: τὰ δὲ ὑπομενετικῶς, τὰ δὲ ἀπονεμητικῶς, τὰ δὲ ἐμμ.

6 Ὥστε εἶναι τὰ μὲν αἱρετῶς ποιεῖν] Emenda ex Laertio, ὥστε τὰ μὲν αἱρετῶς ποιεῖν &c. Et deinde tolle punctum post ἐμμενετικῶς, ejusque loco pone virgulam, ut apud Laertium.

7 Ὅτι φασὶν οἱ Στωϊκοὶ ——— καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως] Hæc leguntur apud Laert. VII. Segm. CXXVII.

ὅλως

ὅλως ἀμείνοσι καὶ τῷ ὡρίσθαι καὶ τῶν ἀμέτρων καὶ ἀορίστων ἔξω εἶναι. τὰς δὲ πολιτικὰς ἀρετὰς ὁ Πλάτων ἀλλαχοῦ καθάρσεις λέγει. τέσσαρες ἀρεταί. † Ὅτι [1] ἕπεται τῇ φρονήσει εὐβουλία καὶ σύνεσις· τῇ δὲ σωφροσύνῃ εὐταξία καὶ κοσμιότης· τῇ δὲ δικαιοσύνῃ ἰσότης καὶ εὐγνωμοσύνη· τῇ δὲ ἀνδρείᾳ ἀπαραλλαξία καὶ εὐτονία.

ripatetici vero profectum inter utrumque intercedere dicunt. Ut enim lignum Stoici vel curvum vel rectum esse aiunt: sic etiam hominem vel justum vel injustum esse debere, nec quenquam altero esse justiorem, vel injustiorem. Et sic in reliquis. † Virtutes civiles nos ornant melioresque reddunt, quia cupiditates & affectus circumscribunt & moderantur, falsasque opiniones ex animo tollunt, eo ipso quod sint optimæ, & definitæ, & ab omnibus immoderatis indefinitisque rebus remotæ. Virtutes autem civiles Plato purgationes alicubi vocat. Virtutes sunt quatuor. † Prudentiam sequuntur ratio bene consultandi & intelligentia; temperantiam ordo decens & modestia; justitiam æqualitas & æquitas; fortitudinem vero constantia, animique contentio & vigor.

Ἀρετή. Ἀνδοκίδης καὶ Θουκυδίδης ἀντὶ τῆς εὐδοξίας. † Ὅτι [2] ἀποβλητὴ διὰ μέθην ἢ μελαγχολίαν. ἀναπόβλητος δὲ διὰ βεβαίαν κατάληψιν. καὶ αὐτάρκη δὲ αὐτήν φασιν εἶναι. οἱ δὲ, οὐκ αὐτάρκη εἶναι, ἀλλὰ χρῄζειν ἰσχύος, καὶ ὑγιείας, καὶ χορηγίας. † Ὅτι ἡ ἀρετὴ τῶν ἀντικειμένων ἐστίν. ἀντικείμενα δέ εἰσιν, ὅσα τῇ ἀναιρέσει τῶν ἑτέρων συνίστανται· τυφλότης, ὄψις, κατάφασις, ἀπόφασις, καὶ τὰ ὅμοια. † Ὅτι [3] ἀρετῆς κτῆμα, ὅταν ἀπίδοι τις εἰς τὴν Ῥωμαίων εὐταξίαν, ἐπιγνώσεται εἶναι ἀρετῆς κτῆμα, οὐ τύχης δῶρον.

Ἀρετή. Virtus. Andocides & Thucydides vocem ἀρετή pro nominis claritate sumunt. † Virtus ob ebrietatem vel furorem amitti potest, [ut Chrysippus statuit. Cleanthes vero censet,] eam amitti non posse, quod firmiter animo inhæreat. Virtutem etiam [ad beate vivendum] se ipsa contentam esse aiunt. Alii vero id negant, dicentes, eam indigere viribus, & sanitate, & opibus. Virtus est ex eorum numero, quæ inter se opponuntur. Opposita autem sunt, quorum sublato uno alterum constituitur: ut, cœcitas & visus; affirmatio & negatio, & similia. † *Si quis Romanorum disciplinam militarem intueatur, cognoscet, eos tantum imperium non a fortuna donatum, sed propria virtute partum possidere.*

Ἀρετῶ. τὸ ἀρετῆς ἐπιμελοῦμαι. [4] Προκόπιος· Ἀμφότεροι δὲ, οἱ μὲν θανατῶντες, οἱ δὲ ἀρετῶντες, ἐπὶ τοὺς πέλας πολλῷ ἵεντο.

Ἀρετῶ. Virtutis studiosus sum. Virtutis laudem quæro. Procopius: *Utrique in proximos impetum animose faciebant; illi mortem, hi vero virtutis laudem quærentes.*

Ἀρζανηνή. τόπος.

Ἀρζανηνή. Arzarene. Locus ita vocatus.

Ἀρειανοί. [5] Ἰστέον, ὅτι ἐγένετο καὶ Ἀρειανοῖς διαίρεσις δι' αἰτίαν τοιαύτην. Αἱ καθ' ἑκάστην παρ' αὐτοῖς ἐριστικαὶ ζητήσεις εἰς ἄτοπά τινα τοὺς λόγους αὐτῶν περιήγαγον. Ἐπεὶ γὰρ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ πιστεύεται ὁ Θεὸς πατὴρ εἶναι τοῦ Υἱοῦ τοῦ Λόγου, ζήτημα ἐνέπεσεν εἰς αὐτοὺς, εἰ δύναται καὶ πρὸ τοῦ ὑποστῆναι τὸν Υἱὸν ὁ Θεὸς καλεῖσθαι πατήρ. ἐπεὶ γὰρ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον οὐκ ἐκ Πατρὸς γεννᾶσθαι, ἀλλ' οὐκ ἐξ ὄντων ὑποστῆναι ἐδόξαζον, περὶ τὸ πρῶτον καὶ ἀνωτάτω κεφάλαιον σφαλέντες, εἰκότως περὶ ψιλοῦ ὀνόματος εἰς ἄτοπον φιλονεικίαν ἐξέπεσον. Δωρόθεος μὲν, ἐκ τῆς Ἀντιοχείας ὑπ' αὐτῶν μεταςαλεὶς, ἔλεγε μὴ δύνασθαι πατέρα εἶναι ἢ καλεῖσθαι μὴ ὑφεστῶτος υἱοῦ. Μαρῖνος δὲ, ὃν ἐκ Θρᾴκης πρὸ Δωροθέου κεκλήκεσαν, καιροῦ δραξάμενος ἀφορμῆς (ἐλυπεῖτο γὰρ ὅτι αὐτοῦ Δωρόθεος προεκέκριτο) τοῦ ἐναντίου λόγου προΐστατο. καὶ γίνεται εἰς αὐτοὺς διαίρεσις διὰ τὸ προλεχθὲν λεξείδιον, καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάτερος τὰς συναγωγὰς ἐποιοῦντο, λέγοντες, τὸν Πατέρα εἶναι μὴ ὑφεστῶτος Υἱοῦ. ἐκαλοῦντο δὲ οὗτοι Ψαθυριανοί, ὅτι Θεό-

Ἀρειανοί. Arriani. Sciendum, apud Arrianos etiam dissidia exstitisse ob hujusmodi causam. Contentiosæ quæstiones, quæ quotidie apud illos agitabantur, sermones illorum ad absurdas quasdam sententias perducebant. Nam, quoniam in Ecclesia creditur, Deum esse Patrē Filii Verbi; orta est inter eos quæstio, posset ne Deus etiam, antequam Filius existeret, vocari Pater. Cum enim Dei Verbum non ex Patre genitum esse, sed ex nihilo exstitisse affirmarent, in primo ac summo fidei capite lapsi merito in absurdam de nudo vocabulo disputationem inciderunt. Dorotheus igitur, Antiochia ab illis accersitus, Patrem nec esse nec vocari posse dixit, nisi existente Filio. Marinus vero, quem ante Dorotheum ex Thracia evocaverant, opportuna occasione arrepta (ægre enim ferebat Dorotheum sibi prælatum) contrariæ sententiæ patrocinium suscepit. Hac de causa dissidium inter illos exstitit, & ob supra dictam voculam separati seorsum singuli conventus agitare cœperunt, dicentes, Patrem esse etiam non existente Filio. Hi vero Psathyriani dicti sunt, propterea quod Theoctistus

1 Ὅτι ἕπεται τῇ φρον. εὐβ.] Laert. vii. Seg. cxxvi.

2 Ὅτι ἀποβλητὴ διὰ μέθην ἢ μελαγχ. —— καὶ χορηγίας] Hæc leguntur apud Laertium lib. vii. Segm. cxxvii.

3 Ὅτι ἀρετῆς κτῆμα, ὅταν ἀπίδοι τις εἰς τὴν Ῥωμαίων.] Locus hic negligenter excerptus est ex Josepho, apud quem libro iii. *de Bell. Jud.* pag. 835. sic legitur: Εἰ δέ τις αὐτῶν καὶ εἰς τὴν ἄλλην τῆς στρατιᾶς σύνταξιν ἀπίδοι, γνώσεται καὶ τὴν τοσαύτην ἡγεμονίαν αὐτοὺς ἀρετῆς κτῆμα ἔχοντας, οὐ δῶρον τύχης. Hanc lectionem in versione secutus sum.

4 Προκόπιος] Lib. iv. *de Bell. Goth.* cap. ult. pag. 664.

5 Ἀρειανοί. Ἰστέον, ὅτι ἐγένετο καὶ Ἀρειανοῖς διαίρ.] Integrum hunc articulum descripsit Suidas ex Socrat. Histor. Eccles. lib. v. cap. xxiii. ut Pearsonius observavit.

κηπός τις, ψαθυροπώλης, Σύρος, διαπύρως τῷδε τῷ λόγῳ συνίσατο. ἐπηκολούθησε δὲ αὐτοῖς καὶ Σελενᾶς ὁ τῶν Γότθων Ἐπίσκοπος. καὶ οὗτοι μικρὸν ὕστερον διῃρέθησαν, Μαρίνου πρὸς Ἀγάπιον διενεχθέντος, ὃν αὐτὸς εἰς Ἐπίσκοπον Ἐφέσου προβεβλῆτο. οὗτοι δὲ οὐ περὶ θρησκείας ἀλλὰ περὶ προεδρίας μικροψυχήσαντες ἐπολέμουν ἀλλήλοις. ἐχωρίζοντο δὲ ἀλλήλων ἐπὶ ἔτη λέ, ἕως τοῦ νέου Θεοδοσίου.

Ἀρειανὸς, καὶ Ἀρειανίζω, καὶ Ἀρειανισταὶ, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, ἀπὸ Ἀρείου τοῦ αἱρεσιάρχου· ὃς ἐπὶ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἐν τοῖς ἱερωμένοις πρεσβυτέροις τεταγμένος, ἐπειδὴ τὰ πάντα συγχεῖν ἐβούλετο, καταδικασθεὶς ὑπὸ τῆς τῶν ἐν Νικαίᾳ τριακοσίων ιή ἁγίων πατέρων συνόδου, διεφθάρη ἀήθει καὶ καινῷ τοῦ θανάτου τρόπῳ. [1] ἐν γὰρ τῷ τῆς πόλεως Φόρῳ, ἐπειχθείσης οἱ τῆς γαστρὸς, ἀποκλίνας εἰς ἀπόπατον ἅμα σὺν τοῖς διαφορήμασι πάντων ἐκενώθη τῶν ἐντὸς ἀναγκαίων. καὶ ἐξ αὐτοῦ καὶ Ἀρειόφρονες.

Ἀρειή. ἡ ἀπειλή. ἢ [2] ἀσθενής. ὃ καὶ δασύνεται.

Ἀρειμάνιος. ὁ ἐν τῷ Ἄρει μαινόμενος. Ἀρειμένης δὲ, ὄνομα κύριον.

Ἄρειος [3] πάγος. δικαστήριον Ἀθήνησιν. ἐν αὐταῖς βουλαὶ δύο· ἡ μὲν τῶν φ' καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν κληρουμένη βουλεύειν· ἡ δὲ εἰς μίαν τῶν Ἀρεοπαγιτῶν. ἐδίκαζε [4] δὲ καὶ τὰ φονικὰ, καὶ τὰ ἄλλα πολιτικὰ διῴκει σεμνῶς. ἐκλήθη δὲ καὶ Ἄρειος, ἤτοι ὅτι ἐν τῷ πάγῳ ἐστὶ καὶ ἐν ὕψει τὸ δικαστήριον· Ἄρειος δὲ, ἐπεὶ τὰ φονικὰ δικάζει. ὁ δὲ Ἄρης ἐπὶ τῶν φόνων· ἢ ὅτι ἔπηξε τὸ δόρυ ἐκεῖ ἐν τῇ πρὸς Ποσειδῶνα ὑπὲρ Ἁλιρροθίου δίκῃ, ὅτι ἀπέκτεινεν αὐτὸν, βιασάμενον Ἀλκίππην τὴν αὐτοῦ καὶ Ἀγραύλου τῆς Κέκροπος θυγατέρα, ὥς φησιν Ἑλλάνικος ἐν ά. καὶ Ἄρειον τεῖχος, καὶ Ἀρεοπαγίτης.

Ἀρήγω. τὸ βοηθῶ.

Ἀρίδηλος. ὁ φανερός.

Ἀρίθοος. ὁ ἐν πολέμῳ ταχύς.

Ἀρήϊλυκος. ὄνομα κύριον. καὶ Ἀρηϊλύκοιο.

Ἀρήϊος. ὁ πολεμικός. καὶ Ἀρήϊοι. [5] Ἀλκαῖος· Ἄνδρες πόλεως πύργοι ἀρήϊοι. καὶ Ἀρηΐοις, τοῖς τοῦ πολέμου. Εἶναι ἔλεγε νεότητα ἐπίλεκτον, καὶ ἀρηΐοις ὅπλοις πεφράχθαι.

Ἀρηΐφατος. ὁ ἐν πολέμῳ ἀνῃρημένος.

Ἀρηΐφιλος. ὁ φίλος τοῦ Ἄρεος.

Ἀρημένος. [6] ὁ βεβλαμμένος. καὶ Ἀρήμεναι.

quidam, natione Syrus, Psathyropola, id est, placentarum venditor, istud dogma acerrime defenderet. Horum opinionem secutus est etiam Selenas, Gothorum Episcopus. Sed & hi paulo post dissentire cœperunt, Marino cum Agapio contendente, quem ipse Ephesi Episcopum designarat. Hi vero non de religione, sed de primatu ambitiose contendentes spatio xxxv. annorum mutuum aluerunt dissidium usque ad Theodosium Juniorem.

Ἀρειανὸς, & Ἀρειανίζω, & Ἀρειανισταὶ, & cætera his similia, deducta sunt ab Ario hæresiarcha: qui sub Constantino M. in sacrorum Presbyterorum ordinem cooptatus, cum omnia perturbare vellet, a trecentis & octodecim Nicenæ Synodi sanctis Patribus condemnatus insolito & novo genere mortis periit. Nam in urbis foro, ventris onere urgente, cum ad latrinam secessisset, una cum excrementis omnia intestina effudit. Ab ipso dicti sunt Ἀρειόφρονες, i. e. qui Arii sententiam sequuntur.

Ἀρειή. Minæ. [At ἀραιή,] infirma: quod etiam aspiratur.

Ἀρειμάνιος. Qui Martis instinctu furit. Ἀρειμένης vero, nomen proprium.

Ἄρειος πάγος. Areopagus. Judicium Athenis. Erant Athenis duo Senatus: unus Quingentorum, qui singulis annis sorte creabatur: alter Areopagitarum perpetuus, qui de cædibus jus dicebat, & alia Reip. negotia magna cum auctoritate administrabat. Dictum est autem Judicium hoc *Areopagus*, vel quia ἐν πάγῳ, i. e. loco edito situm erat (Ἄρειος vero, quod ibi de cædibus jus diceretur. Mars enim cædibus præest) vel quia Mars hastam ibi defixit in judicio adversus Neptunum de Halirrothio, quem occiderat, quod vim intulisset Alcippæ, filiæ suæ & Agrauli, quæ Cecrope nata erat, ut refert Hellanicus libro primo.

Ἀρήγω. Opem fero.

Ἀρίδηλος. Valde clarus. Manifestus.

Ἀρίθοος. In prælio velox.

Ἀρήϊλυκος. Nomen proprium. [Et genitivus,] Ἀρηϊλύκοιο.

Ἀρήϊος. Bellicosus. Et Ἀρήϊοι. Bellicosi. Alcæus: *Viri Martium sunt urbis munimentum.* Et Ἀρηΐοις, bellicis. *Electam dicebat esse juventutem, & armis Martiis munitam.*

Ἀρηΐφατος. In bello cæsus.

Ἀρηΐφιλος. Martis amicus.

Ἀρημένος. Læsus. Et Ἀρήμεναι. Precari.

1 Ἐν γὰρ τῷ τῆς πόλεως φόρῳ, ἐπειχθ.] Confer Codinum *de Origin. Constantinop.* pag. 22.

2 Ἡ ἀσθενής] Confunduntur hic duæ voces ἀρειή, & ἀραιή. Vide paulo ante v. Ἀραιή.

3 Ἄρειος πάγος. δικαστ. Ἀθήν.] De Areopago Meursius librum singularem conscripsit: quem consule.

4 Ἐδίκαζε δὲ καὶ τὰ φονικά] De cædibus Areopagitæ jus dicebant: sed tantum voluntariis. De fortuitis enim judicabant Ephetæ in foro illo, cui a Pallade nomen erat. Vide infra v. Ἐφέται, & v. Ἐπὶ Παλλαδίῳ.

5 Ἀλκαῖος. Ἄνδρες πόλεως πύργοι ἀρήϊοι] Idem fragmentum Alcæi citat Scholiasta Æschyli ad *Persas*, v. 349. ut Portus monuit. Huc etiam referenda sunt verba illa Aristidis apud Photium, pag. 1290. Μόνος δὲ μοι δοκεῖ πάντων ἀνθρώπων ἢ σφόδρα γε ἐν ὀλίγοις δεῖξαι Θεμιστοκλῆς ἀληθῆ τὸν λόγον ὄντα, ὃν πολλοῖς μὲν Ἀλκαῖος ὁ ποιητὴς εἶπεν, ὕστερον δὲ οἱ πολλοὶ παραλαβόντες ἐχρήσαντο· ὡς ἄρα οὐ λίθοι, οὐδὲ ξύλα, οὐδὲ τέχνη τεκτόνων αἱ πόλεις εἶεν, ἀλλ' ὅπου ποτ' ἂν ὦσιν ἄνδρες αὑτοὺς σώζειν εἰδότες, ἐνταῦθα τείχη καὶ πόλεις. i. e. *Solus vero, vel certe inter paucos admodum Themistocles videtur ostendisse verum esse dictum illud Alcæi poetæ, quo multi postea usi sunt: Non lapides, non ligna, nec artem fabrilem urbes constituere: sed ubi viri sint, qui se ipsi servare norint, ibidem & urbes esse & mœnia.* Respexit nimirum Aristides ad ipsam illam sententiam Alcæi, quam Suidas hic adducit.

6 Ἀρημένος. ὁ βεβλ.] Ex Scholiasta Homeri ad Il. Σ. v. 435.

Ἀρείων.

Ἀρήνη. ὄνομα πηγῆς.

Ἀρρηνοφορεῖν.[1] τέσσαρες μὲν ἐχειροτονοῦντο τῶν εὐγενῶν.[2] δύο δὲ ἐκρίνοντο, αἵ τινες ἦρχον τῆς ὑφῆς τοῦ πέπλου καὶ τῶν περὶ αὐτὴν. λευκὴν δὲ ἐσθῆτα ἐφόρουν. εἰ δὲ χρυσία περιέθεντο, ἱερὰ ταῦτα ἐγίνετο.

Ἀρήνη. Arene. Nomen fontis.

Ἀρρηφορεῖν. [In festo Minervæ secreta & arcana sacra gestare.] Quatuor virgines nobiles designabantur, [quæ in festo Minervæ arcana sacra in cistis ferrent.] Duæ autem eligebantur, quæ texturæ pepli aliisque eo pertinentibus præessent. Hæ vestem gestabant candidam: &, si auro se ornarent, id sacrum erat.

Ἀρήνωρ. ὁ φύλαξ.

Ἀρήνωρ. Custos.

Ἀρήρει. ἐνήρμοστο. καὶ Ἀρηρὸς, τὸ ἐνάρμοστον. καὶ Ἀρηρὼς, ὁ ἡρμοσμένος.

Ἀρήρει. Congruebat. Aptum erat. Et Ἀρηρός. Aptatum. Conveniens. Et Ἀρηρώς. Aptatus. Conveniens.

Ἀρηρομένη. ἠροτριασμένη.

Ἀρηρομένη. Arata.

Ἄρης. κυρίως ὁ σίδηρος.

Βαψαμένη[3] κοίλαν ἐντὸς Ἄρη λαγόνα.

σημαίνει δὲ καὶ τὸν πόλεμον. παρὰ τὸ ῥῶ τὸ λέγω· ὁ μέλλων ῥήσω· ῥῆς, καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α Ἄρης. ἐν τῷ πολέμῳ γὰρ οὐ λόγων ἀλλ᾽ ἔργων χρεία. καὶ [4]Ὅμηρος·

Ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου ἐπέων δ᾽ ἐνὶ βουλῇ.

τὸ α καὶ μακρὸν καὶ βραχύ. [5]Ὅμηρος· Ἄρες, Ἄρες βροτολοιγέ. κλίνεται δὲ Ἄρης, Ἄρου, καὶ Ἄρης, Ἄρηος, καὶ Ἄρης, Ἄρεως. Ἄρης γάρ ἐστι, καὶ ταράττει τὴν κλίσιν.

Ἄρης. Proprie ferrum. [In Epigrammate:] *Ferrum in ilia condens.* Significat etiam bellum: a verbo ῥῶ, dico; cujus Futurum est ῥήσω: unde ῥῆς, & cum α privativo Ἄρης, quasi, non loquens. In bello enim non dictis sed factis opus est. Homerus: *In manibus enim finis belli situs est: at verbis in consultationibus opus est.* Syllaba α tam brevis est, quam longa. Homerus: *Mars, Mars, mortalium pernicies.* Declinatur autem & Ἄρης, Ἄρου, & Ἄρης, Ἄρηος, & Ἄρης, Ἄρεως. Mars enim est, & ideo declinationem turbat.

Ἄρης τύραννος. ἐπὶ τῶν μετὰ βίας τι διαπραττομένων.

Ἄρης τύραννος. *Mars tyrannus.* De iis dicitur, qui per vim aliquid faciunt.

Ἀρρήσιος.[6] μοναχὸς ὃς τοὺς νέους σφαλέντας οὐκ ἀφώριζεν, ἀλλὰ τοὺς πρεσβύτας, λέγων, ὅτι ὁ νέος ἀφοριζόμενος καταφρονητὴς γίνεται· ὁ δὲ πρεσβύτης τῆς ἐκ τοῦ ἀφορισμοῦ ὀδύνης ταχεῖαν λαμβάνει τὴν συναίσθησιν.

Ἀρρήσιος. Arrhesius Monachus juniores qui deliquerant a communione non excludebat, sed eos, qui provectioris erant ætatis. Dicebat enim, juvenem excommunicatum contumacem fieri: seniorem vero excommunicationis dolorem cito sentire.

Ἀρήτη.[7] ὄνομα κύριον. Ἀρήτιον.

Ἀρήτη. Arete. Nomen proprium. Ἀρήτιον. Aretium.

Ἀρητῖνοι. ὄνομα ἔθνους.

Ἀρητῖνοι. Aretini. Nomen gentis.

Ἀρήσασθαι. εὔξασθαι.

Ἀρήσασθαι. Precari. Vota facere.

Ἀρητήσιον πεδίον.

Ἀρητήσιον πεδ. Aretesius campus.

Ἀρητόν.[8] τὸ βλαβερόν. Ἄρρητον δὲ λόγον, κακόφημον, μὴ ῥηθῆναι ὀφείλοντα. [9]Σοφοκλῆς· Πῶς δῆτα λέγω λόγον ἄρρητον. † Ἄρρητα ἀρρητότερα, καὶ κακῶν πέρα γεγραφὼς, ἢ καὶ πεπραχώς. † Τίς οὖν οὐ μισήσειε τὸν ὑπερβολὴν ἀρρητουργίας ἑτέροις μὴ ἀπολελοιπότα; λαμβάνεται δὲ ἡ λέξις καὶ ἐπὶ ἀκαταλήψίας, ὡς τό· Ἄρρητον τὸ θαῦμα τῆς σῆς κυήσεως, μῆτερ παρθένε.

Ἀρητόν. Noxium. Perniciosum. Ἄρρητον λόγον vero, sermonem mali ominis, nefandum, non dicendum. Sophocles: *Quomodo igitur dicam rem non dicendam?* † *Qui maxime nefanda & quovis malo graviora scripsit, vel dixit.* † *Quis igitur non aversetur hominem, qui nefanda obscœnitate omnes superavit?* Significat etiam hæc vox Ineffabile, vel, quod comprehendi non potest: ut, *Ineffabile miraculum conceptionis tuæ, o mater virgo.*

1 Ἀρρηνοφορεῖν] Scribendum est ἀρρηφορεῖν, ut recte apud Harpocrationem; ex quo Suidas hunc articulum descripsit.

2 Τῶν εὐγενῶν] Ex Harpocratione post εὐγενῶν addendum est Ἀρρηφόροι.

3 Βαψαμένη κοίλαν ἐντὸς Ἄρη λαγ.] Pentameter hic decerptus est ex eleganti Epigrammate, hactenus, ut puto, inedito, quod integrum cum Lectore communicabo. Inscriptio ejus in Codice MS. talis est. Ἀντιπάτρου Θεσσαλονικέως εἰς Δαμάτριον Λάκωνα, ὃν ἡ μήτηρ ὡς φυγοπόλεμον ἀπέσφαξε. Sequitur deinde ipsum Epigramma:

> Αὐτά τοι τρέσσαντι παρὰ χρέος ὤπασεν ἄδαν,
>   Βαψαμένα κοίλαν ἐντὸς Ἄρη λαγόνα,
> Μάτηρ ἅ σ᾽ ἔτεκεν, Δαμάτριε. φᾶ δ᾽ ἔτι θήγοι
>   Παιδὸς ἐκ φονίου μεστὸν ἔχοισα φόνου,
> Ἀφρὸν ἀνακλάζουσα ἐπιπρίουσα γένυσιν,
>   Δερκομένα λοξαῖς οἷα Λάκαινα κόραις·
> Λεῖπε τὸν Εὐρώταν, ἴθι Τάρταρον, ἅτινι δειλὰν
>   Οἶσθα φυγάν· τελέθεις οὔτ᾽ ἐμὸς, οὔτε Λάκων.

Id est: *Cum timide ex acie fugisses, Demetri, ipsa quæ te peperit mater mortem tibi intulit, ferrum in ilia condens: dixitque, gladium sanguine filii cruentum tenens, & ore spumans, dentibusque horrendum infrendens, & leænæ instar torvum cernens: Linque Eurotam, abi ad Orcum, qui ignavo animo hostes fugis. Non enim es filius meus, nec Lacon.* Fragmenta Epigrammatis hujus variis in locis dispersa leguntur apud Suidam: nimirum v. Ἀφρόεις, Εὐρώτας, Κόναβος, Λοξά, Φυγάδι, Φᾶ δὲ ἔτι θήγοι. In Hexametro tertio τὸ ἐπιπρίουσα idem significat quod ἐπιβρύχουσα, i. e. dentibus stridens, vel frendens. Hesychius: Ἐπιπρίειν, τοὺς ὀδόντας τρίζειν. In Pentametro tertio pro Λάκαινα legendum est λέαινα, i. e. leæna. Reliqua sunt satis clara & emendata.

4 Ὅμηρος] Il. Π. v. 630.

5 Ὅμηρος· Ἄρες, Ἄρες βροτολ.] Il. Ε. v. 31.

6 Ἀρρήσιος] Apud Socratem Histor. Eccles. lib. IV. cap. XXIII. unde locus hic depromptus est, legitur Ἀρσένιος: quod nomen Suidæ restituendum & suo loco ponendum est.

7 Ἀρήτη] Sic appellata fuit filia Aristippi Cyrenæi. Vide infra v. Ἀρίστιππος.

8 Ἀρητόν, τὸ βλαβερόν] Scholiasta Homeri ad Il. Ρ. v. 37. Ἀρητόν. ὅτι βλαβερόν. παρὰ τὴν ἀρὰν, ὅ ἐστι βλάβην. ἢ τὸ ἀπευκτόν.

9 Σοφοκλῆς] In *Ajace* pag. 14. ut Portus observavit.

Ἀρρη-

Ἀῤῥητοποιΐα. ἀσέλγεια. αἰσχρουργία.

Ἄρητος. ὄνομα κύριον.

Ἀῤῥηφορία. θυσία. εἰ μὲν διὰ τοῦ ἄλφα, Ἀῤῥηφορία. ἐπειδὴ τὰ ἄῤῥητα ἐν κίσταις ἔφερον τῇ Θεῷ αἱ παρθένοι. εἰ δὲ διὰ τοῦ ε, Ἐρσηφορία. τῇ γὰρ Ἕρσῃ ἐπόμπευον τῇ Κέκροπος θυγατρί. καὶ Ἀῤῥηφόροις, καὶ Ἀῤῥηφόροι, αἱ τὰ ἄῤῥητα φέρουσαι μυστήρια. Ἀῤῥηφόροι καὶ παναγεῖς γυναῖκες.

Ἀρία. ὄνομα πόλεως.

Ἀριάδνη. γυνὴ τοῦ Θησέως. καὶ ζήτει ἐν τῷ Αἰγαῖον πέλαγος.

Ἀριαμένης. ὄνομα κύριον.

Ἀῤῥιανὸς, ἐποποιὸς, μετάφρασιν τῶν Γεωργικῶν τοῦ Βεργιλλίου ἐπικῶς ποιήσας. Ἀλεξανδριάδα. ἔστι δὲ κατὰ τὸν Μακεδόνα ἐν [1] ῥαψωδίᾳ εἴκοσι καὶ τέσσαρσιν. εἰς Ἄτταλον τὸν Περγαμηνὸν ποιήματα.

Ἀῤῥιανὸς [2] Νικομηδεὺς, Φιλόσοφος Ἐπικτήτειος, ὁ ἐπικληθεὶς νέος Ξενοφῶν. ἦν δὲ ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀδριανοῦ καὶ Μάρκου καὶ Ἀντωνίνου τῶν βασιλέων, καὶ ἀξιωμάτων μεταλαβὼν καὶ μέχρις αὐτοῦ τοῦ ὑπατεῦσαι, καθά φησιν Ἑλικώνιος, διὰ τὴν τῆς παιδείας δεξιότητα. ἔγραψε δὲ βιβλία παμπληθῆ.

Ἀριαράθης. ὄνομα κύριον.

Ἀρίβαλλος. [3] οὐ μόνον παρὰ Στησιχόρῳ καὶ ἄλλοις Δωριεῦσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν Ἱππεῦσιν Ἀριστοφάνης. Εἶτα καταςπένδει κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀριβάλλῳ.

Ἀριβαρζάνης. ὄνομα κύριον.

Ἀριγνώτη, μαθήτρια Πυθαγόρου τοῦ μεγάλου καὶ Θεανοῦς, Σαμία, Φιλόσοφος Πυθαγορική. συνέταξε τάδε· Βακχικά. [4] ἔστι δὲ περὶ τῶν τῆς Δήμητρος μυστηρίων. Ἐπιγράμματα. [5] Φέρεται δὲ καὶ ἱερὸς λόγος. ἔγραψε [6] δὲ καὶ τελετὰς Διονύσου, καὶ ἄλλα Φιλόσοφα.

Ἀρίγνωτος. ὁ διάγνωστος.

Ἀριδαῖος. ὄνομα κύριον.

Ἀρίδες. ἡ εὐθεῖα ἀρὶς, τὸ τεκτονικὸν ἐργαλεῖον.

Καὶ [7] γυρὰς ἀμφιδέτους ἀρίδας.

Καὶ αὖθις [8] Αἵ τ' ἀρίδες ξυστήρ τε. Ἄρις δὲ, ὁ μὴ ἔχων ῥῖνα.

Ἀριδείκετος. ὁ διάδηλος, καὶ ἔνδοξος. Ἀρίδηλος δὲ, ὁ διάδηλος καὶ φανερός.

Ἀριαῖος. ὄνομα κύριον.

Ἀρίζηλη. ἡ διάδηλος καὶ φανερά. καὶ Ἀρίζηλος, ἀρσενικόν.

Ἀῤῥητοποιΐα. Obscœna libido. Fellatio.

Ἄρητος. Aretus. Nomen proprium.

Ἀῤῥηφορία. Sacrificium. [Festum Minervæ, ita dictum.] Si scribatur per α, Ἀῤῥηφορία, inde dicta est hæc vox, quod virgines arcana sacra Deæ in cistis ferrent. Sin per ε, Ἐρσηφορία, dicta est ab Herse, Cecropis filia, cui pompam ducebant. Et Ἀῤῥηφόροι, quæ arcana sacra in cistis ferebant; mulieres castissimæ & sanctæ.

Ἀρία. Aria. Nomen urbis.

Ἀριάδνη. Ariadna. Thesei uxor. Quære in v. Αἰγαῖον πέλαγος.

Ἀριαμένης. Ariamenes. Nomen proprium.

Ἀῤῥιανός. Arrianus, Poeta Epicus, versibus Heroicis Georgica Virgilii reddidit, & Alexandriadem, sive carmen de rebus gestis Alexandri Macedonis composuit, rhapsodiis XXIV. constans. Item, in Attalum Pergamenum poemata.

Ἀῤῥιανός. Arrianus Nicomediensis, Philosophus Epicteteus, junior Xenophon cognominatus, Romæ vixit sub Adriano, Marco, & Antonino, Imperatoribus, & propter eruditionis excellentiam ad Consularem usque dignitatem evectus fuit, ut Heliconius tradit. Scripsit libros quam plurimos.

Ἀριαράθης. Ariarathes. Nomen proprium.

Ἀρίβαλλος. Hoc nomen non solum apud Stesichorum aliosque Dorienses, sed etiam in *Equitibus* Aristophanis legitur. *Postea in caput effundit [ambrosiam] ex marsupio.*

Ἀριβαρζάνης. Aribarzanes. Nomen proprium.

Ἀριγνώτη. Arignote, Samia, discipula Pythagoræ Magni & Theanûs, philosopha Pythagorica. Scripsit *Bacchica:* itemque de Cereris Mysteriis. Epigrammata. Tribuitur ipsi etiam liber, qui ἱερὸς λόγος vocatur. Eadem quoque scripsit de sacris initiis Bacchi, & alia Philosophica.

Ἀρίγνωτος. Valde notus. Qui facile nosci potest.

Ἀριδαῖος. Aridæus. Nomen proprium.

Ἀρίδες. Scobinæ. Instrumentum fabrile. A recto ἀρίς. [In Epigrammate:] *Curvasque & utrinque vinctas scobinas.* Et iterum: *Et limæ, & scalprum.* Ἄρις vero, qui naso caret.

Ἀριδείκετος. Valde clarus & illustris. Ἀρίδηλος vero, valde manifestus.

Ἀριαῖος. Ariæus. Nomen proprium.

Ἀρίζηλη. Valde clara. Valde manifesta. Et Ἀρίζηλος, masculinum.

1 Ἐν ῥαψωδίᾳ εἴκοσι καὶ τ.] Lego ἐν ῥαψωδίαις εἴκοσι καὶ τέσσαρσιν. Rhapsodia enim hic significat librum, sive partem integri operis: quo sensu partes poematis Homerici *Rhapsodias* vulgo vocari notum est.

2 Ἀῤῥιανὸς Νικομηδ.] Vide de eo Photium in *Bibliotheca*, & Vossium *de Histor. G.* itemque Meursium in *Bibliotheca Græca*.

3 Ἀρίβαλλος] In MSS. Paris. exaratum est ἀρύβαλλος, per υ: & sic legitur etiam hodie in loco illo Aristoph. quem Suidas paulo post adducit; itemque infra suo loco.

4 Ἔστι δὲ] Non dubito quin scribendum sit ἔτι δὲ. Lectio enim vulgata ineptum parit sensum, quoniam non convenit dicere, aliquem *Bacchica* scripsisse, & in eo opere de Cereris mysteriis egisse.

5 Φέρεται] Sic habet unus MS. Paris. itemque Codex Vatic. ut Pearsonius testatur. In duobus vero reliquis MSS. Paris. exaratum est ἐπιγέγραπται, quæ lectio minus placet: nec γέγραπται, quod priores Edit. exhibent.

6 Ἔγραψε δὲ καὶ τελετὰς Διονύσου] Hoc opus procul dubio intellexit Clemens Alexandr. *Strom.* lib. IV. pag. 381. ubi ait: Καὶ Ἀριγνώτη ἡ τὰ περὶ Διονύσου χαψαμένη. Vulgatæ Edit. Clementis exhibent περὶ Διονυσίου, quod manifeste corruptum est.

7 Καὶ γυρὰς ἀμφιδέτους ἀρίδας] Verba hæc leguntur Anthol. lib. VI. cap. XXVII. Epigr. III.

8 Αἵ τ' ἀρίδες ξυστήρ τε] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate quodam, quod ex codice MS. Anthologiæ ineditæ integrum exhibuimus supra Ἀμφίζων.

Ἀριη-

Ἀρίηκοον. ὀξυήκοον. εὐπειθῆ.

Ἀριθμῷ. αἰτιατικῇ. καὶ Ἀριθμοῦντα. καταλέγοντα. καὶ ἀριθμοῦντά τινας τοῖς δορυφόροις. † [1] Ὅτι οἱ Πυθαγόρειοι πάντα ἀριθμὸν προσηγόρευον. ὁ δὲ ἀριθμὸς συμπληροῦται τοῖς δέκα. ὁ δὲ δέκα σύνθεσις τῶν τεσσάρων. καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἀριθμὸν πάντα τετρακτὺν ἔλεγον.

Ἄριμα. ὄρη. καὶ Ἀριμάνιος, Θεὸς παρ' Αἰγυπτίοις.

Ἀριμάσπειος. τόπος. καὶ Ἀριμασπός, ἐθνικόν.

Ἀριμαθέμ. ὄνομα τόπου. καὶ Ἀριμαθαῖος, ἀπὸ τούτου.

Ἀρίμινον. ὄνομα πόλεως. καὶ Ἀριμίνιος, ὄνομα ἐθνικόν.

Ἄριον. τὸ νάπυ.

Ἀριοβαρζάνης. ὄνομα κύριον.

Ἀρίων, Μηθυμναῖος, λυρικός, Κυκλέως υἱός, γέγονε κατὰ τὴν λή Ὀλυμπιάδα. τινὲς δὲ καὶ μαθητὴν Ἀλκμᾶνος ἱστόρησαν αὐτόν. ἔγραψε δὲ Ἄσματα· Προοίμια εἰς ἔπη β. λέγεται καὶ τραγικοῦ τρόπου εὑρετὴς γενέσθαι, καὶ [2] πρῶτος χορὸν στῆσαι, καὶ διθύραμβον ᾆσαι, καὶ [3] ὀνομάσαι τὸ ᾀδόμενον ὑπὸ τοῦ χοροῦ, καὶ Σατύρους εἰσενεγκεῖν ἔμμετρα λέγοντας. φυλάσσει δὲ τὸ ω καὶ ἐπὶ γενικῆς.

Ἀριπρεπής. ὁ διάδηλος.

Ἄρις. ὁ μὴ ἔχων ῥῖνα.

Ἀρίσβη. πόλις τῆς Βοιωτίας.

Ἀρίσημος. φανερὸς ἐν πολέμοις.

Ἄριστα. κάλλιστα. καὶ παροιμία· Ἄριστα χωλὸς [4] ὑφεῖ. ἐπὶ τῶν τὰ οἰκεῖα κακὰ μᾶλλον αἱρουμένων, ἢ ἀλλότρια ἀγαθά.

Ἀρίσταρχος, Ἀλεξανδρεὺς θέσει, τῇ δὲ φύσει Σαμόθρᾳξ, πατρὸς Ἀριστάρχου. γέγονε δὲ κατὰ τὴν ρνϛ' Ὀλυμπιάδα, ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φιλομήτορος, οὗ καὶ τὸν υἱὸν ἐπαίδευσεν. λέγεται δὲ γράψαι ὑπὲρ ω βιβλία ὑπομνημάτων μόνων. μαθητὴς δὲ γέγονεν Ἀριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ, καὶ Κράτητι τῷ γραμματικῷ Περγαμηνῷ πλεῖστα διημιλλήσατο ἐν Περγάμῳ. μαθηταὶ δὲ αὐτοῦ γραμματικοὶ περὶ τοὺς μ' ἐγένοντο. τελευτᾷ δὲ ἐν Κύπρῳ, ἑαυτὸν ὑπεξαγαγὼν ἐνδείᾳ τροφῆς, νόσῳ τῇ ὑδρωπι ληφθείς. ἔτη δὲ αὐτοῦ τῆς ζωῆς οβ'. καὶ παῖδας μὲν καταλείπει Ἀρίσταρχον καὶ Ἀρισταγόραν. ἄμφω δὲ ἐγένοντο εὐήθεις, ὥστε καὶ ἐπράθη ὁ Ἀρίσταρχος. Ἀθηναῖοι δὲ ἐλθόντα παρ' αὐτοῖς ἐξωνήσαντο.

Ἀρίηκοον. Acute audientem. Obedientem. Dicto audientem.

Ἀριθμῷ. Numero. Et Ἀριθμοῦντα, numerantem. † Pythagorei omnia appellabant numerum. Numerus autem denario complectur. Denarius vero ex quaternario componitur. Quamobrem omnem numerum quaternionem appellarunt.

Ἄριμα. Arima, montes. Et Arimanius, Deus apud Ægyptios.

Ἀριμάσπειος. Locus quidam. Et Ἀριμασπός, nomen gentile.

Ἀριμαθέμ. Arimathem. Nomen loci. Et Arimathæus, qui eſt ex illo loco.

Ἀρίμινον. Ariminum. Nomen urbis. Et Ariminius, nomen gentile.

Ἄριον. Sinapi.

Ἀριοβαρζάνης. Ariobarzanes. Nom. propriũ.

Ἀρίων. Arion, Methymnæus, Lyricus, Cyclei filius, vixit Olympiade trigeſima octava. Quidam etiam ipſum Alcmanis diſcipulum fuiſſe tradiderunt. Scripſit Cantica, & Procœmia ad verſus bis mille. Fertur etiam tragici modi inventor fuiſſe, & primus chorum inſtituiſſe, & dithyrambum ceciniſſe & ita nominaſſe, quod a choro canitur, & Satyros introduxiſſe verſibus loquentes. Retinet autem τὸ ω etiam in genitivo.

Ἀριπρεπής. Valde illuſtris & excellens.

Ἄρις, ἄρινος. Naſo carens.

Ἀρίσβη. Ariſbe. Urbs Bœotiæ.

Ἀρίσημος. In bellis clarus.

Ἄριστα. Optime. Et proverbium. *Claudus optime ſubat*. Dicitur de illis, qui ſua mala alienis bonis præferunt.

Ἀρίσταρχος. Ariſtarchus, habitatione Alexandrinus; natione vero Samothrax, patrem habuit Ariſtarchum, vixitque Olympiade CLVI. tempore Ptolemæi Philometoris, cujus etiam filium erudiit. Fertur ſcripſiſſe ultra octingentos libros, eoſque commentariorum tantum. Diſcipulus fuit Ariſtophanis Grammatici, & cum Cratete, Grammatico Pergameno, Pergami ſæpiſſime contendit. Diſcipulos Grammaticos habuit circiter XL. In Cypro aqua intercute laborans mortem inedia ſibi conſcivit. Vixit annos LXXII. filioſque reliquit Ariſtarchum & Ariſtagoram, qui ambo ſtupidi fuerunt; adeo ut Ariſtarchus venderetur: quem tamen Athenienſes redemerunt.

1 Ὅτι οἱ Πυθαγόρειοι πάντα ἀριθμὸν προσηγόρευον.] Hæc, & quæ ſequuntur, leguntur in Excerptis ex Vita Pythagoræ apud Photium Cod. CCXLIX. pag. 1313. unde ea Suidas deſcripſit.

2 Καὶ πρῶτος χορὸν στῆσαι] Scholiaſta Ariſtoph. *Avib.* pag. 606. Ἀντίπατρος δὲ καὶ Εὐφρόνιος ἐν τοῖς ὑπομνήμασι φασὶ τοὺς κυκλίους χοροὺς στῆσαι πρῶτον Λᾶσον τὸν Ἑρμιονέα. οἱ δὲ ἀρχαιότεροι Ἑλλάνικος καὶ Δικαίαρχος, Ἀρίονα τὸν Μηθυμναῖον. Idem etiam teſtatur Proclus apud Photium pag. 985.

3 Καὶ ὀνομάσαι τὸ ᾀδόμενον.] In omnes me verſavi partes, ut loco huic, quem ſuſpectum habeo, medicinam aliquam reperirem: ſed fruſtra. Quare eruditus Lector de eo cogitet velim.

4 Ὑφεῖ] Scribendum eſt οἰφεῖ, ut apud Diogenianum. Euſtathius quoque ad Il. Γ. pag. 403. eandem lectionem confirmat: cujus verba adſcribam: Δῆλον δὲ, ὅτι ἀπ' αὐτῶν ἡ παροιμία φέρεται, τὸ, Ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ. Ἐπήρουν γὰρ, φασὶν, Ἀμαζόνες ἄρρενας σκέλος, ἢ δεξιὰν χεῖρα. Σκυθῶν δὲ προσκαλουμένων αὐτὰς αὐταῖς συνεῖναι, ὡς ἀπηρῶσι τοὺς κατὰ Πανσανίαν, Ἀντιάνειραν φασὶ μίαν τῶν Ἀμαζόνων, θρασεῖαν οὖσαν καὶ ἀκόλαστον, εἰπεῖν· Ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ ὡς δηλονότι κεκρατημένων αὐτῶν τοῖς χωλοῖς.

Ἀρίσταρχος[1] Τεγεάτης, ὁ τῶν τραγῳδιῶν ποιητής, νοσεῖ τινα νόσον· εἶτα δὲ αὐτὸν ἰᾶται Ἀσκληπιὸς, καὶ προστάττει χαριστήρια τῆς ὑγείας. ὁ δὲ ποιητὴς τὸ δρᾶμα τὸ ὁμώνυμον οἱ νέμει. Θεοὶ δὲ ὑγείας μὲν οὐκ ἄν ποτε μισθὸν αἰτήσαιεν, οὐδ' ἂν λάβοιεν. ἢ πῶς ἄν; εἴ γε τὰ μέγιστα ἡμῖν φρενὶ φιλανθρώπῳ καὶ ἀγαθῇ παρέχουσι προῖκα, ἥλιόν τε ὁρᾶν, καὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ τοσούτου τῆς παναρκοῦς ἀμισθὶ [2]μεταλαμβάνειν ἀκτῖνος, καὶ χρῆσιν ὕδατος, καὶ πυρὸς συνέχουσι μυρίας ἐπικουρίας, καὶ ποικίλας ἅμα καὶ συνεργοὺς ἐπιχειρίας, καὶ ἀέρος σπᾶν, καὶ ἔχειν τροφὴν ζωῆς τὸ ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα. ἐθέλουσι δὲ ἄρα τοῖσδε τοῖς μικροῖς μήτε ἀχαρίστους εἶναι, μήτε ἀμνήμονας ἡμᾶς, καὶ ἐν τούτοις ἀμείνονας ἀποφαίνοντες. Οὗτος δὲ ὁ Ἀρίσταρχος σύγχρονος ἦν Εὐριπίδῃ· ὃς πρῶτος εἰς τὸ νῦν αὐτῶν μῆκος τὰ δράματα κατέστησεν. καὶ ἐδίδαξε μὲν τραγῳδίας ἑβδομήκοντα, ἐνίκησε δὲ δύο, βιοὺς ὑπὲρ ἔτη ρ'.

Ἀρίσταρχος Teg. Aristarchus Tegeates, poeta Tragicus, morbo quodam laborans ab Æsculapio sanatur, qui ei præcepit, ut pro reddita sanitate gratiam sibi referret. Poeta igitur fabulam cognominem ipsi dedicavit. At vero Dii mercedem pro sanitate nec exigent unquam, nec recipient. Quomodo enim? Cum nobis maxima quæque bona pro amore & benignitate sua erga genus humanum gratis largiantur, ut & solem videamus, & tanti Dei radiis omnia illustrantibus sine mercede fruamur: aquæ etiam usum nobis præbeant, itemque ignis, cujus beneficio & ope infinitæ commoditates vitæ nostræ accedunt. Aerem præterea haurire nos sinant, ut spiritu ejus vitam nostram sustentemus. Dum igitur exiguam ejusmodi gratiam a nobis referri sibi jubent, id volunt, ne ingrati nec beneficiorum immemores simus; per hæc ipsa meliores nos reddentes. Hic Aristarchus æqualis fuit Euripidis: qui primus dramata ad eam, quam nunc habent, prolixitatem produxit. Docuit Tragœdias LXX. vicit duabus. Obiit centenario major.

Ἀρίσταρχος. οὗτος τὴν ἐν Ἐφέσῳ μόναρχον εἶχεν ἐξουσίαν ἐκ τῶν Ἀθηναίων ἥκων κλητός. ἐκάλουν δὲ αὐτὸν ἄρα οἱ προσήκοντες, ὅτι ἐμμελῶς τε καὶ σὺν κηδεμονίᾳ αὐτῶν ἦρξεν ἔτεσιν ε'. ὑπανέστη δὲ ἐκ τῶν Ἀθηναίων, ὅτε Ἅρπαγος Κῦρον τὸν Καμβύσου παῖδα ἐπὶ τὴν σὺν Πέρσαις ἀπόστασιν ἐπάρας ἔτυχεν.

Ἀρίσταρχος. Hic Athenis accersitus summæ rerum Ephesi solus præfuit, Evocarunt autem eum cognati & affines, quod per annos quinque magna cum cura & fide ipsis præfuisset. Athenis discessit eo tempore, quo Harpagus Cyrum, Cambysis filium, una cum Persis ad defectionem impulit.

Ἀρισταίνετος. ὄνομα κύριον.

Ἀρισταίνετος. Aristænetus. Nomen proprium.

Ἀρίσταινος.[3] Φιλοποίμην καὶ Ἀρίσταινος οἱ Ἀχαιοὶ συνέβησαν οὔτε τὴν φύσιν μίαν ἔχειν, οὔτε τὴν αἵρεσιν τῆς πολιτείας. ἦν γὰρ ὁ μὲν Φιλοποίμην εὖ πεφυκὼς καὶ κατὰ σῶμα καὶ κατὰ ψυχὴν πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας. ὁ δ' ἕτερος πρὸς τὰ πολιτικὰ καὶ λογικὰ τῶν διαβουλίων. τῇ δ' αἱρέσει κατὰ τὴν πολιτείαν τοῦτο διέφερον ἀλλήλων. τῆς γὰρ Ῥωμαίων ὑπεροχῆς ἤδη τοῖς Ἑλληνικοῖς πράγμασιν ἐμπλεκομένης ὁλοσχερῶς, κατά τε τοὺς Φιλιππικοὺς καὶ Ἀντιοχικοὺς καιροὺς Ἀρισταίνετος ἦγε τὴν ἀγωγὴν τῆς πολιτείας οὕτως, ὥστε πᾶν τὸ πρόσφορον μὲν Ῥωμαίοις ἐξ ἑτοίμου ποιεῖν· ἔνια δὲ καὶ πρὶν ἢ προστάξαι ἐκείνους. ἐπειρᾶτο μέν τοι γε τῶν νόμων ἔχεσθαι δοκεῖν, καὶ τὴν τοιαύτην ἐφείλκετο φαντασίαν, εἴκων ὁπότε τούτων ἀντιπίπτοι τις προδήλως τοῖς ὑπὸ Ῥωμαίων γραφομένοις. ὁ δὲ Φιλοποίμην ὅσα μὲν εἴη τῶν παρακαλουμένων ἀκόλουθα τοῖς νόμοις καὶ τῇ συμμαχίᾳ πάντα συγκατῄνει καὶ συνέπραττεν ἀπροφασίστως. ὅσα δὲ τούτων ἐκτὸς ἐπιτάττοιεν, οὐχ οἷός τ' ἦν ἐθελοντὴς συνυπακούειν, ἀλλὰ τὰς μὲν ἀρχὰς ἔφη δεῖν [4]δίκαιον ἡγεῖσθαι· μετὰ δὲ ταῦτα, πάλιν ἀξιοῦν. εἰ δὲ μηδ' οὕτως πείθοιεν, τέλος οἷον ἐπιμαρτυρομένους εἴ-

Ἀρίσταινος. Philopœmenes & Aristænus Achæi neque ingenio simili fuerunt, neque eandem in Republ. sectam sequebantur. Nam Philopœmenes quidem & animo & corpore ad res militares egregie factus; contra Aristænus ad res civiles consilio & eloquentia promptior erat. Inter utriusque autem in Republ. gerenda institutum id interfuit. Nam cum Romanorum potentia bello Philippico & Antiochico penitus se rebus Græciæ immiscuisset, Aristænus quidem ita Rempubl. moderabatur, ut, quicquid e re populi Romani esset, lubentissime faceret; quædam etiam ultro, antequam pop. Rom. mandasset. Interim tamen operam dabat, ut leges ubique servare videretur, atque eam speciem præ se ferebat: cedens interdum, si qua lex mandatis populi Romani aperte repugnabat. At Philopœmenes & ipse quidem postulatis Romanorum, quæcunque a legibus ac fœdere gentis Achæorum non discedebant, sine controversia assentiebatur: quæcunque vero præter leges & fœdera imperabantur, adduci non poterat, ut eis sponte pareret: sed primo quidem rationibus contra allatis, deinde vero precibus contendendum esse ajebat. Quod si ne sic quidem flectere illos potuissent, tunc demum

1 Ἀρίσταρχος Τεγεάτης ——— ἀμείνονας ἀποφαίνοντες] Hæc ex libro deperdito Æliani *de Providentia* descripta esse colligo ex iis, quæ leguntur infra v. Θεόπομπος, Θεοδ. ubi similis historia de Theopompo ab Æsculapio sanato ex Æliano narratur.

2 Μεταλαμβάνειν] Sic ex MSS. Paris. rescripsi. Priores enim Edit. minus recte habent λαμβάνειν.

3 Φιλοποίμην καὶ Ἀρίσταινος οἱ Ἀχαιοὶ συνέβ.] Hæc, & omnia quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Polybii apud Constantinum in Excerptis a Valesio editis pag. 122. unde ea Suidas deprompsit.

4 Δίκαιον [illegible]] Casaubonus & Valesius rescribendum censent ἀντιλογεῖσθαι: quod probo. Lectio enim vulgata nihil ad sensum loci hujus facit.

κειν,

χει, καὶ τότε ποιεῖν τὸ παραγγελλόμενον.

Ἀρισταῖος. εἷς τῶν Γιγάντων, ὃς διεσώθη. [1] Ἀρισταῖος δὲ, Ἀριστέως. καὶ Ἀρίστων ὡσαύτως. [2] ἦν δὲ Σάμιος μὲν, ἢ Πλαταιεὺς ἐκ μειρακυλλίου δὲ ἑταῖρος Δημοσθένους. ἐπέμφθη δὲ ὑπ' αὐτοῦ πρὸς Ἡφαιστίωνα ἕνεκα διαλλαγῶν. μνημονεύει αὐτοῦ Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους. † Ὅτι ἐν τῷ ὄρει τῆς Σικελίας, τῷ λεγομένῳ Αἴτνῃ, Ἀρισταῖον μόνον τὸν Γίγαντα διεσῶσθαί φασι· καὶ οὔτε πῦρ οὐράνιον ἐπ' αὐτὸν ἦλθεν, οὔτε Αἴτνη πιέζει αὐτόν.

Ἀρίσταιχμος. ὄνομα κύριον.

Ἀριστέας, [3] Δημοχάριδος, ἢ Καυστροβίου, Προκοννήσιος, ἐποποιός. τὰ Ἀριμάσπεια καλούμενα ἔπη. ἔστι δὲ ἱστορία τῶν Ὑπερβορέων Ἀριμασπῶν, βιβλία γ'. τούτου φασὶ τὴν ψυχὴν, ὅταν ἐβούλετο, ἐξιέναι καὶ ἐπανιέναι πάλιν. γέγονε δὲ κατὰ Κροῖσον καὶ Κῦρον, Ὀλυμπιάδι ν'. [4] ἔγραψε δὲ οὗτος καὶ καταλογάδην Θεογονίαν, εἰς ἔπη α'.

Ἀριστερά. τὰ μωρά. δεξιὰ δὲ, τὰ συνετά. [5] Σοφοκλῆς περὶ Αἴαντός φησιν·

Οὔποτε γὰρ φρενόθεν γ' ἐπ' ἀριστερά,
Παῖ Τελαμῶνος, ἔβης.

Ἀριστείδης, [6] Ἀδριανεὺς, σοφιστής· Ἀδριανοὶ δὲ πόλις Μυσίας, τῆς νῦν Βιθυνίας· Πολέμωνος τοῦ Σμυρναίου Ῥήτορος μαθητὴς, υἱὸς Εὐδαίμονος, φιλοσόφου τε καὶ ἱερέως γενομένου τοῦ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ ἱεροῦ τοῦ Διός. οἱ δὲ Εὐδαίμονα τὸν πατέρα αὐτοῦ γράφουσιν. ἠκροάσατο δὲ Ἡρώδου κατὰ τὰς Ἀθήνας, καὶ ἐν Περγάμῳ Ἀριστοκλέους· γεγονὼς ἐπί τε Ἀντωνίνου τοῦ Καίσαρος, καὶ διατείνας μέχρι Κομόδου. [7] τῶν δὲ λόγων παρ' οὐδενὶ πέρας εὕροι τις ἂν, ἄλλως δὲ ἄλλοις ἐπιτυχθέντας.

Ἀριστείδης, ὁ Λυσιμάχου, πένης ὢν διὰ τὸν τρόπον ἄνευ ὅρκων ἐπιστεύετο. καὶ Καλλίου ποτὲ κρινομένου παρελθὼν εἶπεν, ἐμοὶ τὸν ἄνδρα χαρίσασθε· καὶ ἔτυχε. τοῦ δὲ χρυσίον ἀντιπέμψαντος, παρῃτήσατο, εἰπών· Ὁ μὲν Καλλίου βίος τῆς Ἀριστείδου χρῄζει πενίας· ἡ δὲ Ἀριστείδου πενία καταφρονεῖ τοῦ Καλλίου πλούτου. οὗτος Θεμιστοκλεῖ πολλὰ ἀντεπολιτεύσατο. συμπρεσβεύων δὲ αὐτῷ, τὴν ἔχθραν, εἶπεν, ἔσω τῶν ὁρίων ἀφῶμεν, ὁμονοῶμεν δὲ ὑπὲρ τῆς πόλεως. οὕτω δὲ ἦν δίκαιος, ὡς μέλλοντος αὐτοῦ ἐξοστρακίζεσθαι ἀπὸ τῆς ἀγροικίας τις ὄστρακον αὐτῷ ἐπιδιδοὺς (ἠγνόει δὲ τὸν ἄνδρα,) γράφειν ἠξίου τὸν ἐξοστρακισμένον. τοῦ δὲ ἐρωτήσαντος, τί Ἀριστείδης αὐτὸν λυποίη· πάνυ δίκαιος ὢν ἔφη. καὶ γελάσας ὁ Ἀριστείδης ἔγραψε ψῆφον.

tanquam Divum fidem contestatos cedere atque imperata facere oportere.

Ἀρισταῖος. Aristæus, unus Gigantum, qui solus interitum effugit. Ἀρισταῖος vero Ἀριστέως, est nomen proprium: uti & Ἀρίστων. Is autem erat Samius vel Platæensis, & ab ineunte ætate Demosthenis sodalis & familiaris: a quo missus est ad Hephæstionem amicitiæ reconciliandæ causa. Meminit ejus Hyperides in oratione contra Demosthenem. † Aristæum Gigantem in Ætna Siciliæ monte solum interitum evasisse ferunt. Nam nec ignis cœlestis cum tetigit, nec Ætna pondere suo eum pressit.

Ἀρίσταιχμος. Aristæchmus. Nomen propr.

Ἀριστέας. Aristeas, Democharidis aut Caustrobii filius, Proconnesius, poeta Epicus, scripsit carmina, quæ vocantur *Arimaspea*; sive historiam Arimasporum Hyperboreorum, libris tribus constantem. Hujus animam, quoties vellet, ex corpore exiisse & eodem remeasse ferunt. Vixit Crœsi & Cyri tempore, Olympiade L. Idem etiam soluta oratione nonnulla scripsit; nec non *Theogoniam* versibus circiter mille.

Ἀριστερά. Læva. Stulta. Δεξιὰ vero, dextra, sive prudentia prædita. Sophocles de Ajace inquit: *Nunquam enim, fili Telamonis, læva mente fuisti.*

Ἀριστείδης. Aristides, Adrianensis (Adriani vero est urbs Mysiæ, quæ nunc Bithynia vocatur) Sophista, Polemonis Smyrnæi Rhetoris discipulus, filius Eudæmonis Philosophi, flaminis Dialis in patria sua. Athenis Herodem, & Pergami Aristoclem audivit; floruitque Antonini Imperatoris tempore, & vitam usque ad Commodum produxit. Orationum ejus certus non est numerus, quoniam varia earum circumferuntur volumina.

Ἀριστείδης. Aristides, Lysimachi filius, cui, quamvis pauperi, propter vitæ integritatem injurato etiam fides habebatur. Hic cum aliquando judicium, in quo Callias reus peragebatur, præteriret, virumque istum sibi condonari peteret, id, quod voluit, impetravit. Callia igitur pecuniam ipsi mittente, eam repudiavit, dicens: Calliæ quidem vita Aristidis paupertate indiget; Aristidis vero paupertas Calliæ opes contemnit. Idem cum aliquando in Reip. administratione Themistoclis esset æmulus, & una cum ipso legationem obiret, inimicitias, inquit, intra patriæ fines deponamus, & sententiis pro Republ. conspiremus. Fuit autem adeo justus, ut, cum Athenienses ostracismo eum mulctare decrevissent, & rusticus quidam, Aristidem

1 Ἀρισταῖος δὲ, Ἀριστέως. καὶ Ἀρίστων ὡσ.] Ex Harpocratione patet, post Ἀριστέως addendum esse ὄνομα κύριον. Sensus enim hujus loci est. Ἀρισταῖος esse nomen proprium viri, uti & Ἀρίστων.

2 Ἦν δὲ Σάμιος μὲν ——— ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους] Ex Harpocratione.

3 Ἀριστέας, Δημοχ.] Vide de eo Vossium *de Histor. Gr.* & Meursium in *Bibliotheca Græca*.

4 Ἔγραψε δὲ οὗτος καὶ καταλογάδην Θεογ.] Locum hunc mutilum esse non dubito, quem sic legerim & distinxerim: Ἔγραψε δὲ οὗτος καὶ καταλογάδην τινά. καὶ Θεογονίαν &c. Hanc lectionem in versione secutus sum.

5 Σοφοκλῆς] In *Ajace* pag. 12. P.

6 Ἀριστείδης Ἀδρ.] De hoc vide Philostratum lib. II. *de Vit. Soph.* pag. 578. & seqq.

7 Τῶν δὲ λόγων παρ' οὐδενὶ πέρας εὕροι τις ἂν, ἄλλως δὲ ἄλλοις ἐπιτ.] Hic locus est obscurus & male interpunctus, quem sic legerim: Τῶν δὲ λόγων παρ' οὐδενὶ πέρας. εὕροι δέ τις ἂν ἄλλως ἄλλοις ἐπιτυχθέντα.

ὁ αὐτὸς διετέλεσεν ἐν Αἰγίνῃ φυγών. Ξέρξου δὲ ὡς αὐτὸν ἐν τῇ φυγῇ πρεσβευσαμένου, καὶ τρισχιλίους Δαρεικούς, ὅτε ἐπῄει τὴν Ἑλλάδα, διδόντος, οὐδὲν ἐπιστρέφεσθαι ἔφη τοῦ Περσικοῦ πλούτου, τοιαύτῃ χρώμενος διαίτῃ. ἔτυχε δὲ οὐκ ἐπιμελῆ τὸν ἄρτον προσφερόμενος Ἀριστείδης. καὶ Μιλτιάδῃ μάλιστα ἐῴκει. ἑκάτερος τούτων ἄριστος ἐγένετο. Ἀριστείδης μὲν δίκαιος· ὁ δὲ Μιλτιάδης ἐν Μαραθῶνι ἐστρατήγησε. τοῦ δὲ ἐν Μαραθῶνι πολέμου μέμνηται, διότι τὰ μὲν ἄλλα κατορθώματα κοινῇ πᾶσα ἡ Ἑλλὰς πεποίηται· τὸ δὲ ἐν Μαραθῶνι, μόνοι οἱ Ἀθηναῖοι.

non noscens, testulam ei traderet, rogans, ut nomen illius, qui patria pellendus esset, ei inscriberet; & is ex eo quæreret, quanam re Aristides ipsum offendisset? rusticus responderit: Nimia justitia. Ridens igitur Aristides suffragium in testa scripsit. Idem patria pulsus in Ægina commoratus est: in quo exilio cum Xerxes Græciam invadens per legatos tria millia Daricorum ei obtulisset, negavit se, dum ea victus ratione uteretur, Persicas opes curare. Forte autem tunc pane cibario vescebatur. † Aristides Miltiadi simillimus fuit: uterque optimus. Aristides quidem justus: Miltiades autem ad Marathonem belli [adversus Persas] dux fuit. Pugnæ vero Marathoniæ præcipue mentionem facit, quia cæteræ quidem res in bellis præclare gestæ universæ Græciæ communes sunt: pugnæ vero Marathoniæ gloria ad solos Athenienses pertinet.

Ἀριστεῖον. τὸ τοῖς ἀριστεύουσι διδόμενον ἔπαθλον.

Ἀριστεῖον. Præmium fortitudinis, sive, quod datur illis, qui strenue & fortiter pugnarunt.

Ἀρίστιος [1] Κύκλωψ. μέμνηται τούτου Χαμαιλέων ἐν τῷ περὶ Σατύρων.

Ἀρίστιος Κύκλωψ. Aristiæ Cyclops. Hujus meminit Chamæleon in libro de Satyris.

Ἀριστήσατε, γεύσασθε. Ἀρίστιζον δέ, διὰ τοῦ ι. [2] Ἀριστοφάνης Ὄρνισι· Τούτους μὲν ἄγων μετὰ σοῦ ἀρίστιζον εὖ.

Ἀριστήσατε. Prandete. Ἀρίστιζον vero, per ι, prandio excipe. Aristophanes *Avibus*: *Hos quidem domum tuam deductos prandio excipe.*

Ἀριστίνδην. κατ' ἐκλογὴν καὶ αἵρεσιν τῶν ἀρίστων νομοθετῶν.

Ἀριστίνδην. Secundum delectum virtutis. Secundum electionem optimorum Legislatorum.

Ἀρίστιππος, Ἀριτάδου, ἀπὸ Κυρήνης, φιλόσοφος, Σωκράτους ἀκουστής· ἀφ' οὗπερ ἡ Κυρηναϊκὴ κληθεῖσα αἵρεσις ἦρξατο. πρῶτος δὲ τῶν Σωκρατικῶν μισθοὺς ἐπράξατο. Ξενοφῶντι δὲ εἶχε δυσμενῶς· καὶ ἦν ἱκανὸς ἁρμόσασθαι καὶ χρόνῳ καὶ τόπῳ. καὶ τῶν μὲν [3] παρόντων ἀπέλαυε, καὶ ἡδονὴν μετεδίωκε· πόνῳ δὲ ἀπόλαυσιν οὐδεμίαν ἐθήρα τῶν οὐ παρόντων. ὅθεν Διογένης βασιλικὸν κύνα αὐτὸν ἐκάλει. Ἀποφθέγματα δὲ αὐτοῦ πλεῖστα καὶ ἄριστα. [4] διήκουσε δὲ αὐτοῦ ἡ θυγάτηρ Ἀρήτη, ἀφ' ἧς ὁ παῖς αὐτῆς ὁ νέος Ἀρίστιππος, ὃς ἐκλήθη Μητροδίδακτος. οὗ Θεόδωρος, ὁ Ἄθεος ἐπικληθείς, εἶτα Θεός· τοῦ δὲ Ἀντίπατρος· τοῦ δὲ Ἐπιτιμήδης ὁ Κυρηναῖος· τοῦ δὲ [5] Παραβάτης· τοῦ δὲ Ἡγησίας ὁ [6] Πεισίθνητος· τοῦ δὲ Ἀννίκερις, [7] ὁ Πλάτωνα λυτρωσάμενος.

Ἀρίστιππος. Aristippus, Aritadæ filius, Cyrenæus, Philosophus, Socratis auditor, a quo secta, quæ Cyrenaica vocatur, orta est. Hic primus fuit Socraticorum, qui mercedem a discipulis exegit. Idem adversus Xenophontem inimicitias gessit: eaque fuit ingenii dexteritate, ut & tempori & loco sese accommodare nosset. Rerum præsentium voluptate libenter fruebatur: ex absentibus vero ut voluptatem aliquam perciperet, nullo modo laborabat. Hinc Diogenes illum canem regium vocabat. Scite dicta plurima protulit & optima. Audivit eum Arete filia; cujus filius est Aristippus minor, *Metrodidactus* appellatus. Hujus auditor fuit Theodorus, *Atheus* cognominatus, & postea *Deus*. Hujus Antipater: Antipatri Epitimedes Cyrenæus: Epitimedis Parabates: Parabatæ Hegesias, *Pisithanatus* dictus: Hegesiæ denique Anniceris, qui Platonem redemit.

Ἀρίστιππος, Σωκράτους ὁμιλητής, ἐν πᾶσι τὴν ἡδονὴν ἀσπαζόμενος, καὶ ἐπίχαρις. λέγεται δὲ ὅτι καὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ φέροντος ἀργύριον, καὶ ἀχθομένου τῷ βάρει, τὸ βαροῦν ἀπόβαλε, ἔφη. ἐπιβουλευόμενος δὲ ἐν πλῷ δι' ἃ ἐπήγετο, εἰς τὴν θάλασσαν

Ἀρίστιππος. Aristippus, Socratis discipulus, in omnibus rebus voluptatem sectabatur, festivumque sese præbebat. Hic fertur, cum famulus ejus pecuniam ferret, & de onere quereretur, ei dixisse, ut onus abjiceret. Cum inter navigandum ob pecuniam, quam

1 Ἀρίστιος Κύκλωψ] Scribe Ἀριστίου Κύκλωψ. Scripserat enim Aristias fabulam, *Cyclops* vocatam, cujus meminit Suidas supra v. Ἀπόλεσας.

2 Ἀριστοφάνης Ὄρνισι] Pag. 572. (394. Ed. Bas. P.) sed ubi male ho ie legitur ἀρίστισον, per σ. Priores quoque Edit. Suidæ hic exhibent ἀρίστισον; sed ejus loco ἀρίστιζον per ζ ex MSS. Paris. reposui.

3 Παρόντων] Priores Edit. male exhibent πάντων, cujus loco παρόντων ex MSS. Paris. & Laertio reposui.

4 Διήκουσε δὲ αὐτοῦ ἡ θυγ.] Vide Laert. II. Segm. LXXXVI. ex quo Suidas.

5 Παραβάτης] Suspicor hunc Parabatem diversum fuisse ab eo, cujus Suidas meminit supra v. Ἀννίκερις. Is enim Aristippum audiverat; cum hic Epitimedis auditor fuerit.

6 Πεισίθνητος] Scribe Πεισιθάνατος, ut apud Laertium.

7 Ὁ Πλάτωνα λυτρωσάμενος] Cum rationi temporum manifeste repugnet, Annicerim illum, qui Platonem redemisse legitur, fuisse auditorem Hegesiæ, qui tempore non exiguo post Platonem vixit; vel inducenda sunt hæc verba, tanquam semidocti cujusdam librarii additamentum, ut censet Menagius ad Laert. lib. II. Segm. LXXXVI. vel addita particula negante legendum est οὐχ ὁ τὸν Πλάτωνα λυτρωσάμενος. Fuerunt enim duo saltem Annicerides; quorum alter Platonis æqualis fuit, eumque redemit: alter vero eo recentior, qui sectam instituit, ab ejus nomine *Annicerian* vocatam, de quo hic locus Suidæ, vel potius Laertii, intelligendus est.

‡

ἐξέβα-

ἐξέβαλεν αὐτά. ἡ γὰρ τούτων, ἔφη, ἀπώλεια ἐμοὶ σωτηρία. Ἐπέσκωπτε δ' Ἀντισθένην ἀεὶ διὰ τὴν στυφνότητα. καὶ πρὸς Διονύσιον τὸν Σικελίας τύραννον ἐλθὼν καὶ πίνων ἐνίκα, καὶ ὀρχήσεως τῆς ἄλλης κατῆρξεν, ἐνδὺς ἐσθῆτα ἁλουργῆ. Πλάτων δὲ, προσκομιζομένης αὐτῷ τῆς στολῆς, εἶπεν [1] Εὐριπίδου Ἰαμβικά·

Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολὴν,
Ἄῤῥην πεφυκὼς καὶ γένους ἐξ ἄῤῥενος.

Ἀρίστιππος δὲ δεξάμενος καὶ γελάσας εἶπε τοῦ αὐτοῦ ποιητοῦ·

—[2] Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν
Ὁ νοῦς ὁ σώφρων οὐ διαφθαρήσεται.

Ὑπὲρ φίλου δὲ ἀξιῶν, καὶ μὴ τυγχάνων, τῶν ποδῶν ἥψατο καὶ ἔτυχε· καὶ οὐ ταύτης ἐγὼ τῆς κολακείας αἴτιος, εἶπεν, ἀλλὰ Διονύσιος, ὁ ἐν γόνασι τὰς ἀκοὰς ἔχων.

secum habebat, insidiis appeteretur, eam in mare abjecit; jacturam ejus salutem suam esse inquiens. Antisthenem ob tristem austeritatem sæpe deridebat. Cum ad Dionysium Siciliæ Tyrannum venisset, potando vicit, purpureaque veste indutus saltavit. Plato autem, [simili] veste ad se allata, [eam repudiavit,] versus hos Iambicos Euripidis pronuntians:

*Non possum fœmineam induere vestem,*
*Qui vir sum, & virili genere natus.*

Aristippus vero, ea accepta, cum risu subjecit ejusdem poetæ versus:

——*Nam & in bacchationibus*
*Mens sana & sobria non corrumpetur.*

Amici gratia frustra aliquando [Dionysium] rogans, genibus ejus advolutus est. Cumque, quod petierat, impetrasset, non ego, inquit, adulationis hujus auctor sum, sed Dionysius, qui aures in genibus habet.

Ἀριστογένης Θάσιος, ἰατρὸς, ἔγραψε βιβλία κδ'. ἐκρίθη δὲ περὶ διαίτης ἕν. Περὶ δυνάμεως ἕν. Περὶ δηλητηρίων ἕν. Περὶ σπέρματος ἕν. Ὑγιεινὸν ἕν. Ἐπιστολικά. Ἐπιτομὴν Φυσικῶν βοηθημάτων πρὸς Ἀντίγονον.

Ἀριστογένης. Aristogenes Thasius, medicus, XXIV. libros scripsit: inter quos excellunt, De ratione victus unus. De facultate unus. De venenatis animalibus unus. De semine unus. De valetudine tuenda unus. Liber epistolarum. Naturalium remediorum compendium ad Antigonum.

Ἀριστογένης Κνίδιος, ἰατρὸς, δοῦλος Χρυσίππου τοῦ φιλοσόφου. ἰάτρευσεν Ἀντιγόνῳ τῷ ἐπικληθέντι Γονατᾷ.

Ἀριστογένης. Aristogenes Cnidius, medicus, Chrysippi Philosophi servus, & Antigoni Gonatæ medicus.

Ἀριστογείτων, Κυδιμάχου, ἢ Λυσιμάχου, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, μητρὸς δὲ ἀπελευθερικῆς· ὅστις ἐπεκαλεῖτο κύων διὰ τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ. ἐφονεύθη δὲ ὑπὸ Ἀθηναίων, λόγους ποιήσας, Ἀπολογίαν πρὸς Δημοσθένην τὸν στρατηγόν. Πρὸς Λυκοῦργον. Κατὰ Τιμοθέου. [3] Κατὰ Τιμάρχου. [4] Κατὰ Ὑπερείδου. Κατὰ Θρασύλλου. Ὀρφανικόν. [5] Ζήτει περὶ τούτου τοῦ Ἀριστογείτονος, μήποτε ἐστιν οὗτος ὁ Ἁρμοδίου ἑταῖρος.

Ἀριστογείτων. Aristogiton, Cydimachi vel Lysimachi filius, orator, Atheniensis, matre libertina natus, & propter impudentiam *Canis* cognominatus: qui ab Atheniensibus interfectus est. Scripsit orationes plures. Apologiam adversus Demosthenem belli ducem. Adversus Lycurgum. Adversus Timotheum. Adversus Timarchum. Adversus Hyperidem. Adversus Thrasyllum. Orationem pro pupillis. † Quære de hoc Aristogitone, sitne Harmodii sodalis.

Ἀριστογείτων, Σκυδίμου, συκοφάντης. τούτου ὁ πατὴρ ὀφλήσας τῷ δημοσίῳ τελευτᾷ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. καὶ αὐτὸς Ἀριστογείτων μετὰ ταῦτα ὡς κληρονόμος τοῦ ὀφλήματος [6] ἐδέθη. ἡ δὲ μήτηρ ἐπράθη ὑπὸ τοῦ δήμου. ἐν δὲ τῷ δεσμωτηρίῳ κλέψας γραμματεῖον κατεγνώσθη ὑπὸ τῶν δεσμωτῶν. καὶ τὴν ῥῖνα, οὗ τὸ γραμματεῖον ἔκλεψεν, ἔφαγεν. καὶ [7] Ζωβίαν ὑποδεξαμένην αὐτὸν φυγόντα, ἀξιώσαν εὖ παθεῖν, ὅτε ἴσχυεν, ἐπὶ τὸ τοῦ μετοικίου πωλητήριον ἦγεν, καὶ τὴν ἀδελφὴν ἐπ' ἐξαγωγῇ πέπρακεν. Ὑπερείδην δὲ ἐγράψατο παρανόμων ἐπὶ τῷ μετὰ Χαιρώνειαν ψηφίσματι, καὶ οὐχ εἷλεν.

Ἀριστογείτων. Aristogiton. Scydimi filius, sycophanta. Hujus pater, quod ærario pecuniam deberet, in carcere obiit. Postea vero & ipse Aristogiton, ut illius debiti hæres, in vincula conjectus est; ejusque matrem populus vendidit. In carcere tabulam furatus, & a captivis deprehensus, nasum ejus, cui tabulam abstulerat, præmordit. Idem Zobiam, quæ cum exulem susceperat, gratiam ab eo, magnam jam in Republ. auctoritatem consecuto, repetentem, ad inquilinorum forum deduxit, & sororem in peregrinas terras abducendam vendidit. Hyperidem ob decretum post cladem Chæronensem factum actione τῶν Παρανόμων persecutus est, sed frustra.

1 Εὐριπίδου Ἰαμβικά] Locus Euripidis, quem Suidas hic citat, exstat in *Bacchis*, v. 834. sed ubi prior tantum versus legitur, non etiam posterior.

2 Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν ὁ νοῦς ὁ σώφρων.] Hic locus exstat apud Euripidem *Bacchis*, v. 317. 318. sed ubi pro ὁ νοῦς ὁ σώφρων legitur οὖσ' ἥ γε σώφρων: quam lectionem etiam agnoscit Laertius lib. II. Seg. LXXXVIII.

3 Κατὰ Τιμάρχου] Hujus orationis meminit Harpocratio v. Αὐτοκλείδης, & Tzetzes Chil. VI. v. 105.

4 Κατὰ Ὑπερείδου] Meminit hujus orationis Tzetzes Chil. VI. v. 94.

5 Ζήτει περὶ τούτου τοῦ Ἀριστογείτονος, μήποτε ἐστιν οὗτος ὁ Ἁρμοδίου ἑταῖρος] Quis verba hæc inepti & semidocti cujusdam librarii additamentum esse dubitet? Nemo enim nisi imperitissimus & in chronologia historiaque veteri plane hospes ignorare potest, Aristogitonem hunc diversum omnino fuisse ab eo, qui Harmodii sodalis fuit, quippe qui ducentis saltem annis ante nostrum hunc vixit.

6 Ἐδέθη] Hanc lectionem ex MSS. Paris. revocavi. Priores enim Edit. male exhibent ἐδόθη.

7 Καὶ Ζωβίαν ὑποδεξαμένην αὐτὸν φυγ.] Vide infra v. Ἐξαγωγή.

Ἀριστόδημος,[1] Ἀριστοκράτους, Κύμης τῆς Ἰταλιώτιδος τύραννος, ἀνὴρ οὐ τῶν ἐπιτυχόντων εἰς γένος· ὃς ἐκαλεῖτο μαλακὸς ὑπὸ τῶν ἀστῶν, καὶ σὺν χρόνῳ γνωριμώτερον τοῦ ὀνόματος ἔσχε τὴν κλῆσιν, εἴθ᾽ ὅτι θηλυδρίας ἐγένετο παῖς ὤν, καὶ τὰ γυναιξὶν ἁρμόττοντα ἔπασχεν· εἴθ᾽ ὅτι πρᾶος τὴν φύσιν καὶ μαλακὸς εἰς ὀργήν.

Ἀριστόδημος. Aristodemus, Aristocratis filius, Cumarum in Italia tyrannus, vir claro genere natus; qui a civibus *Mollis* appellabatur, eaque appellatione progressu temporis longe notior fuit, quam proprio nomine; sive quod in pueritia fuisset effœminatus & muliebria passus: sive quod miti esset ingenio & ad iram mollis.

Ἀριστόδημος.[2] Ἐπιτομὴν τῆς Καθόλου Ἡρωδιανοῦ ἔγραψε πρὸς Δαναόν.

Ἀριστόδημος. Aristodemus. Hic librum Herodiani, Ἡ Καθόλου inscriptum, in compendium redegit.

Ἀριστοκλῆς,[3] Μεσσήνιος τῆς Ἰταλίας, φιλόσοφος Περιπατητικός. [4] συνέταξε δὲ περὶ [5] φιλοσοφίας βιβλία δέκα. Πότερον σπουδαιότερος Ὅμηρος ἢ Πλάτων. καταλέγει δὲ ἐν τούτοις πάντας φιλοσόφους, καὶ δόξας αὐτῶν. ἔγραψε δὲ καὶ τέχνας ῥητορικάς. Περὶ Σαράπιδος. Ἠθικὰ βιβλία θ′.

Ἀριστοκλῆς. Aristocles, ex Messena urbe Italiæ oriundus, philosophus Peripateticus. Scripsit de Philosophia libros x. in quibus omnes Philosophos & ipsorum opiniones recenset. Utrum Homerus præstantior an Plato? Scripsit etiam de Arte Rhetorica. De Sarapide. De moribus libros novem.

Ἀριστοκλῆς Λαμψακηνός, φιλόσοφος Στωϊκός. ἔγραψεν ἐξήγησιν τῶν Χρυσίππου περὶ τοῦ Πῶς ἕκαστα λέγομεν καὶ διανοούμεθα, βιβλία δ′.

Ἀριστοκλῆς. Aristocles Lampsacenus, Philosophus Stoicus, scripsit libros quatuor enarrationum in Chrysippum de ratione singula eloquendi & cogitandi.

Ἀριστοκλῆς Περγαμηνός, σοφιστής, γεγονὼς ἐπί τε Τραϊανοῦ καὶ Ἀδριανοῦ. Τέχνην ῥητορικήν. Ἐπιστολάς. Περὶ ῥητορικῆς βιβλία ε′. Μελέτας. Πρὸς τὸν βασιλέα ἐπὶ τῇ διανεμήσει τοῦ χρυσίου.

Ἀριστοκλῆς. Aristocles Pergamenus, Sophista, qui Trajani & Adriani temporibus vixit. Scripsit artem Rhetoricam. Epistolas. De Rhetorica libros quinque. Declamationes. Ad Imperatorem de auri distributione.

Ἀριστοκράτης,[6] Ῥοδίων στρατηγός· ὃς ἦν κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἀξιωματικὸς καὶ καταπληκτικός· διόπερ ἐν πάντων τούτων ὑπέλαβον οἱ Ῥόδιοι τελέως ἀξιόχρεων ἡγεμόνα καὶ προστάτην ἔχειν τοῦ πολέμου· διεψεύσθησαν δὲ τῶν ἐλπίδων. ἐλθὼν γὰρ εἰς τὰς πράξεις ὥσπερ εἰς πῦρ, καθάπερ τὰ κίβδηλα τῶν νομισμάτων, ἀλλοῖος ἐφάνη.

Ἀριστοκράτης. Aristocrates, Rhodiorum Prætor, specie quidem ipsa plenus dignitatis & terroris erat. Quamobrem Rhodii idoneum belli ducem atque egregium imperatorem se habere credebant: sed spe sua longe frustrati sunt. Nam cum ad res gerendas tanquam ad ignem accessisset, instar adulterinæ monetæ longe alius apparuit.

Ἀριστοκρατία. ἡ κράτησις τῶν ἀρίστων.

Ἀριστοκρατία. Optimatum imperium.

Ἀριστομάχη. ὄνομα κύριον.

Ἀριστομάχη. Aristomache. Nomen proprium.

Ἀριστομένης,[7] Ἀθηναῖος, κωμικὸς τῶν ἐπιδευτέρων τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, οἳ ἦσαν ἐπὶ τῶν Πελοποννησιακῶν, [8] Ὀλυμπιάδων πζ′. [9] ἐπεκλήθη Θυροπωιός.

Ἀριστομένης. Aristomenes, Atheniensis, Comicus, ex eorum numero qui antiquæ comœdiæ proximi fuerunt, & belli Peloponnesiaci tempore vixerunt, Olymp. LXXXVII. Hic Θυροπωιὸς cognominatus fuit.

Ἀριστόνικος Ἀλεξανδρεύς, γραμματικός. ἔγραψε περὶ [10] τῶν σημείων τῶν ἐν τῇ Θεογονίᾳ Ἡσιόδου καὶ τῶν τῆς Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας ἀσυντάκτων ὀνομάτων βιβλία ς′.

Ἀριστόνικος. Aristonicus Alexandrinus, Grammaticus. Scripsit de notis in Theogonia Hesiodi. Item de nominibus in Iliade & Odyssea, quæ a communi constructione recedunt, libros VI.

Ἄριστον. περὶ ὥραν τρίτην. παρὰ τὸ εἰς ἀριστείαν παρέρχεσθαι. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Δεῖπνον.

Ἄριστον. Prandium, [quod sumi solebat,] circa horam tertiam. Dictum est inde, quod eo sumpto ad ἀριστείαν, i. e. strenue fortiterque pugnandum se accingere solerent.

1 Ἀριστόδημος, Ἀριστοκρ. Κύμης τ. Ἰταλ. τύρ.] Articulum hunc descripsit Suidas ex Dionys. Halicarn. lib. VII. pag. 418.

2 Ἐπιτομὴν τ. Καθόλου Ἡρωδ.] Vide quæ notavimus infra ad v. Ἡρωδιανός.

3 Ἀριστοκλῆς] De scriptoribus diversis hujus nominis, eorumque scriptis egit Meursius ad Aristoxenum pag. 145. quem vide.

4 Συνέταξε δὲ περὶ φιλοσοφίας βιβλία δέκα. Πότερον σπουδ. Ὅμηρ. ἢ Πλ. καταλέγει δὲ ἐν τ.] Locus hic confusus est, quem sic in ordinem redigendum puto: Συνέταξε δὲ περὶ φιλοσοφίας βιβλία δέκα. καταλέγει δὲ ἐν τούτοις πάντας φιλοσόφους καὶ δόξας αὐτῶν. Πότερον σπουδαιότερος Ὅμηρος, ἢ Πλάτων. Hunc ordinem in versione secutus sum.

5 Περὶ φιλοσοφίας βιβλία δέκα] Ex hoc opere prolixa & luculenta fragmenta leguntur apud Eusebium *de Præp. Evang.* lib. XIV. cap. XVII. & seqq. Item, lib XV. cap. II. & XIV.

6 Ἀριστοκράτης, Ῥοδίων στρατ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Polybii, quæ leguntur in Collectaneis Constantini a Vales. editis, pag. 170. unde ea Suidas deprompsit.

7 Ἀριστομένης, Ἀθην. Κωμ.] De ejus fabulis vide Meursium in *Bibliotheca Attica*.

8 Ὀλυμπιάδων] Pessime. Lege Ὀλυμπιάδι.

9 Ἐπεκλήθη Θυροπωιός] Hesychius: Θυροπωιός. οὕτως ἐκαλεῖτο Ἀριστομένης ὁ Κωμικὸς ποιητὴς σκωπτικῶς. Vide etiam infra v. Θυροπωιός.

10 Περὶ τ. σημείων] Intelliguntur hic notæ criticæ, quibus olim veterum libri distingui solebant: de quibus vide Epiphanium ἐν τῷ περὶ μέτρων: Laertium in *Platone* Segm. LXV. LXVI. & Isidorum *Origin.* lib. I. cap. XX. De his notis criticis plures veterum scripsisse leguntur, de quibus nunc non agam. Id tantum moneo, Aristonicum, quem Suidas hic de notis Theogoniæ Hesiodi scripsisse tradit, ab Etymologo v. Λόχος citari etiam ἐν τῷ περὶ σημείων Ὁμήρου; & simpliciter ἐν Σημείοις. v. Ἔρχεται, & v. Ὀσσί.

Ἀρι-

Ἀριστόνικος,[1] ὁ τοῦ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως Αἰγύπτου εὐνοῦχος μὲν ἦν, ἐκ παιδίου δ' ἐγεγόνει σύντροφος τῷ βασιλεῖ. τῆς δ' ἡλικίας προβαινούσης ἀνδρωδεστέραν εἶχεν ἢ κατ' εὐνοῦχον τόλμαν καὶ προαίρεσιν. καὶ γὰρ φύσει στρατιωτικὸς ἦν, καὶ τὴν πλείστην διατριβὴν ἐποιεῖτο ἐν τούτοις, καὶ περὶ ταῦτα παραπλησίως καὶ κατὰ τὰς ἐντεύξεις ἱκανὸς ὑπῆρχε, καὶ τὸν κοινὸν νοῦν εἶχεν, ὃ σπάνιόν ἐστι. πρὸς εὐεργεσίαν ἀνθρώπων ἐπεφύκει καλῶς.

Ἀριστονομία. ἡ διανομὴ τῶν ἀρίστων.

Ἀριστόξενος,[2] υἱὸς Μνησίου, τοῦ καὶ Σπινθάρου, μουσικοῦ, ἀπὸ Τάραντος τῆς Ἰταλίας. διατρίψας δὲ ἐν Μαντινείᾳ φιλόσοφος γέγονε, καὶ μουσικῇ ἐπιθέμενος οὐκ ἠστόχησεν, ἀκουστὴς τοῦ τε πατρὸς, καὶ Λάμπρου τοῦ Ἐρυθραίου· εἶτα Ξενοφίλου τοῦ Πυθαγορείου, καὶ τέλος Ἀριστοτέλους· εἰς ὃν ἀποθανόντα ὕβρισε, διότι κατέλιπε τῆς σχολῆς διάδοχον Θεόφραστον, αὐτοῦ δόξαν μεγάλην ἐν τοῖς ἀκροαταῖς τοῦ Ἀριστοτέλους ἔχοντος. γέγονε δὲ ἐπὶ τῶν Ἀλεξάνδρου καὶ τῶν μετέπειτα χρόνων· ὡς εἶναι ἀπὸ τῆς ρια' Ὀλυμπιάδος, σύγχρονος Δικαιάρχῳ τῷ Μεσσηνίῳ. [3] συνετάξατο δὲ Μουσικά τε καὶ Φιλόσοφα, καὶ Ἱστορίας, καὶ [4] παντὸς εἴδους παιδείας· [5] καὶ ἀριθμοῦ αὐτοῦ τὰ βιβλία εἰς υνγ'.

Ἀριστόξενος [6] Κυρηναῖος· ὅστις ὑπὸ τῆς ἀνυπερβλήτου τρυφῆς τὰς ἐν τῷ κήπῳ θρίδακας οἰνομέλιτι ἑσπέρας ἐπότιζε, καὶ χλωροὺς πλακοῦντας ἔλεγεν ἀναπέμπεσθαι αὐτῷ.

Ἀριστοτέλης,[7] υἱὸς Νικομάχου καὶ Φαιστιάδος (ὁ δὲ Νικόμαχος ἰατρὸς ἦν τοῦ τῶν Ἀσκληπιαδῶν γένους, ἀπὸ Νικομάχου τοῦ Μαχάονος) ἐκ Σταγείρων, πόλεως τῆς Θρᾴκης, φιλόσοφος, μαθητὴς Πλάτωνος, τραυλὸς τὴν φωνήν. καὶ ἀδελφοὺς μὲν ἔσχεν Ἀρίμνηστον καὶ Ἀριμνήστην· θυγατέρα δὲ ἀπὸ Πυθιάδος, τῆς θυγατρὸς Ἑρμείου τοῦ εὐνούχου· ὃς καὶ θλαδίας ὢν αὐτὴν ἔσπειρε. γαμουμένη δὲ τρισὶν ἡ Ἀριστοτέλους θυγάτηρ, τεκνώσασα προετελεύτησεν Ἀριστοτέλους τοῦ πατρός. ἔσχε δὲ καὶ υἱὸν Νικόμαχον ἐξ Ἑρπυλλίδος παλλακῆς, ἣν [8] ἠγάγετο μετὰ [9] Πυθιάδα παρ' Ἑρμείου τοῦ εὐνούχου, ὅς τις ἦν ἄρχων Ἀταρνέως (χώρα δὲ αὕτη Τρῳάδος) Εὐβούλου δὲ τοῦ Βιθυνοῦ δοῦλος γεγονὼς, ἔλαβε. καὶ αὐτοῦ Ἑρμείου παιδικὰ γενομένου Ἀριστοτέλους. ἦρξε δὲ ἔτη ιγ' τῆς Περιπατητικῆς κληθείσης φιλοσοφίας, διὰ τὸ ἐν περιπάτῳ ἤτοι κήπῳ διδάξαι ἀναχωρήσαντα τῆς Ἀκαδημίας, ἐν ᾗ Πλάτων ἐδίδαξεν. ἐγεννήθη δὲ ἐν

Ἀριστόνικος. Aristonicus. Hic Ptolemæi Regis Ægypti Eunuchus quidem fuit, a puero una cum Rege in aula educatus: sed progressu ætatis fortior ac generosior evasit, quam Eunuchi natura ferat. Nam suopte ingenio erat bellicosus, & assidue in rebus bellicis se exercebat. Idem in congressibus idonea dexteritate utebatur, quodque raro admodum contingit, moderati ac civilis animi erat, ac postremo ad bene de hominibus merendum natura propensus.

Ἀριστονομία. Civitas bene constituta.

Ἀριστόξενος. Aristoxenus, filius Mnesiæ, qui & Spintharus vocabatur, Musici, e Tarento, urbe Italiæ. Hic, cum Mantineæ commoraretur, philosophus evasit, & Musicæ non infelicem operam navavit. Auditor fuit patris, & Lampri Erythræi, itemque Xenophili Pythagorei, & denique Aristotelis: quem defunctum convitiis insectatus est, quod Scholæ successorem Theophrastum reliquisset, cum clarum ipsius inter Aristotelis auditores nomen esset. Vixit Alexandri & successorum ejus temporibus, ab Olympiade CXI, æqualis Dicæarchi Messenii. Scripsit Musica, Philosophica, Historias, & omnigenæ eruditionis libros, numero CDLIII.

Ἀριστόξενος. Aristoxenus Cyrenæus, luxui adeo fuit deditus, ut lactucas in horto suo vesperi mulso rigaret, dicens, virides inde placentas sibi enasci.

Ἀριστοτέλης. Aristoteles, Nicomachi & Phæstiadis filius (Nicomachus autem medicus fuit ex Asclepiadarum genere, a Nicomacho Machaonis filio oriundus) ex Stagira, urbe Thraciæ, philosophus, discipulus Platonis, balba voce. Fratres habuit Arimnestum & Arimnestem: filiaque ipsi nata fuit ex Pythiade quam Hermias, licet eunuchus (quippe cujus testiculi elisi erant) genuerat. Tribus autem filia Aristotelis maritis nupta, cum liberos aliquot peperisset, ante patrem decessit. Habuit & filium Nicomachum ex Herpyllide concubina, quam post Pythiadem ab Hermia eunucho, qui princeps erat Atarni (Atarnus autem est regio Troadis) & Eubuli Bithyni servus fuerat, accepit. Hic Hermias Aristotelem adamavit. Aristoteles autem per XIII annos philosophiæ Peripateticæ præfuit, ita appellatæ, quod cum Academiam, in qua Plato docuerat, liquisset, inambulans [in Lycio] philosophiam audi-

1 Ἀριστόνικος, ὁ τοῦ Πτολεμαίου τοῦ βασιλ. Αἰγ. εὐν.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Polybii apud Constantinum in Collectaneis a Valesio editis, pag. 114. unde ea Suidas descripsit.

2 Ἀριστόξενος] De Aristoxenis egit Meursius ad Aristoxenum: quem vide.

3 Συνετάξατο δὲ Μουσικά τε καὶ Φιλ.] De Aristoxeni hujus scriptis vide Meursium ad Aristoxenum, & in *Bibliotheca Græca*; itemque Jonsium *de Scriptor. Histor. Phil.* lib. 1. cap. XIV. Ejus hodie extant Ἁρμονικῶν Στοιχείων, sive *Harmonicorum Elementorum* libri III. quos Meursius primus in lucem protulit.

4 Καὶ παντὸς εἴδους παιδείας] In prioribus Edit. legitur καὶ παντὸς εἴδους καὶ παιδείας. Sed in 2 MSS. Paris. posterius καὶ deest: quod in hac Editione secutus sum.

5 Καὶ ἀριθμοῦ αὐτοῦ τὰ βιβλ.] Putem legendum καὶ ἀριθμοῦνται αὐτοῦ τὰ βιβλία: quam suspicionem Pearsonio etiam in mentem venisse video.

6 Ἀριστόξενος Κυρηναῖος. ὅστις ὑπὸ τ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Athenæi lib. 1. pag. 7.

7 Ἀριστοτέλης, υἱὸς Νικομάχου καὶ Φαιστ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, deprompta sunt ex Vita Aristotelis, ab Anonymo conscripta, quam edidit Menagius ad Laertium lib. V. Seg. XXXV.

8 Ἠγάγετο] Hæc vox delenda est, quoniam apud Anonymum in Vita Aristotelis non legitur, eandemque tanquam supervacaneam sensus & constructio respuunt.

9 Μετὰ Πυθιάδα παρ' Ἑρμείου τοῦ Εὐν.] Cum hoc loco Suidæ conferenda sunt quæ habet Laert. lib. V. Segm. IV.

Τῇ

τῇ ἐνενηκοστῇ ἐνάτῃ Ὀλυμπιάδι, καὶ ἀπέθανεν ἀκόνιτον πιὼν ἐν Χαλκίδι, διότι ἐκαλεῖτο πρὸς εὐθύνας, ἐπειδὴ [1]ἔγραψε Παιᾶνα εἰς Ἑρμείαν τὸν εὐνοῦχον. οἱ δέ φασι νόσῳ αὐτὸν τελευτῆσαι βιώσαντα ἔτη ό.

Ἀριστοτέλης. [2]Τίμαιός φησι κατὰ Ἀριστοτέλους, εἶναι αὐτὸν εὐχερῆ, θρασὺν, προπετῆ· ἀλλ' [3]ὀψὲ σοφιστὴν ὀψιμαθῆ καὶ μισητὸν ὑπάρχοντα, καὶ τὸ πολυτίμητον ἰατρεῖον ἀποκεκλεικότα, καὶ πρὸς πᾶσαν αὐλὴν καὶ σκηνὴν ἐμπεπηδηκότα. πρὸς δὲ γαστρίμαργον, ὀψαρτυτὴν, ἐπὶ στόμα φερόμενον ἐν πᾶσι. δοκεῖ δή μοι τὰ τοιαῦτα μόλις ἄνθρωπος ἀγύρτης καὶ προπετὴς ἐπὶ δικαστηρίῳ ῥιψολογῶν ἀνεκτὸς φαίνεσθαι. † Ὅτι Ἀριστοτέλης τῆς φύσεως γραμματεὺς ἦν, τὸν κάλαμον ἀποβρέχων εἰς νοῦν· ὃν οὐδὲν ἴσως ἐχρῆν τῶν χρησίμων, εἰ καὶ τεχνικώτερόν ἐστι καὶ ἀκριβέστερον ἐξειργασμένον, παραιτεῖσθαι. καὶ Ἀριστοτέλειος λόγος.

Ἀριστολόχεια. ἡ ἀρίστους γεννῶσα.

Ἀριστοφάνης, Ῥόδιος, ἤτοι Λίνδιος· οἱ δὲ Αἰγύπτιον ἔφασαν· οἱ δὲ [4]Καμειρέα· θέσει δὲ Ἀθηναῖος· ἐπολιτογραφήθη γὰρ παρ' αὐτοῖς. κωμικὸς, υἱὸς Φιλίππου, γεγονὼς ἐν τοῖς ἀγῶσι κατὰ [5]τὴν ριδ' Ὀλυμπιάδα, εὑρετὴς τοῦ τετραμέτρου καὶ ὀκταμέτρου. παῖδας σχὼν Ἀραρότα, Φίλιππον, Φιλέταιρον, κωμικούς. τινὲς δὲ αὐτὸν καὶ δοῦλον ἱστορήκασι. [6]δράματα δὲ αὐτοῦ νδ'. ἄπερ δὲ [7]πεπεράχαμεν Ἀριστοφάνους δράματα ταῦτα· Ἀχαρνεῖς, Βάτραχοι, Εἰρήνη, Ἐκκλησιάζουσαι, Θεσμοφοριάζουσαι, Ἱππεῖς, Λυσιστράτη, Νεφέλαι, Ὄρνιθες, Πλοῦτος, Σφῆκες.

Ἀριστοφάνης [8]Βυζάντιος, γραμματικὸς, υἱὸς Ἀπελλοῦ ἡγεμόνος στρατιωτῶν, μαθητὴς Καλλιμάχου καὶ Ζηνοδότου· ἀλλὰ τοῦ μὲν νέος, τοῦ δὲ παῖς ἤκουσε· πρὸς δὲ τούτοις καὶ Διονυσίου τοῦ Ἰάμβου, καὶ Εὐφρονίδα τοῦ Κορινθίου, ἢ Σικυωνίου. γέγονε δὲ [9]κατὰ τὴν ρμέ Ὀλυμπιάδα.

Ἀριστόχειρ. [10]ὁ γενναῖος περὶ τὰ ἀριστεῖα. καὶ Ἀ-

toribus traderet. Natus est Olympiade XCIX, & Chalcide hausto aconito obiit, quod magistratus Pæanis in Hermiam scripti rationes ab eo exigeret. Alii vero eum morbo decessisse tradunt, postquam LXX annos vixisset.

Ἀριστοτέλης. Timæus de Aristotele dicit, esse eum hominem levem, audacem, & temerarium; Sophistamque sero literis eruditum, & odiosum, & qui præclaram pharmacopolæ officinam clauserit. [Idem parasitum eum appellat,] qui aulas atque ædes omnes impudenter intrare soleret; prætereaque helluonem, & cupedinarium, ac gulæ ubique servientem. Quod si quis ex illa circumforanea ac scurrili turba hujusmodi verba in judicio effutiret, ne ferendus quidem mihi videretur. † Aristoteles Naturæ scriba fuit, calamum in mentem intingens, quem fortasse nihil rerum utilium, quamvis artificiosius & accuratius elaboratum esset, repudiare oportebat. Et Ἀριστοτέλειος λόγος, oratio Aristotelica.

Ἀριστολόχεια. Præstantem sobolem gignens.

Ἀριστοφάνης. Aristophanes, Rhodius, sive Lindius (quem tamen alii Ægyptium; alii vero Camirensem dicunt) &, quod ad jus civitatis attinet, Atheniensis (ab iis enim in civitatem adscriptus est) Comicus, filius Philippi, in scena certavit Olympiade CXIV, Tetrametri & Octametri inventor. Filios habuit Ararotem, Philippum, & Philæterum, Comicos. Quidam eum etiam servo genitum fuisse tradiderunt. Fabulæ ejus sunt LIV. ex quibus superstites sunt hæ: *Acharnenses, Ranæ, Pax, Ecclesiazusæ, Thesmophoriazusæ, Equites, Lysistrata, Nubes, Aves, Plutus, Vespæ.*

Ἀριστοφάνης. Aristophanes Byzantius, Grammaticus, filius Apellis, qui ordines duxit, discipulus Callimachi & Zenodoti (quorum hunc juvenis, illum vero puer audivit) & præterea Dionysii Iambi, & Euphronidæ Corinthii, vel Sicyonii. Vixit Olympiade CXLV.

Ἀριστόχειρ. Manu strenuus. Et Ἀριστόχειρ ἀγών.

1 Ἔγραψε Παιᾶνα εἰς Ἑρμείαν] Vide omnino Athenæum lib. XV. pag. 696. qui ipsum hymnum ab Aristotele in Hermiam conscriptum (quem tamen Pæana fuisse negat) exhibet.

2 Τίμαιός φησι κατὰ Ἀριστοτέλους, εἶναι αὐτὸν εὐχ.——— ἀνεκτὸς φαίνεσθαι] Hæc sunt verba Polybii apud Constantinum in Collectaneis a Valesio editis, pag. 46.

3 Ἀλλ' ὀψὲ σοφιστὴν ὀψ.] Hæc cum præcedentibus minime cohærent, sed sensus eorum pendet ab iis quæ apud Constantinum quidem leguntur, hic vero vel ipsius Suidæ, vel librariorum negligentia omissa sunt. En locum integrum, uti apud Constantinum legitur: Φησὶ γὰρ αὐτὸν εἶναι θρασὺν, εὐχερῆ, προπετῆ, πρὸς δὲ τούτοις καταψεψευσμένον τῆς τῶν Λοκρῶν πόλεως, εἰπόντα τὴν ἀποικίαν αὐτῶν εἶναι δραπετῶν, οἰκετῶν, μοιχῶν, ἀνδραποδιστῶν· καὶ ταῦτα λέγειν αὐτὸν φησὶν οὕτως ἀξιοπίστως, ὥστε δοκεῖν ἕνα τῶν ἐστρατηγηκότων ὑπάρχειν, καὶ τοὺς Πέρσας ἐν ταῖς Κιλικίαις πύλαις ἄρτι παρατάξει νενικηκέναι διὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως. ἀλλ' ὀψὲ σοφιστὴν &c. i. e. interprete Valesio: *Ait enim audacem illum ac levem & temerarium fuisse. at de civitate Locrorum graviter mentitum, cum coloniam ex fugitivis mancipiis mœchis ac plagiariis collectam esse dixit: atque hæc illum ea auctoritate affirmare, quasi unus e ducibus fuisset, & ad Cilicias portas novissime Persas fudisset, ac non potius odiosus seroque eruditus esset Sophista* &c.

4 Καμειρέα] Sic recte MSS. Paris. In prioribus vero Edit. minus recte legitur Κραμείρεαν, vel ut Edit Mediol. habet, Καμηρέαν. Τὸ ἐθνικὸν enim a Κάμειρος est Καμειρεύς, ut discimus ex Stephano Byzantio.

5 Κατὰ τὴν εἰς' Ὀλυμπιάδα] Sic habent omnes Edit. sed male. Diu enim ante illud tempus Aristophanes & vixit & fabulas suas docuit, ut ignorare non possunt, qui in historia veteri vel mediocriter versati sunt.

6 Δράματα δὲ αὐτοῦ νδ'] In uno MS. Paris. legitur, δράματα δὲ αὐτοῦ μδ'. Cæterum fabulas Aristophanis, quarum apud auctores veteres hodie adhuc superstites mentio fit, diligenter recenset Meursius in *Bibliotheca Græca*, quem vide.

7 Πεπεράχαμεν] Vocem hanc suspectam habeo. Quid enim ea hic significare potest? Forte legendum est εὑρήκαμεν.

8 Ἀριστοφάνης Βυζάντιος] Aristophanis hujus scripta & opera recenset Meursius in *Bibliotheca Græca*: a quo tamen duo prætermissa sunt, quæ hic addam. Unum est Συγγενικὰ, sive *De nominibus cognationis & affinitatis*, cujus meminit Eustathius ad Il. Z. pag. 648. his verbis: Ἰστέον δὲ, ὅτι ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους τοῦ Γραμματικοῦ Συγγενικοῖς εὕρηταί τις διαφορὰ τοῦ ἑκυροῦ καὶ πενθεροῦ. Φησὶ γὰρ, ὡς πενθερὸς μὲν ὁ τῆς γυναικὸς πατὴρ τῷ νυμφίῳ, καὶ πενθερὰ ἡ μήτηρ. ἑκυρὸς δὲ ὁ τοῦ ἀνδρὸς πατὴρ τῇ νύμφῃ, καὶ ἑκυρὰ ἡ μήτηρ &c. Alterum est σύγγραμμα περὶ Αἰγίδος, cujus mentionem facit idem Eustathius ad Iliad. E. pag. 603. ubi sic inquit: Ὁ δὲ Γραμματικὸς Ἀριστοφάνης ἰδίᾳ τι σύγγραμμα περὶ Αἰγίδος συντείνας, ἄλλα τε πολλὰ λέγει, καὶ πάνυ γλαφυρὰ &c. Præterea scripserat Aristophanes περὶ ἡλικιῶν, sive ὀνομασίας ἡλικιῶν, in quo opere de nominibus ætatum egerat. Hujus meminit Eustathius ad Il. I. pag. 772. 58. ad Odyss. M. pag. 1720. 25. Odyss. P. pag. 1817. 19. & ad Odyss. Ξ. pag. 1752. 11. ex quibus locis ultimus tantum a Meursio observatus est.

9 Κατὰ τὴν ρμέ Ὀλυμπ.] Sic recte habent MSS. Paris. Priores vero Edit. hic gravi mendo laborant, quippe in quibus legitur, κατὰ τὴν μέ Ὀλυμπιάδα, omisso ρ': quæ immanis est differentia.

10 Ἀριστόχειρ. ὁ γενναῖος περὶ τὰ ἀρ.] Ex Scholiasta Sophocl. ad *Ajacem*, pag. 55. ut Portus observavit.

ἐπέχεις ἀγών.

Ἀρίστων, ὁ Πλάτωνος πατήρ. Τῶν τε Πλάτωνος τοῦ Ἀρίστωνος ἀναπέπλησται δογμάτων. καὶ οὔτε ὁ Τίμαιος αὐτὸν ἀποδράσειεν ἄν, εἰ καὶ σφόδρα [1]γραμματικῇ θεωρίᾳ πεποίκιλται, καὶ τὰς τῆς φύσεως ἀνιχνεύει κινήσεις· οὔτε ὁ Φαίδων, οὔτε ὁ Γοργίας· οὐμενοῦν οὐδὲ ἄλλος τις τῶν γλαφυρῶν καὶ ἀσκυλωτέρων διαλόγων, ὁποῖος ὁ Παρμενίδης.

Ἀριστώνυμος, κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν Ἥλιος ῥιγῶν, [2]ὡς Ἀθήναιος ἐν Δειπνοσοφισταῖς. βασιλεύοντος Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου, καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν τοῦ Φιλοπάτορος· καὶ προέστη τῆς τοῦ βασιλέως βιβλιοθήκης μετὰ Ἀπολλώνιον, ἔτος ἄγων ξδ'. διαβληθεὶς δὲ ὡς βουλόμενος πρὸς Εὐμένη φυγεῖν, ἐφυλάχθη ἐν εἱρκτῇ χρόνον τινά. ἠφείθη δέ, καὶ ὑπὸ στραγγουρίας τελευτᾷ, ἔτη βεβιωκὼς οζ'. συγγράμματα δὲ αὐτοῦ πάνυ πολλά.

Ἀρίστρατος. ὄνομα κύριον.

Ἀρίστυλλος. αἰσχροποιὸς ἦν. [3]Ἀριστοφάνης·

-- Τοῦτ' ἤδη δεινὸν ἀκοῦσαι,
Εἴ γε φιλήσειεν Ἀρίστυλλος, φάσκων αὐτοῦ πατέρ' εἶναι.

καὶ Ἀρίστυλλος κεχηνώς. [4]Ἀριστοφάνης·

Σὺ δ' ὡς Ἀρίστυλλος ὑποχάσκων ἐρεῖς,
Ἕπεσθε μητρὶ χοῖροι.

οὗτος αἰσχροποιός, ὃς διὰ τὴν αἰσχρουργίαν αὐτοῦ ἀεὶ ἐκέχηνει.

Ἀρίστοιχος. ὄνομα κύριον.

Ἀριφράδης. οὗτος λοιδορεῖται ἀεὶ γυναιξὶ συνών. κιθαρῳδὸς δὲ ἦν. [5]Ἀριστοφάνης· Ἀριφράδης ἐστὶ μὲν πονηρός. ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ βούλεται. ἔστι δ' οὐ μόνον πονηρός· οὐ γὰρ οὐδ' ἂν ᾐσθόμην· οὐδὲ παμπόνηρος. ἀλλὰ καὶ προσεξεύρηκέ τι. τὴν γὰρ αὐτοῦ γλῶτταν, αἰσχραῖς ἡδον. τουτέστι τὸ αἰδοῖον τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὸ σπέρμα. Ἀριφράδης δέ, Πολύμνηστος, καὶ Οἰώνιχος ἀρρητοποιοί. καὶ Πολυμνήστεια καὶ αὐτὴ κωμῳδεῖται ἐπ' αἰσχρότητι. [6]Εἴ τις ἦν τοιοῦτον ἄνδρα μὴ σφόδρα φυλάττεται, μή ποτ' ἐκ τοῦ αὐτοῦ μεθ' ἡμῶν πίεται ποτηρίου. Καὶ αὖθις [7]Ἀριφράδες, παῦσαι ληρῶν.

Certamen in quo strenue & fortiter res gerenda est.

Ἀρίστων. Aristo, Platonis pater. *Et Platonis filii Aristonis dogmata penitus imbibit: quippe quem nec Timæus fugiat, quamvis recondita eruditione Grammatica plenus sit, & naturæ motus scrutetur: neque Phædo; neque Gorgias: quin nec ullus alius elegantiorum & subtiliorum dialogorum, qualis est Parmenides.*

Ἀριστώνυμος. Aristonymus, Comicus. Inter hujus fabulas est *Sol algens*, quam laudat Athenæus in *Dipnosophistis*. [Vixit] regnante Ptolemæo Philadelpho, & successore ejus Philopatore: ac post Apollonium regiæ Bibliothecæ præfuit, annum agens LXIIII. Idem, cum fugam moliretur ad Eumenem, ad aliquod tempus in carcere custoditus est. Postea vero dimissus ex stranguria decessit anno ætatis LXXVII. Scripta ejus permulta sunt.

Ἀρίστρατος. Aristratus. Nomen proprium.

Ἀρίστυλλος. Aristyllus. Hic fellator erat. Aristophanes: *Hoc quidem fœdum est dictu. [Sed multo fœdius,] si te osculetur Aristyllus, dicens se patrem tuum esse.* Et, Aristyllus hians. Aristophanes:

*Tu vero ut Aristyllus hians dices,*
*Sequamini matrem porcelli.*

Hic Aristyllus erat fellator, & propter fœdum oris abusum hiare semper solebat.

Ἀρίστοιχος. Aristœchus. Nomen proprium.

Ἀριφράδης. Ariphrades. Hic male audiebat, quod cum mulieribus semper versaretur. Erat autem citharœdus. Aristophanes: *Ariphrades est improbus: (sed id quidem affectat) neque improbus solum (quod quidem non facile cognovissem) imo totus ex improbitate conflatus: sed præterea etiam adinvenit aliquid. Linguam enim suam fœdis voluptatibus polluit, pudenda lingens.* Ariphrades enim, Polymnestus, & Oeonichus, ore & lingua ad obscœnas voluptates abutebantur. Polymnestia quoque & ipsa ejusdem obscœnitatis causa a Comicis exagitabatur. *Quisquis igitur ejusmodi virum toto animo non detestatur, cum eo ex eodem poculo bibere recuso.* Et iterum: *Ariphrades, desine ineptire.*

Ἄριφρων. ὁ [8]κακῶς φρονῶν.

Ἀρρίχους. [9]θηλυκόν, τὰς ἀρρίχους. ἡ ἄρριχος. ἐξηγοῦνται δέ τινες κόφινοι. ἡγητέον οὖν ἐκ μὲν τοῦ αὐτοῦ γένους εἶναι. διάφορον δέ τι. λέγουσι δὲ καὶ νῦν ἔτι συκοφόρον τι εἶδος ἀρρίχους. Ὅτι αἱ ἄρριχαι εἶδος κοφίνων, οὓς εἰώθασι διὰ σχοινίων ἀνιμᾶν.

Ἄριφρων. Valde prudens.

Ἀρρίχους. Corbes. Est generis fœminini. [Legitur enim apud Aristophanem] τὰς ἀρρίχους. Dicitur etiam ἡ ἄρριχος. Quidam vocem illam interpretantur cophini. Sed existimandum est [ἀρρίχους & κοφίνους] esse quidem ejusdem generis; nonnihil tamen diversa. Et nostro adhuc tempore quoddam vasorum viminearum genus, in quo ficus portantur, ἀρρίχους vocant. Ἄρριχαι sunt genus cophinorum, quos funiculis sursum trahere solent.

1 Γραμματικῇ] Legerim potius μαθηματικῇ.
2 Ὡς Ἀθήναιος ἐν Δειπνοσ.] Lib. VII. cap. VIII.
3 Ἀριστοφάνης] *Ecclesiaz.* pag. 743. (499. Ed. Bas. *P.*) ex quo loco Suidas supplendus est.
4 Ἀριστοφάνης] *Pluto* pag. 35.
5 Ἀριστοφάνης. Ἀριφράδης ἐστὶ μὲν πον.] Locus hic apud Aristoph. *Equit.* pag. 359. (254. Ed. Bas. *P.*) sic legitur & distinguitur:
Ἀριφράδης. πονηρός. ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ βούλεται.
Ἔστι δ' οὐ μόνον πονηρός, οὐ γὰρ οὐδ' ἂν ᾐσθόμην
Οὐδὲ παμπόνηρος, ἀλλὰ καὶ προσεξεύρηκέ τι.
Τὴν γὰρ αὐτοῦ γλῶτταν αἰσχραῖς ἡδοναῖς λυμαίνεται &c.
Sic etiam apud Suidam scribendum est.
6 Εἴ τις ἦν τοιοῦτον ἄνδρα μ.] Lege & distingue ex Aristophane:
Ὅστις οὖν τοιοῦτον ἄνδρα μὴ σφόδρα βδελύττεται,
Οὔποτ' ἐκ ταὐτοῦ μεθ' ἡμῶν πίεται ποτηρίου.
Hanc lectionem in versione secutus sum.
7 Ἀριφράδες, παῦσαι ληρῶν] Ex Aristoph. *Ecclesiaz.* pag. 727. (488. Ed. Bas. *P.*) ubi legitur, παῦσαι λαλῶν.
8 Ὁ κακῶς φρ.] Malim ὁ καλῶς φρονῶν.
9 Ἀρρίχους. θηλυκόν, τὰς ἀρρ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Aves* pag. 603. (417. Ed. Bas. *P.*)

Ἄρθμια. Φίλια. [1] Ἡρόδοτος· Ἀθηναίων μὴ ἐόντων ἄμμιν ἀρθμίων, τοῖς δὲ βαρβάροις συμμάχων. καὶ Ἀρθμήσαντες, [2] φίλοι γενόμενοι.

Ἀρθρέμβολα. ὄργανα βασανιστήρια. παρὰ τὸ ἐξαρθροῦν τοὺς ἐμβαλλομένους.

Ἀρθροπέδαν.

Ἀρθροπέδαν [3] σπειράν τε [4] καὶ ὠλεσίβωλον ἀρούρης σφῦραν. ——

Ἀρκάδας μιμούμενοι. παροιμία ἐπὶ [5] τῶν ἑτέροις πονούντων. οἱ γὰρ Ἀρκάδες μαχιμώτατοι Ἑλλήνων γενόμενοι, ἰδίᾳ ἐνίκησαν μὲν οὐδένα· ἑτέροις δὲ συμμαχοῦντες, πολλούς. ταύτῃ δὲ τῇ παροιμίᾳ κέχρηται Πλάτων ἐν Πεισάνδρῳ. διὰ γὰρ τὸ τὰς κωμῳδίας αὐτὸς ποιῶν ἄλλοις παρέχειν διὰ πενίαν, Ἀρκάδας μιμεῖσθαι ἔφη.

Ἀρκαδία χώρα. καὶ ὄνομα κύριον. ὅτι [6] Ἀρκαδίας τῆς δευτέρας γυναικὸς Ζήνωνος στήλη ἐστὶν ἐν Ἀρκαδιαναῖς, ἐν τοῖς πλησίον μέρεσι τῶν βάθρων τῶν λεγομένων Τόπων, [7] ἐν τοῖς τοῦ Ἀρχαγγέλου· ἔνθα Ζήνων ἔκρινε τοὺς μετὰ Βασιλίσκου, καὶ [8] Σέκρετον τὸν τόπον ἐποίησεν. τῆς δὲ ἑτέρας αὐτοῦ γυναικὸς πρώτης Ἀριάδνης καὶ αὐτοῦ Ζήνωνος ἐν τῇ βασιλικῇ πύλῃ. καὶ παροιμία·

Ἀρκαδίαν [9] μ' αἰτεῖς; μέγα μ' αἰτεῖς· οὔτοι δώσω. ἐπὶ τῶν τὰ μεγάλα καὶ μὴ συμφέροντα αἰτούντων.

Ἀρκάδιος, γραμματικός, Ἀντιοχεύς. ἔγραψε περὶ ὀρθογραφίας. Περὶ συντάξεως τῶν τοῦ λόγου μερῶν. Ὀνομαστικὸν θαυμάσιον.

Ἀρκαῖος. ὄνομα κύριον.

Ἀρκεσίλαος. ὄνομα κύριον. Φιλόσοφος. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Φημί.

Ἄρκευθος. εἶδος φυτοῦ ἀκανθώδους, οὗ τὴν ὀδμὴν πάντα τὰ ἑρπετὰ ἀποστρέφονται.

Ἀρκεῖν. βοηθεῖν. Γέγονε γὰρ οὗτος οὐδαμῶς εὐκαταφρόνητος, ἀλλ' ἱκανὸς ἀρκεῖν καὶ προστῆναι πραγμάτων.

Ἄρκειος κεφαλή. καὶ Ἄρκειον κρέας. Ἄρκιον δὲ, τὸ ἱκανὸν καὶ ὠφέλιμον.

Ἀρκούντως ἔχει. ἀπηρτισμένως εἶναι.

Ἄρκτου παρούσης τὰ ἴχνη ζητεῖς. ἐπὶ τῶν τὰ παρόντα ζητεῖν προσποιουμένων.

Ἄρθμια. Amica. Herodotus: *Si Athenienses non sint nobis amici, sed cum Barbaro societatem ineant.* Et Ἀρθμήσαντες, qui amici facti sunt.

Ἀρθρέμβολα. Instrumenta, quibus homines torquentur. Inde dicta, quod illorum, quibus admoventur, artus locis suis moveant.

Ἀρθροπέδαν. [Instrumentũ quoddam rusticũ.] *Arthropedam & glebas frangentem malleum* [*Alcimus Minervæ dedicavit.*]

Ἀρκάδας μιμούμενοι. *Arcadas imitantes.* Proverbium de iis, qui [non sibi, sed] aliis laborant. Arcades enim, cum bellicosissimi Græcorum essent, sibi quidem & suo nomine bellum gerentes vicerunt neminem: aliis vero opem ferentes, multos. Hoc proverbio usus est Plato *Pisandro.* Is enim, cum pauper esset, comœdias a se compositas aliis vendebat: unde eum Arcadas imitari dixit.

Ἀρκαδία. Arcadia, regio, & nomen proprium. Arcadiæ, secundæ uxoris Zenonis, statua collocata est in thermis Arcadianis, prope gradus, qui vocantur Topi, in regione S. Michaelis Archangeli: ubi Zeno judiciũ exercuit in eos, qui Basilisci partes secuti fuerant, & locum illum fecit Secretum. Primæ autem uxoris ejus Ariadnæ, & ipsius Zenonis statuæ collocatæ sunt ad portam regiam [domus, vocatæ Æreæ.] Et proverbium: *Arcadiam a me petis? rem magnam petis: non tibi dabo.* Dicitur de iis, qui magna nec utilia petunt.

Ἀρκάδιος. Arcadius, Grammaticus, Antiochenus, scripsit de Orthographia. De Constructione partium orationis. Onomasticum admirabile.

Ἀρκαῖος. Arcæus. Nomen proprium.

Ἀρκεσίλαος. Arcesilaus. Nomen proprium. Philosophus. Vide in verbo Φημί.

Ἄρκευθος. Plantæ spinosæ genus, cujus odorem omnia reptilia aversantur.

Ἀρκεῖν. Opem ferre. *Hic enim nullo modo contemnendus erat, sed satis idoneus ad opem ferendam aliis, & ad res, quibus præerat, gerendas.*

Ἄρκειος κεφαλή. Ursinum caput. Et Ἄρκειον κρέας, ursina caro. Ἄρκιον vero, sufficiens, vel idoneum, & utile.

Ἀρκούντως ἔχει. Satis est. Res est perfecta & absoluta.

Ἄρκτου παρούσης. *Ursæ præsentis vestigia quæris.* De iis, qui se præsentia quærere simulant.

1 Ἡρόδοτος] Libro IX. pag. 326. ut Portus monuit.

2 Ἀρθμήσαντες] Homer. Il. H. v. 302.

3 Ἀρθροπέδαν σπειράν τε & ἀλλ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate quodam Phanii, quod ex codice MS. Anthologiæ ineditæ integrum exhibemus alibi.

4 Σπειράν τε] In Anthologia inedita legitur σφυρόν τε: sed utraque lectio, si non corrupta, saltem obscuræ est significationis, & de qua nihil apud Grammaticos reperies.

5 Ἐπὶ τῶν ἑτέροις καλ.] Apud Zenobium & Diogenianum legitur, ἐπὶ τῶν ἄλλοις πονούντων: quod interpres vertit, *In eos, qui frustra laborant.* Sed male. Legendum enim est, ἐπὶ τῶν ἄλλοις πονούντων. Proverbio huic simile est illud, quo utitur Joannes Tzetzes in Epistola quadam inedita (quæ exstat inter reliquas ejus Epistolas ἀνεκδότους in Cod. Biblioth. Reg. Paris. 2565.) Τιρύνθιοι δὲ, ὡς ἔοικε, προστρέχει ἄλλοις πονῶν. Alludit ad labores Herculis.

6 Ὅτι Ἀρκαδίας τῆς δευτέρας γυν.—— ἐν τῇ βασιλικῇ πύλῃ] Hæc totidem pene verbis leguntur etiam apud Codinum *de Origin. Constant.* Num. XXXVII. pag. 19. eademque repetuntur infra v. Στήλη.

7 Ἐν τοῖς τοῦ Ἀρχαγγέλου] Codinus habet ἐν τοῖς τοῦ Ἀρχαγγέλου μέρεσιν; quorum verborum idem est sensus, scilicet, *in regione S. Archangeli Michaelis*; ut recte Lambecius. Hac enim significatione vox Ἀρχαγγέλου apud Græcos recentiores frequenter capitur, ut vel ex Ducangii Glossario Græco constat. Porti igitur versio ferenda non erat, qui locum hunc sic verterat: *In prætoris domo,* i. e. *in prætorio.*

8 Σέκρετον] De significatione hujus vocis vide Lambecium ad Codinum loco laudato, & Valesium ad Amm. Marcell. pag. 87.

9 Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς; μέγα μ' αἰτεῖς· οὔτοι δ.] Proverbium hoc, sive potius oraculum, legitur etiam apud Diogenianum. Herodotum lib. 1. pag. 16. Stephanum Byzantium v. Τεγέα; Eustathium ad Homerum pag. 301. & alios.

Ἄρκτος

Ἄρκτος¹ φιλεῖν ἄνθρωπον ἐκτόπως ηὔχει.
Εἶτ' ὕστερον ἐρασθεῖσα αὐτοῦ παρεβύστω.
ἀντὶ τοῦ ἐν ἀποκρύφῳ ἐν μυστηρίῳ.

Ἀρκῶ. δοτικῇ. ἰσχύω. ὑπομεῖναι δύναμαι. Ὁ πολὺς ἤδη βίος ἀπολέλοιπεν, οὐδ' ἔτ' ἀρκῶ.

Ἀρκτέον.[2] δεῖ ἄρχεσθαι.

Ἄρκτος.[3] ἐν Βραυρωνίοις ἀρκτευόμεναι γυναῖκες τῇ Ἀρτέμιδι ἑορτὴν ἐτέλουν, κροκωτὸν ἠμφιεσμέναι, [4]οὔτε πρεσβύτεραι ι' ἐτῶν, οὔτε ἐλάττους ε', ἀπομειλισσόμεναι τὴν θεόν· ἐπειδὴ ἄρκτος ἀγρία ἐπιφοιτῶσα διέτριβεν ἐν τῷ δήμῳ [5]Φλαυιδῶν· καὶ ἡμερωθεῖσαν αὐτὴν τοῖς ἀνθρώποις σύντροφον γενέσθαι. παρθένον δέ τινα προσπαίζειν αὐτῇ, καὶ ἀσελγαινούσης τῆς παιδίσκης παροξυνθῆναι τὴν ἄρκτον, καὶ καταξέσαι τῆς παρθένου· ἐφ' ᾧ ὀργισθέντας τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῆς κατακοντίσαι τὴν ἄρκτον, καὶ διὰ τοῦτο λοιμώδη νόσον τοῖς Ἀθηναίοις ἐμπεσεῖν. χρηστηριαζομένοις δὲ τοῖς Ἀθηναίοις εἶπε λύσιν τῶν κακῶν ἔσεσθαι, εἰ τῆς τελευτησάσης ἄρκτου ποινὰς ἀρκτεύειν τὰς ἑαυτῶν παρθένους ἀναγκάσουσι. καὶ ἐψηφίσαντο οἱ Ἀθηναῖοι μὴ πρότερον συνοικίζεσθαι ἀνδρὶ παρθένον, εἰ μὴ ἀρκτεύσειε τῇ θεῷ.

Ἀρκτεῦσαι.[6] Λυσίας. τὸ καθιερωθῆναι πρὸ γάμων τὰς παρθένους τῇ Ἀρτέμιδι ἀρκτεύειν ἔλεγον. καὶ γὰρ αἱ ἀρκτευόμεναι παρθένοι [7]ἄρκτοι καλοῦνται, ὡς Εὐριπίδης καὶ Ἀριστοφάνης δηλοῖ.

Ἀρκτῖνος, Τήλεω, τοῦ Ναύτεω ἀπογόνου, Μιλήσιος, ἐποποιός, μαθητὴς Ὁμήρου, ὡς λέγει ὁ Κλαζομένιος Ἀρτέμων ἐν τῷ περὶ Ὁμήρου· γεγονὼς κατὰ τὴν θ' Ὀλυμπιάδα, μετὰ τετρακόσια ἔτη τῶν Τρωϊκῶν.

Ἄρκτος. τὸ ζῷον καὶ τὸ ἀκίνητον ἀστροθέτημα. Ἀρκτοῦρος δὲ λέγεται καὶ αὐτὸς ὅλος ὁ Βοώτης· ἰδίως δὲ καὶ ὁ ὑπὸ τὸ ζωστῆρα αὐτοῦ ἀστὴρ λέγεται καὶ Ἀρκτοφύλαξ. καὶ Ἀρκτῷος, ὁ ἀνατολικός.

Ἄρκυς. τὸ θηρευτικὸν δίκτυον. τὰ λίνα, ἃ ἱστᾶσι πρὸς ἄγραν τῶν λεόντων. παρὰ τὸ ἕλκω, τροπῇ τοῦ λ εἰς ρ. ἢ παρὰ τὸ ἀγρεύειν. ἢ παρὰ τὸ εἴργειν, τὸ κωλύειν. τοῦ δὲ ἄρκυς ἐκτείνεται ἡ ὑστέρα συλλαβή, ὁμοίως ἐπί τε τῆς ὀρθῆς καὶ τῆς αἰτιατικῆς πτώσεως.

Ἄρκτος φιλ. *Ursa se amare hominem supra modum gloriabatur. Postea vero amore ejus capta in loco occulto.* [Ἐν παρεβύστῳ enim hic idem significat] quod ἐν ἀποκρύφῳ.

Ἀρκῶ. Dativo jungitur. Sufficio. Valeo. Tolerare possum. *Magna vitæ pars jam præteriit, nec ferre amplius [ærumnas] possum.*

Ἀρκτέον. Incipiendum est.

Ἄρκτος. Apud Brauronios puellæ, Ἄρκτοι vocatæ, Dianæ festum celebrabant, Deæ illius placandæ causa, crocota indutæ, & quod ad ætatem attinet, non majores decennibus, nec minores quinquennibus. Ursa enim fera, ut aiunt, relictis sylvis in populo Philavidarum degens in contubernio hominum omnem tandem feritatem posuerat. Cum autē virgo quædam cum ea luderet, & petulantius eam tractaret, ursa irritata eam unguibus vulneravit: qua re irati fratres eam telis confecerunt. Cum igitur ea de causa pestilens morbus Athenienses invasisset, oraculum consulentibus responsum est, remedium mali fore, si quasdam filiarum suarum ab occisa ursa Ἄρκτους vocatas Dianæ consecrarent, & sacra ei facere cogerent. Quare Athenienses sciverunt, ne quæ virgo nuberet, nisi prius in memoriam ursæ occisæ Dianæ sacra fecisset.

Ἀρκτεῦσαι. Lysias. Quum virgines ante nuptias Dianæ consecrarentur, id ἀρκτεύειν vocabant. Et virgines sic consecratæ appellabantur Ἄρκτοι; ut Euripides & Aristophanes docent.

Ἀρκτῖνος. Arctinus, Telei filius, a Naute oriundi, Milesius, Poeta, Homeri discipulus, ut ait Artemon Clazomenius, in libro de Homero. Vixit Olympiade nona, quadringentis annis post bellum Trojanum.

Ἄρκτος. Ursus animal. Item sidus, sic vocatum, quod perpetuo movetur. Arcturus autem dicitur tum integer Bootes; tum peculiariter stella, quæ est sub ipsius zona. Eadem etiam vocatur Ἀρκτοφύλαξ. Et Ἀρκτῷος, orientalis.

Ἄρκυς. Venatorium rete. Retia venatoria, quæ venatores explicant ad leones capiendos. Ab ἕλκω, mutato λ in ρ. Vel a verbo ἀγρεύειν, venari. Vel ab εἴργειν, coercere. Vocis vero ἄρκυς posterior syllaba producitur,

1 Ἄρκτος φιλεῖν αὐτῆ.] Duo hi versus Choliambici, quorum posterior luxatus est; deprompti sunt ex Babrio. vel, ut alii eum vocant, Gabria.

2 Ἀρκτέον. δεῖ ἄρχεσθαι] Vide Schol. Sophocl. ad *Ajacem* p. 51.

3 Ἄρκτος. ἐν Βραυρωνίοις ἀρκτευόμεναι γυν.] Integrum hunc locum Suidas procul dubio descripsit ex Scholiasta aliquo deperdito ad verba illa Comici *Lysistr.* pag. 877. (556. Ed. Bas.)

Κᾆτ' ἔχουσα τὸν κροκωτὸν ἄρκτος ἦ Βραυρωνίοις.

Sic enim cum Biseto versum hunc legerim, quem omnes Edit. corruptum exhibent. Exstant hodie adhuc in Bibliotheca Oxoniensi, itemque inter libros Isaaci Vossii, Scholia quædam inedita in *Lysistratam* Aristophanis, antiqua sane & bonæ notæ, in quibus locus laudatus Comici eodem pene modo exponitur, quo hic a Suida, vel potius auctore illo, ex quo Suidas sua descripsit. Verba Scholiastæ illius inediti, quoniam notatu digna sunt, hic describam. Ἀρκτευόμεναι τὸ μυστήριον ἐξετέλουν. Αἱ ἀρκτευόμεναι δὲ τῇ θεῷ κροκωτὸν ἠμφιέννυντο. ἐ συνετέλουν τὴν θυσίαν τῇ Βραυρωνίᾳ Ἀρτέμιδι. καὶ τῇ Μουνυχίᾳ ἐπιλεγόμεναι παρθένοι οὔτε πρεσβύτεραι δέκα ἐτῶν, οὔτ' ἐλάττους πέντε. ἐτέλουν δὲ τὴν θυσίαν αἱ κόραι, ἀπομειλισσόμεναι τὴν θεόν· ἐπειδὴ λιμῷ περιπεπτώκασιν οἱ Ἀθηναῖοι, ἄρκτον, οἰκείαν, ἀνῃρηκότες τῇ θεῷ. Οἱ δὲ τὰ περὶ τὴν Ἰφιγένειαν ἐν Βραυρῶνι φασίν, οὐκ ἐν Αὐλίδι. Εὐφορίων·

Ἀγχίαλον Βραυρῶνα κενήριον Ἰφιγενείας.

Δοκεῖ δὲ Ἀγαμέμνων σφαγιάσαι τὴν Ἰφιγένειαν ἐν Βραυρῶνι, οὐκ ἐν Αὐλίδι· ἐ ἄρκτον ἀντ' αὐτῆς οὐκ ἔλαφον φασὶ θυθῆναι. ὅθεν μυστήριον ἄγουσιν αὐτῇ. Ἄλλως. Ἄρκτος τις ἐδόθη εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀρτέμιδος, καὶ ἡμερώθη. ποτὲ οὖν μία τις παρθένος ἔπαιζε πρὸς αὐτήν. καὶ ἐξέκοψεν ἡ ὄψις αὐτῆς ὑπὸ τῆς ἄρκτου. καὶ λυπηθεὶς ὁ ἀδελφὸς αὐτῆς ἀνεῖλε τὴν ἄρκτον. Ἡ δὲ Ἄρτεμις ὀργισθεῖσα ἐκέλευσε παρθένον μιμήσασθαι τὴν ἄρκτον πρὸ τοῦ γάμου, καὶ περιέπειν τὸ ἱερὸν κροκωτὸν φοροῦσαν. καὶ τοῦτο ἀρκτεῦσαι ἐλέγετο. Hæc egregie confirmant, quæ Suidas hoc loco tradit.

4 Οὔτε πρεσβύτεραι ι' ἐτῶν] Huc spectant verba Hesychii v. Δεκατεύειν: Ἔλεγον δὲ καὶ τὸ ἀρκτεύειν δεκατεύειν, ἐπεὶ ἀρκτοι αὐτὸ αἱ παρθένοι περὶ τὸν δεκατὸν χρόνον οὖσαι. Confer etiam Harpocrat. v. Δεκατεύειν, & ibi Maussacum.

5 Φλαυιδῶν] Meursius corrigit Φιλαϊδῶν: quem vide *De Pop. Attic.* v. Φιλαΐδαι.

6 Ἀρκτεῦσαι. Λυσίας. τὸ καθιερωθῆναι πρὸ γ.] Ex Harpocratione.

7 Ἄρκτοι] Hæc vox in prioribus Edit. deest, quam ex Harpocratione revocavi.



Digitized by Google

καὶ ἄρκυς γὰρ, καὶ τὰς ἄρκυς. καὶ Ἀρκυωρὸς, ὁ φύλαξ, ὁ τὰς ἄρκυς, τουτέστιν ὁ τὰ λίνα φυλάττων. ἔστι δὲ ταῦτα τὰ κυνηγετικὰ πάντα λίνα. καὶ Ἀρκυωρεῖν, τὰς ἄρκυς τηρεῖν· αἵ εἰσι θηρευτικὰ λίνα. καὶ Ἄρκυσι.

tam in recto quam accusativo casu. Dicitur enim αἱ ἄρκυς, & τὰς ἄρκυς. Et Ἀρκυωρὸς, qui retia custodit. Hæc autem omnia retia sunt venatoria. Et Ἀρκυωρεῖν, custodire retia. Et Ἄρκυσι. Retibus.

Ἅρμα. τόπος τῆς Ἀττικῆς. καὶ παροιμία· [1] Ὁπόταν δι' Ἅρματος ἀστράψῃ. ἐπὶ τῶν χρονίως γινομένων.

Ἅρμα. Harma. Locus Atticæ. Et proverbium: *Cum per Harma fulguraverit:* quod dicitur de iis, quæ tarde fiunt.

Ἀρμαθέμ. τόπος.

Ἀρμαθέμ. Armathem. Locus ita vocatus.

Ἁρμαλιά. ἡ τροφή.

[2] Ὧν ἄπο πλειοτέρην οἴσεαι ἁρμαλιήν.

τὸ ἁρμάμαξα τινὲς ψιλοῦσι παραλόγως.

Ἁρμαλιά. Cibus. Alimentum. [In Epigrammate:] *Unde largiorem & lautiorem auferes victum.* † Quidam vocem ἁρμάμαξα præter rationem spiritu tenui notant.

Ἀρμαμεντηεία.

Ἀρμαμεντηεία. Armamentarium.

Ἁρμάτειος τροχός. Ἁρμάτειος δὲ νόμος, καὶ ἁρμάτιον [3] μέλος, ἀπὸ ἅρματος· ὅπερ ἐποίησαν ἐφ' Ἕκτορι ἑλκομένῳ ὑφ' ἅρματος.

Ἁρμάτειος τροχός. Rota currus. Et ἁρμάτειος νόμος, sive ἁρμάτειον μέλος, carmen a curru ita dictum. Sic enim vocabant carmen, quod canebatur in Hectorem a curru raptatum.

Ἁρμάτιος. [4] οὗτος μέγιστον ἴσχυσε παρὰ τῇ Ζηνωνίδι τῇ βασιλίσσῃ, καὶ αὐτῷ Βασιλίσκῳ. ἐσφάγη δὲ ὑπὸ Ζήνωνος τοῦ βασιλέως, καὶ ὑπερήσθησαν οἱ πολῖται τῇ τούτου σφαγῇ. ἐπὶ γὰρ Λέοντος πρὸς τοὺς στασιάζοντας ὅσους λάβοι [5] τῶν Θρακῶν τὰς χεῖρας ἐκτέμνων ἀπέπεμπεν. Ὀνόυλφος δὲ αὐτὸν διεχρήσατο, ὅντινα ὁ Ἁρμάτιος πένητα καὶ ἄρτι ἐκ βαρβάρων ἥκοντα προσλαβὼν φιλοφρόνως, τὸ μὲν πρῶτον Κόμητα ἐποίησεν· ἔπειτα καὶ στρατηγὸν Ἰλλυριῶν· καὶ εἰς ἑστίασιν ἔχειν πολὺν ἄργυρον παρέσχε. ἀντέδωκε δὲ τούτῳ τὴν βαρβαρικὴν ἀπιστίαν μετὰ χειρὸς μιαιφόνου.

Ἁρμάτιος. Harmatius. Hic auctoritate plurimum valuit apud Zenonidem Imperatricem, & ipsum Basiliscum. Occisus autem fuit a Zenone Imperatore, ejusque cæde cives admodum sunt lætati. Nam sub Leone quoscunque Thracum, qui seditionem moverant, cepisset, eos manibus amputatis dimittebat. Onoulphus vero quidam ipsum interfecit, quem Harmatius pauperem & a Barbaris recens venientem humaniter susceperat, & primum Comitem, deinde vero Præfectum Illyriorum fecerat, & ad convivia magnam pecuniæ vim ipsi præbuerat. Ille vero Barbarica perfidia & sanguinaria manu malam Harmatio gratiã retulit.

Ἁρματηλάτης. ὁ ἡνίοχος.

Ἁρματηλάτης. Auriga.

Ἁρμάτος. ὅτι Βασιλίσκος ὁ βασιλεὺς, ἐπείπερ ὡς συγγενεῖ τῷ Ἁρμάτῳ ἀδεῶς ἐπέτρεπεν ἐντυγχάνειν Ζηνωνίδι τῇ βασιλίδι, τριβομένης σφίσι τῆς ὁμιλίας, τοῦ κάλλους αὐτῶν οὐκ εὐπαροράτου ὄντος, ἄμφω ἀλλήλων ἐκλύτως ἤρων. ῥίψεις τε ὀμμάτων ἐπ' ἀλλήλους ἐγίνοντο, καὶ παρεκστροφαὶ συνεχεῖς προσώπων, καὶ μειδιαμάτων μεταδόσεις· πόνος τε μετὰ ταῦτα ἔρωτος ὑπ' ὄψιν στεγομένου. ἐπεὶ δὲ κοινωσάμενοι τὸ πάθος Δανιὴλ εὐνούχῳ καὶ Μαρίᾳ μαίᾳ ἰάσαντο τοῦτο μόλις τῇ τῆς μίξεως ἰατρείᾳ, Ζηνωνὶς Βασιλίσκον διὰ θεραπείας ἦγε τοῦ τὸν ἐραστὴν ἔχειν ἐν τῇ πόλει τὰ πρωτεῖα. ὁρῶν δὲ Θεοδόριχος τιμώμενον ἐκ πάντων Ἁρμάτον, ἤσχαλλεν ὡς παρευδοκιμούμενος ἐκ νέου, τριχῶν μόνον καὶ τῆς ἄλλης φροντίζοντος σωμασκίας. ὁ δ' Ἁρμάτος ἔκ τε φορᾶς χρημάτων, καὶ τιμῆς ἀπλέτου τυφωθεὶς, [6] οὐδένα αὐτοῦ ᾤετο διοίσειν ἐπ' ἀνδρείᾳ. καὶ τοσοῦτον αὐτοῦ ἤδη ἡ ἄλη ἐπεκράτει, ὡς σκευὴν ἀναλαμβάνειν Ἀχιλλέως, οὕτω τε

Ἁρμάτος. Harmatus. Cum Basiliscus Imperator Harmato, ut cognato, liberum aditum ad uxorem Zenonidem permitteret, eaque consuetudo diutius duraret, & utriusque forma non vulgaris esset, ambo mutuo amore vehementer ardere, oculosque in se invicem conjicere, & vultus subinde convertere, & risu mutuo blandiri sibi cœperunt. Cum vero dolorem tandem pareret amor, quem vultu tegebant, morbum suum Danieli eunucho & Mariæ obstetrici aperuerunt, eumque medicina concubitus vix sanarunt. Quo facto Zenonis blandis identidem verbis Basiliscum aggressa effecit tandem, ut amator principem in urbe locum teneret. Theodoricus autem animadvertens Harmatum ab omnibus coli, ægre tulit præferri sibi juvenem, qui capillis tantum ornandis & corpori exercendo operam daret. Harmatus vero tum opum abundantia, tum honoris fastigio inflatus, neminem fortitudine se præstantiorem putabat: quæ falsa ejus persuasio adeo invaluerat, ut habitum

1 Ὅταν δι' Ἅρματος ἀστράψῃ] Originem hujus proverbii exponit Strabo lib. IX. pag. 404. quem consule.

2 Ὧν ἄπο πλειοτέρην οἴσεαι ἁρμ.] Pentameter hic est pars Epigrammatis in mures, quod integrum legitur Anthol. lib. I. cap. XXXIII. pag. 70.

3 Ἁρμάτιον μέλος] Quid sit ἁρμάτιον μέλος pulchre explicat Etymologus, quem consule.

4 Ἁρμάτιος] Hujus Harmatii mentionem facit Candidus apud Photium, & Malchus in Excerpt. Legat. pag. 94. ubi Cantoclarus, infelix sane interpres, vocem ἁρματίῳ esse putavit ab ἅρματος, currus, cum sit ibi nomen proprium Harmatii, de quo Suidas hic agit.

5 Τῶν Θρακῶν τὰς χεῖρας ἐκτ.] Eandem crudelitatem Harmatii paucis verbis attingit Malchus loco laudato.

6 Οὐδένα αὐτοῦ ᾤετο διοίσειν ἐπ' ἀνδρ.——φρενῶν ἐξ οἴκου] Hæc leguntur etiam supra v. Ἄλη.

περι-

περιβαίνειν εἰς ἵππον, καὶ κατὰ τὸν ἱππόδρομον [1] φρυάττεσθαι τοῦ οἴκου. [2] ἐξῆγε δὲ τοῦτον πλέον πρὸς τοιαύτην δόξαν μαίνεσθαι τὸ ὑπὸ δήμου συρφακὸς ἐν εὐφημίαις ἀνακαλεῖσθαι Πύῤῥον. ὃς εἰ μὲν οὕτως ἐβόα διὰ τὸ ἐρυθροπρόσωπον εἶναι, ἔλεγεν εἰκότα· εἰ δ' ὡς πρὸς ἔπαινον ἀνδρείας, ἔθελγεν ὡς νέον. οὐ γὰρ ἥρωας ἔβαλλεν ὡς Πύῤῥος, ἀλλὰ γυναιμανὴς ἦν, ὡς Πάρις.

Achillis indueret, & equo vectus ubique se conspiciendum præberet, & in Circo sese insolenter jactaret. Hanc autem ambitionem ejus & insanum gloriæ studium acclamationes infimæ plebis, Pyrrhum eum vocantis, augebant. Quæ quidem, si cum ita appellabat, quod rubicunda esset facie; vere dicebat: sin laudandæ fortitudinis gratia; ut adolescenti palpabatur. Non enim heroes telis petebat, ut Pyrrhus; sed muliercularum amori indulgebat, ut Paris.

Ἁρματωλία. [3] ἡ τῶν ἁρμάτων ἡνιοχεία. Καὶ τοῦ κύκλου παρέτραγον ὑφ' ἁρματωλίας. ἀντὶ τοῦ φειδόμενοι αὐτῶν. [4] Ἁρματοτροχία δὲ, ἡ ἐγχάραξις τοῦ ἅρματος. ἔστι καὶ ἁματροχία.

Ἁρματωλία. Aurigatio. [Aristophanes:] *Et orbis sui partem currum agitando detriverunt.* [Vel, ὑφ' ἁρματωλίας hic significat,] curribus parcentes. Ἁρματροχία vero significat orbitam, sive rotæ vestigium. At ἁματροχία, concursio rotarum.

Ἁρμένιοι. Οἱ ἐνδότεροι Ἰνδοὶ καὶ Ἴβηρες καὶ Ἀρμένιοι ἐπὶ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἐβαπτίσθησαν.

Ἀρμένιοι. Armenii. Interiores Indi & Iberes & Armenii sub Constantino Magno baptizati sunt.

Ἄρμενα. ἁρμόδια. ἐπιτήδεια. ἐν [5] Ἐπιγράμμασι·

Πανὶ τάδ' αὔθαιμοι τρισσοὶ θέσαν ἄρμενα τέχνης.

καὶ Ἄρμενον, τὸ ἱστίον.

Ἄρμενα. Instrumenta ad usum apta & necessaria. In Epigrammate: *Tres fratres consanguinei hæc Pani instrumenta artis dedicarunt.* Et Ἄρμενον, velum navis.

Ἁρμογή. εὐταξία. Μαθόντες δὲ τὴν τῶν πολεμίων ἁρμογὴν τῆς πορείας. Ἁρμογὴ, ὡς ἡμεῖς. Εὔπολις Αἰξί· Ταύτην ἐγὼ ἐζήτουν πάλαι τὴν ἁρμογήν.

Ἁρμογή. Aptus ordo. *Cum autem cognovissent, hostem agmine composito & bene ordinato incedere.* Et Ἁρμογὴ, eodem sensu ac apud nos accipitur. Eupolis *Capris*: *Hunc ego jampridem rerum ordinem quæsivi.*

Ἁρμόδιοι. χρηστοί. καὶ παροιμία· [6] Ἁρμοδίου μέλος. [7] ἐπὶ τῶν δυσκόλων. τὰ γὰρ εἰς Ἁρμόδιον μέλη τοιαῦτά ἐστιν. † Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων ἐπέθεντο τοῖς τυράννοις, καὶ τὸν Ἱππίαν ἀπέκτειναν Ἀθηναῖοι.

Ἁρμόδιοι. Apti. Grati. Et proverbium: *Harmodii melos.* De rebus difficilibus dicitur. Carmina enim, quæ in Harmodium canebantur, hujusmodi erant. † Harmodius & Aristogiton Tyrannis manus intulerunt, & Hippiam Athenienses interfecerunt.

Ἁρμοζόμενος. ἐπιτήδειος διατιθέμενος. [8] Ὁ δὲ νυκτὸς ἐποιεῖ τὰς εἰσόδους ἁρμοζόμενος πρὸς τὴν ὑποκειμένην πρόθεσιν.

Ἁρμοζόμενος. Apte sese alicui rei accommodans. ***Ille vero noctu ut plurimum ingrediebatur [& egrediebatur, specie quidem, propter metum hostium; re autem ipsa] negotio instituto sese accommodans.***

Ἁρμονίαν. [9] τὸ εὖ καὶ ἐπισταμένως εἶναι τὴν ῥυθμὸν ἐν τοῖς κρούμασι τῶν ᾀσμάτων. † Ὅτι [10] ἡ ἁρμονία ἐπιγίνεται τοῖς ἡρμοσμένοις. δεῖ γὰρ εἶναι τὰς χορδὰς εἶτα τούτων ἐπιταθῆναι, καὶ οὕτως ἐπιγενέσθαι τὴν ἁρμονίαν. οὐ μάχεται δὲ τοῖς ἡρμοσμένοις, ἀλλ' ἕπεται, οὕτως ἔχουσα, ὡς ἂν ἔχῃ τὰ ἡρμοσμένα. ἔστι δὲ ἁρμονία συμφωνία τῶν χορδῶν. Ἀναρμοστία δὲ ἐστι τοῦ ἐμψύχου σώματος νόσος καὶ ἀσθένεια καὶ αἶσχος. ὧν τὸ μὲν ἀσυμμετρία ἐστὶ τῶν στοιχείων ἡ νόσος· τὸ

Ἁρμονίαν. Sic vocant aptum nervorum concentum, cum carmina fidibus canuntur. † Harmonia existit ex iis, quæ inter se sunt apta. Oportet enim esse chordas; ex quibus certa ratione intentis harmonia oritur. † Harmonia non pugnat cum iis, quæ ad concentum aptata sunt, sed ea sequitur; ita se habens, ut ea, quæ apta sunt. Est autem harmonia concentus nervorum. Anarmostia vero in corpore animato est morbus, infirmitas, & deformitas. Et morbus quidem est turbata & incon-

1 φρυάττεσθαι τοῦ οἴκου] Hoc corruptum esse censeo. Quid enim sibi vult illud, τοῦ οἴκου. Supra v. Ἀλκ. legitur φρ. τοῦ ἵππου: unde non displicet conjectura Porti, legendum putantis φρυάττεσθαι τὸν ἵππου τρόπον, i. e. equi ferocis more sese jactare, & fastum quendam præ se ferre.

2 Ἐξῆγε δὲ τοῦτον πλ.——ὡς Πάρις] Hæc repetuntur infra v. Σύρφαξ.

3 Ἁρματωλία] Est vox ab Aristophane in *Pace*, pag. 650, Comice conficta, & præter expectationem pro ἁρματηλασία ab eo prolata; ut multa alia apud eum.

4 Ἁρματοτροχία δὲ, ἡ ἐγχ.] Vide quæ notavimus supra ad v. Ἁματροχία.

5 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Anthol. lib. vi. cap. xv. Epigr. iv. ut Portus observavit.

6 Ἁρμοδίου μέλος] Vide Schol. Aristoph. ad *Acharnens.* pag. 418. Item infra v. Ἐν μύρτου κλαδί; & Meursium *Pisistrato*, cap. xiv.

7 Ἐπὶ τῶν δυσκόλων] Meursius loco laudato rescribendum putat ἐπὶ τῶν εὐκόλων: sed minus recte, ut arbitror. Supra v. Ἀδμήτου μέλος legimus, proverbium hoc dici ἐπὶ τῶν ῥᾳδίων καὶ εὐκόλων: quæ expositio e diametro contraria est illi, quam Suidas hoc loco tradit. Quare statuat eruditus Lector, utra harum interpretationum præferenda sit: quod mihi non videtur judicatu difficile.

8 Ὁ δὲ νυκτὸς ἐποιεῖ τὰς εἰσόδους ἁρμ.] Locus hic corruptus est & mutilus, qui apud Polybium lib. viii. cap. xx. unde eum Suidas descripsit, recte sic legitur: Τὰ γὰρ πλεῖστα ἐποιεῖτο τὰς εἰσόδους καὶ τὰς ἐξόδους νυκτὸς, προφάσει μὲν χρώμενος τῷ φόβῳ τῶν πολεμίων, ἁρμοζόμενος δὲ πρὸς τὴν ὑποκειμένην πρόθεσιν. Hanc lectionem in versione secutus sum.

9 Ἁρμονίαν. τὸ εὖ καὶ ἐπιστ. εἶναι τὴν ῥυθμὸν ἐν τοῖς κρ. τῶν ᾀσμάτων] Hæc descripta sunt ex Schol. Aristoph. ad *Equit.* pag. 347. (143. Ed. Bas. P.)

10 Ὅτι ἡ ἁρμονία ἐπιγίνεται τοῖς ἡρμ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Philopono in librum i. Aristot. *de Anima*; ex quo Suidas partim corrigendus & partim supplendus est.

δὲ τῶν ὁμοιομερῶν ἡ ἀσθένεια· τὸ δὲ τῶν ὀργανικῶν τὸ αἶσχος. Ἁρμονία δέ ἐστι λόγος τῶν μιχθέντων, ἢ σύνθεσις. λέγεται δὲ διχῶς. κατὰ πρῶτον μὲν λόγον ἡ σύνθεσις τῶν σωμάτων, [1]ὅταν οὕτω παρατεθῇ, ὡς μὴ δύνασθαι ἄλλο ἐμβληθῆναι μεταξὺ λίθον, ἤ τι τῶν συγγενῶν βαρέων σωμάτων. ἐκ δὲ τούτου μεταφέρομεν τὸ τῆς ἁρμονίας ὄνομα καὶ ἐπὶ τὸν λόγον τῶν μεμιγμένων, οἷον ἔπι τοῖς κεκραμένοις, καὶ ἐν τοῖς κατὰ μουσικήν. τὸν γὰρ λόγον τῶν μιχθέντων τὸν ἡμιόλιον, ἢ τὸν ἐπίτριτον, ἤ τινα ἄλλον λέγομεν ἐκ τῶν συνθέτων κατὰ μεταφορὰν ἁρμονίαν. κατὰ [2]β′ δὲ λόγον ἡ ἁρμονία ἐπὶ τῆς συνθέσεως λέγεται, ἐπειδὴ γνωριμωτέρα ἡμῖν ἐστιν. οὔτε οὖν σύνθεσιν οὔτε μίξιν εὔλογον ποιεῖν τὴν ψυχήν. † Ἐπὶ οὖν τῶν ποιητικῶν δεῖ καὶ ποιᾶς ὕλης, ἤγουν οὐσίας. ἄλλως γὰρ χαλκὸς ἠχεῖ, καὶ ἄλλως σίδηρος, καὶ ἄλλως μόλυβδος, καὶ ξύλον. [3]διὸ καὶ τὰ ὀξύβαφα εἰώθασιν ἐκ διαφόρου κατασκευάζειν ὕλης, ἵνα τῇ διαφορᾷ τῶν ἀπηχήσεων τὴν ἁρμονίαν ἀποτελέσωσιν. ἡ γὰρ ἁρμονία πολυμιγέων ἐστὶ καὶ δίχα φρονεόντων ἕνωσις. [4]διὸ καὶ ἀδύνατον ἑνὸς ὄντος γενέσθαι ψόφον. † [5]Ἁρμονίαι δὲ λέγονται καὶ τὰ συμπηγνύμενα τῶν κραββάτων μέρη. Τῶν ἁρμονιῶν διακεχαλασμένων. τροπικῶς δὲ τὰ ποιήματα. Ἀριστοφάνης.

cinna dispositio elementorum: infirmitas vero, partium similarium; & deformitas, partium organicarum. Harmonia est rerum mixtarum certa quædam inter se proportio, vel compositio: idque duplici sensu. Nam primo quidem compositionem corporum eam dicimus, cum tam apte sibi invicem juncta sunt, ut commissuris eorum nec lapis, nec lignum, nec quidvis aliud cognatorum & gravium corporum inseri possit. Hinc autem harmoniæ nomen transferimus & ad rerum mixtarum rationem, veluti ad sonos Musicos. Illorum enim mixtionem secundum proportionem sesquialteram, vel sesquitertiam, vel quamvis aliam, per metaphoram a rebus compositis ductam *harmoniam* vocamus. Prima igitur & propria significatione ἁρμονία dicitur de corporum coagmentatione & compositione, quoniam ea nobis notior est. Non est autem probabile animam vel ex compositione vel ex mixtione constare. † Iis igitur, quæ vim efficiendi habent, opus est etiam aliqua materia, vel substantia. Aliter enim sonat æs, aliter ferrum, aliter plumbum, & aliter lignum. Quare etiam acetabula ex diversa materia confici solent, ut varietas sonorum harmoniam pariat. Harmonia enim est sonorum varie mixtorum & dissimilium concentus. Quare fieri non potest, ut unus sonus per se harmoniam efficiat. † Ἁρμονίαι etiam vocantur juncturæ, veluti grabatorum, [& similium.] Aristophanes: *Juncturis solutis.* Tropice vero [Comicus] sic vocat poemata.

Ἁρμονίδης. ὄνομα κύριον.

Ἁρμονίδης. Harmonides. Nomen proprium.

Ἁρμοσταί.[6] οἱ ἀπὸ βασιλέως στελλόμενοι εἰς ἔθνη. Οἱ δὲ Φαλίσκοι οὐδενὶ προσεῖχον τῶν ἐπιχωρίων ἁρμοστῇ, πάντας ὑφορώμενοι. Ἁρμοσταὶ οὖν, οἱ ὑπὸ Λακεδαιμονίων εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις στελλόμενοι ἄρχοντες.

Ἁρμοσταί. Sic vocantur, qui a Rege in provincias mittuntur. *Phalisci vero nulli Harmostæ ex indigenis parere volebant. Omnes enim suspectos habebant.* Ἁρμοσταί igitur vocabantur magistratus, qui a Lacedæmoniis in urbes sibi subjectas mittebantur.

Ἁρμόττων. δοτικῇ. συνάπτων. καὶ Ἁρμόζων, δοτικῇ.

Ἁρμόττων, & ἁρμόζων. Dativo jungitur. Aptans.

Ἁρμοῖ που. ἀρτίως. νεωστί. οὕτω που Καλλίμαχος ἐν Ἑκάλῃ·

Ἁρμοῖ που κἀκείνῳ ἐπέτρεχεν ἁβρὸς ἴουλος.

Ἁρμοῖ που. Recens. Modo. Nuper. Sic quodam in loco Callimachus in *Hecale*. *Nuper admodum mentum ejus molli lanugine vestitum erat.*

Ἀρνακίδα. Ἀρνακίς, τὸ τοῦ ἀρνοῦ κώδιον, τὸ μετὰ τῶν ἐρίων δέρμα. [7]Ἀριστοφάνης Νεφέλαις

--Οἴμοι τίς ἂν δῆτ' ἐπιβάλοι

Ἐξ ἀρνακίδων γνώμην ἀποστερητρίδα;

ἔπαιξε δὲ πρὸς τὸ ἀρνεῖσθαι, παρονομάζων ἀπὸ τῶν ἀρνῶν, καὶ τοῦ ἀρνεῖσθαι [8]τοὺς δανειστάς. τὸ δὲ ἀποστερητρίδα, ἅμα μὲν, ἀπὸ τοῦ ἀποστερεῖν· ἅμα δὲ, καὶ ἀντὶ τοῦ περιβόλαιον.

Ἀρνακίς. Pellis agnina cum lana. Aristophanes *Nubibus: Hei mihi! quis me docebit commentum aliquod, quo fœneratores fraudare possim?* Jocum captavit Comicus ex ambiguitate vocis ἀρνακίδων, alludens scilicet tam ad vocem ἀρνῶν, quam ἀρνεῖσθαι. Ἀποστερητρίδα vero ab ἀποστερεῖν quidem dictum est, sed tamen ita formatum, ut pro genere quodam pallii accipi videatur.

Ἀρναῖος. ὄνομα κύριον.

Ἀρευτής. κυβιστητής.

Ἀρναῖος. Arnæus. Nomen proprium.

Ἀρευτής. Urinator.

1 Ὅταν οὕτω παρατεθῇ —— βαρέων σωμάτων] Supple ex Philopono: ὅταν οὕτω παρατεθῇ, ὡς μηδὲν συγγενὲς αὐτῶν σῶμα δύνασθαι μεταξὺ ἐμβληθῆναι. οἷον, ὅταν οὕτως ἀκριβῶς συντεθῶσιν οἱ λίθοι, ἐξ ὧν ἡ οἰκία, ὡς μὴ δύνασθαι ἐμβληθῆναι μεταξὺ λίθον ἢ ξύλον, ἤ τι τῶν συγγενῶν καὶ βαρέων σωμάτων, ἡρμόσθαι λέγομεν τοὺς λίθους.

2 Κατὰ β′ δὲ λόγον] Sic habent omnes Edit. sed male. Reponendum enim est ex Philopono κατὰ πρῶτον δὲ λόγον: quam lectionem in versione secutus sum.

3 Διὸ καὶ τὰ ὀξύβαφα εἰώθ.] Vide Casaubonum ad Athen. lib. v. cap. iv.

4 Διὸ καὶ ἀδύνατον ἑνὸς ὄντος γενέσθαι ψόφον] Legendum puto, διὸ καὶ ἀδύνατον ἑνὸς ὄντος ψόφου γενέσθαι ἁρμονίαν. Sensus sane lectionem illam requirit.

5 Ἁρμονίαι δὲ λέγονται καὶ τὰ συμπ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* pag. 319. (219. Ed. Bas. *P.*)

6 Ἁρμοσταὶ οἱ ἀπὸ βασ.] Vide infra v. Ἐπίσκοπος.

7 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 168. (99. Ed. Bas. *P.*) Vide etiam supra v. Ἀποστερητρίδα.

8 Τοὺς δανειστάς] Hæ duæ voces absque ullo sensus detrimento expungi possunt.

Ἀρεύ.

Ἄρνη. πόλις Βοιωτίας.

Ἀρνίον σοι λελάληκεν. ἐν Αἰγύπτῳ, ὥς φασιν, ἀνθρωπείᾳ φωνῇ ἐλάλησεν. εὑρέθη δὲ ἔχον βασίλειον δράκοντα ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ πτερωτὸν, ἔχοντα μῆκος πήχεων δʹ. καὶ τινι λελάληκε τὰ μέλλοντα.

Ἄρνουφις. οὗτος Αἰγύπτιος ἦν φιλόσοφος, ὃς συνὼν Μάρκῳ τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων, τῷ φιλοσόφῳ, [1] δίψει ποτὲ καμνόντων τῶν Ῥωμαίων ἐξαίφνης ποιῆσαι νέφη τινὰ [2] ἀγερθῆναι ζοφώδη καὶ ὄμβρον ἀφεῖναι λάβρον σὺν βρονταῖς τε καὶ σέλασιν ἐπαλλήλοις. καὶ τοῦτο σοφίᾳ τινὶ ἐργάσασθαι Ἄρνουφιν. οἱ δέ φασιν Ἰουλιανὸν τὸν Χαλδαῖον τοῦτο πεποιηκέναι τὸ θαυμάσιον.

Ἀρνυμένη. [3] ἀνταλλάσσουσα.

Ζώειν [4] γὰρ δίχα παντὸς ὀνείδεος ἤθελ᾽ ἑκάστη,
Ξεῖνε, τὸν ἐκ χειρῶν ἀρνυμένη βίοτον.

καὶ Ἄρνυσθαι, ἀντὶ τοῦ ἀνταλλάσσεσθαι. ὅθεν καὶ τὸ μισθαρνεῖν, τὸ μισθὸν ἀντί τινος λαμβάνειν λέγεται. λαμβάνεται δὲ ἀντὶ τοῦ περιποιουμένου καὶ ἀντὶ τοῦ φυλάττοντος. οὕτω Πλάτων.

Ἄρομα. τὸ ἀρότριασμα. ἄρωμα δὲ διὰ τοῦ ω μεγάλου, τὸ μυρεψικόν. καὶ ἀρόσιμον [5] κλίμα, τὸ ἀροτριούμενον.

Ἀρουραία μάντις. ἐπὶ τῶν νωθρῶν καὶ ἀπράκτων. ἔστι δὲ ἀκρὶς δυσκίνητος, χλωρὰ, χαλυμμένη μάντις, ἧς τινες παρατηροῦντες ταῖς κινήσεσι μαντεύονται. † [6] Ὅτι ἡ ἄρουρα πόδας ἔχει νʹ.

Ἀροῦσιν. ἐπαροῦσιν. ὑψώσουσιν.

Ἆρον. Ἄρης δέ.

Ἀρωγή. ἡ βοήθεια. καὶ Ἀρωγὸς, βοηθὸς, ὠφέλιμος.

Ἀῤῥωδία. ὁ φόβος. Ἡρόδοτος· Ἀῤῥωδίη ἦν τὸ πεῖθον.

Ἄῤῥαλος. ὄνομα πόλεως.

Ἄρωμα. θυμίαμα. [7] Εὐώδιαμα μυρεψικόν. Ἀρώματα δὲ οὐ τὰ θυμιάματα οἱ Ἀττικοὶ καλοῦσιν, ἀλλὰ τὰ ἐσπαρμένα.

Ἀῤῥώστημα [8] νοσήματος διαφέρει. Ἀῤῥώστημα μὲν γάρ ἐστι νόσημα μετ᾽ ἀσθενείας. τὸ δὲ νόσημα, οἴησις σφοδρὰ δοκοῦντος αἱρετοῦ. καὶ ὡς ἐπὶ σώματος εὐεμπτωσίαι τινὲς λέγονται, οἷον καταῤῥοῦς, διάῤῥοια· οὕτω

Ἄρνη. Urbs Bœotiæ.

Ἀρνίον σοι λελ. *Agnus tibi locutus est.* In Ægypto (ut aiunt) agnus humana voce locutus est: supra cujus caput inventus est regius draco alatus, quatuor cubitorum longitudinem habens; [cujus inspiratione] futura cuidam prædixit.

Ἄρνουφις. Arnuphis. Hic Ægyptius fuit Philosophus: qui, cum Romani aliquando siti laborarent, præsente Marco Philosopho, Romanorum Imperatore, effecisse dicitur, ut atræ nubes subito coactæ ingentem imbrem cum crebris tonitribus & fulguribus effunderent; idque arte quadam Arnuphin effecisse. Alii vero dicunt, Julianum hoc miraculum edidisse.

Ἀρνυμένη. Permutans. Recipiens. [In Epigrammate:] *Absque probro enim unaquæque earum vitam agere instituerat, manibus victum sibi quærens.* Et Ἄρνυσθαι, aliquam rem pro altera recipere. Unde & μισθαρνεῖν significat mercedem pro aliqua re recipere. Accipitur etiam ἀρνύμενος pro eo, qui sibi aliquid acquirit & custodit. Sic Plato.

Ἄρομα. Aratio. Ἄρωμα vero, per ω magnum, aroma, species myrepsica. Et ἀρόσιμον κλίμα, tractus terræ, qui aratur.

Ἀρουραία μάντις. *Ruralis Mantis.* Dicitur de segnibus & ignavis. Est autem *Mantis* locusta viridis, & admodum tarda, cujus motionibus quidam observatis futura prædicunt. † Ἄρουρα est terræ mensura pedes habens L.

Ἀροῦσιν. Tollent. Extollent.

Ἆρον. Tolle. Ἄρης vero, Mars.

Ἀρωγή. Auxilium. Et Ἀρωγός. Auxiliator. Utilis.

Ἀῤῥωδία. Metus. Herodotus: *Quod ipsos ad hoc faciendum impulit, fuit metus.*

Ἄῤῥαλος. Arrholus. Nomen urbis.

Ἄρωμα. Aroma. Species myrepsica, ex herbis odoratis composita. Ἀρώματα vero, per ο, ab Atticis non appellantur species odoratæ, sed loca arata & culta.

Ἀῤῥώστημα. Differt a νόσημα. Nam ἀῤῥώστημα est morbus cum imbecillitate. Νόσημα vero opinatio vehemens de re, quæ expetenda videtur. Ut autem quidam sunt corpo-

1 Δίψει ποτὲ καμνόντων τῶν Ῥωμαίων ἐξαίφνης ποιῆσαι νέφη τι ... ἀγ.] De celebrata hac historia vide quæ collegit Scaliger ad Eusebium Num. MMLXXXIX.

2 Ἀγερθῆναι] Priores Edit. hic habent ἐγερθῆναι. Sed apud ipsum Suidam infra v. Ἰουλιανὸς, ubi locus hic repetitur, recte scriptum est ἀγερθῆναι.

3 Ἀρνυμένη] Vide de hac voce Etymologum.

4 Ζώειν γὰρ δίχα παντὸς ὀνείδ.] Distichum hoc decerptum est ex Epigrammate Antipatri, quod legitur Anthol. lib. VI. cap. VIII. pag. 558.

5 Κλίμα] Priores Edit. male habent κλῆμα, cujus loco κλίμα ex MSS. Paris. reposui.

6 Ὅτι ἡ ἄρουρα πόδας ἔχει νʹ] Sic recte scriptum est in MSS. Paris. & Edit. Med. itemque infra v. Σπιθαμή. In prioribus Edit. vero, quæ Mediolanensem secutæ sunt, male legitur, ὅτι ἡ ἄρουρα πόδας ἔχει: quod Portus nullo sensu verterat. *Rus pedes habere dicitur.* Non animadvertebat enim, literam ν in voce ἔχει a præcedentibus sejungendam & separatim legendam esse, quoniam numerum L. hic notat, ut ex sensu manifestum est. Schottus in Collectione proverbiorum ex Suida excerptorum gravius errat quam Portus, quoniam verba illa, ὅτι ἡ ἄρουρα πόδας ἔχει, cum præcedentibus conjungens, literamque ν in voce ἔχειν tanquam supervacaneam expungens, locum hunc sic legit: ἧς τινες παρατηροῦντες ταῖς κινήσεσι μαντεύονται, ὅτι ἡ ἄρουρα πόδας ἔχει. i. e. ipso interprete: *Cujus motionibus quidam observatis divinant rus pedes habere.* Sed miror viro tam docto tales nugas placere potuisse, quoniam lectio ista ridiculum vel nullum potius sensum habet.

7 Εὐώδιαμα] Hanc vocem tanquam spuriam delendam censeo, quoniam a MSS. Paris. abest: quamvis eam præcedentes Edit. omnes habeant.

8 Ἀῤῥώστημα νοσήματος διαφ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Laertii lib. VII. Segm. CXV. ut Pearsonius observavit.

κἀπὶ τῆς ψυχῆς εἰσὶ [1] καταφορίαι· οἷον φθονερία, [2] ἐλεημοσύνη, καὶ τὰ παραπλήσια.

Ἀῤῥωστία. ἡ ἀσθένεια. Ἀῤῥωστία δὲ τοῦ στρατεύειν, ἀντὶ τοῦ ἀπροθυμία. Θουκυδίδης.

Ἁρπαλέος. ὁ ἐπιθυμητικός. καὶ [3] Ἁρπάλεια χρήματα.

Ἁρπάληξ. ὄνομα κύριον.

Ἁρπαστὸν [4] καὶ σφαῖρα εἶδος παιδιᾶς.

Ἁρπεδόνες. τὰ σχοινία. Ἁρπεδόνη, ἡ διὰ σπάρτου θήρα. ἐν [5] Ἐπιγράμματι· Καὶ πολλοὺς οἰστοὺς τόξου πορφυρέης ἧκεν ἀφ' ἁρπεδόνης.

Ἁρπεδόσι. τοῖς ἱστοῖς.

Καλύπτειραν [6] δὲ προσώπου,
Ἔργον ἀραχναίοις νήμασιν ἰσόμορον.

καὶ αὖθις

--Τὸ δὲ [7] προκάλυμμα προσώπου
Τεῦχθεν ἀραχναίης εἴκελον ἁρπεδόσιν.

Ἅρπη. τὸ δρέπανον. καὶ κλίνεται ἅρπης. Ἄρπις δὲ διὰ τοῦ ι, τὸ ὑπόδημα· καὶ κλίνεται ἄρπιδος. καὶ Ἁρπηφόρος, ὁ δρεπανοφόρος. καὶ ἁρπήνη.

Ἁρπηνοῦσα. ὄνομα νήσου.

Ἅρπεζον. τὸ ἐκ χαλίκων ᾠκοδομημένον τεῖχος ἄνευ πηλοῦ παρὰ Ἡροδότῳ· ὃ τινες ἅρπαζον καλοῦσιν.

Ἀρπίς. ἀρπίδος.

Ἅρπυιαι. ἁρπακτικαὶ δαίμονες.

Ἁρποκρᾶς. [8] οὗτος συνήθης ἦν Ἀμμωνίῳ, ἀνὴρ Αἰγύπτιος, ἐπὶ Ζήνωνος τοῦ βασιλέως· ὃν ἀκούσας ὁ Νικομήδης τὰ ἀμφὶ τὸν Ἀμμώνιον ἐπίστασθαι, συλλαβεῖν ἠπείγετο. ὁ δὲ τὰ μέλλοντα ἀπ' ἀρχῆς εἰκάσας, ἢ καὶ προπυθόμενος, εὐθὺς ἀφανὴς ἐγεγόνει.

Ἁρποκρατίων, [9] Ἀργεῖος, Πλατωνικὸς φιλόσοφος, συμβιωτὴς Καίσαρος. Ἔγραψεν ὑπόμνημα εἰς Πλάτωνα ἐν βιβλίοις κδ'. Λέξεις Πλάτωνος, ἐν βιβλίοις δυσίν.

Ἁρποκρατίων, ὁ Γάϊος χρηματίσας, σοφιστής. Ἔγραψε περὶ τῶν Ἀντιφῶντος σχημάτων. Περὶ τῶν Ὑπερείδου καὶ Λυσίου λόγων. καὶ ἕτερα.

Ἁρποκρατίων, ὁ Αἴλιος χρηματίσας, σοφιστής. Ἔγραψε περὶ τῶν δοκούντων τοῖς ῥήτορσιν ἠγνοῆσθαι·

rum morbi, in quos facile incidere solemus: sic etiam quidam sunt affectus, in quos animus proclivis est, veluti invidia, misericordia, & similia.

Ἀῤῥωστία. Infirmitas. Apud Thucydidem vero ἀῤῥωστία τοῦ στρατεύειν dicitur de eo, qui animo minus alacri ad militiam proficiscitur.

Ἁρπαλέος. Rapax. Et Ἁρπάλεια χρ. Pecunia Harpali.

Ἁρπάληξ. Harpalex. Nomen proprium.

Ἁρπαστὸν καὶ σφ. Harpastum & pila sunt genera lusus.

Ἁρπεδόνες. Funiculi. Et Ἁρπεδόνη, venatio, quæ funiculo fit. In Epigrammate: *Et multas sagittas a purpureo arcus nervo misit.*

Ἁρπεδόσι. Telis. [In Epigrammate:] *Velumque vultus, quod subtilitate vel cum aranearum telis certare possit.*

Et iterum:

*Hoc velum vultus, aranearum telis simile.*

Ἅρπη. Falx. Declinatur ἅρπης. Ἄρπις vero per ι, calceus: & declinatur ἄρπιδος. Et Ἁρπηφόρος, falcifer. Et ἁρπήνη, septum, quo clauduntur pecora.

Ἁρπηνοῦσα. Harpenusa. Nomen insulæ.

Ἅρπεζον. Apud Herodotum sic vocatur murus ex silicibus & lapillis sine luto constructus: quem quidam ἅρπαζον vocant.

Ἀρπίς. Calceamenti genus.

Ἅρπυιαι. Rapaces quædam Dæmones. Harpyæ.

Ἁρποκρᾶς. Harpocras. Hic Ammonio familiaris fuit, homo Ægyptius, qui sub Zenone Imperatore vixit. Hunc cum Nicomedes audivisset nosse ea, quæ ad vitam & doctrinam Ammonii spectant, comprehendere eum studuit. Ille vero ab initio quæ eventura erant conjiciens, vel etiam præmonitus, subito e conspectu evanuit.

Ἁρποκρατίων. Harpocration, Argivus, Platonicus Philosophus, Cæsaris familiaris. Scripsit commentariorum in Platonem libros XXIV. Dictionum Platonicarum libros duos.

Ἁρποκρατίων. Harpocration, Cajus dictus, Sophista. Scripsit de Antiphontis figuris. De Hyperidis & Lysiæ orationibus: & alia.

Ἁρποκρατίων. Harpocration, Ælius dictus, Sophista. Scripsit de illis, quæ Oratores ig-

1 Καταφορίαι] Rescribe ex Laertio εὐκαταφορίαι.

2 Ἐλεημοσύνη] Apud Laertium scriptum est ἀνελεημοσύνη: quam lectionem prætulerim, quamvis Menagius alteram malit.

3 Ἁρπάλεια χρήματα] Vide Plutarchum in *Demosthene* pag. 857.

4 Ἁρπαστὸν κ. σφαῖρα εἶδος παιδιᾶς] Duo hæc lusus genera conjungit Artemidorus *Oneirocrit.* lib. I. cap. LVII. ad quem locum Suidam respexisse non dubito.

5 Ἐν Ἐπιγράμματι· Καὶ πολλοὺς οἰστοὺς τ.] Anthol. lib. VII. pag. 586. locus hic recte sic legitur:

Καὶ πολλοὺς τότε χερσὶν ὑπ' αἰθέριον οἰστοὺς
Τόξου πορφυρέης ἧκεν ἀφ' ἁρπεδόνης.

Lege ibi integrum Epigramma, & sensum hujus loci facile inde perspicies.

6 Καλύπτειραν δὲ προσώπου, ἔργον ἀραχν.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate Antipatri Sidonii in fœminas, quæ mundum suum Veneri dedicant. Epigramma illud, nondum a quoquam, quod sciam, editum, ex Cod. MS. integrum exhibemus alibi.

7 Τὸ δὲ προκάλυμμα προσώπου τεῦχθ.] Et hæc verba deprompta sunt ex Epigrammate quodam inedito, quod alibi cum Lectore communicamus. Cæterum, locum hunc ex Cod. MS. Epigrammatum ineditorum supplevimus, quem Editiones præcedentes mutilum sic exhibent: Τὸ δὲ προκάλυμμα ἀραχναίης &c.

8 Ἁρποκρᾶς. οὗτος συνήθης ἦν Ἀμμωνίῳ, ἀνὴρ Αἰγ.] Hæc, & quæ sequuntur, ex Damascio descripta esse recte conjecit Pearsonius. Confer cum his quæ leguntur infra v. Ὡραπόλλων.

9 Ἁρποκρατίων] De Harpocrationibus vide quæ disputat doctissimus Maussacus in erudita Dissertatione Critica, quæ Lexico Harpocrationis subjuncta est.

καὶ ἀποθέσεις τῶν λόγων Ὑπερίδου. Περὶ τοῦ κατεψεῦσθαι τὴν Ἡροδότου ἱστορίαν. Περὶ τῶν παρὰ Ξενοφῶντι τάξεων. Περὶ τέχνης ῥητορικῆς. Περὶ ἰδεῶν.

norasse videntur. Argumenta orationum Hyperidis. Item, ementitam esse Herodoti historiam. De ordinibus militaribus apud Xenophontem. De arte Rhetorica. De Ideis.

Ἁρποκρατίων, ὁ Βαλέριος χρηματίσας, ῥήτωρ, Ἀλεξανδρεύς. Λέξεις τῶν ι ῥητόρων. Ἀνθηρῶν συναγωγήν.

Ἁρποκρατίων. Harpocration, Valerius dictus, Rhetor, Alexandrinus. Scripsit Lexicon x Oratorum. Floridorum Collectanea.

Ἀρσάκης, Πάρθων βασιλεύς· ὃς δόρατι πληγεὶς ἐν τῇ μάχῃ κατὰ τὴν πλευρὰν, ἀποθνήσκει· ἀνὴρ γενόμενος τό, τε σῶμα κάλλιστος καὶ περιβλεπτότατος, καὶ τὴν ψυχὴν βασιλικώτατος, καὶ τοῖς ἐς πόλεμον ἔργοις δαιμονιώτατος, καὶ ἐς μὲν τὸ ὑπήκοον πάντων πρᾳότατος, εἰς καθαίρεσιν δὲ τοῦ ἀνθισταμένου ἐρρωμενέστατος. καὶ τοῦτον Παρθυαῖοί τε ἐς τὰ μάλιστα ἐπόθησαν. καὶ Ἀρσακίδαι, οἱ Περσῶν βασιλεῖς. Ἀρσάκης ὁ Παρθυαῖος, τοὺς Μακεδόνας κρατήσαντας τῆς Περσῶν ἀρχῆς ἔτη διακόσια ἐνενήκοντα τρία, ἐκβαλὼν, Πάρθοις τὴν βασιλείαν παραδέδωκεν. ἔνθεν Ἀρσακίδαι ἐκλήθησαν οἱ Περσῶν βασιλεῖς.

Ἀρσάκης. Arsaces, Parthorum Rex, in prælio ex vulnere, quod ictu hastæ lateri ejus infligebatur, obiit: vir & corporis specie maxime conspicuus, & animo vere regio præditus, rerumque bellicarum peritissimus; idemque erga subditos clementissimus, & ad evertendos adversarios singulari animi robore instructus. Hunc Parthi maxime desiderarunt. Et Arsacidæ dicti sunt Persarum Reges. Arsaces Parthus ademptum Macedonibus imperium, quod per annos CCXCIII tenuerant, ad Parthos transtulit. Hinc Parthorum Reges vocati sunt Arsacidæ.

Ἄρσενι [1] βοᾷ δοκίμῳ. τῇ θαυμαστῇ φωνῇ, καὶ δεδοκιμασμένῃ.

Ἄρσενι βοᾷ δοκ. Voce mascula, forti, & probata.

Ἄρσεων. βασταγμάτων. φορτίων.

Ἄρσεων. Onerum, quæ tolluntur & gestantur.

Ἀρσινόη. ὄνομα κύριον.

Ἀρσινόη. Arsinoe. Nomen proprium.

Ἀρτᾷ. ἐπικρέμαται.

Ἀρτᾷ. Appendit. Suspendit.

Ἀρτάβη. [2] μέτρον Μηδικὸν σίτου. Ἀττικὸς μέδιμνος.

Ἀρτάβη. Artabe. Mensura frumenti Medica. Atticus medimnus.

Ἄρταμος. [3] ὁ μάγειρος. παρὰ τὸ διαρτάσαι, ὅ ἐστι μερίσαι, ἢ συναρμόσαι.

Ἄρταμος. Coquus. Dictus a verbo διαρτάσαι, quod significat dividere, vel apte disponere.

Ἀρτασήρας. ὄνομα κύριον.

Ἀρτασήρας. Artaseras. Nomen proprium.

Ἀρταφέρνης. ἡγεμὼν Περσῶν. ἔστιν ἐν τῷ Ἀποκορύφου, καὶ ἐν τῷ Δάτης.

Ἀρταφέρνης. Artaphernes. Persarum dux. Vide in v. Ἀποκορύφου & Δάτης.

Ἀρτάεια. [4] παρ' ἡμῖν οἱ τῶν ποδῶν πῖλοι.

Ἀρτάεια. Apud nos pedum udones ita vocantur.

Ἀρτεμής. ὁλόκληρος. σῶος. ὑγιής. Ἄρτεμις δὲ, ἡ θεός.

Ἀρτεμής. Integer. Incolumis. Sanus. Salvus. Ἄρτεμις vero, Diana.

Ἀρτεμίδωρος, [5] Δαλδιανός· πόλις δὲ ἐστὶ Λυδίας ἡ Δάλδις. φιλόσοφος. ἔγραψεν Ὀνειροκριτικὰ [6] ἐν βιβλίοις τέσσαρσιν. Οἰωνοσκοπικὰ, καὶ Χειροσκοπικά.

Ἀρτεμίδωρος. Artemidorus, Daldianus (Daldis autem est urbs Lydiæ) Philosophus. Scripsit de somniorum interpretatione libros quatuor. Item, de auguriis, & divinatione quæ fit per manuum inspectionem.

Ἀρτεμίδωρος, [7] ὁ [8] Ψευδοαριστοφάνειος, ὁ [9] ὀψαρτυτικὰς λέξεις συναγαγών.

Ἀρτεμίδωρος. Artemidorus, Pseudoaristophanius, vocabula opsartytica collegit.

1 Ἄρσενι βοᾷ δοκίμῳ] Hæc sunt verba Aristophanis *Thesmophor.* pag. 772. (515. Ed. Bas. P.) Notandum hic est, τὸ ἄρσεν apud Græcos interdum significare *vehemens* vel *validum*. Sic Sophocles *Philoct.* pag. ult. κτύπον πόντου vocat ἄρσενα. Ubi Scholiasta: Κτύπος ἄρσην. ἰσχυρὸς, ἔνθεος.

2 Ἀρτάβη. μέτρον Μηδ.] Vide Enarratorem Comici ad *Acharnens.* pag. 375. & 376. itemque infra v. Ἀχάνη.

3 Ἄρταμος. ὁ μάγειρος. παρὰ τὸ διαρτάσαι.] Eadem habet Etymologus: quem vide.

4 Ἀρτάεια] Vide de hac voce Salmasium ad Æl. Lampr. *Alex. Sever.*

5 Ἀρτεμίδωρος, Δαλδ.] De eo vide Rigaltium initio notarum in Artemid. *Oneirocr.*

6 Ἐν βιβλίοις τέσσαρσιν] Recte Suidas quatuor tantum libros Ὀνειροκριτικῶν Artemidori agnoscit: nec hodie plures extant, si rem bene putemus. Quatuor enim libris Ὀνειροκριτικὰ & ὀνείρων κρίσεις continentur: sed iis subjunctæ sunt ὀνείρων ἀποδόσεις, qui liber hodie quintus Oneirocriticorum perperam inscribitur. Nam & argumentum diversum est, & liber iste ab Artemidoro cum quatuor Oneirocriticis non fuit editus, sed aliquanto post, ut ipse in præfatione ad filium testatur.

7 Ἀρτεμίδωρος, ὁ Ψευδοαρ.] Vide de eo Meursium in *Bibliotheca Græca*, qui & de aliis Artemidoris ibi agit, & loca auctorum, in quibus eorum mentio fit, annotat. Sed pauca quædam in adversariis meis reperio loca, ab eo prætermissa, quæ hic addam. Artemidorum Ephesium, qui Γεωγραφούμενα conscripsit, laudat etiam Porphyrius in libello *de Antro Nympharum*, cujus verba adducam. Οἱ δὲ τὰς Γεωγραφίας ἀναγράψαντες ὡς ἀκριβέστατα ἐκδεδωκότες, ὧν ὁ Ἐφέσιος Ἀρτεμίδωρος ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς εἰς ἕνδεκα συνηγμένης αὐτῷ πραγματείας. Ex hoc loco discimus, opus illud Geographicum Artemidori undecim libris constitisse. Eundem laudat Schol. Apoll. Rh. ad lib. IV. v. 259. nec alius est is, quem idem Enarrator citat ad lib. II. v. 948. Artemidorum quendam laudat Enarrator Comici ad *Vespas*, pag. 512. ubi sic ait: Τὰς ἐξοχὰς τῆς κρήνης εἴκαζε χείλεσι. τοῦτο δὲ Ἀρτεμίδωρός φησι τοὺς ἐπὶ τῆς κύλικος λεγομένας χάλκας. Hunc Artemidorum eum esse existimo, de quo hoc ipso loco Suidas agit; quoniam ad *Opsartytica* pertinere videntur, quæ Scholiasta ex eo adducit. Idem Enarrator Artemidori cujusdam mentionem facit ad *Vespas* pag. 519. his verbis: Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Χαιρέας, ὡς Ἀρτεμίδωρός φησι, μετὰ τῆς Κλεωνύμου τῆς ποιητρίας, ὅτι ἐνδεχομένως ἐπεκλήθη Κλεψύδρα. Hic Artemidorus diversus esse videtur ab omnibus iis, quos Meursius in *Bibliotheca Græca* recenset. Denique Artemidori cujusdam Συναγωγὴν laudat idem Enarrator Comici ad *Vespas* pag. 514. ubi de obscœna voce σαλακωνίζει agit.

8 Ψευδοαριστοφάνειος] Priores Edit. male habent Ψευδαριστοφάνιος. Sed infra v. Τιμαχίδας recte legitur Ψευδοαριστοφάνειος, ut & hic excudendum curavimus.

9 Ὀψαρτυτικὰς λέξεις] Hujus operis aliquoties mentionem facit Athenæus.

Ἀρτέμιος,[1] ὁ καὶ Ἀναστάσιος, βασιλεὺς Ῥωμαίων, αἰσθόμενος στόλον Σαρακηνῶν ἔρχεσθαι κατὰ τῆς πόλεως, Ἰωάννην ἐφίστησιν ἡγεμόνα τοῦ πολέμου, Διάκονον τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας, καὶ λογιστὴν τῶν φόρων, ὃν Γενικὸν καλοῦσιν· ὃς πρὸς τῇ Ῥόδῳ γενόμενος, καταστασιασθεὶς ὑπὸ τοῦ πλήθους, ἀναιρεῖται.

Ἀρτέμιος. Artemius, qui & Anaſtaſius, Romanorum Imperator, cum intellexiſſet Saracenorum claſſem ad Urbem oppugnandam venire, Johannem, Magnæ Eccleſiæ Diaconum, & tributorum præfectum, quem [Logothetam] Generalem vocant, bello huic præfecit. Is cum ad Rhodum appuliſſet, a populo, orta ſeditione, occiſus eſt.

Ἄρτεμις[2] Λαφρία. ἡ Θεός.

Ἄρτεμις Λαφρία. Diana Laphria.

Ἀρτεμισία. αὕτη ἠρίστευσε [3] κατὰ Περσῶν· δι' [4] ἣν εἶπεν ὁ βασιλεὺς, ὡς οἱ ἄνδρες γυναῖκες γεγόνασιν, αἱ δὲ γυναῖκες, ἄνδρες. Ἀρτεμισίαι δὲ δύο γεγόνασι, Καρικαὶ γένος, καὶ βασιλίδες ἀμφότεραι. ὧν ἡ μὲν πρώτη γέγονε [5] κατὰ Περσικά· ἡ δὲ νεωτέρα, ἧς καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῆς Ῥοδίων ἐλευθερίας μνημονεύει, θυγάτηρ μὲν ἦν Ἑκατόμνου, γυνὴ δὲ καὶ ἀδελφὴ Μαυσώλου.

Ἀρτεμισία. Artemiſia. Hæc fortiſſime ſe geſſit in bello Perſico: cujus gratia [Perſarum] Rex dixit, viros evaſiſſe mulieres; mulieres autem viros. Fuerunt vero Artemiſiæ duæ, ambæ Caria oriundæ, eædemque reginæ. Harum prior tempore belli Perſici vixit. Junior vero, cujus & Demoſthenes in oratione de Rhodiorum libertate meminit, filia fuit Hecatomni, uxor vero & ſoror Mauſoli.

Ἀρτεμίσιος. παρὰ Μακεδόσιν ὁ Μάϊος. καὶ Ἀρτεμίσιον[6] ἰδίως μὲν Ὑπερίδης πολλάκις ὀνόμασε, τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἄγαλμα. λέγεται δὲ καὶ ἀκρωτήριον τῆς Εὐβοίας, οὗ Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος μνημονεύει.

Ἀρτεμίσιος. Artemiſius. Apud Macedones ita vocatur menſis Majus. Ἀρτεμίσιον peculiari ſenſu Hyperides vocat Dianæ ſimulachrum. Sic vero etiam vocatur quoddam Eubœæ promontorium, cujus Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte meminit.

Ἀρτηρ. ὑποδήματος γένος. Φερεκράτης Γραυσίν.

Ἀρτήρ. Calceamenti genus. Pherecrates *Vetulis*.

Ἀρτησάμενος. κρεμάσας. καὶ Ἀρτῆσαι, ὁμοίως. Ἀρτίσαι δὲ, τὸ τελειῶσαι, καὶ ἀπαρτίσαι, διὰ τοῦ ι.

Ἀρτησάμενος. Qui ſuſpendit. Et Ἀρτῆσαι, ſuſpendere. Ἀρτίσαι vero, & ἀπαρτίσαι, abſolvere, perficere, per ι.

Ἄρτι. τὸ μέρος τοῦ παρεληλυθότος, συνάπτον τῷ νῦν· ἐναντίως ἔχει τῷ αὐτίκα. τοῦτο γὰρ κατὰ τὸ μέλλον συνάπτει τῷ νῦν. [7] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Ἀνήρετ' ἄρτι. ἀντὶ τοῦ, ἐξ ὑπογύου ἵνα αὐτοσχεδιάζειν δοκῶσι, καὶ πάντα ἐξ ὑπογύου λέγειν.

Ἄρτι. Modo. Paulo ante. Eſt pars temporis præteriti, quæ [rem vel actionem] cum tempore præſenti conjungit; eſtque contraria voci αὐτίκα, quippe quæ tempus futurum cum præſenti conjungit. Ariſtophanes *Nubibus*: *Modo interrogavit.* Sive, paulo ante. [Ideo autem hoc dicit,] ut ex tempore nec ante præparati dicere omnia viderentur.

Ἄρτι[8] τοῦ ἀρτίως διαφέρει παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. ἄρτι μὲν, ἀντὶ τοῦ νῦν· ἀρτίως δὲ, ἀντὶ τοῦ πρὸ ὀλίγου.

Ἐκεῖνον[9] εἰφ', ὃν ἀρτίως εἰσήγαγες.

ὁ Στρεψιάδης φησὶ πρὸς Σωκράτην. καὶ ἀντὶ τοῦ νῦν τὸ ἀρτίως. Ἔτι περαιουμένοις καὶ ἀρτίως ἀποβαίνουσιν ἐπιτίθεσθαι. Κεῖται ἐν Γετικοῖς.

Ἄρτι. Apud Atticos ἄρτι differt ab ἀρτίως. Nam ἄρτι ſignificat *nunc*: ἀρτίως vero, *paulo ante*. [Ariſtophanes:] *Dic mihi an filius, quem paulo ante in Scholam introduxiſti,* [*aliquid in literis profecerit.*] Sic Strepſiades ad Socratem inquit. Aliquando tamen ἀρτίως etiam *nunc* ſignificat. *Adhuc fluvium trajicientes, & hoc ipſo tempore ex navibus egrediētes aggredi oportet.* Sic Criton in Geticis.

Ἄρτια. ἡρμοσμένα. τέλεια. ὑγιῆ. λέγεται δὲ ταῦτα καὶ ἄρτια. καὶ Ἀρτιάζειν, τὸ παίζειν ἄρτια, ἢ περιττά. [10] Στατῆρσι δ' ἀρτιάζομεν. Ἀριστοφάνης. καὶ Ἀρτιάκις. Ἄρτιος ἀριθμὸς ὁ λβ΄. ἀρτιοπέριττος δὲ, ὁ διχοτομούμενος εὐθέως εἰς περιττὸν ἀριθμόν. οἷον ὁ τῶν ιδ΄. τούτου γὰρ τὸ ἥμισυ ἑπτά.

Ἄρτια. Apta. Integra Perfecta. Sana. Idem etiam ἄρτια ſignificat. Et Ἀρτιάζειν, ludere par, impar. *Stateribus par impar ludimus.* Ariſtophanes. Et ἀρτιάκις, ſecundum numerum parem. Numerus XXXII eſt par. Ἀρτιοπέριττος vero dicitur numerus, qui ſtatim in numerum imparem dividitur: ut numerus XIV. Hujus enim ſemiſſis ſunt VII.

1 Ἀρτέμιος. ὁ καὶ Ἀναστάσιος, βασιλ. Ῥωμ.] Hæc, & quæ ſequuntur, leguntur etiam infra v. Γενικός.

2 Ἄρτεμις Λαφρία] Vide Pauſaniam in *Achaicis*, qui de Diana Laphria lectu digna habet.

3 Κατὰ Περσῶν] Scribendum potius eſt κατὰ Ἑλλήνων, vel ὑπὲρ Περσῶν. Artemiſia enim non contra Perſas, ſed pro Perſis contra Græcos pugnavit, ut vel ex Herodoti *Urania* conſtat.

4 Δι' ἣν εἶπεν ὁ βασιλεὺς, ὡς οἱ ἄνδρ.] Idem apophthegma Xerxis refert Herodotus lib. VIII. pag. 310. & ex eo Euſtath. ad Il. II. pag. 668.

5 Κατὰ Περσικά] Sic habent MSS. Pariſ. & Editio Mediolanenſis. In exteris vero Edit. & apud Harpocrationem, ex quo Suidas locum hunc deſcripſit, legitur κατὰ τὰ Περσικὰ, i. e. *tempore belli Perſici*: quam lectionem prætulerim.

6 Ἀρτεμίσιον ἰδίως μὲν Ὑπερ.] Ex Harpocratione.

7 Ἀριστοφάνης Νεφελ.] Pag. 131. (67. Ed. Baſ. P.)

8 Ἄρτι τοῦ ἀρτίως διαφέρει. ἄρτι μὲν ἀντὶ τοῦ νῦν. ἀρτίως δὲ, ἀντὶ τοῦ πρὸ ὀλ.] Hæc ſunt verba Scholiaſtæ Ariſtoph. ad *Nubes*, pag. 188.

9 Ἐκεῖνον εἰφ', ὃν ἀρτ.] Senſus loci hujus eſt mutilus & imperfectus, quem in verſione ex Ariſtophane ſupplevimus.

10 Στατῆρσι δ' ἀρτιάζομεν] Hæc ſunt verba Ariſtoph. *Pluto* pag. 82. (41. Ed. Baſ. P.)

‡

Ἀρτι-

Ἀρτιδαεῖ. ἀρτιμαθεῖ.
Ἀργύρεόν[1] σοι τόνδε γενέθλιον εἰς τεὸν ἦμαρ
Πέμπω, ἀρτιδαεῖ σύμπνοον ἐργασίῃ.

Ἀρτιδαεῖ. Quod quis nuper didicit. Vel, qui nuper discere cœpit. *Argenteum istum [calamum] natali die tuo tibi mitto, qui ingenio tuo docili, quo nuper admodum literas discere cœpisti, apte convenit.*

Ἀρτίδιον. μικρὸς ἄρτος. Ὁ δὲ παρά τινος τῶν βασιλικῶν παίδων αἰτήσας ἀρτίδιον κατεχρήσατο.

Ἀρτίδιον. Parvus panis. *Ille vero, cum a quodam regiorum puerorum parvum panem petiisset, ipsum interfecit.*

Ἀρτιεπής. ἀπηρτισμένος ἐν τῷ λέγειν. οὐκ ἐν ἐπαίνῳ τὸ ἀρτιεπής, κατὰ τὸ ἐναντίον τοῦ ἁμαρτάνειν· ἀλλ' ὁ λάλος καὶ ἀπηρτισμένος τῷ λόγῳ.

Ἀρτιεπής. In dicendo perfectus. Ἀρτιεπὴς interdum non ponitur in laude, quasi contrarius sit illi, qui in dicendo peccat; sed ita vocatur garrulus & consummatæ loquacitatis homo.

Ἀρτιζόμενοι. Οἱ δὲ ἀρτιζόμενοι διεῖλον τὴν δύναμιν. † Ὁ δὲ πανοῦργος ὤν, καὶ πρὸς τὸ τῆς τύχης ἄδηλον ἀρτιζόμενος.

Ἀρτιζόμενοι. Parantes. Instruentes. *Illi vero [insidias] instruentes copias diviserunt.* † *Ille vero cum homo callidus esset, & ad incertos fortunæ casus instructus.*

Ἀρτιθαλῆ. νεόφυτα.

Ἀρτιθαλῆ. Recens florentia.

Ἀρτικροτεῖσθαι.[2] συμφωνεῖσθαι. Ἀρτικροτοῦνται οἱ γάμοι φησὶ Μένανδρος.

Ἀρτικροτεῖσθαι. Dicitur de re, de qua pactum inter aliquos initum est. *Nuptiæ pactæ sunt:* inquit Menander.

Ἄρτι[3] μῦς πίττης γεύεται. ἐπὶ τῶν ὀψὲ εἰς αἴσθησιν ἐρχομένων ἐν οἷς εἰσιν.

Ἄρτι μῦς. *Nunc demum mus picem gustat.* In eos dicitur, qui sero animadvertunt, quo loco res ipsorum sint.

Ἄρτιος. καὶ Ἄρτιοι, τέλειοι, ὑγιεῖς. Ὑπὸ νόσου ποδάγρας οὔτε αἱ χεῖρες, οὔτε οἱ πόδες ἄρτιοι ἐτύγχανον ὄντες.

Ἄρτιος. Integer. Sanus. Et Ἄρτιοι, integri, sani. *Morbo podagra tam manus quam pedes ejus debilitati erant.*

Ἀρτίως. τελείως. ὑγιῶς. οὐ μόνον ἄρτι, τὸ πρὸ ὀλίγου. Φερεκράτης Μυρμηκανθρώποις·
Ξένη γυνὴ γραῦς ἀρτίως ἀφιγμένη.
καὶ ἀντὶ[4] τοῦ γνησίου·
Τοιοῦδ'[5] ἀποβλαφθεῖσαν ἀρτίως φίλου.

Ἀρτίως. Perfecte. Integra valetudine. Non solum enim significat modo & paulo ante. Pherecrates *Myrmecanthropis*: *Peregrina anus, quæ modo advenit.* Item sincere, vere. *Tam sincero amico privatam.*

Ἀρτίπους. ὑγιεῖς τοὺς πόδας ἔχων.

Ἀρτίπους. Integros pedes habens.

Ἀρτίστομος. ὁ σαφής. καὶ ὁ ἤδη φθεγγόμενος. ὥσπερ Διονύσιος· Ὁ δὲ τῷ οἴνῳ κάτοχος ἤδη, καὶ οὐκ ἀρτίστομος ἔτι.

Ἀρτίστομος. Qui plane loquitur. Qui jam fari potest. Sic Dionysius. *Ille autem vino jam gravatus lingua titubare incipiebat.*

Ἀρτίτομος. προπαροξυτόνως, ὁ τεμνόμενος νεωστί. Ἀρτιτόμος δὲ, ὁ νεωστὶ τέμνων.

Ἀρτίτομος. Cum accentu in antepenultima, recens sectus. Ἀρτιτόμος vero, qui nunc secat.

Ἀρτιχανῆ[6] ῥοιάν τε, καὶ ἀρτίχνουν τόδε μῆλον. ἐν Ἐπιγράμμασι.

Ἀρτιχανῆ. Qui recens hiare cœpit. In Epigrammate: *Malum hoc Punicum, quod recens hiare cœpit,* (i. e. maturum) *& lanugine vestitum pomum.*

Ἀρτοπωλεῖον. τὸ [7] μαγκιπεῖον, ἐν ᾧ οἱ ἄρτοι γίνονται. Ἀρτοπώλιον δὲ, ὁ τόπος, ἔνθα οἱ ἄρτοι πιπράσκονται.

Ἀρτοπωλεῖον. Locus, in quo panes pinsuntur. Ἀρτοπώλιον vero, per ι, locus ubi panes venduntur.

Ἄρτος. ὁ [8] ψωμός. ἔστι δὲ καὶ ὄνομα τυράννου

Ἄρτος. Panis. Est etiam nomen tyranni Mes-

1 Ἀργύρεόν σοι τόνδε γενέθλιον εἰς τεὸν ἦμαρ κ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate Crinagoræ, in quo amicus alteri amico die ipsius natali calamum argenteum dono mittit. Epigramma hoc nondum, quod sciam, a quoquam ante in lucem editum, hic cum Lectore communicabo.
Ἀργύρεόν σοι τόνδε, γενέθλιον εἰς τεὸν ἦμαρ,
Πρόκλε, νεόσμηκτον δικρατίδα κάλαμον,
Εὖ μὲν ἐυσχίστοισι διάγλυπτον κεράεσσι,
Εὖ δὲ ταχυγράφῳ εὔροον εἰς σελίδα,
Πέμπει Κριναγόρης ὀλίγην δόσιν, ἀλλ' ἀπὸ θυμοῦ
Πλείονος, ἀρτιδαεῖ σύμπνοον εὐμαθίῃ.
In pentametro primo negotium mihi facessunt duo illa epitheta νεόσμηκτον δικρατίδα, quoniam calamo minime conveniunt. Prioris loco rectius forsan legetur νεόγλυπτον, vel σμιλευτόν, vel νεάκανθον. Quid vero in locum posterioris substitui debeat, aliis divinandum relinquo. In hexametro secundo ἐυσχίστοισι κέρατα appellantur duo apices, in quos cuspis calami divisa erat. Uti enim hodie pennæ nostræ; sic olim calami scriptorii in medio fissi erant, qui ideo in alio Epigrammate inedito μεσοσχιδεῖς appellantur. In pentametro secundo εὔροον significat atramentum facile emittentem. In pentametro ultimo codex MS. Epigrammatum a codicibus Suidæ discrepat, quoniam in illo εὐμαθίῃ; in his vero ἐργασίῃ legitur. Sed meo quidem judicio prior lectio præferenda est: quam proinde in versione secutus sum.

2 Ἀρτικροτεῖσθαι] Sic etiam Hesychius. Sed nihilominus vox illa suspecta mihi est. Quid si legatur ἀντικροτεῖσθαι? Judicet Lector.

3 Ἄρτι μῦς πίττης γεύεται] Proverbio huic affine est illud: Ὀψὲ μῦς ἐν πίττῃ: quod Suidas suo loco refert.

4 Ἀντὶ τοῦ γνησίου] Malim ἀντὶ τοῦ γνησίως.

5 Τοιοῦδ' ἀποβλαφθεῖσαν ἀρτίως φίλου] Hæc sunt verba Sophoclis in *Ajace* p. 55. ut Portus recte observavit.

6 Ἀρτιχανῆ ῥοιάν τε, καὶ ἀρτίχνουν τόδε μῆλον] Hæc leguntur Anthol. lib. VI. cap. XIV. ut Portus monuit.

7 Μαγκιπεῖον] Sic recentiores Græci vocabant officinam pistoriam, in qua panes pinsebantur. Vide Ducangium in Glossario Græco.

8 Ψωμός] Cave putes vocabulum hoc apud ullum probatum & antiquum scriptorem Græcum pro pane proprie ita dicto accipi; sed est vox recentioris Græcitatis, qua hodierni quoque Græci (heu quantum a priscis illis diversi!) adhuc utuntur, cum panem significare volunt. Vocabulum enim ἄρτος apud eos non amplius in

Μεσσαπίων, καὶ πρόξενον Ἀθηναίοις ποιήσασθαί φησι Πολέμων.

Ἄρτος. παροιμία· [1] Ἄρτος κρίβανον. ἐπὶ τῶν χρόνον τι ἐφευρηκότων. Ἄρτος γὰρ Αἰγύπτιος εἰς τὴν τῶν ἄρτων ὄπτησιν ἐπενόησε τὸν κρίβανον.

Ἀρτοσιτεῖ. ἄρτον ἐσθίει. [2] Ξενοφῶν· Ὅπως δὲ ἀρτοσιτεῖ, ὕδατι δεδευμένον τὸν ἄρτον.

Ἀρτῶ. τὸ κρεμῶ.

Ἀρτώριος. ὄνομα κύριον.

Ἀρτύειν. σκευάζειν. καὶ Ἀρτύοντες. παρασκευάζοντες. καὶ Ἀρτύναντες.

Ἀρτυλία. ἡ διαθήκη.

Ἀρύβαλλος. [3] πλεκτόν τι βαλάντιον ὁ ἀρύβαλλος, ὅπερ ἑλκόμενον κλείεται, καὶ ἀνοίγεται. παρὰ τὸ ἀρύειν καὶ βάλλειν. ἢ μαρσίππιον. Χεῖσθαι δὲ λέγεται οὐ μόνον τὰ ὑγρὰ, ἀλλὰ καὶ τὰ στερεά· ὥσπερ νῦν ἐπὶ τῆς ἀμβροσίας.

> Εἶτα καταπέτεσθαι κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀρυβάλλῳ,
>
> Ἀμβροσίαν κατὰ σοῦ, κατὰ τούτου δὲ σκοροδάλμην.

Ἀρύβας, [4] Ἀλκέτου μὲν ἦν υἱὸς, Μολοττῶν δὲ βασιλεύς.

Ἄρρυθμος. ἀδιατύπωτος. ἀκατάστατος. μὴ ἔχων ῥυθμόν. Ῥυθμὸς γὰρ ὁ τύπος. καὶ Ἀρρύθμως.

Ἀρυώτης. ὄνομα κύριον.

Ἀρυσάμενος. ἀντλήσας.

Ἀρύστιχος. [5] σκευάριόν τι.

Ἀρυστρίς. [6] Ζωμοῦ τ' ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἀρυστρίδα.

Ἀρύταινα. [7] χαλκοῦν σκεῦος, ᾧ τὸ ἔλαιον ἐγχέουσιν εἰς τοὺς λύχνους.

Ἀρυταινοειδοῦς. ζήτει ἐν τῷ Φάρυγξ.

Ἀρύτεσθαι. [8] σὺν τῷ τ λέγουσιν, οὐκ ἀρύεσθαι. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· [9] Εἴτ' ἄρ' ἐν Νείλου προχοαῖς ὑδάτων χρυσέοις ἀρύτεσθαι πρόχουσιν. καὶ Πλάτων Νόμοις· Ὧν ὁ μὲν ἀρυτόμενος ὅθεν τε δεῖ, καὶ ὁπότε.

Ἀρρυτίδωτον. τὸ μὴ ἔχον ῥυτίδας· αἵ εἰσι γραμμαὶ γήρως σημαντικαί.

Ἀρχαῖα. τὰ κεφάλαια τῶν χρεῶν. [10] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

> Αὐτοί τε καὶ τ' ἀρχαῖα καὶ τόκοι τόκων.

sapiorum, cum quo Athenienses amicitiam & hospitium contraxisse dicit Polemon.

Ἄρτος. Panis. Proverbium: *Annus clibanum.* Dicitur de iis, qui aliquid novi invenerunt. Annus enim Ægyptius clibanum ad usum coquendi panis invenit.

Ἀρτοσιτεῖ. Pane vescitur. Xenophon: *Qui pane vescitur, aqua maceratam farinam* [*edit.*]

Ἀρτῶ. Suspendo.

Ἀρτώριος. Artorius. Nomen proprium.

Ἀρτύειν. Parare. Præparare. Et Ἀρτύοντες. Præparantes. Et Ἀρτύναντες, idem.

Ἀρτυλία. Testamentum.

Ἀρύβαλλος. Marsupium quoddam plexile, quod trahendo clauditur & aperitur. Ab ἀρύειν & βάλλειν. Vel, crumena. Χεῖσθαι vero, i. e. effundi, non solum dicitur de rebus liquidis, sed etiam solidis: ut [apud Aristophanem] de ambrosia dictum videmus. *Deinde ex marsupio in tuum quidem caput ambrosiam, in hujus vero muriam alliatam effundere* [*videbatur.*]

Ἀρύβας. Arybas, Alcetæ filius, & Molossorum Rex.

Ἄρρυθμος. Informis. Ordine & lege carens. Incompositus. Rhythmum non habens. Ῥυθμὸς enim, forma vel figura. Et Ἀρρύθμως, inconcinne, absque ordine.

Ἀρυώτης. Aryotes. Nomen proprium.

Ἀρυσάμενος. Qui hausit.

Ἀρύστιχος. Vas quoddam, quo liquores hauriuntur.

Ἀρυστρίς. Trulla. [In Epigrammate:] *Trullamque, qua jus hauritur, prope verua.*

Ἀρύταινα. Vas æreum, quo oleum in lucernas infunditur.

Ἀρυταινοειδοῦς. Quære in voce Φάρυγξ.

Ἀρύτεσθαι. Cum τ dicitur: non ἀρύεσθαι. Aristophanes *Nubibus*: *Sive ad ostia Nili aquas aureis hauritis situlis.* Plato in *Legibus*: *Quorum alter quidem hauriens unde & quando oportet.*

Ἀρρυτίδωτον. Quod nullas habet rugas. Rugæ vero sunt lineæ quædam in facie, senectutis indices.

Ἀρχαῖα. Capita debitorum. Sortes. Aristophanes Nubibus: *Ipsique, & capita debitorum, & usuræ usurarum.*

usus est, sed ejus loco vocem semibarbaram ψωμὶ adhibent, ut accepi ex Reverendo & doctissimo viro Joanne Covello, Collegii Christi hic apud Cantabrigienses Præfecto, qui Græciam lustravit, & multa observatu digna tam ad linguam, quam antiquitates, ritusque & religionem ejus regionis spectantia collegit; quæ in lucem aliquando edi e re literaria foret.

• Ἔστι καὶ ὄνομα τυράννου Μεσσ.] Hujus Arti, Messapiorum Regis, meminit Thucydides lib. VII. cap. XXXIII. itemque Athenæus lib. III. cap. XXV. quem vide.

1 Ἄρτος κρίβανον. ἐπὶ τῶν κ.] Hæc leguntur etiam supra v. Ἄρτος, & infra v. Κρίβανος.

2 Ξενοφῶν] *De Instit. Cyri* lib. VI. pag. 161. ut Pearsonius observavit.

3 Ἀρύβαλλος. πλεκτόν τι βαλ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ Aristoph. ad *Equit.* pag. 351. (248. Ed. Bas. *P.*) Vide etiam supra v. Ἀρύβαλλος.

4 Ἀρύβας, Ἀλκ.] Vide Pausaniam in *Atticis* pag. 19.

5 Ἀρύστιχος] Vide Scholiastam Aristoph. ad *Vespas* pag. 492.

6 Ζωμοῦ τ' ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἀρυστ.] Verba hæc leguntur Anthol. lib. VI. cap. XVII.

7 Ἀρύταινα. χαλκοῦν σκεῦος, ᾧ τὸ ἔλαιον ἐγχ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* pag. 351.

8 Ἀρύτεσθαι. σὺν τῷ τ λέγ.] Vereor ne Suidam corrupti codices hic deceperint. Nam apud Aristophanem, cujus auctoritate lectionem suam confirmare conatur, hodie scriptum est ἀρύεσθε, absque τ.

9 Εἴτ' ἄρ' ἐν Νείλου προχ.] Locus hic corruptissimus est, qui apud Aristoph. *Nubibus* pag. 140. (75. Ed. Bas. *P.*) recte sic legitur:

Εἴτ' ἄρα Νείλου προχοαῖς ὑδάτων χρυσέαις ἀρύεσθε πρόχοισιν.

Hanc lectionem in versione secutus sum.

10 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 188. (116. Ed. Bas. *P.*)

Ἀρ-

Ἀρχαῖον. ἐχρήσαντο οἱ Ῥήτορες τῷ ἀρχαίῳ ἐπὶ τοῦ δανειζομένου [1] τὸ ἀργύρειον· ὅπερ ἔνιοι κατά τινα συνήθειαν κεφάλαιον ὀνομάζουσι. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νικοστράτου· [2] Δανείζας ἀργύρειον Ἀρχεπόλει, οὐχ οἷός τε ἦν αὐτὸ ἀπολαβεῖν οὔτε τόκον, οὔτε τὸ ἀρχαῖον. παρείληπται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ παλαιοῦ. Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου· Ὁ δὲ Σόλων, ὁ τῶν νομοθετῶν μάλιστα εὐδοκιμῶν, γέγραφεν ἀρχαίως. Καὶ πάλιν· Οὕτως ἦσαν σώφρονες οἱ ἀρχαῖοι ἐκεῖνοι ῥήτορες, ὁ Περικλῆς, ὁ Θεμιστοκλῆς, ὁ Ἀριστείδης. τάττεται δὲ παρὰ Κωμικοῖς καὶ ἐπὶ τοῦ εὐήθους.

Ἀρχαῖον [3] τὸ κιθαρίζειν. τουτέστιν, οὐδενὸς λόγου ἄξιον, ληρῶδες, ἀνόητον. παλαιὸς γάρ τις λόγος ἀρχαΐζων, ἤγουν ἁπλοῦς καὶ ἀποίκιλος.

Ἀρχαϊκόν. Οἱ δὲ τοῦ μέρους τῆς εὐσεβείας τὸ ἁπλοῦν τῷ Σπυρίδωνι καὶ ἀρχαϊκὸν συνειδότες, προσέτι δὲ καὶ τὸ τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας καθαρῶς ἄγευστον, ἐκώλυον εἰς μέσον ἐλθεῖν καὶ τῷ σοφιστῇ συμβαλεῖν ἐπὶ συνόδου.

Ἀρχαῖος. ὁ παλαιός. [4] Ἰσοκράτης μὲν ἐν τῷ Πανηγυρικῷ τὸ ἀρχαιοτρόπως εἰπεῖν τουτέστι, ἀρχαιοτέροις ὀνόμασι χρῆσθαι. Δημοσθένης δὲ ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς εἰπών· Οὕτω δὲ ἀρχαίως εἶχον, μᾶλλον δὲ πολιτικῶς· ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς ἔλαβεν.

Ἀρχαῖος. ἀντὶ τοῦ, εὐήθης. Πλάτων. ἢ λῆρος. Ἀρχαίως δέ, ἀπραγμόνως, ἀπαραληρήτως· ἢ καὶ ἠλιθίως, εὐήθως.

—Μινυρίζοντες [5] μέλη
Ἀρχαιομελισιδωνοφρυνιχήρατα.

Ἀρχαιότερα τῆς διφθέρας λέγεις. ἐπὶ τῶν σαθρὰ καὶ παλαιὰ λεγόντων. ἡ γὰρ διφθέρα παμπάλαιον, ἐν ᾗ δοκεῖ ὁ Ζεὺς ἀπογράφεσθαι τὰ γινόμενα.

Ἀρχαιότυπος. ὁ παλαιὸς νόμος.

Ἀρχαιρεσία. περὶ ἀρχῶν ἐκλογή. καὶ Ἀρχαιρεσίη, τὸ πρὸς χάριν πολλῶν ζῆν. ἢ τὸ ἐπιδόσεις χρημάτων ποιεῖσθαι. Ἡρόδοτος.

Ἀρχαιρεσιάζειν. Δείναρχος. τὸ ἀξιοῦν ἑαυτὸν αἱρεθῆναι ἄρχοντα.

Ἄρχε· [6] σὺ γὰρ γενεῆφι νεώτερος. πολέμου γὰρ ἄρχεσθαι δικαιοῖ τὸν νέον· [7] Φιλοφροσύνης δέ, τὸν πρεσβύτην.

Ἀρχέγονος. Οὐκ ἠξίωσαν ταφῆς, ἣν ἡ ἀρχέγονος φύσις νομοθετεῖ.

Ἀρχαῖον. Oratores usi sunt voce ἀρχαίῳ pro pecunia, quæ fœnori datur: quam vulgo *caput* vocant. Demosthenes in oratione adversus Nicostratum: *Cum Archepolidi Piræensi pecuniam fœnori dedisset, & Archepolis nec usuram nec sortem integram ei reddere posset, Manem servum ab eo in æstimationem accepit.* Significat etiam antiquum, vetustum. Æschines in oratione contra Timarchum: *Solon vero, qui omnium Legislatorum celeberrimus fuit, more prisco scripsit.* Et iterum: *Tam temperantes erant veteres illi oratores, Pericles, Themistocles, & Aristides.* Apud Comicos etiam accipitur pro fatuo & simplici.

Ἀρχαῖον τὸ κιθαρίζειν. *Priscum est citharam pulsare.* Hic τὸ ἀρχαῖον significat id, quod nullius est pretii, vel ineptum & stultum. Et λόγος ἀρχαΐζων, est oratio simplex omnique ornatu carens.

Ἀρχαϊκόν. Priscum. Antiquum. *Illi vero Spyridonis simplicitatem, quæ pietatis pars est, perspectam habentes, & præterea scientes, illum eruditionis Græcanicæ prorsus expertem esse, vetuerunt eum in conventu cum Sophista in certamen descendere.*

Ἀρχαῖος. Antiquus. Priscus. Isocrates in *Panegyrico* τὸ ἀρχαίως εἰπεῖν dixit pro antiquis vocabulis uti. Demosthenes vero in *Philippicis* τὸ ἀρχαίως accepit pro ἁπλῶς, i. e. simpliciter. Ait enim: *Tanta erat eorum simplicitas, vel potius civilitas.*

Ἀρχαῖος. Simplex. Fatuus. Ineptus. Plato. Et Ἀρχαίως, simpliciter, incaute, incuriose, stulte. [Aristophanes:] *Cantillantes antiqua melleaque & grata de Sidone Phrynichi carmina.*

Ἀρχαιότερα τῆς διφθ. *Antiquiora diphthera loqueris.* De iis, qui putida & antiqua loquuntur. Diphthera enim erat pellis antiquissima, in qua Jupiter omnia, quæ fiebant, scribere credebatur.

Ἀρχαιότυπος. Antiqua lex.

Ἀρχαιρεσία. Magistratuum creatio. Et Ἀρχαιρεσίη. Ita vitam instituere, ut populo & vulgo placeas. Vel, pecuniam erogare ad sublevandam ærarii inopiam. Herodotus.

Ἀρχαιρεσιάζειν. Dinarchus dixit de illo, qui se ipsum judicat dignum, qui ad magistratum eligatur.

Ἄρχε. *Incipe, quoniam natu minor es.* Vult enim ut juvenis pugnæ initium faciat; senex vero, amicitiæ.

Ἀρχέγονος. Primigenius. Insitus. *Non dignati eum sunt sepultura, quam lex naturæ omnibus insita præcepit.*

1 Τὸ ἀργύρειον] Legendum esse τὸ ἀργύριον Portus recte monuit.

2 Δανείσας ἀργύρειον Ἀρχεπόλει, οὐχ οἷός τ' ἦν αὐτὸ ἀπολ.] Locus hic corruptissimus est, qui apud Demosthenem in orat. adversus Nicostr. pag. 725. recte sic legitur: Τὸν δὲ Μάνην, δανείσας ἀργύριον Ἀρχεπόλιδι τῷ Πειραιεῖ, ἐπειδὴ οὐχ οἷός τ' ἦν αὐτῷ ἀποδοῦναι ὁ Ἀρχέπολις οὔτε τὸν τόκον, οὔτε τὸ ἀρχαῖον ἅπαν, ἐναπετιμήσατο αὐτῷ. Hanc lectionem in versione secutus sum.

3 Ἀρχαῖον τὸ κιθαρίζειν] Hæc sunt verba Aristophanis *Nubibus* pag. 199. (123. Ed. Bas. P.)

4 Ἰσοκράτης μὲν ἐν τῷ Πανηγ. τὸ ἀρχαιοτρ.] Locus hic est mutilus, qui sic suppleri & in integrum restitui debet. Ἀρχαίως. Ἰσοκράτης μὲν ἐν τῷ Πανηγυρικῷ τὸ ἀρχαίως εἰπεῖν, ἀντὶ τοῦ ἀρχαιοτρόπως εἶπεν. τουτέστιν &c. Vide Harpocrationem v. Ἀρχαίως, cujus vestigia Suidas hic secutus est.

5 Μινυρίζοντες μέλη ἀρχαιομελ.] Hæc sunt verba Aristophanis *Vespis* pag. 443. (318. Ed. Bas. P.)

6 Ἄρχε· σὺ γὰρ γενεῆφι νεώτερος] His verbis Neptunus Apollinem alloquitur apud Homerum Il. Φ. v. 439.

7 Φιλοφροσύνης] Sensus potius requirit βουλεύσεως, id est, consultationis. Juniorum enim est manu rem gerere: seniorum vero, consilium dare; quod Suidas hic innuere velle videtur.

Ἀρχέδικος, κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι Θησαυρὸς, καὶ Διαμαρτάνων, ὡς Ἀθήναιός φησιν ἐν τοῖς Δειπνοσοφισταῖς.

Ἀρχέδικος,[1] κωμῳδιογράφος, ὃς κατὰ Δημοχάρους ἔγραψε τοῦ ἀνεψιοῦ Δημοσθένους.

Ἀρχέλαος, Ἀπολλοδώρου, ἢ Μίδωνος, Μιλήσιος, φιλόσοφος, φυσικὸς τὴν αἵρεσιν κληθεὶς, ἀπὸ Ἰωνίας πρῶτος τὴν φυσιολογίαν ἤγαγεν· Ἀναξαγόρου μαθητὴς τοῦ Κλαζομενίου· τοῦ δὲ μαθητὴς Σωκράτης. [2]οἱ δὲ καὶ Εὐριπίδου φασίν. συνέταξε δὲ φυσιολογίαν, καὶ ἐδόξαζε τὸ δίκαιον καὶ αἰσχρὸν οὐ φύσει εἶναι, ἀλλὰ νόμῳ. συνέταξε καὶ ἄλλα τινά. † [3]Ὅτι Βασίλειος, Ἐπίσκοπος Εἰρηνουπόλεως, τὴν φρένα καὶ τὴν ἄσκησιν τῷ ὁμωνύμῳ Βασιλείῳ Καισαρείας ἐοικὼς, ἔγραψε κατὰ Ἀρχελάου πρεσβυτέρου Κολωνείας.

Ἀρχέμορος. ὄνομα κύριον.

Ἀρχέπλουτον.[4] ἄρχοντα πλούτου, καὶ τὴν ἀρχαίαν τύχην ἀπολαβόμενον. Σοφοκλῆς·

Καὶ μή μ' ἄτιμον τῆσδ' ἀποστείλητε γῆς,
Ἀλλ' ἀρχέπλουτον.

Ἀρχέτυπον. πρωτότυπον. καὶ Ἀρχέτυπος, ὁ τὴν ἀρχὴν διδούς. Ἀρχαιότυπον δέ.

Ἀρχεῖα. ἔνθα οἱ δημόσιοι χάρται ἀπόκεινται. χαρτοφυλάκια. ἢ τὰ χωρία τῶν κριτῶν. ἢ ἀρχαῖα, [5]ὡς Ξενοφῶν Ἱστοριῶν η'· Τοὺς δὲ υἱέας περιῆγεν εἰς τὸ εἰς τάχος γράψασθαι μεῖραν τὴν περὶ τὰ ἀρχαῖα διακονίας.

Ἄρχειν.[6] κοινότερον καὶ τὰς μικρὰς ἐπιστασίας καὶ λειτουργίας, ἀρχὰς ἔλεγον. καὶ τὸ βουλεῦσαι, ἄρξαι. ψιλὴ γὰρ ἐπιστασία. Ἀριστοφάνης·

Οὐκοῦν δικαστὰς ἐξεπίτηδες ἡ πόλις
Ἄρχειν καθίστησιν. ——

Ἀρχὴ, ἡ μὲν φυσικὴ, ὡς λέοντος ἐν ζώοις, καὶ ἀετοῦ ἐν ὀρνέοις· ἡ δὲ χειροτονητὴ, ὡς ἐπὶ βασιλέως ἀνθρώπων. Μαρῖνός φησι· Γέγονε δὲ ἡμῖν ἡ ἀρχὴ οὐκ ἀρχὴ μόνον, οὐδὲ, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἥμισυ τοῦ παντός· αὐτὸ δὲ ὅλον τὸ πᾶν.

Ἀρχή.[7] Ἀρχαὶ τῶν ὅλων δύο· τὸ ποιοῦν, καὶ τὸ πάσχον. τὸ μὲν οὖν πάσχον εἶναι τὴν ἄποιον οὐσίαν, τὴν ὕλην· τὸ ποιοῦν δὲ τὸν ἐν αὐτῇ λόγον τὸν Θεόν. Διαφέρουσι δὲ ἀρχαὶ καὶ στοιχεῖα, τῷ τὰς μὲν εἶναι ἀγενήτους καὶ ἀφθάρτους· τὰ δὲ στοιχεῖα κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν φθείρεσθαι. ἀλλὰ καὶ τῷ ἀσωμάτους μὲν εἶναι τὰς ἀρχὰς, καὶ ἀμόρφους· τὰ δὲ, μεμορφῶσθαι.



Ἀρχέδικος. Archedicus, Comicus. Ex fabulis ejus sunt Θησαυρὸς & Διαμαρτάνων, ut testatur Athenæus in *Dipnosophistis*.

Ἀρχέδικος. Archedicus, comœdiarum scriptor, qui contra Democharem Demosthenis ex sorore nepotem scripsit.

Ἀρχέλαος. Archelaus, Apollodori vel Midonis filius, Milesius, Philosophus, a secta Physicus appellatus, ex Ionia primus Physiologiam [in Græciam] introduxit. Fuit discipulus Anaxagoræ Clazomenii: ipsius vero Archelai discipulus fuit Socrates, & secundum nonnullos Euripides. Scripsit Physiologiam, statuitque nihil esse justum vel turpe natura, sed instituto. Scripsit & alia nonnulla. † Basilius, Episcopus Irenopolis, ingenio & ascetico vivendi genere Basilio Cæsariensi cognomini similis, scripsit contra Archelaum Coloniæ Presbyterum.

Ἀρχέμορος. Archemorus. Nomen proprium.

Ἀρχέπλουτον. Dominum divitiarum, & pristinæ fortunæ restituendum. Sophocles: *Et ne me cum ignominia ex hac terra amandate, sed* [*suscipite*] *me opum harum dominum.*

Ἀρχέτυπον. Archetypum. Exemplar primum, ad quod reliqua effinguntur. Et Ἀρχέτυπος, qui alteri initium præbet. Ἀρχαιότυπον vero, antiquam formam habens.

Ἀρχεῖα. Archiva. Tabularia, in quibus acta publica asservantur. Chartophylacia. Vel, loca Judicum. Vel idem, quod ἀρχαῖα: ut Xenophon Histor. lib. VIII. * * * *

Ἄρχειν. [Attici] minores quoque præfecturas & viliora munia ἀρχὰς appellabant: & Senatorem esse, ἄρξαι. Est enim unda functio. Aristophanes: *Frustra igitur civitas Judices judicandi causa constituit.*

Ἀρχή. Principatus alius est naturalis, ut leonis inter animalia, & aquilæ inter aves: alius vero consensu constitutus, ut Regis inter homines. Marinus inquit: *Principium vero non solum nobis fuit principium, neque, ut fert proverbium, dimidium totius, sed ipsum totum.*

Ἀρχή. Principium. Rerum omnium principia duo sunt, efficiens & patiens. Et patiens quidem esse dicunt [Stoici] materiam omni qualitate carentem. Efficiens vero, Rationem, quæ in illa est, id est, Deum. Differunt vero principia & elementa; quod illa quidem nunquam sint orta, nec unquam interitura: elementa vero in conflagratione Mundi intereãt. Præterea, principia sunt incorporea & forma carentia: elementa vero formam habent.

1 Ἀρχέδικος, κωμῳδιογράφος, ὃς κατὰ Δημοχ.] Polybius in Excerptis a Vales. editis, pag. 53. Οὐ γὰρ ὡς Ἀρχέδικος ὁ κωμῳδιογράφος ἔλεγε ταῦτα μόνος περὶ Δημοχάρους &c. Ad hunc locum Suidas respexit.

2 Οἱ δὲ καὶ Εὐριπίδου φασίν] Lege οἱ δὲ καὶ Εὐριπίδην φασί. Sensus enim est, Euripidem quoque secundum nonnullos Archelai discipulum fuisse.

3 Ὅτι Βασίλειος, Ἐπίσκοπος Εἰρην.] Hæc repetuntur infra v. Βασίλειος.

4 Ἀρχέπλουτον. ἄρχοντα πλούτου, τύχην τὴν ἀρχ.] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Electr.* pag. 83. ut Portus monuit.

5 Ὡς Ξενοφῶν Ἱστ. η'] Locum Xenophontis, ubi verba a Suida hic citata exstant, nunc ad manus non habeo. Quærant eum alii, quibus plus otii est.

6 Ἄρχειν. κοινότερον καὶ τὰς μικρὰς ἐπισ. καὶ λειτ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Plutum* pag. 91. (45. Ed. Bas. P.)

7 Ἀρχαὶ τῶν ὅλων δύο· τὸ ποιοῦν, καὶ τὸ π.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Laertii lib. VII. Segm. CXXXIV. ut Pearsonius quoque observaverat.

Ἀρχή. ποιητική· εἰδική· τελική. [1] ὁ δὲ Ἀριστοτέλης φησίν, ὅτι ἡ ψυχὴ οὕτως ἀρχὴ τῶν ζώων ἐστίν, ὡς ποιητική, τελική, εἰδική. αὗται γάρ εἰσιν αἱ κυρίως ἀρχαί. ὡς μὲν οὖν ποιητική, ὅτι αὕτη κινεῖ τὸ ζῶον μόνῃ τῇ βουλήσει, καὶ οὐ δεῖται μοχλείας τινός. ὡς εἰδικὴ δέ, ὅτι αὐτή ἐστιν ἡ εἰδοποιοῦσα τὸ ζῶον, καὶ ἁπλῶς τὰ ἔμψυχα. λέγεται γὰρ τὰ ἔμψυχα εἴδη αὐτὸ τοῦτο εἶναι κατὰ τὴν ψυχήν. τὸ γὰρ κρεῖττον ἐν ἑκάστῳ τῶν φυσικῶν εἶδός ἐστιν ἑκάστου. κρεῖττον δὲ ἐν τοῖς ἐμψύχοις ἡ ψυχή. ὡς τελικὸν δέ, ὅτι αὐτῆς ἕνεκα τὸ σῶμα. ἔστι γὰρ τὸ μὲν σῶμα ἕνεκά του. αὐτὴ δέ, οὗ ἕνεκα. ὅθεν καὶ ἡ διοργάνωσις τῶν ζώων ἄλλη καὶ ἄλλη πρὸς τὴν ἰδιότητα τῆς ἐν ἑκάστῳ ψυχῆς. ἀλλ' ἡ μὲν ψυχὴ τῶν ζώων πορρωτέρω ἀρχή. ἡ δὲ φύσις, προσεχής. τῶν δὲ ἐξ ἀνάγκης ἑπομένων τῇ ψυχῇ τὰ μὲν αὐτῇ ἀκολουθεῖ· τὰ δὲ ὅλῳ τῷ ζώῳ. λέγω δὴ τὸ ἐκ ζωῆς καὶ σώματος. καὶ τὰ μὲν τῆς ψυχῆς πάθη ἡ νόησις. τοῦτο γὰρ αὐτῆς ἴδιον. τὰ δ' ἄλλα πάθη, τὸ αἰσθάνεσθαι, τὸ φαντάζεσθαι, ἐπιθυμεῖν, καὶ εἴ τι τοιοῦτον, κοινά ἐστι τοῦ συναμφοτέρου. † Ὅτι πέντε γένη ἔλεγεν εἶναι ἀρχὰς πάντων τῶν ὄντων, οὐσίαν, ταυτότητα, ἑτερότητα, κίνησιν, στάσιν. Γένη δὲ ταῦτα ἔλεγεν, οὐχ οὕτως ὥσπερ τὰ παρὰ τοῖς Περιπατητικοῖς, ἅτινα διῄρηται ὑπ' ἀλλήλων, καὶ ἀφ' ἑκάστου σειρά τις ἐκδίδοται τῶν ὑπαλλήλων γενῶν τε καὶ εἰδῶν· ἀλλ' ὡς διὰ πάντων τῶν ὄντων διήκοντα. ἔστι γὰρ ἐν πᾶσι καὶ οὐσία, καθ' ἣν ἑκάστου ἐστὶ τὸ εἶναι. καί ἐστι ταυτότης, καθὸ ἐκ μιᾶς τῆς τῶν ὄντων ἐσμὲν ἀρχῆς. ἔχομεν δὲ καὶ ἑτερότητα, ἐπειδὴ καὶ πλῆθος ἐστὶ τὰ ὄντα. ὅπου δὲ πλῆθος, ἐκεῖ ἑτερότης. ἔστι δὲ καὶ κίνησις ἐν πᾶσι τοῖς οὖσι. κίνησιν δὲ λέγω, οὐ τὴν ἀτελῆ ἐνέργειαν, ἀλλὰ τὴν ἐνεργῆ, τὴν ἑκάστου. πάντα γὰρ ἔχει οἰκείαν ἐνέργειαν, καὶ αὐτὰ τὰ ἄψυχα. ἢ γὰρ θερμαίνουσιν, ἢ ψύχουσι τὰ παρακείμενα, ἢ ὑγραίνουσιν, ἢ ξηραίνουσιν, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ποιοῦσι. καὶ ἡ στάσις δὲ ἐπὶ πάντων θεωρεῖται. καὶ γὰρ τὰ ἀκίνητα στάσεως μετέχει. οὐ [2] μόνον τὸ τὴν ὁλότητα ἑστάναι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ μένειν ἐπὶ τῆς ἀεικινησίας, στάσις ἐστί. καθὸ οὖν μένουσι [3] κινούμενα τὰ κινούμενα, ἢ ἀεί, ἢ ἐπί τινα χρόνον, κατ' αὐτὸ τοῦτο στάσεως μετέχει.

Ἀσυμφανῶς. ἐπικεκαλυμμένως. ἀδήλως.

Ἀσυμφυῆ. ἀνοίκεια. ἀνόμοια. Ἡ πετρώδης τὸ ἔδαφος ἦ ῥεῖθρον ἦν, ὑπό τε ἀνωμαλίας καὶ τοῦ ἀσυμφυῆ τὰ ὑποκείμενα ἔσεσθαι τοῖς ὑποτιθεμένοις.

Ἀσυνάρτητον.[1] ἀσυνάρμοστον.

Ἀσυνδύαστος. ἀσύμπλοκος. ἀσύζευκτος.

Ἀσυνέτους. τοὺς ἀσυνετωτέρους ἂν οὐδὲν ἀφρονέστερον παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ νοητέον. καὶ Ἀσυνετῶ, τὸ μωραίνω.

Ἀσυνθεσία. παράβασις συνθηκῶν.

Ἀσύνθετος. ἀσύμφωνος. ἄμικτος. Ἀσυνθέτους δὲ, τοὺς ταῖς συνθήκαις μὴ ἐμμένοντας, ἃς ἂν πρός τινα συνθῶνται.

Ἀσυνθετώτατον.[2] Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας ἐπὶ τοῦ ὄχλου τάττει τὸ ὄνομα. ἀντὶ τοῦ ἀπιστότατον καὶ ἀβεβαιότατον, καὶ πίστις διὰ τὸ ἀβέβαιον οὐ τηρέμενον. ἢ ἀναμόλογον καὶ ἀσύμφωνον. ὁμολογίαι[3] γὰρ αἱ συνθῆκαι.[4] ἢ ἀντὶ τοῦ ἀσυνετώτατον. Ὅμηρος δὲ ἀντὶ τοῦ ὃν μὴ δύναταί τις συνιέναι, τί ποτε φρονεῖ. Φησὶ γάρ· Σὺ δὲ σύνθεο, καί μευ ἄκουσον.

Ἀσύντακτον. μὴ συντεταγμένον. μὴ[5] συμφερεζάμενον.

Ἀσυντελής. ἀσύμφορος. ἀχρήστος.

Ἀσσυρίωθεν. ἀπὸ τῆς Ἀσσυρίας.

Ἀσσυρίων[6] ἀρχὴ παλαιὰ, καὶ ἐς τοὺς μυθικοὺς ἀναγομένη χρόνους, ὀλίγου τινὸς ἐκράτησε τῆς Ἀσίας μέρους. εἶτα ἡ Μηδικὴ, καθελοῦσα τὴν Ἀσσυρίων, χρόνον οὐ πολὺν κατέσχεν, ἀλλὰ καταλύθη ἐπὶ τῆς δ' γενεᾶς. Πέρσαι δὲ Μήδους καταγωνισάμενοι,[7] χρόνον οὐ πολλῷ πλείονα διακοσίων ἔμειναν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς. ἡ δὲ Μακεδόνων δυναστεία, τὴν Περσῶν καθελοῦσα, μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἤρξατο φέρεσθαι, καὶ ἐπὶ τῶν διαδόχων αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἐξησθένησεν, ὑπὸ Ῥωμαίων καταλυθεῖσα. τὰς γὰρ Ἑλληνικὰς δυνάμεις οὐκ ἄξιον αὐταῖς ἀντιπαρεξετάζειν. Ἀθηναῖοι γὰρ μόνης ἦρξαν τῆς παραλίου ἑβδομήκοντα δυεῖν δέοντα ἔτη. Λακεδαιμόνιοι δὲ Πελοποννήσου καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος[8] κρατοῦντες ὅλα λ' ἔτη, ἐπαύθησαν ὑπὸ Θηβαίων. ἡ δὲ Ῥωμαίων πόλις ἁπάσης, ὅσην μὴ ἀνέμβατός ἐστι, ἑ καὶ μ' πρὸς τοῖς ψ' ἔτεσιν εἰς ὑπάτους Κλαύδιον Νέρωνα τὸ δεύτερον, καὶ Πίσωνα Καλπούρνιον, οὐδὲ ἀντίπαλον ἔχουσα.

Ἀσύμβατον. Inimicum. Hostile.

Ἀσυμφανῶς. Non manifeste. Tecte. Obscure.

Ἀσυμφυῆ. Non consentanea. Dissimilia. *Qua fluminis solum saxosum erat, quod propter inæqualitatem non videbatur aptum fore rebus, quæ illi imponendæ erant.*

Ἀσυνάρτητον. Inconcinnum. Non congruum.

Ἀσυνδύαστος. Non conjunctus, vel non copulatus cum altero. Cœlebs.

Ἀσυνέτους. Insipientes. Conscientia carentes: quibus nihil stultius apud Apostolum intelligendum est. Et Ἀσυνετῶ, desipio.

Ἀσυνθεσία. Pactorum & conventorum violatio.

Ἀσύνθετος. Cum quo nemo pactum inire potest. Ab omni commercio cum aliis abhorrens. Item ἀσυνθέτους vocant eos, qui pacta cum aliis inita non servant.

Ἀσυνθετώτατον. Demosthenes in oratione de falsa legatione ὄχλον ἀσυνθετώτατον vocat turbam maxime infidam, & inconstantem, & a pactis servandis alienam. Vel eam, quæ a pactis & fœderibus abhorret. Ὁμολογίαι enim appellantur pacta. Vel posuit pro ἀσυνετώτατον, id est, insipientissimum. Vel pro eo, cujus sententiam & mentem nemo perspicere potest. Homerus: *Tu vero intellige, & me audi.*

Ἀσύντακτον. Incompositum. Inordinatum.

Ἀσυντελής. Qui nihil prodest. Inutilis.

Ἀσσυρίωθεν. Ex Assyria.

Ἀσσυρίων ἀρχή. Assyriorum imperium antiquum, & cujus initium a mythicis temporibus repetitur, exiguam quandam Asiæ partem obtinuit. Deinde Medicum, everso Assyriorum principatu, haud diu duravit, sed in quarta ætate desiit. Postea Persæ, Medis devictis, non multo plus quam cc annos imperarunt. Persis successerunt Macedones, quorum imperium post Alexandri obitum in deterius ferri cœpit, & sub successoribus illius bellis intestinis labefactatum a Romanis tandem eversum est. Quod ad Græcos adtinet, eorum potentia cum ante dictis imperiis conferenda non est. Athenienses enim solius oræ maritimæ imperium tenuerunt per annos LXVIII. Lacedæmonii vero, cum Peloponneso & reliquæ Græciæ ne triginta quidem annos integros imperassent, a Thebanis victi sunt. At Respub. Romana totius terræ, quæ quidem non est inaccessa, imperium tenuit per annos DCCXLV, usque ad Consulatū Neronis secundum, & Calpurnii Pisonis; nec ulla gens potentiæ ejus resistere potuit.

1 Ἀσυνάρτητον] Vide supra v. Ἀλόγιστον.

2 Ἀσυνθετώτατον. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ παραπρεσ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Harpocratione.

3 Ὁμολογίαι γὰρ αἱ συνθῆκαι] Verba hæc male interpretatur Maussacus ad Harpocrationem. Ὁμολογίαι enim hic non significat *confessiones*, sed *pacta*.

4 Ἢ ἀντὶ τοῦ ἀσυνετώτατον. Ὅμηρος δὲ ἀντὶ τοῦ ὃν μὴ δύναταί τις συνιέναι.] Locus hic ex Harpocratione ita scribendus & in integrum restituendus est: Ἢ ἀντὶ τοῦ ἀσυνετώτατον, ὅπερ ἐστὶν ἀσυνετώτατον, ἢ ἀντὶ τοῦ ὃν μάλιστα οὐκ ἂν δύναιτό τις συνιέναι, τί ποτε φρονεῖ. Ὅμηρος· Σὺ δὲ σύνθεο, καί μευ ἄκουσον.

5 Μὴ συμφερεζάμενον] Malim, μὴ συμπεφυρμένον.

6 Ἀσσυρίων ἀρχὴ παλαιὰ, καὶ ἐς τοὺς μυθ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, descripta sunt ex Dionys. Halicarn. lib. 1. pag. 2. ut Portus etiam observavit.

7 Χρόνον οὐ πολλῷ πλείονα] Sic recte habet Dionysius loco laudato. In prioribus Edit. vero corrupte legitur χρόνον πολλῷ πλείονα.

8 Κρατοῦντες ὅλα λ' ἔτη] Scribendum est ex Dionysio, κρατοῦντες οὐδ' ὅλα λ' ἔτη: quam lectionem in versione secutus sum.

‡

Ἀσσύριοι. οὗτοι ἐκλήθησαν ἀπό τινος γίγαντος, ὀνόματι Σύρου, ἐξ οὗ καὶ ἔλαβε τὴν ἐπωνυμίαν ἡ χώρα. ἀπὸ δὲ Ἀσσυρίων καὶ Σύροι προσηγορεύθησαν. ἢ ἀπὸ τοῦ Ἀσσοὺρ, τοῦ υἱοῦ Σὴμ, τοῦ υἱοῦ Νῶε· ὅστις Ἀσσοὺρ ἔκτισε πρῶτος πόλιν μεγάλην τὴν μετονομασθεῖσαν Νινευΐ. οἱ δὲ Ἀσσυρίους φασὶ τοὺς Πέρσας.

Ἀσσύριοι. τὸ ἔθνος. [1] Ἀτρεμούντων πάντων οὐδὲν ἐμποδὼν ἦν αὐξηθῆναι αὐτοὺς ἐπὶ πλεῖστον. μετὰ δὲ ταῦτα πολλοὶ καὶ συνεχεῖς πόλεμοι γενόμενοι, ἐπαναστάσεις τε ἑτέρων ἐφ' ἑτέρους μυρίαι, καὶ πόλεμοι πρὸς ἀλλήλους συνερράγησαν. ταῦτα ἐπὶ Καίσαρος.

Ἀσύστατον. [2] οὐ συνεστῶτα, οὐδὲ πυκνὸν, ἀλλ' ἀραιὸν ἐν τῇ ποιήσει, καὶ κομπῶδες. ἢ ἀδιάθετον. ἀπιθάνως συντεθέντα.

Ἀσύμφηλον. [3] ἀπαίδευτον. ἀνόητον.

Ἀσφαδάστῳ. [4] ἀσπαρίστῳ. σπασμὸν μὴ ἔχοντι. ἀντὶ τοῦ συντόμως. ὅπως καιρίας πληγῆς γενομένης, μὴ προσγένηται σπασμὸν, μηδὲ πολλὴν ἐν τῷ θανάτῳ διατριβήν. Σφαδάζειν λέγεται τὸ σπᾶσθαι καὶ σφακελίζειν. Σοφοκλῆς·

Πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον, εὖ με κοιμίσαι
Ξὺν ἀσφαδάστῳ καὶ ταχεῖ πηδήματι,
Πλευρὰν διαρρήξαντα τῷδε φασγάνῳ.

Παραδέδοται δὲ καθ' ἱστορίαν, [5] ὅτι κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα ἄτρωτος ἦν ὁ Αἴας, [6] κατὰ δὲ τὴν μασχάλην μόνην τρωτὸς, διὰ τὸ τὸν Ἡρακλέα λεοντῇ τὰ ἄλλα μέρη τοῦ σώματος σκεπάσαντα, τοῦτο δὲ τὸ μέρος ἀσκέπαστον ἐᾶσαι, διὰ τὸ προσκεῖσθαι ἐκεῖσε τὸ γωρυτόν.

Ἀσφάλιος. Ποσειδῶν. Ἀσφάλιος ῥίζοῦχα [7] θεμέλια νέρθε φυλάσσων. τελευταῖος οὗτος τοῦ ε' τῶν Ἁλιευτικῶν Ὀππιανοῦ.

Ἀσφάλισαι. φύλαξαι σαυτόν. Ἀσφαλίζω γὰρ, τὸ φυλάττω.

Ἀσφαλτῖτις λίμνη. ἔνθα ἡ ἄσφαλτος γίνεται. Ἄσφαλτος δὲ [8] ξηρίον ἐστὶ πίττῃ ὅμοιον. χρῶνται δὲ ταύτῃ καὶ οἱ ἰατροί. καὶ Ἀσφάλτωσις, ἡ πίσσωσις. ζήτει ἐν τῷ Ἀδιαβηνή.

Ἀσφάραγον. φάρυγγα, στόμαχον, λαιμόν. [9] λέγεται καὶ τὸ ἀκανθῶν ἀποφυόμενον βλάστημα. ἔστι δέ τι καὶ βοτάνης εἶδος ἀσφάραγος, πρὸς τὰς καθάρσεις ἐπιτήδειον. οὕτω μὲν [10] οἱ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ φ

Ἀσσύριοι. Assyrii. Hi a Gigante quodam, cui nomen erat Syrus, ita appellati fuerunt: a quo & regio nomen accepit. Ab Assyriis vero & Syri dicti sunt. Vel ab Assur, filio Semi, qui fuit filius Noæ. Hic Assur primus urbem magnam condidit, quæ postea vocata fuit Ninive. Alii vero dicunt Assyrios esse Persas.

Ἀσσύριοι. Assyrii. Gens ita dicta. Cum omnia essent tranquilla, nihil impedivit, quominus eorum potentia magnum incrementum caperet. Postea vero multa & continua bella, plurimæque seditiones aliorum adversus alios, & bella intestina, exorta sunt. Hæc sub Cæsare [contigerunt.]

Ἀσύστατον. Non bene compactum, nec densum, sed laxum & tumidum in poesi. Vel, non bene ordinatas, nec probabiles, [sed absurdas fabulas] componentem.

Ἀσύμφηλον. Imperitum. Stultum.

Ἀσφαδάστῳ. [Dicitur de morte, in qua moriens] non palpitat, nec convulsiones patitur, sed celeriter & facile animam efflat. [Hoc autem Ajax ideo dicit,] ut letali vulnere ictus statim & absque convulsionibus moriatur, nec diu moribundus palpitet. Σφαδάζειν significat convulsionem pati & contabescere. Sophocles: [*Invoco simul*] *Mercurium Terrestrem, animas ad Orcum compellentem, ut morte placida, & celeri, convulsionibusque carente me sopiat, postquam latus hoc ense dirupero.* Ferunt autem fabulæ, Ajacem reliquo quidem corpore fuisse invulnerabilem, at solam ejus axillam vulnerari potuisse, quod Hercules, cum totum ejus corpus pelle leonina texisset, solam hanc partem excepisset, ideo quod pharetra ei appensa esset.

Ἀσφάλιος. Neptunus. *O Neptune, qui ima terrarum fundamenta custodis.* Hic versus est ultimus libri quinti *Halieuticorum* Oppiani.

Ἀσφάλισαι. Securitati tuæ consule. Ἀσφαλίζω enim significat custodio.

Ἀσφαλτῖτις λίμνη. Lacus asphaltites, ubi bitumen gignitur. Bitumen autem est aliquid pici simile: quo & medici utuntur. Et Ἀσφάλτωσις, bituminatio. Quære in v. Ἀδιαβηνή.

Ἀσφάραγον. Fauces, stomachum, guttur. Item germen ex spinis nascens. Est etiam quoddam herbæ genus, ἀσφάραγος vocatum, quod ad purgationes utile est. Et Attici quidē

1 Ἀτρεμούντων πάντων οὐδὲν ἐμπ.] Quid hæc ad vocem Ἀσσύριοι? De Romanis enim, non de Assyriis in hoc fragmento verba fiunt, ut vel ex ultimis verbis, ταῦτα ἐπὶ Καίσαρος, patet.

2 Ἀσύστατον. οὐ συνεστῶτα, οὐδὲ π.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Nubes* pag. 199. (123. Ed. Bas. P.)

3 Ἀσύμφηλον. ἀπ.] Scribe ἀσύφηλον, ut apud Homerum Il. I. v. 643. Vide etiam Etymologum.

4 Ἀσφαδάστῳ. ἀσπαρίστῳ. σπασμ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Scholiasta Sophocl. ad *Ajacem* pag. 50. ut Portus observavit.

5 Ὅτι κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα ἄτρωτος ἦν ὁ Αἴας, κατὰ δὲ τὴν μασχ.] Vide Scholiastam Homeri ad Il. Ψ. v. 821. itemque Anonymum in argumento *Ajacis Flag.* & Eustath. ad Homer. pag. 995.

6 Κατὰ δὲ τὴν μασχάλην μόνην τρ.] Qua parte corporis Ajax vulnerabilis fuerit diversæ sunt auctorum sententiæ. Alii enim axillam, alii latus, alii cervicem partem eam fuisse dicunt: ut ex locis auctorum in nota præcedente indicatis patet.

7 Θεμέλια] Apud Oppianum legitur θεμείλια, uti & hic legendum est.

8 Ξηρίον] Hæc vox procul dubio corrupta est: quæ tamen quomodo emendanda sit nunc in mentem mihi non venit. Portus corrigendum putabat κηρίον: sed quod mihi non satis probatur.

9 Λέγεται καὶ τὸ ἀκανθῶν ἀποφυόμενον βλ.] Vide Bodæum a Stapel ad Theophr. *Histor. Plant.* pag. 601.

10 Οἱ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ φ τὴν λέξιν προφέρουσι] Vide Athen. lib. II. pag. 62. & Bodæum a Stapel ad Theophr. *de Plantis* pag. 600.

τὴν λέξιν προφέρουσι. οἱ δὲ πολλοὶ μὴ ἀκριβοῦντες διὰ τοῦ π λέγουσι. καὶ ἁπλῶς τὰ τῶν λαχάνων [1]ὀρώμενα πρῶτα ἀσπαράγους καλοῦσι.

hanc vocem per φ efferunt. At vulgus, rem non accurate examinans, per π pronuntiat. Et in genere prima olerum germina ἀσπαράγους vocant.

Ἀσφόδελος. τὸ φυτόν. Ἀσφοδελὸς δὲ, ὁ λειμών.

Ἀσφόδελος. Planta, quæ vocatur asphodelus. At ἀσφοδελὸς, pratum, in quo asphodelus nascitur.

Ἀσφόδελος. σκιλλῶδες φυτὸν, φύλλα ἔχον μακρὰ, καὶ ἀνθέρικον ἐσθιόμενον· καὶ τὸ σπέρμα δὲ αὐτοῦ φρυγόμενον, καὶ ἡ ῥίζα κοπτομένη μετὰ σύκων πλείστην ὄνησιν ἔχει. Περσεφόνης καὶ χθονίων ἱερόν. καὶ Ῥόδιοι τὴν Κόρην καὶ τὴν Ἄρτεμιν ἀσφοδέλῳ στέφουσι. προπαροξυτόνως δὲ ἀναγνωστέον.

Ἀσφόδελος. Asphodelus, planta scillæ similis, habens folia longa, & caulem esculentum: cujus semen tostum, & radix cum ficubus concisa, valde utilia sunt. Est autem Proserpinæ & Manibus sacra: & Rhodii Proserpinam & Dianam asphodelo coronant. Scribendum est [ἀσφόδελος,] cum accentu in antepenultima.

[2]Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ. τὸν δὲ τόπον, ἐν ᾧ φύεται, ὀξυτονητέον· ὡς καὶ παρ' [3]Ὁμήρῳ Κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα.

[Hesiodus:] *Neque sciunt homines, quam suaviter & jucunde malva & asphodelo vivatur.* At cum significat locum, in quo asphodelus nascitur, scribendum est cum acuto in ultima, ut apud Homerum: *In prato, in quo asphodelus nascitur.*

Ἀσχάλλων. ἀδημονῶν, λυπούμενος, χαλεπαίνων. [4]Ὁ δὲ ἤσχαλλεν, ὡς παραθεωρούμενος ἐκ νέου, τρίχων μόνον καὶ τῆς ἄλλης φροντίζοντος σωμασκίας. Καὶ αὖθις· [5]Ὁ δὲ ἀσχάλλων τῇ ἀτιμίᾳ, καὶ ἀπαυδήσας ἐπὶ τοῖς ἀνηνύτοις, ᾗ ποδῶν εἶχεν ἀνέθορε. καὶ [6]Ἀσχαλόωντα, ἀδημονοῦντα.

Ἀσχάλλων. Mœrens. Dolens. Ægre ferens. Indignans. *Ille vero indignabatur, præferri sibi juvenem, qui capillis tantum ornandis, & corpori exercendo studeret.* Et iterum: *Ille vero ignominiam ægre ferens, & ob irritos labores animum despondens, quanta pedum celeritate potuit, [in arcem] adscendit.* Et Ἀσχαλόωντα, dolentem, mœrentem.

Ἄσχετον. ἀκράτητον. καὶ Ἀσχέτως, ἀμέτρως.

Ἄσχετον. Quod retineri coercerique nequit. Et Ἀσχέτως. Immoderate.

Ἄσχολος. ὁ μὴ εὐσχολῶν. σχολὴ γὰρ ἡ [7]ἐν τῇ λεγομένῃ συνηθείᾳ εὐκαιρία. [8]Μηδὲ χωρὶς ἀνάγκης λέγειν πρός τινα, ἢ ἐν ἐπιστολῇ γράφειν, ὅτι ἄσχολός εἰμι· μηδὲ διὰ τοιούτου τρόπου συνεχῶς παραιτεῖσθαι τὰ κατὰ τὰς πρὸς τοὺς συμβιοῦντας σχέσεις καθήκοντα, προβαλλόμενον τὰ περιεστῶτα πράγματα. καὶ ἀσχολοῦμαι, καὶ ἀσχολεῖται, καὶ ἀσχολεῖσθαι. πάντα ταῦτα Μένανδρος λέγει. Φιλήμων δὲ καὶ ἀσχολεῖ.

Ἄσχολος. Occupatus. Σχολὴ enim significat idem, quod vulgo εὐκαιρία dicitur, i. e. tempus a negotiis vacuum. *Neque nisi necessitate adactus ad aliquem dicas, vel in epistola scribas, tibi non vacare; neque hoc modo sub negotiorum te urgentium prætextu officia ea, quæ vitæ hujus necessitudo a nobis exigit, deseras.* Et ἀσχολοῦμαι, & ἀσχολεῖται, & ἀσχολεῖσθαι, apud Menandrum. Philemon etiam voce ἀσχολεῖ usus est.

Ἄττα.[9] δύο σημαίνει. ἀντὶ μὲν τοῦ ὅσα, ἢ ἅττα, παρὰ Ἀντιφῶντι. ἀντὶ δὲ τοῦ τινὰ, ἢ ποιά τινα, παρὰ Δημοσθένει ἐν Φιλιππικοῖς. ἐνιαχοῦ δὲ παρέλκει τὸ ἄττα. ἐν δὲ τῷ περὶ παραπρεσβείας Δημοσθένης ἐπὶ τοῦ ὅσα ἔλαβε τὴν λέξιν. τῶν δὲ κωμικῶν τις τὸ ἄττα ἐπὶ ἀριθμοῦ ἔταξεν· ἕτερος δὲ ἐπὶ χρόνου. ἄττα τινὰ, ἢ ἅττα, ἢ παραπλήσια ὀλίγα. Ἀντιφῶν τῷ ἄττα κέχρηται ἀντὶ τοῦ ἅττα, ἐν τῇ ἀπολογίᾳ τοῦ Μύρρου. Οὐ γὰρ ἐγὼ ἐπεπόνθειν ταῦτα, ἄττα νῦν πέπονθα ὑπὸ τούτου. Καὶ αὖθις· Οἱ γὰρ ἄνθρωποι, ἄττα ἂν ὁρῶσι τῇ ὄψει, πιστότερα ἡγοῦνται, ἢ οἷς εἰς ἀφανὲς ἥκει ὁ ἔλεγχος τῆς ἀληθείας. [10]Δαμάσκιος· Ὁ δὲ Ἰσίδωρος ἐμελέτα ἄττα τῶν ποιητικῶν, οὐχ ὅσον δυνάμεως, ἀλλ' ὅσον ὀρέξεως εἶχεν. εἶχε δὲ ἐπ' ἐλάχιστον τῆς πρὸς αὐτὰ συμπαθείας, ἅτε οὐχ ἁπτόμενα τῆς

Ἄττα. Duo significat. Nam apud Antiphontem accipitur pro ὅσα, vel ἅττα, quæcunque, quæ. Apud Demosthenem vero in *Philippicis* sumitur pro τινὰ, vel ποιά τινα, quædam, aliqua. Interdum τὸ ἄττα redundat. At Demosthenes in oratione de falsa legatione vocem hanc sumpsit pro ὅσα, quæcunque. Quidam vero Comicorum τὸ ἄττα de numero dixit: & alius de tempore. Antiphon voce ἄττα usus est pro ἅττα, in Apologia Myrrhi. *Haud enim passus fuissem ea, quæ nunc ab eo passus sum.* Et iterum: *Homines enim, quæ oculis cernunt, certiora ducunt, quam ea, quorum veritas argumentis obscuris demonstranda est.* Damascius: *Isidorus vero poeticis etiam operam dabat, non quantum [ingenii] viribus valebat, sed quantum amor ejus studii ipsum invitabat. Non autem valde illis afficiebatur, quippe quæ animum non*

1 Ὀρώμενα] Portus recte monuit, legendum esse ἐρρῶν. Vide Bodæum a Stapel loco laudato.

2 Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφ.] Est versus Hesiodi *Oper. & Dier.* v. 41.

3 Παρ' Ὁμήρῳ] Odyss. Λ. v. 538.

4 Ὁ δὲ ἤσχαλλεν, ὡς παραθεωρούμενος ἐκ νέου τε.] Integrum locum auctoris, ex quo fragmentum hoc decerptum est, exhibet Suidas supra v. Ἀρμάτιος.

5 Ὁ δὲ ἀσχάλλων τῇ ἀτιμίᾳ, καὶ ἀπαυδήσας ἐπὶ τοῖς ἀνηνύτοις] Fragmentum hoc longe auctius legitur infra v. Μάλιβος: ex quo loco simul discimus, verba hæc ex Æliano deprompta esse.

6 Ἀσχαλόωντα] Est vox Homerica Il. Χ. v. 412.

7 Ἡ ἐν τῇ λεγομένῃ συνηθείᾳ εὐκ.] Manifestum est legi debere, ἡ ἐν τῇ συνηθείᾳ λεγομένη εὐκαιρία.

8 Μηδὲ χωρὶς ἀνάγκης λέγειν —— περιεστῶτα πράγματα] Hæc sunt verba Marci Antonini lib. 1. §. XII. ut a Pearsonio observatum fuit.

9 Ἄττα. δύο σημαίνει. ἀντὶ μὲν τ. —— ἐπὶ χρόνου] Ex Harpocratione

10 Δαμάσκιος· Ὁ δὲ Ἰσίδωρος ἐμελέτα ἄττα τῶν ποιητ.] Idem locus Damascii legitur in Collectaneis Photianis pag. 1040. ut Pearsonius recte observavit.

ψυχῆς, ἀλλὰ μέχρι φαντασίας καὶ γλώττης ἱστάμενα.

Ἄττα. προσφώνησις νεωτέρου πρὸς πρεσβύτερον.

Ἄττα γέρον, δισσός με καλεῖ γάμος· ἡ μία μὲν δὴ
Νύμφη καὶ πλούτῳ καὶ γενεῇ κατ' ἐμέ.
Ἡ δ' ἑτέρη προβέβηκε. τί λώϊον; εἰ δ' ἄγε σύμ μοι
Βούλευσον, ποτέρην εἰς ὑμέναιον ἄγω.

Ἀτταγᾶς[1] νουμηνία. παροιμία ἐπὶ τῶν.

Ἀτταγᾶς. εἶδος ὀρνέου, ὃ τὰ λιμνώδη καὶ [2]ἕλεια χωρία καταβόσκεται. διὸ καὶ Μαραθωνιά φησιν αὐτὸν ἔχειν [3]Ἀριστοφάνης. ἐκεῖ γὰρ πολὺ τὸ ὄρνεον. καὶ ὁ ἀτταγᾶς ἴτω, ὁ ἔχων τὸν λειμῶνα τοῦ Μαραθῶνος. ἔστι δὲ ὁ ἀτταγᾶς κατάστικτος ποικίλοις πτεροῖς. λέγεται δὲ ἐπὶ δούλων κατεστιγμένων ἐπειδὴ καὶ τὸ ὄρνεον κατάστικτον.

Τὸν[4] πηλὸν ὥσπερ ἀτταγᾶς τυρβάσεις βαδίζων.

τοῦτον τὸν ἀτταγᾶν ἡ συνήθεια ταγηνάριον καλεῖ.

Ἀτάκτημα. ἀταξία. Τοῦ μηδὲν ἀτάκτημα γενέσθαι περὶ τὴν ἀρχήν. καὶ Ἄτακτοι. ἐν τῇ τῶν πλειόνων συνηθείᾳ οἱ περίεργοι, καὶ παρὰ τὸ προσῆκον τὶ ποιοῦντες, ἄτακτοι προσαγορεύονται. οἱ ῥήτορες δὲ καὶ τῆς ἐν πολέμῳ συμβολῆς γενομένης, μὴ [5]παρὰ τάξιν τὴν συμβολὴν ποιήσαντες, ἀλλ' ὡς ἔτυχεν, εἰκῇ καὶ φύρδην.

Ἀταλάντη,[6] Ἀκάστου γυνή, ἥτις Πηλέως ἐρασθεῖσα λόγους ὑπὲρ μίξεως εἰσφέρει. ἀναινομένου δέ, δείσασα μή μιν κατείπῃ πρὸς τὸν ἄνδρα, ὑποφθάσασα αὐτὸν [7]προδιαβάλλει τὸν ἄνδρα, ὡς βιασθῆναί οἱ ἐθέλοντα. ὁ δὲ λόχον [8]ὑφείσας ἐπεβούλευσε Πηλεῖ. καὶ ὃς αἰσθόμενος εἰς πόλεμον καθίστη πρὸς αὐτόν, ἐπικαλεσάμενος βοηθοὺς τούς τε Τυνδαρίδας καὶ Ἰάσονα, ἐχθρὸν ὄντα ἐκείνῳ, φίλος αὐτὸς ὤν, διὰ τὸ σύμπλους ἐν τῇ Ἀργοῖ γεγονέναι· καὶ τήν τε Ἰωλκὸν αἱρεῖ, καὶ τὴν Ἀκάστου γυναῖκα σφάττει.

Ἀτάλαντον. ἴσον. παραπλήσιον.

Ἀταλὰ[9] φρονέων. νήπια, ἁπαλά.

Ἀταλάριχος, υἱὸς μὲν Ἀμαλασούνθης, βασιλεὺς δὲ τῶν Γότθων.

Ἀταλαίπωρον.[10] ἄπονον. ἢ τὸ ἐξ ἑτοίμου λεγόμενον, καὶ οὐ μετὰ ἀποδείξεως. ἢ τὸ εὐχερὲς καὶ φανερόν. Αἰλιανός· Εἴ τι τοῦ προτέρου λόγου ὑγιὲς ἦν. ἀλλ'



*tangunt; sed intra imaginationem & linguam consistunt.*

Ἄττα. Est vox, qua junior seniorem compellat. [In Epigrammate:] *O bone senex, duæ me fœminæ ad conjugium invitant: quarum altera & opibus & ætate mihi par est; altera vero ætate provectior. Utrum melius? Age igitur consule mihi, utra uxor ducenda sit.*

Ἀτταγᾶς νουμ. *Attagas & numenius* [*in societatem coeunt.*] Proverbium, [quod de duobus furibus dicitur.]

Ἀτταγᾶς. Attagen, genus avis, quæ in lacustribus & palustribus locis pascitur. Quare & Marathonem eam incolere dicit Aristophanes. Illic enim avis ista frequens est. Et, attagen veniat, pratum Marathonium incolens. Est autem attagen avis, quæ pennas habet variis maculis distinctas. Unde nomen hoc de servis dicitur, qui notis compuncti sunt: quoniam & avis illa punctis notata est. Vulgo autem attagen ταγηνάριον vocatur.

Ἀτάκτημα. Confusio. Turbatus rerum status. *Ne qua confusio in imperio oriretur.* Et ἄτακτοι vulgo vocantur homines curiosi, & qui præter officium & decorum aliquid faciunt. Oratores vero sic etiam milites vocant, qui, cum prælium committitur, nullo ordine, sed temere & promiscue cum hoste congrediuntur.

Ἀταλάντη. Atalante, Acasti uxor, Pelei amore capta, cum Peleum de stupro sollicitasset, nec persuadere ei potuisset, verita ne rem Peleus ad maritum deferret, præoccupare illum statuit. Itaque Peleum apud virum calumniatur, quasi stuprum sibi offerre voluisset: qui uxoris calumniis persuasus insidias Peleo comparat. Sed Peleus re intellecta bellum Acasto infert, adscitis in auxilium suum Tyndaridis atque Iasone, qui Acasto quidem infensus, Peleo autem ob expeditionis Argonauticæ societatem erat conjunctissimus. Horum auxilio Peleus expugnata Iolco Acasti uxorem necavit.

Ἀτάλαντον. Par. Æquale. Simile.

Ἀταλὰ φρονέων. Qui puerilia sapit.

Ἀταλάριχος. Atalarichus, filius Amalasunthæ, & Rex Gotthorum.

Ἀταλαίπωρον. Laboris & molestiæ expers. Vel, quod ex tempore & absque demonstratione dicitur. Vel, facile & manifestum. Ælianus:

1 Ἀτταγᾶς νουμηνία. παροιμία ἐπὶ τῶν] Erasmus & Portus de *Attaga novilunio*, nescio quo, Suidam hic loqui existimantes, immane quantum falluntur. Locus hic enim corruptus est & mutilus, qui sic emendari & suppleri debet: Ἀτταγᾶς νουμηνίῳ. (subintellige συνέρχεται, vel συνῆλθε) παροιμία ἐπὶ δύο κλεπτῶν. Νουμηνίῳ recte legitur in uno MS. Paris. Est autem νουμήνιος nomen avis, quæ attageni similis est. Hesychius: Νουμήνιος, ὄρνεον ὅμοιον ἀτταγῇ. καὶ ὁ τρόχιλος. Hinc proverbium illud dictum est de duobus hominibus malis & improbis, quorum alter alteri ob morum & ingenii similitudinem se adjungit. Diogenianus Centur. VIII. Adag. XVIII. Συνῆλθεν ἀτταγᾶς τε (lege ἀτταγᾶς) ἐ νουμήνιος. ἐπὶ δύο κλεπτῶν τοῦτο. Hoc proverbio usus est Laertius in *Timone* Segm. CXIV. ubi vide quæ notavit eruditissimus Menagius.

2 Ἕλεια] In prioribus Edit. male legitur λεῖα.

3 Ἀριστοφάνης] Locus Aristophanis, ad quem Suidas hic respicit, exstat *Avibus* pag. 552. (377. Ed. Bas. P.)

4 Τὸν πηλὸν ὥσπερ ἀτταγᾶς τυρβάσεις βαδίζων] Hæc sunt verba Aristophanis *Vespis* pag. 446. (319. Ed. Bas. P.)

5 Μὴ παρὰ τάξιν τὴν συμβολὴν ποιήσαντες] Scribe μὴ κατὰ τάξιν τὴν συμβολὴν ποιήσαντες: subintellige, οὕτω καλοῦσι.

6 Ἀταλάντη, Ἀκάστου γυνή, ἥτις Πηλέως ἐρασθ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Nicolai Damasceni apud Constantinum in Collectaneis a Valesio editis, pag. 446. unde Suidas ea descripsit. Cæterum, male hic Suidas Acasti uxorem Atalanten vocat, quæ Astydamea appellata fuit, ut ex veteribus scriptoribus constat. Vide Apollodorum lib. III. cap. XII. & Enarratorem Comici ad *Nubes* pag. 183.

7 Προσδιαβάλλει] Malim προδιαβάλλει.

8 Ὑφείσας] Ὑφεὶς potius scribendum est.

9 Ἀταλὰ φρονέων] Est phrasis Homerica Il. Σ. v. 567.

10 Ἀταλαίπωρον. ἄπονον] Confer Etymologum.



[illegible]

ἐκεῖνός τε ἀβασανίστῳ γραφῇ, ἀταλαιπώρῳ τῆς ἀληθείας ἀκοῇ διεσπαρμένος εἰς τὸ πλῆθος ἀλᾶται ἄλλως. ὁ δέ μοι ἀληθὴς ἄν. καὶ Ἀταλαιπώρως, ῥαθύμως, ὀλιγώρως. Ἀριστοφάνης Δαναΐσιν· Οὕτως αὐτοῖς ἀταλαιπώρως ἡ ποίησις διέκειτο.

Ἀταλῇσιν. ἁπαλαῖς. νεογναῖς. καὶ ἀταλόψυχος. [1] ἐν Ἐπιγράμματι·

Ἠϊθέοις οὐκ ἔστι πόθος πόνος, ὁππόσος ἡμῖν
Ταῖς ἀταλοψύχοις ἔχραε θηλυτέραις.

Ἀττάλεια. Ἰταλία δέ.

Ἄτταλος, [2] βασιλεύς, ἀδελφὸς Εὐμένους· ᾧ ἄλλο οὐδὲν ἐφόδιον ὑπῆρξε πρὸς βασιλείαν τῶν ἐκτὸς πλοῦτος δὲ μόνον, ὃς μετὰ νοῦ μὲν καὶ τόλμης χειριζόμενος, ἀληθῶς μεγάλην παρέχεται χρείαν πρὸς πᾶσαν ἐπιβολήν· ἄνευ δὲ τῶν προειρημένων τοῖς πλείστοις κακῶν παραίτιος πέφυκε γίνεσθαι, καὶ συλλήβδην ἀπωλείας. καὶ γὰρ φθόνους γεννᾷ, καὶ πρὸς διαφθορὰν σώματος καὶ ψυχῆς μεγάλας ἔχει ῥοπάς. ὀλίγαι δέ τινες εἰσὶ ψυχαί, αἳ ταῦτα δυνάμεναι διωθεῖσθαι τῇ τοῦ πλούτου δυνάμει. ὁ δὲ πρὸς οὐδὲν ἄλλο ἐπεβάλλετο χρήσασθαι τοῖς χρήμασιν, ἀλλ' ἢ πρὸς βασιλείας ἀνάκτησιν, οὗ μεῖζον οὐδὲ κάλλιον οὐδὲν ἐστὶν εἰπεῖν. ὃς τὴν ἀρχὴν ἐνεστήσατο τῆς προειρημένης ἐπιβολῆς, οὐ μόνον διὰ τῆς εἰς τοὺς φίλους εὐεργεσίας καὶ χάριτος, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων. βασιλεύσας γὰρ καὶ βιώσας ἔτη δύο πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα, τούτων δὲ βασιλεύσας μ' καὶ δ', σωφρονέστατα μὲν ἐβίωσε καὶ σεμνότατα πρὸς γυναῖκας καὶ τέκνα· διεφύλαξε δὲ τὴν πρὸς πάντας συμμάχους καὶ φίλους πίστιν. ἐναπέθανε δὲ ἐν αὐτοῖς τοῖς καλλίστοις ἔργοις. καὶ οὕτως ἡρμόσατο τὴν ἀρχήν, ὡς παισὶ παίδων ἀστασίαστον παραδοθῆναι τὴν βασιλείαν. † Οὗτος [3] ὁ Ἄτταλος παραλαβὼν τὴν ἐξουσίαν, πρῶτον μὲν ἐξήνεγκε δεῖγμα τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως καὶ πράξεως τὸν Ἀριαράθου καταγωγὴν ἐπὶ τὴν βασιλείαν. Ὅτι [4] Ἄτταλος, ὁ [5] Ἀπολλωνίας ἀνήρ, βασιλεὺς Ἀσίας, μεταλλάττει τὸν βίον, πληρωθείσης ἐπ' αὐτῷ τῆς Πυθίας, ἥτις χρηστηριαζομένη Ἀττάλῳ τῷ μεγάλῳ ἔφη·

Θάρσει, [6] Ταυρόκερως, ἕξεις βασιληΐδα τιμήν,
Καὶ παίδων παῖδες· τούτων γε μὲν οὐκέτι παῖδες.

Ἀτάλλων. τρέφων. [7] Σοφοκλῆς·

— Κούφοις πνεύμασι βόσκου, νέαν
Ψυχὴν ἀτάλλων. ——

Αἴας φησὶ πρὸς τὸ ἴδιον τέκνον. σημαίνει δὲ καὶ τὸ σκιρτᾶν.

Ἀταμίευτον. ἀδιοίκητον, καὶ ἀφύλακτον, ἤτοι, οὗπερ οὐκ ἔστι ταμιεῖον. λέγεται οὕτως καὶ τὸ πρόχειρον καὶ ἐν ἑτοίμῳ.

*Si quid prior rumor veri habuit. At ille inconsiderata scriptione pro vero in vulgus sparsus temere vagatur. Hic autem veritati affinis mihi videtur.* Et Ἀταλαιπώρως, segniter, negligenter. Aristophanes *Danaidibus*: *Tam negligenter poesis ab ipsis tractabatur.*

Ἀταλῇσιν. Teneris. Recens natis. Et Ἀταλόψυχος, teneram habens animam. In Epigrammate: *Adolescentibus amor non est æque molestus, ac nobis fœminis, teneram animam habentibus.*

Ἀττάλεια. [Est urbs Lydiæ.] Italia vero, [regio.]

Ἄτταλος. Attalus, Rex, frater Eumenis, cui nullum ad spem regni subsidium præter divitias fortuna dederat. Hæ si cum prudentia & audacia administrentur, maximas ad omnem conatum afferunt utilitates: sin secus, gravium malorum ac postremo interitus causa plerisque esse solent. Nam & invidiam & insidias pariunt, & ad corporis animique perniciem maxima habent momenta. Ac paucissima ingenia reperias, quæ divitiarum adminiculo hujusmodi mala propulsare queant. Ille vero nullius alterius causa, quam ad regnum sibi comparandum, opibus uti instituit; quo certe nihil majus aut illustrius dici potest. Atque id primum aggressus est, non modo liberalitate & gratia erga amicos, sed etiam auxilio rei militaris. Cum autem vixisset annos LXXII. & ex iis regnasset XLIV. singulari modestia & gravitate cum uxore & liberis vixit, & sociis omnibus atque amicis fidem præstitit; ac postremo præclarissimis rebus est immortuus. Præterea, regnum ita firmavit & stabilivit, ut pacata & tranquilla ejus possessio ad nepotes ejus pervenerit. † Hic Attalus regno potitus, primum animi sui & industriæ specimen edidit, Ariarathe in regnum restituto. † Attalus, Apolloniæ maritus, Asiæ Rex, morte sua fidem fecit Oraculo, Attalo majori reddito: *Bono sis animo Tauricornis: regio honore potieris, & tu, tuique nepotes; non autem horum filii.*

Ἀτάλλων. Nutriens. Sophocles: *Cresce plantæ instar, quæ lenibus alitur ventis, teneramque molliter exige ætatem.* Sic Ajax ad filium suum inquit. Significat etiam σκιρτᾶν, i. e. saliens.

Ἀταμίευτον. Quod non bene dispensatur, nec custoditur: vel, quod non habet cellam penuariam in quo reponatur. Sic etiam dicitur quod paratum est & in promptu.

1 Ἐν Ἐπιγράμματι· Ἠϊθέοις οὐκ ἔστι.] Locus hic depromptus est ex Epigrammate Agathiæ, quod integrum legitur Anthol. lib. VII. pag. 604.

2 Ἄτταλος, βασιλεύς, ἀδελφὸς Εὐμ. ᾧ ἄλλο οὐδὲν ἐφόδιον —— παραδοθῆναι τὴν βασιλείαν] Hæc sunt verba Polybii apud Constantinum in Collectaneis a Valesio editis pag. 101. 102. unde Suidas ea descripsit.

3 Οὗτος ὁ Ἄτταλος παραλαβὼν τὴν ἐξουσ. —— ἐπὶ τὴν βασιλείαν] Hæc sunt verba Polybii apud Constantinum in Collectaneis a Valesio editis. pag. 169. unde Suidas ea descripsit.

4 Ὅτι Ἄτταλος, ὁ Ἀπολλωνίας ἀνήρ] Erraße hic Suidam, & Attalum avum cum nepote confudisse monuit ὁ πολυμαθέστατος Reinesius *Var. Lect.* lib. III. pag. 368. quem vide.

5 Ἀπολλωνίας] Hæc a Plutarcho in libello *de fraterno amore*, pag. 480. vocatur Ἀπολλωνὶς Κυζικηνή, ut Reinesius loco laudato monuit.

6 Ταυρόκερως] Pausanias in *Phocicis*, pag. 636. Παῖδα δὲ εἶναι ταύρου τὸν ἐν Περγάμῳ βασιλεύσαντα Ἄτταλον. τὸν δὲ αὐτὸν τοῦτον καὶ ΤΑΥΡΟΚΕΡΩΝ ὠνόμασε τὸ χρηστήριον. i. e. *Tauri filium dixit Attalum Pergami Regem; quem ipsum etiam Tauricornem Oraculum appellavit.* Respexit Pausanias ad hoc ipsum Oraculum, quod Suidas hoc loco adducit.

7 Σοφοκλῆς] In *Ajace* pag. 33. ut Portus observavit.

Ἀτάρ-

Ἀτάρβητος. ἄφοβος, ἄτρομος. καὶ Ἀταρβήτως, ἀντὶ τοῦ ἀτιμώρως παρὰ [1] Σοφοκλεῖ. Ἐχθρῶν δ' ὕβρεις ἀταρβήτως ὁρμᾷ.

Ἀτὰρ δέ. πλὴν ὅμως.

Ἀτάρμυκτον. τὸ ἄφοβον. κυρίως δὲ τὸ μὴ μύον. Εὐφορίων· Ἀτάρμυκτον τρέπε ὄμμα.

Ἀταρνεύς. πολίχνιόν τι κατ' ἀντικρὺ Λέσβου κείμενον. καὶ Ἀταρνείτης.

Ἀτὰρ οὖν. διὰ τοῦτο οὖν.

Ἀτὰρ ὥς. εἶτα δή. ὅμως.

Ἀτάσθαλα. ἄδικα. ἁμαρτωλά. καὶ Ἀτασθαλία. Ὁ δὲ Τραϊανὸς ἔγνω μὲν, εἰ παρείκοι, ἐξελεῖν τὸ ἔθνος· εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ συντρίψας γε παῦσαι τὸ ἄγαν ἀτασθαλίας. καὶ Ἀτάσθαλον, ἄδικον, παράνομον. Εὐνάπιος· [2] Γυναικῶν δὲ ὕβρεις, καὶ τὸ ἀτάσθαλον εἰς παῖδας εὖ γεγονότας συνεκυρώθη καὶ νόμος εἶναι.

Ἀτασθαλία. ἡ φρενοβλάβεια. Τῶν τις νεωστὶ καταλεγέντων στρατιωτῶν ὑπὸ νεότητος καὶ ἀτασθαλίας ἐπιθυμεῖ τῶν ἄρτων. Αἰλιανός· Ὁ δὲ Σερουΐλιος πολλὰ καὶ ἀτάσθαλα ἐθρασύνετο κατὰ τοῦ Παύλου.

Ἀταυρώτη. [3] ἀντὶ τοῦ ἁγνὴ καὶ ἄμικτος. ταῦρος γὰρ τὸ αἰδοῖον τοῦ ἀνδρός. καὶ διὰ τοῦτο ἀταυρώτη, ἡ ἁγνὴ, ἡ ἄζευκτος γάμου, καὶ ἀζυγής. καὶ βοῶπις ἡ Ἥρα, καὶ [4] ζυγία, καὶ γαμηλία. [5] ἐπειδὴ οἱ ταῦροι καταφερεῖς.

Οἴκοι δ' [6] ἀταυρώτη διάξω τὸν βίον.

Ἅτε. ὡς ἄν.

Ἄτεγκτος ἄνθρωπος παραγγέλμασιν. ὁ μὴ βρεχόμενος, μήτε πραϋνόμενος παραμυθίαν· ἀλλὰ σκληρὸς ὢν, ὡς ἡ πέτρα, ἢ ἄλλο τι τῶν σκληρῶν ὡς μηδὲ ὑπὸ ὕδατος βρέχεσθαι. [7] Σοφοκλῆς· Ἀλλ' ὁ δ' ἄτεγκτος καὶ ἀτελεύτητος φανεῖς. ἀντὶ τοῦ ἀσυμπαθής. ἀδάκρυτος. τέγγειν γὰρ τὸ βρέχειν. Ἀτελεύτητος δὲ, δυσαξίωτος, δυσπαράκλητος, ἀμείλικτος. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ Μάρκος ἄτεγκτος ὢν καὶ στερρὸς, οἷος ἅπασι τοῖς ἀνιαροῖς ἀντέχειν, ᾤχετο φερόμενος ὑπὸ τῶν παθῶν ἐπὶ τὸ ἀνθρώπινον. Καὶ αὖθις· Λίθους τῶν ποδῶν ἐξαρτήσαντες ἔρριψαν εἰς τὸ πέλαγος ἀτέγκτως καὶ ἀφειδῶς. [8] Ἀτέγκτοις, τοῖς μήτε δάκρυσι, μήτε ἱδρῶσιν ἀβρόχοις. Αἰλιανός· Οἶκτον γε μὴν καὶ δάκρυα ἐμβαλοῦσα πάντας, ὡς καὶ τοὺς ἀτέγκτους τε καὶ ἀπηνεῖς ἀμείλικτους τέγξαι. καὶ Ἀτέγκτως, ἐσχάτως. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἱερεῖαι ἐπεὶ ἐγῷντο αὐτὸν πραΰνειν, καὶ ἀντεῖχε τῆς ὁρμῆς. βιαίως δὲ καὶ ἀτέγκτως διακειμένου, τῶν μὲν ἀπορρήτων, καὶ

Ἀτάρβητος. Imperterritus. Intrepidus. Et ἀταρβήτως, sine metu, secure, apud Sophoclem. *Inimici vero petulanter & audacter tibi insultant.*

Ἀτὰρ δέ. Veruntamen. Nisi tamen.

Ἀτάρμυκτον. Intrepidum. Proprie vero, quod oculos non claudit. Euphorion: *Intrepidum convertit oculum.*

Ἀταρνεύς. Atarneus. Oppidulum quoddam e regione Lesbi situm. Et Atarnites, [ejus civis.]

Ἀτὰρ οὖν. Idcirco igitur.

Ἀτὰρ ὥς. Deinde vero. Tamen.

Ἀτάσθαλα. Injusta. Impia. Et Ἀτασθαλία. Improbitas. Impietas. *Trajanus vero statuit quidem, si fieri posset, gentem illam exscindere: sin secus, cladibus vires ejus atterere, nimiamque ejus improbitatem compescere.* Et Ἀτάσθαλον, injustum, iniquum. Eunapius: *Fœminarum vero stupra, & adolescentium nobilium corruptiones ut pro licitis haberentur auctoritate & exemplo suo effecerat.*

Ἀτασθαλία. Amentia. Insania. *Quidam militum recens conscriptorum juvenili amentia & temeritate impulsus panes concupiscit.* Ælianus: *Servilius autem multa & injusta facinora in Paulum ausus est.*

Ἀταυρώτη. Casta. Nullum virum passa. Ταῦρος enim significat membrum genitale viri, quia tauri in Venerem proclives sunt. Ideoque ἀταυρώτη dicitur virgo casta & conjugii expers. † Juno dicitur βοῶπις, & ζυγία, & γαμηλία. † [Aristophanes:] *Domi vero cælebs & illibata virginitate vivam.*

Ἅτε. Veluti. Quasi. Utpote.

Ἄτεγκτος ἄνθρ. Homo, qui nullis consolationibus mitigari potest. Sive, qui nullam consolationem admittit: sed durus est, ut saxum, vel alia aliqua res dura: ita ut ne ab aqua quidem rigari molliorque fieri possit. Sophocles: *Sed durusne adeo & inexorabilis eris?* Ἄτεγκτος hic significat eum, qui nulla miseratione movetur: qui nullis lacrymis genas rigat. Τέγγειν enim significat rigare. Ἀτελεύτητος vero, qui difficulter exoratur, vel adhortationibus movetur & precibus flectitur. Et iterum: *Marcus autem, quamvis esset natura rigidus & durus, ita ut omnibus malis resistere posset, tunc tamen humani quid passus est, & affectibus succubuit.* Et iterum: *Cum lapides pedibus eorum alligassent, eos in mare crudeliter & inhumaniter præcipitarunt.* Ἀτέγκτοις, qui nec lacrymis nec sudoribus rigantur. Ælianus: *Omnibus vero tantam miserationem injecit, ut etiam duris & rigidis lacrymas excuteret.* Et ἀτέγκτως, extreme. *Et primo quidem sacerdo-*

1 Παρὰ Σοφοκλεῖ] In *Ajace* pag. 13.

2 Γυναικῶν δὲ ὕβρεις, καὶ τὸ ἀτάσθαλον εἰς παῖδας εὖ γεγ.] Hæc sunt verba Eunapii de Carino Imperatore. Vide infra v. Καρῖνος.

3 Ἀταυρώτη. ἀντὶ τοῦ ἁγνὴ καὶ ἄμικτος. ταῦρος γὰρ τὸ αἰδ.] Hæc, & quæ sequuntur, αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Scholiastum ineditum in *Lysistratam*, ad verba illa Comici, quæ Suidas paulo post citat.

4 Καὶ ζυγία, καὶ γαμ.] Vide Stanleium in Æschyli *Agamemn.* v. 65.

5 Ἐπειδὴ οἱ ταῦροι καταφερεῖς] Hæc verba puto esse transposita, & collocari debere post verba illa τὸ αἰδοῖον τοῦ ἀνδρός.

6 Οἴκοι δ' ἀταυρώτη διάξω τὸν βίον] Hic senarius legitur apud Aristoph. *Lysistrata* pag. 850. (546. Ed. Bas. P.)

7 Σοφοκλῆς· Ἀλλ' ὁ δ' ἄτεγκτος καὶ ἀτελ.] Apud Sophoclem *Oedip. Tyran.* pag. 166. versus hic recte sic scriptus est:

Ἀλλ' ὧδ' ἄτεγκτος κἀτελεύτητος φανεῖ.

8 Ἀτέγκτοις τοῖς μήτε δάκρυσι, μήτε ἱδρῶσιν ἀβρόχοις] Probo conjecturam Porti, qui locum hunc sic legendum & supplendum putat. Ἀτέγκτοις. τοῖς μήτε δάκρυσι, μήτε ἱδρῶσι βρεχομένοις. ἀβρόχοις.

ἀ

ἃ μὴ ἰδεῖν λῷον ἦν, τούτων οὐκ ἐκοινώνουν οἱ τὸ δὲ πρῶτον, καὶ ἐξ ὧν οὔτε τοῖς θεασαμένοις, οὔτε τοῖς δείξασιν ἔμελλέ τι ἀπαντήσεσθαι δεινὸν, παρεῖχόν οἱ βλέπειν ταῦτα. Καὶ αὖθις· Ἱκανὰ πείθειν καὶ δυσωπεῖν τὰς ψυχὰς τῶν μὴ παντάπασιν ἀτέγκτους καὶ ἀτεράμονας ταύτας ἐχόντων. Αἰλιανός· [1]Ἦν δὲ ἀτεγκτος οὗτος ὁ παῖς, καὶ ἀμείλικτος, καί οἱ ἐπέταττεν ἐπίπονα καὶ κινδύνων ἐχόμενα ἔσχατον. Ἄτεγκτος. Ἀλλ' [2]ἦν τῆς ἀγροικοτέρας τε καὶ ἀτέγκτου μοίρας.

tes eum placare & a proposito absterrere conabantur. Sed cum vim spiraret, immotusque in sententia persisteret, arcana quidem sacra, & quæ videre nefas erat, non ostendunt: sed prima initiorum, & ex quibus nec videntibus nec monstrantibus mali aliquid nasci poterat, ipsi dabant inspicienda. Et iterum: [Argumenta ejus talia erant,] ut animos illorum movere & flectere possent, qui non penitus essent rigidi & inexorabiles. Ælianus: Puer ille vero erat inexorabilis, nec ullis blanditiis flecti poterat, eique gravissima & cum extremis periculis conjuncta imperabat. † Sed erat agrestis & inexorabilis ingenii homo.

Ἄτε δή. ὡς δή.

Ἀτέκμαρτον. ἀτελείωτον. ἀκατάληπτον. Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν· [3]Ἄνθρωπος ἀστάθμητος πετόμενος ἀτέκμαρτος. οἷον, σημεῖον διὰ τῆς πτήσεως οὐκ ἐμφαίνων περὶ τοῦ Τελέου φησί. Εὐνάπιος δὲ λέγει· Τῷ τε ἀξιώματι τῶν συνιόντων ἐθνῶν, καὶ τοῖς μεγέθεσι τῆς παρασκευῆς, ἐπὶ μέγα προβήσεσθαι, πολυτρόπων συμφορῶν καὶ ἀτεκμάρτου τύχης προσδοκηθείσης. ἀκατανόητον.

Ἀτεκνία.[4] ἡ λήθη. Δαβίδ· Ἀνταπεδίδοσάν μοι πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ ἀτεκνίαν τῇ ψυχῇ μου. ὡς διὰ τῶν τέκνων φυλαττομένης τῆς μνήμης.

Ἀτέλεστος. ἀμύητος. βέβηλος. ἀνοργίαστος. τελετὰς μὴ πεποιημένος. Αἰλιανός· Μυστηρίων τελουμένων τοῖν Θεοῖν, ἀτέλεστος μὲν ἄνθρωπος, ἀνόσιος δὲ, οὐκ ἐβουλήθη μυηθῆναι κατὰ τοὺς νόμους, ἀλλὰ δοῦναι πολυπραγμοσύνης δυστυχοῦς [5]ἀῤῥωστήματος χάριν. καὶ ἐπί τινος ἀνελθὼν λίθου ἑώρα τὰ γινόμενα. ἐκ γὰρ τοι τοῦ λίθου κατώλισθε, καὶ βιαίᾳ τῇ πληγῇ περιπεσὼν ἀπέθανεν.

Ἀττέλεβος. ἀκρίς τις.

Ἀτελεύτητον. ἀτελείωτον.

Ἀτέλεια. ἀλειτουργησία.

Ἀτελῆ. ἀδάπανα. ὡς πολυτελῆ, τὰ πολυδάπανα.

Ἀτενές. εὐθὺ, συνεχὲς, παντελῶς, καθόλου, παραχρῆμα, ἄγαν, ἰσχυρῶς, ἀφελῶς, ἢ πάνυ προσεχῶς.

Ἀτενίζω. αἰτιατικῇ. ἐνατενίζω δὲ, δοτικῇ.

Ἄτερ. ἐκτός. χωρίς.

Ἀτέραμνον. σκληρὸν, δυσμετάβλητον. [6]Ἀτεράμονες, οὐχὶ ἀτέραμνοι. καὶ τὸ ἑνικὸν ἀτεράμων, οὐχὶ ἀτέραμνος. καὶ ὄσπρια ἀτεράμονα, οὐχὶ ἀτέραμνα. Ἀριστοφάνης [7]Ἀχαρνεῦσιν· Ἀτεράμονες, Μαραθωνομάχοι, σφενδάμνινοι. καὶ Ἀτεράμων, ἀκατάπονος, σκληρός. Αἰλιανός· Ὁ δὲ ἀτεράμων ὢν, ἀπειώσατο ἄ-

Ἄτε δή. Ut pote. Ut. Velut.

Ἀτέκμαρτον. Obscurum. Quod nulla conjectura deprehendi potest. Aristophanes Avibus: Homo avis inconstans, huc & illuc volans, & incerta. Vel ἀτέκμαρτος ita accipiendum est, quasi dixisset, ex cujus volatu nullum augurium capi potest. De Telea hæc [Comicus] dicit. Eunapius vero inquit: Propter nobilitatem gentium in societatem coeuntium, & magnitudinem apparatus, ingens belli moles instare videbatur, variæque calamitates & incerti fortunæ casus exspectabantur.

Ἀτεκνία. Oblivio. David: Reddiderunt mihi mala pro bonis, & oblivionem animæ meæ. [Ἀτεκνίαν vero vocavit oblivionem,] quia per liberos memoria conservatur.

Ἀτέλεστος. Non initiatus. Profanus. Orgiorum expers. Qui initia non celebravit. Ælianus: Cum Dearum mysteria celebrarentur, homo quidam non initiatus & impius, secundum leges initiari recusans, curiositatis infelicis pœnas luit. Cum enim in saxum quoddam adscendisset, & ea, quæ fiebant, spectaret, ex saxo illo decidit, & gravi vulnere accepto mortuus est.

Ἀττέλεβος. Locusta quædam.

Ἀτελεύτητον. Quod non est ad finem perductũ.

Ἀτέλεια. Immunitas a publicis muneribus.

Ἀτελῆ. Non sumptuosa. Ut πολυτελῆ, sumptuosa.

Ἀτενές. Rectum. Continuum. Omnino. Universaliter. Confestim. Valde. Vehementer. Simpliciter. Vel valde attente.

Ἀτενίζω. Accusativo jungitur. Ἐνατενίζω vero, dativo.

Ἄτερ. Extra. Præter. Sine.

Ἀτέραμνον. Durum. Quod non facile mutatur. Dicitur autem ἀτεράμονες, non ἀτέραμνοι. Et singularis ἀτεράμων, non ἀτέραμνος. Et ὄσπρια ἀτεράμονα, non ἀτέραμνα, legumina, quæ non facile coquuntur. Aristophanes Acharnensibus: Duri, Marathonomachæ, acerni. Et ἀτεράμων, indomitus, indefessus, durus. Ælianus: Ille vero, cum esset durus [& inexora-

1 Ἦν δὲ ἄτεγκτος οὗτος ὁ παῖς, καὶ ἀμ.] Integrum locum Æliani, ex quo fragmentum hoc decerptum est, exhibet Suidas infra v. Μιλήσιος.

2 Ἀλλ' ἦν τῆς ἀγροικοτέρας τε καὶ ἀτέγκτου μοίρας] Hæc sunt verba Philostrati, de Claudio Imperatore, quæ leguntur apud Photium pag. 1024, 39.

3 Ἄνθρωπος ἀστάθμητος πετόμενος] Apud Aristoph. Avibus pag. 548. (374. Ed. Bas. P.) locus iste recte sic legitur & distinguitur:

Ἄνθρωπος ὄρνις ἀστάθμητος πετόμενος
Ἀτέκμαρτος.

4 Ἀτεκνία. ἡ λήθη] Hanc expositionem vocis ἀτεκνία Suidas hausit ex Theodoreto ad Psalm. xxxiv. pag. 527.

5 Ἀῤῥωστήματος χάριν] Hæc verba obscura sunt; quæ forte a mala manu accesserunt.

6 Ἀτεράμονες. οὐχὶ ἀτέραμνοι] Sensus est, secundum Atticos dicendum esse ἀτεράμονες, non ἀτέραμνοι.

7 Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσιν] Pag. 379. (269. Ed. Bas. P.)

ρα τὸ δῶρον. † Οὐδεὶς δὲ ἦν οὕτως ἀτεράμων καὶ βάρβαρος τὴν ψυχὴν, ὃς οὐκ ἐπείθετο καὶ κατεκηλεῖτο τοῖς ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ στόματος ἐκείνου ῥέουσι λόγοις.

Ἀτεράμων.[1] λίαν σκληρός. μὴ τειρόμενος. ἀνένδοτος. κυρίως δὲ τὰ μὴ ἑψόμενα τῶν ὀσπρίων ἀτεράμονα λέγονται· οἷον οὐχ ἁπαλά.

Ἀτερμάτιστος.[2] ἀβέβαιος. ἀθεμελίωτος.

Ἄτερος.[3] ὁ ἕτερος. Καὶ τούτων ἄτερος τῶν ἀνδρῶν. † Ὁ δὲ [4] Ἰουλιανὸς τῶν πρέσβεων ἄτερος ἀπεῖπεν ἅπασι μὴ διδόναι χρήματα τοῖς πολεμίοις.

Ἀτευκτῶ. γυναικὴ. ἀποτυγχάνω.

Ἀτέχνοις. πανούργοις, ἢ ἀπείροις. καὶ [5] Ἀτέχνως, βαρυτόνως, ἀντὶ τοῦ ἄνευ τέχνης, ἀμαθῶς, ἀμελῶς. ἐπὶ δὲ τοῦ περισπωμένου ἀτεχνῶς, ἀντὶ τοῦ ἀληθῶς. τέχνη γὰρ, ὁ δόλος. Δεῖται τοῦ Θεοῦ συμβουλὴν ἀτεχνῶς ἱερὰν παρασχεῖν αὐτῇ, καὶ διδάξαι περὶ τῶν πρακτέων. Ἀτεχνῶς, περισπωμένως, ἀντὶ τοῦ ἀληθῶς, ἁπλῶς, χωρὶς πανουργίας, σαφῶς. ἢ βεβαίως, ἢ ἀσφαλῶς, ἢ φανερῶς· οἱονεὶ ἀτενῶς, περισσοῦ ὄντος τοῦ χ. ἢ ἀντὶ τοῦ τελείως, καὶ ἀντὶ τοῦ ἰσχυρῶς, καὶ ἀντὶ τοῦ καθάπαξ, καὶ ἀντὶ τοῦ παντελῶς. οὕτω Πλάτων. Εὐδαιμονῶν ἀτεχνῶς τὴν Ἀριστοτέλους εὐδαιμονίαν. Καὶ αὖθις [6] Οὐκ ἂν διαλεχθείην τοῖς [7] ἄλλοις ἀτεχνῶς, οὐδ' ἂν ἀπαντῶν. ἢ ἀτεχνῶς, ἀντὶ τοῦ ὅλως, καὶ συνόλως. οἷον ἀδόλως. τέχνας γὰρ ἔλεγον τοὺς δόλους· [7] Ὅμηρος·

—Ἀμφὶ δὲ δεσμοὶ
Τεχνήεντες ἔχυντο.

Ἄττει. ὁρμᾷ. βαδίζει, ἐγγίζει. τὸ δὲ ἄττω, ἀπὸ τοῦ ἀΐσσω, αἴττω, ἄττω.

Ἄτη. ἡ βλάβη. [8] Ὅμηρος·

Αὐτίκα δ' εἷλ' Ἄτην κεφαλῆς λιπαροπλοκάμοιο.

ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς εἷλε τὴν Ἄτην, ἣ κατ' ἀνδρῶν κράατα βαίνει. Ἄτη δὲ ὁ Διάβολος· ὁ ἀντικείμενος. [9] Σοφοκλῆς·

Ἀλλ' οὖν εὐνοίᾳ γ' αὐδῶ,
Μήτηρ [10] ὡς εἴ τις πιστὴ,
Μὴ τίκτειν σ' ἄταν ἄταις.

Καὶ αὖθις [11] Σοφοκλῆς·

Ἐγὼ μὲν οὐδέν' οἶδ'. ἐποικτείρω δέ νιν
Δύστηνον ἔμπης, καίπερ ὄντα δυσμενῆ,
Ὅθ' οὕνεκ' ἄτῃ συγκατέζευκται κακῇ.

Ἀττήλας. ὁ τῶν Σκυθῶν ἡγεμών.

*bilis,] donum recusavit. † Nullus autem erat adeo durus & animo barbaro præditus, quin verbis ex sacro illius ore fluentibus flecteretur & demulceretur.*

Ἀτεράμων. Valde durus. Qui domari & subigi non potest. Qui nullis precibus cedit. Proprie vero ita appellantur legumina, quæ non facile coquuntur, nec tenera sunt.

Ἀτερμάτιστος. Incertus. Fundamento carens.

Ἄτερος. Idem quod ὁ ἕτερος. Alter. *Et horum virorum alter.* † *Julianus vero, Legatorum alter, omnibus interdixit, ne pecuniam hostibus darent.*

Ἀτευκτῶ. Spe frustror.

Ἀτέχνοις. Astutis. Callidis. Item, imperitis. Et ἀτέχνως, cum accentu gravi, significat, absque arte, imperite, negligenter. Ἀτεχνῶς vero, cum circumflexo, vere. Τέχνη enim dolum significat. *Rogat Deum, ut consilium vere pium & sanctum sibi det, doceatque quid sit faciendum.* Ἀτεχνῶς, cum circumflexo, vere, simpliciter, absque versutia, perspicue, firmiter, constanter, manifeste. Dictum est autem quasi ἀτενῶς, redundante litera χ. Vel significat perfecte, vehementer, semel, omnino. Sic Plato. *Aristotelis beatitudine omnino fruens.* Et iterum: *Non colloquar omnino cum aliis, ne in occursu quidem.* Vel ἀτεχνῶς, prorsus, omnino. Vel absque dolo. Τέχνας enim dolos vocabant. Homerus: *Vincula vere dolosa eos circumdabant.*

Ἄττει. Ruit. Impetu fertur. Vadit. Accedit. Ἄττω vero formatum ab ἀΐσσω: [unde Attice] αἴττω, [& sublato ι,] ἄττω.

Ἄτη. Damnum. Noxa. Homerus: *Confestim vero Aten ex capite suo nitidis capillis ornato detraxit.* Hunc enim sensum habent verba illla, εἷλ' Ἄτην κεφαλῆς. Aten inquam, *quæ per virorum capita incedit.* Ἄτη vero est Diabolus, sive, adversarius. Sophocles: *Sed tamen, quia bene tibi cupio, ut mater quædam fidelis moneo, ne malum malis addas.* Et iterum Sophocles: *Ego quidem neminem novi. At, quamvis inimicum, miseror ob malum fatum, quo constrictus tenetur.*

Ἀττήλας. Attila, Scytharum dux.

1 Ἀτεράμων. λίαν σκληρός. μὴ τειρ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

2 Ἀτερμάτιστος.] Sic habent MSS. Paris. cujus loco in prioribus Edit. legitur ἀτερμάτητος; quod manifeste corruptum est. Sed nec lectionem Codicum MSS. probo, quoniam existimo scribendum potius esse ἀνερμάτιστος, eamque vocem suo loco reddendam. Significat autem ἀνερμάτιστος *non saburratus*, & proprie de navibus dicitur, ut ex vulgatis Lexicis constat. Eundem hoc loco sensum habet vox ἀβέβαιος, quoniam naves non saburratæ, & justo pondere vacuæ, vago & incerto motu huc illuc feruntur. Ἀθεμελίωτος quoque voci ἀνερμάτιστος interpretationis loco optime jungi potest, quoniam θεμέλιος in veteribus Glossis *saburra* exponitur. Hinc ἀθεμελίωτος idem omnino significat quod ἀνερμάτιστος, i. e. *non saburratus*.

3 Ἄτερος. ὁ ἕτερος.] Vide Thomam Magistrum.

4 Ὁ δὲ Ἰουλιανὸς τῶν πρέσβεων ἄτερος ἀπ.] Hæc sunt verba Procopii lib. II. *de Bello Pers.* cap. VII. pag. 103.

5 Καὶ ἀτέχνως, βαρυτόνως, ἀντὶ τοῦ ἄνευ τέχνης] Huc spectant verba Ammonii: Ἀτέχνως καὶ ἀτεχνῶς διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ βαρύτονον σημαίνει τὸ χωρὶς τέχνης ἢ ἀμαθῶς. τὸ δὲ περισπώμενον σημαίνει ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς καὶ ἀδόλως (scribe ἀδόλως) καὶ καθάπαξ, ἢ κυρίως, ἄντικρυς, ἢ φανερῶς. Vide etiam Scholiastam Aristophanis ad *Plutum* pag. 12. cujus vestigia Suidas hic secutus est.

6 Οὐκ ἂν διαλεχθείην τοῖς ἄλλοις ἀτεχν.] Hæc sunt verba Aristophanis *Nubibus* pag. 151. (85. Ed. Bas. *P.*)

7 Ὅμηρος] Il. Θ. v. 297.

8 Ὅμηρος] Il. Θ. v. 126.

9 Σοφοκλῆς] *Electra*, pag. 92.

10 Μήτηρ ὡς εἴ τις πιστή] Lege, ut apud Sophoclem, μάτηρ ὡσεὶ τις πιστά.

11 Σοφοκλῆς] *Ajace* pag. 8. ut Portus observavit.

Ἀτημελία. ἡ καταφρόνησις. ἡ ἀμέλεια. [1] Ἀγαθίας· Τὰ γὰρ μακρὰ τείχη πολλαχοῦ ὑπὸ χρόνου καὶ ἀτημελίας ἐπεπτώκει, καὶ διελύετο ἡ τοῦ μεγίστου κλίσματος οἰκοδομία. καὶ Ἀτημελήτους. ἀπρονοήτους. λίαν ἠμελημένους.

Ἀτηρότατον. [2] Σφηξί. [3] Πλάτων δ' ἐν Φάωνι, ἀτηρίας. καὶ Ἀτηρόν. Ἀριστοφάνης· [4] Οὐ γὰρ ὁ γέρων ἀτηρὸν ἦν κακόν. Καὶ αὖθις· Οἱ δὲ ἐγέλων γέλων ἀτηρόν. βλαβερόν.

Ἀτίζω. [5] εἰ μὲν σημαίνῃ τὸ ὑπερορῶ, γίνεται παρὰ τὸ τίω, τὸ τιμῶ, καὶ ἀτίζω, πλεονασμῷ τοῦ ζ. εἰ δὲ σημαίνῃ τὸ βλάπτω, παρὰ τὸ ἄτη, ἀτίζω.

Ἄττις [6] παρὰ Φρυξὶ μάλιστα τιμᾶται, ὡς πρόσπολος τῆς Μητρὸς τῶν Θεῶν. Ἄττιν, οὐχὶ Ἄττια. [7] Δημοσθένης· Καλάρχης τοῖς Σάβοις· Ἄττις Ὕης, Ἄττις. Θεόπομπος Καπηλίσι· Κολάσομαί γε σὲ, καὶ τὸν σὸν Ἄττιν.

Ἀτίθασσον. ἀνήμερον.

Ἀττικάς. ἀντὶ τοῦ ὑστεριζούσας τοῦ καιροῦ. βραδυνούσας. [8] Ἀριστοφάνης· Ἀλλ' ὄψει σφόδρα αὐτὰς Ἀττικάς. οἷον μελλούσας ἐν τοῖς πράγμασι.

Ἀττική. ὅτι Ποσειδῶν καὶ Ἀθηνᾶ ἐφιλονείκησαν περὶ τῆς Ἀττικῆς. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Γεραίτερος.

Ἀττικὴ πίστις. ἐπὶ τῶν βεβαίαν φυλαττόντων πίστιν. καὶ Ἀττικὸς μάρτυς.

Ἀττικισμός. ἡ πρὸς τοὺς Ἀττικοὺς οἰκειότης καὶ εὔνοια· ὡς Λακωνισμὸς, ἡ πρὸς τοὺς Λάκωνας. καὶ [9] Ἀττικοῖς γράμμασι, Δημοσθένης κατὰ Νεαίρας ἀντὶ τοῦ παλαιοῖς. [10] τὴν γὰρ κδ' στοιχείων γραμματικὴν ὀψέ ποτε παρὰ τοῖς Ἴωσιν εὑρεθῆναι.

Ἀττικὸς, [11] Ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως μετὰ Ἀρσάκιον, τὸν ἀπὸ τοῦ Χρυσοστόμου ἐπισκοπεύσαντα, τὸ μὲν γένος ἦν ἐκ Σεβαστείας τῆς Ἀρμενίας· ἐκ νέου δὲ φιλοσοφεῖν ἐπαιδεύθη ὑπὸ μοναχῶν τῆς [12] Μακεδονιανῆς αἱρέσεως. οἱ δὲ τότε ἐν φιλοσοφίᾳ διαπρέποντες ἀνὰ τὴν Σεβάστειαν ἐκ τῆς Εὐσταθίου διατριβῆς ἦσαν ὃν Ἐπίσκοπον καὶ ἡγεμόνα τῶν ἐνθάδε ἀρίστων μοναχῶν ἔγνωμεν. ἤδη δὲ εἰς ἄνδρας τελῶν πρὸς τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν μετέθετο. Φύσει δὲ



Ἀτημελία. Contemptus. Negligentia. Agathias: *Nam muri, qui vocabantur Longi, multis in partibus præ vetustate & neglectu corruerant, & maximi ædificii compages soluta erat.* Et Ἀτημελήτους, quorum nulla habetur cura, neglectos.

Ἀτηρότατον. Nocentissimum. [Aristophanes] *Vespis: Sed ille senex damnosum utique malum erat.* Plato in *Phaone* usus est voce ἀτηρία. Et Ἀτηρὸν, noxium. *Illi vero risum malum & pernitiosum ridebant.*

Ἀτίζω. Si quidem significat contemno, deducitur a τίω, honoro, per pleonasmum literæ ζ. Si vero lædo; ab ἄτη, malum, damnum.

Ἄττις. Attis apud Phryges maxime colitur ut matris Deum famulus. [In accusativo dicitur] Ἄττιν, non Ἄττια. Demosthenes: *Clamans Euoe Bacche, & Attis, Hyis, Attis.* Theopompus in *Cauponatricibus*: *Puniam te & tuum Attin.*

Ἀτίθασσον, Non cicuratum.

Ἀττικάς. Atticas. Sic Aristophanes vocat fœminas serius venientes & cunctantes. *Sed videbis eas omnino Atticas.* Id est, tarde omnia molientes.

Ἀττική. Attica. Regio. Neptunus & Minerva de Attica inter se contenderunt. Vide in voce Γεραίτερος.

Ἀττικὴ πίστις. *Attica fides.* De iis, qui fidem inviolatam servant. Et, *Atticus testis.*

Ἀττικισμός. Studium & benevolentia erga Atticos: ut Λακωνισμὸς, studium, quo quis partibus Laconum favet. Et Ἀττικοῖς γράμμασι Demosthenes in oratione contra Neæram dixit pro vetustis & antiquis literis. Nam rationem XXIV literis scribendi sero demum apud Ionas inventam fuisse dicunt.

Ἀττικός. Atticus, Episcopus Constantinopolitanus post Arsacium, qui post Chrysostomum Ecclesiæ præfuit. Hic patriam habuit Sebastiam, urbem Armeniæ; & ab ineunte ætate in philolosophia monastica institutus fuit a Monachis Macedonianis, qui tunc temporis in hujus sapientiæ studio apud Sebastiam florebant, & ex schola Eustathii prodierant, quem Episcopum simul & præstantissimum Monachorum patrem illic fuisse novimus. Postea autem virilem ætatem in-

1 Ἀγαθίας· Τὰ γὰρ μακρὰ τ.] Locum hunc interpolavit Suidas, qui apud Agathiam lib. V. pag. 157. sic legitur: Εἴσω τῶν μακρῶν ὀνομαζομένων τειχῶν ῥᾳδίως παρῆλθον, καὶ τοῖς ἔνδον φρουρίοις ἐπέλαζον. πολλαχῆ γὰρ ὑπὸ χρόνου καὶ ἀτημελείας ἐπεπτώκει, καὶ διελέλυτο ἡ τῶν ἐρυμάτων οἰκοδομία.

2 Ἀτηρότατον. Σφηξί. Πλάτων δ' ἐν Φάωνι ἀτηρ.] Totus hic locus confusus est, quem sic legendum & in ordinem redigendum puto: Ἀτηρότατον. Ἀριστοφάνης Σφηξί· Οὐ γὰρ ὁ γέρων ἀτηρότατος ἄρ' ἦν κακόν. Πλάτων δ' ἐν Φάωνι, ἀτηρίας. Καὶ Ἀτηρὸν, βλαβερόν. Οἱ δὲ ἐγέλων γέλων ἀτηρόν. Hunc ordinem in versione secutus sum.

3 Σφηξί] In prioribus Edit. male legitur Σφιγξί, cujus loco Σφηξί, etiam absque auctoritate MSS. reponere non dubitavi, quoniam locus, quem Suidas hic adducit, exstat apud Aristophanem *Vespis* pag. 524.

4 Οὐ γὰρ ὁ γέρων ἀτηρὸν ἦν κακ.] Senarius hic apud Aristophanem lo o laudato recte sic legitur:

Οὐ γὰρ ὁ γέρων ἀτηρότατος ἄρ' ἦν κακόν.

5 Ἀτίζω. εἰ μὲν σημαίνῃ τὸ ὑπερορῶ, γίνεται παρὰ τὸ τ.] Eadem habet Etymologus.

6 Ἄττις παρὰ Φρυξὶ μάλιστα τιμ.] Ex Harpocratione.

7 Δημοσθένης. Καλάρχης τοῖς Σάβοις· Ἄττις, Ὕης, Ἄττις] Adi ipsum Demosthenem, apud quem in oratione *de Corona*, pag. 350. locus hic aliter legitur.

8 Ἀριστοφάνης· Ἀλλ' ὄψει σφ.] Apud Aristophanem *Lysistrata* pag. 838. locus iste rectius sic legitur:

Ἀλλ' ὦ μέλ' ὄψει γε σφόδρ' αὐτὰς Ἀττικάς.

Scholiasta ineditus locum istum sic enarrat: Ὡς τῶν Ἀθηναίων ἀεὶ μελλόντων. Καὶ τὰς γυναῖκας νῦν ὄψει Ἀττικὰς ἀκριβῶς· οἷον μελλούσας ἐν τοῖς πράγμασι.

9 Ἀττικοῖς γράμμασι. Δημοσθένης κατὰ Νεαίρας ἀντὶ τοῦ παλ.] Ex Harpocratione. Cæterum de hoc argumento legenda sunt, quæ erudite contra Scaligerum disputat Salmasius ad *Inscript. Herod. Att.* pag. 30. & seqq. qui prolixe ibi docet, quare literæ antiquæ Ἀττικὰ γράμματα a Grammaticis appellentur.

10 Τὴν γὰρ κδ' στοιχείων γραμματικὴν ὀψέ ποτε παρὰ τοῖς Ἴωσιν εὑρ.] Vide infra v. Σαμίων δῆμος.

11 Ἀττικός. Ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπ.——τοῦτο μὲν τοσάδε ἀκριβῶς φασί] Hæc descripta sunt ex Sozomeni *Histor. Eccles.* lib. VIII. cap. XXVII. ut Pearsonius observavit.

12 Τῆς Μακεδονιανῆς αἱρέσεως] Apud Sozomenum rectius legitur τῆς Μακεδονίου αἱρέσεως

‡

μᾶλλον

μᾶλλον, ἢ μαθήσει φρόνιμος ὤν, ἐγένετο τῶν πρακτέων ἐπήβολος, ἐπιβουλεύειν τε καὶ πρὸς ἐπιβουλὰς ἀντισχεῖν ἱκανός. τὸ δὲ ἦθος ἐπαγωγός, ὡς πολλοῖς κεχαρισμένος εἶναι. μέτριος δὲ πρὸς τοὺς ἐπ' Ἐκκλησίας λόγους, ὡς μήτε γραφῆς ἀξίους νομίζεσθαι τοῖς ἀκροαταῖς, μήτε παιδείας παντελῶς ἀμοίρους. ἐμμελὴς γὰρ ὤν, εἴ ποτε καιρὸν ἦγε, τοὺς παρ' Ἕλλησιν εὐδοκιμωτάτους συγγραφέας ἤσκειτο· καὶ τῷ δοκεῖν ἰδιώτης εἶναι, περὶ τούτων διαλεγόμενος καὶ τοὺς ἐπιστήμονας πολλάκις ἐλάνθανεν. ἐλέγετο δὲ πρὸς τοὺς ὁμοδόξους σπουδαῖος εἶναι· τοῖς δὲ ἑτεροδόξοις φοβερός. καὶ ῥᾳδίως μὲν αὐτοῖς, ἡνίκα ἐβούλετο, δέος ἐμποιεῖν· αὖθις δὲ μεταβαλλόμενος πρᾶος φαίνεσθαι. καὶ τοῦτον μὲν τοιόνδε γενέσθαι φασίν. [1] Οὗτος ὁ Ἀττικὸς [2] μετὰ τὸ πεπαιδεῦσθαι εὐλαβής τε καὶ φρόνιμος ἦν. διὸ καὶ τὰς Ἐκκλησίας ἐπ' αὐτοῦ συνέβη εἰς μέγα ἐπιδοῦναι. οὐ γὰρ μόνον τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως συνεκρότει, ἀλλὰ καὶ τοὺς αἱρετιῶντας τῇ φρονήσει κατέπληττε. καὶ σκύλλειν μὲν αὐτοὺς οὐδαμῶς ἡγεῖτο· φοβῶν δὲ πάλιν ἐπρᾴυνεν. ἀλλὰ μὴν οὔτε λόγων ἠμέλει, ἐπόνει γὰρ περὶ τὰ τῶν παλαιῶν ἀναγνώσματα, διανυκτερεύων ἐν αὐτοῖς. διὸ καὶ οὐκ [3] ἐξεφωνεῖτο παρὰ τῶν φιλοσόφων ἢ σοφιστῶν. ἦν δὲ τοῖς ἐντυγχάνουσι χαρίεις καὶ ἐπαγωγός, καὶ τοῖς λυπουμένοις συνεστύγναζε, καὶ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, τοῖς πᾶσι τὰ πάντα ἐγίνετο. καὶ πρεσβύτης μὲν ὤν, ἐκμαθὼν οὓς καὶ ἐπόνει λόγους, ἐπ' Ἐκκλησίας ἐδίδασκε. μετὰ δὲ ταῦτα σὺν τῇ φιλοπονίᾳ καὶ παρρησίαν κτησάμενος, ἐξ αὐτοσχεδίου καὶ πανηγυρικώτατα ἐδίδασκε, καὶ [4] χαίρειν τῇ γραφῇ φράσας, ἐπὶ τὸν ἀσκητικὸν ἐτράπη βίον. οὐ μὴν τοιοῦτοι ἦσαν οἱ λόγοι ὡς παρὰ τῶν ἀκροατῶν σπουδάζεσθαι, ἢ γραφῇ παραδίδοσθαι.

gressus, ad Catholicam Ecclesiam se transtulit. Porro, cum esset natura magis quam disciplina prudens, in rebus agendis summæ fuit dexteritatis, & ad struendas evitandasque insidias solertissimus. Moribus autem fuit blandus, ita ut plerisque gratus esset. In concionibus vero Ecclesiasticis mediocris, adeo ut sermones illius nec digni qui exscriberentur, nec prorsus eruditionis expertes auditoribus viderentur. Nam, cum studiosus esset elegantiæ, si quando tempus nactus fuerat, probatissimos quosque veterum scriptorum lectitabat. Et quoniam indoctus esse videbatur, cum de illis dissereret, ipsos etiam doctos plerumque latuit. Porro, erga suæ opinionis homines bonus atque benignus fuisse dicitur: iis vero, qui diversam sectam sequebantur, terribilis, ita ut, quoties volebat, metum illis incuteret; rursus vero mutatus, mitis erga eos appareret. Atque hunc quidem talem fuisse tradunt. † Hic Atticus non solum eruditus fuit, sed etiam pietate & prudentia excelluit. Unde etiam Ecclesiæ ipso Antistete magnum incrementum cepere. Neque enim solum domesticos fidei tuebatur: verum etiam hæreticos admiratione prudentiæ suæ percellebat. Et eos quidem nullatenus vexare cupiebat: sed, cum eos terrere aggressus fuisset, mitem se posthac & placidum erga ipsos ostendebat. Neque vero doctrinæ studia neglexit. Etenim in veterum libris multum operæ posuit, noctes insomnes in eorum lectione traducens. Proinde philosophorum ac sophistarum sermonibus, tanquam re nova, minime terrebatur. Erat præterea in colloquiis urbanus, & ad alliciendos hominum animos aptissimus: idemque gemebat cum dolentibus, &, secundum Apostolum, omnibus omnia factus est. Et antea quidem, cum adhuc in presbyterii gradu constitutus esset, orationes a se compositas, quas memoriter didicerat, in Ecclesia recitabat. Postea vero ex laboris assiduitate fiduciam nactus, ex tempore loqui & panegyricam concionandi rationem sectari cœpit: tandemque, scriptione valere jussa, asceticum vivendi genus amplexus est. Nec tamen conciones ejus hujusmodi fuerunt, ut ab auditoribus vel plausu exciperentur, vel scriptis mandarentur.

Ἀτιμαγέλου. μὴ συναγελαζομένου. [5] Κέρας βουμολγὸς ταύρου κλάσσεν ἀτιμαγέλου.

Ἀτιμαγέλου. Segregis. Gregem deserentis. *Bubulcus cornu fregit tauri ab armento se segregantis.*

Ἀτιμάζω. τὸ καταφρονῶ. τὸ ἀναδύομαι. Αἰλιανός· Ταῦτά τοι οἱ Διόσκουροι οὐκ ἠτίμασαν οἱ φανῆναι πάλιν. καὶ Ἀτιμῆσαι. ἀτίμως ὑβρίσαι. Ὁ δὲ Δημοσθένης ἐδέετο συγγνῶναι τῷ παιδί, καὶ μὴ αὐτὸν ἀτιμῆσαι.

Ἀτιμάζω. Contemno. Dedignor. Ælianus: *Quamobrem Dioscuri rursus ipsi apparere non dedignati sunt.* Et ἀτιμῆσαι. Ignominia afficere. *Demosthenes vero rogabat, ut puero ignosceret, nec ipsum ignominia afficeret.*

Ἀτίμητος [6] ἀγών. ἐφ' ᾧ τίμημα ὡρισμένον ἐκ τῶν νόμων οὐ κεῖται, ἀλλ' οἱ δικάζοντες ἐτιμῶντο τί δεῖ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. ὁ δὲ τιμητός, ᾧ πρόσεστιν ἀπὸ τῶν νόμων ὡρισμένον τίμημα.

Ἀτίμητος ἀγών. Judicium inæstimatum: sive Judicium, in quo pœna vel mulcta legibus definita non erat, sed ipsi Judices æstimabant, quid reo patiendum aut solvendum esset. Judicium vero æstimatum vocabatur, in quo pœna legibus definita erat.

1 Οὗτος ὁ Ἀττικὸς μετὰ τὸ πεπ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Socratis *Histor. Eccles.* lib. VII. cap. II. ut Pearsonius observavit.

2 Μετὰ τὸ πεπαιδεῦσθαι] Lege μετὰ τοῦ πεπαιδεῦσθαι, ut apud Socratem legitur.

3 Ἐξεφωνεῖτο] Apud Socratem recte legitur ἐξενοφωνεῖτο: quam lectionem in versione expressi.

4 Καὶ χαίρειν τῇ γραφῇ φράσας, ἐπὶ τὸν ἀσκητικὸν ἐτράπη βίον] Hæc verba desiderantur apud Socratem.

5 Κέρας βουμολγὸς ταύρου κλ.] Integrum Epigramma, ex quo fragmentum hoc decerptum est, ex Cod. MS. Anthologiæ ineditæ exhibemus infra v. Ἰξόν.

6 Ἀτίμητος ἀγών. ἐφ' ᾧ τίμημα ὡρισμ.] Ex Harpocratione.

Ἄτιμος.[1] ἀνήκουστος. [2] Καί μ' ὁ Φοῖβος ἄτιμον ἐξέπεμψεν. περὶ ὧν γὰρ ἀπῆλθεν, οὐκ ἤκουσεν. [3] ἰδίως Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς τὸν ἀτιμώρητον λέγει. τουτέστιν, ὃν ἄν τις ἀποκτείνας οὐχ ὑπόκειται ἐπιτιμίῳ, ἀλλ' ἔστι καθαρὸς αἰτίας· οἷον, ὁ τὸν ἄτιμον ἑλών.

Ἄτιμος. Non exauditus. *Et me Phœbus non auditum abire jussit.* Nihil enim audiverat eorũ, quorum causa oraculum adierat. Peculiariter vero Demosthenes in *Philippicis* ἄτιμον vocat eum, quem sanctio legum a vi & injuria aliorum non defendit: sive, quem impune occidere licet; ita ut, qui eum occidit, pœnæ non sit obnoxius, sed omni crimine vacet: ut qui hominem infamia publice notatum interfecit.

Ἀτιμότερον. ἀντὶ τοῦ εὐτελέστερον, ἀτεχνότερον. Μηδένα μηδὲν τῶν ἐρέσθαι δεομένων εἴπῃς μηδὲν, ἕστ' ἂν ἀφίκωμαι. εἰ δὲ μή μοι προσέξοις, ἐρεῖς δὲ ἄκοντος, ἀτιμότερόν με θήσεις. † Εἰν ἀΐδᾳ γὰρ μένων Θερσίτης οὐδὲν ἀτιμότερος.

Ἀτιμότερον. Viliorem. Inertiorem. *Nihil prorsus dicas cuiquam eorum, qui te interrogabunt, donec rediero. Quod si vero monentem me non audiveris, at me invito dixeris, dedecore me afficies.* † *Thersites apud inferos non est inhonoratior reliquis.*

Ἀτιμώρητος. ἀβοήθητος, ἢ θαυμαστός. ἔστι δ' ὅτε καὶ ὁ κακός. ἐπὶ οὖν τοῦ ἀβοηθήτου Αἰλιανός· Οὐ μὴν ἀτιμωρήτους ἐγένετο μεῖναι τοὺς παῖδας τοὺς ἀλοηθέντας. ἑτεροκλινὴς γὰρ ἡ νίκη γενομένη τῶν πλησίον ἦν.

Ἀτιμώρητος. Inultus. Cui auxilium latum non est. Admirandus. Interdum etiam malus ita vocatur. Pro *inultus* hac voce usus est Ælianus: *Accidit tamen, ut pueri verberati non manerent inulti. Victoria enim in alteram partem se inclinans propinquorum fuit.*

Ἄτλας. ὁ μυθευόμενος τὴν γῆν καὶ οὐρανὸν βαστάζειν. Καὶ [4] σιδηρέους Ἄτλαντος ὤμους. καὶ παροιμία· Ἄτλας τὸν οὐρανόν. λείπει ὑπεδέξω. ἐπὶ τῶν μεγάλοις πράγμασιν ἐπιβαλλομένων, καὶ κακοῖς περιπιπτόντων.

Ἄτλας. Atlas, quem fabulæ ferunt cœlum & terram humeris gestare. Et [in Epigrammate:] *Ferreos Atlantis humeros.* Et proverbium: *Atlas cœlum.* Desideratur, [humeris] suscepisti. Dicitur hoc de illis, qui magna aggressi infeliciter rem gerunt.

Ἀτλήτῳ. ἀνυπομονήτῳ. ἐν Ἐπιγράμματι·

Παίγνιον ἀτλήτου θηρὸς ἔχουσα κάρη.

καὶ [5] Ἀτλητῶν, μὴ καρτερῶν, μὴ φέρων, δυσανασχετῶν. Πάρειμ' ἀτλητῶν.

Ἀτλήτῳ. Intolerabili. [Terribili.] In Epigrammate: *Terribilis feræ caput ludicri loco habens.* Et Ἀτλητῶν, non tolerans, non ferens, ægre ferens. [Sophocles:] *Adsũ indigne ferens.*

Ἀτλαντικὰ πελάγη. Ἑσπέριος Ὠκεανὸς, καὶ Ἑῷος, καὶ πάντα τὰ ἄπλωτα πελάγη. καὶ Ἀτλαντὶς θάλαττα, ὁ Ὠκεανός.

Ἀτλαντικὰ πελάγη. Atlantica maria. Id est, Oceanus Orientalis & Occidentalis, & omnia maria innavigabilia. Et mare Atlanticum est pars Oceani.

Ἄτμην.[6] ὁ δοῦλος. παρὰ τὸ τιμὴ, ἀτιμήν, καὶ κατὰ συγκοπὴν, ἄτμην.

Ἄτμην. Servus. A τιμή: unde [addito α privationis] fit ἀτιμήν, & per syncopen ἄτμην.

Ἀτμίς. ἀναθυμίασις. ἄκρον πυρός. καὶ Ἀτμῶν, ἀναθυμιάσεων.

Ἀτμίς. Vapor. Exhalatio. Et Ἀτμῶν, exhalationum.

Ἄτολμοι. δειλοί, καταπεπληχότες.

Ὅθ' οὕνεκ' εἰσὶν ἀδρανέσταται ζώων,
Ψυχὰς ἄτολμοι, [7] μοῦνον εἰδότες φεύγειν.

Καὶ αὖθις· Ἐπεὶ τοίνυν ὑπ' ἀτολμίας οὗτος τῷ Θεῷ ἠπείθησε, τὸν παρόντων παίδων οἱ φασὶ τὸν πρεσβύτατον ἔργον τῆς παρούσης νόσου γενέσθαι.

Ἄτολμοι. Ignavi. Timidi. *Quia sunt animalium ignavissimi, animisque timidis præditi, & tantum fugere scientes.* Et iterum: *Quoniam igitur propter timiditatem Deo non paruit, ajunt præsentium liberorum maximum natu præsentis morbi causam ipsi fuisse.*

Ἄτομα. λεπτότατα. τὰ μὴ δυνάμενα διὰ τὴν ἄκραν λεπτότητα τέμνεσθαι. ὅτι ἄτομα ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες καὶ ἀμερῆ σώματα, διὰ τὸ ἀπαθὲς ἢ σμικρὸν ἄγαν· ἅτε μὴ τομὴν ἢ διαίρεσιν δέξασθαι δυνάμενα. οὕτω δὲ καλοῦσι τὰ λεπτότατα καὶ σμικρότατα, ἃ διὰ τῶν φωταγωγῶν εἰσβαλλόμενα ὁ ἥλιος δείκνυσιν ἐν ἑαυτῷ ἄνω καὶ κάτω παλλόμενα.

Ἄτομα. Tenuissima. Subtilissima. Quæ propter summam tenuitatem secari non possunt. Græci corpuscula partibus carentia vocarunt ἄτομα, quod propter summam parvitatem secari dividique non possint. Sic etiam vocant subtilissima & minutissima corpuscula, quæ in lumine Solis, per fenestram vel foramen aliquod in domum intrante, sursum & deorsum moveri cernuntur.

1 Ἄτιμος. ἀνήκουστος] Semel moneo, Suidam tales sæpe vocum interpretationes adferre, quæ eis sensu absoluto & proprio minime conveniant, sed tantum locum habeant in ῥήσει illa auctoris, quam Grammaticus iste forte exponit. Sic hoc loco ἄτιμος interpretatur ἀνήκουστος, non quod significatio ista proprie & absolute vocabulo illi conveniat, sed quia in loco Sophoclis, ad quem nota hæc referenda est, vox ista sensum eum habere potest.

2 Καί μ' ὁ Φοῖβος ἄτιμον ἐξέπεμψεν] Hæc sunt verba Sophoclis *Oedip. Tyran.* pag. 184. ut Portus monuit.

3 Ἰδίως Δημοσθένης ἐν Φιλιππ. τὸν ἀτιμ.] Ex Harpocratione.

4 Σιδηρέους Ἄτλαντος ὤμους] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate, quod integrum legitur Anthol. lib. 1. cap. 1. Vide etiam infra v. Ἀτρέμαστος.

5 Ἀτλητῶν, μὴ καρτερῶν, μὴ φ.] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Oedip. Tyran.* pag. 173. ut Pearsonius observavit.

6 Ἄτμην. ὁ δοῦλος. παρὰ τὸ τιμὴ, ἄτμην.] Eadem habet Etymologus.

7 Μοῦνον] Sic habent MSS. Paris. In prioribus vero Edit. minus recte legitur μᾶλλον. Sunt autem hi duo versus Choliambici.

Ἀτοπίας πλεῖστ πρᾶγμα. ἀντὶ τοῦ θαύματος. Δελεάσαντος αὐτὸν ἐς τοῦτο ἀτοπίας ἐλθεῖν Χοσρόου. ἀντὶ τοῦ ἀλογίας, ἀβουλίας. Καὶ αὖθις· Θαυμάσαι ἄν τις τὴν ἀτοπίαν τοῦ ἀνδρὸς, ὅς γε χωρὶς ἄλλων τετόλμηκε καὶ ταῦτα λέγειν. Καὶ αὖθις· Ἐπεὶ δὲ ἀνεφάνη ὕδωρ ἐξ ἴσου τῷ μὴ εὑρεθέντι ἀρχὴν, ὑπὸ ἀτοπίας ἦν. τουτέστι κακίας. καὶ Ἄτοπον ἀντὶ τοῦ ἄλογον, θαυμάσιον, παράδοξον, ξένον, κακὸν, μοχθηρόν· καὶ ὁ μὴ ἔχει τόπον. καὶ τὸ [1] ἀνυπονόητον· οἷον, ὁ μὴ ἐστι τοπάσαι. [2] Ἀριστοφάνης·

Ἄτοπος δ' ἔγκειταί μοί τις πόθος,
Ὅς με διακναίσας ἔχει.

Καὶ αὖθις· Ἀτοπίαν ὑποτοπάσας τινά.

Ἀτοπίας πλ. Res admiratione dignissima. [Ἀτοπία enim hic idem significat quod θαῦμα.] *Cum autem Chosroes illum ad tam absurdum & temerarium consilium pellexisset.* Ἀτοπία enim hic idem significat quod ἀλογία, ἀβουλία. Et iterum: *Merito quis hominis illius imprudentiam miretur, qui præter alia & hæc dicere ausus est.* Et iterum: *Postquam autem apparuit aqua, æque ac illa, quæ ab initio non fuit inventa, res mira visa est.* Et Ἄτοπον, absurdum, mirabile, inusitatum, novum, malum, improbum: vel, quod locum non habet. Item, inopinatum, sive quod suspicari & conjicere non possumus, quasi a τοπάζω. Aristophanes: *Miro quodam desiderio & amore teneor, qui me vexat & molestia afficit.* Et iterum: *Absurditatem aliquam ea in re suspicatus.*

Ἄτοσσα, ἡ Κύρου μὲν θυγάτηρ, Δαρείου δὲ γυνὴ, ἰατρεύθη ἐντέχνως ὑπὸ Δημοκήδου ἰατροῦ. καί ἐστιν ἐν τῷ Δημοκήδης.

Ἄτοσσα. Atossa, Cyri filia, Darii uxor, a Democede medico arte quadam sanata fuit.

Ἀτώμενος. ἄτης πεπληρωμένος. Ἴδοιμι δή νιν, καίπερ ὧδ' ἀτώμενον. [3] Σοφοκλῆς.

Ἀτώμενος. Malis afflictus. *Utinam videam ipsum, vel ita malis afflictus.* Sophocles.

Ἀτραβατικάς. [4] ἐν ταῖς ἑορταῖς, καὶ τοῖς ἐπινικίοις, καὶ παρόντων πρέσβεων, ἐνεδύοντο χιτῶνας καὶ χλαμύδας ποικίλας, ἀπὸ χρυσοῦ καὶ πορφύρας καὶ ἄλλως πως πολυτελεῖς. ἐν δὲ ταῖς κοιναῖς συνόδοις ξηραμπελίνας τὸ χρῶμα, ἃς ἐκάλουν [5] Ἀτραβατικὰς ἀπὸ τοῦ χρώματος. τὸ γὰρ μέλαν ἄτρον καλοῦσι. ἢ ὅτι μετὰ τραβαίας ταύταις εἰώθασι χρῆσθαι. Τραβαῖαι δὲ λέγονται αἱ πολυτελεῖς χλαμύδες.

Ἀτραβατικάς. Atrabaticas. In festis, & triumphis, & præsentibus legatis, induebant chlamydes auro & purpura variegatas, vel alio ornatu insignes: in vulgaribus autem conventibus, xerampelino colore tinctas, quas vocabant Atrabaticas; aut, quia nigrum appellabant *atrum*; aut, quia illis una cum trabeis uti solebant. Chlamydes enim pretiosæ appellantur trabeæ.

Ἄτρακτον. βέλος. μεταφορικῶς. [6] Σοφοκλῆς·

--Πρὸς [7] δὲ τούτοις, ὅ μοι βάλοι
Νευροσπαδὴς ἄτρακτος, αὐτὸς ἂν τάλας
Εἰλυόμην δύστηνος ἐξέλκων πόδα.

Καὶ Προκόπιος· Τινὸς τῶν ἐν ταῖς ἐπάλξεσιν ἀμυνομένων εὐστοχώτατα ἀφιέντος τὸν ἄτρακτον, ἀνῄρηται βληθείς. Καὶ Μένανδρος· Ὁ δὲ [8] ἐπιθοξάζετο κατὰ τοῦ βαρβάρου, καὶ μάλα εὐστοχώτατα τὸ κέρας ἐντείνας, ἀφίησι τὸν ἄτρακτον κατὰ τοῦ Κώχ. Καὶ ἐν Ἐπιγράμματι·

--Θερμὸν [9] δ' ἐπὶ θερμῷ ἰάλλει
Ἄτρακτον.——

Ἄτρακτος καὶ τὸ γυναικεῖον ἐργαλεῖον.

Ἀραχναίοιο [10] μίτου πολυδίνεα λάτριν
Ἄτρακτον, δολιχᾶς οὐκ ἄτερ ἠλακάτας.

Καὶ αὖθις·

Καὶ [11] δακτυλότριπτον ἄτρακτον,
Σπονδυλοδινήτῳ νήματι τεινόμενον.

Καὶ αὖθις·

Τόν [12] τε καρηβαρέοντα, πολυρροίζητον ἄτρακτον,
Κλωστῆρα στρεπτᾶς εὔδρομον ἁρπεδόνας.

Ἄτρακτον. Sagittam: per translationem. Sophocles: *Ad illud vero, quod sagitta mea nervo emissa percusserat, miser ego & infelix ibam, ægre pedem trahens.* Et Procopius: *Cum quidam ex propugnatoribus haud vano jactu sagittam misisset, ictu ejus necatus est.* Et Menander: *Ille vero arcum in Barbarum intendens, jactu haud vano sagittam in Cochum emisit.* Et in Epigrammate: *Crebras celeresque in me mittit sagittas.* Ἄτρακτος etiam instrumentum quoddam muliebre, sive fusum significat. [In Epigrammate:] *Et sæpe versatum fusum, cujus ope tenuissima fila nentur; non sine longa colo.* Et iterum: *Et digitis attritum fusum, suspensum e filo, quod verticillo torquetur.* Et iterum: *Atque capite gravatum, multumque strepentem fusum, quo celeriter versato filia torquentur.*

1 Ἀνυπονόητον] Sic recte etiam habet Editio Mediolanensis. In cæteris vero Editionibus, Aldina, Basileensi, & Genevensi male excusum est ἀνυπομόνητον.

2 Ἀριστοφάνης] *Ecclesiazusis* pag. 752. (506. Ed. Bas. P.)

3 Σοφοκλῆς] In *Ajace* pag. 24. ut Portus monuit.

4 Ἀτραβατικάς. ἐν ταῖς ἑορτ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Codinum *de Origin. Constantinop.* pag. 16.

5 Ἀτραβατικὰς ἀπὸ τοῦ χρώματος. τὸ γὰρ μέλαν ἄτρον κτλ.] Vide Salmasium ad Trebell. Pollionem, & Flav. Vopiscum, qui rectius observat, τὰς Ἀτραβατικὰς ab Atrebatis Galliæ populis nomen accepisse.

6 Σοφοκλῆς] *Philoctete* pag. 387. ut Portus observavit.

7 Πρὸς δὲ τούτοις, ὅ μοι βάλοι] Lege πρὸς δὲ τοῦθ', ὅ μοι βάλοι, ut recte apud Sophoclem loco laudato.

8 Ὁ δὲ ἐπιθοξάζετο κατὰ τοῦ βαρβ.] Huic fragmento subjungenda videntur ea, quæ leguntur infra v. Εὐθυπορεῖν.

9 Θερμὸν δ' ἐπὶ θερμῷ ἰάλλει κτλ.] Hæc verba decerpta sunt ex Epigrammate Leonidæ, quod exstat Anthol. lib. vii. pag. 585.

10 Ἀραχναίοιο μίτου πολυδίνεα λάτρ.] Verba hæc sunt pars Epigrammatis, quod legitur Anthol. lib. vi. cap. viii. ut Portus monuit.

11 Καὶ δακτυλότριπτον ἄτρακτον σπονδ.] Hæc verba itidem leguntur Anthol. lib. vi. cap. viii.

12 Τόν τε καρηβαρέοντα, πολυρροίζητον κτλ.] Et hæc verba decerpta sunt ex Epigrammate, quod legitur in Antholog. loco laudato.

Ἀτραμμύττιον. Θουκυδίδης. Ἀτραμμυττηνὸς δέ.

Ἀτραπιτός. ἡ ὁδός. καὶ Ἀτραπούς, ὁδοὺς τετριμμένας.

Ἀτράφαξις.[1] εἶδος λαχάνου, ὃ ταχέως εἰς μέγεθος αὔξεται.

Ἀτρέα, καὶ καθόλου τὰς ἀπὸ τῶν εἰς ευς συμφώνῳ παραληγομένων αἰτιατικὰς μηκύνουσι· τὰς δὲ καθαρὰς τῶν ευς συναιροῦσι· Χοᾶ, καὶ Μηλιᾶ, καὶ Σουνιᾶ. Ἴωνες δὲ συστέλλουσι τὰς προτέρας, Ἀτρέα καὶ Πηλέα βραχέως λέγοντες. διὸ καὶ παρὰ τοῖς τραγικοῖς οὐκ ἀναγκαῖον ἐκτείνειν, εἰ μὴ μέτρον ἀναγκάζει. καὶ τὰς ἀπὸ τῶν εἰς ης ὁμοίως. τὸ γὰρ συστέλλειν Ἰακόν. Ἀριστοφάνης[2] Γεωργοῖς· * * * *

Ἀτρεκές. ἀληθές. ἀκριβές. καὶ Ἀτρεκεῖ, ἀληθεῖ, ἀκριβεῖ.

Ἀτρέμας. ἠρέμα. καὶ Ἀτρεμία, ἡσυχία. καὶ Ἀτρεμίζων, ἑδράζων.

Ἀτρέως[3] ὄμματα. οἷον ἄτρεπτα καὶ σκληρά. εἴρηται δὲ ἀπὸ τῆς Ἀτρέως παρανομίας· ὃς ὑποπτεύσας ἐκ διαβολῆς τὸν ἀδελφὸν Θυέστην μοιχεύειν Ἀερόπην τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, τὰ τέκνα τοῦ Θυέστου συγκόψας, καὶ ἑψήσας, δεῖπνον παρέθηκε τῷ πατρί, αἴσθησιν παρασχὼν τῆς συμφορᾶς ἐκ τοῦ τελευταῖα τὰ ἄκρα παραθεῖναι.

Ἀτρέπτως. ὀρθῶς. Αἰλιανός· Ὑπὲρ τῶν μελλόντων ἀτρέπτως τε καὶ παναληθῶς προθεσπίζουσα.

Ἄτρεστος. Ἐνθλίψω[4] δὲ προνοίᾳ

Αἵρεσιν ἀτρέστου μητέρ' ἐλευθερίης.

καὶ Ἀτρέστως, ἀφόβως, ἀνηλεημόνως. Οἱ δὲ ἀτρέστως πάντας ἐφόνευσαν.

Ἀτρείδης, καὶ Ἀτρείδας, καὶ Ἀτρείδαιν. τὴν γενικὴν περισπᾶν ἀξιοῦσιν οἱ ἀναλογικοί· τὴν δὲ δοτικὴν βαρυτονεῖν.

Ἀτρίψ. ἀμαθής. ἀτριβής. Οὐδὲ γὰρ ἦν οὐδὲ τούτων ἀτρὶψ ὁ Παπίριος. Καὶ αὖθις· Ἀτρὶψ γὰρ ἦν τῆς ὁδοῦ ταύτης.

Ἀτρόμητος. ὄνομα κύριον. καὶ ὁ ἄφοβος. [5] ἐν Ἐπιγράμματι·

Ταῦρον βαθὺν πίονα, καὶ σιδαρέους
Ἄτλαντος ὤμους, καὶ κόμαν Ἡρακλέους,
Σεμνάν θ' ὑπήναν, καὶ Λέοντος ὄμματα
Μιλησίου γίγαντος, οὐδ' Ὀλύμπιος
Ζεὺς ἀτρόμητος εἶδεν.

καὶ Ἀτρόμως, ἀφόβως.

Φεύγων ἀτρόμως καὶ τρέχων ὑποστρέφει.

περὶ τοῦ Πέρσου Πισίδης.

Ἄτρον. τὸ μέλαν παρὰ Ῥωμαίοις.

Ἀτροφῆσαν ἐμαράνθη. μὴ τραφέν.

Ἀτραμμύττιον. Atrammytium. [per υ scribitur.] Thucydides. Ἀτραμμυττηνὸς vero, [per ι.]

Ἀτραπιτός. Via. Et Ἀτραπούς, vias tritas.

Ἀτράφαξις. Atriplex. Genus oleris, quod celeriter augetur & crescit.

Ἀτρέα. [Attici] omnes accusativos nominum in ευς desinentium, & consonantem in penultima habentium, producunt. Accusativos vero puros a nominibus in ευς deductos contrahunt: ut Χοᾶ, Μηλιᾶ, Σουνιᾶ. Iones autem accusativos priores corripiunt, Ἀτρέα & Πηλέα breviter pronuntiantes. Quamobrem & apud Tragicos eos producere necesse non est, nisi metrum cogat. Eadem ratio est accusativorum, qui a nominibus in ης deducuntur. Eos enim Iones corripiunt. Aristophanes in *Agricolis:* * *

Ἀτρεκές. Verum. Accuratum. Et Ἀτρεκεῖ, vero, accurato.

Ἀτρέμας. Quiete. Tranquille. Et Ἀτρεμία, quies, tranquillitas. Et Ἀτρεμίζων, quiescens.

Ἀτρέως ὄμματα. *Atrei oculi.* Dicitur de torvo & truculento aspectu: ductumque est proverbium ab Atrei immanitate, qui cum calumniis aliorum persuasus fratrem Thyestem cum uxore sua Aerope rem habere suspicaretur, filios Thyestis in frusta concisos & coctos patri epulandos apposuit: quam calamitatem tum demum intellexit Thyestes, cum ei extremæ membrorum partes apponerentur.

Ἀτρέπτως. Recte. Ælianus: *Futura recte & vere omnino prædicens.*

Ἄτρεστος. Intrepidus. [In Epigrammate:] *Elegisti sectam matrem intrepidæ libertatis.* Et Ἀτρέστως, intrepide, sine metu, crudeliter. *Illi vero omnes crudeliter interfecerunt.*

Ἀτρείδης, & Ἀτρείδας, & Ἀτρείδαιν. Qui analogiam sequuntur, genitivum circumflectendum esse censent: dativo autem accentum gravem tribuunt.

Ἀτρίψ. Imperitus. In aliqua re non versatus. *Papirius enim ne horum quidem erat imperitus.* Et iterum: *Viæ enim hujus erat imperitus.*

Ἀτρόμητος. Atrometus. Nomen proprium. Item, intrepidus. In Epigrammate: *Taurum immanem & robustum, & ferreos Atlantis humeros, & comam Herculis, gravemque barbam, & oculos Leonis gigantis Milesii, ne Jupiter quidem sine tremore aspexit.* Et Ἀτρόμως, intrepide. *Fugiens intrepide currensque revertitur.* De Persa Pisides.

Ἄτρον. Nigrum apud Romanos. Atrum.

Ἀτροφῆσαν ἐμαράνθη. *Propter defectum alimenti contabuit.*

1 Ἀτράφαξις. εἶδος λαχάνου, ὃ ταχ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* pag. 226.

2 Ἀριστοφάνης Γεωργοῖς] In Edit. Mediol. post hæc verba exigua lacuna relicta est: quod arguit, quædam hic desiderari.

3 Ἀτρέως ὄμματα. οἷον ἄτρ.] Ex Diogeniano.

4 Ἐνθλίψω δὲ προνοίᾳ] Horum verborum sensus obscurus est, nec quid ea sibi velint, propter brevitatem fragmenti sciri potest.

5 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. 1. cap. 1. ut Portus etiam observavit.

Ἀτρω-

Ἄτρωτος. ἀσινής. ἀπαθής. Ἀλλ' ἦμεν ἄτρωτος ὑπὸ τῶν τοιούτων παθῶν, ἢ ὁ Αἴας ὑπὸ σιδήρου.

Ἄτρυτος. ἀκαταπόνητος. [1]Φιλολογίᾳ τε καὶ ἀτρύτοις πόνοις ἐγκείμενος, εὐφυεστέρων καὶ πρεσβυτέρων κατέχουσι δόξας τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι. Καὶ αὖθις Ταῖς δὲ ἡμέραις ἀτρύτοις πόνοις ἑαυτὸν πρὸς γεωργίαν ἐξεδίδου. † Δίκη γὰρ πάντα ἐφορῶσα ἄγρυπνός ἐστι φύσει, καὶ θεία, καὶ ἄτρυτος. Καὶ αὖθις· [2]Φιλοπονίαν ἔχει ἄτρυτον.

Ἀτρυτώνη. ὄνομα.

Ἀτρύφερος. ἡ λέξις ἐν [3]Βάπταις Εὐπόλιδος.

Ὅτι οὐκ ἀτρύφερος οὔτ' ἄμορφος ἔστ' ἀνήρ.

Ἀτυζόμενος. Αἰολικόν ἐστιν. ἤγουν λυπούμενος, θορυβούμενος, ταρασσόμενος. καὶ Ἀτυζομένη. ἐκπληττομένη τοῖς συμβεβηκόσι, καὶ ὀδυρομένη. Ἠλέκτρα φησί·

Νήπιος, [4]ὅστις τῶν οἰκτρῶς
Οἰχομένων γονέων ἐπιλάθεται.
Ἀλλ' ἐμέ γ' ἁ στονόεσσ' ἄραρε φρένας,
Ἃ Ἴτυν, αἰὲν Ἴτυν γ' ὀλοφύρεται,
Ὄρνις ἀτυζομένα Διὸς ἄγγελος.

τὸ δὲ ἄραρεν, ἀντὶ τοῦ ἤρεσέ μου ταῖς φρεσί. τουτέστιν, ἐκείνην ζηλῶ τὴν ἀεὶ τὸν Ἴτυν στενάζουσαν.

Ἀτυφία. ταπεινοφροσύνη. καὶ Ἄτυφον, ἐν Φαίδρῳ τὸ ἀβλαβές. ἐπεὶ τὸ τύφον βλάπτει· καὶ τὸ ἐπιτεθυμμένον ὁμοίως. τὸ γὰρ θύψαι, ἐπικαῦσαι. καὶ θυμάλωπες,[5] οἱ ἀπολελειμμένοι τῆς θύψεως ἄνθρακες, οἱ [6]ἡμίκαυστοι. καὶ Ἀτύφου μοίρας, τῆς ἀβλαβοῦς ὑπὸ τύφου. [7]Ἄτυφον φασὶν εἶναι τὸν σοφόν. ἴσως γὰρ ἔχει πρός τε τὸ ἔνδοξον καὶ ἄδοξον. εἶναι δὲ καὶ ἄλλον ἄτυφον, κατὰ τὸν εἰκαῖον τεταγμένον· ὅ ἐστι φαῦλον. † Οἱ δὲ εἰρηναίως ἐσταλμένοι ἄνευ δορυφόρων ἄγοντες τὴν ἱερουργίαν ἧκον ἀτυφότατα ἐκεῖνοι. Αἰλιανός φησι.

Ἀτυχῆσαι. μὴ τυχεῖν.

Ἀοιδή. ᾠδή.

Ἀοίδιμος. ὑμνητός.

Ἀοιδός. ὁ μελῳδός. καὶ ὁ ποιητής. [8]Ὅτι καὶ τὸ τῶν ἀοιδῶν γένος σῶφρον ἦν τὸ παλαιόν, καὶ φιλοσόφων διάθεσιν ἔχον. [9]Ἀγαμέμνων γὰρ τῇ Κλυταιμνήστρᾳ σωφρονιστῆρα τοῦτον ἀφίησιν· ὃς πρῶτον ἀρετὰς γυναικῶν διερχόμενος, ἐνέβαλλέ τινα φιλοτιμίαν εἰς καλοκαγαθίαν· εἶτα διατριβὴν παρέχων ἡδεῖαν, ἀπεπλά-

Ἄτρωτος. Illæsus. Non vulneratus. Mali expers. *Sed ab hujusmodi affectibus animus ejus non magis vulnerari poterat, quam Ajax a ferro.*

Ἄτρυτος. Indefessus. *Elegantioribus literis indefesso studio & labore incumbens, nomine suo gloriam illorum, qui ingenio & ætate superiores erant, obscuravit.* Et iterum: *Interdiu vero indefesso labore terram colebat.* † *Justitia enim omnia videns, natura vigil est, & divina, & indefessa.* Et iterum: *Indefessæ est industriæ.*

Ἀτρυτώνη. Atrytone. [Epithetum Minervæ.]

Ἀτρύφερος. Deliciis non addictus. Incultus. Hoc vocabulum legitur in Eupolidis *Baptis.* *Quia nec incultus nec deformis est vir iste.*

Ἀτυζόμενος. Æolicum est. Id est, dolens, turbatus, perturbatus. Et Ἀτυζομένη, malis consternata, & mœrens. Electra inquit: *Stultus est, qui parentum suorum misere pereuntium obliviscitur. Sed gemebunda illa animo meo congruit, quæ Ityn semper, Ityn illum luget, avis inquam luctui & mœrori indulgens, Jovisque nuncia [luscinia.]* Ἄραρεν hic significat, animo meo congruit, vel apta est. Id est, imitor illam, quæ Ityn semper luget.

Ἀτυφία. Modestia. Vacuitas fastus. Et Ἄτυφον [apud Platonem] in *Phædro* significat illæsum. Quod enim urit, lædit; uti & τὸ ἐπιτεθυμμένον. i. e. incensum. Θύψαι enim significat accendere, urere. Et θυμάλωπες, carbones semiusti, qui ex incendio relicti sunt. Et ἀτύφου μοίρας, ex genere illorum, qui fastus expertes sunt. † *Dicunt sapientem fastus expertem esse, & eodem loco habere gloriam & infamiam. Esse item & alium fastus expertem; eum nempe, qui temere & in diem vivat: quod malum est.* † *Illi vero habitu pacis induti absque satellitibus & sine ullo fastu incedebant, victimam adducentes.* Ælianus inquit.

Ἀτυχῆσαι. Spe vel voto suo frustrari.

Ἀοιδή. Idem quod ᾠδή. Carmen. Cantus.

Ἀοίδιμος. Celebratus. Celebris.

Ἀοιδός. Cantor. Item, poeta. Cantorum autem genus olim erat modestum & philosophica prorsus morum integritate. Agamemnon enim uxori Clytæmnestræ cantorem relinquit custodem & morum magistrum: qui primum virtutes mulierum enarrans, honestatis & virtutis studium animo ejus inje-

1 Φιλολογίᾳ τε καὶ ἀτρύτοις πόνοις —— τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι] Hæc verba leguntur etiam apud Photium in Excerptis ex Damascio pag. 1056. ut Pearsonius observavit.

2 Φιλοπονίαν ἔχει ἄτρυτον] Ex Damascio. Vide Photium pag. 1033. ubi eadem verba leguntur.

3 Ἐν Βάπταις Εὐπόλιδος] Vide, quæ de hac fabula Eupolidis notavit Angelus Polit. *Miscellan.* cap. x.

4 Νήπιος, ὅστις τῶν οἰκτρῶς οἰχ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Sophoclis *Electra* pag. 87. ut Portus observavit. Vide etiam supra v. Ἀηδών, & v. Ἄραρε.

5 Θυμάλωπες, οἱ ἀπολελειμμένοι τῆς θύψ. ἄνθρ. οἱ ἡμ.] Eadem leguntur infra v. Θυμάλωπες, & v. Θύψις.

6 Οἱ ἡμίκαυστοι] Puto legendum, ἢ οἱ ἡμίκαυστοι.

7 Ἄτυφον φασὶν εἶναι τὸν σοφ. —— ὅ ἐστι φαῦλον] Hæc sunt verba Laertii lib. VII. Segm. CXVII.

8 Ὅτι καὶ τὸ τῶν ἀοιδῶν γένος σῶφρον ἦν τὸ παλ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Athenæi lib. 1. pag. 14.

9 Ἀγαμέμνων γὰρ τῇ Κλυταιμν. σωφρονιστῆρα τοῦτον ἀφίησιν] Apud Athenæum hodie legitur: Ἀγαμέμνων γοῦν τὸν ἀοιδὸν καταλείπει τῇ Κλυταιμνήστρᾳ φύλακα καί παραινετήρά τινα: verbis quidem diversis, sed sensu eodem. Notandus hic est mos antiquissimus veterum Græcorum, qui peregre profecturi uxoribus suis quendam ex amicis vitæ & morum inspectorem relinquere solebant. Sic Hippocrates Abderam profecturus Dionysio cuidam uxoris suæ curam

vel

να τὴν διάνοιαν φαύλαν ἐποίουν. διόπερ Αἴγισθος οὐ πρότερον διέφθειρε τὴν γυναῖκα, πρὶν τὸν ἀοιδὸν ἀποκλεῖσαι. ὁ δὲ Δημόδοκος ᾄδει τὴν Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεος συνουσίαν, οὐ διὰ τὸ ἡδὺ καὶ τὸ ἀποδέχεσθαι τοῦτο τὸ πάθος, ἀλλ' ἀποτρέπων αὐτοὺς παρανόμων ὀρέξεων, εἰδὼς ἐν τρυφερῷ βίῳ τεθραμμένους· (αἰεὶ γὰρ αὐτοῖς δαίς τε φίλη, κίθαρίς τε) [1]ὁμοιότητα τοῖς τρόποις αὐτοῦ τὰ πρὸς ἀνάπαυσιν φέρων. [2]καὶ τὸν Φήμιον ποιεῖ ᾄδοντα πρὸς τὴν βουλὴν αὐτῶν. καὶ αἱ Σειρῆνες δὲ ᾄδουσι τῷ Ὀδυσσεῖ τὰ μάλιστα αὐτὸν τέρψοντα, καὶ τὰ οἰκεῖα τῇ φιλοτιμίᾳ αὐτοῦ καὶ πολυμαθείᾳ. λέγουσι δὲ, ὅτι πᾶς [3]ὁ τῆς ᾠδῆς αὐτοῦ ἀκούσας τερψάμενος νεῖται, καὶ πλείονα εἰδώς.

cit; & deinde varia ei vitæ oblectamenta præbens, mentem ejus a pravis cogitationibus avertit. Quamobrem Ægisthus eam non prius vitiavit, quam cantorem occidisset. Demodicus vero Veneris & Martis concubitum canit, non quod vitium istud probaret, sed ut [Phæacas] ab illicitis cupiditatibus revocaret, quippe quos molliter & delicate educatos esse, & conviviis citharæque cantu maxime gaudere norat. Quare, ut a voluptatibus eos abduceret, moribus ipsorum simillima recitavit. Et Phemium [apud procos] talia canentem facit, quæ ipsi volebant. Sirenes etiam Ulyssi canunt, quæ ipsum maxime delectatura erant, ejusque curiositati variæque eruditioni conveniebant. Dicunt enim, quemlibet, qui cantum ipsarum audivisset, & voluptate perfusum & doctiorem ab ipsis discedere.

Ἄοινος. ἐπὶ τῶν μὴ γευομένων οἴνου. καὶ ἐπὶ τῶν μὴ ἐχόντων οἶνον.

Ἄοινος. Tam dicitur de abstemiis, quam de illis, qui vinum non habent.

Ἀῷον. ἑῷον ἀστέρα. οὕτως [4]Ἀριστοφάνης.

Ἀῷον ἀστέρα. Stellam Orientalem. Sic Aristophanes.

Αὖ. δή. ἢ πάλιν.

Αὖ. Sane. Rursus.

Αὖ. ποτὲ μὲν ἀντὶ τοῦ πάλιν· ποτὲ δὲ καὶ ἐκ περισσοῦ τίθεται.

Αὖ. Interdum ponitur pro πάλιν, rursus: interdum vero redundat.

Αὐαλέος. χαλάξηρος. παρὰ τὸ αὔω, τὸ ξηραίνω, αὖος καὶ αὐαλέος.

Αὐαλέος. Aridus. Siccus. Ab αὔω, arefacio, fit αὖος: unde αὐαλέος.

Αὐάνθη. ἐξηράνθη.

Αὐάνθη. Arefactus est. Siccatus est.

Αὔγαρος, Ἐδέσσης βασιλεὺς ὅστις ἐπὶ Τραϊανοῦ βασιλέως ἦν, καὶ δῶρα αὐτῷ προσῆλθεν ἐκεῖσε ἀφιγμένῳ. ζήτει ἐν τῷ Φυλάρχης.

Αὔγαρος. Augarus, Edessæ Rex, qui Trajani Imperatoris temporibus vixit, eique Edessam venienti dona obtulit. Quære in v. Φυλάρχης.

Αὐγέας, [5]Ἀθηναῖος, κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ, Ἄγροικος, Πορφύρα, Δὶς κατηγορούμενος. ἔστι δὲ τῆς μέσης κωμῳδίας.

Αὐγέας. Augeas, Atheniensis, Comicus. Ex ipsius fabulis sunt, *Agrestis, Purpura, Bis accusatus.* Est autem mediæ Comœdiæ Comicus.

Αὐγοειδής. [6]Ἔφασκε δ' οὖν παρ' ἐκείνου καὶ ἐκεῖνο ἀκηκοέναι ὁ Ἰσίδωρος, ὡς ἔχει τι ἡ ψυχὴ αὐγοειδὲς ὄχημα λεγόμενον, ἀστροειδές τι καὶ ἀΐδιον. [7]καὶ τοῦτο μέν τοι τῷ ἀστροειδεῖ σώματι τῷδε ἀποκέκλεισται ἐνίοις μὲν, εἴσω τῆς κεφαλῆς· ἐνίοις δὲ, εἴσω τοῦ δεξιοῦ ὤμου· ὅπερ οὐδεὶς φαίνεται ἄλλος ἱστορήσας.

Αὐγοειδής. Splendidum. Coruscum. Illud etiam ex eo se audivisse dicebat Isidorus, animam habere vehiculum quoddam coruscum, quod sit astris simile & æternum. Id autem vehiculum in hoc corpore conclusum esse, nonnullis quidem in capite; nonnullis vero in humero dextro: quod nullus alius memoriæ prodidit.

Αὔγουστος Καῖσαρ, Ὀκταουιανὸς, ὁ καὶ Σεβαστὸς ἐπικληθεὶς, [8]περὶ τοῦ ἰδίου βίου καὶ τῶν πράξεων βιβλία ιγ', καὶ τραγῳδίαν Αἴαντός τε καὶ Ἀχιλλέως. Ὅτι [9]Αὔγουστος Καῖσαρ δόξαν αὐτῷ πάντας τοὺς

Αὔγουστος Καῖσαρ. Cæsar Octavianus, qui Augustus cognominatus est, de vita sua & rebus gestis tredecim libros scripsit: itemque Tragœdias *Ajacem* & *Achillem*. Huic Augusto Cæsari visum est omnes, qui imperi-

committit, cumque rogat, ut vitam moresque ejus observet. Verba ejus Epist. xvi. hæc sunt: Ἐπισκόπει δὲ ὅμως καὶ τὰ ἐκείνης, ὅπως διάγῃ σωφρόνως, ἢ μὴ τῇ τἀνδρὸς εἰς ταύτην ἄλλως τἀνδρὸς νομίζῃ. Et paulo post: Ἀλλ' ὅμως καὶ ἐχέλευε νῦν σωφρονίζοντος. ἔχει γὰρ φύσει τι ἀκόλαστον ἐν ἑαυτῇ. ὅπερ εἰ μὴ καθ' ἡμέραν ἐπικοπτοῖτο, ὡς τὰ δένδρα κατακλωμένοις.

1 Ὁμοιότητα τοῖς τρόποις αὐτοῦ τὰ πρὸς ἀνάπαυσιν φέρων] Rescribe ex Athenæo: ὁμοιότητα τοῖς τρόποις αὐτῶν τὰ πρὸς ἀνάπαυσιν προσφέρων.

2 Καὶ τὸν Φήμιον ποιεῖ ᾄδοντα πρὸς τὴν βουλὴν αὐτῶν] Athenæus plenius habet: Καὶ τοῖς μνηστῆρσιν ᾄδει πρὸς τὴν αὐτῶν βουλὴν Φήμιος νόστον Ἀχαιῶν.

3 Ὁ τῆς ᾠδῆς αὐτοῦ] Lege, ὁ τῆς ᾠδῆς αὐτῶν. Referenda enim hæc sunt ad Sirenes, quæ Odyss. M. v. 186. & seqq. Ulyssem talibus verbis alloquuntur:

Οὐ γάρ πώ τις τῇδε παρήλασε νηῒ μελαίνῃ,
Πρίν γ' ἡμέων μελίγηρυν ἀπὸ στομάτων ὄπ' ἀκοῦσαι·
Ἀλλ' ὅγε τερψάμενος νεῖται, καὶ πλείονα εἰδώς.

Lege ibi & sequentia.

4 Ἀριστοφάνης] In *Pace*, pag. 686. (467. Ed. Bas. P.)

5 Αὐγέας, Ἀθηναῖος, κωμ.] Ejus mentionem faciunt Clemens Alexandrinus, & Jul. Pollux, ut observavit Meursius in *Bibliotheca Attica*.

6 Ἔφασκε δ' οὖν παρ' ἐκείνου καὶ ἐκεῖνο ἀκηκ.] Hoc fragmentum ex Damascio deprompsit Suidas.

7 Καὶ τοῦτο μέν τοι τῷ ἀστροειδεῖ σώματι τῷδε] Cum Porto legere malim, καὶ τοῦτο μέν τοι τὸ ἀστροειδὲς ἐν σώματι τῷδε ἀπο.

8 Περὶ τοῦ ἰδίου βίου καὶ τῶν πρ.] De scriptis Augusti vide Vossium in opere *de Histor. Lat.* & præcipue Rutgersium *Var. Lect.* lib. II. cap. XIX. qui fragmenta Augusti Cæsaris ex variis auctoribus collecta disposuit & notis illustravit.

9 Ὅτι ὁ Αὔγουστος Καῖσαρ δόξαν αὐτῷ πάντας τοὺς οἰκ.] De hoc loco vide omnino Casaubonum contra Baronium Exercit. I. num. 93. & Usserium in *Annalibus* ad A. M. 3996. qui recte observarunt, Suidam hic censum Urbis pro censu totius Orbis Romani Lectori obtrudere: cum ridiculum sit credere, non plures fuisse totius imperii Romani incolas, quam quot Suidas hic exprimit.

οἰκή-

οἰκήτορας Ῥωμαίων κατὰ πρόσωπον ἀριθμεῖν, βουλόμενος γνῶναι πόσον ἐστὶ πλῆθος. καὶ εὑρίσκονται οἱ τὴν Ῥωμαίων οἰκοῦντες νί μυριάδες καὶ χίλιοι ιζ΄ ἄνδρες.

Αὔγουστος ὁ Καῖσαρ, ἀνεψιὸς Ἰουλίου Καίσαρος ἀφ᾽ οὗ καὶ ὁ μὴν Αὔγουστος ἐπικέκληται. Αὔγουστα δὲ λέγονται τὰ τίμια, καὶ μεγάλα, καὶ ἐπίσημα. ἐπ᾽ αὐτοῦ γὰρ ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ Θεὸς καὶ σωτὴρ ἡμῶν, τὴν σάρκα ἀνείληφεν ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. † [1] Ὅτι [2] Αὐγουστεῖον ἐκλήθη, διότι τῇ ιε΄ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς οἱ ῥεγεωνάρχαι καὶ σεβαστοφόροι ἐχόρευον ἐν τῷ Αὐγουστείῳ, οἷον ἐν τῷ ὀψοπωλίῳ, εἰς [3] τιμὴν Τιβερίου. τὸν δὲ τοιοῦτον τόπον οὕτως ἐκάλεσαν ἀπὸ τοῦ Αὐγούστου. ἔστησε δὲ καὶ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος [4] εἰς τὸ ἀσκεπὲς τῆς δάφνης στήλην τῆς ἑαυτοῦ μητρὸς, ἐξ ἧς ὠνόμασε τὸν τόπον Αὐγουστεῖον. καὶ ὅτι Αὐγούστου Καίσαρος ἀποθανόντος Τιβέριος καὶ Δροῦσος προηγοῦντο τοῦ πένθους, τοῦ νεκροῦ παντελῶς μὴ ἁπτόμενοι. οὐ γὰρ ἐξῆν τοῖς μοναρχοῦσι. τὰς δὲ διαθήκας αἱ Ἑστιάδες εἶχον, ἃς διέθετο. [5] ὅτι Αὔγουστος Καῖσαρ θυσιάσας ἤρετο τὴν Πυθίαν, τίς μετ᾽ αὐτὸν βασιλεύσει· καὶ εἶπε·

Παῖς [6] Ἑβραῖος κέλεταί με, Θεοῖς μακάρεσσιν ἀνάσσων,
Τόνδε δόμον προλιπεῖν, καὶ ἀΐδην αὖθις ἱκέσθαι.
Λοιπὸν ἄπιθι σιγῶν ἐκ βωμῶν ἡμετέρων.

καὶ ἐξελθὼν ἐκ τοῦ μαντείου ὁ Αὔγουστος, ἔστησεν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ βωμὸν, ἐν ᾧ ἐπέγραψε Ῥωμαϊκοῖς γράμμασιν· Ὁ βωμὸς οὗτός ἐστι τοῦ πρωτογόνου Θεοῦ.

Αὖδα. λέγε. καὶ Αὐδήσας, βοήσας, φωνήσας.

Αὐδή. ἡ φωνή. καὶ Αὐδήεσσα, φωνητικὴ, ὀνομαστὴ, ἔνδοξος. ἢ Αὐδωμένη, εἰς ὁμιλίαν καὶ φωνὴν ἀνθρώπων ἀφικνουμένη. καὶ Αὐδήεις, φωνητικός.

Αὐδναῖος. ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν. ὁ Ἰανουάριος.

Αὐδὼδ, [7] κριτὴς τοῦ Ἰσραὴλ, [8] ἐκ τῶν ἀλλοφύλων ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ [9] ἐν τῇ ἀροτροπόδῃ τῶν βοῶν ἐπάταξεν ἄνδρας χ΄.

Αὐαίνεται. ξηραίνεται. Αὗοι γὰρ, οἱ ξηροί. καὶ Αὐασμὸς, ξηρασία. ἡ πρώτη δασύνεται. καὶ Ἀριστοφάνης·

Ἐνταυθὶ δὴ παιδάριον ἐξαυαίνεται.

καὶ ἑτέρωθι·

Ὥστ᾽ ἔγωγ᾽ ηὐαινόμην θεώμενος.

um Romanum inhabitarent, viritim percensere, quod scire vellet, quanta esset ipsorum multitudo. Et inventi sunt, qui Romanam ditionem inhabitabant quadragies & semel centena millia, mille & septendecim.

Αὔγουστος ὁ Καῖσαρ. Augustus Cæsar, Julii Cæsaris ex sorore nepos; a quo mensis Augustus nomen accepit. *Augusta* autem dicuntur venerabilia, magna, & insignia. Sub eo Dominus Jesus Christus, Deus & Servator noster, carnem assumpsit ex sancta Deipara & semper virgine Maria. † Αὐγουστεῖον [vel potius Γουστεῖον,] vocabatur [forum cibarium,] in quo die xv Octobris Præfecti regionum urbis & Sebastophori choreas ducebant in honorem Tiberii. Hunc autem locum ita vocarunt ab Augusto. Ibidem Constantinus Magnus matri suæ statuam posuit, eamque ob causam locum vocavit Augusteum. † Cæsare Augusto mortuo Tiberius & Drusus in funere præcesserunt, mortuum non attingentes: quippe quod Imperatoribus facere non licebat. Testamentum vero, quod fecerat, virgines Vestales asservabant. † Augustus Cæsar facto sacrificio Pythiam interrogavit, quis post ipsum imperaturus esset. Illa vero respondit: *Me puer Hebræus, Diis beatis imperans, hanc ædem relinquere, & ad Orcum redire jussit. Abi igitur nunc silens ab aris nostris.* Augustus igitur ex oraculo egressus in Capitolio aram erexit, cui literis Latinis inscripsit: HÆC EST ARA PRIMOGENITI DEI.

Αὖδα. Dic. Loquere. Et Αὐδήσας, vociferatus, locutus.

Αὐδή. Vox. Et αὐδήεσσα, vocalis, clara, celebris. Vel, quæ voce celebratur, & in ore hominum versatur. Et Αὐδήεις, vocalis.

Αὐδναῖος. Nomen mensis apud Macedones: qui Januarius [a Romanis vocatur.]

Αὐδώδ. Audod, Judex Israelis. Hic uno die sexcentos Philistæos bura percussit.

Αὐαίνεται. Arefit. Siccatur. Αὗοι enim significat, aridi. Et Αὐασμὸς, siccitas: cujus vocis prima syllaba [interdum] aspiratur. Et Aristophanes: *Puer autem hic tabescit.* Et alibi: *Quāobrem ego tabescebam, ista cernens.* Et Αὐαί-

1 Ὅτι Αὐγουστεῖον ἐκλήθη, διότι τῇ ιε΄ τοῦ Ὀκτωβρ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad τὸ τόπον Αὐγουστεῖον, deprompta sunt ex libro Joannis Lydi inedito *de Mensibus*, ut monuit Lambecius ad Codinum pag. 155. eademque αὐτολεξεὶ pene leguntur apud Codinum *de Orig. CPol.* num. XXXII.

2 Αὐγουστεῖον] Apud Joannem Lydum rectius legitur Γουστεῖον. Locus enim ille, de quo Suidas hic agit, fuit olim forum cibarium, sive ὀψοπώλιον, quod Græci recentiores γουστεῖον vocabant, nomine a Latina voce *gusto* detorto. Postea vero idem locus, postquam Justinianus templum S. Sophiæ in eo condidisset, augustiore nomine Αὐγουστεῖον appellatus fuit, ut testatur Codinus loco laudato.

3 Εἰς τιμὴν Τιβερίου] Apud Codinum loco laudato legitur, εἰς τιμὴν τοῦ βασιλεύοντος κατὰ τὸν καιρόν: quod magis placet.

4 Εἰς τὸ ἀσκεπὲς τῆς δάφνης] Verba hæc propter obscuritatem aliis interpretanda relinquo.

5 Ὅτι Αὔγουστος Καῖσαρ θυσιάσας ἤρετο τὴν Πυθ.] Vide Cedrenum pag. 182. Malalam in Chronico pag. 298. & Casaub. adversus Baronium Exercit. I. cap. XII.

6 Παῖς Ἑβραῖος κέλεταί με Θεοῖς μακ.] Oraculum hoc metri gratia rectius sic leges:

Ἑβραῖος κέλεταί με Θεὸς μακάρεσσιν ἀνάσσων
Τόνδε δόμον προλιπεῖν, καὶ ἀΐδην πάλιν αὖθις ἱκέσθαι.

7 Αὐδὼδ, κριτὴς τοῦ Ἰσραήλ] Hic a LXX Interpretibus *Judic.* cap. III. Ἀώδ vocatur.

8 Ἐκ τῶν ἀλλοφύλων ἐν ἡμέρᾳ μ.] Hæc *Judic.* cap. III. vers. ult. non de Aod, sed Samgar filio Anathi dicuntur, ut Portus etiam observavit.

9 Ἐν τῇ ἀροτροπόδῃ] Apud LXX Interpretes loco laudato rectius, ut puto, legitur ἐν τῷ ἀροτρόποδι: de qua voce vide Lexica vulgata.

καὶ Αὐαίνοιτο. ξηραίνοιτο. [1] ἐν Ἐπιγράμματι·

Ὁ Φθόνος αὐαίνοιτο· τεὸν δέ τοι κῦδος ἀέξοι.

καὶ [2] Αὐαίνου λίθος· ἀπὸ τοῦ αὔους τοὺς νεκροὺς εἶναι. Αὐαίνου λίθος ἦν Ἀθήνῃσιν.

Αὐ ἐρύσαι. εἰς τοὐπίσω ἑλκύσαι. ἐν Ἐπιγράμματι·

Ἀτρὶξ δραξαμένη βόστρυχον αὖ ἐρύσαι.

Αὔεις. φωνεῖς. λαλεῖς. [3] Ζήνων γὰρ ὁ Κιτιεὺς ἐκ τῆς σχολῆς ἀπιὼν προσέπταισε, καὶ τὸν δάκτυλον περιέρρηξε. παίσας δὲ τὴν γῆν τῇ χειρὶ, φησὶ τὸ ἐκ τῆς Νιόβης· Ἔρχομαι, τί μ' αὔεις. καὶ παραχρῆμα ἐτελεύτησεν, ἀποπνίξας ἑαυτὸν, βιοὺς ἔτη ἐνενήκοντα ἄνοσος· οἱ δὲ δυοῖν δέοντα ξ' ἔτη ζῆσαι αὐτόν φασιν.

Αὐήνας. ξηράνας.

Αὐήνας [4] δ' ἀνέθηκε φιλακρήτῳ Διονύσῳ,

Τὸν τὰ Διονύσου δῶρα ληϊζόμενον.

περὶ ἐχίνου φησίν. ἐκ τοῦ αὐαίνω ῥήματος. Εἰ γὰρ μόνος νῦν λιβάδα πᾶσαν αὐαίνει, τί μὴ πάθωμεν τῶν κακῶν, ὅταν γήμας ὅμοιον αὐτῷ παιδίον γεννήσῃ.

Αὐθάδεια, καὶ αὐθαδία, διὰ τοῦ ι. καὶ Αὐθάδης, αὐτάρεσκος, θυμώδης, θρασὺς, ὑπερόπτης. καὶ κλίνεται αὐθάδους· ὡς ὀζώδης, ὀζώδους. καὶ αὔθαδες, ἡ κλητική. παράλογον δὲ τὸ αὔθαδες.

Αὔθαιμοι. οἱ ἀδελφοί. ἐν [5] Ἐπιγράμματι·

Πανὶ τάδ' αὔθαιμοι τρισσοὶ θέσαν ἄρμενα τέχνης.

Αὐθαίρετος. αὐτεπάγγελτος.

Αὐθέκαστα. αὐτὰ τὰ γινόμενα, οἷον ἀκριβῶς, καὶ συντόμως, καὶ ἀποτόμως. ἢ τὰ ἁπλᾶ καὶ ἀληθῆ. αὐτοακριβῶς. καὶ Αὐθέκαστος, ἀκριβὴς, καὶ αὐστηρὸς τῷ λόγῳ, καὶ ἀπαρέγκλιτος τῷ τρόπῳ. ἀπαρακάλυπτος. Οἱ τοίνυν ἀπεχθανόμενοι πρὸς αὐτὸν διὰ τὸ αὐθέκαστον τοῦ νόμου καὶ ἄμικτον, λαμβάνονταί τι, καὶ ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλόντα παρανομοῦντα ἐδείκνυσαν.

Αὐθέντης. [6] ὁ αὐτόχειρ. ἢ ὁ αὐτὸν ἀναιρῶν. διὸ παρ' Ἰσοκράτει αὐθέντης. Λυσίας ἰδίως αὐτὸ ἔταξεν ἐπὶ τῶν λ'· καί τοι δι' ἑτέρων εἰργάζοντο τοὺς φόνους. ὁ γὰρ αὐθέντης ἀεὶ τὸν αὐτόχειρα σημαίνει. καὶ Αὐθεντήσαντα, κύριον γενόμενον. Μὴ ὀφείλειν αὐτὸν αὐθεντήσαντα τοὺς ὑπὸ ζάλην συνέχειν. Ὅτι Μιθριδάτης διετάξατο τοὺς Ῥωμαίους ἀναιρεῖν, καὶ ἔπεμψε γράμματα εἰς τὰς πόλεις, τὸ βασιλικὸν σφράγισμα ἔχοντα, μιᾷ τε ἡμέρᾳ τάξας ἀναγνῶναι, καὶ παραχρῆμα τὰ γεγραμμένα πρᾶξαι, ὅπως μὴ προμαθόντες τινὲς φυλάξωνται. ἀποκτεῖναι γὰρ αὐτοῖς ἐκέλευσε πάνθ' ὅσα Ῥωμαῖοι θύρωσι· καὶ ἆθλα οὐ μόνον τοῖς αὐθένταις σφῶν ἰσομοίρους, ἀλλὰ καὶ τοῖς δήμοις, παρ' οἷς ἂν ἀποθάνωσι, πρὸς τὸ πλῆθος τῶν τελευτη-

ruerit, arefcat. In Epigrammate: *Invidia tabefcat: tua vero gloria crefcat.* Et Auæni lapis. Sic dictus, quod mortui fint aridi. Auæni lapis erat Athenis.

Αὐ ἐρύσαι. Retrorfum trahere. In Epigrammate: *Firmiter illum tenens, cincinnumque ejus retro trahens.*

Αὔεις. Vocas. Loqueris. Zeno Citieus, cum e fchola abiret, digitum offendit, eumque fregit. Quare terram manu feriens illud ex *Niobe* dixit: *Venio, quid me vocas.* Et confeftim fpiritum fibi intercludens mortuus eft, cum annos nonaginta omnium morborum expers vixiffet. Alii vero eum annos LVIII. vixiffe ajunt.

Αὐήνας. Qui ficcavit. Qui arefecit. *Exficcatum vero [erinaceum,] Bacchi munera furantem, Baccho merum amanti confecravit.* De erinaceo [in Epigrammate] verba fiunt. [Αὐήνας vero eft] a verbo αὐαίνω. *Si enim nunc folus omnem humorem exficcat, quo non afficiemur malo, quum uxore ducta filium fui fimilem genuerit.*

Αὐθάδεια, & αὐθαδία, per ι, arrogantia. Et Αὐθάδης, fibi placens, iracundus, audax, fuperbus. Declinatur αὐθάδους, ut ὀζώδης, ὀζώδους. Et αὔθαδες, vocativus. Αὔθαδες vero ab ufu abhorret.

Αὔθαιμοι. Fratres. In Epigrammate: *Hæc artis inftrumenta tres fratres Pani dedicarunt.*

Αὐθαίρετος. Voluntarius. Spontaneus.

Αὐθέκαστα. Sic vocantur ea, quæ quis fine judicio, & rigide præfracteque facit. Vel, fimplicia & vera. Et αὐθέκαστος, morofus, aufterus, ingenio rigido præditus, apertus. *Qui igitur ipfi erant infenfi propter mores præfractos & converfationi inimicos, eum in ipfo facto deprehenfum inique facere demonftrarunt.*

Αὐθέντης. Qui fua manu vel alium vel fe occidit. Quare apud Ifocratem αὐθέντης [pro percuffore accipitur.] Lyfias vero peculiari fenfu vocem hanc XXX Tyrannis tribuit, quamvis per alios cædes facerent. Αὐθέντης enim femper fignificat eum, qui fua manu aliquem occidit. Et Αὐθεντήσαντα dicimus illum, qui dominus factus eft, five propriam poteftatem & auctoritatem confecutus eft. * * * * *Mithridates omnes Romanos in imperio fuo occidi juffit, literafque, regio figillo obfignatas, per urbes mifit, imperans, ut uno die eas legerent, & mandata ftatim exfequerentur, ne aliqui, re ante cognita, faluti fuæ confulerent. Præceperat enim, ut omnes Romani quotquot inveniri potuiffent, occiderentur, præ-*

1 Ἐν Ἐπιγράμματι] Epigramma integrum, ex quo Hexameter hic decerptus eft, legitur Anthol. Lib. VI. cap. XV. pag. 569.

2 Καὶ Αὐαίνου λίθος· ἀπὸ τοῦ αὔους τοὺς ν.] Hæc referenda funt ad locum illum Comici *Ranis* pag. 220. (138. Ed. Baf. *P.*)

Πῶς δ' ἂν ἀναρριχῶ; Παρὰ τὸν Αὐαίνου λίθον.

Vide ibi veterem Enarratorem.

3 Ζήνων γὰρ ὁ Κιτιεὺς ἐκ τῆς σχ.——ἀποπνίξας ἑαυτόν] Hæc funt verba Laertii lib. VII. Segm. XXVIII. ut a Perfonio quoque obfervatum fuit.

4 Αὐήνας δ' ἀνέθηκε φιλακρ. Διον.] Diftichum hoc eft pars Epigrammatis in erinaceum, quod exftat Anthol. lib. VI. cap. VII. ut Portus obfervavit.

5 Ἐν Ἐπιγράμματι. Πανὶ τάδ' αὔθ.] Hexameter hic decerptus eft ex Epigrammate, quod legitur Anthol. lib. VI. cap. XV. Epigr. IV. ut Portus monuit.

6 Αὐθέντης. ὁ αὐτόχειρ——τὸν αὐτόχειρα σημαίνει] Ex Harpocratione.

σάντων

σάβλων ἔθηκε· τιμωρίας τε τοῖς φεισομένοις πρὸς αὐτῶν μεγάλην ὥρισεν. Παράγεται δὲ αὐθέντης οὕτως. Ἔστι ῥῆμα φῶ, τὸ φονεύω· ἐξ οὗ καὶ φόνος. ἐκ τούτου κατὰ παραγωγὴν φένω διὰ τῆς ε ψιλοῦ· ἀφαιρέσει τοῦ φ, ἕνω. ἐξ αὐτοῦ, ἕντης, καὶ μετὰ τῆς αὐτὸ ἀντωνυμίας αὐτοέντης. καὶ ἐπειδὴ ψιλὰ ψιλῶν ἡγεῖται, καὶ δασέα δασέων, τροπῇ τοῦ τ εἰς θ, αὐθέντης, ὁ αὐτόχειρ. ἐπεκράτησε δὲ ἡ συνήθεια, καὶ κέχρηται τῷ ὀνόματι ἀντὶ τοῦ δεσπότης· ὅπερ ἐστὶν ἀκυρολεξία.

Αὐθημερόν. ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ.

Αὐθι. αὐτόθι.

Αὐθιγενής. αὐτόχθων. γνήσιος.

Πέρσης[1] εἰμὶ, καὶ ἐκ πατέρων
Πέρσης αὐθιγενής· ναὶ δέσποτα· πῦρ δὲ μιῆναι
Ἡμῖν τοῦ χαλεποῦ πικρότερον θανάτου.

Αὖθις. ἐξ ἀρχῆς. πάλιν. ἐκ δευτέρου. ἐκ παραλλήλου τιθέασι καὶ ταῦτα, καὶ πάλιν· σημειωτέον δὲ, ὅτι τὸ μὲν αὖθις Ἀττικόν· τὸ δὲ αὖτις, Ὁμηρικόν. Αὖτις, εἰς τοὐπίσω. Αὖθις, χρονικόν.

Ὦ χῆμα[2] πέτρας δίπυλον, αὖθις αὖ πάλιν
Εἴσειμι πρὸς σὲ ψιλὸς, οὐκ ἔχων τροφήν.

Αὖθις αὖ πάλιν. ἐξ ἀρχῆς δὴ πάλιν. ἢ ἐκ δευτέρου δὴ πάλιν.

Αὐθωρήτους.[3] συντόμους.

Αὐθωρόν. αὐτῇ τῇ ὥρᾳ.

Αὖλαξ. ἡ ἐπιμήκης τομὴ τῆς γῆς ἐξ ἀρότρου.

Αὐλαία. τὸ τῆς σκηνῆς παραπέτασμα. κέχρηται δὲ αὐτῷ Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους. Πολύβιος· Ἀκούων ταῦτα πάντα διὰ τῆς αὐλαίας, ἐγέλα ὁ βασιλεύς. Καὶ αὖθις· [4]Ὁ δὲ λαβὼν ἐκ τῆς παραπεπετασμένης αὐλαίας καλώδιον, ἑαυτὸν ἀπεκρέμασε.

Αὐλαί. ἐπίνειον Κιλικίας, πλησίον Ταρσοῦ. οἱ οἰκοῦντες, Αὐλαιῶται.

Αὐλητρὶς[5] πέπτωκεν. ἀμφιβολία λέξεως, δύο ἢ καὶ πλείονα πράγματα σημαίνουσα λεκτικῶς καὶ κυρίως. δηλοῦται γὰρ δι' αὐτῆς, ὅτι καὶ οἰκία τρὶς πέπτωκε· καὶ ὅτι ἡ κιθαρῳδὸς ἡ αὐλοῦσα. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἀμφιβολία.

Αὔλειος θύρα. καὶ προαύλειος.

Αὐλή. τὸ νῦν ἀρχεῖον λεγόμενον· ὅπου ἀπήγοντο οἱ καταδικαζόμενοι. καὶ τοὺς ἐκεῖσε ὑπηρέτας, αὐλικοὺς ὠνόμαζον. καὶ παροιμία· [6]Εἴπῃς τὰ τρία τὰ παρὰ τῇ αὐλῇ. Καὶ αὖθις· Ἐξ ὧν ἅπαντας δεδιὼς τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν, μάλιστα δὲ τὸν Φίλιππον, οὕτω πεποιῆσθαι τὴν ἀποχώρησιν. καὶ Αὐλὴ, ἡ τοῦ βασιλέως οἰκία.



*miis non solum interfectoribus eorum, sed etiam populis, apud quos cæsi essent, pro numero interfectorum, propositis; & contra pœnis gravissimis in eos constitutis, qui ulli eorum pepercissent.* Sic autem formatur αὐθέντης. A verbo φῶ, interficio, fit φόνος cædes. Hinc deductum est φένω, per ε, & sublato φ, ἕνω: unde ἕντης, & addito pronomine αὐτὸ, αὐτοέντης. Quoniam vero literæ tenues præcedunt tenues, & aspiratæ aspiratas, mutato τ in θ dicitur αὐθέντης, i. e. qui manu sua aliquem occidit. Consuetudo autem obtinuit, ut hoc nomine etiam significetur dominus: sed quæ locutio impropria est.

Αὐθημερόν. Eodem die. Illo ipso die.

Αὐθι. Illic. Ibi.

Αὐθιγενής. Indigena. Germanus. *Persa sum germanus, & ex Persicis parentibus procreatus, Domine: ignem vero polluere tristi morte nobis est acerbius.*

Αὖθις. Denuo, rursus, iterum. Solent Græci τὸ αὖθις, & ἐξ ἀρχῆς, & ἐκ δευτέρου, cum πάλιν conjungere, & dicere, αὖθις αὖ πάλιν, ἐξ ἀρχῆς δὴ πάλιν, ἐκ δευτέρου δὴ πάλιν. Observandum autem, αὖθις esse Atticum: αὖτις vero, Homericum. Αὖτις, retro. Αὖθις, adverbium temporis, rursus. *O saxum, geminas habens portas, nunc iterum te subeo, [arcu] privatus, quo victum mihi parabam.* Αὖθις αὖ πάλιν idem valet, ac ἐξ ἀρχῆς δὴ πάλιν, & ἐκ δευτέρου δὴ πάλιν.

Αὐθωρήτους. Cito. Celeriter.

Αὐθωρόν. Illa ipsa hora. Eadem hora.

Αὖλαξ. Sulcus.

Αὐλαία. Velum scenæ. Aulæum. Usus est hoc vocabulo Hyperides in oratione contra Patroclem. *Rex hæc omnia per aulæum audiens risit.* Et iterum: *Ille vero funiculo, quod aulæo detraxerat, se suspendit.*

Αὐλαί. Aulæ. Navale Ciliciæ prope Tarsum: cujus incolæ vocantur Aulæotæ.

Αὐλητρὶς πέπτωκεν. Hæc dicto est ambigua. Est autem ambiguitas oratio, duas vel plures res proprie & secundum sensum literalem significans: ut, αὐλητρὶς πέπτωκε. Hæc enim verba significant, & aulam ter cecidisse, & tibicinam. Vide in v. Ἀμφιβολία.

Αὔλειος θύρα. Janua vestibuli. Et προαύλειος, qui est ante vestibulum.

Αὐλή. Idem significat, quod nunc ἀρχεῖον dicitur: sive locus, quo damnati abducebantur. Et ministri, qui in loco illo erant, vocabantur αὐλικοί. Et proverbium: *Dicas tria apud prætorium.* Et iterum: *Quibus de caussis omnes aulicos metuens, & præcipue Philippum, ita abiisse fertur.* Et Αὐλὴ, domus regia.

1 Πέρσης εἰμὶ, καὶ ἐκ πατέρων Πέρσης αὐθ.] Hæc, & quæ sequuntur, decerpta sunt Epigrammate Dioscoridis, quod exstat Anthol. lib. III. cap. XIII. Epigr. IV.

2 Ὦ χῆμα πέτρας δίπ.] Hæc sunt verba Sophoclis *Philoctete* pag. 417. ut Portus monuit.

3 Αὐθωρήτους. συντόμους.] Mendose. Scribendum enim est, αὐθωρεὶ· τὸ συντόμως. Sic etiam emendandus est Hesychius.

4 Ὁ δὲ λαβὼν ἐκ τῆς παραπεπετασ. αὐλ.] Hæc sunt verba Polybii apud Constantinum in Excerptis a Valesio editis, pag. 170. eademque leguntur supra v. Ἀρχίας.

5 Αὐλητρὶς πέπτωκεν. ἀμφιβολία λεξ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Laertii lib. VII. Segm. LXII. ut Pearsonius etiam observavit.

6 Εἴπῃς τὰ τρία τὰ παρὰ τῇ αὐλῇ] Hoc proverbium explicatur infra v. Εἴπῃς τὰ τρία, & v. Τὰ τρία τῶν εἰς τὸν θάνατον.

Αὐλητοῦ βίον ζῇς. ἐπὶ τῶν ἐξ ἀλλοτρίων βιούντων. παρόσον ἐπιτηροῦντες οἱ αὐληταὶ τοὺς θύοντας, ἐξ ἀτελείας ζῶσιν.

Αὐλεία θύρα. πυλών. καὶ ἡ αὔλειος. Τῶν τε αὐλείων καὶ σταθμῶν τὰς θύρας ἐξέκοψαν. [1] Αὐλία. ἀντὶ τοῦ ἔπαυλις. ἢ ἡ μικρὰ αὐλή. οὕτω Λυσίας καὶ Αἰσχίνης.

Αὐλίζεται. κοιμᾶται. φυλάττει. παρεμβάλλει. καὶ αὐλιζόμενοι, Ἀντιφῶν ἀντὶ τοῦ κοιμώμενοι.

Αὐλίκηροι. φύλακες. καὶ Αὐλικοὺς. κιθαρῳδούς.

Αὔλειος. [2] ἡ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ πρώτη θύρα τῆς οἰκίας. καὶ αὐλείους θύρας. καὶ ἑνικὸν αὔλειον λέγουσιν ὡς ἡμεῖς. Αὔλειον δὲ καὶ προαύλιον οὐδετέρως· Ἀριστοφάνης Δαναΐσιν·

> Πρὸς τὸν στροφέα τῆς αὐλείας ἐχίνου [3] κεφαλῆς καταρύττειν.

Αὖλις. ἡ κοίτη. Αὐλὶς δὲ, πόλις Βοιωτίας.

Αὐλίσκος.

Αὖλος [4] Ποστόμιος, οἰκίας μὲν ἦν καὶ γένους πρώτου· κατὰ δὲ τὴν ἰδίαν φύσιν στωμύλος, καὶ λάλος, καὶ πέρπερος διαφερόντως. ἐπιθυμήσας δ' εὐθέως ἐκ παίδων τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς καὶ διαλέκτου, πολὺς μὲν ἦν ἐν τούτοις, καὶ κατακορής· ὥστε δι' ἐκεῖνον καὶ τὴν αἵρεσιν τὴν Ἑλληνικὴν προσκόψαι τοῖς πρεσβυτέροις καὶ τοῖς ἀξιολογωτάτοις τῶν Ῥωμαίων. τέλος δὲ καὶ ποίημα γράφειν καὶ πραγματικὴν ἱστορίαν ἐνεχείρησεν· ἐν ᾗ διὰ τοῦ προοιμίου παρεκάλει τοὺς ἐντυγχάνοντας συγγνώμην ἔχειν, εἰ Ῥωμαῖος ὢν μὴ δύναται κατακρατεῖν τῆς Ἑλληνικῆς διαλέκτου, [5] καὶ τῆς κατὰ τὸν χειρισμὸν οἰκονομίας· ὅπερ ἐστὶ πάσης ἀτοπίας σημεῖον, καὶ παραπλήσιον, ὡς ἂν εἴ τις ἐς τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας ἀπογραψάμενος πυγμὴν ἢ παγκράτιον, παρελθὼν ἐς τὸ στάδιον, ὅτε δέοι μάχεσθαι, παραιτοῖτο τοὺς θεωμένους συγγνώμην ἔχειν, ἐὰν μὴ δύνηται τοὺς πόνους ὑπομένειν, μήτε τὰς πληγάς. δῆλον γὰρ, ὡς εἰκὸς, τὸν τοιοῦτον γέλωτα ὀφλεῖν καὶ τὴν δίκην ἐκ χειρὸς λαμβάνειν. ὅπερ ἔδει καὶ τοὺς τοιούτους ἱστοριογράφους, ἵνα μὴ κατετόλμων τοῦ καλῶς ἔχοντος. ἦν δὲ καὶ φιλήδονος καὶ [6] φυγόπονος.

Αὐλός. τὸ φωνητικὸν ὄργανον. καὶ [7] Αὐλὸς, ὁ εἰς

Αὐλητοῦ βίον ζῇς. *Tibicinis vitam vivis.* De iis, qui ex alieno vivunt. Tibicines enim observatis iis, qui sacrificium faciebant, a sumptibus immunes erant.

Αὐλεία θύρα, & αὔλειος. Janua aulæ. [Et αὔλειον] Vestibulum. *Vestibulorum & stabulorum januas everterunt.* Et αὐλία, villa, vel parva aula. Sic Lysias & Æschines.

Αὐλίζεται. Dormit. Custodit. Castra locat. Et αὐλιζόμενοι, dormientes. Antipho.

Αὐλίκηροι. Aulæ custodes. Et Αὐλικοὺς. Citharœdos.

Αὔλειος. Janua domus viæ proxima. Et αὐλείους θύρας, januas vestibuli. Et in singulari αὔλειον dicunt, ut nos. Αὔλειον vero & προαύλειον sunt generis neutrius. Aristophanes *Danaidibus: Ad cardinem januæ atriensis echini caput defodere.*

Αὖλις. Cubile. Lectus. Αὐλὶς vero, urbs Bœotiæ.

Αὐλίσκος. Parva tibia. Parva fistula.

Αὖλος Ποστόμιος. Aulus Posthumius e clarissima quidem familia oriundus erat, sed natura garrulus & loquax & singulari levitate præditus. Hic cum statim a puero Græcanicam disciplinam ac linguam adamavisset, nimius in his & ad nauseam usque putidus fuit: adeo ut ipsius causa apud viros, qui inter Romanos ætate & auctoritate eminentissimi erant, Græcanica institutio male audiret. Denique & poema & historiam rerum Græcarum scribere est aggressus: in cujus prooemio veniam a lectoribus sibi concedi postulat, si forte civis Romanus Græcæ dictionis elegantiam, & in ipsa rerum tractatione congruam dispositionem, ita ut par erat, assequi non potuerit: quod maxime ineptum est, & perinde ac si quis inter pugiles aut pancratio certaturos nomen suum in Gymnicis ludis professus, & postmodum stadium ingressus, ubi pugnandum est, a spectatoribus petat, ut veniam sibi dent, si labores & plagas ferre non possit. Quare, uti certum est, hujusmodi virum risu, & quidem merito, exceptum iri, pœnasque præsentes debiturum esse: ita etiam tales historiæ scriptores explodi oportet, ne quid supra vires aggredi audeant. Idem Postumius voluptatibus deditus erat, & laboris impatiens.

Αὐλός. Tibia. Dicitur etiam de sanguine,

1 Αὐλία. ἀντὶ τοῦ ἔπαυλις. ἢ ἡ μικρὰ αὐλή] Ex Harpocratione: apud quem tamen hæc paulo aliter leguntur.

2 Αὔλειος. ἡ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ πρ.] Vide Valesium ad Euseb. lib. IV. *de Vita Constant.* cap. VII.

3 Κεφαλῆς] Constructio Grammatica requirit, ut legatur κεφαλήν.

4 Αὖλος Ποστόμιος, οἰκίας μὲν ἦν καὶ γένους πρ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Polybii in Excerptis a Valesio editis, pag. 189. 190.

5 Καὶ τῆς κατὰ τὸν χειρισμὸν οἰκονομίας· ὅπερ ἐστὶ πάσης ἀτοπ.] In iisdem Excerptis locus hic plenius ita legitur: Καὶ τῆς κατὰ τὸν χειρισμὸν οἰκονομίας. πρὸς ὃν οἰκείως ἀπηντηκέναι δοκεῖ Μάρκος Πόρκιος Κάτων. θαυμάζειν γὰρ ἔφη πρὸς τίνα αἰτίαν τοιαύτην παραιτεῖται. εἰ μὲν γὰρ αὐτῷ τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον προσέταξε γράφειν ἱστορίαν, ἴσως ἔδει προσφέρεσθαι ταῦτα καὶ παραιτεῖσθαι. μηδεμιᾶς δ' ἀνάγκης οὔσης ἐθελοντὴν ἀπογραψάμενον, κἄπειτα παραιτεῖσθαι συγγνώμην ἔχειν, ἐὰν βαρβαρίζῃ, τῆς ἀπάσης ἀτοπίας εἶναι σημεῖον &c. i. e. interprete Valesio: *Cui facete respondisse videtur M. Porcius Cato. Mirari enim se dixit, quam ob causam is ejusmodi veniam flagitaret. Etenim, si concilium Amphictyonum illi mandasset, ut historiam conscriberet, fortasse ejusmodi deprecatione opus fuisset. Cum vero nulla necessitate impulsus ad scribendum accesserit, veniam postea petere, si forte barbare sis locutus, extremæ impudentiæ est.* Idem de Aulo Posthumio & M. Porcio Catone referunt Plutarchus & Gellius, ut observavit Vossius *de Histor. Gr.* pag. 131. quem vide.

6 Φυγόπονος] Priores Edit. minus recte habent φιλόπονος: cujus loco alteram lectionem ex MSS. Paris. & Collectaneis Constantini revocavi.

7 Καὶ αὐλὸς, ὁ εἰς τὴν ἐξακοντισμὸς τοῦ αἵμα.] Respexit Suidas ad locum illum Homeri Odyss. χ. v. 18.

> ——— Αὐτίκα δ' αὐλὸς ἀνὰ ῥῖνας παχὺς ἦλθεν
>
> Αἵματος ἀνδρομέοιο.

Ibi enim αὐλὸς dicitur de sanguine, qui ex vulnere jaculi instar erumpit. Scholiasta: Αὐλός. τὸ ἐξακοντισμα, ὁ κρουνὸς τοῦ αἵματος.

ἄνω ἐξακοντιζομένης τοῦ αἵματος. καὶ [1] περόνης μέτρον καὶ μουσικῆς τι ὄργανον. καὶ Αὐλὸς, ὁ ἐπιμήκης φυσητής. [2] ἐν Ἐπιγράμματι· Αὐλὸν χαμινευτῆρα τὸν φιλόπυρον.

qui [ex vulnere vel vena] jaculi instar recta erumpit. Item, mensura fibulæ, & instrumentum quoddam musicum, & fistula follis, per quam flatus intrat & exit. In Epigrammate: *Fistulam follis, camino aptam, & vento gaudentem.*

Αὐλῶνες. Φάραγγες, ἢ τόποι πλατεῖς περὶ τὰ ὄρη. [3] Ὁ δὲ κατεστρατοπέδευσε, λαβὼν αὐλῶνά τινα μεταξὺ τῆς αὐτοῦ καὶ τῆς πολεμίων στρατοπεδείας. καὶ Αὐλωνίζουσα, ἐν αὐλῶνι διάγουσα.

Αὐλῶνες. Valles, vel loca plana circa montes. *Ille vero castra locavit eo loco, ubi vallis tantum interjecta sua & hostium castra dirimebat.* Et Αὐλωνίζουσα, in valle degens.

Αὐξέντιος, [4] Μοψουεστίας Ἐπίσκοπος· ὃς ἦν τῶν ὁμολογητῶν ὀνομαζομένων. ἦν δὲ ἐκ τῶν ἐπιφανῶν τῷ βασιλεῖ Λικινίῳ στρατευσαμένων, τῶν ὑπογραφέων τούτου γενόμενος, οὓς δὴ νοταρίους Ῥωμαῖοι καλοῦσι. Τὸ δὲ τῆς ὁμολογίας τοιόνδε γέγονεν εἶδος. Ἦν ἔν τινι τῆς βασιλικῆς ἑστίας αὐλῇ κρήνη τε ὕδατος, καὶ ἐν αὐτῇ Διονύσου ἄγαλμα, καὶ ἄμπελος μεγάλη περικειμένη, καὶ σκιερὸν ἐπιεικῶς καὶ συνηρεφῆ τὸν ἅπαντα τόπον ἐργαζομένη. ἐνταῦθα ὁ Λικίνιος κατὰ πρόφασιν ἀπαγωγῆς ἀφικόμενος, τοῦ τε Αὐξεντίου αὐτῷ καὶ ἄλλων πολλῶν ἐκ τῆς θεραπείας παρεπομένων, εἰς τὴν ἄμπελον ἀνιδὼν, ἐθεάσατο βότρυν ὡραῖόν τινα καὶ μέγαν τῶν κλημάτων ἀπαιωρούμενον. τοῦτον προσέταξε τῷ Αὐξεντίῳ τεμεῖν. ὁ δὲ αὐτίκα τὸ προσηρτημένον ταῖς ἀναξυρίσιν αὐτοῦ μαχαίριον ἀφελόμενος, ἔτεμε μηδὲν ὑποπτευόμενος. ὁ οὖν Λικίνιος πρὸς αὐτόν· Θὲς τοίνυν τὸν βότρυν, ἔφη, πρὸς τοῖς τοῦ Διονύσου ποσίν. ὁ δὲ, μὴ ὦ βασιλεῦ, ἀπεκρίνατο. Χριστιανὸς γάρ εἰμι. Κἀκεῖνος· Οὐκοῦν ἐκ ποδῶν οἰχήσῃ τῆς στρατείας ἀποπαυσάμενος; θάτερον γὰρ τοῖν δυοῖν ἀνάγκη ποιεῖν. ὁ δὲ μηδὲν μελλήσας τήν τε ζώνην ἑαυτοῦ λύεται, καὶ ἄσμενος ἐξεχώρησεν, ὡς εἶχε, τῶν βασιλείων. καὶ αὐτὸν οἱ ἔφοροι μετά τινα χρόνον ὕστερον Ἐπίσκοπον ἐστήσαντο τῆς Μοψουεστίας. τούτου δὲ ἀδελφὸς νεώτερος Θεόδωρος ἦν, ἀνὴρ τῶν Ἀθήνησι παιδευθέντων· ὃς καὶ αὐτὸς χρόνοις ὕστερον ἐπισκοπὴν τῆς Ταρσοῦ ἐκκλησίας ἔτυχε κληρωσάμενος. ὁ γὰρ δὴ Ἀέτιος τὰ πρότερα δι' ἑαυτοῦ τόν τε Εὐδόξιον αὐτὸν, καὶ ἄλλους τοὺς πλείστου λόγου ἀξίους διδάσκων, ἐπειδὴ τὸν Εὐνόμιον εἰς τὸ τῆς διδασκαλίας προὐβίβασεν ἔργον, τούτῳ ἤδη κατὰ τὸ πλεῖστον ἀνθ' ἑαυτοῦ διδασκάλῳ ἐχρῆτο πρὸς τοὺς ἄλλους, καὶ τοὺς μάλιστα τελεωτέρας μαθήσεως δεομένους. καὶ γὰρ ἐκεῖνος μὲν ἦν ἀρχὰς παραχεῖν ἄριστος· οὗτος δὲ τὰς δοθείσας ἐργάσασθαι, καὶ σαφῶς τε ἅμα καὶ μεγαλοπρεπῶς ἑρμηνεῦσαι παραπολὺ δυνατώτερος.

Αὐξέντιος. Auxentius, Mopsuestiæ Episcopus, ex iis qui Confessores nominantur, homo quondam illustris in exercitu Licinii Imperatoris, & e scribarum numero, quos *notarios* Romani vocant. Confessionis autem genus hujusmodi fuit. Erat in quadam regii palatii aula fons aquæ, & in eo Bacchi statua, vitisque ampla, totũ illum locum complexa, & umbra sua opacum reddens. Eo Licinius cum animi oblectandi gratia venisset, Auxentio & aliis multis e comitatu eum sequentibus, uvam quandam maturam & magnam e palmitibus dependentem vidit; quam Auxentium resecare jussit. Ille igitur pugionem femori appensum confestim strinxit, uvamque resecuit, nihil suspicans. At Licinius deinde ei præcepit, ut uvam illam ad Bacchi pedes poneret. Cui ille, Absit, inquit, Imperator. Christianus enim sum. Licinius ad hæc: Confestim igitur hinc facesse, militia valere jussa. Alterutrum enim facias necesse est. Ille igitur nihil cunctatus cingulo soluto ex regia læto animo excessit. Episcopi autem aliquanto post eum Mopsuestiæ antistitem crearunt. Frater ejus junior fuit Theodorus, Athenis eruditus, qui & ipse postea Tarsensis Ecclesiæ Episcopus sorte lectus est. Nam Aetius, cum antehac Eudoxium ipsum, aliosque magni nominis viros docuisset, postquam Eunomium ad docendi munus promoverat, plerumque vicaria ejus opera usus est ad docendos alios, & præcipue eos, qui perfectiorem doctrinam requirebant. Nam ille quidem prima scientiarum principia aliis tradere optime norat: hic vero tradita jam ad perfectionem perducendi, eademque perspicuo simul & magnifico orationis genere explicandi facultate longe præstabat.

Αὔξη. αὔξησις. Μὴ ἐφιέναι αὐτοῖς ἐπὶ μεγάλα δυνάμεως αἱρομένοις, ἀλλὰ παντὶ σθένει τὴν αὔξην αὐτῶν κωλύειν. Αὔξη, ἡ βλάστησις. [5] Τρέφεσθαι καὶ αὔξεσθαι λέγεται ἐκεῖνα, τὰ κατὰ πᾶν μέρος τρεφόμενα καὶ αὐξόμενα. τὰ δὲ κατὰ πρόσθεσιν αὔξεσθαι δοκοῦν-

Αὔξη. Incrementum. *Non esse permittendum, ut potentia eorum crescat, sed omnibus viribus incremento illorum obstandum esse.* Αὔξη dicitur etiam de plantis, quæ crescunt. † Ali & crescere dicuntur ea, quæ per omnes simul partes aluntur & crescunt. Quæ vero

παρὰ τὸ τὸ πνεῖν, αὐλὸν ἔλεγον. Huc spectant verba Athenæi lib. iv. pag. 189. Πᾶν τὸ ἐξαποπεμπόμενον εἰς εὐθύτητα χρῶμα αὐλὸν καλοῦμεν· ὥσπερ τὸ στάδιον, καὶ τὸ κρουνὸν τοῦ αἵματος.

Αὐτίκα δ' αὐλὸς ἀνὰ ῥῖνας παχὺς ἦλθε.

1 Καὶ περόνης μέτρον] Hæc de mendo mihi suspecta sunt: vel saltem eorum sensus me latet.

2 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. vi. cap. ult. Epigr. 1. ut Portus monuit.

3 Ὁ δὲ κατεστρατοπέδευσε, λαβὼν αὐλῶνά τινα μετ. τῆς αὐτοῦ καὶ τῆς πολ. στρατ.] Hæc sunt verba Polybii lib. xi. cap. xxx.

4 Αὐξέντιος, Μοψουεστίας Ἐπίσκ.] Totum hunc articulum de Auxentio, Mopsuestiæ Episcopo, ex Philostorgio descriptum esse existimat Valesius ad Philostorgium lib. v. cap. 2.

5 Τρέφεσθαι καὶ αὔξεσθαι λέγεται ἐκεῖνα —— κατ' ὃ ἡ πρόσθεσις γίνεται] Hæc sunt verba Philoponi in librum secundum Aristotel. *de Anima*, G. 6. 1.

τα, οὐ κατὰ πᾶν μόριον ἑαυτῶν αὔξονται. διὸ οὐδὲ αὔξησις ἐπ' ἐκείνων λέγεται, ἀλλὰ πρόσθεσις. ἐὰν γὰρ ἐπὶ σωρὸν σίτου προστεθῇ ἕτερος σῖτος, οὐ δι' ὅλων τῶν μορίων τοῦ σωροῦ ἡ πρόσθεσις γίνεται, ἀλλ' ἐφ' ἑνὸς καθ' ὃ ἡ πρόσθεσις ἐγένετο. [1]λέγεται δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ λίθων· ὥσπερ ἂν εἰ καὶ τὸ πῦρ αὔξεσθαι λέγει τις, ξύλων πλειόνων προστιθεμένων. οὕτω καὶ τὰ μέταλλα αὔξεται, ὑγρᾶς οὐσίας ἔξωθεν προσπαγείσης, ἐξ ἧς συνεστήκασι, καὶ ταύτης μεταβαλλούσης ἐπὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν ὑπὸ τῆς ἐν τῇ γῇ φυσικῆς δυνάμεως ἐκ τοῦ παντός. ὥστε ἐπὶ τῶν ἐμψύχων, καὶ ἐχόντων μόρια λέγεται τὸ αὔξεσθαι.

per accumulationem augentur, non per singulas partes crescunt. Quare αὔξησις de illis non dicitur, sed πρόσθεσις. Nam si ad acervum frumenti aliud frumentum addatur, non per singulas partes, sed unam tantum additio facta est. Idem etiam de lapidibus dicendum est; [quos quidam crescere aiunt:] perinde ac si quis ignem crescere dicat, pluribus lignis in eum injectis. Sic etiam metalla augentur, quoniam humida materia, ex qua constant, extrinsecus accedens illis adhærescit, quæ postea vi facultatis naturalis, terræ nostræ ex rerum Universitate inditæ, in substantiam eorum mutatur. Quare τὸ αὔξεσθαι, i. e. crescere, proprie dicitur de rebus animatis, & quæ partes habent.

Αὐξίλια. ἔστιν ἐν τῷ Ψιλός.

Αὐξίλια. Auxilia. Quære in voce Ψιλός.

Αὐξητική. ἔστιν ἐν τῷ Γεννητική.

Αὐξητική. Quære in v. Γεννητική.

Αὗον. ξηρόν. [2]Ἡσίοδος·

Αὗον ἀπὸ χλωροῦ τάμνειν.

Καὶ ἐν [3]Ἐπιγράμματι·

Καὶ τρύφος ἄρτου

Αὗον ἐπιθεῖσα, τὴν πτωχὴν θυσίαν.

Καὶ αὖθις· Καὶ τὰ μὲν [4]αὖος ὑπὸ τοῦ φόβου ἦν· τὰ δὲ ἀνέφερεν ἡ ἐκ τοῦ θεοῦ πρόσταξις τὸν ἄνδρα. Αὔω γὰρ τὸ ξηραίνω· παρὰ τὸ ὕω, τὸ βρέχω, ἀΰω μετὰ τοῦ στερητικοῦ α, καὶ κράσει αὔω.

Αὗον. Aridum. Siccum. Hesiodus: *Ungues a carne reseca.* Et in Epigrammate: *Siccumque panis frustum addens, tenue hoc sacrificium [tibi offero.]* Et iterum: *Partim quidem præ metu loqui vix poterat: partim vero mandatum divinum animum ipsi addebat.* Αὔω enim significat, arefacio: ab ὕω, rigo; unde addito α privationis fit ἀΰω, & per crasin αὔω.

Αὔραν. πνοήν. Ὁ δὲ [5]Χαγάνος τοὺς ὅρκους ταῖς αὔραις φέρειν ἐδίδου· ἀθρόον τε τὴν πολέμου φίλην ἁρπάμενος σάλπιγγα, τὰς δυνάμεις ἤθροιζεν.

Αὔραν. Auram. Ventum. *Chaganus vero jusjurandum ventis ferendum dedit, confestimque tubam bello gratam cepit, & copias coegit.*

Αὐρόχη.[6] ἡ ἄμπελος.

Αὐρόχη. Vitis.

Αὖροι. λαγωοί.

Αὖροι. Lepores.

Αὐρηλιανός,[7] βασιλεὺς Ῥωμαίων, τὰ πολέμια δεινὸς ἠσκημένος, ἀκάθεκτος δὲ περὶ τὴν γνώμην, καὶ πολὺ πρὸς ὠμότητα ῥέπων, ὅς τε κατὰ πόλιν ἐπισήμων θανάτῳ πολλοὺς ἐζημίωσεν ὑπὸ Ζηνοβίας ἐλεγχθέντας, χαλεπός τις καὶ φονικὸς ὑπάρχων, καὶ μᾶλλον ἀναγκαῖος στρατηγός, ἤπερ αἱρετὸς βασιλεύς. ἐν παντὶ δὲ χρόνῳ δυσχερὴς καὶ ἀπότομος, ὡς μηδὲ τὸ οἰκεῖον αἵματος διαμεῖναι καθαρός. τὴν γὰρ τοῦ παιδὸς γαμετὴν καὶ ἀνέγκλητον διεχρήσατο. τοῦ δὲ τῶν στρατιωτῶν τάγματος καὶ τὴν ἐξίτηλον καὶ διαλελυμένην ἠθῶν ὡς ἐπίπαν γενναῖος ἦν ἐπανορθωτής.

Αὐρηλιανός. Aurelianus, Romanorum Imperator, rerum bellicarum peritissimus quidem fuit, sed animo immodico, & ad crudelitatem propensiori: qui Romæ plurimos nobiles a Zenobia convictos interfecit. Homo sævus & sanguinarius, & necessarius magis dux, quam Imperator amabilis. Trux omni tempore & terribilis, adeo ut ne a necessitudinum quoque cæde abstinuerit, uxore etiam filii insonte interfecta. Disciplinæ tamen militaris & morum dissolutorum magna ex parte corrector exstitit.

Ἀϋσάντων. βοησάντων. φατισάντων. κηρυξάντων.

Ἀϋσάντων. Vociferantium. Clamantium. Prædicantium.

1 *Λέγεται δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ λίθων· ὥσπερ ἂν εἰ καὶ τὸ π.*] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, descripta sunt ex Philopono in lib. II. Aristot. *de Anima*, II. 8. 1. Cæterum, verba Philoponi Suidas mutilavit, quæ integra hic describam: Εἰ δὲ καὶ λίθοι τινὲς δοκοῦσιν αὔξεσθαι, οὐκ ἔστι κυρίως αὔξησις αὕτη, ἀλλὰ μᾶλλον πρόσθεσις. Αὔξησιν γὰρ ταύτην φασί, τὴν δι' ὀργάνων φυσικῶν γινομένην. ὄργανα δὲ ἐν τοῖς ἀψύχοις οὐκ ἔστιν· οὐδ' ἄρα αὔξεται. καὶ ἄλλως τὸ αὐξόμενον κατὰ πᾶν μόριον αὔξεται, ὡς ἐν τῷ περὶ γενέσεως δέδεικται. οἱ δὲ λίθοι ἔξωθεν ἴσως κόνεως προστιθεμένης μεταβολή τις γίνεται. καὶ οὕτω μεῖζον τὸ ὅλον γίνεται, οὐκ αὐξήσεως γινομένης, ἀλλὰ προσθέσεως. ὥσπερ ἂν εἰ καὶ τὸ πῦρ &c. Hinc clare patet, quænam sit mens Philoponi.

2 Ἡσίοδος] *Oper. & Dier.* v. 743. ubi locus integer sic se habet:

Μηδ' ἀπὸ πεντόζοιο θεῶν ἐνὶ δαιτὶ θαλείῃ
Αὖον ἀπὸ χλωροῦ τάμνειν αἴθωνι σιδήρῳ.

Vide ibi interpretes.

3 Ἐν Ἐπιγράμματι· *Καὶ τρύφος ἄρτου αὖον ἐπιθ.*] Epigramma integrum, cujus verba hæc fragmentum sunt, legitur Anthol. lib. VI. cap. III. Epigr. penult.

4 *Αὖος*] Supra v. Ἀνέφερεν ubi idem fragmentum legitur, Lectorem monui, pro αὖος legendum forte esse ἄνεως, i. e. mutus.

5 *Ὁ δὲ Χαγάνος τοὺς ὅρκους ταῖς αὔραις φέρειν ἐδ.*] Hæc sunt verba Theophylacti Simocattæ lib. I. cap. III. in fine, & cap. IV. init. eademque leguntur apud Menandrum in *Excerpt. Legat.* pag. 117. ut a Pearsonio quoque observatum fuit.

6 *Αὐρόχη. ἡ ἄμπελος*] Etymologus habet αὐρόχας, quem vide.

7 *Αὐρηλιανός, βασιλεὺς Ῥωμαίων, τὰ πολέμια δεινὸς ἠσκ.*] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Joannis Antiocheni apud Constantinum in Excerptis a Valesio editis pag. 834. unde Suidas ea descripsit. Notandum autem est, hunc locum ad verbum fere ex Eutropio versum esse, ut multa alia, quæ apud Suidam passim leguntur: unde patet, ante Pæanium exstitisse alium, qui Eutropium Græce redderet; ex cujus interpretatione procul dubio deprompta sunt ea, quæ apud Joannem Antiochenum & Suidam ex Eutropio versa leguntur: quamvis Suidam ex Joanne Antiocheno potius quam ex ipso interprete Eutropii sua deprompsisse putem. Vide etiam quæ diximus supra ad v. Ἀμφόντες.

Αὐτο-

Αὐσόνιος, σοφιστὴς, γεγραφὼς ἐπιστολὰς καὶ ἄλλα τινὰ πρὸς Νόννον.

Αὐσονίων. Ἰταλῶν. καὶ [1] Αὔσονες, οἱ βασιλεῖς· παρὰ τὸ αὔω, τὸ τολμῶ. οἱ πάντα ἐπιτολμῶντες τὰ προστάγματα. καὶ Αὐσόνιος πόντος, ἡ Σικελικὴ θάλασσα· ἀπὸ Αὔσονος, τοῦ Ὀδυσσέως καὶ Καλυψοῦς υἱοῦ, ἐκεῖ βασιλεύσαντος.

Αὐστηρός. [2] Αὐστηροὺς εἶναί φασι πάντας τοὺς σοφοὺς καὶ σπουδαίους, τῷ μήτε αὐτοὺς καθ' ἡδονὴν ὁμιλεῖν, μήτε παρ' ἄλλοις τὰ καθ' ἡδονὴν προσδέχεσθαι. καὶ ἄλλον δὲ εἶναι αὐστηρὸν, παραπλησίως λεγόμενον τῷ αὐστηρῷ οἴνῳ, ᾧ χρῶνται μὲν φαρμακοποσίας χάριν, πρὸς δὲ πρόποσιν οὐ πάνυ. † Ὅτι τὸν αὐστηρὸν ἡ κωμῳδία ἄγροικον ἡγεῖται.

Αὐτάγγελος. ἡ ἀφ' ἑαυτῆς ἀπαγγέλλουσα.

Αὐτάγγελος γὰρ ἡ δρῦς αὐτή σοι φράσει.

ἔχει γὰρ γράμματα. Καὶ αὖθις· Ἦλθεν ἂν παρὰ βασιλέως αὐτάγγελος τούτων, εἰ μὴ νόσῳ μακρᾷ καὶ χαλεπῇ ἔκαμνε. Καὶ αὖθις· Συλληφθέντα δὲ εἱρχθῆναι κελεύει, ὡς μὴ ἐπανελθόντα εἰς τὸ στρατόπεδον αὐτάγγελον γενέσθαι τῶν ξυμφορώτερον ἂν κρυπτομένων.

Αὐτάγηται. [3] ἑαυτὰς ἀγάμεναι.

Αὐτάρκεια. [4] Πολύβιος· Ἄξιος μὲν ὁ ἀνὴρ ἐπαινεῖσθαί τε καὶ θαυμάζεσθαι· μάλιστα δὲ τῆς αὐταρκείας τοῦ βίου· ἡ φιλοσοφία τις αὐτοδίδακτος ἐγένετο περὶ αὐτὸν, ἣν ἐν πολλοῖς ἐπεδείξατο πράγμασι.

Αὐταῖς ἀμάλαις. ἐπὶ τῶν πανωλεθρίᾳ διαφθειρομένων. οἱονεὶ, αὐτοῖς βάθροις· αὐταῖς ῥίζαις. Ἀμάλη γὰρ, ὁ καρπός.

Αὐταῖσι [5] διαβολαῖς. Ἀττικὴ σύνταξις. τοῦτο δὲ εἶπεν, ἐπεὶ διαβάλλων ὁ Κλέων τοὺς ἄλλους στρατηγοὺς καὶ προσκρούων τῷ δήμῳ εἰς ἑαυτὸν βλέπειν τοὺς Ἀθηναίους ἔπεισεν. ὡς [6] εἰ λέγοιμεν, αὐτοῖς ὅπλοις τὰ ἅρματα· αὐτοῖς ἵπποις. λείπει ἡ πρόθεσις. Τῶν ἄλλων δὲ Παφλαγόνων· ὡς πάντων μὲν ὄντων πονηρῶν, ἐξαιρέτως δὲ τοῦ Κλέωνος.

Αὖτε. μετὰ ταῦτα.

Αὐτερέται. οἱ ἐλαύνοντες, καὶ μαχόμενοι. οἱ αὐτοὶ καὶ ἐρέται καὶ ὁπλῖται.

Αὕτη. ἐκείνη. Αὕτη δὲ, δεικτικῶς. [7] Αὕτη ἡμέρα, ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος. Αὕτη ἐστὶ τὸ Κυριακὸν Πάσχα, Μαρτίου κε. εἰ οὖν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνέστη ὁ Χριστὸς (ὡς αὐτὸς ἔλεγε· Δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι·) διὰ τί ὀγδόη λέγεται ἡ ἀνάστασις τοῦ Κυρίου; καὶ τρίτη μὲν

Αὐσόνιος. Ausonius, Sophista, qui epistolas & alia quædam ad Nonnum scripsit.

Αὐσονίων. Italorum. Et Αὔσονες, Reges: ab αὔω, audeo. Quasi qui omnia omnibus imperare audent. Et πόντος Αὐσόνιος, dicitur mare Siculum, ab Ausone Ulyssis & Calypsus filio, qui ibi regnavit.

Αὐστηρός. Austerus. Austeros esse dicunt omnes sapientes & bonos, quod nec ipsi aliis assententur, nec aliorum blanditias admittant. Esse item & alium austerum, eo sensu, quo vinum dicitur austerum, quo ad medicamenta potius quam ad bibendum utuntur. † Comici hominem austerum vocare solent agrestem.

Αὐτάγγελος. Quæ ipsa per se aliquid indidicat, vel annuntiat. *Ipsa quercus tibi rem indicabit. Habet enim literas.* Et iterum: *Venisset utique a Rege ipsemet horum nuntius, nisi longo gravique morbo laboraret.* Et iterum: *Comprehensum vero in carcerem duci jubet, ne in castra reversus ipse enuntiaret ea, quæ celari præstabat.*

Αὐτάγηται. Quæ se ipsas admirantur.

Αὐτάρκεια. Polybius: *Vir iste dignus est laude & admiratione, cum propter alia, tum præcipue vitæ frugalitatem, & mores philosophicos, quibus suopte studio & absque ulla institutione animum excoluerat, quorumque multa & præclara specimina edidit.*

Αὐταῖς ἀμάλαις. *Una cum ipsis manipulis.* De iis, qui funditus pereunt. Quasi dicas, una cum ipsis fundamentis, vel radicibus. Ἀμάλη enim est frugum manipulus.

Αὐταῖσι διαβολαῖς. *Cum ipsis calumniis.* Constructio hæc est Attica; similis illi, αὐτοῖς ὅπλοις τὰ ἅρματα: αὐτοῖς ἵπποις. Deest enim præpositio *cum.* Hoc autem ideo dixit, quia Cleon alios duces criminans, & in odium populi adducens, Atheniensibus persuaserat, ut se solum spectarent. Τῶν ἄλλων Παφλαγόνων vero dixit, ut significaret, omnes quidem Paphlagonas esse malos: præcipue vero Cleonem.

Αὖτε. Postea.

Αὐτερέται. Milites, qui remigant & pugnant. Qui sunt iidem & remiges & milites.

Αὕτη. Illa. Αὕτη vero, demonstrative, hæc. *Hic est ille dies, quem fecit Dominus.* Per αὕτη hic significatur Pascha Dominicum, quod incidit in xxv diem Martis. Si igitur tertio die resurrexit Christus (ut ipse dixit: *Oportet filium hominis occidi, & tertio die resurgere:*) cur octavus dicitur resurrectio Domi-

1 Καὶ Αὔσονες, οἱ βασιλεῖς. παρὰ τὸ αὔω, τὸ τολμῶ] Hæc inter ineptias Grammaticorum, qui in tradendis vocum etymologiis suaviter sæpe nugari solent, jure meritoque referenda sunt.

2 Αὐστηροὺς εἶναί φασι πάντας τοὺς σοφοὺς, καὶ σπουδ. —— πρὸς δὲ πρόποσιν οὐ πάνυ] Hæc sunt verba Laertii lib. VII. Segm. CXVII.

3 Αὐτάγηται] Apud Hesychium legitur αὐτάγητοι, per ι: sed minus recte.

4 Πολύβιος] Non recte hic positum est nomen Polybii, quoniam verba, quæ sequuntur, ejus non sunt, ut putavit Casaubonus, (qui locum hunc de Philopœmene accepit) sed elogium Valerii Publicolæ ex Dionys. Halicarn. lib. V. ut observavit Valesius in Præfat. ad Collectanea Constantini, quæ *de virtutibus & vitiis* inscribuntur. Vide etiam infra v. Πόπλιος Οὐαλλέριος, ubi idem fragmentum repetitur.

5 Αὐταῖσι διαβολαῖς. Ἀττικὴ σύντ.] Nota hæc referenda est ad locum illum Aristoph. *Equit.* pag. 288. (191. Ed. Bas. *P.*)

Κάκιστα δῆθ' οὗτός γε πρῶτος Παφλαγόνων

Αὐταῖσι διαβολαῖς.

6 Ὡς εἰ λέγοιμεν αὐτοῖς ὅπλοις τὰ ἅρματα· αὐτοῖς ἵπποις. λείπει ἡ πρόθεσις] Hæc verba transposita sunt, quæ legi debent post Ἀττικὴ σύνταξις.

7 Αὕτη ἡμέρα, ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος] Hæc sunt verba Davidis Psalm. CXVIII. 24.

εἴρηται:

εἴρηται, ὡς ἀπὸ τοῦ πάθους καὶ τοῦ σταυροῦ· ὀγδόη δὲ, ὡς ἀπὸ τῆς δημιουργίας καὶ τῆς ἀναστάσεως. ἡ ἀρχὴ γὰρ τοῦ φαινομένου κόσμου ἐν αὐτῇ γέγονεν, καὶ τὸ ἀληθινὸν φῶς ὁ Χριστὸς ἐν αὐτῇ ἀνέστη.

Αὕτη γε χρηστῶν ἐστὶν ἀνδρῶν ἡ νόσος. ἐπὶ τῶν ἐν ψόγου τάξει λεγόντων καλά τινος, ὅπερ ἐστὶν ἄξιον ἐπαινεῖσθαι.

Αὑτηί.[1] Ἀριστοφάνης·

Ἀμὶς μὲν, ἢν οὐρητιάσῃς, αὑτηὶ
Παρὰ σοὶ κρεμήσετ᾽ ἐγγὺς ἐπὶ τοῦ παττάλου.

Αὐτὴ κάμινος, αὐτὸς εἵλκυσε καπνός. ἢ τροχός. ἐπὶ τῶν ὅμοια καὶ παραπλήσια διαπραττομένων.

Αὐτήκοοι. οἱ μὴ ἐπιταττόμενοι, αὐτοὶ δὲ ἑαυτῶν ἀκούοντες.

Αὐτῆμαρ. αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ.

Αὕτη[2] μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασε. παροιμία ἐπὶ τῶν μηδενὸς τυγχανόντων. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἁλιέων.

Ἀϋτήν. βοήν. μάχην.

Αὐτὴ νῦν ἡ σοφία ζῇ. ἐπί τινος εὐδοκιμοῦντος. καὶ, Αὐτὴ νῦν ἀνθεῖ ἡ Μοῦσα. ὅμοιον τῷ προτέρῳ καὶ πολιτικώτερον.

Αὐτίκα. μετ᾽ οὐ πολύ. εὐθέως. παραχρῆμα. συντόμως. πρὸς ὀλίγον. ἢ μικρὸν ὕστερον. τὸ δὲ αὐτίκα μάλα, ἀντὶ τοῦ εὐθύς. καὶ παροιμία·

Αὐτίκα καὶ φυτὰ δῆλα, ἃ μέλλει κάρπιμ᾽ ἔσεσθαι. ἐπὶ τῶν εὐθὺς ἀπὸ πρώτης ἀρχῆς πρὸς ἀγαθὸν τέλος ἀποβλεπόντων.

Αὖτις, καὶ αὖθις, ἑκατέρως λέγουσιν.

Αὐτίτην.[3] τὸν αὐτογενῆ οἶνον. Ἀμφικτύοσι Τηλεκλείδης.

Αὐτό. Αὐτὸ ἔλεγον οἱ φιλόσοφοι τὸ κυρίως λεγόμενον. καὶ τὴν ἰδέαν διὰ τοῦ αὐτὸ ἐδήλουν, αὐτοάνθρωπος λέγοντες, καὶ αὐτοδόξαστον, τὸ κυρίως καὶ μᾶλλον δοξαστόν· καὶ αὐτοαληθῶς, ὅ ἐστι μᾶλλον ἀκριβῶς. ὥστε ἐστὶν αὐτοδόξα. ἐν ᾧ γὰρ τὸ αὐτὸ, ἐν τούτῳ τὸ μάλιστα καὶ ἀκριβέστερον.

Αὐτοαπλότης. Ἀλλ᾽ ὅ, τε βασιλεὺς τὸν τρόπον ἦν αὐτοαπλότης, καὶ σιωπῶσά τις ἐπιείκεια, καὶ πρὸς τὰς δωρεὰς ὑγρὸς καὶ καταφερὴς, καὶ πρὸς τὰς πράξεις βαρὺς καὶ συντεταμένος.

Αὐτοβοᾷς ὅμοιος ὢν τῷδε. Ἀττικῶς πάνυ συμπέπλεκται. σημαίνει δὲ, οἷον αὐτὸς ἑαυτῷ μαρτυρεῖς κεκραγὼς ὅμοιος εἶναι τῷδε.

Αὐτοβοεί. ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ. Ἀγαθίας·[4] Πῶς γὰρ ἐνῆν αὐτοὺς, ὀλίγους ὄντας ἐνεγκεῖν τὰ πλήθη τῶν πολεμίων, καὶ μὴ οὐχὶ αὐτοβοεὶ διαφθαρῆναι ὑπὸ δέους; Καὶ αὖθις· Ἐκκλησιασθέντες ἐδογμάτιζον αὐ-

ni? Sed tertius quidem dicitur, si dies computes a passione & cruce. Octavus vero, si respicias creationem mundi & ipsam resurrectionem. Illo enim die mundus hic aspectabilis condi cœpit, & verum lumen Christus resurrexit.

Αὕτη γε χρ. *Hic proborum est virorum morbus.* De iis, qui probri loco de altero aliquid dicunt, quod est laude dignum.

Αὑτηί. Hæc. Aristophanes: *Matula quidem hæc, si micturias, juxta te suspendetur ex clavo ligneo.*

Αὐτὴ κάμινος, αὐτ. *Ipse caminus, ipse traxit fumus.* [Quidam pro καπνὸς ponunt] τροχὸς, i. e. rota. De iis, qui similia faciunt.

Αὐτήκοοι. Quibus ab aliis nihil imperatur, sed qui se ipsi audiunt.

Αὐτῆμαρ. Eodem die.

Αὕτη μὲν ἡ μήρ. *Iste quidem funiculus nihil attraxit.* Proverbium a piscatoribus ductum: quod dicitur de illis, qui nihil eorum, quæ speraverant, assequuntur.

Ἀϋτήν. Clamorem. Prælium.

Αὐτὴ νῦν ἡ σοφ. *Ipsa nunc sapientia vivit.* Dicitur de viro claro & celebri. Et, *Ipsa nunc floret Musa.* Proverbium priori quidem simile, at venustius.

Αὐτίκα. Non multo post. Statim. Confestim. Celeriter. Ad exiguum tempus. Vel paulo post. Et αὐτίκα μάλα, statim. Et proverbium: *Statim apparet, quæ plantæ fructiferæ futuræ sint.* De iis, qui statim a primo initio ad bonum finem spectant.

Αὖτις & αὖθις, utrumque dicitur.

Αὐτίτην. Vinum vernaculum. Teleclides *Amphictyonibus.*

Αὐτό. Sic appellarunt Philosophi, rem, quæ proprie aliquo nomine appellatur. Item ideam vocarunt αὐτὸ, dicentes αὐτοάνθρωπος; & αὐτοδόξαστον, id est, proprie & magis opinabile; & αὐτοαληθῶς, id est, magis vere & accurate. Sic etiam αὐτοδόξα dicitur. Cui enim inest τὸ αὐτὸ, in eo etiam est id quod est maximũ & accuratissimũ.

Αὐτοαπλότης. Ipsa simplicitas. *Sed Rex moribus erat simplicissimis, & tacens quædam modestia, & ad dona largiendum pronus & proclivis, & in rebus gerendis gravis & industrius.*

Αὐτοβοᾷς. *Ipse voce tua prædicas te similem huic esse.* Vox hæc Attice composita est. Idem enim est, ac si diceret, ipse tibi testimonium dicis, clamans te similem huic esse.

Αὐτοβοεί. In ipso prælio. [Primo statim impetu.] *Quomodo enim fieri poterat, ut tam pauci tantam hostium vim sustinerent, neque primo statim impetu ad internecionem cæderentur metu perterriti?* Et iterum: *Illi vero in concilio*

1 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 488. (339. Ed. Bas. P.)

2 Αὕτη μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασε] Hoc proverbio usus est Aristoph. *Thesmophor.* pag. 817. (533. Ed. Bas. P.)

3 Αὐτίτην. τὸν αὐτογενῆ οἶνον] Vide Casaubonum ad Athen. lib. I. cap. XXIV.

4 Πῶς γὰρ ἐνῆν αὐτοὺς ὀλίγους ὄντας —— διαφθαρῆναι] Verba hæc leguntur apud Agathiam lib. II. pag. 58.

τοβοεὶ

τοβοεὶ παραδώσειν τὴν πόλιν. ἀντὶ τοῦ αὐθημερόν. [1] οἱονεὶ ἔναυλον. ἢ [2] ἔτι τῆς βοῆς ἐν ζυγῷ ὄντων.

Αὐτοβοεί. παραχρῆμα συντελεσθῆναι ἐν πολεμικοῖς ἔργοις, οἷον ταχέως καὶ ἅμα τῷ πολεμικῷ ἀλαλάγματι. [3] οὕτω Θουκυδίδης. παρὰ Θεοπόμπῳ δὲ, ἀντὶ τοῦ κατακράτος.

Αὐτογένεθλον. αὐτογέννητον.

Αὐτοδαῆ. [4] τὰ ἐκ φύσεως, καὶ μὴ ἐκ διδαχῆς. Αὐτοδαῆ ὀρχήματα.

Αὐτόδαξον [5] τρόπον. τουτέστι τὸν δάκνοντα. τὸν ἐμπεσόντα. ἢ αὐθάδη καὶ ὀργίλον. ἐπεὶ οἱ ὀργίλοι δάκνουσι τοῖς ὀδοῦσιν. Ἀριστοφάνης·

Τὰς φύσεις ὑμῶν δεδοικὼς, καὶ τὸν αὐτόδαξον τρόπον.

Καὶ αὖθις·

Ἵν' [6] ὄζωμεν γυναικῶν αὐτοδὰξ ὠργισμένων.

ἀντὶ τοῦ πάνυ. Αὐτοδὰξ καὶ τὸ παραχρῆμα ἀποδεδώκασιν.

Αὐτὸ [7] δείξει. παροιμία. ἐλλείπει τὸ ἔργον.

Αὐτοδίκη. [8] ὅταν αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ τις δικάζηται, καὶ [9] αὐτομαχεῖ. καὶ [10] Αὐτοδικεῖν Δείναρχος ἀντὶ τοῦ ἑαυτοῖς τὰ δίκαια ὁρίζειν.

Αὐτοέτες. σὺν αὐτῷ τῷ ἔτει.

Αὐτόθεν. ἀντὶ τοῦ ἐντεῦθεν.

Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ εἰσὶν ἐνθένδ' αὐτόθεν.

[11] Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσι. Καὶ αὖθις· Ἀλλὰ χρῆναι παρ' αὐτόθεν, ὡς ἔχουσιν, ἀντεπεξελθόντας ἐν χερσὶ στήσασθαι τὸ τέλος τοῦ πολέμου. ἢ Αὐτόθεν, ἀντὶ τοῦ οἴκοθεν. ἔνδοθεν. Ὁ δὲ αὐτόθεν πρὸς τὸ ἀδικεῖν ὥρμηται. Καὶ Ἰώσηπος. Δῶρα δὲ αὐτόθεν μὴ πέμπειν τῷ βασιλεῖ. ἀντὶ τοῦ οἴκοθεν. ἢ Αὐτόθεν, ἐκεῖθεν, ἢ ἀπὸ τοῦ παρόντος χρόνου. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι αὐτόθεν ἐλπίσαντες ἤδη τὴν παρεμβολὴν αἱρήσειν. ἀντὶ τοῦ ἐκ τοῦ παραχρῆμα. καὶ Θουκυδίδης· Χειμὼν ἦν, καὶ τοῖς Ἀθηναίοις τὸν πόλεμον αὐτόθεν ποιεῖσθαι οὕτως ἐδόκει.

Αὐτοκακὸν [12] ἔοικε τῷδε. ἄκρως καὶ καθ' ὑπερβολὴν ἔοικε τῷδε εὔνους.

Αὐτοκάβδαλος [13] ναῦς, ἢ αὐτοκάβδαλον σκάφος.



*decreverunt, urbem eodem statim die dedendam esse.* Αὐτοβοεὶ enim hic idem significat quod αὐθημερόν. Vel, dum aures adhuc clamore personant. Vel, dum boves adhuc sub jugo sunt.

Αὐτοβοεί. Apud Thucydidem dicitur de re, quæ statim, &, simul ac primus clamor militaris sublatus est, perficitur. Apud Theopompum vero significat per vim, sive violento Marte.

Αὐτογένεθλον. A se genitum.

Αὐτοδαῆ. Quæ natura magistra absque institutione discuntur. Ut, Αὐτοδαῆ ὀρχήματα, saltationes, quas quis natura, non doctrina didicit.

Αὐτόδαξον τρόπον. Ingenium valde mordax, & quod alios insectatur. Vel, pervicax & iracundum. Irati enim mordent dentibus. Aristophanes: *Mores vestros veritus, & ingenium iracundum.* Et iterum: *Ut redoleamus mulieres vehementer iratas.* Αὐτοδὰξ etiam interpretantur statim, confestim.

Αὐτὸ δείξει. *Ipsa [res] demonstrabit.* Proverbium. Deest vox ἔργον.

Αὐτοδίκη. Dicitur de eo, qui per se ipsum & non per alium litigat. Idem enim interdum significat quod αὐτομαχεῖ. Et Αὐτοδικεῖν apud Dinarchum significat, sibi ipsis jus dicere.

Αὐτοέτες. Eodem anno.

Αὐτόθεν. Illinc. Ex isto loco. *Necesse omnino est, eos ex ipso illo loco venisse.* Aristophanes *Acharnensibus.* Et iterum: *Sed oportere eos ex illo loco ita, ut nunc sint, paratos hosti obviam illico procedere, & fortiter pugnando bello finem imponere.* Vel Αὐτόθεν, suopte ingenio. Intrinseco instinctu. *Ille vero suopte ingenio ad injustitiam ferebatur.* Et Josephus: *Dona vero Regi domo non mittere.* Αὐτόθεν enim hic positum est pro οἴκοθεν. Vel Αὐτόθεν, illinc, vel statim. *Romani vero sperantes se castris statim potituros esse.* Et Thucydides: *Hyems erat, & Atheniensibus bellum illico inferre placuit.*

Αὐτοκακόν. Voluntarium malum huic videtur. Summe & supra modum favere huic videtur.

Αὐτοκάβδαλος. Navis vel scapha ex tem-

1 Οἱονεὶ ἔναυλον] Hæc nimis præcisa sunt. Clarius dixisset Suidas, οἱονεὶ ἔναυλα ἔτι ὄντος τοῦ βοῆς. Vel hic enim loci hujus sensus est, vel nullus. Portus hic ἐδὼ ὄχλω.

2 Ἢ ἔτι τῆς βοῶν ἐν ζυγῷ ὄντων] Hæc inepta sunt, & sola litura sananda.

3 Οὕτω Θουκυδίδης] Lib. II. cap. LXXXI. Item lib. III. cap. LXXIV. & lib. VIII. cap. XXIII.

4 Αὐτοδαῆ. τὰ ἐκ φύσεως, καὶ μὴ ἐκ διδ.] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Ajacem* pag. 42. ut Portus monuit.

5 Αὐτόδαξον τρόπον] Scribendum est αὐτοδὰξ τὸν τρόπον. Nota enim hæc Suidæ referenda est ad locum illum Aristophanis in *Pace* pag. 666. (456. Ed. Bas. P.)

Τὰς φύσεις ὑμῶν δεδοικὼς, καὶ τὸν αὐτοδὰξ τρόπον.

Sic etiam paulo post apud Suidam legendum est.

6 Ἵν' ὄζωμεν γυναικῶν αὐτοδὰξ ὠργισμένων.] Hæc sunt verba Aristophanis *Lysistrata* pag. 881. (556. Ed. Bas. P.) sed ubi rectius legitur: Ὡς ἂν ὄζωμεν γυν.

7 Αὐτὸ δείξει. παροιμία. ἐλλείπει τὸ ἔργον] Locus hic Suidæ in lepidum errorem induxit doctissimum Maussacum, cujus verba ex Dissertatione Critica adducam: *Quin alia multa etiam sine hypothesibus allata sint* (loquitur ibi de proverbiis, quæ Hesychius sine interpretatione & argumento in Collectanea sua retulit) *non dubito, quæ quisque pro diligentia & studio notare poterit. Consule proverbium ἐξ ἀνυχος, quod etiam hypothesi indiget: & Ἄρης τύραννος, ubi nulla hypothesis, sed proverbium nudum affertur; & sexcentis aliis. Quod autem nos vocamus hypothesin, hoc Suidas proprie ἔργον appellat. In proverbio enim, quod hypothesi & facto indiget apud illum, hæc leguntur: Αὐτὸ δείξει. ἐλλείπει τὸ ἔργον.* Sed hæc quidem jocularia sunt. Sensus enim hujus loci non est, proverbium Αὐτὸ δείξει argumento & hypothesi carere, ut Maussacus putavit: sed per verba ista ἐλλείπει τὸ ἔργον Suidas significare voluit, in proverbio Αὐτὸ δείξει desiderari vocem ἔργον, & integram παροιμίαν ita efferendam esse, Αὐτὸ τοὔργον δείξει. Sic enim proverbium hoc effert Aristophanes *Lysistrata* pag. 859. multique alii scriptores, quos hic allegare non attinet. Vide Gatakerum ad Marc. Anton. Lib. XI. §. XV. a quo errorem Maussaci recte etiam notatum esse video.

8 Αὐτοδίκη. ὅταν αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ τις δικάζηται] Secundum Scholiastam Thucydidis αὐτόδικοι illi appellantur, qui propriis judiciis utuntur, nec a superiore & extraneo judice pendent. Vide eum ad lib. V. cap. XX.

9 Αὐτομαχεῖ] Vide infra hac voce.

10 Καὶ αὐτοδικεῖν Δείναρχος ἀντὶ τοῦ ἑαυτοῖς τὰ δίκαια ὁρίζειν] Ex Harpocratione.

11 Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσι] Pag. 376. (266. Ed. Bas. P.)

12 Αὐτοκακὸν ἔοικε τῷδε.] Obscura hæc mihi videntur, nec facile divinaturum quenquam puto, quid Suidas hic sibi velit.

13 Αὐτοκάβδαλος ναῦς, ἢ αὐτοκάβδαλον σκ.] Vide Etymologum.

αὐτοσχέδιον. κυρίως δὲ ἡ λέξις ἐπὶ τῶν ἀλφίτων εἴρηται. τὸ γὰρ ὡς ἔτυχε φυραθὲν ἄλευρον αὐτοκάβδαλον λέγεται.

Αὐτοκέλευστος. αὐθόρμητος. Ἀρριανός· Κρότος τε ἀθρόος, οὐκ ἐκ παραγγέλματος, ἀλλ' αὐτοκέλευστος ὡρμήθη.

Αὐτοκέραστον. οἷον εὐκέραστον, συμμέτρως κεκραμμένον.

Αὐτοκίνητον. αὐτοφυές. Τῷ δὲ Ἑρμείᾳ τῷ φιλοσόφῳ τὸ αὐτοκίνητον οὐ προσῆν τῇ πολυμαθείᾳ.

Αὐτοκλείδης. Κηδωνίδης καὶ Αὐτοκλείδης καὶ Θέρσανδρος ὡς παιδερασταὶ σφοδροὶ διεσύροντο.

Αὐτοκόμου. [1]Ἀριστοφάνης Βατράχοις περὶ Αἰσχύλου·

Φρίξας δ' αὐτοκόμου λοφιᾶς
Λασιαύχενα χαίταν.

ὥσπερ εἶπεν, ὀργισθεὶς ὥσπερ σῦς. [2]πᾶν τὸ ἐπισκύνιον κάτω ἕλκεται.

Αὐτοκράτης, Ἀθηναῖος, κωμικὸς ἀρχαῖος. τῶν δραμάτων αὐτοῦ [3]Τυμπανισταί. ἔγραψε καὶ τραγῳδίας πολλάς.

Αὐτοκράτωρ. δεσπότης. ἄρχων. Ἑλληνικὴ ἡ φωνή. [4]τάττεται δὲ ἐπὶ παντὸς τοῦ καταπολεμήσαντος καὶ κρατήσαντος ἐναντίον. καὶ ἦν κοινὸν προσόρημα ἐπί τε στρατηγῶν καὶ ὑπάτων.

Αὐτοκράτορα. πάντα τὸν ἀνυπεύθυνον. [5]Αὐτοκράτορες. ἀντὶ τοῦ, τῶν δογμάτων κρατοῦντες. Ἀριστοφάνης Ὄρνισι· Τούτων πέρι πάντων αὐτοκράτορες ἥκομεν.

Αὐτοκτόνα.

Οὕτως [6]ἐξ ἐχθρῶν αὐτοκτόνα πέμπετο δῶρα,
Ἐν χάριτος προφάσει μοῖραν ἔχοντα μόρου.

περὶ Αἴαντος καὶ Ἕκτορος.

Αὐτολήκυθοι. [7]Δημοσθένης κατὰ Κόνωνος. [8]ἤτοι ἀντὶ τοῦ εὐζώνους τινὰς καὶ ἑτοίμους πᾶν ὁτιοῦν ποιεῖν καὶ ὑπομένειν. ἢ ἀντὶ τοῦ πένητας, μηδὲν ἄλλο κεκτημένους ἢ ληκύθους. ἢ αὐτουργούς. ἢ ἀντὶ τοῦ εἰς πληγὰς ἑτοίμους, καὶ οἷον τύπτοντας, καὶ μαστιγοῦντας, καὶ ὑβρίζοντας. ἢ τοὺς ἐκ προχείρου διδόντας ἀργύριον, καὶ ἑτοίμους πρὸς τὰς μίξεις. καὶ γὰρ εἶχον ἐν ταῖς ληκύθοις ἀργύρια. καὶ λύσαντες δὲ πολλάκις τὴν λήκυθον, ἐχρῶντο τῷ ἱμάντι πρὸς τὸ μαστιγοῦν.

pore & levi negotio compacta. Proprie autem vocabulum hoc de farina dicitur. Farina enim utcunque & parum accurate subacta ἄλευρον αὐτοκάβδαλον dicitur.

Αὐτοκέλευστος. Qui injussus & sponte sua aliquid facit. Arrianus: *Et frequens plausus nullo jubente sponte sua excitatus est.*

Αὐτοκέραστον. Bene temperatum. Modice mixtum.

Αὐτοκίνητον. Quod per se movetur. Nativum. Sponte natum. *Hermias vero philosophus varia quidem eruditione, sed non ingenii dotibus excellebat.*

Αὐτοκλείδης. Autoclides, Cedonides, & Thersander ob puerorum amores, quibus indulgebant, male audiebant.

Αὐτοκόμου. Valde comati. Aristophanes in *Ranis* de Æschylo dicit: *Hirsutis valde comatæ jubæ setis inhorrescens.* Idem est, ac si dixisset, apri instar iratus. [Homerus vero de leone irato dicit:] *Omne supercilium demittit.*

Αὐτοκράτης. Autocrates, Atheniensis, Comicus antiquus. Ex fabulis ipsius sunt *Tympanistæ.* Scripsit & tragœdias multas.

Αὐτοκράτωρ. Imperator. Dominus. Princeps. Vocabulum est Græcum. Dicitur etiam de eo, qui hostes vicit & debellavit. Eadem appellatio communis erat Imperatoribus & Consulibus.

Αὐτοκράτορα. Sic Græci appellant Principem nullis rationibus reddendis obnoxium. Item Αὐτοκράτορες appellantur, qui suo arbitrio quidvis decernunt. Aristophanes *Avibus: Venimus ad vos legati, liberam de omnibus statuendi potestatem habentes.*

Αὐτοκτόνα. [Letalia.] *Sic ab inimicis letalia mittebantur dona, speciem quidem beneficii præ se ferentia, sed re vera fatalem mortem afferentia.* De Ajace & Hectore ista dicuntur.

Αὐτολήκυθοι. Demosthenes in oratione contra Cononem sic vocat eos, qui ad quidvis faciendum & patiendum parati sunt & accincti. Vel significat pauperes, & qui nihil aliud possident quam lecythos. Vel qui ipsi sibi ministrant. Vel, qui ad verbera infligenda parati sunt: quasi dicas verberantes, flagris cædentes, & contumelia alios afficientes. Vel, qui pecuniam prompte dant, & ad commercia proclives sunt. In lecythis enim pecuniam ferre solebant. Sæpe etiam lecytho soluta, loro ejus ad alios cædendum utebantur.

1 Ἀριστοφάνης Βατράχοις] Pag. 250. (162. Ed. Bas. P.)

2 Πᾶν τὸ ἐπισκύνιον κάτω ἕλκεται] Homerus Il. P. v. 136.

3 Τυμπανισταί] Hujus fabulæ meminit Ælianus *Histor. Anim.* lib. XII. cap. IX.

4 Τάττεται δὲ ἐπὶ παντὸς τοῦ καταπολεμήσαντος καὶ κρατήσαντος τῶν ἐναντίων.] Hæc verba Suidæ de consuetudine Romanorum, non Græcorum, intelligenda sunt. Apud Romanos enim belli duces toties ab exercitu *Imperatores* appellabantur, quoties ingenti prælio hostes vicissent, ut ex scriptoribus Historiæ Romanæ notum est. Dio de Julio Cæsare pag. 157. Ἐψηφίσθη δὲ αὐτῷ δημοσίᾳ καὶ τὸ τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα, οὐχ ὥσπερ τις τινὰ μάχην μεγάλην νικήσαντι &c. i. e. *Decretum publice fuit, ut Imperator appellaretur, non quemadmodum Imperatores dicuntur illi, qui magno prælio hostem vicerunt* &c. Vide eundem in *Augusto* pag. 191.

5 Αὐτοκράτορες. ἀντὶ τοῦ τῶν δογμάτων κρατοῦντες] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Pacem* pag. 614. (428. Ed. Bas. P.)

6 Οὕτως ἐξ ἐχθρῶν αὐτοκτόνα πέμπετο δῶρα, Ἐν χάρ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis, quod legitur Anthol. lib. III. cap. XXV, Epigr. XIV. ut Portus etiam observavit.

7 Αὐτολήκυθοι. Δημοσθένης κατὰ Κόν.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Harpocratione.

8 Ἤτοι ἀντὶ τοῦ εὐζώνους τινὰς καὶ ἑτοίμους πᾶν ὁτιοῦν ποιεῖν καὶ ὑπομένειν] Id est, scurras & parasitos: quo sensu vox αὐτολήκυθος accipitur apud Plutarchum in libello *de adulat. & amici discrimine* pag. 50.

Αὐτολόχευτος. αὐτογέννητος. ὁ Θεὸς ἀγέννητος.

Αὐτόλυκος.[1] Ἀρεοπαγίτης οὗτος ἦν, καὶ [2]τοὺς οἰκείους ὑπεκθέμενος ἐν τοῖς Χαιρωνικοῖς ἑάλω, καὶ κατεψηφίσαντο αὐτοῦ οἱ δικασταί.

Αὐτόλυκοι.[3] πένητες. οἷον αὐτοδιάκονοι.

Αὐτοματίζουσιν. αὐτόματοι παραγίνονται. Αὐτοματίζουσι δύο τινές. ἀδελφὼ δὲ ἤστην καὶ γένος καὶ προαίρεσιν, καὶ χώρους τινὰς ἀσύλους ὑποδεικνύουσι, διὰ τὸ ἔρυμα τοῦ ὀχυρώματος.

Αὐτομαχεῖν.[4] τὸ δι' ἑαυτοῦ δικάζεσθαι, ἀλλὰ μὴ δι' ἑτέρου. καὶ Αὐτομαχῆσαι. ὅταν ἀντιποιῆταί τις οἰκίας ἢ χωρίου, καὶ εἴη ὁ πεπρακὼς μὲν ἀξιόχρεως, ὥστε δοκεῖν ἀποτῖσαι τὴν ζημίαν, καὶ συνίστασθαι τὴν δίκην πρὸς τὸν ἀντιποιούμενον· βούλοιτο δὲ ὁ διακατέχων τὴν οἰκίαν ἢ τὸ χωρίον ἰδίαν αὐτῷ γενέσθαι ἀγῶνα πρὸς τὸν ἀμφισβητοῦντα, τοῦτο αὐτομαχῆσαι καλεῖται.

Αὐτομόλως. προδοτικῶς. καὶ Αὐτομολῆσαι ἐστὶ τὸ προδοῦναι τοὺς ἰδίους, καὶ ἐᾶσαι, καὶ ἀπελθεῖν πρὸς τοὺς ὑπεναντίους ἐπὶ συμμαχίᾳ. Αὐτόμολος δὲ, ὁ πρόσφυξ.

Αὐτὸν κέχρηκας τὸν [5]βατῆρα τῆς θύρας. ἐπὶ τῶν ἀληθευόντων. οἷον ἐπ' αὐτὴν ἐλήλυθας τὴν ἀλήθειαν.

Αὐτονομουμένη πόλις. ἡ τοῖς αὐτῆς νόμοις χρωμένη, καὶ οὐχ ὑπακούουσα ἑτέροις.

Αὐτὸν οὐ τρέφων, κύνας τρέφεις; ἐπὶ τῶν ἀπορούντων μὲν, ἑτέρους δὲ τρέφειν ἐπαγγελλομένων.

Αὐτονυχί. αὐτῇ τῇ νυκτί.

Αὐτοπαθῶς. [6]Πολύβιος· Ὁ δὲ ἀνακρινόμενος ὑπὲρ ἑκάστου ἀπεδίδου λόγον οὐ μὴν ἀλλ' αὐτοπαθῶς καὶ γενναίως ὑπέμενε τοὺς ἐλέγχους. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ Ἀννίβας δόξας αὐτοπαθῶς ἅμα καὶ ἀληθῶς εἰρηκέναι, πιστεύεται. Αὐτοπαθῶς οὖν, οἴκοθεν, ἐξ ἰδίας προαιρέσεως. [7]Ὁ μὲν οὖν Ἀντίοχος δόξας αὐτοπαθῶς ἅμα καὶ ἀληθῶς εἰρῆσθαι παρὰ τοῦ Ἀννίβου κατὰ Ῥωμαίων, πάσης τῆς προϋπαρχούσης ὑποψίας ἀπέστη.

Αὐτόπρεμνον. δύσκολον. πρόρριζον. ἢ μέγα. [8]Ἀριστοφάνης περὶ Αἰσχύλου· Αὐτοπρέμνοις τοῖς λόγοισιν ἐμπεσόντα, συσκεδᾷν πολλὰς ἀλινδήθρας ἐπῶν.

Αὐτολόχευτος. Ex segenitus. Non genitus.

Αὐτόλυκος. Autolycus, Areopagita, cum tempore belli Chæronensis liberos & uxorem [Athenis] clam subduxisset, deprehensus & a judicibus condemnatus fuit.

Αὐτόλυκοι. Pauperes, sive, qui sibi ipsi ministrant.

Αὐτοματίζουσι. Sponte sua, nec vocati accedunt. *Duo quidam sponte sua veniunt, & genere & voluntate sibi gemini, loca quædam tuta & munita indicantes.*

Αὐτομαχεῖν. Per se ipsum, non per alium litigare & judicio contendere. Et Αὐτομαχῆσαι. Cum quis domum aut fundum sibi vendicat, & venditor solvendo est, nec judicium adversus vindicantem detrectat; eamque ob causam possessor domus vel fundi ipse judicio experiri vult adversus eum, qui de re empta controversiam movet, id αὐτομαχῆσαι dicitur.

Αὐτομόλως. Transfugæ vel proditoris in modum. Et Αὐτομολῆσαι est suos prodere & deserere, & ad hostes transfugere, ut illis milites. Et Αὐτόμολος, transfuga.

Αὐτὸν κέχρηκας τὸν βατ. *Ipsum januæ limen tetigisti.* Dicitur de illis, qui vera dicunt. Quasi dicas, ipsam veritatem tetigisti.

Αὐτονομουμένη πόλις. Civitas, quæ suis legibus utitur, suique juris est.

Αὐτὸν οὐ τρ. *Te ipsum non alens, canes alis?* Dicitur de iis, qui, cum pauperes sint, alios tamen se alere velle pollicentur.

Αὐτονυχί. Eadem nocte.

Αὐτοπαθῶς. Ex proprio affectu. Ex vero animi sensu. Polybius: *Ille vero interrogatus singillatim omnium rationem reddebat, & ex vero affectu animoque generoso quodvis examen sustinebat.* Et iterum: *Annibali autem, cum ex vero animi sensu nec simulate locutus videretur, fides habebatur.* † *Antiochus igitur, cum persuasum haberet, Annibalem ex proprio affectu & vero sensu loqui, priores omnes suspiciones deposuit.*

Αὐτόπρεμνον. Difficile. Quod cum ipsis radicibus evellitur. Vel magnum. Aristophanes de Æschylo inquit: *Illum vero magno impetu irruentem, & inanem verborum apparatum dissipantem videbimus.*

1 Αὐτόλυκος. Ἀρεοπαγίτης οὗτος ἦν, καὶ τοὺς οἰκείους ὑπεκθ.] Ex Harpocratione.

2 Καὶ τοὺς οἰκείους ὑπεκθέμενος ἐν τοῖς Χαιρωνικοῖς ἑάλω] Hic locus propter brevitatem obscurus est, qui ut recte intelligatur, sciendum est, post pugnam Chæronensem, qua res Græcorum valde afflictæ fuerunt, Athenienses lege lata interdixisse, ne quis metu periculi patriæ imminentis vel ipse urbem desereret, vel uxorem & liberos clam inde subduceret; ut discimus ex argumento orationis, quam Lycurgus contra Leocratem scripsit. Inter eos igitur, qui tunc temporis uxorem & liberos contra legem Athenis subduxerunt, fuit hic Autolycus, qui ideo a judicibus condemnatus & pœna affectus est, ut præter Harpocrationem, &c. qui eum descripsit, Suidam, egregie nos docet Lycurgus in oratione contra Leocratem pag. 154. his verbis: Ἀλλὰ μὴν καὶ Αὐτολύκου μὲν ὑμεῖς κατεψηφίσασθε, μείναντος μὲν αὐτοῦ ἐν τοῖς κινδύνοις, ἔχοντος δ' αἰτίαν τοὺς υἱεῖς καὶ τὴν γυναῖκα ὑπεκθέσθαι καὶ ἐτιμωρήσασθε. Criminis hujus reum Autolycum peregerat Lycurgus habita contra eum oratione, cujus mentio fit apud Harpocrationem v. Αὐτόλυκος, & v. Ἠρία; itemque in argumento orationis, quam idem Lycurgus contra Leocratem scripsit. Hinc ergo patet, pro Χαρωνικοῖς, ut priores Edit. Suidæ exhibent, me recte reposuisse Χαιρωνικοῖς, ut apud Harpocrationem legitur; & Portum toto, quod aiunt, cœlo a scopo aberrasse, qui locum hunc Suidæ de locis Charonicis, sive speluncis pestiferis intelligendum esse existimabat.

3 Αὐτόλυκοι] Hanc vocem suspectam habeo, eamque ex voce αὐτολήκυθοι (de qua vide paulo ante) corruptam esse puto. Cæterum, articulus hic deest in Editt. Basileensi & Genevensi: exstat autem in MSS. & Editt. Mediolanensi & Aldina.

4 Αὐτομαχεῖν. τὸ δι' ἑαυτοῦ δικ.] Vide Maussacum ad Harpocrationem h. v. & Petitum *de Leg. Attic.* pag. 400.

5 Τὸν βατῆρα τῆς θύρας] Infra v. Βατὴρ legitur τὸν βατῆρα τοῦ λόγου.

6 Πολύβιος· Ὁ δὲ ἀνακρινόμενος ὑπὲρ ἑκ.] Hoc fragmentum legitur apud Polyb. lib. VIII. cap. XIV.

7 Ὁ μὲν οὖν Ἀντίοχος δόξας αὐτοπαθῶς ἅμα καὶ ἀληθῶς εἰρ.] Hæc sunt verba Polybii lib. III. cap. XI.

8 Ἀριστοφάνης] *Ranis* pag. 254. (166. Ed. Bas. *P.*)

Αὐτός. ἀντὶ τοῦ ἐγώ. Καὶ ἦλθον ἡμέραις αὐτὸς μετὰ μʹ. ἀντὶ τοῦ ἐγὼ Ἀττικῶς. Αὐτὸς, ἐπὶ σώματος. διορίζουσι γὰρ τὰς ψυχὰς πρὸς τὰ σώματα. Ὅμηρος· Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχάς. εἶτα· Αὐτοὺς δ' ἑλώρια. Καὶ [1] Ἀριστοφάνης· Ὁ νοῦς μὲν ἔξω· αὐτὸς δ' ἔνδον ἀναβάδην ποιεῖ τραγῳδίας.

Αὐτός. ἀντὶ τοῦ ὁ δεσπότης. [2] Ἀριστοφάνης Βατράχοις· Φράσον ταῖς ὀρχηστρίσιν, ὅτι αὐτὸς εἰσέρχομαι.

Αὐτὸς αὑτὸν αὐλεῖ. ἐπὶ τῶν ἑαυτοὺς δεικνυόντων ἐν τοῖς πράγμασιν, ὁποῖοί τινές εἰσιν.

Αὐτὸς γὰρ εὗρε τοῦ κακοῦ τὴν πιτύαν. ἤτοι τὴν πηγήν. ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς κακὰ ἐπισπωμένων.

Αὐτόσε. ἐκεῖσε. λέγεται δὲ καὶ αὐτοῦσε. Διάβασις δὲ οὐκ ἔστιν αὐτοῦσε, ὅτι μὴ τῷ ζεύγματι.

Αὐτὸς [3] ἔφα. τοῦτο παροιμιακὸν ἐπὶ Πυθαγόρου τοῦ Φιλοσόφου εἰσῆλθεν εἰς τὸν βίον. οὗτος γὰρ ἀποσεμνύνων τὸν ἑαυτοῦ λόγον καὶ βίον, ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἔλεγεν· Αὐτὸς ἔφα· ἀντὶ τοῦ εἶπεν. Οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, φησὶν, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ.

Αὐτόσιτος. ὁ οἰκόσιτος.

Αὐτός [4] τι νῦν δρῶν, εἶτα τοὺς Θεοὺς κάλει. ὁμοία τῇ, Σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει. ἐπὶ τοῦ μὴ δεῖν ἐπὶ ταῖς τῶν Θεῶν ἐλπίσι καθημένους ἀργεῖν. τίθεται δὲ ἐπὶ γυναικῶν, καὶ μάλιστα ὀφειλουσῶν ἐργάζεσθαι.

Αὐτόστοιχος. αὐτὸς ἑαυτῷ προσέχων. Ὁ βουλόμενος ἐν τῷδε τῷ βίῳ ἀβέβηλον βίον πολιτεύεσθαι, αὐτόστοιχος ἐθέλει εἶναι.

Αὐτοσφαγῆ. τὸν ὑφ' ἑαυτοῦ ἀναιρούμενον. Αἴας φησί·

Καί [5] σφας κακοὺς κάκιστα καὶ πανωλέθρους
Ξυναρπάσειαν. ὥσπερ εἰσορῶσ' ἐμὲ
Αὐτοσφαγῆ πίπτοντα· τὼς αὐτοσφαγεῖς
Πρὸς τῶν φιλίστων ἐκγόνων ὀλοίατο.

Σοφοκλῆς φησίν.

Αὐτοσχέδιον. ἐκ τοῦ σύνεγγυς τόπου. ἢ τὸ ἐκ τοῦ συντόμου. καὶ Αὐτοσχεδίως, αὐτομάτως, συντόμως. καὶ Αὐτοσχεδιάζουσιν, αὐτομάτως πράττουσιν. Αἰλιανός· Ῥωμαῖοι δὲ οὔτε εὐπραγίαν προσίεντο, οὔτε νίκην τελεσθεῖσαν, ἧς ὁ ἄρχων μὴ ἐκοινώνησεν, ἠσπάζοντο, ἵνα μὴ αὐτοσχεδιάζωσιν ἐν ταῖς πράξεσιν οἱ ὑπήκοοι. Καὶ αὖθις· Ὑπὲρ μεγάλων ἥκειν καὶ ἀδυνάτων αὐτοσχεδιασθῆναι.

Αὐτότατος. [6] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

Ἐκεῖνος αὐτός; αὐτότατος.

ἀντωνυμία. πέπαικται δὲ κωμικῶς. τὰ [7] γὰρ ἀόριστα τῶν πραγμάτων ἀνεπίτατα. εἰ οὖν ἀντωνυμία ἐπὶ οὐσίας

Αὐτός. Ego. *Et ipse quidem quadraginta diebus veni.* Hic αὐτὸς Attice positum est pro ἐγώ. Αὐτὸς de corpore dicitur. Animas enim a corporibus distinguunt. Homerus: *Multas autem generosas animas* [*Orco demisit.*] Postea addit: *Ipsos vero canibus dilaniandos objecit.* Aristophanes: *Mens quidem foris est: ipse vero intus in sublimi loco sedens tragœdias componit.*

Αὐτός. Interdum ponitur pro *Dominus.* Aristophanes *Ranis*: *Dic saltatricibus dominum intrare.*

Αὐτὸς αὑτὸν αὐλεῖ. *Ipse se canit.* De illis dicitur, qui in rebus gerendis se ipsi, quales sint, demonstrant.

Αὐτὸς γὰρ εὗρε τ. *Ipse enim invenit fontem mali.* In eos, qui sibi ipsi mala accersunt.

Αὐτόσε. Illuc. Dicitur autem & αὐτοῦσε. *Transitus autem illac non datur, nisi ponte facto.*

Αὐτὸς ἔφα. *Ipse dixit.* Hoc proverbium a Pythagora ortum est. Is enim dictis & factis suis auctoritatem conciliare volens, in colloquiis dicebat: Αὐτὸς ἔφα, i.e. *Ipse dixit.* Quasi diceret: *Hæc oratio non est mea, sed Dei.*

Αὐτόσιτος. Qui domi nutritur.

Αὐτός τι νῦν δρ. *Ipse manum operi admovens, Deos voca.* Proverbium hoc simile est illi: *Cum Minerva manum quoque move.* Monemur autem eo, non oportere nos Deorum auxilio fretos sedere otiosos: diciturque de mulieribus, quas maxime operi vacare oportet.

Αὐτόστοιχος. Qui ipse ad se animum advertit. *Qui in hac vita sancte vivere vult, ad suam ipsius vitam mentem advertere debet.*

Αὐτοσφαγῆ. A se ipso occisum. Ajax inquit: *Eosque malos* [*Furiæ*] *correptos pessime perdant; &, quemadmodũ vident me propria manu occisum cadere: sic & illi a carissimis liberis & nepotibus occisi perdantur.* Sophocles.

Αὐτοσχέδιον. Ex vicino loco. Vel, quod celeriter & ex tempore fit. Et Αὐτοσχεδίως, sponte sua, ex tempore. Et Αὐτοσχεδιάζουσιν, sponte [& absque imperio ducum] aliquid agant. Ælianus: *Romani vero nec rem prospere gestam, si contra leges facta esset, nec victoriam absque imperio & voluntate ducis partam probabant, ne subditi assuescerent suo arbitrio quidvis agere.* Et iterum: *Venire de rebus magnis, & quæ ipsorum auctoritate confici nequirent.*

Αὐτότατος. Ipsissimus. Aristophanes *Pluto*: *Ille ne ipse? Ipsissimus.* Pronomen hoc Comice confictum est. Quæ enim definita sunt, intensionem non admittunt. Si igitur pronomen de substantia dicatur, eatenus nul-

1 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* pag. 391. (278. Ed. Bas. *P.*)

2 Ἀριστοφάνης Βατράχοις· Φράσον ταῖς ὀρχηστρ.] Apud Aristophanem *Ranis* pag. 236. (151. Ed. Bas. *P.*) locus iste recte sic legitur:
Ἴθι νυν, φράσον πρώτιστα ταῖς αὐλητρίσιν,
Ταῖς ἔνδον οὔσαις, αὐτὸς ὡς εἰσέρχομαι.

3 Αὐτὸς ἔφα. τοῦτο παροιμ.] Vide Scholiastam Aristoph. ad *Nubes* pag. 134.

4 Αὐτός τι νῦν δρῶν, εἶτα τοὺς Θ.] Similem prorsus sensum habent proverbia illa, Τὴν χεῖρα προσφέροντα τὸν Θεὸν καλεῖν: Σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει; de quibus vide Suidam infra suis locis.

5 Καί σφας κακοὺς κάκιστα καὶ πανωλέθρους Ξυναρπ.] Hæc sunt verba Sophoclis in *Ajace* pag. 50. ut Portus observavit.

6 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 10. (6. Ed. Bas. *P.*)

7 Τὰ γὰρ ἀόριστα] Puto legendum, τὰ γὰρ ὡρισμένα.

‡

παρα-

παραλαμβάνεται, καὶ τοῦτο ἐπίταςιν οὐ δέχεται, ὡς τὰ ἄλλα μέρη.

lam intensionem recipit, ut aliæ partes.

Αὐτοτελής. ἱκανός. τέλειος. Πολύβιος· Ταῦτα εἰρήσθω χάριν τῆς Ῥωμαίων εὐβουλίας, καὶ τῆς ἀνοίας τῶν ὀλιγωρούντων τῆς τῶν ἐκτὸς συγκαταθέσεως, αὐτοτελεῖς δὲ νομιζόντων εἶναι πρὸς τὸ κατορθοῦν τὰς σφετέρας δυνάμεις. καὶ Αὐτοτελὴς δίκη, ἀφ᾽ ἧς οὐκ ἔστιν ἐκκαλέσασθαι ἐφ᾽ ἑτέραν. καὶ αὐτὸ τὸ κύριον ἁπλῶς.

Αὐτοτελής. Cui propriæ vires ad aliquid perficiendum sufficiunt. Perfectus. Polybius: *Hæc dicta sint ad prudentiam Romanorum laudandam, & illorum amentiam coarguendam, qui exterorum consensum negligunt, & suas sibi vires ad rem feliciter gerendam sufficere putant.* Et Αὐτοτελὴς δίκη dicitur judicium, a quo ad aliud provocare non licet. Et simpliciter significat id quod ratum est, sive quod quis propria auctoritate efficere potest.

Αὐτοῦ. ἐπὶ τόπου. [1] Ὅμηρος·

Στῆτ᾽ αὐτοῦ, καὶ λαὸν ἐρυκάκετε πρὸ πυλάων.

Καὶ αὖθις·

Αὐτοῦ [2] τῇδε μένουσα πολυκλαύτῳ ἐπὶ τύμβῳ,
Ἀγγελέω παριοῦσι, Μίδας ὅτι τῇδε τέθαπται.

Αὐτοῦ. De loco dicitur. Illic. Ibi. Homerus:

*State illic, & populum coercete ante portas.*

Et alibi:

*Hic sedens valde defleto in sepulchro,*
*Nunciabo prætereuntibus, Midam hic sepultum esse.*

Αὐτόφυτον. αὐτοφυής. ἐν Ἐπιγράμματι·

--- Καὶ αὐτόφυτον ἐρείκης
Βάθρον. ————

Αὐτόφυτον. Sponte natum. In Epigrammate:

--- *Et sua sponte nata ericæ*
*Radix.* ————

Αὐτοφόνῳ. ἑαυτὸν ἀνελόντι.

Τόσσης [3] γὰρ χρόνος ἄλλον ἐπάξιον ἀνέρα τόλμης
Οὐχ εὑρὼν, παλάμῃ θῆκεν ὑπ᾽ αὐτοφόνῳ.

περὶ Αἴαντος ὁ λόγος.

Αὐτοφόνῳ. Qui se ipsum interfecit. [In Epigrammate:] *Cum enim nemo fortitudine & audacia par illi existeret, fatum voluit, ut ipse manu sua periret.* De Ajace hæc dicuntur.

Αὐτοφυέςατον. [4] μὴ ἐπίπλαςον ἔχουσαν κάλλος. Αὐτοφυέςατον, καὶ οἷον γένοιτο Φιλοθήρου κόρης.

Αὐτοφυέςατον. Nativam habens pulchritudinem. *Nativa præditum pulchritudine, qualis solet esse Philotheri filiæ.*

Αὐτόχειρες. οἱ ἑαυτοὺς φονεύοντες αὐτοχειρίᾳ.

Αὐτόχειρες. Qui se propria manu interficiunt.

Αὐτόχθονες. οἱ Ἀθηναῖοι· ἢ ἐπεὶ τὴν χθόνα, τουτέστι τὴν γῆν, χέρσον οὖσαν πρῶτοι εἰργάσαντο· ἢ διὰ τὸ μὴ εἶναι αὐτοὺς ἐπήλυδας. Αὐτόχθονες δὲ καὶ Ἀρκάδες, καὶ Αἰγινῆται, καὶ Ἀθηναῖοι ἐκαλοῦντο. καὶ Αὐτόχθων, τῆς αὐτῆς πόλεως.

Αὐτόχθονες. Indigenæ. Sic appellabantur Athenienses, vel quia terram, (quæ χθὼν dicitur) ante incultam primi coluerunt: vel quia non aliunde in Atticam venerunt. Non solum autem Athenienses, sed etiam Arcades & Æginetæ vocabantur αὐτόχθονες. Et αὐτόχθων, ejusdem urbis civis.

Αὐτόχρημα ὅμοιον. παντελῶς ὅμοιον. Αἰλιανός· [5] Αὐτόχρημα πηδῶν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα, τῇ νηῒ Ἀσδρούβα φεύγειν ἐπειγομένην, τὰς χεῖρας ἐπιβαλὼν, εἶχετο ἐρρωμένως τῆς πρύμνης ὁ Κλάτιος ὄνομα. Καὶ Ἀριςοφάνης· [6]

Τὸν [7] Παφλαγόνα λαθεῖν οὐχ οἷόν τε.
Ἐφορᾷ γὰρ αὐτὸς πάντ᾽· ἔχει γὰρ τὸ σκέλος
Τὸ μὲν ἐν Πύλῳ, τὸ δὲ ἕτερον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.
Τοσόνδε δ᾽ αὐτοῦ βῆμα διαβεβηκότος,
Ὁ πρωκτός ἐστιν αὐτόχρημ᾽ ἐν Χάοσιν.

ἀντὶ τοῦ πάνυ ἀληθῶς. ἀψευδῶς. Χάονες δὲ ἔθνος Ἠπειρωτικόν.

Αὐτόχρημα ὅμοιον. Omnino simile. Ælianus: *Confestim transiliens transtra, navi Asdrubæ fugere properãti manũ injecit, puppimque valide retinuit Clatius.* Et Aristophanes: *At fieri non potest, ut Paphlagonem quicquam lateat. Ipse enim videt omnia, alterumque pedem in Pylo, alterum vero in foro habet. Cumque tam grandibus incedat passibus, podex ejus revera est inter Hiantes.* Αὐτόχρημα hic significat, omnino, vere. Χάονες vero est gens Epirotica.

Αὔτως. ὡς ἔτυχεν. ἢ ματαίως.

Αὔτως. Fortuito. Frustra. Temere.

Αὐτῷ στεφάνῳ. σὺν αὐτῷ τῷ στεφάνῳ. [8] Ὥστε μεθυσθεὶς αὐτῷ στεφάνῳ πᾶς τις ἄπεισι τὴν δᾷδα λαβών.

Αὐτῷ στεφάνῳ. Cum ipsa corona. *Adeo ut quilibet inebriatus cum ipsa corona face correpta abeat.*

Αὐτοῖς ταλάροις ἐσθίεις τὸν τυρόν. σύντροφον Ἀθηναίοις, ἄνευ τῆς σὺν προθέσεως λέγειν, αὐτοῖς ὅπλοις, αὐτοῖς ταλάροις.

Αὐτοῖς ταλάροις ἐσθ. *Cum ipsis calathis caseum edis.* Atheniensibus usitatum est ut sine præpositione σὺν dicant, αὐτοῖς ὅπλοις, αὐτοῖς ταλάροις.

1 Ὅμηρος] Il. Z. v. 80.

2 Αὐτοῦ τῇδε μένουσα πολυκλαύτῳ ἐπὶ τ.] Hæc verba decerpta sunt ex Epigrammate, quod exstat Anthol. lib. III. cap. VII. Epigr. XVIII. ut Portus etiam observavit.

3 Τόσσης γὰρ χρόνος ἄλλον ἐπ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis in *Ajacem*, quod legitur Anthol. lib. III. cap. XXV. Epigr. X.

4 Μὴ ἐπίπλαςον ἔχουσαν κ.] Vide infra v. Φιλόθηρος.

5 Αὐτόχρημα πηδῶν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα, τῇ νηῒ Ἀσδ.] Idē fragmentũ repetitur infra v. Κλάτιος. Vide etiam Reines. *Var. Lect.* p. 475.

6 Ἀριςοφάνης] *Equit.* pag. 292. (195. Ed. Bas. P.)

7 Τὸν Παφλαγόνα λαθεῖν οὐχ οἷόν τε] Versus hic ex Aristophane sic in integrum restituendus est:

Ἀλλ᾽ οὐχ οἷόν τε τὸν Παφλαγόν᾽ οὐδὲν λαθεῖν.

8 Ὥστε μεθυσθεὶς αὐτῷ στ.] Aristoph. *Eccles.* pag. 745.

Αὐχεῖ. καυχᾶται. καὶ Αὔχει, καυχῶ.

Αὔχημα. σεμνολόγημα. ὕψωμα. [1] Καὶ ὅτι ὅτε αὐχήματος, ἐφ' οὗ νῦν εἰσιν, ἐκεῖνοι ἀποβήσονται, καὶ ποιήσουσιν ἐξουσίαν σοι πράττειν, ὅ, τι ἂν αὐτοῖς ὑπολαμβάνῃς συνοίσειν. Καὶ αὖθις· Ἀπὸ οἵας λαμπρότητος καὶ αὐχήματος τοῦ πρώτου, εἰς οἵαν τελευτὴν καὶ ταπεινοφροσύνην ἀφῖκτο.

Αὐχμηρὰ τράπεζα. ἡ ξηρὰ καὶ πενιχρά. καὶ Αὐχμηρόν. στυγνόν, ἢ σκοτεινόν.

Αὐχμεῖς [2] αἰσχρῶς. ῥυπαρὸς εἶναι δοκεῖς. ὡς τοῦ δικαίου παρεωραμένου. ὁ δὲ ἀπεῖπε· Σὺ δέ γ' εὖ πράττεις. καὶ Αὐχμοί, ἀνομβρίαι. καὶ [3] Ἀριστοφάνης·

Αὐχμὸς γὰρ ὢν τῶν σκευαρίων μ' ἀπώλεσεν.

ἀντὶ [4] τοῦ, ἀπώλεσέ με ὁ ὢν αὐχμὸς τῶν σκευαρίων. μετωνυμικῶς. καὶ Αὐχμώδεις, ξηροῦ, ῥυπαροῦ. καὶ Αὐχμῶντες, στυγνοί, ἢ σκοτεινοί.

Αὖχος. τὸ ὄσπριον. ἀρσενικῶς.

Αὐχοῦντες. καυχώμενοι.

Ἀφαγνίζειν. [5] ἀποδῦσαι. καθιερῶσαι. λέγεται δὲ καὶ τὸ συλῆσαι.

Ἀφάδιος. [6] ὁ μὴ ἀρέσκων. Ἀδεῖν γὰρ τὸ ἀρέσκειν.

Ἄφακα. [7] ἐν τῷ Χειρόδωρος.

Ἀφαλόν τι. [8] τὸ ἄλοφον· ἵνα λανθάνοι. Φαλοὶ γὰρ τὰ ἐπὶ τῶν περικεφαλαιῶν λαμπρὰ ἀσπιδίσκια. λόφοι δέ, αἱ τριχώσεις.

Ἀφαμαρτούσῃ. ἀποτυχούσῃ. στερηθείσῃ.

Ἀφανές. τὸ σκοτεινόν. καὶ Ἀφανέστερα. Τότε δή, καὶ μεσημβρίας ἐπεχούσης, πάντα τῆς νυκτὸς ἀφανέστερα. [9] Ἀφανὴς οὐσία λέγεται ἡ ἐν χρήμασι, καὶ σώμασι, καὶ σκεύεσι. Φανερὰ δὲ [10] ἡ ἔγγειος. οὕτω Λυσίας.

Ἀφανίσαι. οὐ τὸ μολῦναι καὶ χρᾶναι δηλοῖ· ἀλλὰ ὅλως τὸ ἀνελεῖν καὶ ἀφανὲς ποιῆσαι.

Ἄφαντον φῶς. τὸ ἐκ πυρίτου λίθου. [11] Σοφοκλῆς Φιλοκτήτῃ·

Ἀλλ' ἐν πέτροισι πέτρον ἐκτρίβων μόλις
Ἔφην' ἄφαντον φῶς, ὃ καὶ σώζει μ' ἀεί.
Οἰκουμένη γὰρ οὖν στέγη πυρὸς μέτα
Πάντ' ἐκπορίζει, πλὴν τὸ μὴ νοσεῖν ἐμέ.

Αὐχεῖ. Gloriatur. Et Αὔχει, gloriare.

Αὔχημα. Gloriatio. Jactatio. Fastus. *Facile ponent spiritus istos, quibus nunc tument, & arbitrio tuo committent, ut agas, quæ in rem ipsorum fore videbuntur.* Et iterum: *Ex quo splendore & quanto fastu ad quem tandem statum & animi submissionem redactus est?*

Αὐχμηρὰ τράπεζα. Sicca & pauper mensa. Et Αὐχμηρόν, squalidum, triste, aut obscurum.

Αὐχμεῖς αἰσχρῶς. *Valde squalidus es & sordidus.* Justus enim contemni solet. Ille vero respondet: *Tu autem feliciter rem geris.* Et Αὐχμοί, siccitates. Et Aristophanes: *Squalor enim supellectilis me perdidit.* [Id est, paupertas me perdidit.] Per metonymiam. Et Αὐχμώδεις, sicci, sordidi. Et Αὐχμῶντες, tristes, obscuri, squalidi.

Αὖχος. Genere masculino legumẽ significat.

Αὐχοῦντες. Gloriantes. Se jactantes.

Ἀφαγνίσαι. Exuere. Consecrare. Item, spoliare.

Ἀφάδιος. Qui non placet. Ἀδεῖν enim placere significat.

Ἄφακα. Aphaca. Vide in Χειρόδωρος.

Ἄφαλον. Galeam cono & crista carentem: [qualem capiti suo imposuit Diomedes,] ut lateret. Φαλοὶ appellantur splendidi & nitentes galearum coni. Λόφοι, vero, cristæ ex setis equinis confectæ.

Ἀφαμαρτούσῃ. Ei, quæ spe frustratur; vel voti sui compos non sit.

Ἀφανές. Obscurum. Et Ἀφανέστερα, obscuriora. *Tunc autem, quamvis esset meridies, omnia erant nocte obscuriora.* Ἀφανὴς οὐσία [ab Atticis] vocantur opes, quæ in pecunia numerata, mancipiis, & supellectile consistunt. Φανερὰ vero, agri & fundi. Ita Lysias.

Ἀφανίσαι. Non significat inquinare & polluere; sed omnino de medio tollere & delere.

Ἄφαντον φῶς. Ignis non apparens: sive ignis, qui ex pyrite lapide excuditur. Sophocles *Philoctete: Sed saxa saxis collidens vix inde elicui latentem ignem, qui me huc usque servavit. In domo enim, quam inhabito, beneficio ignis omnia abunde mihi suppetunt, præterquam sanitas.*

1 Καὶ ὅτι ὅτε αὐχήματος, ἐφ' οὗ νῦν εἰσιν, ἐκεῖνοι —— συνοίσειν] Hæc sunt verba Dionysii Halicarnassensis lib. VIII. pag. 519. sed apud quem pro ὅτι legitur νῦν, uti etiam hic apud Suidam scribendum est. Vide etiam infra v. Ὑποβήσονται, ubi idem fragmentum repetitur.

2 Αὐχμεῖς αἰσχρῶς —— σὺ δέ γ' εὖ πράττεις] Hæc sunt verba Aristoph. *Nubibus* pag. 176. (106. Ed. Bas. P.)

3 Ἀριστοφάνης] In *Pluto* pag. 85. (42. Ed. Bas. P.)

4 Ἀντὶ τοῦ, ἀπώλεσέ με ὁ ὢν αὐχμὸς τῶν σκ. μετωνυμικῶς] Hæc sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis, sed mutila, quæ integra hic describam: Τὸ ἑξῆς, ἀπώλεσέ με ὁ ὢν αὐχμὸς τῶν σκευαρίων· ἀντὶ τοῦ ὤν, αὐτὸ τὸ δή. Ἀττικῶς δὲ εἶπεν ἀντὶ τοῦ ξηρὸς χρόνος ὑπὸ πενίας ἀπώλεσε τὰ σκευάρια. ἄλλως. Μετωνυμικῶς ἀπώλεσάν με τὰ σκευάρια ἐποίησε.

5 Ἀποδῦσαι] Scribendum est ἀποδῦσαι, vel, ut Porto videtur, ἀποδύναι. i. e. exuere. Hesychius, Ἀφαγνίσας, ἀποδύσας, ἢ συλήσας. Καὶ ἀφαγνίσαι (sic enim locus ille supplendus est) καθιερῶσαι, ἀφοσιῶσαι.

6 Ἀφάδιος] Vide etymologum.

7 Ἄφακα] Est nomen urbis Phœniciæ, inter Heliopolim & Byblim olim sitæ, ubi celebre erat templum Veneris, quod Constantinus M. evertit, ut refert Sozom. *Histor. Eccles.* lib. II. cap. V.

8 Ἀφαλόν τι. τὸ ἄλοφον] Scribendum est, ἄφαλόν τε καὶ ἄλοφον. Respexit enim Suidas ad locum illum Homeri Il. K. 257. 258.

Ἀμφὶ δέ οἱ κυνέην κεφαλῆφιν ἔθηκε
Ταυρείην, ἄφαλόν τε καὶ ἄλοφον.

Loquitur ibi Poeta de galea Diomedis.

9 Ἀφανὴς οὐσία λέγεται, ἡ ἐν χρ.] Ex Harpocratione: ad quem vide Maussacum & Valesium. Confer etiam Salmasium *de Modo Usur.* pag. 85.

10 Ἡ ἔγγειος] Priores Edit. male habent ἡ εὔγειος, cujus loco ἔγγειος ex Harpocratione reposui. Loquitur hic enim Suidas de possessionibus terrestribus, sive, ut Jurisconsultorum vocibus utar, bonis immobilibus, qualia sunt, agri, fundi, & domus: quæ Græci ἔγγεια vocant.

11 Σοφοκλῆς Φιλοκτήτῃ] Pag. 387. ut Portus observavit.

Ἀφάπ-

Ἀφάπτειν. [1] Ἀππιανός· Ἔστη δὲ προμάχους ξύλα παχέα ἔχοντας διπήχεα σεσιδηρωμένα, ἃ ἔμελλον ὡς καταπέλτας ἐκ χειρὸς ἐς τοὺς ἐλέφαντας ἀφάπτειν. τουτέστι, προσκολλᾶν.

Ἀφαρεύς, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, υἱὸς τοῦ σοφιστοῦ Ἱππίου καὶ Πλαθάνης, [2] πρόγονος δὲ Ἰσοκράτους τοῦ ῥήτορος, ἀκμάζων κατὰ τὴν ἐνενηκοστὴν πέμπτην Ὀλυμπιάδα, ὅτε καὶ Πλάτων ὁ φιλόσοφος.

Ἀφαρεί. [3] ἐσπουδασμένως καὶ ἀπερισκέπτως τι ποιεῖν.

Ἄφαρον. [4] τὴν λιπαρὰν γῆν· τὴν πολλὰ μήπω ἀροτριωθεῖσαν.

Ἀφαρόωσι. ἀντὶ τοῦ ἀροτριῶσιν.

Ἀφάρτεροι. ταχύτεροι. ἀπὸ τοῦ ἄφαρ, ὃ σημαίνει τὸ εὐθέως.

Ἵπποι δέ τοι ἔασιν ἀφάρτεροι, οἳ τὸ πάρος περ. Ὅμηρος. [5]

Ἀφασία. ἀφωνία.

Ἁφή. μία τῶν πέντε αἰσθήσεων. ἀπὸ τοῦ ἀφῶ ῥήματος δευτέρας συζυγίας· ἐξ οὗ παράγωγον γέγονε τὸ ἀφάσσω. ἡ δὲ ἁφὴ δασύνεται. δύναται δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἀφῶ περισπωμένου γεγενῆσθαι. καὶ ἀπὸ τοῦ ἄφω βαρυτόνου.

Ἁφὰς λύχνων. [6] Ἡρόδοτος λέγει.

Ἀφάσσων. ψηλαφῶν. Ἡρόδοτος.

Ἄφαλοι. μεγάλαι, ἢ καταπληκτικαί· ἐν [7] Ἐπιγράμματι·

Τρεῖς ἄφαλοι κεράεσσιν ὑπ' αἰθούσαις τοί, Ἄπολλον,
Ἄγκεινται κεφαλαὶ [8] Μαιναδίων ἐλάφων.

Ἀφαυανθήσομαι. ξηρανθήσομαι. καὶ Ἀφαύει. [9] Ἀριστοφάνης·

Τοὺς ἀλλοτρίους ἀμῶν στάχυς, τούτους
Ἐν ξύλῳ δήσας ἀφαύει, κἀποδόσθαι βούλεται.

τουτέστιν, ὁ Κλέων τοὺς ἀλλοτρίους καμάτους αὐτὸς γεωργῶν καὶ καρπούμενος. [10] αἰνίττεται δὲ πρὸς τὴν Πύλον, ὅτι τοῦ Δημοσθένους προπεπονηκότος, αὐτὸς τὴν νίκην ἐπιγράφεται περὶ τῶν ἐν Σφακτηρίᾳ.

Νῦν δὲ τοὺς στάχυς ἐκείνους, οὓς ἐκεῖθεν ἤγαγεν,
Ἐν ξύλῳ δήσας ἀφαύει, κἀποδόσθαι βούλεται.

ἐπὶ τῶν αἰχμαλώτων. ἀπὸ τοῦ ἀμητοῦ στάχυς εἶπεν,

Ἀφάπτειν. Appianus: *In prima acie collocavit milites, sudibus bicubitalibus ferratisque armatos, quas tanquam catapultas in elephantes cominus emissuri erant.*

Ἀφαρεύς. Aphareus, Atheniensis, orator, filius Hippiæ sophistæ & Plathanes, & Isocratis oratoris privignus: qui floruit Olympiade XCV. quo tempore & Plato Philosophus.

Ἀφαρεί. Festinanter & inconsiderate aliquid agere.

Ἄφαρον. Agrum pinguem, nec dum sæpe aratum.

Ἀφαρόωσι. Arant.

Ἀφάρτεροι. Celeriores. Ab ἄφαρ, quod significat celeriter, cito. Homerus: *Equi vero tui nunc sunt celeriores, quam ante.*

Ἀφασία. Cum præ stupore loqui non possumus.

Ἁφή. Tactus. Unus ex quinque sensibus. A verbo ἀφῶ, quod est secundæ conjugationis: unde deductum est ἀφάσσω. Ἁφὴ autem cum spiritu aspero scribitur: quod tam a circumflexo ἀφῶ, quam a barytono ἄφω deduci potest.

Ἁφὰς λύχνων. Sic Herodotus vocat tempus, quo lucernæ primum accenduntur.

Ἀφάσσων. Attrectans. Contrectans. Herodotus.

Ἄφαλοι. Magnæ, vel terribiles. In Epigrammate: *Tria ingentibus cornibus prædita Mænaliarum cervarum capita, tibi, Apollo, sub porticu* [*templi tui*] *suspensa sunt.*

Ἀφαυανθήσομαι. Siccabor. Arescam. Et Ἀφαύει, siccat. Aristophanes: *Vir iste alienam metens messem, spicas quas ligneis compedibus vinctas illinc adduxit, siccatas vendere vult.* Id est, Cleon alienorum laborum fructum sibi vendicat. Alludit enim ad urbem Pylum, ubi cum Demosthenes magnam belli partem ante confecisset, Cleon postea rei ibi bene gestæ gloriam sibi soli tribuit. [Verba autem Comici, paulo ante allegata,] de captivis intelligenda sunt. Per translationem enim, a messe ductam, spicas vocat captivos, quos vivos intra diem constitutum adduxit,

1 Ἀφάπτειν. Ἀππιανός] Cum locum hunc excerperet Suidas, corrupto procul dubio codice usus fuit, quoniam hodie apud Appianum in *Libyc.* pag. 35. pro ἀφάπτειν rectius scriptum est ἀφιέναι; quam lectionem in versione secutus sum.

2 Πρόγονος δὲ Ἰσοκράτους τοῦ ῥήτορος] Aphareus hic non solum Isocratis fuit privignus, sed etiam filius adoptivus, ut nos docet Dionysius Halicarnassæus *Isocrate* pag. 102. ubi sic inquit: Μαθὼν δ' ἀγνοεῖν ἐπιλαθοῦ, μεθ' ὅτι Ἀφαρεὺς ὁ πρόγονός τε καὶ εἰσποιητὸς Ἰσοκράτους γενόμενος &c.

3 Ἀφαρεί. ἐσπουδασμένως καὶ ἀσκέπτως.] Etymologus v. Ἄφαρ· Ἴωνες καὶ οἱ Ἐφέσιοι ἀφαρεὶ λέγουσι τὸ ταχέως καὶ ἀσκέπτως ποιεῖν τι ἢ φθέγξασθαι.

4 Ἄφαρον. τὴν λιπ. γῆν· πολλὰ μήπω ἀροτ.] Vide Etymologum v. Ἀφάρεξ.

5 Ὅμηρος] Locus, quem Suidas hic ex Homero citat, apud eum non exstat, sed alius ei similis Il. ψ. v. 311.

Τῶν δ' ἵπποι μὲν ἔασιν ἀφάρτεροι, οἳ δὲ μὲν αὐτοὶ
Πλείονα ἴσασιν.

Hunc locum Grammaticum nostrum in animo habuisse puto.

6 Ἡρόδοτος] Lib. VII. pag. 188. ut Portus monuit.

7 Ἐν Ἐπιγράμματι· Τρεῖς ἄφαλοι κερ.] Distichum hoc decerptum est ex Epigrammate, quod ex Codice MS. Epigrammatum ineditorum integrum exhibemus alibi.

8 Μαιναδίων] Scribendum est Μαιναλίων, ut recte legitur in Codice MS. Epigrammatum ineditorum.

9 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 310. (211. Ed. Bas. P.) ubi verba Comici, quæ Suidas minus fideliter repræsentat, sic se habent:

Κᾆτ' ἀνὴρ ἔδοξεν εἶναι, τἀλλότριον ἀμῶν θέρος.
Νῦν δὲ τοὺς στάχυς ἐκείνους, οὓς ἐκεῖθεν ἤγαγεν,
Ἐν ξύλῳ δήσας ἀφαύει &c.

10 Αἰνίττεται δὲ πρὸς τὴν Πύλον, ὅτι τοῦ Δημοσθ.] Ad hunc locum illustrandum egregie faciunt ea, quæ notat Enarrator Comici ad verba illa *Nubibus* pag. 134.

Τοὺς ἐκ Πύλου ληφθέντας τοὺς Λακωνικούς.

Vide etiam Thucydidem lib. IV. qui res ad Sphacteriam duce Cleone gestas prolixe narrat.

ὡς

οὓς ζῶντας ἄξειν κατεπαγγειλάμενος ὁ Κλέων, ἐμπεδ- θέσμως ἤγαγε. Φησὶν οὖν· Ἐκείνους, οὓς δήσας ἤγαγεν, ἀπολῦσαι διανοεῖται. καὶ Ἀφαύειν, καίειν. [1] Ἀποξυρεῖν ταδί, τὰ κάτω δ' ἀφαύειν.

Ἀφαυροτέροις. ἀσθενεστέροις.

--- Οὐ γὰρ ἀφαυρὸς

Ἐκ Διὸς ἰθείης οἶδε τάλαντα δίκης.

καὶ Ἀφαυροῦ, ἀσθενοῦς.

Ἀφάψαι. προσκολλῆσαι.

Ἀφ' αἵματος. τουτέστι συγγενῶν. Ὁ δὲ συχνοὺς ἐφόνευσεν· ἐφείδετο δὲ οὐδὲ τῶν ἀφ' αἵματος.

Ἀφαίρεμα. ἀνάθημα, δῶρον, ἢ ξένιον. καὶ [2] Ἀφαίρεσιν Ὑπερείδης ἰδίως τὴν εἰς ἐλευθερίαν λέγει.

Ἀφαιρεῖν κροκίδας. [3] ἐπὶ τῶν πάντα ποιούντων ἕνεκεν κολακείας. ἄλλοι τε χρῶνται καὶ [4] Ἀριστοφάνης· Εἴ τις κολακεύει παρὼν, καὶ τὰς κροκίδας ἀφαιρῶν. καὶ ἀφαιρεῖ ὠτὸς, ἢ ῥινός· Ἀττικὴ ἡ σύνταξις.

Ἀφαιροῦμαι. γενικῇ. ἔστι [5] δὲ καὶ αἰτιατικῇ. Καὶ τὸ φρονεῖν ὑπὸ τῆς ἐξουσίας ἀφῃρημένος.

Ἀφαῖς. πληγαῖς, ἢ χερσίν.

Ἀφεδρείας. [6] Ὁ γοῦν Ἡραΐσκος, εἰ αἴσθοιτο φθεγγομένης γυναικὸς ἀκαθάρτου, ἤλγει παραχρῆμα τὴν κεφαλὴν, καὶ τοῦτο σημεῖον ἐποιεῖτο τῆς ἀφεδρείας.

Ἀφ' ἑδρῶν. ἀπὸ τῶν ἑδρῶν. Ἕδραι γὰρ λέγονται [7] αἱ σέλλαι, [8] σελλάρια, σωτήρια. ἔστι δὲ καὶ εὐθεῖα ὁ ἀφεδρὼν, καὶ σημαίνει τὸ μέρος τοῦ σώματος τὸ περὶ τὴν ἔξοδον. ὅτι ὁ ἀφεδρὼν καὶ λυτρὼν, βάρβαρα.

Ἀφεκτέον. γενικῇ.

Ἀφελές. [9] Ὁ δὲ ἐπεφθέγγετο βαρβαρικόν μέν τι καὶ ἀφελὲς, ἐνεργὸν δὲ ὅμως καὶ χρήσιμον, ὡς δεῖ πρότερον ἀποσοβεῖν τὰς μελίττας, καὶ ἔπειτα τὸ μέλι σχολαίτερον ἀναιρεῖσθαι.

ut se facturum pollicitus fuerat. Sensus igitur est: Eos, quos vinctos adduxit, dimittere statuit. Et Ἀφαύειν, cremare. *Hanc partem radam: inferiora vero uram.*

Ἀφαυροτέροις. Infirmioribus. Imbecillioribus.

--- *Haud enim infirmus*

*Ex Jove rectæ novit lances justitiæ.*

Et ἀφαυροῦ. Infirmi. Debilis.

Ἀφάψαι. Agglutinare. Adjungere.

Ἀφ' αἵματος. Consanguinei. *Ille vero multos interfecit, & ne consanguineis quidem pepercit.*

Ἀφαίρεμα. Donarium. Donum. Et Ἀφαίρεσιν Hyperides peculiariter vocat assertionem in libertatem.

Ἀφαιρεῖν κροκίδας. *Floccos ex vestibus legere.* Dicitur de iis, qui omnia assentationis gratia faciunt. Proverbio hoc cum alii usi sunt, tum etiã Aristophanes. *Si quis assentatur præsens, & floccos ex vestibus legit.* Et ἀφαιρεῖ ὠτὸς, ἢ ῥινός, (i. e. aufert aurem vel nasum) Attica est constructio.

Ἀφαιροῦμαι. Auferor. Et genitivo & accusativo jungitur. *Et cum imperii licentia sanam mentem ei ademisset.*

Ἀφαῖς. Ictibus. Plagis. Vel, manibus.

Ἀφεδρείας. *Heraiscus igitur, si mulierem impuram audivisset loquentem, confestim capite dolebat, & hoc argumento cognoscebat, illam laborare menstruis.*

Ἀφ' ἑδρῶν. A sellis. Ἕδραι enim dicuntur sellæ, vel latrinæ & foricæ. Dicitur etiam in casu recto ὁ ἀφεδρὼν, quod podicem significat. Ἀφεδρὼν vero & λυτρὼν vocabula sunt barbara.

Ἀφεκτέον. Abstinendum est. Genitivo jungitur.

Ἀφελές. Simplex. *Ille vero proverbiale quoddam dictum, barbaricum illud quidem & simplex, efficax tamen & utile crebro in ore habebat, abigendas prius esse apes, & deinde mel per otium tollendum.*

1 Ἀποξυρεῖν ταδί, τὰ κάτω δ' ἀφαύειν] Hæc sunt verba Aristoph. *Thesmophor.* pag. 778. (517. Ed. Bas. *P.*) sed ubi pro ἀφαύειν legitur ἀφεύειν, quod magis placet.

2 Καὶ ἀφαίρεσις Ὑπερείδης ἰδίως τὴν εἰς ἐλευθερίαν λέγει] Ex Harpocratione: ad quem vide Maussacum.

3 Ἐπὶ τῶν πάντα ποιούντων ἕνεκεν κολακείας] Genus hoc adulationis Græci vocabant κροκυλεγμόν. Hesychius: Κροκυλεγμός, τὸ κολακευτικῶς τὰς κροκύδας ἀπολέγειν τῶν ἱματίων. Egregie huc facit locus apud Theophrastum in *Characteribus* cap. περὶ κολακείας, ubi inter notas adulatoris etiam hæc memoratur, τὸ ἀφελεῖν κροκύδα ἀπὸ τοῦ ἱματίου. Vide ibi Casaubonum.

4 Ἀριστοφάνης· Εἴ τις κολ.] Locus hic Aristophanis hodie non exstat.

5 Ἔστι δὲ καὶ αἰτ.] Monente Porto legere præstat, ἔστι δ' ὅτε καὶ αἰτ.

6 Ὁ γοῦν Ἡραΐσκος, εἰ αἴσθοιτο φθεγ.] Integrum locum Damascii, ex quo fragmentum hoc decerptum est, exhibet Photius Cod. CCXLII. pag. 1049. & Suidas infra v. Διαγνώμων & v. Ἡραΐσκος.

7 Αἱ σέλλαι] Est vox Latina, significans locum, ubi (sit honos auribus) alvum exoneramus. Vide Casaubonum ad *Charact.* Theoph. pag. 270.

8 Σελλάρια, σωτήρια] Sic recte habent duo MSS. Parisienses. In prioribus vero Edit. non solum signum distinctionis, post σελλάρια ponendum, omissum est, sed etiam pro σωτήρια. male legitur σωτηρία, accentu in penultimam translato; quæ παραδιόρθωσις procul dubio profecta est ab illis, qui ignorabant, quid σωτήρια hic apud Suidam significaret. Portum nihil hic vidisse versio ejus ostendit, quæ ita se habet: *Ἕδραι enim dicuntur sellæ: unde dicta sellaria salus.* Addit deinde: *Sic fortasse dicta salus, quam quis insidens equo sellam habenti adeptus est.* Sed hanc interpretationem & & conjecturam a veritate & mente Suidæ alienissimam esse jamdudum monuit Reinesius *Var. Lect.* lib. III. cap. VII. qui recte ibidem observat, σωτήρια hic apud Suidam significare latrinam vel foricam. Ad hoc probandum adducit elegans Epigramma Agathiæ, in foricam urbis Smyrnæ compositum, quod exstat Anthol. lib. IV. cap. XXVIII. pag. 510. cum hoc lemmate: Ἀγαθίου Σχολαστικοῦ εἰς σωτήρια ἐν Σμύρνῃ. Ipsum Epigramma tale est:

Πᾶν τὸ βροτῶν σπατάλημα, καὶ ἡ πολύολβος ἐδωδὴ
Ἐνθάδε κεινοῦται, τὴν πρὶν ὀλέσσα χάριν.
Οἱ γὰρ φασιανοί τε καὶ ἰχθύες, αἵ θ' ὑπὲρ ὅλμου
Τρίψιες, ὅ τε πέσση βρωμάτων ἐξαπάτη,
Γίγνονται ἐνθάδε κόπρος. ἀποστρέφει δ' ἄγρια γαστὴρ
Ὅσσαπερ πουλὺς δέξατο λαιμαργίη.
Ὀψὲ δὲ γινώσκει τις, ὅτ' ἄφρονι μόχθῳ ἀγείρει,
Χρυσοῦ τοσσατίου τὴν κόνιν ἐσπιάδος.

Id est, interprete Reinesio: *Omnis hominum luxus & caro emptus cibus hic secernitur, & priorem perdidit gratiam. Phasiani enim, & pisces, & trita mortario [aromata,] & tanta ferculorum fraudes hic fiunt stercus. Expellit autem venter, quicquid famelica gula suscepit. Sed sero quis agnoscit, quod stulto consilio sordes tanto auro emerit.* Satis manifestum est, in hoc Epigrammate de forica sive cloaca agi. Cæterum, non tantum foricæ urbis Smyrnæ appellabantur σωτήρια, nec ad eas Suidas peculiariter hic respexit, ut idem Reinesius loco laudato existimat; sed appellatio ista omnibus latrinis communis erat, ut satis patet ex loco illo Constantini Acropolitæ, quem citat Ducangius in Glossario Græco: Ὅλην τὴν λαύραν περιελθέτω, καὶ τὰ τῶν οἰκιδίων, ἃ δὴ καλοῦμεν σωτήρια, σαρούτω τὰ λύματα. i. e. *Totum monasterium obeat, & latrinarum, quas σωτήρια vocamus, sordes everrat.* Joannes Hierosolymitanus ad illum locum: Πᾶσαν διελθεῖν τὴν τῆς λαύρας περιοχὴν, καὶ δι' ἑαυτοῦ ἐκκαθᾶραι τὰ ἐν τοῖς κελλίοις τῶν ἀναγκαίων τῶν ῥυπασμάτων ἀκάθαρτα.

9 Ὁ δὲ ἐπεφθέγγετο βαρβαρικόν μέν τι καὶ ἀφ.] Apud Agathiam lib. III. pag. 78. unde locus iste depromptus est, sic legitur: Τοιγάρτοι ἐκεῖνος θαμὰ ἐπεφθέγγετο παροιμιῶδές τι βαρβαρικὸν μὲν καὶ ἀφελὲς &c. Vide etiam infra v. Σχολαίτερον, ubi fragmentum hoc repetitur, & pro ἐπεφθέγγετο rectius legitur ἀπεφθέγγετο.

Ἀφέλεια. [1] Δαμάσκιός φησιν, ὡς Ἰσίδωρος περὶ τῇ ἀφελείᾳ καὶ ἀψευδείᾳ ἤπερ ἄγαν διαφερόντως, καὶ ἀπεδέχετο ὥστε καὶ εὐθύγλωττος εἶναι πέρα τοῦ δέοντος, καὶ οὐδ' ὁτιοῦν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ προσποιούμενον. καὶ Ἀφελὴς, ἐπὶ τοῦ ὑγιοῦς καὶ ὁλοκλήρου, ἢ μέγας, καὶ ἀνεπικώλυτος. καὶ Ἀφελὲς ὁμοίως.

Μισῶ [2] τὴν ἀφελῆ, μισῶ τὴν σώφρονα λίαν.

ἐπὶ τῆς ἀπονήρου καὶ δοσιπύγου. Καὶ τὰ ἐπιστόλια ἀφελῶς γράφειν. καὶ Ἀφελῶν πεδίων. [3] Ἀριστοφάνης περὶ Κρατίνου·

Ἀφέλεια. Simplicitas. Damascius ait, *Isidorum non solum simplicitatis, sed etiam veracitatis admodum studiosum fuisse, adeo, ut apertius & simplicius loqueretur, quam par esset, & nihil prorsus simulati in se haberet.* Et Ἀφελὴς, sanus, integer; vel magnus, & quem nemo impedit. [In Epigrammate:] *Odi simplicem, odi etiam pudicam nimis.* Hic ἀφελὴς dicitur de muliere, quæ omni astutia caret, & facile sui copiam cuilibet præbet. Et, Epistolas simplici stilo scribere. Et Ἀφελῶν πεδίων, planorum camporum. Aristophanes de Cratino inquit: *Qui multa olim fluens cum laude per planos campos manabat* &c.

--- Ὃς πολλῷ ῥεύσας ποτ' ἐπαίνῳ

Ἐφόρει τὰς δρῦς, καὶ τὰς πλατάνους, καὶ τοὺς ἐχθροὺς προθελύμνους·
Καὶ, Τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων. οὕτως ἤνθησεν ἐκεῖνος.
Ἐκπιπτουσῶν τῶν ἠλέκτρων, καὶ τοῦ τόνου οὐκ ἔτ' ἐνόντος,
Ὥσπερ Κοννᾶς, στέφανον μὲν ἔχων αὖον, δίψῃ δ' ἀπολωλώς.

Διὰ τῶν ἀφελῶν πεδίων ἔρρει, [καὶ [4] τῆς στάσεως παρασύρων,
Ἆισαι δ' οὐκ ἦν ἐν ξυμποσίῳ πλὴν, Δωροῖ συκοπέδιλε,
Νυνὶ δ' ὑμεῖς αὐτὸν ὁρῶντες παραληροῦντ' οὐκ ἐλεεῖτε,
Τῶν θ' ἁρμονιῶν διαχασκουσῶν. ἀλλὰ γέρων ὢν περιέρρει,
Ὃν χρῆν διὰ τὰς προτέρας νίκας πίνειν ἐν τῷ Πρυτανείῳ.]

τουτέστιν, εὐδοκιμήσας πολλάκις. ὁ γὰρ Κρατῖνος ἑαυτὸν ἐπῄνεσεν ἐν Πυτίνῃ, λέγων·

Ἄναξ [5] Ἄπολλον τῶν ἐπῶν τοῦ ῥεύματος·
Καναχοῦσι πηγαί, δωδεκάκρουνον στόμα.
Ἰλισσὸς ἐν τῇ φάρυγγι, τί ἂν εἴποιμι;
Εἰ μὴ γὰρ ἐπιβύσει αὐτοῦ τὸ στόμα,
Κατακλύσει τοῖς σώμασιν.

Hoc est, qui sæpe plausum meruit. Cratinus enim se ipse in *Pityne* laudavit dicens: *Rex Apollo, os meum perennis & uberrimi fontis instar copiose & cum strepitu carmina fundit. Ilissus fluvius est in faucibus. Quid dicam tibi? Nisi enim quis obturaverit os ejus, omnia inundabit poematis.*

Ἀφελχθείη. κωλυθείη. Ξυμβουλεύειν ἐδόκει, εἴ πη ἀφελχθείη τῆς ὁρμῆς ταύτης.

Ἀφελχθείη. Prohibeatur. Revocetur. *Consulere ipsi visum est, si forte ab hoc impetu revocari posset.*

Ἄφεμα. Ὧν καὶ τὸ ἄφεμα μετὰ ῥώμης ἦν.

Ἄφεμα. Emissio. Ejaculatio. *Quorum & ipsa ejaculatio violenta erat.*

Ἀφέμενον. γενικῇ. ἀναχωρήσαντα, ἀποστάντα, ἀντιλέγοντα.

Ἀφέμενον. Genitivo jungitur. Recedentem, abscedentem, contradicentem.

Ἄφενος. [6] πλοῦτος. τὸ ἄφενος οὐδετέρως.

Ἄφενος. Divitiæ. Dicitur etiam τὸ ἄφενος genere neutro.

Ἀφέντες [7] τὴν ὑπέραν τὸν πόδα διώκουσιν. ἐπὶ τῶν τὰ ἀναγκαῖα μὲν παραλιμπανόντων, τὰ περιττὰ δὲ προτιμωμένων. παρὰ Ὑπερίδῃ.

Ἀφέντες τὴν ὑπ. *Omisso fune antennæ pedem veli sectantur.* Dicitur apud Hyperidem de iis, qui necessaria omittunt, iisque supervacanea præferunt.

Ἀφέξει. ἀποκωλύσει. ἀποστήσει. καὶ Ἀφέξομαι, παύσομαι, ἀποστήσομαι.

Ἀφέξει. Prohibebit. Amovebit. Arcebit. Et ἀφέξομαι, abstinebo, cessabo, abscedam.

Ἀφέωκα. Δωρικόν. Ἀφεῖκα δὲ, τὸ Ἀττικόν. κέχρηνται δὲ καὶ Ἴωνες, ὡς Ἡρόδοτος.

Ἀφέωκα. Doricum. Ἀφεῖκα vero, Atticum. Dimisi. Hoc autem utuntur & Iones, ut Herodotus.

Ἀφέωνταί [8] σοι αἱ ἁμαρτίαι σου. [9] αὐθυπότακτον.

Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμ. *Remissa tibi sunt peccata tua.* Est subjunctivus.

1 *Δαμάσκιός φησιν, ὡς Ἰσίδωρος περὶ τῇ ἀφελείᾳ καὶ ἀψ.*] Idem fragmentum Damascii legitur etiam in Collectaneis Photii pag. 1032. ut Pearsonius observavit.

2 *Μισῶ τὴν ἀφελῆ, μισῶ τὴν σώφρονα λίαν*] Verba hæc leguntur Antholog. Epigr. lib. VII. pag. 631. (486. Edit. Henr. Steph. *P.*)

3 *Ἀριστοφάνης*] *Equit.* pag. 319. (219. Ed. Bas. *P.*)

4 *Καὶ τῆς στάσεως —— ἐν τῷ Πρυτανείῳ*] Verba hæc, uncis inclusa, in versione prætermisi, quoniam nihil ad vocem ἀφελὴς faciunt, sed prorsus supervacanea sunt. & absque judicio ex modo laudato loco Aristophanis huc translata.

5 *Ἄναξ Ἄπολλον, τῶν ἐπῶν τοῦ ῥεύματος —— τοῖς σώμασιν*] Versus hi apud Scholiastam Aristoph. ad *Equit.* pag. 319. (219. Ed. Bas. *P.*) emendatius [illegible]ntur:

Ἄναξ Ἄπολλον, τῶν ἐπῶν τῶν ῥευμάτων
Καναχοῦσι (malim καναχεῖ) πηγαί, δωδεκάκρουνον στόμα.
Ἰλισσὸς ἐν φάρυγγι· τί ἂν εἴποιμί σοι;
Εἰ μὴ γὰρ ἐπιβύσει τις αὐτοῦ τὸ στόμα,
Ἅπαντα ταῦτα κατακλύσει ποιήμασιν.

Tres priores versus citat etiam Tzetzes Chil. VIII. cap. CLXXXIV. Vide etiam infra v. Δωδεκάκρουνος.

6 Πλοῦτος] Legendum est πλοῦτος, ut Portus etiam monuit.

7 *Ἀφέντες τὴν ὑπέραν τὸν πόδα διώκουσιν*] Vide paulo inferius v. Ἀφείς.

8 *Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου*] Matth. IX. 2.

9 *Αὐθυπότακτον*] Imo potius ὁριστικὸς παρακείμενος. Vide Etymologum v. Ἀφέωκα.

Ἀφερπύσαι.[1] βαδίσαι. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἑρπετῶν. ἐκ τούτου δὲ τὴν ἥσυχον κλοπὴν τὴν ἐπὶ τὴν χύτραν δηλοῖ. Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ·

Ἐφ' ἣν ἐπεθύμουν δαιμονίως [2] ἀφερπύσαι.

Ἄφες[3] ἀπὸ βαλβίδων ἐμέ τε καὶ τοῦτον. τουτέστιν, ἀπὸ καγκέλων. Βαλβὶς γὰρ ἡ ἄφεσις [4] τῶν δρόμων.

Ἀφέσθαι. ἀποσχέσθαι.

Ἀφ' Ἑστίας. ἀπὸ τῆς οἰκίας. [5] Ἀφ' Ἑστίας μυεῖσθαι. Ἀφ' Ἑστίας μυούμενος, Ἀθηναῖος ἦν.

Ἀφέται. τόπος Ἀθήνησιν, [6] ἔνθα ὁ στόλος Ξέρξου τὸ πρῶτον ἐδυστύχησε διὰ λιμένων ἀνεπιτηδειότητα. ὅθεν τὸν Βορέαν Ἀθηναίων σύμμαχον εἶναι νομίζουσιν. χρήσας δ' ἦν ὁ Θεὸς καὶ ἀνέμῳ συγγενεῖ θύειν. εἶναι [7] δὲ συγγενὴς λέγεται διὰ τὴν Ὠρείθυιαν.

Ἀφετηρία.[8] ἀρχή. θύρα τοῦ ἱπποδρόμου. Ἀφετήρια δὲ ὄργανα, τὰ πολιορκητικά. Τὰ δὲ ἀφετήρια ὄργανα διίστησιν ἐπὶ τοῦ τείχους.

Ἄφαυε[9] τῶν φασήλων, ὦ γύναι, τρεῖς χοίνικας.

Ἀφαυθεὶς τὸν πρωκτόν. Ἀριστοφάνης· ἀντὶ τοῦ φλογισθείς.

Ἀφειδήσας. γενικῇ. ἀμελήσας. Καὶ τὸν τρόπον ἀφειδέστατος ἦν, καὶ φονικώτατος. Καὶ Ἀφειδία, καρτερία. καὶ Ἀφειδῶς, ἀπερισκέπτως, ἀβούλως. Ἀγαθίας· [10] Ὁ δὲ νεώτερος ὤν, καὶ οὔπω ἐντελῶς τὰς τῆς φύσεως ὁρμὰς ἐπέχειν καὶ ἐγκαθείργειν δυνάμενος, ἀλλὰ πλέον τοῦ περιμηθοῦς καὶ βεβηκότος τῷ φιλοδόξῳ τοῦ τρόπου πέρα τοῦ μετρίου ἐγκείμενος, ἀφειδῶς ἐπῄει τοῖς πολεμίοις.

Ἀφεῖκα, τὸ Ἀττικόν. τὸ δὲ ἀφέωκα, Δώριον. κέχρηνται δὲ καὶ Ἴωνες, ὡς Ἡρόδοτος.

Ἀφείλετο.[11] αἰτιατικῇ. ἥρπασεν. ἀνέσπασε. λέγεται δὲ καὶ ἀφείλατο διὰ διφθόγγου.

Ἀφεῖνται. παρεῖνται. ἠμέληνται. Ποῖ φέρομαι; πάντη δὲ φέρονται οἱ ἀφεῖνται.

Ἀφεὶς,[12] καὶ ἀπαλλάξας. τὸ μὲν ἀφεὶς ἐστὶν, ὅταν ἀπολύσῃ τίς τινα τῶν ἐγκλημάτων, ὧν ἐνεκάλει αὐτῷ. τὸ δὲ ἀπαλλάξας, ὅταν πείσῃ τὸν ἐγκαλοῦντα ἀποστῆναι, καὶ μηκέτι ἐγκαλεῖν. ὑπὸ Δημοσθέ-

Ἀφερπύσαι. [Suspenso gradu] ire. [Furtim accedere.] Per metaphoram a reptilibus ductam. Aristophanes *Pluto*: *Ad quam vehementer cupiebam adrepere.* Significat clandestinum furtum, quo [Carion] ollam surripere cupiebat.

Ἄφες ἀπὸ βαλβ. *Emitte ex carceribus & me & istum.* Βαλβὶς significat locum, unde cursus initium fiebat.

Ἀφέσθαι. Abstinuisse.

Ἀφ' Ἑστίας. A Vesta. A domo. Et ἀφ' Ἑστίας μυεῖσθαι, Vestæ sacris primum initiari. *Ille vero, qui Vestæ sacris primum initiabatur, Atheniensis erat.*

Ἀφέται. Aphetæ, locus Athenis, ubi classis Xerxis primam cladem accepit, propter portus minus commodos. Hinc Boreas Atheniensium in bellis socius fuisse creditur. Oraculum enim redditum fuerat Atheniensibus, ut sacrificarent vento cognato, qui dicitur esse [Boreas;] propter Orithyam.

Ἀφετηρία. Initium. Carceres in Circo. Ἀφετήρια ὄργανα vero sunt machinæ bellicæ, quibus in obsidionibus urbium utuntur. *Et machinas bellicas per muros disposuit.*

Ἄφαυε τῶν φασ. *Torre, mulier, phaselorum tres chœnices.*

Ἀφαυθεὶς τὸν πρωκτόν. Ustus podicem. Aristophanes. Ἀφαυθεὶς enim hic idem significat, quod φλογισθείς.

Ἀφειδήσας. Genitivo jungitur. Qui nullam alicujus rationem habet. *Ingenio erant crudelissimo & cædium cupidissimo.* Et Ἀφειδία, tolerantia. Et Ἀφειδῶς, inconsulte, temere. Agathias: *Ille vero, cum esset juvenis, nec dum impetum animi penitus coercere & refrænare nosset, sed gloriæ cupiditati, cui supra modum addictus erat, magis obsequeretur, quam prudentiæ & consilio, hostes audacter aggressus est.*

Ἀφεῖκα. Atticum. Ἀφέωκα vero, Doricum, quamvis & Iones eo usi sint; ut Herodotus.

Ἀφείλετο. Abstulit. Avulsit. Dicitur & ἀφείλατο, cum diphthongo. Accusativo jungitur.

Ἀφεῖνται. Produntur. Negliguntur. *Quo feror?* * * *

Ἀφεὶς & ἀπαλλάξας [differunt.] Illud enim dicitur, cum quis aliquem criminum, quæ ipsi objecerat, accusare desinit. Ἀπαλλάξας vero, cum quis accusatori persuadet, ut

1 Ἀφερπύσαι. βαδίσαι. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἑρπ.] Ex Enarratore Comici ad *Plutum* pag. 71. (36. Ed. Bas. *P.*)

2 Ἀφερπύσαι] Apud Aristophanem loco laudato rectius legitur ἐφερπύσαι.

3 Ἄφες ἀπὸ βαλβίδων ἐμέ τε καὶ τοῦτον] Hæc sunt verba Aristophanis *Equit.* pag. 354. ubi pro τοῦτον rectius legitur τουτονί.

4 Τῶν δρόμων] Malim τῶν δρομέων, ut apud Etymologum v. Βαλβίς.

5 Ἀφ' Ἑστίας μυεῖσθαι] Vide Enarratorem Comici ad *Vespas* p. 491.

6 Ἔνθα ὁ στόλος Ξέρξου τὸ πρῶτον ἐδυσ.] Historiam narrat Herodotus lib. VII. pag. 283. qui omnino cum hoc loco Suidæ conferendus est.

7 Εἶναι δὲ συγγενὴς λέγεται διὰ τὴν Ὠρείθυιαν] Vide infra v. Γαμβρὸς Ἐρεχθέως.

8 Ἀφετηρία. ἀρχή. θύρα τοῦ ἱππο.] Vide omnino Salmasium in *Plin. Exercit.* pag. 648. qui pro ἀρχή. θύρα hic apud Suidam ex Eudemo reponendum monet ἀρχίθυρα: quod interpretatur *limina & primæ fores.*

9 Ἄφαυε τῶν φασήλων, ὦ γύναι, τρεῖς χ.] Hæc sunt verba Aristoph. in *Pace* pag. 708. (477. Ed. Bas. *P.*) sed ubi pro ἄφαυε legitur κάφαυε.

10 Ὁ δὲ νεώτερος ὤν, καὶ οὔπω ἐντελῶς τὰς τῆς φ.] Hoc fragmentum legitur apud Agathiam lib. V. pag. 169.

11 Ἀφείλετο. αἰτιατικῇ. ἥρπασεν] Ut ταυτολογία loci hujus evitetur, legendum est, Ἀφείλετο. αἰτιατικῇ. ἥρπασεν. ἀνέσπασεν. λέγεται δὲ καὶ ἀφείλατο, ἀνευ διφθόγγου. Vel, ut Porto placet, Ἀφίλετο. αἰτιατικῇ. ἥρπασεν. λέγεται δὲ καὶ ἀφείλετο διὰ διφθόγγου.

12 Ἀφεὶς καὶ ἀπαλλάξας. τὸ μὲν ἀφ. —— αὐτὸς τῶν ἐγκαλούμενων] Ex Harpocratione.

‡

της

ρης καὶ Ἰσαῖος. ἔστι δὲ καὶ οὕτως εἰπεῖν, ὡς ἀφίησι τὶς μόνον ἐκεῖνα, ὧν ἐγκαλεῖ· ἀπαλλάττει δὲ, ὅταν μηδὲ ἄλλον τινὰ ὑπολίπηται ἑαυτῷ λόγον πρὸς τὸν ἐγκαλούμενον. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο παρὰ τῷ Δημοσθένει. Καὶ παροιμία· [1] Ἀφεὶς τὴν ὑπέραν, τὸν πόδα διώκει. ἡ παροιμία παρὰ Ὑπερείδῃ. ἐπὶ τῶν παριέντων μὲν τὰ σπουδαιότερα, περὶ δὲ τὰ φαῦλα διατριβόντων. Ὑπέραι δ' εἰσὶν ναυτικοὶ σχοῖνοι, αἷς μετάγεται τὸ κέρας. καὶ Ἀφεῖσθαι παίζειν λέγεται ἐπὶ τῶν ἐν ταῖς ἑορταῖς ἀργούντων, καὶ πρὸς παιδιὰν ἀφειμένων· μάλιστα δὲ ἐπὶ παίδων ἀφειμένων παίζειν.

ab accusatione desistat. Demosthenes & Isæus. Potest & sic dici: Ἀφίησι quis ea tantum crimina, quorum alterum accusat: ἀπαλλάττει vero, qui nullam prorsus criminationem adversus reum sibi relinquit. Est enim & hoc apud Demosthenem. Et proverbium: *Omisso fune antennæ pedem veli sectatur.* Apud Hyperidem. Dicitur hoc proverbium de illis, qui seria omittentes, rebus levibus & supervacaneis immorantur. Ὑπέραι autem vocantur funes nautici, quibus antennæ circumaguntur. Et ἀφεῖσθαι παίζειν dicitur de illis, qui diebus festis otiantur, & ludendo animum relaxant. Præcipue vero de pueris dicitur, quibus ludendi potestas facta est.

Ἀφή. [2] χροιὰ λέπρας. λέγεται δὲ καὶ ἡ ψηλάφησις. καὶ αὐτὴ ἡ αἴσθησις. ἔστιν ἐν τῷ Αἴσθησις.

Ἀφή. Color lepræ. Sic etiam dicitur contrectatio, & ipse sensus tactus. Vide in v. Αἴσθησις.

Ἀφηβηκότι. γεγηρακότι. ὑπερβεβηκότι τὴν ἥβην, τουτέστι τὴν νεότητα.

Ἀφηβηκότι. Illi, qui consenuit, & pubertatem, sive juventutem jam præteriit.

Ἀφηλικέστερος. Ὁ δὲ Καῖσαρ τοὺς μὲν ἀφηλικεστέρους ἀφῆκε τῶν στρατιωτῶν· τοῖς δὲ τὴν στρατεύσιμον ἡλικίαν ἔχουσι θέατρον τέθεικεν. Ἀρριανός· Παιδὸς γὰρ ἐκείνου ἀφήλικος ἐπιτροπεύσειν τε αὐτοῖς μέλλειν, καὶ ὑπὸ τῷ ἐκείνου προσχήματι πᾶν ὅ, τι περ καθ' ἡδονὴν σφίσι πράξειν ἐς τοὺς ὑπηκόους. Καὶ αὖθις· Τὸν μὲν νεανίαν, τὸν δὲ ἀφηλικέστερον. καὶ Ἀφήλικα, τὸν πρεσβύτην. τινὲς δὲ χρῶνται τῇ λέξει ἐπὶ τοῦ μηδέπω τῆς ἐννόμου ἡλικίας παιδός· ὅπερ δεῖ φυλάττεσθαι. ἐπὶ γὰρ τοῦ πρεσβύτου λέγεται.

Ἀφηλικέστερος. Natu grandior. *Cæsar autem militibus natu grandioribus missionem dedit: illis vero, qui militari erant ætate, theatrum exstruxit.* Arrianus: *Cum enim ipsis curæ esset, ut impuberis illius tutelam administrarent, & sub illo prætextu quidvis pro libidine in subditos statuerent.* Et iterum: *Alterum juniorem, & alterum seniorem.* Et Ἀφήλικα, seniorem. Quidam vero hac voce utuntur de puero, qui legitimam justamque ætatem nondum attigit: quod cavendum est. [Communiter] enim de sene dicitur.

Ἄφημος. [3] ἀπειθής.

Ἄφημος. Obscurus. Ignobilis.

Ἀφηνιαστής. ἀνυπότακτος. ὑπερήφανος. [4] Οἱ δὲ ἀφηνιάσαντες μὲν αὐτὸν τῆς φιλίας· ἐβουλήθησαν δὲ διαμαρτύρεσθαι τοῦτο τρόπον τινά. τὴν γοῦν εἰκόνα Φιλίππου, ὡς ἀνάθημα κειμένην, κατέσπασαν.

Ἀφηνιαστής. Qui imperium recusat. Contumax. Superbus. *Illi vero amicitiam ejus excusserunt; & hoc aliquo modo testari volentes, statuam Philippi, Deo cuidam consecratam, everterunt.*

Ἀφήτορος. [5] οὐ κοινότερον, ἀλλὰ τοῦ Πυθίου· οἷον ὁμοφήτορος· διὰ τὸ οἷον εἰς λόγους ἔρχεσθαι τοῖς χρησμῳδουμένοις.

Ἀφήτορος. Non est vocabulum commune, sed [epithetum] Apollinis; quasi dicas ὁμοφήτορος, i. e. qui colloquitur cum iis, qui oraculum consulunt.

Ἀφιᾶσι. καταλιμπάνουσιν.

Ἀφιᾶσι. Dimittunt. Relinquunt.

Ἀφῖγμαι. παραγέγονα. [6] Ἀφίξομαι ὑμῖν δύο ἡμερῶν ὕστερον· οὐδὲ ἐψεύσατο. Καὶ αὖθις Αἰλιανός· Ὁ δὲ ὄναρ εἶδε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττεσθαι, καὶ ἱκέτευε δεόμενος τὴν πήρωσιν τῆς ὄψεως, λέγων, ἀφίξομαι ὑμῖν δύο ἡμερῶν ὕστερον. ἀνῃρέθη γοῦν μετὰ τοσαύτας ἡμέρας.

Ἀφῖγμαι. Veni. *Veniam ad vos duobus post diebus. Nec mentitus est.* Et Ælianus: *Ille vero in somnis oculos sibi effodi videns, supplex orabat, ne oculis privaretur, dicens, se post duos dies ad ipsos venturum esse: post quod tempus interfectus est.*

Ἀφιδρύματα. τὰ τῶν Θεῶν ἀγάλματα. Εὐθὺς οὖν ἱκετηρίαν ἐκόμιζον οἱ πρεσβύτατοι τὰ παλαιότατα τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἀφιδρυμάτων.

Ἀφιδρύματα. Deorum simulacra. *Statim igitur seniores antiquissima Deorum simulacra, quæ in urbe erant, protulerunt, ut iis [hosti] supplicarent.*

Ἀφίεμαι. γενικῇ. ἐπὶ τῶν παθητικῶν. ἐπὶ δὲ τῶν ἐνεργητικῶν, δοτικῇ. Ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις.

Ἀφίεμαι. In passivo genitivum adsciscit. In activo vero, dativum. *Ut & nos remittimus debitoribus nostris.*

1 Ἀφεὶς τὴν ὑπέραν, τὸν π. —— μετάγεται τὸ κέρας] Ex Harpocratione.

2 Ἀφή. χροιὰ λέπρας] Vox ista eo sensu frequens est apud LXX Interpretes Levit. cap. XIII.

3 Ἄφημος] In prioribus Edit. male legitur ἄφηβος: cujus loco scribendum esse ἄφημος non solum ex serie literarum patet, sed etiam ex iis, quæ leguntur apud Suidam supra v. Ἀπειθής.

4 Οἱ δὲ ἀφηνιάσαντες μὲν αὐτὸν τῆς φιλίας] Legendum potius est, οἱ δὲ ἀφηνιάσαντες μὲν αὐτοῦ τῆς φιλ.

5 Ἀφήτορος] Est epithetum Apollinis apud Homerum Ι. v. 404. ubi brevis Scholiasta vocabulum hoc sic exponit: Ἀφήτορος, τοῦ Ἀπόλλωνος. ὅτι ὁμοφήτορος, ὁμοίως πᾶσι [illegible] [illegible] τῷ τι [illegible], ἢ τῷ [illegible]. Ἢ τοξικοῦ· ἀπὸ τοῦ τῶν βελῶν ἀφέσεως.

6 Ἀφίξομαι ὑμῖν δύο ἡμερῶν ὕστερον. οὐδὲ ἐψεύσατο] Verba hæc conjungenda sunt cum fragmento, quod proxime sequitur, quoniam non solum ex eodem auctore deprompta sunt, sed etiam de eadem omnino re concepta esse cuilibet facile patet.

Ἀφ' ἱερᾶς. παροιμία· Κινήσω τὸν ἀφ' ἱερᾶς. λέγεται δέ τις παρὰ τοῖς πεττεύουσιν ἱερὰ γραμμή. οὕτως Ἐπίχαρμος. ζήτει ἐν τῷ, Κινήσω τὸν ἀφ' ἱερᾶς.

Ἀφ' ἱερᾶς. Proverbium: *A sacra linea calculum movebo.* In lusu calculorum est quædam linea, quæ sacra dicitur. Sic Epicharmus. Quære in v. Κινήσω τὸν ἀφ' ἱερᾶς.

Ἀφιζάνει. ἀπανίσταται τῆς καθέδρας.

Ἀφιζάνει. A sede surgit.

Ἀφίει. ἀπέπεμπεν.

Ἀφίει. Amandabat. Dimittebat.

Ἀφίημι. δοτικῇ. καὶ μετ' αἰτιατικῆς· Ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας.

Ἀφίημι. Dativo jungitur. Item accusativo: *Si quorum peccata remiseritis.*

Ἀφίκετο. ἐλήλυθεν. ἦλθεν. Ὁ δὲ στρατὸς ἀφίκετο τῆς Ἀττικῆς εἰς Οἰνόην, ᾗπερ ἔμελλον ἐισβαλεῖν. οὕτω φησὶ Θουκυδίδης τὴν σύνταξιν. καὶ Ἀφῖκται, παραγίνεται. καὶ ἀφίκτο.

Ἀφίκετο. Venit. *Exercitus autem ad Oenoen Atticæ venit, qua irruptionem facturi erant.* Thucydides ista constructione utitur. Et Ἀφῖκται, venit.

Ἀφιλότιμος. ταπεινός. παρὰ τὸ μὴ φιλεῖν τιμήν, ἢ ἡττᾶσθαι δόξης. ἢ ὁ πρὸς μηδὲν ἀξιόλογον ἐπεστραμμένος. καὶ ὁ φειδωλὸς παρ' ἐνίοις. [1] Οὐδεὶς ἦν ἀφιλότιμος οὕτως, ὡς Μωϋσῆν θεασάμενος μὴ ἐκπλαγῆναι τῆς εὐμορφίας. *cum Mosem videret, formæ ejus præstantiam*

Ἀφιλότιμος. Ab ambitione alienus. Modestus. Sic dictus, quod non amet honorem, nec gloriæ serviat. Vel, qui nullam rem memoratu dignam aggreditur. A quibusdam etiam parcus ita vocatur. *Nemo erat adeo ab omni elegantiæ studio & amore alienus, ut, non admiraretur.*

Ἀφιματῶσαι. ἀποδῦσαι.

Ἀφιματῶσαι. Exuere vestes.

Ἄφιππα χωρία. ἐν οἷς ἂν μὴ ἔστιν ἱππάσασθαι. Ὁ δὲ ἐκκλίνει πρὸς τὰ δύσχωρα τε καὶ ἀνάντη καὶ ἄφιππα. καὶ Ἄφιπποι, χωρὶς ἵππων. Περιδεεῖς δὲ ἦσαν ὡς ἐν ἐρημίᾳ, τά τε ἄλλα, καὶ ἄφιπποι γινόμενοι. ἀντὶ τοῦ πεζοί.

Ἄφιππα χωρία. Loca inequitabilia. *Ille vero ad loca aspera & ardua & inequitabilia deflexit.* Et Ἄφιπποι, equis carentes. *Valde autem, ut in deserto, sibi metuebant, tum aliis de causis, tum etiam quod equis carerent.*

Ἀφίστασθαι αὐτοῖς τῆς ἀρχῆς. γενικῇ σύνταξις. ἀποχωρίζεσθαι. ἀλλοτριοῦσθαι. Βουλομένους τὴν τῶν Μακεδόνων ἀφίστασθαι.

Ἀφίστασθαι αὐτοῖς τῆς ἀρχ. *Illis imperio cedere.* Verbum hoc cum genitivo construitur, significans, recedere, separari, alienari. *A Macedonibus deficere volebant.*

Ἀφίστων. ἀπέτρεπον, ἀπεκώλυον. Τοὺς δὲ βαρβάρους τῆς πολιορκίας ἀφίστων οἱ Ῥωμαῖοι.

Ἀφίστων. Avertebant. Prohibebant. Arcebant. *Romani vero barbaros ab obsidione prohibebant.*

Ἀφθαρτοδοκηταί.[2] ἀπὸ αἱρέσεώς τινος.

Ἀφθαρτοδοκηταί. Sic appellabantur hæretici quidam.

Ἀφθάς.[3] ὁ Διόνυσος. τὸ α ἐπιτατικὸν ὡς ἄσταχυς. καὶ παροιμία· Ὁ Ἀφθάς σοι λελάληκεν. ἦν δὲ χρησμολόγος.

Ἀφθάς. Bacchus. Τὸ α hic habet vim intendendi, ut in ἄσταχυς. Et proverbium: *Aphthas tecum locutus est.* Is erat vates.

Ἄφθιτον. ἄφθαρτον. [4] Ὅτι τὸ ἄφθιτος ἐπὶ ἀψύχων φιλόσοφοι τάττουσι· τὸ δὲ ἀθάνατος ἐπὶ ἐμψύχων.

Ἄφθιτον. Incorruptum. Immortale. Philosophi τὸ ἄφθιτον de inanimatis; ἀθάνατον vero de animatis dicunt.

Ἄφθονα. πολλά.

Ἄφθονα. Multa. Copiosa.

Ἀφθόνιος, σοφιστής, ἔγραψεν εἰς τὴν Ἑρμογένους τέχνην [5] προγυμνάσματα.

Ἀφθόνιος. Aphthonius, Sophista, scripsit in Hermogenis Artem [Rhetoricam] *Progymnasmata.*

Ἄφλαστον.[6] τὸ ἄκρον τῆς πρύμνης. ἢ τὸ ἀκροστόλιον τῆς νηός. κατ' ἀντίφρασιν. [7] εὔθλαστα γάρ. κατὰ μετάθεσιν τοῦ θ εἰς φ.

Ἄφλαστον. Summa pars puppis. Vel acrostolium navis. Dictum est autem ἄφλαστον per antiphrasin pro εὔθλαστον, (i. e. quod facile frangi potest) mutato θ in φ.

Ἀφλυσμός. ἀφρός.

Ἀφλυσμός. Spuma.

Ἀφνειός. ὁ πλούσιος. καὶ [8] ὁ ἐξ ἑνὸς ἐνιαυτοῦ λέγεται ἄφενος· πλοῦτος δέ, ὁ ἐκ πολλῶν χρόνων. Ὅμηρος·

Ἀφνειός. Dives. Ἄφενος autem vocatur unius anni proventus ac reditus: πλοῦτος vero, multorum annorum. Homerus: *Divitias*

1 Οὐδεὶς ἦν ἀφιλότιμος οὕτως, ὡς Μωϋσῆν θεασ.] Hæc sunt verba Josephi *Antiq. Judaic.* lib. II. cap. v. pag. 57.

2 Ἀφθαρτοδοκηταί] Ἀφθαρτοδοκηταί, vel potius Ἀφθαρτοδοκῖται, appellabantur illi, qui affirmabant, corpus Christi fuisse ἄφθαρτον & ἀθάνατον, i. e. immortale & nulli corruptioni obnoxium: de qua hæresi multa passim leguntur apud scriptores Ecclesiasticos.

3 Ὁ Διόνυσος] Vulcanum, non vero Bacchum Ἀφθᾶν, vel potius Φθᾶν appellatum fuisse legimus. Vide infra v. Φθάς.

4 Ὅτι τὸ ἄφθιτος ἐπὶ ἀψύχων φιλόσοφοι τάττουσι· τὸ δὲ ἀθάνατος ἐπὶ ἐμψ.] Ex Scholiasta Homeri ad Il. B. v. 186.

5 Προγυμνάσματα] Hæc *Progymnasmata* Aphthonii hodie adhuc exstant, edita ab Aldo inter Rhetores veteres.

6 Ἄφλαστον. τὸ ἄκρον τῆς πρύμνης. ἢ τὸ ἄκρον.] Ex Scholiasta Homeri ad Il. O. v. 717. Vide etiam Hesych. v. Κόρυμβα.

7 Εὔθλαστα γάρ] Scribe εὔθλαστον γάρ: ut apud Enarratorem Poetæ legitur.

8 Καὶ ὁ ἐξ ἑνὸς ἐνιαυτοῦ λέγεται ἄφενος. πλοῦτος δέ, ὁ ἐκ πολλ.] Ex Scholiasta Homeri ad Il. A. v. 171.

Ἄφενος

Ἄφειος καὶ πλοῦτον ἀφύξειν.

καὶ ἀλλαχοῦ φησὶν ὁ αὐτός·

Οἷσίν[1] τ' εὖ ζώουσι, καὶ ἀφνειοὶ καλέονται.

ὡς μόνον αὐτῶν καλουμένων ἀφνειῶν, οὐκ ὄντων δὲ κατ' ἀλήθειαν.

Ἀφοβόσπλαγχνος.[2] ὁ τολμηρός. καὶ Ἀφόβοις, τοῖς μὴ φόβον ἐμποιοῦσι. τουτέστι τοῖς προβάτοις.

Τὸν[3] ἐν δαΐοις ἄτρεστον μάχαις
Ἐν ἀφόβοις με θηρσὶ δεινὸν χέρας;

Ἀφοδεῦσαι. Πλάτων Ἀδώνιδι. καὶ Ἄφοδος, ὁ ἀπόπατος. ἐξ οὗ καὶ ἀφοδεύειν. καὶ Ἄφοδον, ἀναχώρησιν. ὥσπερ καὶ ἔφοδον, τὴν ἐπέλευσιν.

Ἀφοπλίζειν. τῶν ὅπλων ἀφαιρεῖσθαι. Αὐτὸν δὲ τρόπον τινὰ ἀφοπλίζειν τῶν ἀναγκαίων ἀνδρῶν [4] ὑπέβαλλον. καὶ Ἀφωπλίζοντο, ἀπετίθεντο τὰ ὅπλα.

Ἀφόρδιον.[5] ἡ ἀκαθαρσία, καὶ τὸ ἄξιον ἀπελασίας. παρὰ τὸ ἀφορίζω, ἀφορίζιον, καὶ ἀφορίδιον· καὶ κατὰ συγκοπὴν, ἀφόρδιον· τὸ ἀφορίζεσθαι ἄξιον.

Ἀφόρητον. ἀβάστακτον.

Ἀφορμή. ἀφ' ἧς ὁρμώμενός τις σώζεται. [6] ἰδίως δὲ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ὅταν τις ἀργύριον δῷ ἐνθήκην, ἀφορμὴ καλεῖται.

Ἀφορολόγητον. τὸ μὴ τελοῦν φόρον.

Ἀφοσιούμεθα. τὸ ὅσιον προσποιούμεθα δῆθεν. καὶ Ἀφοσιούμενος. πληροφορῶν, ποιήσας τὴν ὁσίαν. Ὁ δὲ [7] ἀφοσιούμενος τὴν ἐξόρκωσιν τοῦ ἐπάρχου, ἐμηχανᾶτο τοιάδε. καὶ Ἀφοσιούμενοι, ἀντὶ τοῦ τιμῶντες· ἢ [8] τὸ ὅσιον ποιοῦντες, καὶ καθαρὸν, καὶ τὸ ὀφειλόμενον. διὰ τοῦτο καὶ τὴν ὁσίαν ἐπὶ τῶν ἀπελθόντων φαμὲν· τουτέστιν, οὐδὲν ὀφειλόμενον αὐτοῖς λοιπὸν οὐκ ἐσμὲν ὑπεύθυνοι. οὕτως ἡμῖν ἔθος λέγειν, καὶ τὸ ἀφοσιώσασθαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα, τουτέστιν, οὐκ εἰμὶ ὑπεύθυνος. καὶ [9] Ἀφοσιῶ, ἀντὶ τοῦ ἀποκαθαίρω, ἀφαγνίζω. Αἰσχίνης. Τὸ δὲ μὴ ἐντελῶς τι ποιῆσαι, ἀλλ' οἷον ἀπάρξασθαι, ἢ σχηματίσασθαι, Ἰσαῖος λέγει. καὶ Ἀφοσιώσας, καθάρας, ἢ ξενώσας· ἢ τὴν ὁσίαν ποιῶν, τουτέστι κηδείαν, ἢ τὴν ἐπὶ τῷ θανάτῳ μνήμην. καὶ Ἀφοσιῶσαι, καθαίρειν. καὶ Ἀφοσιώσεται, ἀπάρξεται. καὶ Ἀφοσιοῦσθαι, ἀποκαθαίρεσθαι ὁσίας· καὶ τὸ μὴ περιεργάζεσθαι, μηδὲ φιλοτιμεῖσθαι. Ὅσια δὲ λέγεται ἄλφιτα, δεδευμένα ἐλαίῳ καὶ οἴνῳ· καὶ [10] κύελα, καὶ δίκαια. καὶ Ἀφοσίωσις, ἀνάθεσις. καὶ Ἀφοσιωσάμενοι, δικαιωσάμενοι. καὶ Ἀφοσιούμενοι, τιμῶντες, ἢ ἀπαρχόμενοι. Ὡς δὲ ᾔσθετο σαφῶς ἀποσιούμενον, καὶ μόνον ἀφοσιούμενον τὸν Ἰσίδωρον, ᾤχετο ἀπιὼν, καὶ οὐκέτι προσῄει.

*& opes [ex Troja] hausturum esse.* Idem alibi dicit: *Solique feliciter vivunt, & divites vocantur.* Quasi qui divites tantum vocentur; at revera tales non sint.

Ἀφοβόσπλαγχνος. Intrepidus. Audax. Et Ἀφόβοις προβάτοις, pecudibus placidis, vel imbellibus. *[Vides me] in præliis quondam fortem & intrepidum, nunc in imbellia pecora strenue sævire.*

Ἀφοδεῦσαι. Alvum exonerare. Plato *Adonidibus.* Et Ἄφοδος, alvi exoneratio. Et Ἄφοδον, secessum: ut ἔφοδον, adventum.

Ἀφοπλίζειν. Armis spoliare. *Existimarunt, se eum necessariis viris quodammodo spoliaturos esse.* Et Ἀφωπλίζοντο, arma deponebant.

Ἀφόρδιον. Excrementum. Vel, quod dignum est, quod secernatur. Ab ἀφορίζω fit ἀφορίζιον, & ἀφορίδιον, & per syncopen ἀφόρδιον: quod secernendum & separandum est.

Ἀφόρητον. Intolerabile.

Ἀφορμή. Occasio. Subsidium. Peculiariter vero apud Atticos ita vocatur pecunia, quæ ad usus aliquos reponenda & asservanda datur.

Ἀφορολόγητον. A tributo immune.

Ἀφοσιούμεθα. Religione simulate defungimur. Et Ἀφοσιούμενος defungens, religioni satisfaciens. *Ille vero religione jurisjurandi, quo ab Etearcho obstrictus erat, defunctus, talia machinatur.* Et Ἀφοσιούμενοι, debitum honorem præstantes: vel facientes id, quod pietatis, religionis, & officii ratio a nobis exigit. Quare & ὁσίαν dicimus justa, quæ mortuis debentur: quibus scilicet persolutis, nihil ipsis amplius debemus, sed omni erga eos religione soluti sumus. Hinc & ἀφοσιώσασθαι, & quæ sunt alia hujus generis, dicere solemus, cum significare volumus, nos omni officio erga aliquem defunctos esse. Item Ἀφοσιῶ significat lustro, expio. Æschines. Isæus vero sic appellat, non perfecte nec exacte, sed quasi more delibantis & in speciem tantum aliquid agere. Et ἀφοσιώσας, qui lustravit, vel hospitio excepit: item, qui mortuo justa persolvit, ejusque memoriam celebrat. Et ἀφοσιῶσαι, expiare. Et ἀφοσιώσεται, primitias offeret. Et ἀφοσιοῦσθαι, expiari dicis causa. Item, non curiose, nec magno studio aliquid facere. Ὅσια vero dicitur farina oleo & vino macerata. Item, pura & justa. Et ἀφοσίωσις, dedicatio. Et ἀφοσιωσάμενοι, qui justa fecerunt. Item, qui debitum honorem præstiterunt, & primitias obtulerunt. *Ut vero sensit Isidorum initiatum & expiatum esse, abiit, nec amplius ad eum accessit.*

1 Οἷσίν τ' εὖ ζώουσι καὶ ἀφ.] Homer. *Odyss.* P. v. 423.

2 Ἀφοβόσπλαγχνος] Hac voce usus est Aristophanes *Ranis* pag. 235. (150. Ed. Bas. P.)

3 Τὸν ἐν δαΐοις ἄτρεστον μάχαις Ἐν ἀφ.] Hæc sunt verba Sophoclis *Ajace* pag. 23. ut Portus observavit.

4 Ὑπέβαλλον] Legere malim ὑπέλαβον.

5 Ἀφόρδιον. ἡ ἀκαθαρσία, καὶ τὸ ἄξιον κτλ.] Eadem habet Etymologus.

6 Ἰδίως δὲ παρὰ τοῖς Ἀττ.] Ex Harpocratione: ad quem vide Maussacum.

7 Ὁ δὲ ἀφοσιούμενος τὴν ἐξόρκωσιν τοῦ ἐπάρχου, ἐμηχ.] Apud Herodotum lib. IV. pag. 172. unde fragmentum hoc depromptum esse Portus recte observavit, sic legitur: Ὁ δὲ ἀποσιεύμενος τὴν ἐξόρκωσιν τοῦ Ἐτεάρχου, χοινίσας αὐτὴν κατῆκεν ἐς τὸ πέλαγος &c.

8 Τὸ ὅσιον ποιοῦντες, καὶ καθαρὸν, καὶ τὸ ὀφειλ.——— οὐκ εἰμὶ ὑπεύθυνος.] Locus hic depromptus est ex Chrysost. Homil. XIV. in Epist. ad Ephes. cap. IV. v. 24. ubi tamen nonnulla aliter leguntur. Verba ipsius Chrysostomi hæc sunt: Τὸ ὅσιον τί ἐστι; τὸ καθαρὸν, τὸ ὀφειλόμενον. διὰ τοῦτο καὶ τὴν ὁσίαν ἐπὶ τῶν ἀπελθόντων φαμὲν, τουτέστιν, οὐδὲν ὀφείλω αὐτοῖς λοιπόν. οὐκ εἰμὶ ὑπεύθυνος. οὕτως ἔθος ἡμῖν λέγειν καὶ τὸ ἀφοσιωσάμην, καὶ ὅσα τοιαῦτα· τουτέστι τὸ μηδὲν ὀφείλειν.

9 Ἀφοσιῶ. ἀντὶ τοῦ ἀποκαθ.———Ἰσαῖος λέγει] Ex Harpocratione.

10 Κύελα] Rescribo κόλλυβα: qua emendatione etiam indiget Hesychius, apud quem v. Ὅσια corrupte legitur κυέλα.



Ἀφυΐα

Ἀφυσία. νῆσός τις, ἐν ᾗ ὑπερόριοι ἐγένοντο ὁ κύριος Θεοφάνης, ὁ ποιητής, καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Θεόδωρος ὁ Γραπτὸς ἀμφότεροι ὁμολογηταί.

Ἀφυσία. Aphusia, insula quædam, in qua exularunt D. Theophanes, poeta, & frater ejus Theodorus Graptus, uterque confessor.

Ἀφώρισται. πεπεράτωται. Ἐνταῦθά που τῆς συγγραφῆς ἀφώρισται τὸ πραχθέν.

Ἀφώρισται. Separatim positum est. *In hac parte historiæ res illa separatim tractatur.*

Ἀφραδέως. ἀνοήτως. ἀπείρως.

Ἀφραδέως. Stulte. Imperite.

Ἄφρακτος [1] φίλων. οὐ πεφραγμένος καὶ τετειχισμένος τοῖς φίλοις διὰ τὸ ἀπατηθέντας καταλιπεῖν σε.

Ἄφρακτος φίλων. Non septus, nec munitus amicis, quia decepti te deseruerunt.

Ἄφραστον. ἄρρητον.

Ἄφραστον. Infandum.

Ἀφραστύες. ἀσυνεσίαι. Σχέτλιαι ἀνθρώπων ἀφραστύες.

Ἀφραστύες. Inconsiderantia. Imprudentia. *Misera hominum imprudentia.*

Ἀφραίνει. παρανομεῖ. μωραίνει. παραφρονεῖ.

Ἀφραίνει. Desipit. Delirat. Insanit. Injuste facit.

Ἀφρικανός, [2] ὁ Σέξτος χρηματίσας, φιλόσοφος Λίβυς, ὁ [3] τοὺς Κεστοὺς γεγραφὼς ἐν βιβλίοις κδ'. [4] εἰσὶ δὲ οἱονεὶ φυσικά, ἔχοντα ἐκ λόγων τε καὶ ἐπαοιδῶν, καὶ γραπτῶν τινῶν χαρακτήρων ἰάσεις τε, [5] καὶ ἀλλοίων ἐνεργειῶν. [6] κατὰ τούτου ἔγραψεν Ὠριγένης, ἔνστασιν ποιησάμενος περὶ τοῦ τῆς Σωσάννης βιβλίου, τοῦ εἰς τὸν Δανιήλ.

Ἀφρικανός. Africanus, *Sextus* cognominatus, Philosophus Afer, qui scripsit *Cestos* libris xxiv. Agitur autem in illis de remediis Physicis, quæ ex verbis, incantationibus, & scriptis quibusdam characteribus constant, mirosque effectus habent. Contra hunc scripsit Origenes, respondens ad argumenta, contra historiam Susannæ, quæ exstat in Daniele, ab ipso objecta.

Ἀφρικανός. Καρχηδών, ἡ καὶ Ἀφρικὴ καὶ Βύρσα λεγομένη, μετὰ τὸν πρῶτον οἰκισμὸν κρατήσασα ἔτη ψ' τῶν περιοίκων Λιβύων, ἀνῄρητο. Σκιπίων δὲ τὴν αὐτὴν Σκιπίωνι τῷ Ἀφρικανῷ πάππῳ λαβὼν ἐπίκλησιν, Ἀφρικανὸς ἐκλήθη διά τε τὴν ἀρετήν, καὶ τὸ τῶν κατορθωμάτων ὁμοιότροπον, ἐπωνομάσθη.

Ἀφρικανός. Carthago, quæ & Africa & Bursa dicta fuit, postquam per septingentos a prima ejus origine annos in finitimos Afros imperium obtinuisset, eversa est a Scipione, qui eodem cognomine insignitus fuit, quo Scipio Africanus avus ejus, cum ob virtutem propriam, tum ob parem rerum gestarum gloriam.

Ἀφρόεν. ἀφρῶδες.

Ἀφρόεν [7] κοναβηδὸν ἐπιπρίουσα γένειον.

Ἀφρόεν. Spumosum. [In Epigrammate:] *Ore spumans & cum sonitu dentibus infrendens.*

Ἀφρίτης. εἶδος ἀφύας. ἐν τῷ Ἀφύα.

Ἀφρίτης. Genus apuæ. Vide in v. Ἀφύα.

Ἀφροδίσιον. ἔργον Ἀφροδίτης. λαμβάνεται δὲ ἐπὶ τῶν λάγνων, καὶ τῶν ἐρωτικῶς περὶ τὴν συνουσίαν καὶ σφοδρῶς διακειμένων. [8] καὶ Ἀφροδίσιον, ἰδίως τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἕδος. Ὁ δὲ δίηλθε τῷ λόγῳ φιλοτίμως τε καὶ σὺν Ἀφροδίτῃ οὐ μάλα περιττῇ. Αἰλιανός. Καὶ παροιμία· [9] Ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος. ἐπὶ τῶν δι' ἔρωτα ὀμνυόντων πολλάκις, καὶ ἐπιορκούντων.

Ἀφροδίσιον. Venereum. Veneris opus. Dicitur autem de libidinosis, & qui in venerem præcipites sunt. Et Ἀφροδίσιον peculiariter appellatur Veneris templum. *Ille vero oratione nec ambitiosa nec compta nimis rem exposuit.* Et proverbium: *Jusjurandum Venereum est impunitum.* Dicitur de illis, qui amore impulsi sæpe jurant & pejerant.

Ἀφροδίτη. [10] ταύτης τὸ ἄγαλμα πλάττουσι κτένα φέρον· ἐπειδὴ συνέβη ποτὲ ταῖς τῶν Ῥωμαίων γυναιξὶ κνῆφιν λοιμώδη γενέσθαι, καὶ ξυρουμένων πασῶν γεγόνασιν αὐταῖς οἱ κτένες ἀχρεῖοι. Εὐξαμένας δὲ τῇ Ἀφροδίτῃ ἀναβλαστῆσαι, τιμῆσαί τε αὐτὴν ἀγάλματι [11] κτένα φέρουσαν, [12] καὶ γένειον ἔχουσαν διό-

Ἀφροδίτη. Venus. Hujus simulacrum fingunt pectinem ferens. Olim enim mulieribus Romanis accidit, ut pestilenti prurigine laborarent: cumque omnes raderentur, pectines ipsis nullo usui fuerunt. Cum autem Veneri votum fecissent, capillosque recepissent, simulacro pectinem gerente eam honorarunt.

1 Ἄφρακτος φίλων. οὐ πεφραγμένος καὶ τετειχ. τοῖς φ.] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Ajacem* pag. 54. ut Portus observavit.

2 Ἀφρικανός, ὁ Σέξτος χρ.] De eo vide Vossium & Cl. Cavium; itemque Valesium ad Euseb pag. 127.

3 Ὁ τοὺς Κεστοὺς γεγραφὼς ἐν βιβλίοις κδ'] Photius in *Bibliotheca* Cod. xxxiv. *Cestos* Africani quatuordecim tantum libris constitisse scribit. At Lambecius lib. vii. *Commentar. de Biblioth. Cæs.* pag. 200. novem tantum ejus operis libros fuisse recte contendit; quem consule. Cæterum, ex his Africani *Cestis* insigne fragmentum legitur apud Mich. Psellum in libello inedito περὶ παραδόξων ἀναγνωσμάτων, sive *de Admirabilibus Lectionibus*, quod exhibet Lambecius loco laudato.

4 Εἰσὶ δὲ οἱονεὶ φυσικά, ἔχοντα ἐκ λόγων τε καὶ ἐπ.] Vide Reines. *Var. Lect.* pag. 393.

5 Καὶ ἀλλοίων ἐνεργειῶν] Legere malim, καὶ ἄλλων ἐνεργειῶν.

6 Κατὰ τούτου ἔγραψεν Ὠριγένης, ἔνστασιν ποιησ.] Vide Rodolphū Wetstenium in præfatione ad Origenis opuscula, ab ipso edita Basil. 1674.

7 Ἀφρόεν κοναβηδὸν ἐπιπρ.] Verba hæc sunt pars Epigrammatis, quod ex Cod. MS. Epigrammatum ineditorum integrum exhibuimus supra v. Ἄρης.

8 Ἀφροδίσιον, ἰδίως τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἕδος] Ex Harpocratione.

9 Ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος] Vide infra v. Ταχυνόμενοι ἔρωτες; itemque Athen. lib. xii. pag. 511. Brodæum ad Antholog. Epigr. pag. 622. & Richard. Bentleium ad Epigr. Callim. xxvi.

10 Ἀφροδίτη. ταύτης τὸ ἄγαλμα πλάττουσι κτ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, leguntur etiam apud Codinum *de Orig. CPol.* pag. 14. num. 28.

11 Κτένα φέρουσαν] Scribendum potius est, κτένα φέροντι, ut referatur ad ἀγάλματι. Codinus habet, τιμῆσαί τε αὐτὴν ἀγάλματι κτένα φέροντι.

12 Καὶ γένειον ἔχουσαν] Supple ex Codino, πλάττουσι δὲ αὐτὴν καὶ γένειον ἔχουσαν.

τι καὶ ἄῤῥενα καὶ θήλεα ἔχει ὄργανα. ταύτην γὰρ λέγουσιν ἔφορον γενέσεως πάσης, καὶ ἀπὸ τῆς ὀσφύος καὶ ἄνω λέγουσιν αὐτὴν ἄῤῥενα· τὰ δὲ κάτω, θήλειαν. πλάττουσι δὲ αὐτὴν καὶ ἔφιππον, ὅτι Αἰνείας ὁ υἱὸς αὐτῆς πλεύσας μέχρι τῆς δύσεως μετὰ τοῦτο ἵππῳ ἐπέβη, καὶ τὴν μητέρα ἐτίμησε τοιούτῳ ἀγάλματι.

Fingunt quoque eam barbatam, & maris atque fœminæ instrumenta genitalia habentem; quoniam universæ generationis eam dicunt esse præsidem, & a lumbo usque ad superiores corporis partes virum; inferius vero fœminam. Præterea fingunt eam equestrem, quia Æneas ejus filius, cum ad occasum usque navigasset, postea equum conscendit, & matrem hujusmodi simulacro honoravit.

Ἄφροι. ὄνομα ἔθνους· οἱ Καρχηδόνιοι. ἀπὸ Ἄφρου τοῦ τῆς Λιβύης βασιλεύσαντος, τοῦ υἱοῦ τοῦ Κρόνου, ἐκ Φιλύρας γεγονότος. † Πόθεν ὁ ἀφρὸς λευκός, ἐστὶν ἐν τῷ Χιών.

Ἄφροι. Afri. Nomen gentis. Carthaginienses. Ab Afro, Libyæ Rege, filio Saturni, ex Philyra nato. Quare spuma sit alba, docetur in v. Χιών.

Ἀφρουρήτους. [1] Θάσιοι εἶπον πρὸς Μητρόδωρον, τὸν Φιλίππου στρατηγόν, παραδοῦναι τὴν πόλιν, εἰ διατηρήσει αὐτοὺς ἀφρουρήτους, ἀφορολογήτους, ἀνεπισταθμεύτους, νόμοις χρῆσθαι τοῖς ἰδίοις. ἐπισημηναμένων δὲ μετὰ κραυγῆς πάντα τὰ ῥηθέντα, παρήγαγον τὸν Φίλιππον εἰς τὴν πόλιν. ἀντὶ τοῦ βεβαιωσάντων.

Ἀφρουρήτους. A præsidiis immunes. *Thasii ad Metrodorum ducem Philippi dixerunt, se urbem dedituros ea conditione, ut immunes sint a præsidiis, tributis, & angariis, suisque legibus vivant. Cum autem omnia dicta clamore confirmassent, Philippum in urbem introduxerunt.*

Ἄφρων καὶ ἄνους διαφέρει. Ἄφρων καὶ ἄνους. [2] Ἀνόητον φασὶ τὸν καλούμενον σοφόν, ὡς συνιέναι τὸ δέον οὐκ ἐθελήσαντα. Ἀμαθῆ δὲ τὸν τῆς μὲν σοφίας ἀμύητον, κακίᾳ δὲ [3] ὁμοίως συζήσαντα. ὁ Δαβὶδ δὲ ἔφησεν· Ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἄφρων καὶ ἄνους ἀπολοῦνται.

Ἄφρων & ἄνους. Amens & stultus. David: *Amens & stultus simul peribunt.* [Sic LXX Interpretes. Symmachus vero locum hunc sic reddidit: Ὁμοῦ ἀνόητος καὶ ἀμαθὴς ἀπολοῦνται.] Ἀνόητον vocat eum, qui vulgo quidem sapiens vocatur, at ea, quæ scire oportebat, intelligere noluit. Ἀμαθῆ vero eum, qui omnis sapientiæ expers est, vitamque flagitiosam vivit.

Ἀφύαι. [4] ὀνόματα ἑταιρῶν ἀδελφῶν δύο παρὰ Ὑπερείδῃ.

Ἀφύαι. Aphyæ. Duarum sororum meretricum nomina apud Hyperidem.

Ἀφύα [5] ἐς πῦρ. ἐπὶ τῶν τέλος ὀξὺ λαμβανόντων ἡ παροιμία· παρόσον καὶ τὰς ἀφύας τάχιστα ἕψεσθαι συμβαίνει. ἑνικῶς δὲ [6] παρὰ Ἀριστοφάνει λέγεται ἐν Ταγηνισταῖς, ἀφύη· ἀλλ' ἀεὶ πληθυντικῶς τὰς ἀφύας. λέγεται δὲ καὶ ἀφρὸς, διὰ τὴν λευκότητα. ἔστι δὲ ἡ παρὰ πολλοῖς λεγομένη ἐγγραυλίς. καὶ ἀφύων τιμή, τὸ ἔλαιον· ἐπεὶ ἐν αὐτῷ ἕψονται. καὶ ἀφύας Φαληρικάς· τὰς μεγάλας. Φαληρεὺς δὲ λιμὴν Ἀττικῆς. πληθυντικῶς δὲ λέγεται. σπανιώτατα δὲ ἀφύην. Ἀριστοφάνης· [7]

Εὗρε τὸ πᾶν διὰ τὰς λιπαρὰς, ἀφυῶν τιμὴν περιάψας.

Ἔστι [8] δὲ γένη πλεῖστα· ἡ μὲν, ἀφρῖτις λεγομένη, ἥτις οὐ γίνεται ἀπὸ γόνου, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐπιπολάζοντος τῇ θαλάττῃ ἀφροῦ. ἑτέρα δέ ἐστιν ἡ λεγομένη κωβῖτις, ἣ γίνεται ἐκ τῶν μικρῶν καὶ φαύλων τῶν ἐν τῇ ἄμμῳ φερομένων κωβιῶν. ἐξ αὐτῆς δὲ ἕτεραι, αἱ ἐγκρασίχολοι καλοῦνται. καὶ ἄλλη, ἥτις ἐστὶ [9] γένος μαινί-

Ἀφύα ἐς πῦρ. *Apua in ignem.* Proverbium de iis, quæ cito ad finem perducuntur. Apuæ enim brevissimo tempore coquuntur. Apud Aristophanem *Tagenistis* singulari numero dicitur ἀφύη. Apud alios vero semper numero multitudinis ἀφύαι. Dicitur etiam ἀφρὸς propter candorem: estque idem piscis, qui vulgo appellatur ἐγγραυλίς. Et *apuarum honor* dicitur oleum, quia in eo coquuntur. Et *apuas Phalericas*, i. e. magnas. Phalereus autem est portus Atticæ. Dicitur [plerumque] plurali numero [ἀφύαι:] rarissime vero singulari. Aristophanes: *Quidvis impetrabit, si [Athenas] vocet* λιπαρὰς, *quo epitheto apuæ ornari solent.* Sunt autem plura apuarum genera. Alia enim vocatur ἀφρῖτις, quæ non nascitur ex semine, sed ex spuma, quæ mari innatat. Alia κωβῖτις, quæ nascitur ex parvis vilibusque gobiis, qui in arena victitant. Ex hac generantur aliæ, quas encrasicholos vocant. Est & aliud genus apuæ, fœtus mænidum: aliud, membradum soboles; itemque aliud, quod

1 Θάσιοι εἶπον πρὸς Μητρόδωρον τὸν Φιλίππου στρατ.——εἰς τὴν πόλιν] Ex Polybio. Vide supra v. Ἀνεπισταθμεύτους.

2 Ἀνόητον φασι τὸν καλούμενον σοφὸν, ὡς συνιέναι τὸ δ.] Locus hic est mutilus, & negligenter admodum excerptus ex Theodoreto ad Psalm. XLVIII. pag. 585. apud quem sic legitur: Ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἄφρων καὶ ἄνους ἀπολοῦνται. Οὗτοι γὰρ, φησὶν, οἱ καλούμενοι σοφοὶ, ὀλιγωρίᾳ δὲ τῆς σοφίας ὀφλήσαντες ἐσχάτως, τὸν αὐτὸν τοῖς ἀμαθέσι ὑπέστησαν ὄλεθρον. οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν· Ὁμοῦ ἀνόητος καὶ ἀμαθὴς ἀπολοῦνται. καὶ καλεῖ μὲν ἀνόητον τὸν καλούμενον σοφὸν, ὡς συνιέναι τὸ δέον &c.

3 Ὁμοίως] Apud Theodoretum legitur ὅμως.

4 Ἀφύαι. ὀνόματα ἑταιρῶν ἀδ. δύο παρὰ Ὑπερ.] Ex Harpocratione. Vide etiam Athen. lib. XIII. pag. 586.

5 Ἀφύα ἐς πῦρ. ἐπὶ τῶν τέλος ὀξὺ λαμβ.——παρὰ πολλοῖς λεγομένη ἀφρῖτις] Totum hunc locum descripsit Suidas ex Enarratore Comici ad *Equit.* pag. 327.

6 Παρὰ Ἀριστοφάνει λέγεται ἐν Ταγηνισταῖς] Locum Aristophanis, ad quem Suidas hic respicit, citat Athen. lib. III. cap. VII. pag. 96. Vide etiam, quæ diximus supra v. Ἅλες.

7 Εὗρε τὸ πᾶν διὰ τὰς λ.] Locum hunc ex Aristoph. *Acharnens.* pag. 401. emendavi, qui in prioribus Edit. corruptissime sic legitur: Εὗρετο παιδεύειν τὰς λιπαρὰς ἀφύας &c. Vide etiam infra v. Θωπεία.

8 Ἔστι δὲ γένη πλεῖστα. ἡ μὲν ἀφρ.——ἔστι δὲ πρὸς. ἡ ἀφρῖτις] Eadem quoque αὐτολεξεὶ pene leguntur apud Athen. lib. VII. pag. 284. & 285.

9 Γένος] Sic habent omnes Edit. Sed scribendum est γόνος, ut apud Athenæum loco laudato legitur.

δων·

δων· καὶ ἄλλη, ἐκ τῆς μεμβράδος· καὶ ἄλλη ἐκ τῶν μικρῶν κεστρέων. ἔστι δὲ προηγουμένη ἡ ἀφρῖτις. [1]Ὅτι Νικομήδει τῷ Βιθυνῶν βασιλεῖ, ἀφύης ἐπιθυμήσαντι, καὶ μακρὰν ὄντι τῆς θαλάττης, [2]Ἀπίκιος ὁ ὀψοφάγος, μιμησάμενος τὸ ἰχθύδιον, παρέθηκεν ὡς ἀφύας. ἡ δὲ κατασκευὴ ἦν αὕτη. Θήλειαν λαβὼν γογγυλίδα, ταύτην ἔτεμεν εἰς μακρὰ καὶ λεπτά, τὴν ὄψιν τῆς ἀφύης μιμούμενος, ἐπιζέσας ἔλαιον, ἐπιχέας ἅλας, καὶ μήκωνας ἐπιπάσας, ἔλυσε τὴν ἐπιθυμίαν.

Ἀφυής. ἀμαθής. ἄπειρος. Ὁ δὲ ἦν οὐκ ἀφυὴς συννιδεῖν πραγμάτων στρατηγίας. καὶ Πολύβιος· Οὐ καιρὸς ἀφυέστερος οὐ γέγονεν ἁπλῶς.

Ἀφυΐα. ἡ πρὸς τὰ προκείμενα μαθήματα σκληρότης.

Ἄφυκα.[3] ἀκαλλώπιστον.

Ἄφυκτα. ἀναπόδραστα. ἀναγκαῖα. καὶ Ἄφυκτον, ὃ οὐκ ἔστιν ἐκφυγεῖν.

Ἀφύσγετον.[4] τὸ ἰλυῶδες, καὶ συρφετόν.

Ἀφυσμός. ἀπάντλησις.

Ἀφύσσων. ἀπαντλῶν. ἀρυόμενος.

Ἀφ' ὑψηλοῦ με καταγελᾷς. οἱονεί, πάνυ μου καταφρονεῖς. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἀφ' ὕψους [5]διαλεγομένων.

Ἀχαάβ. ὄνομα κύριον.

Ἀχὰζ,[6] βασιλεὺς Ἱερουσαλήμ. οὗτος τὸ ἐν τοῖς θησαυροῖς ἀργύριον ἔπεμψε Θεγλαφαλασσάρ, τῷ Ἀσσυρίων βασιλεῖ, δεόμενος ῥυσθῆναι Σύρων τε καὶ Ἰσραηλιτῶν. κἀκεῖνος αὐτῷ βοηθῶν, ἐπεστράτευσε Δαμασκῷ. ἐνταῦθα αὐτῷ συντυχὼν Ἀχὰζ, ἐθεάσατο θυσιαστήριον, καὶ ἀρεσθεὶς αὐτῷ, μέτρα τε αὐτοῦ λαβὼν ἀπέστειλεν εἰς Ἱερουσαλὴμ, κελεύσας Οὐρίᾳ τῷ ἱερεῖ τοιοῦτον αὐτόθι οἰκοδομῆσαι. καὶ ἀναζεύξας ἔθυσεν ἐπ' αὐτῷ τοῖς Σύρων θεοῖς, τὸν ναὸν ἀποκλείσας τοῦ Θεοῦ. τούτου δὲ τελευτήσαντος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἐζεκίας, ἐκ Ῥαβύα τῆς Ζαχαρίου θυγατρὸς, βασιλεύει ἐν Ἱερουσαλὴμ ἁπάντων εὐσεβέστερος.

Ἀχαΐα. ἡ Ἑλλάς. Μόμμιος γὰρ ὕπατος ἐπὶ τοὺς Κορινθίους σταλεὶς, τὸν Μέτελλον ἐν χερσὶν οὖσαν τὴν νίκην ἀφείλετο. ἐπιγενόμενος δὲ πεπονηκόσι τοῖς Ἀχαιοῖς περὶ τὸν Ἰσθμὸν κατηγωνίσατο, καὶ τὴν Κόρινθον εἷλεν αὐτοβοεὶ, πρωτευούσαν παντὸς κατὰ τοῦτο τοῦ Ἑλληνικοῦ. ὅθεν δοκοῦσι καὶ νῦν Ἀχαΐαν ὀνομάζειν τὴν Ἑλλάδα. Ῥωμαῖοι δὲ ἐς τὸ χειρωθὲν ἔθνος, ὃ πρεσβεῦον ἦν τότε τῆς Ἑλλάδος, τὴν ὅλην μεταβαλόντες τῆς χώρας ἐπωνυμίαν, ἀφίκοντο. καὶ Ἀχαϊκὸν βέλος· ἐπὶ τῶν εὐστόχως βαλλόντων. παρόσον πάντων ἐπιτηδειότατον ἐστὶ τὸ τοιοῦτον βέλος πρὸς πολιορκίαν, τὸ τῶν ἐξ Ἀχαΐας σφενδονητῶν βέλος.

ex parvis mugilibus generatur. Aphritis vero est omnium præstantissima. † Cum Nicomedes Bithyniæ Rex apuam desideraret, & procul esset a mari, Apicius, homo gulosus, pisciculum hunc arte imitatus, alium ei cibum pro apua apposuit; quem sic apparavit. Cum cepisset gongylidem fœminam, hanc in longa & tenuia frusta dissecuit, apuæque speciem imitatus, affuso oleo ferventi, & addito sale, inspersoque papavere, Regis desiderio satisfecit.

Ἀφυής. Indoctus. Imperitus. *Ille vero rerum gerendarum non erat imperitus.* Et Polybius: *Quo nullum tempus magis alienum omnino exstitit.*

Ἀφυΐα. Ingenium ad disciplinas discendas ineptum.

Ἄφυκα. Non fucata.

Ἄφυκτα. Inevitabilia. Necessaria. Et ἄφυκτον, quod vitari non potest.

Ἀφύσγετον. Cœnum. Sordes.

Ἀφυσμός. Exhaustio.

Ἀφύσσων. Hauriens. Extrahens.

Ἀφ' ὑψηλοῦ μου κατ. *De sublimi loco me derides.* Id est, me prorsus contemnis. Translatio ducta est ab illis, qui ex loco sublimi deridentur.

Ἀχαάβ. Achaab. Nomen proprium.

Ἀχάζ. Achaz, Rex Hierosolymorum. Hic argentum, quod in thesauris habebat, misit Theglaphalasari Assyriorum Regi, petens, ut a Syris & Israelitis se defenderet. Ille igitur opem ipsi ferens Damascum obsedit; ubi cum Achaz eum convenisset, aram vidit, qua delectatus mensuram ejus Hierosolyma misit, & Uriæ sacerdoti imperavit, ut aram ei similem illic conderet. Reversus itaque, in ea Syrorum Diis immolavit, clauso Dei templo. Hoc defuncto, Ezechias ipsius filius, ex Rhabua Zachariæ filia natus, omnium religiosissimus, Hierosolymis regnavit.

Ἀχαΐα. Græcia. Mummius Consul adversus Corinthios missus, Metello victoriam, quam in manibus habebat, eripuit, & Achæos, quorum vires jam ante accisæ & debilitatæ erant, circa Isthmum aggressus debellavit, Corintho, totius Græciæ tum principe urbe, primo impetu capta. Quamobrem Romani etiam nunc Græciam videntur appellare Achaiam, a gente subacta, Græciæ principatum tunc tenente, toti regioni nomen imponentes. Et *Achaicum telum:* [proverbium, quod dicitur de illis,] qui certo jactu destinata feriunt. Achæorum enim funditorum telum ad obsidionem urbium omnium est aptissimum.

1 Ὅτι Νικομήδει τῷ Βιθυνῶν βασ. —— ἔλυσε τὴν ἐπιθυμίαν] Ex Athen. lib. 1. pag. 7. ut Pearsonius etiam observavit.

2 Ἀπίκιος ὁ ὀψοφάγος] Male hic Suidas ex Apicio tribuit, quæ Athenæus loco laudato de coquo quodam narrat. Consule ipsum Athenæum.

3 Ἄφυκα. ἀκαλλώπιστον] Vel scribe, ἄφυκτα. ἀκαλλώπιστα: vel, ἄφυκα. ἀκαλλώπιστα, ut apud Hesychium.

4 Ἀφύσγετον. τὸ ἰλυῶδες. συρφετόν] Ex Scholiasta Homeri ad Il. Λ. v. 495.

5 Διαλεγομένων] Puto legendum διαγελωμένων.

6 Ἀχάζ, βασιλεὺς Ἱερου.] Vide 11. Reg. cap. xvi.

Ἀχαΐαν.

Ἀχαίνη. ἡ ἔλαφος.

Καὶ [1] σκύτος ἀμφιδόρυ στικτὸν [2] ἀχαΐνης.

Ἀχανὲς πέλαγος, καὶ πεδίον. τὸ ἐπιπολὺ κεχηνός. Τέλματα δύσπορα διαδέχεται, καὶ ἐπὶ τούτοις ἀχανὲς καὶ ἀνέξοδον ὕλης βάθος, ἐν ᾧ μυρίκαι τε δένδρων μείζους ἐπεπήγεισαν, καὶ τὸ συνεχὲς τῆς ὕλης φοβερώτατον. καὶ Ἀχανῆς, ἀφανῆς, ἀφεγγής. καὶ Ἀχανὴς, ὁ μὴ κεχηνὼς, καὶ ἄφωνος, ὁ σιωπῶν, ὁ ἐκπεπληγμένος σιωπῇ.

Ἀχάνη.[3] μέτρον ἐστὶ Περσικὸν ὥσπερ ἡ ἀρτάβη παρὰ Αἰγυπτίοις. ἐχώρει δὲ μεδίμνους Ἀττικοὺς με΄, ὡς μαρτυρεῖ Ἀριστοτέλης. οἱ δέ φασιν, ὅτι κίστη ἐστὶν, εἰς ἣν κατετίθεντο τοὺς ἐπισιτισμοὺς οἱ ἐπὶ τὰς θεωρίας στελλόμενοι.

Ἄχαρι. χαλεπόν. κακόν. Ἀρριανός· Ὁ δὲ πίστιν ἔδωκε τοῖς κατοικοῦσι, μηδὲν ἄχαρι πείσεσθαι ἐκ βασιλέως. Καὶ αὖθις· Οὐδὲν πείσεσθαι ἄχαρι πρὸς αὐτῶν.

Ἄχαρι. λυπηρόν. Ὁ δὲ τοὺς αἰχμαλώτους ἀφεὶς, ἐξιόντας τοῦ τείχους παρεφύλαττεν ἑστηκὼς, μή τι ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν πάθωσιν ἄχαρι, μίσει τῷ πρὸς Πάρθους. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ ἐδεῖτο μηδὲν περὶ οὗ ἄχαρι πιστεύειν βασιλέα τοῖς ἑαυτοῦ ἐχθροῖς. Καὶ αὖθις· Ὁ Περσῶν [4] βασιλεὺς εἰσῆλθεν εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν, οὐδὲν δὲ ἔδρασεν ἄχαρι. † Ἀχαρίστῳ νοσήματι τῷ θυμῷ χαριζόμενος, λύμαις ὅσαις ἐδύνατο παντοδαπαῖς τὸ σῶμα λυμηνάμενος.

Ἀχαριστεῖν. μὴ χαρίζεσθαι. καὶ Ἀχαρίστως, μὴ εὐχαρίστως. Ξενοφῶν· [5] Οἶμαι γὰρ ὅτι οὐκ ἂν ἀχαρίστως μὴ ἔχειν, οὔτε πρὸς ὑμῶν, οὔτε πρὸς τῆς ἄλλης πάσης Ἑλλάδος.

Ἀχαριστεῖν. ἀντὶ τοῦ μὴ χαρίζεσθαι. οὕτως Ἀντιφῶν. καὶ Ἀχαριστῆσαι, τὸ μὴ χαρίσασθαι, μηδ' ὑπουργῆσαι.

Ἀχαρίστως. Ξενοφῶν· Κῦρος δὲ ἦγε Λυδῶν αἰχμαλώτους, καὶ οὓς μὲν ἑώρα καλλωπιζομένους καὶ πειρωμένους αὐτῷ χαρίσασθαι, τούτους εἴα σὺν τοῖς ὅπλοις· οὓς δὲ ἑώρα ἀχαρίστως ἐπιμένοντας, τούτων τοὺς ἵππους παρέδωκε τοῖς Πέρσαις, τὰ δὲ ὅπλα κατέκαυσεν. Ἀχαρίστως οὖν, ἄνευ χάριτος.

Ἀχαρνείτης. [6] Ἀθηνόθεν.

Πολλάκις [7] ἐν [8] θυμέλῃ καὶ ἐν σκηνῇσι τεθηλὼς
Βλαισὸς [9] Ἀχαρνείτης κισσὸς ἔρεψε κόμην.

Ἀχάτης λίθος· καὶ λυχνίτης, καὶ ἀετίτης.

Ἀχαία. ἡ Δημήτηρ. [10] Ἀριστοφάνης· Οὐδ' ἂν τὴν Ἀχαίαν καλιδέξατο. οὕτω δὲ αὐτὴν ἐκάλουν ἀπὸ τοῦ

Ἀχαίνη. Cerva. *Et pellem maculosam corio undique tectæ cervæ.*

Ἀχανὴς πέλ. Mare vastum. Et ἀχανὲς πεδίον, campus late patens. *Paludes transitu difficiles excipiunt, & post has vasta & exitu carens sylva, in qua myricæ arboribus majores e terra enatæ erant, & arborum densitas horrorem non exiguum incutiebat.* Et Ἀχανῆς, obscuri, luce carentes. Et Ἀχανὴς, non hians, voce carens, mutus, præ stupore tacens.

Ἀχάνη. Achane, mensura est Persica; ut Artabe apud Ægyptios. Capiebat autem medimnos Atticos XLV, ut Aristoteles testatur. Alii vero dicunt esse cistam, in qua legati, religionis vel sacrorum causa aliquo missi, cibaria reponebant.

Ἄχαρι. Molestum. Malum. Arrianus: *Ille vero fidem incolis dedit, fore, ut nulla a Rege molestia afficerentur.* Et iterum: *Nulla eos molestia ab ipsis affectum iri.*

Ἄχαρι. Molestum. Malum. *Ille vero captivos dimissos & ex urbe exeuntes observabat adstans, ne quid mali paterentur a militibus, ob odium, quo Parthos prosequebantur.* Et rursus: *Ille vero rogabat, ne Rex inimicis, malum rumorem de se spargentibus, fidem adhiberet.* Et iterum: *Rex Persarum ditionem Romanam ingressus est: sed nullo eam damno affecit.* † *Iræ, pessimo animi morbo obsequens, omni crudelitatis genere corpus laceravit.*

Ἀχαριστεῖν. Non gratificari. Ingratum esse. Et ἀχαρίστως, ingrate. Xenophon: *Existimo enim me nec erga vos, nec reliquam Græciam ingratum esse.*

Ἀχαριστεῖν. Non gratificari. Sic Antiphon. Et ἀχαριστῆσαι. Non gratificatum esse, nec operam suam alicui navasse.

Ἀχαρίστως. Xenophon: *Cyrus vero Lydorum captivos abduxit, & quos quidem animadvertebat corporis cultui studere, operamque dare, ut sibi gratificarentur, his arma reliquit. Quos autem videbat animo invito manentes, horum equos Persis tradidit, & arma combussit.* Ἀχαρίστως igitur significat absque gratia.

Ἀχαρνείτης. Acharnites. *Sæpe in theatris & scenis florens & viridis hedera Acharnensis comam tuam texit.*

Ἀχάτης. Achates, est lapis: ut lychnites & aetites.

Ἀχαία. Ceres. Aristophanes: *Ne ipsam quidem Cererem patienter tulisset.* Sic autem

1 Καὶ σκύτος ἀμφιδόρυ στικτὸν ἀχ.] Pentameter hic decerptus est ex Epigrammate, quod ex Cod. MS. Epigrammatum ineditorum integrum exhibemus infra v. Θίασος.

2 Ἀχαΐνης] Legendum est, ἀχαιΐνης. Vide Etymologum.

3 Ἀχάνη. μέτρον Περσ. ὥσπερ ἡ ἀρτ.] Ex Enarratore Comici ad *Acharnens.* pag. 376.

4 Ὁ Περσῶν βασιλεὺς εἰσῆλθεν εἰς τὴν Ῥωμ.] Hæc sunt verba Procopii lib. 1. *de Bello Pers.* cap. 2. pag. 8.

5 Οἶμαι γὰρ, ὅτι οὐκ ἂν ἀχαρίστως μὴ ἔχειν, οὔτε πρὸς ὑμῶν, οὔτε πρ.] Constructio potius requirit, ut legatur, οἶμαι γὰρ, οὐκ ἂν ἀχαρίστως μοι ἔχειν, οὔτε πρὸς ὑμᾶς, οὔτε πρὸς τὴν ἄλλην πᾶσαν Ἑλλάδα.

6 Ἀθηνόθεν] Imo potius Ἀχαρνόθεν.

7 Πολλάκις ἐν θυμέλῃ καὶ ἐν σκην.] Distichum hoc legitur Antholog. Epigramm. lib. III. cap. XXV. pag. 398. (275. Ed. Henr. Steph. P.)

8 Ἐν θυμέλῃ] Scribe ἐν θυμέλῃσιν, ut in Antholog. Epigrammatum

9 Βλαισὸς] Sic etiam legitur in Antholog. Epigrammatum; itemque infra v. Βλαισός: sed corrupte, ni fallor. Existimo enim ejus loco scribendum esse βλαστὸς, quod germen significat.

10 Ἀριστοφάνης· Οὐδ' ἂν τὴν Ἀχ.] Apud Aristoph. *Acharnens.* pag. 405. (290. Ed. Bas. P.) locus hic recte sic legitur:
Οὐδ' ἂν αὐτὴν τὴν Ἀχαιὰν ῥᾳδίως ἠνέσχετο.

κτύπου τῶν κυμβάλων καὶ τυμπάνων τοῦ γενομένου κατὰ τὴν ζήτησιν τῆς κόρης. ἢ ἀπὸ τοῦ περὶ τὴν θυγατέρα ἄχους· ἢ ἀπὸ τοῦ ἤχου, ὃν [1] παρεῖχον ἐν τοῖς περὶ τὴν γέφυραν εἰς Ἀθήνας ἀπιοῦσιν. ὁ δὲ νοῦς, οὐκ ἠνείχετο ἂν οὐδὲ τῆς Ἀχαίας αὐτήν.

ipsam vocarunt a strepitu cymbalorum & tympanorum, qui eo tempore, quo Proserpinam quærebat, audiebatur. Vel a dolore, quo mater ob amissam filiam afficiebatur. Vel a strepitu, quem edebant mulieres in ponte sedentes, & obvios quosque, [Eleusine] Athenas euntes, probris & conviciis petentes. Sensus autem est: *Ne ipsam quidem Cererem patienter tulisset.*

Ἀχαιΐδα. Ἑλληνίδα.

Ἀχαιΐδα. Græcam.

Ἀχαιΐνη. ἡ ἔλαφος. ἐν [2] Ἐπιγράμμασι·

Καὶ σκύτος ἀμφιδόρου στικτὸν ἀχαιΐνης.

καὶ Βάβριος·

Τοιαῦτα [3] κωτίλλουσαν τὴν ἀχαιΐνην
Ἔπεισεν ἐλθεῖν δὶς τὸν αὐτὸν εἰς ᾅδην.

Ἀχαιΐνη. Cerva. In Epigrammate:

*Et pellem maculosam pelle undique tectæ cervæ.*

Et Babrius:

*Talia garriens, persuasit cervæ, ut ad eundem Orcum bis descenderet.*

Ἀχαιός, [4] Συρακούσιος, τραγικὸς νεώτερος, ἔγραψε τραγῳδίας ι΄.

Ἀχαιός. Achæus, Syracusanus, Tragicus junior, scripsit tragœdias decem.

Ἀχαιός, Πυθοδώρου, ἢ Πυθοδωρίδος, Ἐρετριεύς, τραγικός, γέγονε κατὰ τὴν οδ΄ Ὀλυμπιάδα, καὶ δράματα ἐδίδαξε μδ΄· οἱ δέ, τριάκοντα ἱστορήκασιν· ἄλλοι κδ΄. ἐνίκησε δὲ ἕν. ἦν δὲ νεώτερος Σοφοκλέους ὀλίγῳ τινί. ἐπιδείκνυται δὲ κοινῇ σὺν Εὐριπίδῃ ἀπὸ τῆς πγ΄ Ὀλυμπιάδος.

Ἀχαιός. Achæus, Pythodori vel Pythodoridis filius, Eretriensis, Tragicus, vixit Olympiade LXXIV, docuitque fabulas XLIV; vel, ut alii, XXX, aut, ut alii, XXIV: quarum una vicit. Sophocle paulo junior fuit, cum quo, uti & Euripide, fabulas una edidit ab Olymp. LXXXIII.

Ἀχέων. μετοχή ἐστιν ἀντὶ τοῦ δυσφορῶν ἐπὶ τῷ κεκρύφθαι. Σοφοκλῆς· Κρυπτᾷ τ᾽ ἀχέων ἐν ἥβᾳ. ἀντὶ τοῦ, ἐν ἥβῃ κρυπτῇ λυπούμενος.

Ἀχέων. Est participium, diciturque [apud Sophoclem] de eo, qui ægre fert, quod lateat. Sophocles: *Ægre ferens quod puberi ipsi occulte vivendum sit.*

Ἄχερδος. [5] Σοφοκλῆς·

Κοίλης τ᾽ ἀχέρδου, [6] κἀπὸ λαΐνου τάφου.

Ἄχερδος. Pirus sylvestris. [*Stans*] *prope pirum sylvestrem, & supra lapideum sepulcrum.*

Ἀχερουσία. ἐστὶ λίμνη ἐν ᾅδου, ἣν διαπορθμεύονται οἱ τελευτῶντες, [7] τὸ νόμισμα, ὅπερ δανάκη καλεῖται, τῷ πορθμεῖ διδόντες.

Ἀχερουσία. Acherusia, palus apud Inferos, quam mortui trajiciunt, portitori dantes nummum, qui Danace vocatur.

Ἀχερωΐς. ἡ λεύκη.

Ἀχερωΐς. Populus alba.

Ἀχέρων. ποταμὸς ἐν ᾅδου μεμυθευμένος παρὰ τὸ ἄχη ῥεῖν. καὶ [8] Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις, ἐκφοβῆσαι θέλων φησίν·

Ἀχερόντιός τε σκόπελος αἱματοσταγής.

πρὸς τὸν Διόνυσον.

Ἀχέρων. Acheron, fluvius fabulosus apud Inferos: sic dictus ab ἄχη dolores, & ῥεῖν, fluere. Apud Aristophanem *Ranis* Æacus Bacchum terrere volens ait: *Et scopulus Acherontius, sanguine manans.*

Ἀχέρων. τόπος τις μέσος τοῦ παντός· ἐν ᾧ ἀνίμησις ἐστιν ὑδάτων, καὶ χαλάσεως, [9] μέχρι τοῦ τέλματος τοῦ παντός, σκοτεινός τε καὶ ἀφεγγής. Ὁ δὲ Ἀχέρων καθαρσίῳ ἔοικε, καὶ οὐ κολαστηρίῳ, ῥύπτων καὶ σμήχων τὰ ἁμαρτήματα τῶν ἀνθρώπων.

Ἀχέρων. Acheron, locus in medio Universi, aquā ex imo reddens & vicissim absorbens usque ad terminum Universi, tenebrosus & lucis expers. Acheron autem purgatorio similis esse videtur, non loco supplicii, abstergens peccata, & ab iis homines purgans.

Ἀχέτας. [10] οὐκ εἶδος τέττιγος, ἀλλ᾽ ἐπίθετον τέττιγος, ὥσπερ καὶ ὁ ἀκανθίας. ἀπὸ τοῦ ἠχεῖν ἐν ἀκάνθαις.

Ἀχέτας. Non est species cicadæ, sed epithetum; quemadmodum & ἀκανθίας. Dicitur autem ἀχέτας ab ἠχεῖν, i. e. sonum reddere. Cicadæ enim inter spinas cantant.

Ἄχειρος. ὁ χειρὸς ἐστερημένος κατὰ μεταπλασμόν. Πισίδης

Ἄχειρος. Manu privatus. Per metaplasmum, pro ἄχειρ. Pisides: *Pedibus manibus-*

1 Ὃν παρεῖχον ἐν τοῖς περὶ τὴν γέφυραν εἰς Ἀθήνας κτλ.] Locus hic est obscurus & corruptus, quem sic legendum puto: ὃν παρεῖχον αἱ (vel αἳ) περὶ τὴν γέφυραν τοῖς εἰς Ἀθήνας ἀπιοῦσιν. Intelligenda enim sunt verba hæc de mulieribus, quæ tempore Eleusiniorum in ponte Cephissi fluminis sedentes, in obvios quosque, qui vel Athenis Eleusinem, vel Eleusine Athenas ibant, scommata & probra jaciebant; de quo more vide Hesychium v. Γεφυρισταί.

2 Ἐν Ἐπιγράμμασι· Καὶ σκύτος ἀμφιδ.] Vide paulo ante post v. Ἀχαιΐα.

3 Κωτίλλουσαν] Metri gratia legendum est κωτίλλουσα.

4 Ἀχαιός, Συρακ.] De hoc & sequenti Achæo vide Meursium in *Bibliotheca Græca*.

5 Σοφοκλῆς] *Oedip. Colon.* pag. 323. ut Portus observavit.

6 Κἀπὸ λαΐνου τ.] Cum Cantero *Nov. Lect.* lib. III. cap. III. legere malim κἀπὶ λαΐνου τάφου.

7 Τὸ νόμισμα, ὅπερ δανάκη καλεῖται, τῷ πορθμ.] Vide infra v. Δανάκη, v. Καρχάδων, & v. Πορθμεῖον.

8 Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις] Pag. 234. (149. Ed. Bas. P.)

9 Μέχρι τοῦ τέλματος] Puto scribendum esse μέχρι τοῦ τέρματος quam lectionem in versione secutus sum.

10 Ἀχέτας. οὐκ εἶδος τέττιγος, ἀλλ᾽ ἐπίθετον τέττ.] Hæc refutavimus supra v. Ἀκανθίας, quem locum adeat Lector.

‡

Ἄπους

Ἄπους, ἄχιστος[1], οὐ βαρῦ τὸν αὐχένα·
Πλήρεις [2]ἑκάστῳ τῶν μελῶν αἱ συνθέσεις.
περὶ τῆς Χοσρόου ὠμότητός φησι.

Ἀχείρωτον. ἄμωμον.

Ἀχηνία.[3] ἀπορία. Ἀριστοφάνης Ἀμφιαράῳ·
Νόσῳ βιασθεὶς, ἢ φίλων ἀχηνίᾳ.

Ἄχης. ὁ πένης.

Ἀχήν. ὁ πτωχός. καὶ Ἄχηνες, οἱ μηδὲν ἔχοντες.

Ἀχήρας. ὄνομα κύριον. καὶ ὁ σκώληξ. καὶ Ἀχώρας, ὁμοίως.

Ἀχηείς.[4] ὁ λυπηρός. ἐκτάσει τοῦ α εἰς η.

Ἄχι. ἀντὶ τοῦ ῥαδίως.

Ἀχίας.[5] προφήτης ὢν ἐπὶ Ἱεροβοὰμ βασιλέως τῶν Ἑβραίων ἦν. κάμνοντος δ' αὐτῷ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τοῦ παιδὸς, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ προσέταξεν ἥκειν, ἔνθα διέτριβεν ὁ Ἀχίας, περὶ τῆς τοῦ παιδὸς ὑγείας, μετασχηματισαμένην τὴν στολήν. μελλούσης δὲ αὐτῆς εἰς τὴν οἰκίαν εἰσιέναι, τὰς ὄψεις ἠμαυρωμένου διὰ τὸ γῆρας, ἐπιφανεὶς ὁ Θεὸς ἀμφότερα αὐτῷ μηνύει, τήν τε τοῦ Ἱεροβοὰμ γυναῖκα, καὶ τί μέλλει λέγειν αὐτῇ. καὶ παριούσης ὡς ξένης, ἀνεβόησεν· Εἴσελθε, ὦ γύναι· τί κρύπτεις σαυτήν; τὸν γὰρ Θεὸν οὐ λανθάνεις. ἄπελθε οὖν πρὸς τὸν ἄνδρα, τάδε λέγει Κύριος· Ἐπεί σε μέγαν ἐκ μικροῦ καὶ μηδενὸς ὄντος ἐποίησα, καὶ ἀποσχίσας τὴν βασιλείαν ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ γένους σοὶ ταύτην ἔδωκα, σὺ δὲ τούτων ἠμνημόνησας, καὶ τὴν ἐμὴν θρησκείαν καταλιπὼν, χωνευτοὺς Θεοὺς κατεσκεύασας, καὶ τούτους τιμᾷς, σὲ πάλιν καθαιρήσω, καὶ πᾶν ἐξολοθρεύσω σου τὸ γένος, καὶ κυσὶ καὶ ὄρνισι βορὰν γενέσθαι ποιήσω. μεθέξει δὲ τῆς τιμωρίας καὶ τὸ πλῆθος, ἐκπεσὸν τῆς ἀγαθῆς γῆς, καὶ διασπαρὲν εἰς τοὺς πέραν Εὐφράτου τόπους, διότι τοῖς σοῖς ἀσεβήμασι κατηκολούθησε. τὸν δὲ σὸν υἱὸν καταλήψῃ τεθνηκότα· ὅπερ καὶ γέγονεν.

Ἀχιλλεὺς[6] Στάτιος, Ἀλεξανδρεὺς, ὁ γράψας τὰ κατὰ Λευκίππην καὶ Κλειτοφῶντα, καὶ ἄλλα ἐρωτικὰ ἐν βιβλίοις η΄. γέγονεν ἔσχατον Χριστιανὸς καὶ Ἐπίσκοπος. ἔγραψε δὲ περὶ σφαίρας καὶ ἐτυμολογίας, καὶ ἱστορίαν σύμμικτον, πολλῶν καὶ μεγάλων καὶ θαυμασίων ἀνδρῶν μνημονεύουσαν. ὁ δὲ λόγος αὐτοῦ κατὰ πάντα ὅμοιος τοῖς ἐρωτικοῖς.

Ἀχίλλειος εὐχή.

Ἦ[7] ποτ' Ἀχιλλῆος ποθὴ ἵξεται υἷας Ἀχαιῶν.

Ὁ[8] Κάμιλλος, ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς, εὔξατο τὴν Ἀχίλλειον εὐχὴν, ἐπιποθῆσαι Ῥωμαίους Κάμιλλον ἐν καιρῷ. ἀπήντησε δὲ αὐτῷ οὐ πολὺ ὕστερον. Κελτῶν γὰρ τὴν πόλιν καταλαβόντων, ὁ δῆμος ἐπὶ Κάμιλλον κατέφυγε, καὶ Δικτάτορα αὖθις εἵλετο· ὡς ἐν

*que carens non gravat cervicem; integræque ei sunt singulorum membrorum juncturæ.* De Chosrois crudelitate ibi loquitur.

Ἀχείρωτον. Quod reprehendi & culpari nequit.

Ἀχηνία. Penuria. Paupertas. Aristophanes *Amphiarao: Morbo coactus, vel amicorum penuria.*

Ἄχης. Pauper.

Ἀχήν. Pauper. Et Ἄχηνες, pauperes.

Ἀχήρας. Nomen proprium. Item, vermis. Et Ἀχώρας, itidem.

Ἀχηείς. Molestus. [Dictum est pro ἀχαείς,] mutato α in η.

Ἄχι. Facile.

Ἀχίας. Achias. Hic Propheta fuit temporibus Jeroboami Regis Hebræorum: qui, filio ipsius ægrotante, uxorem suam mutato habitu Achiam adire jussit, de salute filii percontaturam. Cum autem ædes jam ingressura esset, & propheta præ senio cæcutiret, Deus illi apparuit, & utrumque indicavit, tum, Jeroboami uxorem adesse, tum, quid ipsi respondendum esset. Cumque illa ut peregrina transiret, propheta exclamavit: *Intra, mulier: quid personam mentiris? Deum enim non lates.* Redi igitur ad maritum. Hæc inquit Dominus: Quoniam te magnum e parvo & nullo effeci, & regnum, familiæ Davidis ereptum, tibi dedi, tu vero horum immemor fuisti, meique cultu relicto Deos fusiles colere cœpisti, te rursus evertam, totumque genus tuum perdam, & canum volucrumque cibum efficiam. Hæc pœna ad populum etiam redundabit, quippe qui ex terra beata pulsus per loca, quæ ultra Euphratem sita sunt, dispergetur, quoniam impietatem tuam secutus est. Filium vero tuum reperies mortuum: quod etiam accidit.

Ἀχιλλεὺς Στάτιος. Achilles Statius, Alexandrinus, qui de Leucippe & Clitophonte scripsit, & alia amatoria libris octo. Tandem factus est Christianus, & Episcopus. Scripsit de Sphæra, & Etymologia, & Historiam miscellaneam quæ multorum & magnorum admirabiliumque virorum mentionem facit. Stilus ejus ubique similis est illi, quo in Amatoriis utitur.

Ἀχίλλειος εὐχή. Achillis votum. *Profecto aliquando Achillis desiderium filios Achivorum subibit.* † *Camillus, Romanorum Imperator, a Diis immortalibus idem precatus est, quod Achilles olim precatus dicitur, ut Romanos sui desiderium aliquando subiret: cujus voti haud ita multo post compos factus est. Cum enim Galli urbem occupassent, populus opem Camilli implo-*

1 Οὐ βαρεῖ] Sic habet Editio Mediolanensis. Reliquæ vero ἐβαρεῖ, corrupte. Quid si legatur οὐ βαρεῖ? Sed, cum fragmenti hujus sensus propter brevitatem sit incertus & obscurus, ἐπέχω.

2 Ἑκάστῳ] Legerim potius ἑκάστων.

3 Ἀχηνία. ἀπορία] Vide infra v. Ἠχανία.

4 Ἀχηείς] Legerim potius Ἀχερὴς. ut habet Etymologus.

5 Ἀχίας. προφήτης ὢν ἐπὶ Ἱερ.] Vide 1 Reg. xiv. & Joseph. *Antiq.* lib. viii. cap. iv.

6 Ἀχιλλεὺς Στάτιος] De hoc vide Photium in *Bibliotheca* Cod. LXXXVII. qui eum Τάτιον vocat.

7 Ἦ ποτ' Ἀχιλλῆος ποθὴ ἵξεται υἷας Ἀχ.] Hæc sunt verba Homeri Il. Α. v. 240.

8 Ὁ Κάμιλλος, ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς, εὔξατο τὴν Ἀχ.] Hæc & quæ sequuntur sunt verba Appiani in Excerptis Constantini a Valesio editis pag. 549.

ταῖς Κιλικίας ὁρίζεσιν ἀναγέγραπται.

Ἀχιλλείων. τουτέστι κριθῶν καθαρῶν, καὶ εὐγενῶν, οὔπω καλημένων. [1] Ἀριστοφάνης· Ἀχιλλείων ἀπομάττῃ. ἀντὶ τοῦ σιτήσεως τῆς ἐν Πρυτανείῳ μετέχεις. ἢ Ἀχίλλειοι κριθαί, [2] αἱ εὐτελεῖς.

Ἀχθέσῃ. λυπηθήσῃ. Τῷ χρόνῳ ποτ' ἀχθέσῃ. ἀντὶ τοῦ λυπηθήσῃ ποτὲ τοῦδε τοῦ πράγματος γενομένου.

Ἄχθεται. λυπεῖται. καὶ Ἀχθεσθεὶς, λυπηθείς. Ὁ δὲ ἀχθεσθεὶς τοῖς ἐπιτάγμασι, πολλὰ καὶ δεινὰ ἀπεκρίνατο.

Ἀχθεινή. λυπηρά. ὀλεθρία.

Ἀχθεινὰν δ' εἶδε βοοκτασίαν.

καὶ Ἀχθεινὸς, ὁ ἐπίπονος.

Ἀχθηδών. λύπη.

Ἄχθομαι, βαροῦμαι, ἀγανακτῶ. [3] Ἀριστοφάνης· Ἄχθομαι τοῖς ταῶσι, τοῖς τ' ἀλαζονεύμασιν. ἀντὶ τοῦ, τοῖς κόλποις τοῖς πεποικιλμένοις· ἐπεὶ ὁ ταὼς ποικίλος. ἢ ὅτι πορφύραις ἐχρῶντο καὶ τιάραις. καὶ, Ἄχθομαι αὐτοῦ τῷ ῥύπῳ· ἀντὶ τοῦ, τῇ ἀνελευθερίᾳ καὶ μικρολογίᾳ. τὸν γὰρ ῥύπον ἐπὶ τῶν γλίσχρων καὶ ἀνελευθέρων ἐτίθεσαν. οὕτω γοῦν ῥυποκονδύλους λέγουσι τοὺς τοιούτους. καὶ Ἀριστοφάνης· Κρομμύοις γὰρ ἄχθομαι. καὶ [4] Ἰώσηπος· Ὁ δὲ Θεὸς ἄχθεται τῇ τε τοῦ βασιλέως τῶν Ἀμαληκιτῶν σωτηρίᾳ, καὶ τῇ τῶν βοσκημάτων διαρπαγῇ τοῦ πλήθους, ὅτι μὴ συγχωρήσαντος αὐτοῦ ταῦτ' ἐπράχθη. καὶ Ἀχθόμενοι, βαρούμενοι, πιεζόμενοι. Ἀμφί τε ἡμέραν μέσην τῷ ἡλίῳ ἀχθόμενοι, τὰ ὅπλα κατέθεντο. καὶ Ἄχθος, βάρος, λύπη.

Ἀχθοφόρον. βαστάζοντα. καὶ παροιμία·

Οὓς οὐκ ἂν ἄραιντ' οὐδ' ἑκατὸν Αἰγύπτιοι.

πολλαχοῦ [6] γὰρ ἀχθοφοροῦντας τοὺς Αἰγυπτίους μέμνηται.

Ἄχλαξ. ἡ λιθώδης καὶ ψαμμώδης ἄμμος. ἢ ὁ μικρὸς λίθος.

Ἀχλύς. σκότος. ὁμίχλη. ζόφος. ἀμβλυωπία. καὶ, Ἠέρος ἀχλύσαντος. ἀντὶ τοῦ, σκοτισθέντος.

Ἄχναι. λεπτὰ ἄχυρα, ἢ ἀκαθαρσίαι. καὶ Ἄχνη ἁλός· τὸ λεπτότατον τοῦ ὕδατος. ὁ ἀφρὸς τῆς θαλάσσης. ἐν [7] Ἐπιγράμματι·

Μῆλόν θ' ἡδύπνουν λεπτῇ πεποκωμένον ἄχνῃ.

καὶ Ἄχνη πυρὸς, ὁ καπνός. καὶ [8] Ἄχνη ὕπνου, ὁ Ἱπποκράτης φησί· καὶ [9] Ἄχνη λιμοῦ. δηλοῖ δὲ καὶ λεπτὸν ξύσμα.

*ravit, eumque Dictatorem iterum creavit; ut in libro de Bellis Gallicis dictum est.*

Ἀχιλλείων κριθῶν. Hordei Achillei: id est, puri & egregii. Aristophanes: *Achilleo hordeo vesceris.* Id est, victus in Prytaneo particeps es. Vel Achilleum hordeum dicitur hordeum vile.

Ἀχθέσῃ. Dolebis. *Tandem aliquando dolebis.* Id est, tandem aliquando afficieris dolore, si hæc res fiat.

Ἄχθεται. Dolet. Et Ἀχθεσθεὶς, dolens. *Ille vero imperata ægre ferens, multis durisque verbis respondit.*

Ἀχθεινή. Tristis. Perniciosa. *Tristem vero vidit boum cædem.*

Ἀχθηδών. Dolor.

Ἄχθομαι. Gravor, doleo, indignor. Aristophanes: *Iniquo animo fero pavones & jactantiam.* Id est, sinus pictos & variegatos. Pavo enim pennas habet variis coloribus distinctas. Vel, quia purpura & tiaris utebantur. Et Ἄχθομαι αὐτοῦ τῷ ῥύπῳ, sordes & avaritiam ejus inique fero. Ῥύπος enim dicitur de hominibus avaris & illiberalibus, quos ideo ῥυποκονδύλους vocant. Et Aristophanes: *Cepis enim offendor.* Et Josephus: *Deus autem indignabatur, quod [Saulus] Regi Amalecitarum pepercisset, & populus pecudes in prædam vertisset, cum neutrum ipse permisisset.* Et ἀχθόμενοι, gravati, pressi, [molestia affecti.] *Et circa meridiem, cum Solis ardor ipsis molestus esset, arma deposuerunt.* Et ἄχθος, onus, dolor.

Ἀχθοφόρον. Onera bajulantem. Et proverbium: *Quos ne centum quidem Ægyptii bajulent.* Multis enim in locis [Aristophanes] Ægyptiorum ut bajulorum meminit.

Ἄχλαξ. Arena lapidosa. Glarea. Vel lapillus.

Ἀχλύς. Tenebræ. Caligo. Nebula. Oculorum caligatio. Et, Ἠέρος ἀχλύσαντος, i. e. Aere obscurato.

Ἄχναι. Minutæ paleæ. Acera. Vel, sordes. Et ἄχνη ἁλὸς, tenuissima aquæ pars, spuma maris. [Item lanugo.] In Epigrammate: *Pomumque suavem spirans odorem, & tenui lanugine vestitum.* Et ἄχνη πυρὸς, fumus. Et ἄχνη ὕπνου [de somno levissimo dicitur.] Et ἄχνη λίνου, ramentum vel lanugo lintei apud Hippocratem. Significat etiam quodvis ramentum tenue.

1 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 137.

2 Αἱ εὐτελεῖς] Lege, αἱ εὐγενεῖς, ut apud Scholiastam Aristophanis.

3 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* pag. 373. (163. Ed. Bas. *P.*) ubi sic legitur:

——Ἄχθομαι γὰρ σφόδρα
Καὶ τοῖς ταῶσι, τοῖς τ' ἀλαζονεύμασι.

4 Καὶ Ἰώσηπος· Ὁ δὲ Θεὸς ἄχθεται τῇ τε τοῦ βασ.] Fragmentum hoc legitur apud Josephum *Antiq. Jud.* lib. VI. cap. VIII. pag. 184.

5 Οὓς οὐκ ἂν ἄραιντ' οὐδ' ἑκατὸν Αἰγ.] Hæc sunt verba Aristoph. *Ranis* pag. 277. (184. Ed. Bas. *P.*)

6 Πολλαχοῦ γὰρ ἀχθοφ. τοὺς Αἰγ. μέμνηται] Apud Enarratorem Comici loco laudato rectius sic legitur: Πανταχοῦ γὰρ Αἰγυπτίων ὡς ἀχθοφόρων μέμνηται. Confer eundem Scholiastam ad *Aves* pag. 595.

7 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. VI. cap. XIV. ut Portus etiam monuit.

8 Καὶ ἄχνη ὕπνου] Huc spectant verba Comici *Vespis* pag. 436.
Ὕπνου δ' ὁρᾷ τῆς νυκτὸς οὐδὲ πασπάλην.
Ἢν δ' οὖν καταμύσῃ κἂν ἄχνην.
i. e. *Et noctu ne hilum quidem somni videt. Quod si autem oculos vel leviter claudere cœpit* &c.

9 Ἄχνη λιμοῦ] Sic etiam legitur apud Hesychium. Sed scribendum est, ἄχνη λίνου, ut recte monuit Fœsius in *Oeconomia* Hippocratis v. Ἄχνη.

Ἄχνυς.

Ἄχνυς. ἀγένειος.

Τίς[1] τὸν ἄχνυν Ἑρμῆν σε παρ' ὑσπλήγγεσσιν ἔθηκεν.

Ἄχνυς. Imberbis. *Quis te imberbem Mercurium ad carceres* [*Circi*] *collocavit?*

Ἀχνύμενος. λυπούμενος.

Ἀχνύμενος. Dolens. Mœrens.

Ἄχος. λύπη σιωπὴν ἐπιφέρουσα. παρὰ τοῦτο καὶ ἀχνύμενος, τουτέστι λυπούμενος. Λήγετε τοῦδ' ἄχεος. κακῶν γὰρ δυσάλωτος οὐδείς. ἀντὶ τοῦ δύσληπτος, ἀλλ' εὐάλωτος. Ἡ δὲ σύγκλητος, ὥσπερ ἄχει τινὶ πεπληγμένη, ἐξηπορεῖτο.

Ἄχος. Dolor vocem intercludens. Hinc deducitur ἀχνύμενος, dolore perculsus. *Desinite dolere. Nemo enim a malis immunis est.* Δυσάλωτος hic proprie significat, qui difficulter capi potest. *Senatus vero, dolore ingenti perculsus, consilii incertus erat.*

Ἃ ἔχω. ἀντὶ τοῦ ἃ ἔχω. [2] Σοφοκλῆς·

Κἀμοῦ ταλαίνης σμικρὰ μὲν τάδ', ἀλλ' ὅμως ἃ ἔχω. ———

Ἃ ἔχω. Pro, ἃ ἔχω. Quæ habeo. Sophocles: *Et mei miseræ parva quidem hæc, sed tamen, quæ habeo,* [*dona ipsi da.*]

Ἀχάν. ἄμπελος.

Ἀχάν. Vitis.

Ἀχώρ.[3] τὸ πιτυρῶδες τῆς κεφαλῆς. παρὰ τὸ ἄχνη, ἀχνώρ καὶ ἀποβολῇ τοῦ ν, ἀχώρ. κλίνεται δὲ ἀχῶρος, διὰ τοῦ ω μεγάλου· ὡς ἰχῶρος, τοῦ σεσηπότος αἵματος.

Ἀχώρ. Ulcus capitis, furfuraceas squamas habens. Ab ἄχνη, ἀχνώρ, & sublato ν, ἀχώρ. Declinatur ἀχῶρος, per ω, ut ἰχώρ, ἰχῶρος, sanies.

Ἄχραντον. ἄφαυστον. κυρίως, οὗ χεὶρ οὐχ ἥψατο. ἀμόλυντον.

Ἄχραντον. Intactum. Proprie, quod manus non tetigit, impollutum.

Ἀχράς. εἶδος ἀπίου. [4] Ἀριστοφάνης·

Ἀχράς τις ἐγκλείσασ' ἔχει τὰ σιτία.

Μῶν, ἣν Θρασύβουλος εἶπε τοῖς Λακωνικοῖς; ἡ [5] ἀχρὰς ἐπέχει τὴν γαστέρα. οὗτος δὲ ὁ Θρασύβουλος ἀντιλέγειν μέλλων τοῖς Λακεδαιμονίοις πρέσβεσι, περὶ σπονδῶν ἐληλυθόσιν, εἶτα [6] δωροδοκήσας, ἀχράδας προσεποιήσατο βεβρωκέναι, καὶ μὴ δύνασθαι λέγειν.

Ἀχράς. Genus piri. Aristophanes: *Pirum quoddam sylvestre alvum occludit, cibisque exitum negat. An de eo loqueris piro, quod Thrasybulus legatis Lacedæmoniorum dixit?* Pirum sylvestre alvum constringit. Hic vero Thrasybulus, cum Lacedæmoniorum legatos, qui pacis faciendæ gratia venerant, oratione oppugnare decrevisset, postea muneribus corruptus, se pira sylvestria comedisse, nec eam ob causam verba facere posse simulavit.

Ἀχρειόγελως ἄνθρωπος. ὁ ἐπὶ τοῖς ἀχρήστοις καὶ μὴ σπουδαίοις γελῶν καὶ χαίρων.

Ἀχρειόγελως ἄνθρωπος. Homo, cui res futiles & ludicræ ridendi & gaudendi causam præbet.

Ἀχρεῖον. τὰ δὲ τέως ὡς ἄμεινον.

Ἀχρεῖον. Aliquando scribitur cum accentu in antepenultima, ut ἄμεινον.

Ἄχρηστα. καὶ παροιμία· [7] Εἰς ἄχρηστα μὴ ἀναλίσκειν. μή ποτ' εὖ ἔρδειν γέροντα, μὴ παῖδα βάσκανον, μήτε γυναῖκα λάλον, μήτε παῖδα νήπιον, μήτε γείτονος κύνα, μὴ λάλον κωπηλάτην. † [ [8] Μηδ' εἰς ὀρχηστρίδος εἰσάττειν (τουτέστιν εἰσπηδῆσαι) ἵνα μὴ πρὸς ταῦτα κεχηνὼς, μήλῳ βληθεὶς ὑπὸ πόρνης, τῆς εὐκλείας ἀποθραυσθῇς (τουτέστιν ἐκπέσῃς) μηδ' Ἰαπετὸν καλέσαντα μνησικακῆσαι τὴν ἡλικίαν, ἐξ ἧς ἐνεοττοτροφήθης. τουτέστι, λῆρον, μωρόν. Ἰαπετὸς δὲ εἷς τῶν γιγάντων. ἐνεοττοτροφήθης δὲ, οἷον ἐτράφης. μὴ περὶ τοὺς σαυτοῦ γονέας κακουργεῖν, ὅτι τῆς αἰδοῦς μέλλεις ἄγαλμ' ἀναπλήσειν. μηδ' ἀπαίδευτά τινα ποιήσῃς περὶ τοὺς σαυτοῦ γονέας, ὥσπερ μέλλεις τῆς αἰδοῦς τὰ ἀγάλματα πληρῶσαι.]

Ἄχρηστα. Inutilia. Et proverbium: *In res inutiles ne sumptus facias. Nunquam beneficium conferas in senem, nec in invidum puerum, nec in mulierem garrulam, nec in infantem, nec in vicini canem, nec in garrulum remigem.*

Ἀχρηστία. [9] Ἀππιανός· [10] Ὁ δὲ Ὡράτιος λελωβημένος ἦν τὰ σκέλη, ὑπατείας τε οὐκ ἔτυχεν, οὔτε ἐν πολέμῳ, οὔτε ἐν εἰρήνῃ, διὰ τὴν ἀχρηστίαν τῶν ποδῶν.

Ἀχρηστία. [Dicitur de re, quæ nulli nobis est usui.] Appianus: *Horatius vero crura habebat debilitata, nec vel in pace Consul, vel in bello Imperator creabatur, quod usu pedum careret.*

Ἄχει. γενικῇ. Ἄχεις, ἀντὶ τοῦ μέχεις, ἕως.

Ἄχει. Usque ad. Genitivo jungitur. Ἄχεις,

1 Τίς τὸν ἄχνυν Ἑρμ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate, quod legitur Anthol. lib. vi. cap. 2. ut Pearsonius etiam observavit.

2 Σοφοκλῆς] *Electra*, pag. 102. ut Portus observavit.

3 Ἀχώρ. τὸ πιτυρῶδες τῆς κεφαλῆς] Clarius Erotianus· Ἀχὼρ ἐξανθήματός εἶδος, καθ' ὃ συμβαίνει καθάπερ ἐσχαρίῳ, οἷον πιτυρώδεις λεπίδας ἐπιφέρεσθαι. μάλιστα δὲ περὶ τὴν κεφαλὴν εἴωθε γίνεσθαι.

4 Ἀριστοφάνης] *Ecclesiaz.* pag. 734. (494. Ed. Bas. *P.*)

5 Ἡ ἀχρὰς ἐπέχει τὴν γαστέρα. οὗτος δὲ ὁ Θρασ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

6 Εἶτα δωροδοκήσας, ἀχράδας προσεποιήσατο βεβρ.] Geminam historiam de Demosthene narrat Plutarchus *Demosthene* pag. 857.

7 Εἰς ἄχρηστα μὴ ἀναλίσκειν. μή ποτ' εὖ ἔρδειν γ.] Confer Diogenianum Centur. vi. Adag. LXI.

8 Μηδ' εἰς ὀρχηστρίδος εἰσάττειν] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, in versione prætermisi, quoniam nihil ad hunc locum faciunt, sed absque judicio huc translata sunt ex Aristoph. *Nubib.* pag. 180. (109. Ed. Bas. *P.*)

9 Ἀππιανός· Ὁ δὲ Ὡράτιος λελωβ.] Hoc fragmentum non exstat in libris Appiani, qui hodie superstites sunt.

10 Ὁ δὲ Ὡράτιος λελωβημένος ἦν τὰ σκ.] Vide infra v. Ὡράτιος, ubi fragmentum hoc αὐτολεξεὶ repetitur.

ἔστι δὲ καὶ ἄχεις, ἀντὶ τοῦ καθόλου, διόλου. [1] καὶ Ὅμηρος·

Ἀμφοτέρω δὲ τένοντε, καὶ ὀστέα λᾶας ἀναιδὴς
Ἄχεις ἀπηλλοίησε.

καὶ Ἄχει κόρου. παροιμία ἐστί. Ὅτι ἄχει κόρου ἐκεῖνος ἀναίσθητός ἐστι· καὶ οὗτος ἄχει κόρου ἐφενάκισεν.

Ἀχείνη. [2] βαθυτάτη.

Ἄχρωμος. Ἦν δὲ ἡ ἐργασία αὐτοῦ ἄχρωμος (τουτέστιν, ἀναιδής) ἐπὶ πορνείου γὰρ ἐκαθέζετο. καὶ Ἀχρώματος, ἀναιδής.

Ἀχρυλίς. ἡ Φρυγία.

Ἀχυρμιαί. οἱ τόποι, εἰς οὓς τὰ ἄχυρα ἀποφέρεται λικμώμενα. καὶ ἐν [3] Ἐπιγράμματι·

Καὶ τριβόλους ὀξεῖς ἀχυρότριβας.

Ἄψ. πάλιν.

Ἄψ [4] ἀναστρέφω, καὶ πάλιν ἄγχι μένω.

ἐν Ἐπιγράμματι. ἀντὶ τοῦ, ἀνθέλκω, ἀναστρέφω.

Ἀψάλακτος. [5] ἀπαθὴς, ἀτιμώρητος. Ἀψάλακτον γὰρ, τὸ ἄθικτον. οὕτω Κράτης.

Ἀψαμένη. ἐξαρτήσασα. καὶ Ἅψασθαι παρὰ πᾶσιν ἐπὶ τοῦ προσάψασθαι καὶ θίγειν τάσσεται. καὶ Ἅψαι, προσάψαι.

Ἀψαύστως. ἀνεπάφως. Ἀππιανός· Ὁ δὲ τοῖς σώμασι τῶν Κίμβρων ἀψαύστως ἐκέλευεν, ἕως ἡμέρα γένηται, [6] πολύχρυσα εἶναι δοκῶν.

Ἅψεα. [7] κυρίως αἱ συναφαὶ τῶν μελῶν. καταχρηστικῶς δὲ, καὶ τὰ μέλη· παρὰ τὸ ἅπτω, ἅψω, ἅψος, καὶ ἅψεα· ἀπὸ τοῦ ἐφάπτεσθαι ἀλλήλων.

Ἀψευδεία. ἡ ἀλήθεια. λέγεται δὲ καὶ ἀψευδεῖν, καὶ ἀψευδής.

Ἀψήκτῳ [8] κοθόρνῳ. [9] ἀκαμάτῳ, σκληρῷ, ἀμαλάκτῳ ὑποδήματι πατάξω τὴν γνάθον.

Ἀψήφιστον. [10] Ὁ κατέχων τὸ ἀψήφιστον ἐν γνώσει, ἐπιτελεῖ πᾶσαν τὴν γραφήν.

Ἀψῖδες. καμάραι.

Ἀψικάρδιος. [11] Εἰ δὲ ἰδιωτικὸν [12] παράπληγμα ἀψικάρδιον ἐθέλεις, [13] ἐρήσεσθαι ἂν ταχέως. τῆς καρδίας ἁπτόμενον.

Ἀψίκορος. εὐμετάβλητος. ἢ ὁ ταχέως καὶ ἅμα τῷ ἅψασθαι κορεννύμενος. [14] Εἰδὼς τῶν Νομά-

idem quod μέχρις, & ἕως, usque, donec. Significat etiam, penitus, omnino. Homerus: *Ambos autem nervos & ossa lapis durus prorsus fregit.* Et Ἄχει κόρου, *Ad satietatem usque:* proverbium. *Ille supra modum stupidus est: hic vero nimia calliditate homines decipit.*

Ἀχείνη. Profundissima.

Ἄχρωμος. Impudens. *Quæstus autem ejus erat impudens. In lupanari enim prostabat.* Et ἀχρώματος, idem.

Ἀχρυλίς. Nomen propriũ fœminæ Phrygiæ.

Ἀχυρμιαί. Loca, in quæ deportantur paleæ ventilabro excussæ. Et in Epigrammate: *Tribulasque acutas paleam terentes.*

Ἄψ. Rursus. Retro. In Epigrammate: *Vocem revoco, & rursus prope te adsto.* Hic ἀναστρέφω significat retraho, revoco.

Ἀψάλακτος. Illæsus. Inultus. Impunitus. Ἀψάλακτον enim, intactum. Ita Crates.

Ἀψαμένη. Quæ suspendit. Et ἅψασθαι apud omnes pro adnectere & tangere ponitur. Et ἅψαι, adnectere, alligare.

Ἀψαύστως. Intacte. Appianus: *Ille vero Cimbrorum cadavera intacta relinqui jussit, donec dies illuxisset, quod ea auro abundare putaret.*

Ἅψεα. Proprie sic vocantur membrorum juncturæ. Abusive vero, ipsa membra. A verbo ἅπτω, ἅψω, fit ἅψος & ἅψεα: quod se mutuo tangant.

Ἀψευδεία. Veritas. Et ἀψευδεῖν, verum dicere.

Ἀψήκτῳ κοθόρνῳ. Calceo duro, & minime molli. [Aristophanes:] *Duro calceo malam tuam percutiam.*

Ἀψήφιστον. *Qui de aliis haud temere judicat, omnem scripturam implet.*

Ἀψῖδες. Testudines. Fornices.

Ἀψικάρδιος. Tangens cor. *Si autem vulgare vis pharmacum, quod tamen cor tangat, id in promptu habeo.*

Ἀψίκορος. Qui facile mutatur. Levis. Proprie, qui statim satiatur, simul ac cibum teti-

1 Καὶ Ὅμηρος] Il. Δ. v. 521.

2 Ἀχείνη. βαθυτάτη] De hac voce, quam nusquam alibi mihi lectam memini, [illegible]. Deest autem in MSS. Paris.

3 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. VI. cap. VII. Epigr. IX. ut Portus etiam monuit.

4 Ἄψ ἀναστρέφω, & πάλιν ἄγχι μένω] Pentameter hic est pars Epigrammatis, quod legitur Anthol. lib. VII. pag. 600. Vide etiam supra v. Ἀναστρέφω.

5 Ἀψάλακτος. ἀπαθὴς, ἀτιμ.] Aristophanes *Lysistrata* pag. 853. (547. Ed. Bas. P.) Ἄπειμ' ἀψάλακτος: ad quem locum Suidas respexit.

6 Πολύχρυσα εἶναι δοκῶν] Sic recte habent MSS. Paris. & Edit. Mediolanensis. In reliquis vero Editt. male legitur πολὺ εἶναι δοκῶν.

7 Ἅψεα. κυρίως αἱ συναφαὶ τῶν μ.] Hæc, & quæ sequuntur, leguntur etiam apud Etymologum.

8 Ἀψήκτῳ κοθόρνῳ. ἀκαμ.] Hæc nota referenda est ad locum illum Comici *Lysistr.* 878.

Τοῦδί γ' ἀψήκτῳ πατάξω τῷ κοθόρνῳ τὴν γνάθον.

*Hoc tibi duro cothurno commitigabo malam.*

9 Ἀκαμάτῳ] Duo MSS. Paris. habent [illegible], quod propius accedit ad veram lectionem, quæ est [illegible]; ut recte scriptum est apud Scholiastum ineditum in *Lysistratam*. Dicitur autem ἀκαμάτῳ de re, quæ propter duritiem contundi vel conteri & subigi nequit.

10 Ὁ κατέχων τὸ ἀψήφιστον ἐν γν.] Sensus hujus fragmenti haud parum obscurus est, de quo nihil certi statui potest, nisi quis ipsum fontem, ex quo Suidas ista hausit, invenerit.

11 Εἰ δὲ ἰδιωτικὸν παράπληγμα ἀψικ. ἐθέλεις] Hæc sunt verba Marci Antonini lib. IX. §. 3. ut Pearsonius etiam observavit.

12 Παράπληγμα] Apud Marcum Antoninum rectius legitur παράπηγμα; uti & apud ipsum Suidam infra v. Παράπηγμα, ubi fragmentum hoc repetitur.

13 Ἐρήσεσθαι ἂν ταχέως] Hæc desunt apud Marcum Antoninum.

14 Εἰδὼς τῶν Νομάδων τὴν ἀψικορίαν, καὶ ἀθεσίαν τὴν πρὸς αὑτὸν.] Hæc sunt verba Polybii lib. XIV. cap. 1.

δων

δεν τὴν ἀψικορίαν, καὶ τὴν ἀθεσίαν τὴν πρὸς ἀνθρώπους. Καὶ αὖθις· [1] Συντηρητικὸν δεῖ εἶναι πρὸς τοὺς φίλους, καὶ μηδαμοῦ ἀψίκορον.

Ἀψιμαχία. συναφὴ μάχης. [2] Ἀππιανός· Τὸ μὲν πρῶτον ἔριδες ἦσαν, καὶ ἀψιμαχίαι σμικραί· μετὰ δὲ συμβολαί τε ἐς τὴν ἀλλήλων.

Ἀψιμωσία. [3] πρὸς ὀλίγον διαφορά.

Ἀψίνης, Ἀθηναῖος, ἀξιόλογος σοφιστής, Ὀνασίμου πατὴρ τοῦ σοφιστοῦ, τοῦ παιδὸς Ἀψίνου.

Ἀψίνης, Γαδαρεύς, σοφιστής, σπαρείς, ὡς λόγος, ἐκ Πανός, μαθητεύσας δὲ ἐν Σμύρνῃ Ἡρακλείδῃ τῷ Λυκίῳ, εἶτα Βασιλικῷ ἐν Νικομηδείᾳ, ἐσοφίστευσεν Ἀθήνησι, βασιλεύοντος [4] Μαξιμιανοῦ, ὑπατικοῦ λαβὼν ἀξίωμα.

Ἀψίνης, Ὀνασίμου τοῦ σοφιστοῦ Ἀθηναίου, σοφιστὴς νεώτερος τοῦ Γαδαρέως Ἀψίνου.

Ἄψυνθος, πόλις Θρᾴκης. Ἀψυνθὶς δὲ, ἡ χώρα.

Ἀψίνθιον. εἶδος βοτάνης. τινὲς δὲ τῶν κωμικῶν λέγουσιν αὐτὸ ἀσπίνθιον, ὃ οὐκ ἄν τις πίοι.

Ἄψορρος. ὀπισθόρμητος.

Οὐκ [5] ἐκτός; οὐκ ἄψορρον ἐκνεμεῖ πόδα;

Αἴας λέγει πρὸς Τέκμησσαν, τὴν αἰχμάλωτον γυναῖκα.

Ἀψοφητί. ἠρέμα.

Ἄψυρτος, [6] Προυσαεύς, Νικομηδεύς, στρατιώτης, στρατευσάμενος ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως ἐν Σκυθίᾳ παρὰ τὸν Ἴστρον. [7] Ἱππιατρικὸν βιβλίον οὗτος ἔγραψε, καὶ Φυσικὸν περὶ τῶν αὐτῶν ἀλόγων καὶ ἕτερα. ἔγραψε δὲ Κίμων Ἀθηναῖος Ἱπποσκοπικὸν βιβλίον θαυμάσιον.

Ἄψυχος. [8] Τὰς προφυλακὰς βλέπων ὁ Φαμίας, ὢν οὐκ ἄψυχος, ἐξέκλινε τὰς πρὸς τὸν Σκιπίωνα συμπλοκάς. καί ποτε συνεγγίσας ταῖς ἐφεδρείαις, προβαλόμενος ὀφρὺν ἀπότομον, ἀπέστη καὶ πλείω χρόνον.

git. *Cum novisset Numidas eo ingenio esse, ut & cito fastidirent, quæ cupide appetiissent, & fidem datam facile violarent.* Et iterum: *In retinendis amicitiis constantem esse oportet, & minime levem.*

Ἀψιμαχία. Velitatio. Appianus: *Primum quidem levia erant certamina & velitationes: postea vero acie decernere cœperunt.*

Ἀψιμωσία. Dissensio ad exiguum tempus durans.

Ἀψίνης. Apsines, Atheniensis, clarus Sophista, Onasimi Sophistæ pater, qui fuit pater Apsinis.

Ἀψίνης. Apsines, Gadarensis, Sophista, ex Pane, ut fama fert, genitus, Smyrnæ discipulus fuit Heraclidis Lycii, & deinde Basilici Nicomediæ. Athenis artem Rhetoricam professus est, imperante Maximiano, & ad Consularem dignitatem pervenit.

Ἀψίνης. Apsines, Onasimi Atheniensis Sophistæ F. Sophista junior Apsine Gadarensi.

Ἄψυνθος. Apsinthus, urbs Thraciæ: cujus regio, Apsinthis.

Ἀψίνθιον. Absinthium, herbæ species. Quidam vero Comici id vocant ἀσπίνθιον, quasi quod nemo bibat.

Ἄψορρος. Retrogradus. Retro cedens. *Non exibis? Non retro hinc pedem efferes?* Sic Ajax ad Tecmessam captivam, quam uxorem duxerat, inquit.

Ἀψοφητί. Sine strepitu. Tacite.

Ἄψυρτος. Absyrtus, Prusaensis, vel Nicomedensis, miles, qui sub Imperatore Constantino ad Istrum in Scythia militavit. Hic librum de equorum medicina scripsit; & de iisdem brutis physicum alterum; aliaque. Scripsit & Cimon Atheniensis admirabilem librum de equorum inspectione.

Ἄψυχος. [Timidus.] *Phameas vero, qui quidem non erat timidus,* [*sed cautus,*] *excubias cernens, copiam sui Scipioni facere noluit. Idem, cum aliquando ad locum insidiarum appropinquasset, præruptum montis verticem ut propugnaculū hosti objiciens, diutius a pugna abstinuit.*

## Β Α.

Βαάλ. Τυρίων ἦν Θεός.

Βάαξ. μαλακός.

Βαβακατρεῦ. [9] βάρβαρος ἐστὶ φωνή· συγκατατίθεται δὲ ὁ βάρβαρος Θεός. αἱ γὰρ ἄσημοι φωναὶ ἀντὶ συγκαταθέσεώς εἰσι.

Βαβάκιος. εἶδος χύτρας.

Βαβάκτης. [10] ὁ ὀρχηστής.

## Β Α.

Βαάλ. Baal. Erat Tyriorum Deus.

Βάαξ. Mollis.

Βαβακατρεῦ. Babacatreu. Est barbara vox, qua Deus barbarus assensum suum declarat. Voces enim obscuræ & nihil significantes assensionis loco sunt.

Βαβάκιος. Ollæ genus.

Βαβάκτης. Saltator.

1 Συντηρητικὸν δεῖ εἶναι πρὸς τοὺς φίλους, & μηδ. ἀψίκορον] Valesius hæc verba ad Polybium refert, cum sint Marci Antonini lib. 1. §. 16. ubi pro συντηρητικὸν melius legitur διατηρητικόν.

2 Ἀππιανός: Τὸ μὲν πρῶτον ἔριδες ἦσαν & ἀψιμ.] Locum hunc apud Appianum mihi lectum non memini: quare suspicor eum ex libris istius scriptoris deperditis a Suida depromptum esse.

3 Ἀψιμωσία] Male Hesychius ἀψιμασία.

4 Μαξιμιανοῦ] Legendum est Μαξιμίνου. ut colligitur ex ipso Suida infra v. Γαϊανός, ubi tradit, Gajanum discipulum fuisse Apsinis Gadarensis, cumque floruisse ἐπὶ Μαξίμου καὶ Γορδιανοῦ: ubi pro Μαξίμου itidem legendum est Μαξιμίνου, quoniam Maximinus Gordianum præcessit.

5 Οὐκ ἐκτός; οὐκ ἄψορρον ἐκνεμεῖ πόδα] Hæc sunt verba Sophoclis *Ajacis* pag. 23. ut Pearsonius etiam observavit.

6 Προυσαεύς, Νικομηδεύς] Sic habent MSS. Paris. itemque Editt. Mediol. & Aldina. Sed puto hic quædam excidisse, legendumque esse, Προυσαεύς, ἢ, ὥς τινες, Νικομηδεύς.

7 Ἱππιατρικὸν βιβλ.] Libellus iste hodie adhuc exstat, editusque est inter reliquos scriptores veterinarios.

8 Τὰς προφυλακὰς βλέπων ὁ Φαμ.] Hoc fragmentum Fulv. Ursinus & Casaubonus ad Polybium referunt.

9 Βαβακατρεῦ. βάρβαρος ἐστι φωνὴ συγκατ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Aves* pag. 615. Sed notandum est, apud Comicum ejusque Scholiastam pro Βαβακατρεῦ hodie legi τοβακατρεῦ.

10 Βαβάκτης. ὁ ὀρχηστής] Sic locum hunc ex MSS. emendavi, qui in prioribus Editt. corrupte sic legitur, Βαράκτης. ὁ ἐρχηθείς. Hesy.

Βάβαξ. λάλος. φλύαρος. παρὰ τὸ βάζω, βὰξ, καὶ κατ' ἀναδιπλασιασμὸν, βάβαξ.

Βαβαί. θαυμαστικὴ φωνή.

Βαβαὶ[1] Μύξος. ἐπὶ τῶν κομπαζόντων καὶ μεγαλαυχούντων. Μύξος γὰρ ἐγένετο τῆς Ἀρτέμιδος ἱερεὺς, ἀστεῖός τις καὶ μεγάλαυχος.

Βαβρίας, ἢ Βάβριος. Μύθους, ἤτοι Μυθιάμβους. εἰσὶ γὰρ διὰ[2] χολιάμβων ἐν βιβλίοις ι. οὗτος ἐκ τῶν Αἰσωπείων μύθων μετέβαλεν ἀπὸ τῆς αὐτῶν λογοποιίας εἰς ἔμμετρα, ἤγουν τοὺς[3] χολιάμβους.

Βαβοῦς. ὄνομα κύριον.

Βαβύλας.[4] πηλός. [5] βάθρον. βῆμα.

Βαβυλᾶς,[6] Ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας. οὗτος, φασὶ,[7] Νουμεριανὸν, οἱ δὲ, Δεκίον, κατὰ δή τινα δαίμονα εἰσελθεῖν ἐς πληθύουσαν τὴν Ἐκκλησίαν προθυμούμενον, στὰς περὶ τὰς θύρας ἀντέσχε, φάσκων, εἰς δύναμιν μὴ περιόψεσθαι λύκον τῷ ποιμνίῳ ἐπεισερχόμενον. τὸν δὲ παραυτίκα μὲν ἀνακρουσθῆναι τῆς εἰσόδου, εἴτε στάσιν τοῦ ὄχλου ὑπειδόμενον, εἴτε καὶ ἄλλως αὐτῷ μεταβουλευθέν. ἐν χαλεπῷ μέντοι τὴν ἀντίστασιν τοῦ Ἐπισκόπου ποιησάμενον, ἐπειδὴ ὡς ἑαυτὸν ἐπὶ τὰ βασίλεια ἀπηλλάγη, μεταστείλασθαί τε αὐτὸν, καὶ πρῶτα μὲν τὴν αἰτίαν τῆς κωλύσεως ἐγκαλεῖν· ἔπειτα μέντοι κελεύειν αὐτὸν τοῖς δαίμοσι θύειν, εἰ βούλοιτό γε τὴν ἐπὶ τῷ ἐγκλήματι δίκην διαφυγεῖν. τὸν δὲ πρὸς τὴν ἐπέγκλησιν ἀπολογήσασθαι, καὶ τὴν πρόκλησιν διακρούσασθαι, τὸ μὲν, φήσαντα ποιμένι ὄντι ἑαυτῷ πάντα προσήκειν ὑπὲρ τοῦ ποιμνίου προθυμεῖσθαι· τὴν δὲ, μὴ ἂν ἑλέσθαι τοῦ ὄντως ἀποστάντα Θεοῦ ψευδωνύμοις καὶ ὀλετῆρσι δαίμοσι θύειν. εἶθ' ὁ μὲν, ὡς ἑώρα μὴ πειθόμενον, προσέταξεν αὐτὸν ἁλύσεσι καὶ πέδαις ἐνδυσαμένους τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἄγειν, τῆς κεφαλῆς ἀφαιρήσοντας. ὁ δὲ, ἐπειδὴ ἤγετο τεθνηξόμενος, ταύτας ἀναλαβὼν ᾖδε τὰς τοῦ ψαλμοῦ ῥήσεις· Ἐπίστρεψον ψυχή μου εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὅτι Κύριος εὐηργέτησέ σε. φασὶ δὲ καὶ τρεῖς παῖδας ἀδελφοὺς τὸ γένος κομιδῆ νέους ὑπ' αὐτῷ[8] ἀνατρεφομένους ἁρπαγῆναί τε αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ ὡς οὐδ' αὐτοὶ θύειν ἤθελον, καίτοι παντοίας ἀνάγκης αὐτοῖς προσαγομένης, καὶ αὐτοὺς ἐκέλευσε τὰς κεφαλὰς ἀφαιρεῖν. οὓς ἐπειδὴ ἧκον εἰς τὸ προκείμενον χωρίον, ὁ Βαβυλᾶς ἑαυτοῦ προστησάμενος, προτέρους προσάγει τῷ ξίφει, τοῦ μήτινα τρέσαντα αὐτῶν ἀναδῦναι τὸν θάνατον. καὶ ἀποτεμνομένων, ταύτην ἀνεῖπε τὴν φωνήν· Ἰδοὺ ἐγὼ, καὶ τὰ παιδία, ἅ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός. ἔπειτα αὐτὸς ὑπέτεινε τὸν αὐχένα τῷ ξίφει, ἐντειλάμενος τοῖς τὸ σῶμα αὐτοῦ συλλεξομένοις, τὰς ἁλύ-

Βάβαξ. Loquax. Garrulus. A verbo βάζω fit βὰξ, & per reduplicationem βάβαξ.

Βαβαί. Papæ. Vox admirantis.

Βαβαί Μύξος. Papæ Myxus. Dicitur de gloriosis & jactabundis. Myxus enim fuit sacerdos Dianæ, homo facetus & gloriosus.

Βαβρίας. Babrias, vel Babrius, versibus Choliambicis fabularum libros x scripsit. Ex Æsopo autem fabulas suas deprompsit, oratione soluta in ligatam, sive versus Choliambicos, mutata.

Βαβοῦς. Nomen proprium.

Βαβύλας. Cœnum. Lutum.

Βαβυλᾶς. Babylas. Episcopus Antiochenus. Hic Numeriano, vel, ut alii ajunt, Decio, dæmonis cujusdam instinctu in frequentissimam Ecclesiam Christianorum ingredi aliquando cupienti, pro foribus stans obstitit, dicens, non passurum se, quantum quidem in ipso esset, ut lupus in ovile intraret. Ac ille quidem statim ab incœpto destitit, seu quod seditionem reformidaret, seu ob aliam quampiam causam mutata sententia. Attamen iniquo animo ferens se ingressu templi ab Episcopo prohibitum esse, cum in palatium rediisset, hominem accersit, ac primum temeritatis eum accusat, quod aditu templi se exclusisset: deinde, si criminis hujus pœnas effugere velit, dæmonibus sacrificare jubet. Ille vero & crimen defendit, & conditionem oblatam respuit, dicens, boni pastoris esse, gregem omni studio defendere; & nequaquam se commissurum, ut a vero Deo deficiat, falsisque & pernitiosis dæmonibus immolet. Cum igitur Imperator videret, eum in sententia sua obstinate persistere, catenis & compedibus vinctum ad supplicium duci & decollari jussit. Is vero, cum ad mortem raperetur, verba hæc Psalmi cecinit: *Revertere anima mea ad quietem tuam, quia Dominus tibi benefecit.* Ferunt etiam tres pueros fratres, admodum adolescentulos, ipsius alumnos, jussu Imperatoris abreptos fuisse: qui cum & ipsi, quamvis omni vi adhibita, sacrificare recusarent, & his caput amputatum est. Eos autem ad locum supplicii perductos Babylas ante se statuit, volens ut ictum gladii priores exciperent, ne quis eorum metu perterritus mortem detrectaret. His igitur dum capita præciderentur, *Ecce*, inquit, *ego & filioli, quos mihi dedit Deus.* Deinde & ipse cervicem gladio porrexit, mandavitque iis, qui corpus ipsius humaturi erant, ut catenas & compedes eodem secum sepulcro clauderent, quo

chius: Βαβάκτης, ὀρχηστής. Item Etymologus: Βαβάκτης, ὀρχηστής, λάλος, μανιώδης, βακχευτής.

1 Βαβαὶ Μύξος. ἐπὶ τῶν κομπαζόντων καὶ μεγαλαυχούντων. Μύξος γὰρ ἱερ.] Eadem αὐτολεξεὶ pene habet Diogenianus. Vide etiam Gataker. ad Marc. Anton. pag. 339. Item infra v. Μύξος.

2 Διὰ χολιάμβων] Sic habent omnes Editt. sed male. Scribendum enim est διὰ χωλιάμβων, quoniam Babrius fabulas Æsopi versibus Choliambicis, sive Scazontibus reddiderat, ut patet ex fragmentis, quæ Suidas passim ex illo scriptore adducit.

3 Χολιάμβους] Scribendum est χωλιάμβους, ut paulo ante diximus.

4 Βαβύλας. πηλός] Grammatici vocem hanc varie scribunt. Hesychius: Βαβύας, βόρβορος, πηλός. Etymologus: Βαβύας, βόρβορος, πηλός, ὑπὸ Ταραντίνων.

5 Βάθρον. βῆμα] Hæc inducenda sunt, quoniam non pertinent ad vocem Βαβύλας, sed aliunde in hunc locum irrepserunt.

6 Βαβυλᾶς, Ἐπίσκοπος Ἀντιοχ.] Vide Chrysostomum Oratione *de S. Babyla*, & Philostorgium *Histor. Eccles.* lib. VII. cap. VIII.

7 Νουμεριανὸν] Sic etiam recte habet Philostorgius. Quare nescio, quid Porto in mentem venerit, qui lectionem hanc pueriliter solicitat, & absque ulla ratione Μαξιμιανὸν legendum esse censet.

8 Ἀνατρεφομένους] Sic recte habent a MSS. Paris. In prioribus Editt. vero male legitur ἀναστρεφομένους.

σεις

σῆς καὶ τὰς πέδας αὐτῷ συνθάψαι, ἵν' ἦ μοι ταῦτα, φησὶ, κειμήλιος κόσμος. καὶ νῦν μετ' αὐτοῦ, ὥς φασι, ταῦτα τυγχάνει κείμενα.

Βαβυλωνία κάμινος· καὶ Βαβυλώνιοι παῖδες.

Βαγαῖος. ὄνομα κύριον. ¹Παλλομένων δὲ, λαγχάνει ἐκ πάντων Βαγαῖος.

Βαγδαλωνία.² μοῖρα Καππαδοκίας νοτιωτάτη.

Βαγεύει.³ πλανητεύει.

Βάγιον. μέγα.

Βαγώας. ὄνομα κύριον· ὃς ἦν εὐνοῦχος.

Βάδην. ἀτρέματι ἐρχόμενος. Τοὺς μὲν προαπέπεμψεν, αὐτὸς δὲ ἐν πλινθίῳ τὴν στρατιὰν ἐπαγόμενος, ἐχώρει βάδην. Καὶ αὖθις· Βάδην καὶ σχολαίως ἀκολουθῶν. ⁴Ἀριστοφάνης· Μεγαρεῖς, ὅτ' ἐπείνων βάδην, Λακεδαιμονίων ἐδέοντο. ἀντὶ τοῦ ἐλίμωττον, ὑπὸ λιμοῦ διεφθείροντο. βάδην, ἀντὶ τοῦ κατὰ βραχὺ αὐξανομένου τοῦ λιμοῦ, καὶ ἐπίδοσιν λαμβάνοντος, προϊόντος ἐπὶ τὸ μεῖζον.

Βαδδίν.⁵ στολὴ ἱερά. Δανιήλ· Ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ εἶδον, καὶ ἦν ἀνὴρ ἐνδεδυμένος βαδδίν.

Βάδιζε. καὶ βαδίζου, ἀντὶ τοῦ βάδιζε. Κρατῖνος.

Βαδιστέα.⁶ ἀντὶ τοῦ πορευτέον. Ἐμοὶ βαδιστέα, οἷ ἂν σοφία καὶ δαίμων με ἄγῃ.

Βαδιστικοῦ. ὀξύποδος. ⁷Ἀριστοφάνης· Ὡς ὄντος γε μὴ βαδιστικοῦ.

Βάδιλλος.

Βάδιος.⁸ υἱός. σημαίνει δὲ καὶ ἵππου χροιάν.

Βάδος. ἡ βάδισις. ⁹Ἀριστοφάνης Ὄρνισι·

Διὰ ταῦτα τόνδε τὸν βάδον βαδίζομεν.

ἐν παιδιᾷ παρακεχρημάτισται. ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ πατεῖν πάτος (Ὅμηρος· Πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων) οὕτως ἀπὸ τοῦ βαδίζειν, βάδος.

Βαθάλη. ὄνομα κύριον.

Βαθεῖα κόμη. ἡ δασεῖα. Ἀπεκείραντο τὴν κόμην. ἦν δὲ πολλὴ, καὶ ξανθὴ, καὶ βαθεῖα. † Βαθείᾳ τριχὶ κομῶντα, καὶ γεραιὸν πολιᾷ. † Βαθύπλουτον εἶναι τὴν Λαφρίαν Ἄρτεμιν.

Βαθεῖαν¹⁰ αὔλακα. ὅταν ἐπὶ στίχος γῆς ὑπὸ ἀρότρου. ¹¹μεταφορικῶς ἀπὸ τούτου βαθείας φρένας καὶ κεκρυμμένας σημαίνει.

Βάθος. βάθος ἐπὶ φάλαγγος τὸ μὲν τὸ μέτωπον ἅπαν. καὶ ὁ ἀπὸ λοχαγοῦ ἐπὶ οὐραγὸν στίχος κατὰ βάθος λέγεται.

ea jacenti sibi ornamento essent. Atque nunc etiam, ut aiunt, hæc cum ipso condita sunt.

Βαβυλωνία κάμινος. Babylonia fornax: & Babylonii pueri.

Βαγαῖος. Bagæus. Nomen proprium. *Cum sortirentur, Bagæo præ omnibus sors contigit.*

Βαγδαλωνία. Bagdalonia. Cappadociæ pars Australis.

Βαγεύει. Vagatur. Errat.

Βάγιον. Magnum.

Βαγώας. Bagoas. Nomen proprium eunuchi.

Bassaris. Scortum. Meretrix. In Epigrammate: *Baccha Eurynome, quæ per scopulos quondam currere, & multa taurorum cornutorum pectora lancinare solebat.*

Βάσσαρος.[3] ἀλώπηξ κατὰ Ἡρόδοτον.

Βάσσαρος. Vulpes. Apud Herodotum.

Βασιλεύω. ὅταν σημαίνῃ τὸ ἐξουσιάζω καὶ ἄρχω, μετὰ γενικῆς συντάσσεται. ὅταν δὲ σημαίνῃ τὸ ποιῶ βασιλέα, αἰτιατικῇ. [4] Καὶ τοῦτο μόνον ἁπάντων οὐ καλῶς ἐφιλανθρωπεύσατο, καὶ σῶσαι, καὶ βασιλεῦσαι τὸν κακῶς καὶ σωθέντα καὶ βασιλεύσαντα.

Βασιλεύω. Quum significat impero, cum genitivo construitur. Quum vero, Regem creo; accusativo. *Hoc autem unum ex omnibus non recte nec humaniter fecit, quod eum servarit & Regem crearit, qui malo hominum servatus fuit & male regnavit.*

Βασιλεὺς[5] μέγας. ὁ τῶν Περσῶν. τοὺς δὲ ἄλλους λέγοντες προσετίθεσαν καὶ τῶν ἀρχομένων τὰ ὀνόματα· οἷον, [6] Λακεδαιμόνιοι, Μακεδόνες. διαφέρει δὲ βασιλεὺς τυράννου. Βασιλεὺς μὲν γὰρ ἀπὸ προγόνων κατὰ διαδοχὴν τὴν ἀρχὴν ἐπὶ ῥητοῖς λαβὼν [7] πέρασι. Τύραννος δέ, ὃς βιαίως τὴν ἀρχὴν σφετερίζεται. χρῶνται δὲ ἀδιαφόρως ἑκατέροις ὀνόμασιν. Ἱέρωνα γὰρ βασιλέα Πίνδαρος καλεῖ, τύραννον ὄντα· καὶ Διονύσιον. καὶ Εὔπολις Πεισίστρατον βασιλέα καλεῖ. καὶ [8] τοὺς βασιλεῖς τυράννους.

Βασιλεὺς μέγας. Rex Magnus: id est, Rex Persarum. Cæteris enim addebantur populorum, quibus imperabant, nomina; ut Rex Lacedæmoniorum: Rex Macedonum. Differt autem Rex a Tyranno. Rex enim principatum a majoribus jure successionis sibi traditum certis legibus tenet. Tyrannus vero dicitur ille, qui imperium vi sibi vendicat. Solent tamen scriptores duobus his nominibus sine discrimine uti. Pindarus enim Hieronem, qui tyrannus erat, Regem vocat; itemque Dionysium. Eupolis etiam Pisistratum Regem appellat. Sed & Reges non raro appellare solent Tyrannos.

Βασιλέως ἐγκέφαλος. ἐν τῷ Διὸς ἐγκέφαλος.

Βασιλέως ἐγκέφαλος, Regis cerebrum. Vide in v. Διὸς ἐγκέφαλος.

Βασιλεία. τὸ ἀξίωμα. καὶ τὸ ἔθνος τὸ βασιλευόμενον οἷον Περσῶν, Ἰνδῶν, Ἀράβων. Βασιλεία ἐστὶν ἀνυπεύθυνος ἀρχή. [9] Οὐ μόνον δὲ ἐλευθέρους εἶναι τοὺς σπουδαίους, ἀλλὰ καὶ βασιλέας. ἡ γὰρ βασιλεία ἀρχὴ ἀνυπεύθυνος, ἥτις περὶ μόνους ἂν τοὺς σοφοὺς συσταίη.

Βασιλεία. Dignitas regia. Item ditio, sive gens, Regi subjecta: ut Persarum, Indorũ, Arabum. Regnum est potestas, quam qui tenet, superiorem non habet, cui rationes reddere teneatur. † *Bonos autem non solum dicunt esse liberos, sed etiam Reges. Regnum enim est potestas superiorẽ non habens, cui rationes reddere teneatur; quæ in solos tantum sapientes cadat.*

Βασιλεία. οὔτε φύσις οὔτε τὸ δίκαιον ἀποδιδοῦσι τοῖς ἁπλῶς ἀνθρώποις τὰς βασιλείας, ἀλλὰ τοῖς δυναμένοις ἡγεῖσθαι στρατοπέδου, καὶ χειρίζειν πράγματα νουνεχῶς· οἷος ἦν Φίλιππος, καὶ οἱ διάδοχοι Ἀλεξάνδρου. τὸν γὰρ υἱὸν κατὰ φύσιν οὐδὲν ὠφέλησεν ἡ συγγένεια διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀδυναμίαν. τοὺς δὲ μηδὲν προσήκοντας βασιλεῖς γενέσθαι σχεδὸν ἁπάσης τῆς οἰκουμένης.

Βασιλεία. Regnum. *Neque natura, neque jus quibusvis hominibus sine discrimine regna tribuunt, sed illis, qui exercitui præesse, & res prudenter administrare norunt: qualis fuit Philippus, & successores Alexandri M. Filio enim ejus propinquitas generis nihil profuit, propter naturalem animi imbecillitatem. Illi vero, qui nulla cognatione eum attingebant, totius fere terrarum orbis domini evaserunt.*

Βασιλεία. ὅτι ἡ βασιλεία κτῆμα τῶν κοινῶν ἀλλ' οὐ τὰ δημόσια τῆς βασιλείας κτήματα. διὸ τὰς ἐξ ἀνάγκης καὶ μεθ' ὕβρεως εἰσπράξεις, ὥσπερ τυραννικὰς ἀκολασίας μισεῖν δεῖ. τὰς δὲ σὺν λόγῳ καὶ φιλανθρωπίᾳ τῶν εἰσφορῶν ἀπαιτήσεις, ὥσπερ κηδεμονίαν τιμᾶν.

Βασιλεία. Regnum est possessio Reipublicæ; non autem Respublica regni. Hinc violentæ & superbæ exactiones odio dignæ sunt, ut quæ a tyrannica regni licentia proficiscuntur. At Regi, qui tributa moderate & humaniter imperat, tanquam patri patriæ, cum debito honore parendum est.

Βασιλείδης.[10] ὁ τοῦ Βασιλέως.

Βασιλείδης. Basilii filius.

1 Βασσαρίς. ἑταίρα. πόρνη] Et hæc interpretatio Suidæ a vero aliena est, quoniam in Epigrammate, quod subjungit, τὸ Βασσαρὶς non significat meretricem, sed Baccham.

2 Ἐν Ἐπιγράμματι] Epigramma hoc exstat Anthol. lib. VI. cap. V. pag. 552.

3 Βάσσαρος. ἀλώπηξ κατὰ Ἡρ.] Vide Etymologum v. Βασσάρα.

4 Καὶ τοῦτο μόνον τῶν ἁπάντων οὐ κτλ.] Ex Gregor. Nazianz. *Stelit.* in Julianum, ut opinor.

5 Βασιλεὺς μέγας. ὁ τῶν Περσ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Enarratore Comici ad *Acharnens.* pag. 373.

6 Οἷον Λακεδαιμόνιοι, Μακεδόνες] Rectius apud Scholiastam Aristophanis legitur, οἷον βασιλεὺς Λακεδαιμονίων, βασιλεὺς Μακεδόνων, quam lectionem in versione secutus sum.

7 Πέρασι] Sic habent MSS. Paris. & Enarrator Comici. In prioribus vero Editt. legitur γέρασι, quam lectionem alteri præferendam puto, quoniam & sic scriptum reperio apud Thucydidem, qui lib. I. cap. XIII. de eadem re verba faciens ita inquit: πρότερον δὲ ἦσαν ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι πατρικαὶ βασιλεῖαι. Scholiasta ad eum locum: Ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι. ἀντὶ τοῦ ἐπὶ φανεροῖς τιμαῖς. ἐπὶ ὡμολογημένοις γέρασι. Potest tamen & πέρασι (a πέρας terminus) admitti; ut sit sensus, Reges principio potestatem, certis limitibus & legibus circumscriptam, a populo accepisse: qui sensus huic loco optime convenit.

8 Καὶ τοὺς βασιλεῖς τυράννους] Scribe & supple ex Scholiasta Aristophanis, εἰώθασι δὲ τοὺς βασιλεῖς πολλάκις τυράννους λέγειν.

9 Οὐ μόνον δὲ ἐλευθέρους εἶναι τοὺς σπουδ.] Hæc sunt verba Laertii lib. VII. Segm. CXXII.

10 Ὁ τοῦ Βασιλέως] Puto legendum ὁ τοῦ Βασιλείου, i. e. Basilii filius.

Βασίλειος, Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν Ἐπίσκοπος (ἥτις πρώτην Μάζακα ἐκαλεῖτο) ἑταῖρος Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζοῦ Ἐπισκόπου. γέγονε δὲ γονέων περιφανῶν, Βασιλείου τε καὶ Ἐμμελείας, ὧν ἄνωθεν ἡ συγγένεια· ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος καὶ πάσης παιδείας εἰς ἄκρον ἐληλακώς. οὗτος ἔγραψε πλεῖστα, ἐν οἷς θαυμάζεται τὰ εἰς τὴν Ἑξαήμερον. [1] καὶ κατ' Εὐνομίου δὲ ἐξαιρέτους συνέταξε λόγους, καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τεῦχος, καὶ [2] τὰς εἰς τὴν Ἑξαήμερον ὁμιλίας ἐννέα· ἕτερον τεῦχος ἀσκητικόν· [3] περὶ παρθενίας ἄλλο· [4] ἔπαινον εἰς τοὺς μ' Μάρτυρας· ἕτερον εἰς [5] Γόρδιον· ἄλλον [6] εἰς Βαρλαάμ· ἕτερον [7] εἰς Ἰουλίτταν. εἰς διαφόρους Ψαλμοὺς ἠθικοὶ λόγοι διάφοροι. ἐπιστολαί, ὧν οὐδὲν ἄμεινον, πρός τε τὸν σοφιστὴν Λιβάνιον, καὶ πρὸς τὸν φίλον Γρηγόριον, καὶ εἰς ἄλλους πλείονας. [8] Τοῦδέ γε Βασιλείου καὶ Φιλοστόργιος μνήμην πεποίηται ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἱστορίᾳ, γράφων οὕτω· Βασίλειος γὰρ ἤκμαζε κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας, καὶ Γρηγόριος ἐν τῇ Ναζιανζῷ (σταθμὸς δὲ οὗτος Καππαδοκίας) καὶ Ἀπολλινάριος ἐν τῇ Λαοδικείᾳ τῆς Συρίας. τρεῖς δὴ οὗτοι ἄνδρες τότε τοῦ ὁμοουσίου προυμάχουν κατὰ τοῦ ἑτερουσίου, μακρῷ πάντας παρενεγκόντες τοὺς πρότερον καὶ ὕστερον ἄχρις ἐμοῦ τῆς αὐτῆς αἱρέσεως προστάντας, ὡς παῖδα παρ' αὐτοῖς κριθῆναι τὸν Ἀθανάσιον. τῆς τε γὰρ ἔξωθεν καλουμένης παιδεύσεως ἐπὶ πλεῖστον οὗτοι προεληλύθεισαν, καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν, ὁπόσα εἰς ἀνάγνωσιν καὶ τὴν πρόχειρον μνήμην ἐτέλει, πολλὴν εἶχον τὴν ἐμπειρίαν· καὶ μάλιστά γε αὐτῶν ὁ Βασίλειος. καὶ μὴν καὶ συγγράφειν ἕκαστος αὐτῶν ἐς τὸν ἑαυτοῦ τρόπον ἦν ἱκανώτατος. τῷ μέν γε Βασιλείῳ τὸ πανηγυρικὸν εἶδος τοῦ λόγου μακρῷ ἄριστα εἶχεν. ἦν γὰρ πανηγυρίσαι λαμπρότατος. ὁ δέ γε Ἀπολλινάριος ἐν τῷ ὑπομνηματικῷ εἴδει τῆς λέξεως καὶ αὐτὸς ἄριστα εἶχε. τῷ δέ γε Γρηγορίῳ, καὶ παρ' ἀμφοτέροις ἐξεταζομένῳ, μείζω βάσιν εἰς συγγραφὴν εἶχεν ὁ λόγος. τοσαῦτα περὶ αὐτῶν ὡς ἐν παραδρομῇ Φιλοστόργιος ὁ Ἀρειανὸς ἔγραψε. τελευτᾷ δὲ Βασίλειος, Γρατιανοῦ τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα διέποντος. † Ὅτι ὁ μέγας Βασίλειος ἀδελφοὺς εἶχε δ', τόν τε Γρηγόριον τὸν Νύσσης Ἐπίσκοπον, καὶ Πέτρον, καὶ αὐτὸν Ἐπίσκοπον, καὶ ἑτέρους δύο μονάσαντας.

Βασίλειος, [9] Ἀγκυρανός, Ἐπίσκοπος τῆς αὐτῆς πόλεως, ἰατρὸς τὴν τέχνην. οὗτος ἔγραψε κατὰ Μαρκέλλου, καὶ περὶ παρθενίας, καὶ ἕτερα οὐκ ὀλίγα ἄλλα. Βασιλεύοντος [10] Κωνσταντίου Μακεδονιανῆς θρησκείας ἅμα Εὐσταθίῳ [11] Σεβαστιανῷ ἦρξε.

Βασίλειος [12] ἕτερος, Ἐπίσκοπος Εἰρηνουπόλεως

Βασίλειος. Baſilius, Cæſareæ Cappadociæ, quæ olim Mazaca appellabatur, Epiſcopus, Gregorii Nazianzeni Epiſcopi amicus, parentibus antiqua nobilitate claris, Baſilio & Emmelia, ortus: vir celeberrimus, & in omni doctrinæ genere ſummus. Scripſit plurima, inter quæ præcipue in pretio habentur commentarii ejus in *Hexaemerum*. Contra Eunomium quoque eximias orationes conſcripſit; itemque librum de Spiritu. S. & in *Hexaemerum* ſermones novem, & librum aſceticum, & de virginitate. Præterea, quadraginta Martyrum, itemque Gordii, & Barlaami, & Julittæ laudes. In varios Pſalmos orationes morales. Epiſtolas optimas & pulcherrimas ad Libanium Sophiſtam, & amicum Gregorium, aliosque plures. Hujus Baſilii Philoſtorgius quoque in hiſtoria ſua mentionem fecit, ſic ſcribens: *Florebat enim temporibus illis Baſilius Cæſareæ in Cappadocia, & Gregorius Nazianzi (quæ urbs ejuſdem Cappadociæ ſtatio eſt) & Apollinaris Laodiceæ in Syria. Hi tres viri tunc pro Homouſio contra Heterouſium propugnabant, longo intervallo ſuperantes omnes illos, qui & ante & poſt ad meam uſque ætatem hæreſis illius defenſores fuerunt; adeo ut Athanaſius cum iis collatus puer judicaretur. Nam & in diſciplinis profanis maximos fecerant progreſſus, &, quod ad lectionem & promptam memoriam attinet, in ſacris literis inſigniter verſati erant: præſertim vero Baſilius. Adhæc, unuſquiſque illorum in ſuo genere ſtilo plurimum valebat. Baſilius enim in panegyrico genere dicendi palmam ferebat. Apollinaris eo orationis genere, quod commentariis ſcribendis eſt aptiſſimum, excellebat. Gregorii vero cum utroque comparati ſtilus magis erat fundatus & ſolidus.* Hæc Philoſtorgius Arrianus obiter & aliud agens de iis ſcripſit. Obiit Baſilius imperante Gratiano. † Baſilius M. quatuor habuit fratres, Gregorium Nyſſenum Epiſcopum, Petrum, & ipſum Epiſcopum, & duos alios monachos.

Βασίλειος. Baſilius, Ancyranus, ejuſdem urbis Epiſcopus, arte medicus, ſcripſit contra Marcellum, & de virginitate librum, & alia non pauca. Idem imperante Conſtantio Macedonianæ ſectæ cum Euſtathio Sebaſteno princeps fuit.

Βασίλειος. Baſilius alius, Epiſcopus Ire-

1 Καὶ κατ' Εὐνομίου δὲ ἐξαιρ.—— ἀσκητικόν] Hæc ex Sophronio, qui Hieronymi libellum *de Scriptoribus Eccleſ.* Græce vertit, Suidas deſcripſit.

2 Καὶ τὰς εἰς τὴν Ἑξαήμερον ὁμιλ.] Hæ Homiliæ exſtant adhuc inter opera Baſilii M.

3 Περὶ παρθενίας] Exſtat Tom. 1. Oper. S. Baſil. pag. 705.

4 Ἔπαινον εἰς τοὺς μ' Μάρτυρας] Exſtat Tom. 1. pag. 526.

5 Εἰς Γόρδιον] Exſtat Tom. 1. pag. 515.

6 Εἰς Βαρλαάμ] Exſtat Tom. 1. pag. 512.

7 Εἰς Ἰουλίτταν] Exſtat Tom. 1. pag. 367.

8 Τοῦδέ γε τοῦ Βασιλείου καὶ Φιλοστ.———εἰς συγγραφὴν εἶχεν ὁ λόγος] Hæc omnia αὐτολεξεὶ etiam leguntur ſupra v. Ἀπολλινάριος.

9 Βασίλειος, Ἀγκυρανός, Ἐπίσκ. τῆς αὐτῆς π.] Hæc, & quæ ſequuntur, leguntur etiam apud Sophronium, pag. 136. unde ea Suidas deſcripſit.

10 Κωνσταντίου] Male. Ex Sophronio enim reſcribendum eſt Κώνσταντος.

11 Σεβαστιανῷ] Rectius Sophronius Σεβαστηνῷ.

12 Βασίλειος ἕτερος, Ἐπίσκ. Εἰρηνουπ.] Trium tantum Baſiliorum mentionem faciunt codices Suidæ non ſolum impreſſi, ſed etiam MSS. quos quidem videre mihi contigit. At Dauſquius in notis ad Baſilium Seleucienſem pag. 317. teſtatur, in Bibliotheca Antwerpiana exſtare Suidam manu exaratum, qui quartum etiam Baſilium, Seleucienſem nimirum, memoret his verbis: Βασίλειος ἕτερος Σελευκείας, ἑταῖρος Χρυσοστόμου, πρὸς ὃν ἐν τοῖς περὶ ἱερωσύνης λόγοις διαλέγεται. Hanc obſervationem acceptam refero Pearſonio, qui eam ad marginem Suidæ ſui notaverat.

τῆς Κιλικίας, ἐπὶ Ἀναστασίου βασιλέως, τὴν φρένα καὶ τὴν ἄσκησιν τῷ ὁμωνύμῳ Βασιλείῳ Καισαρείας ἐοικώς. ἔγραψε κατὰ Ἀρχελάου πρεσβύτου Κολωνείας.

Βασίλειος. τὰ διὰ τοῦ ιος ὀνοματικὰ διὰ τοῦ ι γράφεται. [1] πλὴν δ', Ἄρειος, Ἡράκλειος, Βασίλειος. καὶ [2] Βασίλειος στοά. δύο εἰσὶ στοαὶ παρ' ἀλλήλας, ἥ, τε τοῦ Ἐλευθερίου Διὸς, καὶ ἡ Βασίλειος. ἔστι δὲ καὶ τρίτη, ἣ πάλαι μὲν [3] Πανάκτιος ἐκαλεῖτο, νῦν δὲ μετωνομάσθη Ποικίλη.

Βασίλειοι παῖδες ἑξακισχίλιοι· οἵ τινες κατὰ πρόσταξιν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος τὰ πολέμια ἐξήσκουν ἐν Αἰγύπτῳ.

Βασιλειῶντα κτείνει. ἐπιθυμοῦντα βασιλεῦσαι.

Βασιλική. [4] ὅτι ἐν τῇ Βασιλικῇ ὄπισθεν τοῦ Μιλίου ἵστατο ἀνδρείκελον ἄγαλμα χρυσέμβαφον, (ἔνθα ἦν καὶ τὸ [5] Ἑξάμμον [6] ἕως Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως) γονυκλινὲς [7] Ἰουστίνου τοῦ τυράννου. ἐκεῖ ὁ Τέρβελις ἐδημηγόρησεν· ἐν οἷς ἐλέφας ἵστατο παμμεγέθης, ὑπὸ Σεβήρου κατεσκευασμένος. ἔνθα ἦν καὶ σχολὴ [8] φυλαττόντων πολλή. ἔμενε δὲ ἐκεῖσε ἀργυροκόπος ἐν πλαστοῖς ζυγοῖς τὴν πρᾶσιν ποιούμενος. καὶ τοῦ οἰκήματος αὐτοῦ πορθουμένου, ἠπείλει τῷ τὸν ἐλέφαντα φυλάττοντι θάνατον, εἰ μὴ τοῦτον κρατήσειεν. ὁ δὲ θηροκόμος οὐκ ἐνεδίδου· ὃν φονεύσας ὁ ζυγοπλάστης, δέδωκε βορὰν τῷ ἐλέφαντι. τὸ δὲ θηρίον ἀτίθασον ὂν καὶ αὐτὸν ἀνεῖλε. καὶ ὁ Σεβῆρος ἀκούσας τῷ θηρίῳ θυσίαν ἤνεγκεν. ἐν αὐτῷ δὲ τῷ τόπῳ παρευθὺ ἀνεστηλώθησαν τό, τε θηρίον, καὶ ὁ θηροκόμος. ἔνθα καὶ Ἡρακλῆς ἐλατρεύθη, πολλὰς θυσίας δεξάμενος, ὃς ἐν τῷ Ἱπποδρόμῳ μετετέθη. ἐπὶ δὲ Ἰουλιανοῦ Ὑπατικοῦ ἀπὸ Ῥώμης ἦλθεν εἰς τὸ Βυζάντιον, καὶ εἰσήχθη ἐν ἀπήνῃ, καὶ νηΐ, [9] καὶ στῆλαι δέκα.

Βασιλικὴ [10] διαδρομή. ἡ γινομένη τοῦ Βασιλέως παρόντος διαδρομή. ἔστι δὲ οὗτος εἷς τῶν Ἀθήνησιν ἐννέα ἀρχόντων· ὃς [11] βασιλικὴ διαδρομὴ καλεῖται.

Βασιλικὸς, [12] σοφιστής. περὶ τῶν διὰ τῶν λέξεων σχημάτων. περὶ Ῥητορικῆς παρασκευῆς, ἤτοι περὶ ἀσκήσεως. περὶ μεταποιήσεως· καὶ ἄλλα τινά.

Βασιλίνδα. [13] τὴν βασιλείαν. καὶ Βασιλίνδα, εἶδος παιδιᾶς.

nopolis Ciliciæ, sub Anastasio Imperatore, & ingenio & ascetico vivendi genere Basilio Cæsariensi similis: scripsit contra Archelaum Coloniæ presbyterum.

Βασίλειος. Nomina propria a substantivis derivata, & per ιος enuntiata, per ι scribuntur; exceptis quatuor, Ἄρειος, Ἡράκλειος, Βασίλειος. † Et Βασίλειος στοὰ, i. e. porticus Regia. Duæ sunt porticus, sibi invicem vicinæ, una, Jovis Eleutherii; altera Regia. Est & tertia, quæ olim *Pisianactia* vocabatur, nunc vero mutato nomine *Pœcile* dicitur.

Βασίλειοι. Regii pueri sexies mille, qui Alexandri Macedonis jussu in Ægypto arte militari erudiebantur.

Βασιλειῶντα κτείνει. Occidit eum, qui regnum affectabat.

Βασιλική. Basilica. In Basilica pone Milium posita erat statua virilis inaurata (ubi & Examen erat usque ad Heraclium Imperatorem) & genuflexa Justiniani Tyranni. Illic Terbelis concionatus est: eodemque in loco stabat ingens Elephas, a Severo erectus; eratque ibi Schola custodum urbis. Ibidem etiam habitabat argentarius, qui lancibus iniquis emptores fraudabat. Hujus taberna cum [ab elephanto] eversa esset, mortem minatus est ejus custodi, nisi belluam cohiberet. Cum autem magister Elephanti minas ejus nihili faceret, interfecit eum falsus ille libripens, & Elephanto devorandum objecit. Bellua vero nec dum cicurata ipsum una sustulit. Quo audito Severus Elephanto sacrificavit, & in eodem loco ipsius belluæ ejusque magistri statuas erigi curavit. Ibidem quoque Hercules multis sacrificiis colebatur, qui postea in Hippodromum translatus est. Juliano vero consule Roma Byzantium curru & nave devectus est cum aliis decem statuis.

Βασιλικὴ διαδρομή. Sic vocabatur cursus, qui fiebat Rege præsente. Erat autem Rex Athenis unus ex novem Archontibus; a quo cursus iste vocatus fuit *Regius*.

Βασιλικός. Basilicus, Sophista, scripsit de dictionum Figuris: de Rhetorico apparatu, sive de exercitatione: de Metapœesi; & alia quædam.

Βασιλίνδα. Regnum. Et βασιλίνδα, genus lusus.

1 Πλὴν δ'] Atqui tria tantum hic recensentur. Quare putem ante Ἄρειος excidisse nomen Δαρεῖος, quoniam & illud per ειος scribitur. Sed nec sic verum est, quod Suidas hic affirmat, quoniam plura nomina propria apud Græcos per ειος scribuntur. Vide omnino Etymol. v. Ταλαΐειος.

2 Βασίλειος στοά. δύο εἰσὶ στοαὶ παρ' ἀλλ.] Ex Harpocratione.

3 Πανάκτιος] Sic habent libri MSS. & editi: sed male. Legendum enim est Πεισιανάκτιος, ut recte monuit Maussacus ad Harpocrationem h. v. quem consule. Vide etiam infra v. Ζήνων, & v. Πεισιανάκτιος; itemque Menagium ad Laert. lib. VII. Segm. V.

4 Βασιλικά. Ὅτι ἐν τῇ Βασιλικῇ ὄπισθεν Μιλ. ἵστατο ἀνδρ. χρυσέμβαφον.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, leguntur etiam apud Codinum *de Origin. CPol.* pag. 22.

5 Ἑξάμμον] Id est, Examen. Vide Ducangium in Glossario Græco.

6 Ἕως] Vox ista deest apud Codinum.

7 Ἰουστίνου] Scribe Ἰουστινιανοῦ, ut apud Codinum legitur. Verba enim hæc intelligenda sunt de Justiniano Rhinotmeto, ut patet ex Anonymo *de Antiquit. CPol.* quem Lambecius primus edidit, & Codino subjunxit: quem vide pag. 92.

8 Φυλαττόντων πολλή] Malim, φυλαττόντων τὴν πόλιν, ut Lambecius ad Codinum pag. 161. in codice quodam MS. Codini se reperisse testatur.

9 Καὶ στῆλαι δέκα] Rectius Codinus, μετὰ στηλῶν δέκα. Anonymus vero modo laudatus habet μετὰ στηλῶν δώδεκα.

10 Βασιλικὴ διαδρομή. ἡ γινομένη τοῦ Βασ.] Ex Harpocratione.

11 Ὃς Βασιλικὴ διαδ.] Legendum est, ἀφ' οὗ Βασιλ. ut recte monuit Maussacus ad Harpocrationem h. v.

12 Βασιλικὸς, σοφ.] Hujus mentio fit supra v. Ἀψίνης Γαδαρ. ex quo loco ætatem ejus discimus.

13 Βασιλίνδα. τὴν βασιλείαν] Scribo, Βασίλινναν, τὴν βασίλισσαν. i. e. Reginam. Vel, totum hunc locum sic legendum & emendandum esse puto: Βασιλίνδα. εἶδος παιδιᾶς. Βασιλίνναν δὲ, βασίλισσαν. Idest, Βασιλίνδα, *genus lusus*. Βασιλίνναν vero, *Reginam*. Βασι-

Βασιλίς. ἡ τοῦ βασιλέως γυνή· ὡς καὶ βαλανίς, ἡ τοῦ βαλανέως.

Βασιλίσκος, Βηρίνης ἀδελφὸς τῆς βασιλίδος, ἐπὶ Λέοντος τοῦ βασιλέως ἀντὶ Ῥουστικίου στρατοπεδάρχου ᾑρέθη, εὐεπίτευκτος μὲν ὢν ἐν μάχαις, βραδύτης δὲ καὶ φενακίζουσι ῥᾳδίως ὑπαγόμενος.

Βασιλίσκος. Βασιλίσκος ὁ Ῥωμαίων τῶν Ἑῴων βασιλεύς, τῶν Ἐκκλησιῶν τοὺς Ἐπισκόπους εἰσέπραττε χρήματα, καὶ Ἀκάκιον τὸν Κωνσταντινουπόλεως Ἐπίσκοπον μικροῦ δεῖν ἀπώσατο, εἰ μὴ τῷ πλήθει τῶν λεγομένων μοναχῶν ἀπεκρούσθη. πολύς τε ἦν εἰς ἐπιθυμίαν χρημάτων, ὡς μηδὲ αὐτῶν τὰς εὐτελεῖς καὶ βαναύσους μετιόντων ἐπιστήμας ἀπέχεσθαι. καὶ ἦν ἅπαντα μεστὰ δακρύων τῇ τῶν τοιούτων εἰσφορῶν εἰσπράξει. ἐν τῷ Ἁρμάτος.

Βάσιμος. πορευτική. εὐεπίβατος. καὶ Βάσιμοι τόποι, οἱ πορεύσιμοι.

Βάσις. βάδισις.

Κυνὸς [1] Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις.

Βασκανία. καὶ Βάσκανος. τὸ Βάσκανος ἁπλῶς ἐπὶ λοιδορίας τιθέασιν. [2] Οὐ ψεύδῃ, καίπερ σφόδρα βάσκανος οὖσα.

Βασκαίνει. [3] δοτικῇ. ἀντὶ τοῦ αἰτιᾶται, καὶ μέμφεται, καὶ συκοφαντεῖ. οὕτω Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς· Βάσκανον δὲ καὶ πικρὸν καὶ κακόηθες οὐδὲ ἓν πολίτευμα ἐμόν, φησίν. ἀντὶ τοῦ φιλαίτιον καὶ συκοφαντικόν.

Βασκαίνω σοι ἀεί. ὁ δὲ Λιβάνιος, αἰτιατικῇ· Τὸν προσήκοντα βασκαίνουσι.

Βασμοί. βαθμοί.

Βάσσος [4] Κορίνθιος. Ἀπολλώνιος πρὸς τοῦτον διηνέχθη. πατραλοίας μὲν γὰρ οὗτος ἐδόκει καὶ ἐπεπίστευτο, σοφίαν δὲ ἑαυτοῦ κατεψεύδετο, καὶ χαλινὸς οὐκ ἦν ἐπὶ τῇ γλώττῃ. λοιδορούμενον δὲ αὐτὸν ἐπέσχεν ὁ Ἀπολλώνιος, οἷς τε ἐπέστειλεν, οἷς τε διελέχθη κατ' αὐτοῦ. πᾶν γὰρ ὅσαπερ ὡς ἐς πατραλοίαν ἔλεγεν, ἀληθὲς ἐδόκει. μὴ γὰρ ἄν ποτε τοιόνδε ἄνδρα ἐς λοιδορίαν ἐκπεσεῖν, μηδὲ ἀνειπεῖν τὸ μὴ ὄν.

Βασανίσας. ἀντὶ τοῦ δοκιμάσας. Εὔπολις·

Ἄγε δή, πότερα βούλεσθε, τὴν [5] διάθεσιν
Ὠιδῆς ἀκούειν, ἢ τὸν ἀρχαῖον τρόπον;
Ἀμφότερ' ἐρεῖς. ἐγὼ δ' ἀκούσας τὸν τρόπον,
Ὃν ἂν δοκῇ μοι βασανίσας, αἱρήσομαι,
Πᾶν [6] τὸ συμβησόμενον ἐπὶ λόγον ἄγων.

Βασιλίς. Regina, vel Regis uxor: ut βαλανίς, balneatoris uxor.

Βασιλίσκος. Basiliscus, Verinæ Imperatricis frater, sub Leone Imperatore in locum Rusticii ducis copiarum substitutus, in bellis gerendis felix quidem, sed ob ingenii tarditatem adversus fraudes impostorum parum cautus fuit.

Βασιλισκός. Basiliscus, Romanorum orientalium Imperator, pecuniam ab Ecclesiarum Episcopis exegit, & Acacium, Episcopum Constantinopolitanum, parum abfuit quin pelleret, nisi a multitudine monachorum inhibitus fuisset. Idem adeo avarus fuit, ut ne illis quidem parceret, qui viles & sordidas artes exercebant. Quare propter hujusmodi tributorum exactiones omnia lacrymarum plena erant. Quare in v. Ἁρμάτος.

Βάσιμος. Pervius. Transitu facilis. Et βάσιμοι τόποι, loca pervia.

Βάσις. Gressus. Incessus. [Sophocles:] *Ut gressus canis Laconici, valde sagacis.*

Βασκανία. Fascinatio. Invidia. Et βάσκανος, invidus, malignus. Vocabulum βάσκανος simpliciter significat hominem maledicum. [Aristophanes:] ***At non mentiris horum quidquam, quamvis valde sis maledica.***

Βασκαίνει. Dativo jungitur. Criminatur, accusat, calumniatur. Sic Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte. Idem in sequentibus ait: *Nec animo calumniandi, nec acerbe maligneve quicquam feci.* Τὸ βάσκανον enim hic idem significat, quod φιλαίτιον & συκοφαντικόν.

Βασκαίνω σοι ἀεί. Tibi semper invideo. Libanius vero cum accusativo dixit: *Propinquo invident.*

Βασμοί. Idem quod βαθμοί, gradus.

Βάσσος Κορίνθιος. Bassus Corinthius. Cum hoc dissidium Apollonio intercessit. Parricida enim cum esse crederetur, sapientiam falso sibi vendicabat; homo insuper effræni lingua præditus. Ejus convitia & scriptis & sermonibus Apollonius compescuit. Quicquid enim in ipsum, ut parricidam dicebat, verum credebatur, quoniam talem virum nec maledictis quenquam insectaturum, nec rem falsam pro vera dicturum esse existimabant.

Βασανίσας. Qui exploravit. Qui examinavit. Eupolis: *Agite igitur, utrum vultis audire? ipsamne dispositionem carminis, an vero antiquum modum? Utrumque dices. Ego vero, postquam audivi modum; qui mihi re perpensa optimus visus fuerit, eum eligam, quicquid acciderit, ad examen rationis referens.*

λίδα enim significare regnum (ut hodie quidem in codicibus Suidæ legitur,) quis auctor vel Grammaticus uspiam tradidit? Cæterum, pro βασιλίδα, βασιλείαν, scribendum esse βασιλίδα, βασίλειαν, ut diximus, etiam Portus ante me conjecerat.

* Βασιλίνδα, εἶδος παιδ.] De hoc lusu vide Pollucem pag. 442. & Eustath. ad Homer. pag. 1425.

1 Κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος β.] Hæc sunt verba Sophoclis *Ajace* pag. 2. ut Portus monuit.

2 Οὐ ψεύδῃ, καίπερ σφόδρα βάσκανος οὖσα] Hæc sunt verba Aristophanis *Pluto* pag. 60. (30. Ed. Bas. P.) ubi locus iste rectius sic legitur:

Ἀλλ' οὐ ψεύδῃ τούτων γ' οὐδέν, καίπερ σφόδρα βάσκανος οὖσα.

3 Βασκαίνει. δοτικῇ. ἀντὶ τοῦ αἰτιᾶται, μέμφ. καὶ συκοφ.] Ex Harpocratione.

4 Βάσσος Κορίνθιος. Ἀπολλώνιος πρὸς τοῦτον διην.] Hæc, & quæ sequuntur, ad verbum descripta sunt ex Philostrato *de Vita Apoll.* lib. iv. cap. 12.

5 Τὴν διάθεσιν] Ad metrum versus fulciendum legi debet τὴν γε διάθεσιν.

6 Πᾶν τὸ συμβησόμενον ἐπὶ λ.] Versus hic non est ἄρτιος, ad cujus metrum fulciendum cum Porto legerim:

Ἅπαν τὸ συμβησόμενον ἐπὶ τὸ λόγον ἄγων.

καὶ

καὶ Βαστάζων, ἀντὶ τοῦ δοκιμάζων. καὶ βάσταγμα δῆλον ἐγένετο. † [1] Διότι μέγα τὸ βάσταγμα τῆς πόλεως ἦν. πλείονα γὰρ κ' μυριάδων ὅπλα παρέδωκαν Ῥωμαίοις, καὶ καταπέλτας δύο. καὶ [2] Βαστάσαι οὐ τὸ ἆραι δηλοῖ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ἀλλὰ τὸ ψηλαφῆσαι, καὶ διασηκῶσαι, καὶ διασκέψασθαι τῇ χειρὶ τὴν ὁλκήν.

Βασταχθείη. ἀρθείη. κλαπείη. Ὁ[3] δὲ Λακύδης σφραγισάμενος διὰ τῆς ὀπῆς τὸν δακτύλιον ἐρρίπτει, ὡς μηδέποτε αὐτοῦ περιαιρεθείη, καί τι βασταχθείη τῶν ἀποκειμένων.

Βασραγαλῆσαι.[4] τραχηλιάσαι. Βάσραγας γὰρ τοὺς τραχήλους λέγουσι.

Βάτα [5] Κάρας. ἐπὶ τῶν παχέων καὶ δυνατῶν. κατὰ διαστολὴν δὲ ἀναγνωστέον.

Βατά. βάσιμα. [6] Ἀρριανός· Πάντα δὲ τῷ Ἀλεξάνδρῳ βατά τε καὶ ἐξαιρετέα εἶναι ἐδόκει.

Βαταλίζεσθαι. μαλακῶς καὶ αἰσχρῶς διάγειν.

Βάταλος. βδελυρός. αἰσχρός. Βάταλος. [7] οὕτως ἐκλήθη Δημοσθένης νέος ὤν, ὡς γυναικώδης· γηράσας δὲ, Ἀργᾶς, ἀπὸ ὄφεως οὕτω καλουμένου.

Βαταναία. χώρα.

Βατταρίζειν.[8] μόγις λαλεῖν. ἀπὸ Βάττου Θηραίου, ἰσχνοφώνου ὄντος.

Βατταρισμός. φλυαρία.

Βατήρ.[9] ἡ ἀρχὴ τοῦ τοῦ πεντάθλου σκάμματος.

Αὐτὸν[10] κέκρουκας τὸν βατῆρα τοῦ λόγου.

Φησί τις. οἷον, τὸ ἐπικαιρότατον καὶ τὸ πρῶτον.

Βατίς.[11] εἶδος ἰχθύος. καὶ Βατιδοσκόποι, οἱ ὀψοφάγοι.

Βαττολογία. ἡ πολυλογία. ἀπὸ Βάττου τινὸς, μακροὺς καὶ πολυστίχους ὕμνους ποιήσαντος, ταυτολογίας ἐχόντας.

Βατός. ὁ βάσιμος τόπος.

Βάττος.[12] ὄνομα κύριον. ἰσχνόφωνος καὶ τραυλός. Πόλις ἐστὶ Κρητικὴ Ὀαξός· ἐν τῇ Ἐτέαρχος βασιλεὺς, ὃς ἐπὶ θυγατρὶ Ἀμήτορι, τῇ [13] ὄνομα ἦν

Et Βαστάζων, explorans. Et βάσταγμα, [pondus, onus.] *Magna enim erat potentia urbis. Armorum enim plus ducentena millia, & catapultarum duo millia Romanis tradiderunt.* Et βαστάσαι apud Atticos non significat tollere vel portare, sed attrectare, & manu pondus æstimare & expendere.

Βασταχθείη. Auferretur. Surriperetur. *Lacydes vero,* [*cum ex penu aliquid prompsisset,*] *eo iterum obsignato, annulum intro per foramen jaciebat, ut de rebus illic reconditis nihil surriperetur.*

Βασραγαλῆσαι. Elata cervice incedere. Βάσραγας enim cervices vocant.

Βάτα Κάρας. Batæ Caras. Dicitur in pingues & crassos. Duabus autem distinctis vocibus [proverbium hoc] legendum est.

Βατά. Pervia. Arrianus: *Alexandro nihil inaccessum aut inexpugnabile esse videbatur.*

Βαταλίζεσθαι. Mollem & turpem vitam agere.

Βάταλος. Impurus. Turpi veneri deditus. Batalus vocatus fuit Demosthenes, cum esset adolescens, ut effœminatus & mollis. Senex vero appellatus fuit Argas, a serpente ita dicto.

Βαταναία. Batanæa, regio.

Βατταρίζειν. Vix ac ne vix quidem loqui. Dictum est a Batto quodam Theræo, qui gracili & exili voce præditus erat.

Βατταρισμός. Inanis loquacitas.

Βατήρ. Locus, sive limes, unde quinquertiones certandi initium faciebat. [Et proverbiũ:] ***Ipsum orationis limen tetigisti.*** Id est, quod præcipuum est, & maxime ad rem facit, attigisti.

Βατίς. Piscis genus. Et Βατιδοσκόποι, helluones piscium.

Βαττολογία. Inanis multorum verborum deblateratio. A Batto quodam, qui prolixos hymnos, in quibus res eædem crebro repetebantur, componere solebat.

Βατός. Pervius.

Βάττος. Battus. Nomen proprium viri, qui exili voce præditus erat, & balbus. Est in Creta oppidum Oaxus, in quo fuit Etearchus rex. Hic amissa uxore, filiæ nomine Phronimæ no-

1 Διότι μέγα τὸ βάσταγμα τῆς πόλεως ἦν. κτλ.] Locus hic excerptus est ex scriptore quodam, (Polybio, ut arbitror) qui historiam belli Punici tertii descripserat. quoniam verba fragmenti hujus intelligenda sunt de Carthaginensibus, qui tempore belli Punici tertii spe pacis impetrandæ omnia arma bellica, quæ in armamentariis suis habebant, Romanis tradiderunt, ut testatur Appianus in *Libyc.* pag. 75. Is enim, cum ante dixisset, Cornelium Scipionem Nasicam, & Cn. Cornelium Hispalum Carthaginem missos fuisse, quibus arma a Carthaginensibus traderentur, subjungit: παρέλαβον εἴκοσι μυριάδας πανοπλιῶν, καὶ βελῶν καὶ ἀκοντίων πλῆθος ἄπειρον, καὶ καταπέλτας ὀξυβελεῖς τε καὶ λιθοβόλους ἐς δισχιλίους. i. e. *Acceperunt ducenta armaturarum millia, telorum & jaculorum numerum infinitum, & catapultarum, ex quibus tam tela acuta quam lapides emittuntur, duo millia.* De numero ergo armorum traditorum Appianus cum fragmento apud Suidam pulchre consentit, dummodo pro καταπέλτας δύο (qui manifestus est librariorum error, notam β', quæ tam duo quam duo millia apud Græcos significare potest, male interpretantium) legatur καταπέλτας δισχιλίους, ut Appianus habet.

2 Καὶ βαστάσαι οὐ τὸ ἆραι δηλοῖ παρὰ τοῖς Ἀττ.] Vide supra v. Βαρυδαίμων. & infra v. Διασηκῶσαι.

3 Ὁ δὲ Λακύδης σφραγισάμενος διὰ τῆς ὀπῆς τὸν δακτ.] Hæc sunt verba Laertii lib. IV. Segm. LIX. ut Portus etiam monuit.

4 Βασραγαλῆσαι] Etymologus scribit Βαστραγαλῆσαι per τ.

5 Βάτα Κάρας ἐπὶ τῶν παχ.] Proverbium hoc in Vaticana Appendice clarius sic exponitur: Βάτα Κάρας. Ἐπὶ παχέων λέγεται τοῦτο. τινὲς ἂν ἐνόμισαν ἐν ὀνόματι τοῦτο εἶναι, καὶ ἰσχύσαντος τῇ παροιμίᾳ ἐπὶ τῶν παχέων. ἦν δὲ υἱὸς ὁ Κάρας τοῦ Βάτα, ὡς ἐν Ἥρῳ τῷ Σαμίῳ ἱστορήκασι. Hinc ergo discimus τὸ Βάτα Κάρας esse duo nomina propria, & Batam Caræ filium fuisse.

6 Ἀρριανός] *De Expedit. Alex.* lib. IV. pag. 286.

7 Οὕτως ἐκλήθη Δημοσθένης] Æschines περὶ παραπρεσβείας pag. 260. Ἐν παισὶ μὲν γὰρ ὢν (loquitur de Demosthene) ἐκλήθη δι' αἰσχρουργίαν τινὰ καὶ κιναιδίαν Βάταλος· ἐκ παίδων δὲ ἀπαλλαττόμενος, καὶ δεκαταλάντους δίκας κατὰ τῶν ἐπιτρόπων λαγχάνων, Ἀργᾶς ἐκλήθη. Ad hunc locum Suidas respexit. Vide etiam Photium pag. 1480. & supra v. Ἀργᾶς.

8 Βατταρίζειν] Vide P. Leopard. *Emend.* lib. XV. cap. XXI.

9 Βατήρ. ἡ ἀρχὴ τοῦ τοῦ πεντάθλου σκ.] Hæc, & quæ sequuntur, αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Eustath. ad Odyss. A. pag. 1404. qui ea ex Lexico Ælii Dionysii se descripsisse testatur.

10 Αὐτὸν κέκρουκας τὸν βατ.] Supra legitur, Αὐτὸν κέκρουκας τὸν βατῆρα τῆς θύρας.

11 Βατίς. εἶδος ἰχθύος] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Pacem* pag. 685. (466. Ed. Bas. P.)

12 Βάττος. ὄνομα κύριον. ἰσχνόφωνος καὶ τρ.] Totus hic locus excerptus est ex Herod. lib. IV. pag. 171. ut Portus observavit.

13 Τῇ ὄνομα ἦν Φρονίμη, παρέχουσά τι κακ.] Locus hic mutilus ex Herodoto sic supplendus est: τῇ οὔνομα ἦν Φρονίμη. ἐπὶ ταύτῃ ἔγημε ἄλλην γυναῖκα. ἡ δὲ ἐπεσελθοῦσα ἐδικαίου εἶναι καὶ τῷ ἔργῳ μητρυιὴ τῇ Φρονίμῃ, παρέχουσα &c. Hanc lectionem in versione secutus sum.

Φρονίμης

Φρονίμῃ, παρέχουσά τε κακὰ, καὶ πᾶν ἐπ' αὐτῇ μηχανωμένη, καὶ τέλος μαχλοσύνην ἐπενεγκοῦσά οἱ, πείθει τὸν ἄνδρα ταῦτα ἔχειν οὕτως. ὁ δὲ ἀναγνωσθεὶς ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ἔργον οὐχ ὅσιον ἐμηχανᾶτο ἐπὶ τῇ θυγατρί. ἦν γὰρ Θεμίσων ἀνὴρ Θηραῖος ἔμπορος ἐν τῇ Ὀαξῷ. τοῦτον ὁ Ἐτέαρχος παραλαβὼν ἐπὶ ξείνια ἐξορκοῖ, ἦ μὴν οἱ διακονήσειν ὅτι ἂν δεηθείη. ἐπεί τε δὴ ἐξώρκωσεν, ἀγαγών οἱ παραδιδοῖ τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα, καὶ ταύτην ἐκέλευε καταποντῶσαι ἀπαγαγόντα. [1] ὁ δὲ Θεμίσων περιεμέκτησεν ἐν τῷ πελάγει, καὶ ἀφοσιούμενος τὴν ἐξόρκωσιν τοῦ Ἐτεάρχου, σχοινίοις αὐτὴν διαδήσας καθῆκεν εἰς τὸ πέλαγος, ἀνασπάσας δὲ ἀφίκετο ἐς τὴν Θήραν. ἐνθεῦτεν δὲ τὴν Φρονίμην παραλαβὼν Πολύμνηστος, ἐὼν τῶν Θηραίων ἀνὴρ δόκιμος, ἐπαλλακεύετο. χρόνου δὲ περιιόντος, ἐξεγένετό οἱ παῖς ἰσχνόφωνος καὶ τραυλός, τῷ ὄνομα ἐτέθη Βάττος.

vercam induxit, quæ domum ingressa, ut erat, ita re ipsa se novercam erga Phronimam præstitit; omnibus eam modis vexans, & nullum non malorum genus comminiscens, tandemque patri persuadens, eam esse impudicam. Ille igitur ab uxore persuasus impium facinus adversus filiam molitus est. Erat tunc Oaxi negotiator quidam Theræus, nomine Themison: quem Etearchus hospito susceptum jurejurando adegit, ut in gratiam suam faceret, quicquid ab ipso petiisset. Ubi jurejurando hominem obstrinxit, filiam suam adductam ipsi tradidit, jubens, ut eam in mare demergeret. Themison vero jurejurando se circumventum esse indignatus, hospitium Etearcho renuntiavit, & rem istiusmodi fecit. Navim cum puella conscendit: &, postquam in altum pervenisset, religione jurisjurandi defungi volens, puellam funibus alligatam in mare demisit; eaque deinde retracta Theram rediit. Postea Polymnestus, vir inter Theræos spectatus & clarus, eam concubinam adscivit: ex qua interjecto tempore natus ei est filius, exili vocis sono præditus & balbus, cui nomen impositum est Battus.

Βάττου [2] σίλφιον. ἐπὶ τῶν σπανίους τιμὰς λαμβανόντων. οἱ γὰρ Κυρηναῖοι [3] ἐπὶ τῶν Βάττων ἐξαίρετον ἔδοσαν τὸ σίλφιον, καὶ τοῦ νομίσματος, ἐπὶ μὲν θατέρου Ἄμμωνα, ἐπὶ δὲ θατέρου σίλφιον ἐτύπωσαν. οἱ δὲ ἐπὶ Λιβύης Ἀμπελιῶται εἰς Δελφοὺς ἀνέθεσαν καυλὸν σιλφίου.

Βάττου σίλφιον. Batti silphium. Dicitur de iis, qui exquisitos honores adipiscuntur. Cyrenæi enim uni Battiadarum præcipuum dederunt silphium, & in una nummi parte Ammonem, in altera vero silphium expresserunt. Ampeliotæ vero, qui sunt in Libya, silphii caulem [Apollini] Delphis dedicarunt.

Βάττου σίλφιον. [4] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ· Οὐδ' ἂν δοίης γέ μοι καὶ τὸ Βάττου σίλφιον. τὸ [5] ἐν τῇ Λιβύῃ· ὃ θεραπεύει πολλὰ, ἡδύοσμόν τ' ἐστὶ καὶ πολύτιμον. Βάττος γὰρ τὴν Κυρήνην κτίζει.

Βάττου σίλφιον. Batti silphium. Aristophanes *Pluto: Neque si dederis mihi vel Plutum ipsum & Batti silphium.* Silphium enim, quod in Libya nascitur, multis morbis medetur, suavisque est odoris & magni pretii. Battus autem Cyrenem condidit.

Βάττων, [6] κωμικός. δράματα αὐτοῦ, [7] Συνεξαπατῶν, [8] Ἀνδροφόνος, [9] Εὐεργέται.

Βάττων. Batton, Comicus. Ejus fabulæ sunt, *Una decipiens, Homicida, Euergetæ.*

Βατράχειον. [10] εἶδος χρώματος. ἀπὸ τούτου καὶ βατραχὶς ἱμάτιον. ἐχρίοντο δὲ τῷ βατραχείῳ τὰ πρόσωπα, πρὶν ἐπινοηθῆναι τὰ προσωπεῖα. καὶ βατραχὶς, εἶδος ἐσθῆτος ἀνθινῆς, ὅμοιον τῷ ὀνόματι ἐχούσης τὸ χρῶμα. καὶ [11] βατράχειος μοῖρα.

Βατράχειον. Coloris genus, [a ranis ita dictum.] Ab hoc & vestis quædam, βατραχὶς vocata, nomen accepit. Colore autem batrachio histriones perungebant faciem, ante inventum larvarum usum. Et βατραχὶς, genus vestis varii coloris, quæ rei, a qua nomen accepit, colorem similem habebat. Et βατράχειος χροιά, color similis illi, quem ranæ habent.

Βάτραχος [12] ἐκ Σερίφου. ἐπὶ τῶν ἀφώνων. παρόσον οἱ ἐν Σερίφῳ βάτραχοι κομισθέντες εἰς Σκῦρον οὐκ ἐφθέγγοντο.

Βάτραχος ἐκ Σερίφου. Rana ex Seripho. [Proverbium, quod dicitur] de mutis. Ranæ enim Seriphiæ, in Scyrum delatæ, nullam edebant vocem.

Βατράχῳ ὕδωρ. ὡς, Γαλῇ στέαρ. ἐπὶ τῶν ταῦτα διδόντων, οἷς χαίρουσιν οἱ λαμβάνοντες. καὶ, Βατρά-

Βατράχῳ ὕδωρ. *Ranæ aquam.* [Proverbium hoc simile est illi,] *Mustelæ sebum.* In eos, qui talia dant, quibus delectantur accipien-

1 Ὁ δὲ Θεμίσων περιεμέκτησεν ἐν τῷ πελ.] Scribe & supple ex Herodoto: Ὁ δὲ Θεμίσων περιημεκτήσας τῇ ἀπάτῃ τοῦ ὅρκου, διαλυσάμενος τὴν ξεινίην, ἐποίει τοιάδε. παραλαβὼν τὴν παῖδα ἀπέπλεε. ὡς δὲ ἐγένετο ἐν τῷ πελάγει &c.

2 Βάττου σίλφιον. ἐπὶ τῶν σπαν. τιμὰς λαμβ.] Locum hunc egregie illustrat Scholiasta Aristoph. ad *Plutum* pag. 92. qui omnino cum Suida conferendus est.

3 Ἐπὶ τῶν Βάττων] Malim ἑνὶ τῶν Βαττιαδῶν, ut habet Hesychius.

4 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 91. (45. Ed. Bas. *P.*) ubi sic legitur:

——Οὐδ' ἂν εἰ δοίης γέ μοι
Τὸν πλοῦτον αὐτὸν, καὶ τὸ Βάττου σίλφιον.

Vide ibi Scholia.

5 Τὸ ἐν τῇ Λιβύῃ, ὃ θεραπ. πολλ.] Ex Enarratore Comici ad *Aves*, pag. 566.

6 Βάττων, κωμ.] Apud Athenæum nomen Comici hujus scribitur per unum τ, Βάτων.

7 Συνεξαπατῶν] Fabulæ hujus mentio fit apud Athen. lib. xv. pag. 678. sed ubi pro Κάτωνι rescribendum esse Βάτωνι ex hoc loco Suidæ apparet.

8 Ἀνδροφόνος] Ejus fabulæ itidem meminit Athenæus lib. iv. cap. 163.

9 Εὐεργέται] Et hanc fabulam laudat Athenæus lib. xiv. p. 662.

10 Βατράχειον. εἶδος χρώματος. ἀπὸ τούτου καὶ βατρ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* pag. 319. (218. 219. Ed. Bas. *P.*)

11 Βατράχειος μοῖρα] An, βατράχειος χροιά? i. e. Color ranarum. Sic videtur.

12 Βάτραχος ἐκ Σερίφου] Vide Diogenianum Centur. i. Adag. xlix. & Centur. iii. Adag. xliv.

χροῖς

χεις οἰνοχοεῖς. ἐπὶ τῶν ταῦτα παρεχόντων, ὧν οὐ χρήζουσιν οἱ λαμβάνοντες.

Βαΰζων. ὑλακτῶν. [1] Ἀριστοφάνης· Βαΰζων καὶ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτος ἦν. ἀντὶ τοῦ ἤμην.

Βαυκαλᾶν. τιθηνεῖσθαι μετ' ᾠδῆς τὰ παιδία.

Βαυκίζεσθαι. θρύπτεσθαι.

Βαῦνος. [2] κάμινος. ἐξ οὗ καὶ βάναυσοι, οἱ διὰ πυρὸς ἐργαζόμενοι τεχνῖται.

Βαβὼ [3] καὶ Δημώ. ὀνόματα σοφῶν γυναικῶν. Ἐξένισεν ἡ Βαβὼ τὴν Δημώ.

Βάψας [4] τὴν κώπην ἔπλευσας, ἐλθὼν πρὸς τοὺς ναυτοδίκας, οἳ τὰ τῆς ξενίας ἐδίκαζον. ἢ ἀπὸ τῶν φαρμακοπωλῶν. λέγουσι γὰρ τὸ βάψας ποιήσω μέλαν.

Βδέλλα. ὁ [5] Σολομών φησι· Τῇ βδέλλῃ ἦσαν τρεῖς θυγατέρες ἀγαπήσει ἀγαπώμεναι· καὶ αἱ τρεῖς αὗται οὐκ ἐνεπίμπλαντο, καὶ ἡ τετάρτη οὐκ ἠρκέσθη εἰπεῖν ἱκανή. Βδέλλα ἡ ἁμαρτία. θυγάτηρ αὐτῆς, πορνεία, φθόνος, εἰδωλολατρεία, αἳ οὐκ ἐμπίπλανται διὰ τὸ ἀτόπων πράξεων. ἡ τετάρτη ἡ πονηρὰ ἐπιθυμία.

Βδέλλεται. ἀμέλγει. Πλάτων εἰς τὸν Θεαίτητον [6] βδάλλεται λέγει.

Βδέλυγμα. πᾶν εἴδωλον καὶ πᾶν ἐκτύπωμα ἀνθρώπου οὕτως ἐκαλεῖτο παρὰ Ἰουδαίοις.

Βδέλυγμα [7] ἐρημώσεως. τὸν Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως ἀνδριάντα. ὁ γὰρ Ἀδριανὸς καθεῖλε τὴν πόλιν ἄρδην. μετὰ γὰρ τὴν Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου γενομένην ἐρήμωσιν, ἐπὶ Ἀδριανοῦ συστάντες οἱ Ἰουδαῖοι ἐσπούδαζον ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανελθεῖν πολιτείαν. στασιάσαντες δὲ εἰς παντελῆ ἐρήμωσιν ἑαυτοὺς κατέστησαν· καὶ τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα ἐπέθηκε τοῖς λειψάνοις τῆς πόλεως, Αἰλίαν αὐτὴν προσαγορεύσας. Αἴλιος γὰρ Ἀδριανὸς ἐκαλεῖτο.

Βδέλυγμα ἐρημώσεως. σημεῖον τῆς ἐρημώσεως. ἢ-

tes. Et, *Ranis vinum ministras.* In eos, qui talia dant, quibus minime indigent accipientes.

Βαΰζων. Latrans. Aristophanes: *Desine latrare: nam & ego talis eram.*

Βαυκαλᾶν. Pueros cantu demulcere, vel sopire.

Βαυκίζεσθαι. Molliter vivere.

Βαῦνος. Caminus. Fornax. Unde & βάναυσοι dicuntur opifices, qui igne ad opus faciendum utuntur.

Βαβὼ, καὶ Δημώ. Babo & Ceres: nomina sapientum mulierum. Babo Cererem hospitio excepit.

Βάψας τὴν κ. Tincto remo navigasti, & ad judices nauticos accessisti, qui peregrinis jus dicebant. Vel a pharmacopœis ducta est translatio, quippe qui dicere solent, ubi tinxero faciam nigrum.

Βδέλλα. Hirudo. *Hirudini* (inquit Salomon) *tres erant filiæ, quas singulari amore diligebat: & tres istæ erant insatiabiles; & quarta nunquam dicebat, satis habeo.* Hirudo est peccatum: cujus filiæ sunt, fornicatio, invidia, & idololatria, quas nunquam malarum actionum satietas capit. Quarta est mala cupiditas.

Βδέλλεται. Mulget. Plato in *Theæteto* dicit βδάλλεται.

Βδέλυγμα. Res abominanda. Sic apud Judæos omne simulacrum & omnis effigies hominis appellabatur.

Βδέλυγμα ἐρημώσεως. Sic vocatur Imperatoris Adriani statua, qui Hierosolymam funditus evertit. Post illud enim tempus, quo urbs a Vespasiano & Tito capta & vastata fuerat, Judæi sub Adriano rebellantes, pristinamque libertatem & Reip. formam recuperare studentes, funditus deleti & excisi sunt. Tunc etiam Adrianus urbis illorum eversæ reliquiis nomen suum imposuit, *Æliam* eam appellans. Ælius enim Adrianus ipsi nomen erat.

Βδέλυγμα ἐρημώσεως. Signum desolationis. Sic

1 Ἀριστοφάνης. Βαΰζων καὶ γὰρ ἐγὼ τ.] Apud Aristoph. *Thesmophor.* pag. 776. locus hic ita legitur, uti & apud Suidam legendus est: Παῦσαι βαΰζων, καὶ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτος ἦν.

2 Βαῦνος] Alias βαῦνος: quod usitatius est.

3 Βαβὼ καὶ Δημώ] Vel series literarum locum hunc corruptum esse arguit. Scribendum enim est, Βαυβὼ καὶ Δηώ: & paulo post, Ἐξένισεν ἡ Βαυβὼ τὴν Δηώ; ut recte monuit Maussacus ad Harpocrationem v. Βαυβῶς. Emendationem hanc egregie confirmat Clemens Alexandr. in *Protreptico* pag. 10. qui fabulam, quam Suidas hic paucis tantum verbis attingit, prolixius narrans, inter alia ait: Ξενίσασα ἡ Βαυβὼ τὴν Δηώ, ὀρέγει κυκεῶνα αὐτῇ. i. e. *Baubo, cum Cererem hospitio excepisset, mixtum quendam potum ei porrigit.* Locum hunc de Baubone vel Babone ex Clemente repetit Eusebius *de Præpar. Evang.* pag. 66. Vide etiam infra v. Δημώ, & v. Δυσαύλης

4 Βάψας τὴν κώπην ἔπλευσας, ἐλθ.] Pearsonius locum hunc sic legendum & distinguendum putabat: Βάψας τὴν κώπην. πλεύσας, ἐλθών; cui conjecturæ favet Hesychius, qui sic habet: Βάψας, διώσας, πλεύσας, ἢ τὴν κώπην βάψας. Idem Pearsonius ad marginem Suidæ sui recte quidem observavit, respexisse hic Suidam ad locum Aristoph. qui exstat apud Harpocrationem v. Ναυτοδίκαι: sed inde exigua vel nulla potius lux obscuro huic loco accedit, quoniam fragmentum Aristophanis ibi adductum non solum breve est, sed etiam corruptum.

5 Ὁ Σολομὼν φησι] *Prov.* XXX. v. 15.

6 Βδάλλεται] Sic habent a MSS. Paris. At in prioribus Editt. minus recte legitur βδέλλεται.

7 Βδέλυγμα ἐρημώσεως. τὸν Ἀδριανοῦ τοῦ βασ.] Si verum est judicium Josephi Scaligeri, verba hæc ex nugatore aliquo excerpserit Suidas. In notis enim ad Euseb. Num. MMCXL. locum hunc Suidæ proferens, *nugator*, inquit, *nescio quis apud Suidam.* Sed incaute admodum vir magnus locutus est, quoniam omnia, quæ Suidas hoc loco adducit, sunt verba Divi Chrysostomi, quæ leguntur Orat. III. adversus Judæos. Tom. 1. pag. 434. 435. Cæterum, locum Chrysostomi Suidas contraxit & mutilavit, quem proinde integrum hic exhibebo, ut Lector in rem præsentem quasi deducatur. Ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως. ἱερὸν τὸν ναὸν καλεῖ· βδέλυγμα δὲ ἐρημώσεως, τὸν ἀνδριάντα, ὃν ἔστησεν ὁ τὴν πόλιν καθελὼν ἔνδον ἐν τῷ ναῷ. Et paulo post: Μετὰ γὰρ τὴν Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου γενομένην ἐρήμωσιν, ἐπὶ Ἀδριανοῦ συστάντες ἔτι οἱ Ἰουδαῖοι ἐσπούδαζον ἐπὶ τὴν προτέραν πολιτείαν ἐπανελθεῖν· οὐκ εἰδότες, ὅτι ψήφῳ Θεοῦ πολεμοῦσι, κελευούσῃ διὰ παντὸς ἐρημοῦσθαι τὴν πόλιν. τὸ δὲ Θεῷ πολεμοῦντα περιγενέσθαι ἀμήχανον. συρρήξαντες τοίνυν τῷ βασιλεῖ, πάλιν εἰς ἀνάγκην αὐτὸν κατέστησαν παντελοῦς ἐρημώσεως. καθελὼν γὰρ αὐτὴν ἅπασαν, καὶ χειρωσάμενος, καὶ τὰ λείψανα ἀφανίσας πάντα, ἵνα μηδὲ ἀναχωρητὴν ἔχωσι λοιπὸν, τὸν ἀνδριάντα ἔστησε τὸν ἑαυτοῦ. εἶτα συνιδὼν, ὅτι συμβαίνει χρόνῳ περὶ τοῦτον καταπεσεῖν, ὥστε αὐτοὺς ἀφανισθῆναι, κατηγορίαν τῆς ἀσεβείας καὶ τῆς εἰσαρχωσίας ἐκείνης ἐλέγχειν, τὸ ὄνομα τὸ ἑαυτοῦ τοῖς τῆς πόλεως ἐπέθηκε λειψάνοις. ἐπειδὴ γὰρ Αἴλιος Ἀδριανὸς ἐχρημάτιζεν, οὕτω καὶ τὴν πόλιν καλεῖσθαι ἐνομοθέτησεν, ὅθεν ἔτι Αἰλία μέχρι τοῦ νῦν ὀνομάζεται, ἀπὸ τῆς ἐπωνυμίας τοῦ κρατήσαντος καὶ καθελόντος αὐτήν. Hæc D. Chrysostomus qui ideo nugator appellandus non erat, quod affirmaret, Hierosolyma ab Hadriano excisa esse, cum non videam, quomodo id contra tot & tam expressa veterum Patrum testimonia negari possit.

σαι δὲ εἰκόνας τινὰς ἀπηγορευμένας τῷ νόμῳ, εἰς τὸν ναὸν εἰσκομιζομένας. ὃ δὴ Πιλάτος πεποίηκε, νύκτωρ ἐς τὸν ναὸν τοῦ βασιλέως εἰκόνα εἰσαγαγών.

Βδέλυγμα[1] ἐρημώσεως. Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανὴς, υἱὸς Σελεύκου τοῦ Φιλοπάτορος, ἀνὴρ ὑπάρχων δεινὸς καὶ πλεονέκτης ὃς παραλαβὼν τὴν πόλιν δοριάλωτον, ἀνεῖλε μυριάδας ιη. κατατολμήσας οὖν καὶ εἰς τὸ ἁγίασμα εἰσελθὼν ἐν ὑπερηφανίᾳ πολλῇ, καὶ στήσας βωμὸν καὶ εἴδωλον βδέλυγμα ἐρημώσεως, καὶ τὸν ναὸν μιάνας δι' ἀκαθάρτων θυσιῶν, ἱερὸν Διὸς Ὀλυμπίου προσηγόρευσεν· καὶ τοὺς μὴ ἀπογευομένους τῶν χοιρείων κρεῶν, ἀνῄρει. ἐφ' οὗ καὶ οἱ ἅγιοι Μακκαβαῖοι ἀνῃρέθησαν. οἱ δὲ λέγουσιν, Ἀδριανὸν στῆσαι τὸν ἀνδριάντα.

Βδελυγμία. ὁ Χρυσόστομος ἐχρήσατο τῇ λέξει ταύτῃ ἐν τῇ κατὰ Ἰωάννην ἑρμηνείᾳ τοῦ Εὐαγγελίου.

Βδελυρός. αἰσχροποιός. Αἰλιανός· Καὶ ἥ γε πασῶν βδελυρωτέρα καὶ τὸν παναγέστατον παρθενῶνα τῆς ἑαυτῆς ἐνέπλησε κακῶν. καὶ Βδελυρία, ἡ ἀκολασία.

Βδελύσσω, αἰτιατικῇ. καὶ Βδελύττεσθαι, αἰτιατικῇ, μυσάττεσθαι, ναυτιᾶν, ἀποστρέφεσθαι. Ἀπολλόδωρος Κυρηναῖος, μισεῖν. ἀπὸ τούτου καὶ ἡ βδελυγμία[2] ἀπὸ τοῦ μίσους· καὶ ἡ βδελυρία. Καὶ

Βδελύττομαι τὸν Λέπρεον ἀπὸ Μελανθίου.

οὗτος[3] εἶχε λέπραν. ἐκωμῳδεῖτο δὲ καὶ εἰς μαλακίαν. ἦν δὲ καὶ κακοπράγμων, καὶ ὀψοφάγος, καὶ λάλος.

---Νὴ[4] τοὺς Θεοὺς, ὃς οὐκ ἰδὼν
Βδελύττομαι τὸν Λέπρεον ἀπὸ Μελανθίου.

Βδεῖν ἐστί.[5] ἐκκενοῦσθαι τὴν κοιλίαν σημαίνει, οὐ τὸ πέρδεσθαι, ὃ καὶ ἐπιχωριάζει μέχρι τοῦ νῦν. Βδεῖν γὰρ λέγομεν.

Βδύλλεσθε. ἀντελίζετε, φοβεῖσθε, καὶ τρέμετε. Ἀριστοφάνης·[6]

Τί βδύλλεσθ' ἡμᾶς; οὔπω πολλαὶ δοκοῦμεν εἶναι;
Καὶ μὴν μέρος γ' ἡμῶν ὁρᾶτ' οὔπω τὸ μυριοστόν.

Βδύλλει.[7] καταπέπληκται, βδελύττεται, μισεῖ.

Ὅ, τι[8] πένης βδύλλει λεώς.

Βαιαί. μικραί. καὶ Βαιὸς, ἰδίως ἀντὶ τοῦ εἷς.[9] Σοφοκλῆς·

Πότερον ἐχώρει βαιὸς, ἢ πολλοὺς ἔχων
Ἄνδρας λοχίτας;

Καὶ ἐν Αἰχμαλωτίσιν·

Ἔσπεισα βαιᾶς κύλικος ὥστε δεύτερα.

Καὶ αὖθις·

vocabantur imagines lege interdictæ, quæ in Templum inferebantur: id quod Pilatus fecit, qui Imperatoris simulacrum noctu in Templum intulit.

Βδέλυγμα ἐρημώσεως. Abominatio desolationis. Antiochus Epiphanes, filius Seleuci Philopatoris, homo callidus & avarus, urbe per vim capta, centum & octodecim millia Judæorum in ea occidit. Sanctuarium etiam ingredi ausus, erecto altari & idolo, quod capta urbs abominabatur, Templum impuris sacrificiis pollutum Jovis Olympii ædem appellavit, eosque, qui carnibus suillis vesci recusabant, occidi jussit. Sub eo etiam sancti Macchabæi interfecti fuerunt. Alii vero dicunt, Adrianum illic simulacrum erexisse.

Βδελυγμία. [Fœtor. Fœditas.] Chrysostomus hac voce usus est in interpretatione Evangelii secundum Joannem.

Βδελυρός. Impurus. Fœdæ libidini deditus. Ælianus: *Et illa omnium impurissima, sanctissimum etiam Minervæ templum libidinibus suis replevit.* Et βδελυρία, fœda libido.

Βδελύσσω, & βδελύττεσθαι, accusativo jungitur. Abominari, fastidire, aversari. Secundum Apollodorum Cyrenæum etiam significat, odio habere. Hinc βδελυγμία, odium; & βδελυρία, impuritas. Et [Aristophanes:] *Per Deos, aversor Leprum, quamvis mihi non visum, propter Melanthium.* Hic Melanthius lepra laborabat, & a Comicis ob mollem & effœminatam vitam perstringebatur. Idem etiam erat improbus, & helluo piscium, & loquax.

Βδεῖν ἐστί. Alvum evacuare significat: non autem pedere, quod etiam ad hoc usque tempus apud nos usitatum est. Βδεῖν enim dicimus.

Βδύλλεσθε. Contemnitis, metuitis, & formidatis. Aristophanes:

*Quid contemnitis nos? an fortasse paucæ videmur esse?*
*Atqui partem nostrum decies millesimam nondum videtis.*

Βδύλλει. Timore percellitur. Detestatur. Odit. *Tenuiores & pauperes ipsum oderunt.*

Βαιαί. Parvæ. Et βαιὸς, peculiari significatione pro unus, vel solus. Sophocles: *Utrum ibat solus, an vero multis stipatus satellitibus?* Item in *Captivis*: *Libavi iterum parvo calice.* Et iterum: *Ille vero dixit ad me pauca, sed quæ apud omnes decantata sunt. Mulier, silentium decet fœminas. Et ego*

1 Βδέλυγμα ἐρημώσεως. Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφ.] Vide supra v. Ἀντίοχος.

2 Ἀπὸ τοῦ μίσους] Sic habent omnes Editt. sed male. Scribendum enim ἀπὸ τοῦ μύσους; ut sit sensus, τὸ βδελυγμία aliquando poni pro μῖσος, i. e. odium.

3 Οὗτος εἶχε λέπραν. ἐκωμῳδ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Aves* pag. 558. ubi locus integer sic legitur: Μελάνθιος ὁ Τραγικὸς κωμῳδεῖται λεπρὸς & κακοπράγμων. κωμῳδεῖται γὰρ εἰς μαλακίαν & ὀψοφαγίαν. Πλάτων δὲ αὐτὸν ἐν Σκευαῖς ὡς λάλον σκώπτει. Καλλίας Πεδήταις·

——Τίς ὄψεται τοὺς Μελανθίου τοῦ γνώσομαι;
Οὓς ἂν μάλιστα λεπροπρώκτους εἰδῇς.

Εἶχε δὲ Μελάνθιος λέπραν. ἐκωμῳδεῖτο δὲ & εἰς μαλακίαν.

4 Νὴ τοὺς Θεοὺς, ὃς οὐκ ἰδὼν βδ.] Hæc sunt verba Aristophanis *Avibus* pag. 548.

5 Βδεῖν ἐστί. ἐκκεν.] Vide Hesychium v. Βδελύσσεται, & v. Βδεῖν.

6 Ἀριστοφάνης] *Lysistrata* pag. 858. (549. Ed. Bas. P.)

7 Βδύλλει. καταπέπληκται, βδελύττεται, μισεῖ] Ex Enarratore Comici ad *Equit.* pag. 299. (201. Ed. Bas. P.)

8 Ὅ, τι πένης βδύλλει λεώς] Aristophanes *Equit.* pag. 299.
——Καὶ γὰρ εἴ τι πλέοιεν
Διαλλάξειν αὐτὸν, ὅ, τι πένης βδύλλει λεώς.

9 Σοφοκλῆς] *Oedip. Tyrann.* pag. 183. ut Portus monuit.]

‡ Ὁ

Ὁ [1] δ' εἶπε πρός με βαί', ἀεὶ δ' ὑμνούμενα·
Γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.
Κἀγὼ μαθοῦσ' ἔληξ'. ὁ δ' ἐσσύθη μόνος.

Βαιθήλ. θεοῦ ναός.

Βαίτη. διφθέρα. Βαίτη δὲ καὶ θέρει καὶ ἐν χειμῶνι ἀγαθόν. ἐπὶ τοῦ κατὰ τὴν χρείαν προσφόρου.

Βαιτικὴ. ἡ Ἤπειρος.

Βαιτύκη. τὸ τύμπανον.

Βεβαλανωμένον. ἀντὶ τοῦ κατεχόμενον ὑπὸ τῆς κόπρου. [2] Ἀριστοφάνης·

— Μή με περιίδης
Διαρραγέντα, μηδὲ βεβαλανωμένον.

Βεβαιώσεως. [3] δίκης ἐστὶν ὄνομα, ἣν δικάζουσιν οἱ [4] ὠνησάμενοί τι.

Βέβηκεν. ἕστηκεν. ἐπέπηκτο.

Βέβηλος [5] τόπος. ὁ βατὸς πᾶσι, καὶ ἀκάθαρτος. καὶ Βέβηλος ἀνὴρ, ὁ ἀμύητος, καὶ μιαρός. Εὐριπίδης·

Οὐ γὰρ θέμις [6] βεβήλοις ἀπιέναι δόμων.

Καὶ,

Ἀείδω [7] ξυνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις.

καὶ Βεβηλοῦται, μιαίνεται.

Βεβηκός. ἀσφαλές.

Βέβιος Κρίσπος. ἐν τῷ Βιτέλλιος.

Βέβριθε. βαρύνεται.

Βεβριθυῖα. βαρεῖα. ἰσχυρά.

Βέβρυχε. ἠχεῖ.

Βεβυσμένα. λαθραῖα, ἢ [8] πεπληρωμένα. καὶ Βεβυσμένον, πεπληρωμένον, κεκαλυμμένον. [9] Ἀριστοφάνης·

Δός μοι χυτρίδιον σπογγιῷ βεβυσμένον.

ἢ [10] ὅτι χύτρας ἔφερον, ἐν ᾗ ἦν σπόγγος πεπληρωμένος μέλιτος, ὃν ἐτίθεσαν ἐν τῷ στόματι τῶν παίδων, διὰ τὸ ἐκμυζᾶν· ἢ ὅτι οἱ πένητες τὰ τρήματα τῆς χύτρας φράττουσι σπόγγοις. ἢ [11] τετρημένον πανταχοῦ.

Βέβυστο. ἐπεπλήρωτο. Βέβυστο δὲ πᾶσα χόλοιο.

Βεελφεγώρ. [12] Βεὲλ, ὁ Κρόνος· Φεγώρ, ὁ τόπος, ἐν ᾧ ἐτιμᾶτο. Ἐτελέσθησαν τῷ Βεελφεγώρ.

Βεζέκ. ἀστραπή. [13] Ἰεζεκιήλ· Ἀνέκαμπτον δὲ ὡς εἶδος τοῦ Βεζέκ. ὅ ἐστι τῆς ἀστραπῆς.

Βεκκεσέληνε. ἤτοι ἀπόπληκτε καὶ σεληνόπληκτε·

*hoc audito tacui. Ille vero solus abiit.*

Βαιθήλ. [Hebraice] Domus Dei.

Βαίτη. Vestis pellicea. *Bæta tam æstati quam hyemi apta est.* Dicitur de rebus ad usum accommodatis.

Βαιτική. Bætica, [regio Hispaniæ]

Βαιτύκη. Tympanum.

Βεβαλανωμένον. Cujus alvus pessulo quasi occlusa est, ut excrementis non detur exitus. Aristophanes: *Ne nullam mei rationem habeas, cujus venter pene disrumpitur, quod excrementis occlusus sit exitus.*

Βεβαιώσεως δίκη. Sic appellatur actio, quæ dabatur emptoribus [adversus venditores.]

Βέβηκεν. Stat. Fixus est.

Βέβηλος τόπος. Locus profanus & impurus, & per quem omnibus ire licet. Et βέβηλος ἀνὴρ, homo nullis sacris initiatus & sceleratus. Euripides: *Non est fas profanis [sacras] ingredi ædes.* Et, *Cano sapientibus: fores vero occludite profanis.* Et Βεβηλοῦται, polluuntur.

Βεβηκός. Stabile. Firmum.

Βέβιος Κρίσπος. Bebius Crispus. De eo vide in v. Βιτέλλιος.

Βέβριθε. Gravatur. Oneratur.

Βεβριθυῖα. Onusta. Robusta.

Βέβρυχε. Resonat. Strepit.

Βεβυσμένα. Clandestina. Obturata. Repleta. Et βεβυσμένον, repletum, tectum. Aristophanes: *Da mihi ollulam, spongia obturatam.* Hoc ideo dictum, vel, quia ollam ferebant, in qua erat spongia melle repleta, quam ori infantum inserebant, ut eam sugerent: vel, quia pauperes foramina ollæ spongiis obturant. Vel, foraminibus plenum, ut sunt spongiæ.

Βέβυστο. Repleta erat. *Tota vero bile repleta erat.*

Βεελφεγώρ. Beelphegor. Beel est Saturnus: Phegor, locus, in quo colebatur. [David:] *Initiati sunt Beelphegoro.*

Βεζέκ. Fulgur. Ezechiel: *Redibant autem ut species fulguris.*

Βεκκεσέληνε. Vel [significat] stupide, de-

1 Ὁ δ' εἶπε πρός με βαί', ἀεὶ δ' ὑμν.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Sophoclis *Ajace* pag. 18. ut Portus observavit.

2 Ἀριστοφάνης] *Ecclesiaz.* pag. 734. (493. Ed. Bas. P.)

3 Βεβαιώσεως. δίκης ἐστὶν ὄνομα] Rem plenius exponit Harpocratio, quem vide.

4 Οἱ ὠνησάμενοί τι] Sic recte habent MSS. Paris. At in prioribus Editt. male legitur οἱ ὠνησάμενοί τι.

5 Βέβηλος τόπος. ὁ βατὸς πᾶσι & c.] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Oedip. Colon.* pag. 270. ut Pearsonius observavit.

6 Βεβήλοις] Metri gratia scribendum est βεβήλοισιν, ut recte legitur apud Scholiastam Sophoclis loco laudato.

7 Ἀείδω ξυνετ.] In prioribus Editt. pessime legitur Ἀΐδω ξυνετοῖσι: cujus loco veram lectionem ex MSS. Paris. & Scholiasta Sophoclis reposui. Versum autem hunc, qui Orpheo vulgo tribuitur, alii sic efferunt:

Φθέγξομαι, οἷς θέμις ἐστί· θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.

Vide Euseb. *de Præp. Evang.* lib. III. cap. VII. & lib. XIII. cap. XII. pag. 664. item Theodoret. *Therapeut.* pag. 478.

8 Πεπληρωμένα] In prioribus Editt. male excusum est πεπηρωμένα, cujus loco scribendum esse πεπληρωμένα, ex Hesychio & hoc ipso loco Suidæ patet.

9 Ἀριστοφάνης] *Acharnensibus* pag. 393. (281. Ed. Bas. P.)

10 Ἢ ὅτι χύτρας ἔφερον, ἐν ᾗ ἦν σπ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

11 Ἢ τετρημένον πανταχοῦ] Post πανταχοῦ ex Enarratore Comici addendum est, ὥσπερ οἱ σπόγγοι.

12 Βεελφεγώρ. Βεὲλ, ὁ Κρόνος· Φεγώρ, ὁ τόπος, ἐν ᾧ ἐτιμ.] Ex Theodoreto ad Psalm. CV. pag. 828.

13 Ἰεζεκιήλ] Cap. I. v. 14.

ἢ τὰ δύο σύγκειται ὡς ἕν, τὸ βέκκος καὶ ἡ σελήνη. Ἀρχαῖα δὲ ἀμφότερα. ἢ ὅτι οἱ Λυδοὶ τὸν ἄρτον βέκκος ἐκάλουν, ἢ Φρύγες. διεβάλλοντο δὲ ὡς ἀνόητοι. ἀπὸ τῆς οὖν διαλέκτου σκώπτει αὐτούς. ἡ δὲ περὶ τοῦ Βέκκε ἱστορία, ἥ ἐστι φωνὴ Φρυγῶν, σημαίνουσα τὸν ἄρτον, παρὰ Ἡροδότῳ φανερά ἐστιν ἐν δευτέρᾳ.

lire, & lunatice: vel, vocabulum hoc compositum est ex duabus vocibus, unam eandemque significationem habentibus. Utrumque enim, βέκκος & σελήνη, ponitur pro *antiquus*. Vel, quia Lydi, vel Phryges, panem vocabant βέκκος. Ii autem ob stupiditatem male audiebant. Propter dialectum igitur cavillis eos perstringit. Historia autem de Βέκκε, quæ est vox Phrygum, significans panem, exstat apud Herodotum libro secundo.

Βεκκεσέληνε. ἀρχαῖε. τουτέστιν, ἀνοητότατε. παρῆκται δὲ ἀπὸ τοῦ προσέληνε. τοὺς γὰρ Ἀρκάδας ἀρχαιοτάτους, καὶ πρὸ τῆς σελήνης φάσκοντας γεγονέναι, προσεληναίους ἐκάλουν. Βεκκεσέληνε οὖν, ὡς προσέληνε. [1] Ἔχεται δὲ καὶ αὐτὸ καθ' αὑτὸ τὸ Βεκκεσέληνε ἱστορίας τοιαύτης. Ψαμμίτιχος Αἰγυπτίων βασιλεύσας ἠθέλησε γνῶναι, τίνες πάντων ἀνθρώπων πρεσβύτεροι καὶ πρῶτοι γένοιντο. ὡς δὲ πάνυ πολυπραγμονῶν οὐχ οἷός τε ἦν ἀνευρεῖν τὸ ἀκριβές, διὰ τὸ πολλοὺς περὶ τούτου φιλονεικεῖν, μηχανᾶταί τι τοιοῦτον. Λαβὼν ἀρτίτοκα δύο παιδία εἰς οἴκημα κατέκλεισεν ἀνακεχωρηκὸς παντάπασι. καὶ οἱ μὲν λέγουσιν, ὡς αἶγας ὑπέπεμψεν αὐτοῖς, ἃς θηλάζοντα ἐτρέφετο τὰ παιδία· οἱ δὲ, ὡς τροφοὺς παρέστησε, τὰς γλώσσας αὐτῶν ἐκτεμών, ὥστε τῆς φωνῆς αὐτῶν μὴ ἀκούειν τὰ παιδία. ταῦτα δὲ ὁ Ψαμμίτιχος ἐποίει, βουλόμενος εἰδέναι, τίνα ποτὲ τὰ παιδία πρώτην [2] προήσουσι φωνὴν, ἀπαλλαγέντα τῶν ἀσήμων κνυζημάτων. ὡς οὖν τριετὴς αὐτοῖς διεγεγόνει χρόνος τῆς τοιαύτης τροφῆς, εἰσέπεμψεν εἰς τὸν οἶκον τινὰ τῶν φιλτάτων, ἐντειλάμενος σιωπῇ παρελθεῖν. τοῦ δὲ ἀνοίξαντος τὰς θύρας, ὀρέγοντα τὰς χεῖρας τὰ παιδία βέκκος ἐκάλουν. Φρύγας δὲ τὸν ἄρτον οὕτω καλεῖν. καὶ οὕτω μὲν Ψαμμίτιχον εὑρεῖν τε καὶ πιστεῦσαι γεγονέναι πρώτους Φρύγας. εἰ δὲ καὶ ὁ πρῶτος λόγος ἀληθής, ὅτι ἐξέθρεψαν τὰ παιδία αἱ αἶγες, καὶ οὐ γυνὴ, θαυμαστὸν οὐδὲν, κατακούοντα τῆς αἰγὸς, μιμήσασθαι τὴν ἐκείνης φωνὴν, συμπεσεῖν δὲ καὶ παρὰ Φρυξὶ τὸ τοιοῦτον ῥῆμα. οὕτως οὖν καὶ τὸ Βεκκεσέληνε τὸ ἀρχαῖον δηλοῖ, συγκειμένης τῆς λέξεως ἐκ τοῦ βέκκος, διὰ τὴν εἰρημένην ἱστορίαν. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ προσέληνε. διὸ [3] καὶ τοὺς Ἀρκάδας, ὡς ἀρχαίους, προσεληναίους καλεῖσθαι.

Βεκκεσέληνε. Antique. Hoc est, stultissime. Deductum est autem a προσέληνος, i. e. antelunaris. Arcadas enim antiquissimos, & qui ante lunam se natos esse dicebant, προσεληναίους appellabant. Βεκκεσέληνε igitur dictum est, ut προσέληνε. Habet autem & propriam vox βεκκεσέληνε originem, quæ a tali historia repetitur. Psammitichus Ægyptiorum Rex, cum scire vellet, quinam omnium mortalium essent antiquissimi; & omni quamvis studio adhibito in veritatem hujus rei frustra inquisivisset, quod multi de hac antiquitatis gloria contenderent, tale quid commentus est. Duos infantes recens natos in interiori ædium conclavi conclusit, iisque vel capellas, ut quidam ajunt, summisit, quarum lacte nutrirētur; vel secundum alios, nutrices iis admovit, quibus linguæ præcisæ erant, ne infantes vocem illarum audirent. Hoc autem ideo Psammitichus fecit, quod scire vellet, quam vocem infantes, ubi fari incepissent, primum edituri essent. Cum igitur per triennium hac ratione nutriti essent, Rex quendam ex amicissimis conclave illud tacite ingredi jussit. Illo igitur fores aperiente, infantes manibus porrectis βέκκος dixerunt; quam vocem Phrygum lingua panem significare ajunt. Sic igitur Psammitichum deprehendisse & credidisse ferunt, Phryges omnium esse antiquissimos. At si verum est id, quod priore loco diximus, infantes a capris, non autem muliere nutritos fuisse; mirum non est illos, cum capram balantem sæpe audissent, vocem illius imitatos fuisse, casuque quodam accidisse, ut eadem voce & Phryges uterentur. Sic igitur τὸ βεκκεσέληνον significat antiquum, voce ex βέκκος composita, ob ante dictam historiam. Idem etiam significat τὸ προσέληνε. Quamobrem & Arcades ut antiquos προσεληναίους vocari ajunt.

Βέκυλος. προβαλάδης.

Βέκυλος. Pecuinus. Ovillus.

Βέλεκος. [4] ὄσπριον. ἔοικε δὲ τοῖς λαθύροις.

Βέλεκος. Legumen, quod lathyro simile est.

Βέλεμνα. βέλη.

Βέλεμνα. Tela. Sagittæ.

Βελίαρ. τῇ Ἑβραίων φωνῇ τὸν ἀποστάτην δηλοῖ. Ὁ [5] Ἀπόστολος· Τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ.

Βελίαρ. Beliar. Hebræorum lingua apostatam significat. Apostolus: *Quomodo Christo cum Beliar convenire potest.*

Βελλεροφόντης. ὃν ὁ Προῖτος ἐβούλετο διὰ γραμμάτων αὐτοῦ τῶν πρὸς Ἰοβάτην ἀνελεῖν.

Βελλεροφόντης. Bellerophontes. Huic Prœtus literas ad Jobatem dedit, per quas cum interfici mandavit.

1 Ἔχεται δὲ καὶ αὐτὸ καθ' αὑτὸ τὸ Βεκκεσέληνε ἱστορίας τοιαύτης] Cum toto hoc loco conferendus est Enarrator Comici ad *Nubes* pag. 149. 150. qui eandem historiam de Sesonchosi Rege Ægyptiorum narrat.

2 Προήσουσι] Sic ex MSS. Paris. reposui. Priores enim Editt. minus recte habent ποιήσουσι.

3 Διὸ καὶ τοὺς Ἀρκάδας, ὡς ἀρχ. προσελ.] Vide Scholiastam Apollonii Rhod. ad lib. IV. v. 263.

4 Βέλεκος] Hesychius idem legumen vocat βίκικον, quem vide.

5 Ὁ Ἀπόστολος] Epist. II. ad Corinth. VI. 15. sed ubi legitur Βελίαλ, per λ, ut Portus etiam monuit.

Βελισά-

Βελισάριος,[1] ὁ στρατηγὸς, ἦν μὲν τὸ σῶμα καλός τε καὶ μέγας, καὶ εὐπρεπὴς πάντων μάλιστα· οὕτω δὲ πρᾶόν τε καὶ εὐπρόσοδον ἑαυτὸν παρεῖχε τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ὥστε ἀνθρώπῳ πένητί τε λίαν καὶ ἀδόξῳ ἐμφερὴς εἶναι. ἔρως δὲ αὐτοῦ τῆς ἀρχῆς πρός τε στρατιωτῶν ἀεὶ καὶ ἀγροίκων ἄμαχός τις ἐγένετο· ὅτι δὴ ἐς μὲν τοὺς στρατιώτας φιλοδωρότατος ἐγεγόνει ἀνθρώπων ἁπάντων. τοῦ τε γὰρ ἐν ξυμβολῇ ἠτυχηκότας χρήμασι μεγάλοις παρεμυθεῖτο τὰ τραύματα· καὶ τοῖς εὐδοκιμήσασι ψέλιά τε καὶ στρεπτοὺς ἆθλα παρείχετο. ἵππου δὲ ἢ τόξου ἢ ἄλλου ὁτουοῦν στρατιώτῃ ἐν τῇ μάχῃ ἀπολωλότος, ἕτερος ἀντ' αὐτοῦ πρὸς Βελισαρίου αὐτίκα ὑπῆρχεν. ἐς δὲ τοὺς ἀγροίκους, ὅτι δὴ τοσαύτῃ φειδοῖ τε καὶ προνοίᾳ ἐχρῆτο, ὥστε βιασθῆναι μὲν αὐτῶν οὐδένα πώποτε στρατηγοῦντος Βελισαρίου τετύχηκεν. ἀπεδίδοντο γὰρ αὐτοῖς κατὰ γνώμην τὰ ὤνια πάντα, καὶ ἡνίκα ἀκμάζοι τὰ λήϊα, εἰς τὸ ἀκριβὲς διεφύλασσε, μή τινι [2]παριοῦσα ἡ ἵππος λυμήνηται. τῶν δὲ ὡραίων ἐν τοῖς δένδροις ὄντων ἅψασθαι αὐτῶν οὐδενὶ τοπαράπαν ἐξῆν. ἦν δὲ καὶ σώφρων καὶ λίαν ἐνάρετος.

Βέλος. καὶ τὸ τραῦμα· [3]ὁμωνύμως τῷ τιτρώσκοντι παρ' Ὁμήρῳ.

Βελονοπώλης. οὗτος παράσιτος ἦν, ὥς [4]φησιν Ἀριστοφάνης.

Βεμβίνα. πόλις Λακεδαιμονίας.

Βέμβηξ. ὁ ξύλινος στρόμβος.

> Οἱ[5] δ' ἄρ' ὑπὸ πληγῇσι θοὰς βέμβηκας ἔχοντες,
> Ἔστρεφον εὐρείῃ παῖδες ἐνὶ τριόδῳ.

Ἀριστοφάνης· [6]Βέμβηκος οὐδὲν διαφέρειν δεῖ. ἀντὶ τοῦ, εὐκίνητον καὶ εὔστροφον εἶναι δεῖ. [7]ἔστι δὲ βέμβηξ ἐργαλεῖον, ὃ μάστιγι στρέφουσιν οἱ παῖδες. ἢ παίγνιον τῶν παίδων, ὡς τροχὸς, ὃς μάστιγι [8]διωκόμενος στρέφεται. καὶ Βεμβηκιᾶν, τὸ περιστρέφεσθαι. καὶ Βεμβηκίζουσιν. [9]Ἀριστοφάνης·

> Ἵν' ἐφ' ἡσυχίας ἡμῶν πρόσθεν βεμβηκίζωσιν ἑαυτούς.

Βενεβεντός. ὄνομα πόλεως Καλαβρίας, ἣν κτίζει Διομήδης. εἰς γὰρ τὸν ἀπόπλουν χαλασθεὶς εἰς τὰ ἴδια οὐκ ἐδέχθη, ἀλλὰ διωχθεὶς ἀπῆλθεν εἰς Καλαβρίαν, καὶ κτίζει πόλιν, ἣν ἐκάλεσεν Ἀργυρίππην, τὴν μετονομασθεῖσαν Βενεβεντόν.

Βενεβεντὸν [10] λέγουσι πνευμάτων βίαν.

Βενετιανός.[11] ὄνομα κύριον.

Βενιαμίν. ἐπὶ Σαμψὼν κρίνοντος τὸν Ἰσραὴλ, διὰ

Βελισάριος. Belisarius, dux, corpore erat decoro & procero, orisque dignitate omnes superabat. Idem omnes, qui ipsum adibant, tanta comitate excipiebat, & tam facile ad se admittebat, ut homo tenuissimæ & infimæ sortis esse videretur. In bello talem se imperatorem præbebat, quem & milites & agricolæ summo amore prosequerentur. Milites quidem; quod ipsum experirentur mortalium omnium munificentissimum. Nam qui in prælio male accepti fuerant, illis grandi pecunia vulnerum acerbitatem levabat: qui fortiter & strenue rem gesserant, illis armillas & torques pro præmio dabat. Si cui militi in pugna vel equus, vel arcus, vel aliud quidpiam periisset, ejus jacturam Belisarius illico sarciebat. Amabant vero agricolæ imperium ejus, propterea quod ita illis parcebat consulebatque, ut eo exercitum ducente nemini eorum vis unquam illata fuerit. Nam venalia quælibet quo volebant pretio illis divendebant, &, cum segetes maturitati proximæ essent, sedulo dabat operam, ne, qui aderat equitatus, eas læderet. Pendentes ex arboribus fructus nemini attingere licebat. Præterea valde erat temperans & virtutis amans.

Βέλος. Significat etiam vulnus apud Homerum. [Per metonymiam.]

Βελονοπώλης. Belonopoles. Hic fuit parasitus, ut ait Aristophanes.

Βεμβίνα. Bembina. Urbs Laconiæ.

Βέμβηξ. Ligneus turbo. *Pueri vero celeres turbines verbere versabant in lato trivio.* Et Aristophanes: *A turbine nihil differre oportet.* Id est, mobilem & agilem esse oportet. Est autem βέμβηξ turbo, quem pueri flagello versant. Vel, ludicrum puerorum, ut trochus, qui verbere agitatus versatur. Et βεμβηκιᾶν, circumagi & versari turbinis instar. Et βεμβηκίζουσιν, versant & circumagunt. Aristophanes: *Ut sine strepitu coram nobis sese turbinis instar versent.*

Βενεβεντός. Beneventum. Nomen urbis Calabriæ, quam Diomedes condidit. Is enim cum [ab expeditione Trojana] domum reversus a suis non reciperetur, sed ab iis expelleretur, Calabriam petiit, & urbem condidit, quam Argyrippam vocavit, postea dictam Beneventum.

Βενεβεντόν. Sic appellant ventorum vim.

Βενετιανός. Qui factioni Venetæ favet.

Βενιαμίν. Benjamin. Sampsone Israelis Ju-

1 Βελισάριος, ὁ στρατηγὸς] Totum hunc locum de Belisario, Romanorum duce, excerpsit Suidas ex Procop. lib. III. *de Bello Goth.* cap. I.

2 Παριοῦσα] Procopius habet παροῦσα.

3 Ὁμωνύμως τῷ τιτρώσκοντι] Quem sensum verba ista habere hic possint non video. Quare in versione a me prætermissa sunt.

4 Ὥς φησιν Ἀριστοφάνης] *Pluto* pag. 19. (10. Ed. Bas. P.)

5 Οἱ δ' ἄρ' ὑπὸ πληγῇσι θοὰς βέμβ.] Distichum hoc est pars elegantis Epigrammatis, quod legitur Anthol. lib. III. cap. XXXIII. pag. 422. (285. Ed. Bas. P.)

6 Ἀριστοφάνης] *Avibus* pag. 608. (423. Ed. Bas. P.)

7 Ἔστι δὲ βέμβηξ ἐργαλεῖον ——— στρέφεται] Hæc sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

8 Διωκόμενος] Malim διεγρόμενος, ut habet Scholiasta Comici loco laudato.

9 Ἀριστοφάνης] *Vespis*, pag. 538. (365. Ed. Bas. P.)

10 Βενεβεντὸν λέγουσι πνευμ.] Scribendum est Βέντον, i.e. ventum; ut recte monuit Meursius in Glossario.

11 Βενετιανός. ὄνομα κύριον] Apud Marcum Antoninum lib. I. §. 5. Βενετιανός significat eum, qui factioni aurigarum, quæ *Veneta* apud veteres Romanos dicebatur, favebat. Ad quem proinde locum si Suidas respexit, omnino fallitur, quod putavit, Βενετιανὸν esse nomen proprium viri.

τὴν παράνομον μῖξιν τοῦ Βενιαμὶν π' καὶ ζ' κατηναλώθησαν χιλιάδες. ἔστιν ἐν τῷ Σαμψών.

Βέρεδον.

Βέρεθρον. βάθος.

Νῦν¹ πλέον, ἢ τὸ πάροιθεν, πύλας κρατεροῖο βερέθρου
Ὄμμασιν ἀγρύπνοις τελοσὲ, φύλασσε, κύον.

Βερεκύντη.² Ὁ δὲ ἐν Βερεκύντῃ ἐχειμέριζεν. ἀντὶ τοῦ ἐχείμαζεν.

Βερέσχεθοι. οἱ ἀνόητοι. πέπλασται δὲ ἡ λέξις ³παρὰ Ἀριστοφάνει.

Βέῤῥοια. πόλις.

Βεσπασιανὸς,⁴ βασιλεὺς Ῥωμαίων. οὗτος ἦν ἤπιος καὶ πρᾶος, ὡς μηδὲ τὰς εἰς αὐτόν τι καὶ τὴν βασιλείαν γενομένας ἁμαρτίας πέρα τιμωρεῖσθαι φυγῆς. τάς τε γὰρ ἀπεχθείας καὶ τὰ προσκρούματα τῆς διανοίας ταχέως ἀπετίθετο, καὶ σκώμματα ῥητόρων, ὑφ' ὧν ἠφίετο, καὶ δήμων, ἐς αὐτὸν ἀποῤῥιπτούμενα κούφως τε καὶ γαληνῶς ἔφερεν. ἔς τε τὰς ἐντεύξεις κοινὸς καὶ δημοτικὸς ὤν, ἀπεσχόλει μὲν ἐς τὰ πολλὰ τῆς βασιλείας. ⁵Οὗτος τοῖς ἀρίστοις τῶν πώποτε βασιλέων παραβάλλεσθαι ἄξιος ἦν· ὅς γε καὶ τὸν ἰδιώτην αὐτοῦ βίον ἐπίδοξον πολλοῖς τε καὶ μεγάλοις ἀπετέλεσε κατορθώμασι. Κλαυδίῳ γὰρ τῷ βασιλεῖ στρατηγῶν ἐπὶ Γερμανοὺς καὶ Βρεττανοὺς, λ' μάχας κρατερὰς πρὸς τοὺς πολεμίους ἀντιπαρεστήσατο. εἰς δὲ τὴν ἡγεμονίαν παρελθὼν, μετρίως τε καὶ σωφρόνως τὴν ἀρχὴν διῴκησεν, ἐπιθυμητικῶς μὲν δοκῶν ἔχειν χρημάτων· οὐ μὴν ὥστε παρὰ δίκην ἀφαιρεῖσθαί τινα τὴν οἰκείαν. καὶ τὸν πλοῦτον οὐκ ἐς τὰς ἡδονὰς, ἀλλ' ἐς τὰς δημοσίας χρείας ἐποιεῖτο. οὐκοῦν εὕροι τις ἂν ἕτερον πρὸ τοῦδε βασιλέα οὔτε δαψιλέστερον, οὔτε πρὸς τὸ ἴσον τε καὶ δίκαιον ἐξητασμένην τὴν πρὸς τὰς δωρεὰς ἐλευθεριότητα.

Βεστιάριον. παρὰ Ῥωμαίοις τόπος, ἔνθα ἡ ἀναγκαία ἀπόκειται ἐσθής.

Βεστῖνοι. ἔθνος ἐν Ἰταλίᾳ θηριώδες τὸν τρόπον.

Βετερανός. παρὰ Ῥωμαίοις ὁ ἀπολυθεὶς τῆς στρατείας. ⁶ἐπὶ εἰκοσαετίαν δὲ οὗτοι ἐδούλευον.

Βέτων. ὁ πάνυ εὐτελής.

Βέχειρες. ἔθνος Σκυθικόν.

Βείδιος.⁷ ὁ ἔνδοξος.

Βειέλοπες.⁸ οἱ λαγωοί.

Βῆ.⁹ τὸ μιμητικὸν τῆς τῶν προβάτων φωνῆς. οὐχὶ βαὶ λέγουσιν Ἀττικοί. Κρατῖνος Διονυσαλεξάν-

dice, propter nefarium stuprum Benjamini LXXXV. hominum millia cæsa fuerunt. Vide in v. Σαμψών.

Βέρεδον. Veredum.

Βέρεθρον. Barathrum. Profunditas.

*Nunc diligentius, quam ante, portas immitis Orci*
*Oculis insomnibus triplex, custodi, canis.*

Βερεκύντη. Berecynte. *Ille vero Berecyntæ hyemavit.* Ἐχειμέριζεν enim hic positum est pro ἐχείμαζεν.

Βερέσχεθοι. Stulti. Fatui. Vocem autem hanc Aristophanes finxit.

Βέῤῥοια. Berœa, urbs.

Βεσπασιανός. Vespasianus, Imperator Romanorum, adeo mitis & clemens fuit, ut ne majestatis quidem contra se reos ultra exilium puniret. Inimiciarum & offensarum memoriam cito ex animo deponebat, conviciaque ab oratoribus & popularibus in se dicta leniter ferebat. Comis præterea atque aditu facilis, ut plurimum degebat extra palatium. † Hic cum optimis Imperatoribus comparandus, privatam etiam vitam multis præclarisque facinoribus illustrem reddidit. A Claudio enim adversus Germanos & Britannos missus tricies cum hoste conflixit. In imperio moderatissime se gessit: quamvis pecuniæ avidior fuerit, ita tamen, ut eam nulli injuste auferret. Opes colligebat, non ut essent instrumentum voluptatum, sed ut ad usus Reip. eas expenderet. Præterea, nullus ante eum Imperator exstitit, qui & munificentior fuerit, & in exercenda liberalitate majorem æquitatis & justitiæ rationem habuerit.

Βεστιάριον. Vestiarium. Sic apud Romanos dicitur locus, in quo vestes ad usum necessariæ reconduntur.

Βεστῖνοι. Vestini. Gens in Italia fera & inhumana.

Βετερανός. Veteranus. Sic apud Romanos vocatur miles, cui missio data est, vicenis stipendiis confectis.

Βέτων. Admodum vilis.

Βέχειρες. Bechires. Gens Scythica.

Βείδιος. Illustris.

Βειέλοπες. Lora.

Βῆ. Be. Est vox, balatum ovium imitans. Sic enim Attici hanc vocem scribunt, non

1 Νῦν πλέον, ἢ τὸ πάροιθε, πύλας κρ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis in Archilochum, quod exstat Anthol. lib. III. cap. XXV. pag. 391.

2 Βερεκύντη] Sic habent 2 MSS. Paris. In prioribus Editt. vero excusum est Βερεκυνθίῃ; quæ lectio non respondet exemplo, quod Suidas hic subjungit.

3 Παρὰ Ἀριστοφάνει] *Equit.* pag. 326. (226. Ed. Bas. P.)

4 Βεσπασιανὸς, βασιλεὺς Ῥωμ.——τὴν βασιλείαν] Hæc sunt verba Joannis Antiocheni, quæ leguntur in Collectaneis Constantini a Valesio editis, pag. 817. unde Suidas ea descripsit.

5 Οὗτος τοῖς ἀρίστοις τῶν πώποτε βασιλ.] Hæc, & quæ sequuntur, ex Eutropio versa sunt, ut plura alia apud Suidam loca. Vide supra v. Ἀμνηστία.

6 Ἐπὶ εἰκοσαετίαν δὲ οὗτοι ἐδ.] Legitimorum stipendiorum numerus apud Romanos non semper idem fuit, sed diversis temporibus diversus: de qua re consulendi sunt viri docti, qui de re militari veterum Romanorum scripserunt.

7 Βείδιος, ὁ ἔνδ.] Vide Eustathium ad Homerum pag. 1453.

8 Βειέλοπες. οἱ λαγωοί] Eustath. ad Homerum loco laudato.

9 Βῆ. τὸ μιμητικὸν τῆς τῶν πρ.] Hæc, & quæ sequuntur, αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Etymologum, apud quem τὸ βῆ circumflexo notatur. Vide etiam Eustath. ad Il. I. pag. 768. 13.

δρω

ϑρων· Ὁ [1] δὴ λοίδιος ὥσπερ πρόβατον βὴ βὴ λέγων βαδίζει.

Βῆ. ἔβη. ἐπορεύθη. καὶ βῆ δὲ, ἐπορεύθη.

Βηθσαϊδᾶ. ὄνομα πόλεως.

Βηθφαγή. ὁμοίως.

Βηθύλος. εἶδος ὀρνέου.

Βηθανία. πόλις Παλαιστίνης· περὶ ἧς λέγει ὁ Εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, ὅτι ταῦτα ἐν [2] Βηθανίᾳ ἐγένετο. ὅπερ ἐσφαλμένως γέγραπται. ἡ γὰρ Βηθανία ἔνθεν ἐστὶ τοῦ Ἰορδάνου· ἡ δὲ Βηθαβαρὰ, ὅπου ἦν Ἰωάννης βαπτίζων, πέραν ἐστὶ τοῦ Ἰορδάνου. γραπτέον οὖν ὀρθῶς· Ὅτι ταῦτα ἐν Βηθαβαρᾷ ἐγένετο· ἀλλ' οὐκ ἐν Βηθανίᾳ.

Βηλός. βαθμὸς θύρας. ἢ [3] οὐρανός.

Βῆμα. [4] ὁ λίθος τοῦ δικαστηρίου. καὶ [5] Ἀριστοφάνης·

Τὸ δὲ βῆμα τί σοι χρήσιμον ἔσται; τοὺς κρατῆρας καταθήσω
Καὶ τὰς ὑδρίας.

Βῆμα. δικαστικὴ τράπεζα. Οὐ μακρὰν δὲ τῶν πυλῶν τὸ δικαστικὸν βῆμα προσέταξε [6] δοθῆναι.

Βημάρχιος, Καισαρεὺς, ἐκ Καππαδοκίας, σοφιστής. οὗτος ἔγραψε τὰς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως πράξεις ἐν βιβλίοις δέκα· μελέτας τε καὶ λόγους διαφόρους.

Βήνη. ὄνομα κύριον.

Βὴξ ἀντὶ πορδῆς. ἐπὶ τῶν ἐν ἀπορίᾳ [7] προσποιουμένων τι πράττειν. παρ' ὅσον οἱ πέρδοντες λανθάνειν πειρώμενοι, προσποιοῦνται βήττειν. καὶ παροιμία ἑτέρα· Ἀπορία ψάλτου βήξ.

Βηρία. πόλις.

Βηρίνη. [8] Βηρίνης, τῆς γυναικὸς τοῦ μεγάλου Λέοντος δύο στῆλαι ἦσαν, μία μὲν [9] βορειολάτη τοῦ ἁγίου Ἀγαθονίκου, μετὰ τὴν ἄνοδον τῶν βαθμῶν· ἑτέρα δὲ κατὰ τὸ μέρος τῆς ἁγίας Βαρβάρας. καὶ ἡ [10] μὲν τοῦ ἁγίου Ἀγαθονίκου γέγονε ἔτι ζῶντος τοῦ Λέοντος. ἡ δὲ ἄλλη μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ, ἡνίκα Βασιλίσκον τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς ἔστεψε, φυγόντος Ζήνωνος τοῦ γαμβροῦ αὐτῆς.

Βῆρος. στρατηγὸς Ῥωμαίων. [11] οὗτος οὐκ ἦν καταπεπονημένος, ἀλλὰ μέθης νόσῳ ἁλισκόμενος ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον, καὶ ἀπ' αὐτοῦ θράσει ἀπερισκέπτῳ ἰσαεὶ εἴχετο.

Βηρούνιον. ὄνομα πόλεως. Νωρικοὶ γὰρ ἔθνος· ἔνθα συὸς χρῆμα θεόπεμπτον τὴν χώραν ἐλυμαίνετο, καὶ

Βαί. Cratinus *Dionysalexandro: Stultus vero instar ovis be be dicens vadit.*

Βῆ. Pro ἔβη. Ivit. Profectus est.

Βηθσαϊδᾶ. Bethsaida. Nomen urbis.

Βηθφαγή. Bethphage. Itidẽ est nomen urbis.

Βηθύλος. Bethylus. Avis species.

Βηθανία. Bethania. Urbs Palæstinæ: de qua dicit Joannes Euangelista: *Hæc in urbe Bethania facta sunt.* Sed ista scriptura mendo laborat. Bethania enim est cis Jordanem: Bethabara vero, ubi Joannes baptizabat, trans Jordanem. Sic igitur scribendum est: *Hæc in urbe Bethabara facta sunt*: non autem, *in urbe Bethania.*

Βηλός. Limen januæ. Vel, cœlum.

Βῆμα. Lapis, vel suggestus in Judicio. Aristophanes: *Suggestus vero dicasterii ad quid tibi utilis erit? In eo crateres deponam & hydrias.*

Βῆμα. Mensa judicialis. *Non procul autem a portis mensam judicialem collocari jussit.*

Βημάρχιος. Bemarchius, Cæsariensis, Cappadox, Sophista. Hic Imperatoris Constantini res gestas libris decem scripsit: itemque declamationes & orationes varias.

Βήνη. Bene. Nomen proprium.

Βὴξ ἀντὶ πορδῆς *Tussis pro crepitu ventris.* De iis dicitur, qui in difficultate aliqua deprehensi, se aliud quid agere simulant. Qui enim pedunt, se tussire simulant, ut lateant. Et aliud proverbium: *Tussis hæsitationem cantoris arguit.*

Βηρία. Beria. Urbs.

Βηρίνη. Verina. Verinæ, uxoris Leonis magni, duæ sunt statuæ; una versus Boream prope S. Agathonicum pone adscensum graduum: altera in ea parte, ubi est S. Barbara. Et ea quidem, quæ ad S. Agathonicum est, superstite adhuc Leone posita fuit. Altera vero post ejus obitum, cum Basiliscum fratrem suum coronavit, Zenone genero ejus exulante.

Βῆρος. Verus, dux Romanorum. *Hic non erat industrius, sed ebrietatis morbo admodum deditus, & eam ob causam stolidæ in rebus gerendis audaciæ.*

Βηρούνιον. Virunium. Nomen urbis. Noricorum agrum ingentis magnitudinis aper di-

1 Ὁ δὴ λοίδιος] Scribendum est ὁ δ' ἠλίθιος, ut recte legitur apud Etymologum, itemque Eustathium loco laudato.

2 Ἐν Βηθανίᾳ] Hodie apud Johann. cap. 1. v. 28. recte legitur ἐν Βηθαβαρᾷ. Vide Theophylactum ad illum locum, qui itidem Βηθανία in codice suo scriptum reperit.

3 Ἢ οὐρανός] Hoc sensu vox ista capitur apud Homerum Il. A. v. 591.

Ῥῖψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.

Scholiastes ad eum locũ: Ἀπὸ βηλοῦ. ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ. ἀπὸ γὰρ τοῦ οὐρανοῦ ἐῤῥίφη.

4 Βῆμα. ὁ λίθος τοῦ δικας.] Vide infra v. Λίθος.

5 Ἀριστοφάνης] *Ecclesiaz.* pag. 744. (500. Ed. Bas. P.)

6 Δοθῆναι] Melius τεθῆναι.

7 Προσποιουμένων τι πράττειν] Rectius Diogenianus, προσποιουμένων τι πράττειν. Sic ergo & hic apud Suidam scribendum est.

8 Βηρίνης, τῆς γυναικὸς τοῦ μεγ.] Hæc, & quæ sequuntur, leguntur etiam apud Codinum *de Origin. CPol.* num. XXXVII.

9 Βορειολάτη τοῦ ἁγίου Ἀγαθονίκου] Apud Codinum legitur, πλησίον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀγαθονίκου. Certe vox πλησίον Suidæ restituenda est, quippe sine qua loci hujus sensus est mutilus.

10 Ἡ μὲν τοῦ ἁγίου Ἀγαθονίκου] Scribe, ἡ μὲν πλησίον τοῦ ἁγίου Ἀγαθονίκου: ut & paulo ante.

11 Οὗτος οὐκ ἦν καταπεπονημένος, ἀλλὰ μέθης τ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Procopii lib. III. *de Bello Goth.* cap. XXVII. quod a Claudio Maltreto, qui accuratissima cæteroqui diligentia fragmenta Procopii apud Suidam exstantia collegit, observatum non fuit.

αὐτῷ

αὐτοῦ πάντες ἐπιχειροῦντες, οὐδὲν ἤνυον, μέχρι τις ἀνὴρ τὸν σῦν περιτρέψας ἐπὶ τοὺς ὤμους ἀνέθετο, οἷόν τι καὶ περὶ Καλυδῶνος μυθεύεται. οἱ δὲ Νωρικοὶ ἐπεβόησαν εἷς ἀνὴρ τῇ ἰδίᾳ φωνῇ· τουτέστι βηρούνους. ὅθεν ἡ πόλις Βηρούνιον ἐκλήθη.

Βήρυλλος. εἶδος λίθου.

Βηρύτιος. ὁ ἀπὸ πόλεως Βηρυτοῦ.

Βησᾶς[1] ἕστηκεν. οἷον ἀχανής. οὗτος ἕστηκεν ἀχανής, καὶ παζαγώδης, καὶ ὑπόμωρος.

Βησαιῆς. δῆμός ἐστι τῆς Ἀντιοχίδος.

Βία. ὁρμή. ἡ ῥώμη. Ὁ δὲ τῇ βίᾳ τοῦ σώματος ἐξωθεῖ τὰς πύλας ἐς τὸ εἴσω.

Βίαντος Πριηνέως δίκη. οὗτος εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν. [2] λέγεται γὰρ εἰς τὰς δίκας δεινότατος γεγονέναι εἰπεῖν. ἐπ' ἀγαθῷ μέντοι τῇ τῶν λόγων ἰσχύϊ ἐχρῆτο. Ἱππῶναξ· Δικάζεσθαι Βίαντος τοῦ Πριηνέως κρείσσων.

Βιαρκέος. τῆς εἰς τὸ ζῆν ἐπαρκούσης. ἐν Ἐπιγράμματι·

—Βιαρκέος [3] ἄλλος ἀπ' ἄλλης
Αὔθαιμοι τρισσοὶ δῶρα λινοστασίης.

Βιβάζει. [4] συζεύει. ὀχεύει.

Βιβήξαντες. ἐμβιβάσαντες.

Βιβλιοφόρος. γραμματοφόρος. Ὁ δὲ πέμπει βιβλιοφόρον, μὴ θορυβεῖσθαι παρακελευόμενος. καὶ πᾶσα γραφὴ βιβλιαφόρος λέγεται.

Βίβλινος [5] οἶνος. αὐστηρός. ἀπὸ Βιβλίνης οὕτω καλουμένης Θρακίας ἀμπέλου. ἐν,
Ὕδωρ δὲ πίνει, τὸν δὲ Βίβλινον στυγεῖ.

Βιβλίον. ἡ ἐπιστολή.

Βίβλοι [6] Θεοῦ. ἡ γνῶσις αὐτοῦ, καὶ ἡ [7] ἄληστος μνήμη. [8] Δαβίδ· Καὶ ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται.

Βιδύνη. [9] πόλις Σκυθίας.

Βιαιότερον. ἐπικρατέστερον. Τῆς τῶν ἰατρῶν ἐπιστήμης βιαιότερον ἦν τὸ νόσημα.

Βίαιοι οὗτοι ἐγένοντο· Φάλαρις, Ἔχετος, καὶ Διονύσιος, καὶ ὁ Κασσανδρέων τύραννος, ὑπερβαλὼν παρανομίᾳ· καὶ Λίγγις, ἀδελφὸς Ἴλλου νόθος, καὶ οὗτος βίαιος.

Βιαίων. [10] ὄνομα δίκης ἐστὶ κατὰ τῶν βίᾳ πραττόντων ὁτιοῦν. ὁ δὲ ἁλοὺς ἀπετίνεν εἰς τὸ δημόσιον ἴσον τῷ ἑλόντι. [11] Δημοσθένης κατὰ Μειδίου. εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τοῖς Λυσιακοῖς φερόμενοι λόγοι βίαιοι. καὶ δῆλον ὅτι οὐκ



vinitus immissus aliquando vastabat. Hunc igitur cum omnes aggrederentur, nihil profecerunt, donec vir quidam aprum prostratum in humeros sustulit: cujusmodi fabula & de Calydone refertur. Norici igitur sua lingua exclamarunt βηρούνους, i. e. vir unus: unde urbs Virunium appellata fuit.

Βήρυλλος. Beryllus. Lapidis genus.

Βηρύτιος. Berytius, ab urbe Beryto sic appellatus.

Βησᾶς ἕστηκεν. Stat ut Besas. Id est, ut stupidus & fatuus.

Βησαιῆς. Populus tribus Antiochiæ.

Βία. Vis. Impetus. *Ille autem impetu corporis portas intro trudit.*

Βίαντος Πρ. Biantis Prienensis judicium. Hic unus fuit septem sapientum, quem eloquentia forensi excelluisse ferunt. Ea autem eloquentia hominum bono usus est. Hipponax: *In causis orandis Biante Prienensi præstantior.*

Βιαρκέος. Ad victum sufficientis. In Epigrammate: *Tres fratres hæc* [*Pani*] *dona dedicarunt, quæ singuli diversis venationibus, quibus vitam sustentabant, ceperunt.*

Βιβάζει. Fœminam init. Coit.

Βιβήξαντες. Qui imposuerunt.

Βιβλιοφόρος. Tabellarius. *Ille vero tabellarium mittit, tumultuari eos vetans.* Et omnis scriptura vocatur βιβλιαφόρος.

Βίβλινος οἶνος. Vinum Biblinum, quod est austerum. Sic vocatum a vite Biblina, quæ in Thracia gignitur. *Aquam bibit, at vinum Biblinum odit.*

Βιβλίον. Libellus. Epistola.

Βίβλοι Θεοῦ. Libri Dei. Id est, ejus cognitio & perpetua memoria. David: *Et in tuo libro omnes scribentur.*

Βιδύνη. Bidine. Urbs Scythiæ.

Βιαιότερον. Violentius. Potentius. *Morbus arte medicorum potentior erat.*

Βίαιοι. [Tyranni] violenti fuerunt, Phalaris, Echetus, Dionysius, & Casandrensium tyrannus, qui cæteros iniquitate superavit; itemque Lingis, frater Illi nothus. Nam & ille violentus fuit.

Βιαίων. Nomen actionis contra illos, qui vim alicui inferunt. Convictus autē tantundē ærario pendit, quantum ei, qui ipsum peregit reum. Demosthenes contra Midiam. Inter orationes Lysiæ quædam etiam exstant, quæ de

1 Βησᾶς ἕστηκεν. οἷον ἀχ.] Vide Appendicem Vaticanam Proverbiorum, a Schotto editam.

2 Λέγεται γὰρ εἰς τὰς δίκας] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Laertii lib. I. Segm. LXXXIV.

3 Βιαρκέος ἄλλος ἀπ' ἄλλης κτλ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate, quod legitur Anthol. lib. VI. cap. XV. Epigr. VII. ut Portus etiam monuit.

4 Συζεύει] Sic habent MSS. Parif. itemque Editt. Mediol. & Aldina. At in Editt. Basil. & Genev. legitur συνουσιάζει; quod licet rectius sit, nolui tamen veterem lectionem absque auctoritate MSS. & antiquiorum Editt. mutare.

5 Βίβλινος οἶνος, αὐστηρός. ἀπὸ Βιβλ.] Vide Stephanum Byzantium v. Βιβλίνη, & ibi Holstenium; & Hesych. v. Βίβλινος.

6 Βίβλοι Θεοῦ. ἡ γνῶσις αὐτοῦ, καὶ ἡ ἄληστος μν.] Ex Theodoreto ad Psalm. CXXXVIII. pag. 948.

7 Ἄληστος] Sic habent MSS. Parif. & Theodoretus. At priores Editt. minus recte ἄλεστος.

8 Δαβίδ.] Psalmo modo laudato.

9 Βιδύνη] Holstenius ad Stephanum v. Βιβλίνη legendum monet Βιβλίνη.

10 Βιαίων. ὄνομα δίκης ἐστὶ κατὰ τῶν β.] Ex Harpocratione. Confer Petitum *de Legibus Att.* pag. 528.

11 Δημοσθένης κατὰ Μειδίου] Locum Demosthenis adducit Petitus loco laudato.

ἐπὶ φθορᾷ παρθένων, μόνον ὅτι τὸ ὄνομα, ὅτι ἡ δίκη ἐλέγετο, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἄλλων.

Βιζακίων. μικρῶν λίθων.

Βιζύη. πόλις Θρακική.

Βιθίας. ὄνομα κύριον. Καὶ ἡ μὲν κατὰ τὸν Βιθίαν ἐλπὶς τούτῳ τῷ τρόπῳ διέπεσεν.

Βικάριος. παρὰ Ῥωμαίοις διάδοχος.

Βῖκος. τὸ ἀγγεῖον. καὶ Βικίδιον, διὰ τοῦ ι, ἡ παράδοσις. [1]Ξενοφῶν· Κῦρος γὰρ ἔπεμπε βίκους ἡμιδεεῖς οἴνου. καὶ Βῖκος, τὸ σπέρμα.

Βίκτορα.

Βιμβικίζεται. παρακρούεται.

Βινεῖν. τὸ συνουσιάζειν ἢ τὸ πιπίζειν. ἐν Ἐπιγράμματι·

Ἁδὺ τὸ βινεῖν ἐστί· τίς οὐ λέγει; ἀλλ' ὅταν αἰτῇ
Χαλκόν, πικρότερον γίνεται ἐλλεβόρου.

Βινεῖν. περαίνειν. [2]Βινεῖν δεῖ με διαλελημμένον. καὶ βινήσομεν. [3]Ἀριστοφάνης·

Εἶτα βινήσας, ἐκεῖθεν αὖθις αὖ κατέπτατο.

καὶ αὖθις·

Ὥστ' [4]εἴ τις ἡμᾶς μὴ διαλλάξῃ ταχύ,
Οὐκ ἔσθ' ὅπως μὴ Κλεισθένην βινήσομεν.

οὗτος ἐπὶ θηλύτητι ἐκωμῳδεῖτο. καὶ αὖθις [5]Ἀριστοφάνης·

Ἔπαυσα τοὺς βινουμένους, τὸν γεῖτον ἐξαλείψας.

Βῖνος. ὄνομα Θεᾶς.

Βιοδώρα. ἡ γῆ.

Βίολα. πέδιλα. ὑποδήματα.

Βίος. [6]σημαίνει δ', παροξυτόνως. Βιὸς δέ, τοῦ τόξου ἡ νευρά.

Βίος. ποτὲ μὲν ἡ οὐσία τῶν χρημάτων· ποτὲ δέ, αὐτὸ τὸ ζῆν. καὶ παροιμία· Βίον μεμαγμένον. ἐπὶ τῶν [7]εὐδαιμονιζόντων ἐπὶ πολυτελεῖ καὶ ἡδεῖ βίῳ. καὶ παροιμία· Βίον ἀληλεσμένον. ἐπὶ τῶν ἐν ἀφθονίᾳ τῶν ἐπιτηδείων ὄντων.

Βίος. [8]ἐκ τοῦ Φίλωνος. Ὅτι ἡ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησία δύο βίους νομοθετεῖ καὶ τρόπους· τὸν μὲν ὑπερφυῆ, καὶ τῆς κοινῆς καὶ τῆς ἀνθρωπίνης πολιτείας ἐπέκεινα, οὐ γάμους, οὐ παιδοποιΐας, οὐ περιουσίας ὕπαρξιν παραδεχόμενον, ἀλλ' ὅλον δι' ὅλου τῆς κοινῆς καὶ συνήθους τῶν βιωτικῶν ἀνθρώπων ἀγωγῆς παρηλλαγμένον. Καὶ μετ' ὀλίγα· Ὁ δὲ δεύτερος ὑπο-

vi illata agunt. Constat autem nomen & actionem hanc non solum de virginum stupro dici, sed etiam quavis alia violentia.

Βιζακίων. Parvorum lapidum. Lapillorum.

Βιζύη. Urbs Thraciæ.

Βιθίας. Bithias. Nomen proprium. *Et spes quidem, quæ in Bithia fuerat collocata, hoc modo ad irritum recidit.*

Βικάριος. Sic apud Romanos appellatur, quem Græci διάδοχον, i. e. successorem vocant.

Βῖκος. Vas [vinarium. Dolium. Orca.] Βικίδιον per ι magistri scribendum esse præcipiunt. Xenophon: *Cyrus enim mittebat orcas vini semiplenas.* Et βῖκος, semen.

Βίκτορα. Victorem.

Βιμβικίζεται. [Circumagitur.] Decipitur. Fallitur.

Βινεῖν. Cum fœmina coire. Vel, pipissare. In Epigrammate: *Suavis est coitus Venereus: quis neget? Sed cum fœmina æs poscit, amarior fit elleboro.*

Βινεῖν. Cum fœmina coire. Aristophanes: *Coire me oportet in medio deprehensum.* Idem: *Deinde coitu peracto, illinc huc revolet.* Idem: *Quare, nisi quis nos cito in gratiam reducat, fieri non potest quin Clisthenem subigamus.* Is enim a Comicis ut mollis & effœminatus perstringebatur. Idem: *Compescui cinædos, & Grytti memoriam penitus abolevi.*

Βῖνος. Binus. Nomen Deæ.

Βιοδώρα. Victum largiens. Est epithetum terræ.

Βίολα. Calcei. Calceamenta.

Βίος. Victus. Vita. Cum acuto in penultima. Βιὸς vero, nervus arcus.

Βίος. Interdum significat opes & facultates: interdum vero vitam. Et proverbium: *Victus laboratus.* De iis, qui ob sumptuosam & mollem vitam felices se putant. Et aliud proverbium: *Victus molitus.* De iis, qui omnium rerum copia abundant.

Βίος. Ex Philone. Christi Ecclesia duo vitæ genera & instituta præcipit: quorum unum est excellens, & communi ac humana vivendi ratione sublimius, neque nuptias, neque sobolis procreationem, neque opes admittens, sed a communi & consueto vivendi genere prorsus alienum. Et paulo post: Alterū vero minus sublime, & communi vitæ

1 Ξενοφῶν] Ἀναβ. lib. 1. pag. 269. ut Portus observavit.

2 Βινεῖν δεῖ με διαλ.] Hæc sunt verba Aristoph. *Ecclesiaz.* pag. 756. (509. Ed. *P.*)

3 Ἀριστοφάνης] *Avibus* pag. 578. (399. Ed. Bas. *P.*)

4 Ὥστ' εἴ τις ἡμᾶς μὴ διαλ.] Hæc sunt verba ejusdem Aristoph. *Lysistr.* pag. 903. (566. Ed. Bas. *P.*)

5 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 341. (239. Ed. Bas. *P.*) ubi locus iste sic legitur:

Ἔπαυσα τοὺς κινουμένους, τὸν Γρύττον ἐξαλείψας.

Sed magis arridet lectio Suidæ βινουμένους, quam Aristophani restituendam puto. Pro γεῖτον autem, ut Suidas habet, codices Aristoph. hodie exhibent Γρύττον, quod Scholiasta ad eum locum nomen proprium cinædi esse tradit.

6 Σημαίνει δ'] Sensus requirit, ut scribatur σημαίνει ζωήν. Nam vocabulum βίος, cum est παροξύτονον, quatuor habere significationes merum est somnium: nec dubito Suidæ æquam hæsuram fuisse, si eas recensere debuisset.

7 Εὐδαιμονιζόντων] Ut sensus sit integer & perfectus, addendum est αὐτοὺς vel ἑαυτούς.

8 Ἐκ τοῦ Φίλωνος] Ad marginem MS. Paris. A. e regione istorum verborum hoc Scholium reperitur: Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου, οὐχὶ Φίλωνος; quod verum est. Ex Eusebio enim, non autem Philone, hæc descripta esse vel ex ipso Suida infra v. Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου clare patet. Fallitur ergo magnus Salmasius, qui in opere *de Trapezit. Fœnore* pag. 296. vulgatam lectionem Suidæ falsam esse minime suspicans, locum hunc ex libro Philonis περὶ τῆς διαγωγῆς τῶν Χριστιανῶν depromptum esse putat.

βεβηκὼς, καὶ [1] ἀνθρωπινώτερος, καὶ τοῦ πρώτου λίαν ἀσύγκριτος, ὃς καὶ γάμοις συγκαλεῖται σώφροσι καὶ παιδοποιίαις, οἰκονομίας τε τῆς κατὰ τὸ δίκαιον ἐπιμελεῖσθαι, καὶ στρατευομένοις τὰ πρακτέα ὑποτίθεσθαι· ἀγρῶν τε καὶ ἐμπορίας καὶ τῆς ἄλλης πολιτικωτάτης ἀγωγῆς μετὰ τοῦ θεοσεβοῦς [2] φροντίζειν· οἷς καὶ ἀσκήσεως καιρὸς, μαθήσεώς τε καὶ τῶν θείων λογίων ἀκροάσεως ἀφωρίσθησαν, καὶ δεύτερος εὐσεβείας ἀπονεμηθεὶς βαθμὸς, κατάλληλον τοῦ τοιοῦδε βίου παρέχων τὴν ὠφέλειαν. † Τοῦ [3] ἁγίου Ἀθανασίου· Δύο εἰσὶν ὁδοὶ ἐν τῷ βίῳ, καὶ δύο πολιτεῖαι· ἡ μὲν μετριωτέρα καὶ βιωτικὴ, φέρουσα καρπὸν ἐν λ΄· ἡ δὲ ἀγγελικὴ καὶ ὑπερκόσμιος, φέρουσα καρπὸν τὸν τέλειον ἐν ρ΄. ὡσαύτως καὶ ὁ παλαιὸς βίος εἰς δύο διῃρεῖτο· εἰς τὸν φαρισαϊκὸν καὶ ὑψηλὸν καὶ εἰς τὸν ὑποδεέστερον καὶ κοσμικόν. † Κατὰ δὲ τοὺς φιλοσόφους βίου αἱρέσεις τέσσαρες· ἠθικὴ, θεωρητικὴ, πρακτικὴ, λογική.

Βίος ἀκανθώδης. ὁ τραχὺς, καὶ σκληρὸς, καὶ παλαιός. καὶ, Βίος ἀληλεσμένος. ὁ εὐχερὴς καὶ ἡδύς. ἐπὶ τῶν ἐν ἀφθονίᾳ τῶν ἐπιτηδείων ὄντων. καὶ, Βίος ἐξηυλημένος. ἐπὶ τῶν ἀχρήστων. ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀχρείων αὐλῶν. καὶ, Βίος μεμαγμένος. ἐπὶ τῶν ἐξ ἑτοίμου καὶ ἀπόνως τρεφομένων.

iis, qui cibo obvio & parabili utuntur.

Βιοστερῆ. ἐνδεῆ.

--- Κἀπὶ [4] προσπόλου μιᾶς
Βιοστερῆ χωροῦντα.

Βιοτὴ, καὶ βίοτος. ζωὴ, καὶ τὰ πρὸς τὸ ζῆν καὶ ἡ οὐσία. ἐν [5] Ἐπιγράμματι·

Ἑλλήνων βιοτῇ δεύτερον ἠέλιον.

Βιοῦται. ἀντὶ τοῦ ζῇ, ἢ ζήσεται. οὕτως Ἡρόδοτος.

Βιῴη. ἀντὶ τοῦ βιοίη. ὥσπερ καὶ τὸ δῴη, ἀντὶ τοῦ δοίη κατὰ ἔκλασιν τοῦ ο μικροῦ εἰς ω, Δωρικῶς.

Βιῶναι. ζῆσαι.

Βιώνης. [6] ὁ τὰ δημόσια ἀγοράζων.

Βιῶνται. μετὰ βίας εἰσελεύσονται. Πρόδηλον δ' ὄντος τοῖς [7] Καρχηδονίοις τῆς ἐπιβουλῆς τῶν ἐχθρῶν, ὅτι βιῶνται διὰ τοῦ πτώματος τοῦ τείχους, παρεσκευάζοντο πρὸς τὴν χρείαν.

Βιώσιμος. ἐλπίδα ἔχων τοῦ ζῆσαι. Ὁ δὲ ἀνέβλεψέ τε, καὶ ἔφη, ὅτι βιώσιμος εἴη.

Βιώσιμος. ὁ ζῆσαι ἐν βίῳ δυνάμενος.

Βιώτω. ζησάτω.

Βίῤῥον. [8] ἱμάτιον Ῥωμαϊκόν.

Βισαλτία. [9] πόλις καὶ χώρα Μακεδονίας. ἀπὸ Βι-

hominum accommodatum, & cum priore haud quaquam comparandum; quod & castas nuptias, & sobolis procreationem, & justam rei familiaris curam admittit, & militibus, quid sit faciendum, præcipit: idemque nec agrorum culturam, nec mercaturam, nec reliqua vitæ civilis instituta & studia, dummodo pietatis habeatur ratio, respuit. His & exercitationis tempus, & disciplinæ, & auscultationis divinorum oraculorum est præfinitum, & secundus pietatis gradus attributus, utilitatem huic vitæ consentaneam afferens. Ex S. Athanasio: Duo sunt vivendi genera: unum mediocre & communi hominum vitæ accommodatum, fructum ferens trigecuplum: alterum Angelicum, & a mundo remotum, fructū ferens perfectum & centuplum. Eodem etiam modo vita sub veteri Lege in duo genera divisa erat, in Pharisaicam & sublimem; & in mediocrem & mundanam. † Secundum Philosophos quatuor sunt vitæ sectæ, moralis, theoretica, practica, & logica.

Βίος ἀκανθώδης. [Vita spinosa. Id est,] aspera, & dura, & antiqua. Et, *victus molitus*. Id est, facilis & jucundus. De iis, qui omnibus rebus ad vitam necessariis abundant. Et, *victus inutilis*. Dicitur de rebus, quæ nulli amplius sunt usui: per metaphoram a tibiis inutilibus ductam. Et, *victus laboratus*. De

Βιοστερῆ. Victus indigentem. Egentem. [Sophocles:] *Egenum cum famula unica* [*te cernens*] *euntem.*

Βιοτὴ, & βίοτος. Vita. Item, victus, & facultates. In Epigrammate: [*Hæc terra tegit Homerum,*] *qui vitæ Græcorum alter quasi Sol exstitit.*

Βιοῦται. Vivit, vel vivet. Sic Herodotus.

Βιῴη. Pro βιοίη, vivam. Ut δῴη, pro δοίη: Dorice mutato ο parvo in ω.

Βιῶναι. Vixisse. Vivere.

Βιώνης. Sector, sive redemptor bonorum damnati.

Βιῶνται. Vi irrumpent. *Cum Carthaginenses non laterent insidiæ hostium, qui per ruinam muri in urbem irrumpere constituerant, ea pararunt, quæ præsens necessitas requirere videbatur.*

Βιώσιμος. Cujus salus desperata non est. *Ille vero, cum oculos aperuisset, dixit, salutem suam non esse desperatam.*

Βιώσιμος. Cui vitæ spes superest.

Βιώτω. Vivat.

Βίῤῥον. Genus vestis apud Romanos.

Βισαλτία. Bisaltia. Urbs & regio Mace-

1 Ἀνθρωπινώτερος] Malim ἀνθρώπινος, vel ἀνθρωπινώτερος.
2 Φροντίζειν] Deest συγχωρεῖ, vel verbum simile.
3 Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου· Δύο εἰσὶν ὁδοὶ ἐν τῷ β.] Locum hunc Athanasii pleniorem & auctiorem exhibet Cedrenus in *Compendio Histor.* pag. 201. qui omnino cum Suida conferendus est.
4 Κἀπὶ προσπόλου μιᾶς βιοτ.] Hæc sunt verba Sophoclis *Oedip. Colon.* pag. 295.
5 Ἐν Ἐπιγράμματι· Ἑλλήνων βιοτῇ δεύτερον κτλ.] Epigramma integrum, ex quo pentameter hic decerptus est, exstat Anthol. lib. III. cap. XXV. Epigr. VI.
6 Βιώνης] Apud Græcos βιώνης est is, quem Latini *sectorem* vocant. Glossæ Philoxeni: *Sector*, βιώνης. *Sector* autem secundum Asconium appellatur æstimator ac redemptor bonorum damnati atque proscripti. Hoc ergo sensu & verba Suidæ hic intelligenda sunt. Vide Salmasium *de Modo Usur.* pag. 819.
7 Τοῖς Καρχηδονίοις] Sic habent MSS. Parit. At in prioribus Editt. minus recte legitur τῷ Καρχηδόνιῳ.
8 Βίῤῥον] Vide infra v. Ἐφεστρίς.
9 Βισαλτία. πόλις καὶ χώρα Μακεδ.] Locum hunc ex Stephano Byzantio descripsit Suidas.

σάλτου

σάλτου τοῦ ἡλίου καὶ γῆς. [1] περὶ ταύτην οἱ λαγωοὶ πάντες ἀλίσκονται δύο ἥπατα ἔχοντες. ὁ πολίτης Βισάλτιος.

Βιστάκια.[2] τὰ παρ' ἡμῖν πιστάκια λεγόμενα.

Βιστονία. ἐπίθετον τῆς γεράνου.

—Ἀρπάκτειραν[3] ἐρύκων
Σπερμάτων ὑψιπέτην Βιστονίας γεράνου.

Βιτέλλιος,[4] βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὁ Γάλβαν διαδεξάμενος, πᾶν αἶσχος ἀναδεδεγμένος εἴ τι τοῖς ἄλλοις τοῖς κατὰ τὸν βίον, καὶ οὐχ ἥκιστα τοῖς κατὰ γαστρὸς ἀκρατῶς τε καὶ ἀκορέστως ἔχων. πολλάκις γὰρ οὐ μόνον τῆς ἡμέρας, ἀλλὰ καὶ τῆς νυκτὸς [5] σῖτον ᾑρεῖτο, καὶ περὶ τὰς τῶν δείπνων παρασκευὰς τὸ πολὺ τοῦ δημοσίου [6] ἀπετρύετο. δέκα γὰρ δὴ μυριάδας δηναρίων ἐπὶ δισχιλίαις καὶ πεντακοσίαις ἐς τὰ δεῖπνα δεδαπανηκέναι ἱστορεῖται, συνεχῶς μὲν καὶ ἀπλήστως ἐμφορούμενος, συνεχῶς δὲ ἅπαντα ἀπερευγόμενός τε καὶ ἐξεμῶν· ᾧ δὴ καὶ μόνῳ διεγένετο, ἐπεὶ οἵ γε σύσσιτοι αὐτοῦ καὶ πάνυ κακῶς εἶχον. Βίβιος γοῦν Κρίσπος διὰ νόσον χρόνου τινὸς ἀπολειφθεὶς τοῦ συμποσίου, μάλα σεμνύλως ἔφη· Εἰ μὴ ἐνενοσήκειν, ἀπολώλειν ἄν. ἐς τόδε γοῦν καὶ τὸ περὶ τοῦ ἀδελφοῦ δεῖπνον τοῦ Βιτελλίου ἐπίσημον γεγονὸς διαμνημονεύεται· καθ' ὅ φασι δίχα τῆς λοιπῆς πολυτελείας δισχιλίους μὲν ἰχθῦς, ἑπτακισχιλίους δὲ ὄρνις ἐπὶ τὴν θοίνην παρενεχθῆναι. ἐπῄνει δὲ καὶ τὰ Νέρωνος, καὶ τὸν νεκρὸν τοῦ Νέρωνος ἐς κοῖλόν τινα καὶ ἀφανῆ τάφον κατακείμενον ἀπεσέμνυνε. πρὸς δὲ τῶν στρατιωτῶν Οὐεσπασιανοῦ, μεταποιουμένου τῆς βασιλείας ἤδη, κατεκλείετο.

donia, a Bisalto, Solis & Telluris filio. In hac omnes lepores bina jecora habent. Civis dicitur Bisaltius.

Βιστάκια. Bistacia. Hæc apud nos pistacia vocantur.

Βιστονία. Bistonia. Epithetum gruis. *Bistoniam coercens gruem alte volantem, & semen rapere solitam.*

Βιτέλλιος. Vitellius, Romanorum Imperator, Galbæ successor, cum summo dedecore imperavit, notabilis præcipue ingluvie & voracitate: quippe qui maximam diei noctisque partem epulando consumeret, atque in apparatu conviviorum publicam pecuniam dissiparet. Tempore enim principatus sui novies millies sestertium abligurisse dicitur, assidue cibos ingerens, eosdemque vomitans ac regerens: qua una re ipse quidem ab omni molestia liberabatur, cum reliqui ejus compotores pessime haberent. Quorum ex numero Vibius Crispus, cum ob valetudinem aliquamdiu a convivio abfuisset, non invenuste dixit, se, nisi ægrotasset, omnino fuisse periturum. Notissima certe cœna memoriæ mandata est, quam ei frater exhibuit, in qua, super cœteros sumptus, duo millia pisciū, septē avium, apposita traduntur. Laudabat porro imprimis & probabat Neronis mores, adeo ut etiam cadaver ejus, in cavo quodam & obscuro sepulcro conditum, honoraret. Interfectus est autem a militibus Vespasiani, imperium sibi jam vindicantis.

Βίτιννα.[7]

Σάνδαλα, καὶ τὰ ποδῶν θαλπτήρια ταῦτα βίτιννα,
Εὐτέχνων[8] ἔργον σκυλοτόμων καμάτων.

Βιττίον. Τῆς πέζης τὰ μὲν ἄκρα τὰ δεξιὰ βιττίον εἰργάσατο. πέζα γὰρ ὕφασμα.

Βιοῦ. τῆς τοῦ τόξου νευρᾶς.

Βλάβη. καὶ βλάβος, οὐδετέρως. τὸ ἁμάρτημα. Ἀριστοφάνης Βατράχοις.

Βλάξ. μαλακὸς, χαῦνος, ἐκλελυμένος, ἢ μωρός.

Βίτιννα. [Bithynica. In Epigrammate:] *Sandalia ista Bithynica, quæ pedes fovent, & a peritis sutoribus eleganter & affabre confecta sunt.*

Βιττίον. Bittium. *Texti summas ac dextras partes fecit Bittium.* Πέζα enim est textum.

Βιοῦ. Nervi arcus.

Βλάβη: item βλάβος, neutro genere. Peccatum. Aristophanes in *Ranis*.

Βλάξ. Mollis, ignavus, dissolutus. Item, stultus.

1 Περὶ ταύτην οἱ λαγωοὶ πάντες ἀλίσκονται δύο ἥπατα ἔχ.] Idem ex Theopompo referunt Ælianus *Histor. Anim.* lib. v. cap. xxvii. & Athenæus lib. ix. pag. 401.

2 Βιστάκια. τὰ παρ' ἡμῖν πιστάκια λεγ.] Vide Athen. lib. xiv. 649. ex quo Suidas hæc procul dubio descripsit.

3 Ἀρπάκτειραν ἐρύκων κτ.] Verba hæc sunt pars Epigrammatis, quod legitur Anthol. lib. iii. cap. xvi. ut Portus observavit.

4 Βιτέλλιος, βασιλεὺς Ῥωμ. ——— κατακείμενον ἀπεσέμνυνε] Hæc omnia sunt verba Joannis Antiocheni, quæ leguntur in Collectaneis Constantini a Valesio editis pag. 814. unde Suidas ea descripsit.

5 Σῖτον ᾑρεῖτο] Apud Joannem Antiochenum hodie legitur ἐσιτοποιεῖτο. Vide etiam infra v. Ἡρεῖτο, ubi locus hic a Suida repetitur.

6 Ἀπετρύετο] Sic etiam legitur supra v. Ἀπετρύετο, ubi Suidas locum hunc repetit. Sed apud Joannem Antiochenum hodie scriptum est ἀπετρύχετο.

7 Βίτιννα] Videtur Suidas vocem hanc pro genere quodam calcei vel sandalii accepisse, cum potius existimem esse epithetum sandaliorum. In codice enim MS. Epigrammatum ineditorum, ex quo locum hunc excerpsit Suidas, hexameter iste sic legitur:

Σάνδαλα μὲν τὰ ποδῶν θαλπτήρια ταῦτα βίτιννα.

Ubi τὸ βίτιννα manifeste est epithetum sandaliorum. Sic in alio Epigrammate itidem inedito:

Σάνδαλα ταῦτα Βίθυνα, πολύπλεκτον δὲ Φιλαινὶς
Πορφύρεον χαίτης ῥύτορα κεκρύφαλον.

Ubi τὸ Βίθυνα pariter pro epitheto sandaliorum accipitur. Cæterum pro βίτιννα, ut Suidas hic habet, scribendum puto Βιθυνά, i. e. Bithyna, vel Bithynica; quoniam sandalia Bithynica olim in pretio habita fuisse videntur. Hanc conjecturam egregie confirmat locus Epigrammatis, paulo ante adductus, in quo legitur Βίθυνα, quod proxime ad Βιθυνά accedit. Neque est quod quis objiciat, hoc sensu potius dici debere σάνδαλα Βιθυνικά, non Βιθυνά, cum posterius sit ἐθνικὸν, prius vero κτητικόν. Nam, ut breviter ad hoc respondeam, sæpissime τὸ ἐθνικὸν vel πατρωνυμικὸν pro κτητικοῦ a scriptoribus adhiberi solet. Sic apud Theocrit. Idyll. i. v. 125. νᾶσον τὰν Σικελὰν dictum est pro νᾶσον τὰν Σικελικὰν, ut Scholiasta ibi notat. Æschylus initio *Prometh. Vinct.* Σκύθης οἶμος dixit pro Σκυθικός. Alcæus in Epigrammate, Πέρσαν στρατὸν, pro Περσικόν. Eodem modo Horatius init. Epist. ad Augustum: *Res Italas armis tuteris*; pro res Italicas. Plura hujus generis exempla a viris doctis passim observata sunt.

8 Εὐτέχνων ἔργον σκυλοτόμων καμάτων] Pentametrum hunc ex Cod. MS. Epigrammatum ineditorum emendavi, qui in prioribus Editt. corrupte sic legitur:

Εὐτέχνων ἔργων σκυτοτόμων καμάτων.

Βλάκα. αἰτιατική· τὸν βλάκα καὶ ἀνόητον. [1] εἴρηται δὲ ἀπὸ ἰχθύος τινὸς, ὁμοίου σιλούρῳ, ἀχρήστου δὲ ὄντος, ὡς μηδὲ κύνα αὐτοῦ γεύσασθαι. [2] Πολιτείας δ'· Βλακικόν τι ἡμῶν τὸ πάθος. ὡς εἰ λέγοι τις, πνευμονίαν· ἀπὸ τοῦ θαλαττίου ζώου ὄντος ἀναισθήτου. οἱ δ' ἀπὸ τοῦ πρὸς τῇ Κύμῃ χωρίου τῆς Βλακείας, οὗ μνημονεύει καὶ Ἀριστοτέλης. καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ τέλος τι βλακεννόμιον, ὃ οἱ ἀστρολόγοι τελοῦσι, διὰ τὸ τοὺς μωροὺς εἰσιέναι πρὸς αὐτούς. Ἐλινύοντα καὶ βλακεύοντα κλάειν ἐῶσι. Καὶ ἡ αἰτιατικὴ τῶν πληθυντικῶν βλάκας. ἔστι δὲ μωρός τις, μὴ εἰδὼς τὰ πράγματα διακρῖναι.

Βλάκα. In accusativo [singulari:] fatuum, stultum. Ducta est significatio ista a pisce quodam, qui siluro similis est, at inutilis prorsus, adeo ut ne canibus quidem esui sit. [Plato] *de Republ.* lib. IV. *Morbo ignaviæ & mollitiæ laboramus.* Quasi quis dicat morbum pulmonis. Per metaphoram ductam a pisce, qui stupidus est. Alii vero dictum putant a Blacia, loco quodam Cumis vicino, cujus meminit & Aristoteles. Erat etiam Alexandriæ vectigal quoddam, βλακεννόμιον vocatum, quod Astrologi pendebant, quod stulti ad eos accederent. *Cunctantem & ignaviæ indulgentem flere sinunt.* Accusativus pluralis est βλάκας. Βλὰξ autem vocatur homo stultus, & qui judicio caret res discernendi.

Βλακεύοντα, καὶ βλακεύει. μαλακίζεται. [3] Δαμάσκιος· Καὶ παροξύνων τῷ λόγῳ τοὺς ἐν ἔργῳ βλακεύοντας. οὐδεμιᾶς γὰρ ἐτίθετο κακίας ἐλάττω τὴν ῥαθυμίαν, ἁπασῶν δὲ σχεδὸν τὴν μεγίστην. Καὶ [4] Ξενοφῶν· Εἴ τις αὐτῷ δοκοίη τῶν πρὸς τοῦτο τεταγμένων βλακεύειν, ἐκλεγόμενος τὸν ἐπιτήδειον, ἔπαιεν ἂν τῇ βακτηρίᾳ.

Βλακεύοντα, & βλακεύει. Mollis est & ignavus. Damascius: *Inertes & ignavos verbis excitans. Socordiam enim nullo vitio minorem judicabat, sed omnium fere maximum.* Et Xenophon: *Et si quis illorum, quibus hoc negotii datum erat, minus strenue manum operi admovere ei videretur, illum baculo percutiebat, alterum magis idoneum eligens.*

Βλακεία. [5] ὑπερηφανία. μωρία. Οἱ [6] στράτορες τριώβολον ἐλάμβανον βλακείας χάριν.

Βλακεία. Superbia. Stultitia. *Stratores triobolum accipiebant inertiæ causa.*

Βλακεία. ῥαστώνη. ἔκλυσις. χαυνότης. Οὐ γὰρ στρατηγῶν βλακείαις ἢ φιλοψυχίαις τὰ πράγματα ἐπιτέτρεφεν, ἀλλ' αὐτὸς ἐπὶ τὸν πόλεμον ἑαυτὸν ἀναδείξας στρατηγὸν ἐξώρμησε.

Βλακεία. Ignavia. Mollities. Socordia. Inertia. *Haud enim socordiæ & ignaviæ ducum res gerendas commisit, sed ipse se imperatorem exercitus designans ad bellum profectus est.*

Βλακικῶς. ἀντὶ τοῦ βραδέως. [7] Ὡς βλακικῶς διακονεῖς.

Βλακικῶς. Lente. Tarde. *Quam tarde ministras.*

Βλάνων. ὄνομα κύριον. [8] Μόλις δὲ τῶν Καρχηδονίων ἀπὸ τῆς καταπλήξεως ἀναλεξαμένων, μόνος ὁ Βλάνων καλούμενος οἰκείαν τῆς περιστάσεως φωνὴν προϊέμενος εἶπεν.

Βλάνων. Blanon. Nomen proprium. *Cum autem Carthaginenses ex illo pavore se vix recollegissent, solus ille, qui Blanon vocabatur, convenientem illius temporis calamitati vocem emittens dixit.*

Βλάστη. βλάστημα. καὶ ἡ αἰτιατικὴ τὴν βλάστην.

Βλάστη. Germen. Et accusativus τὴν βλάστην.

Βλάσφημος. ὁ εἰς Θεὸν ἐξυβρίζων. καὶ Βλασφημῶ, αἰτιατικῇ συντάσσεται. Ἀππιανός· Οἱ δὲ ἐβλασφήμουν αὐτὸν, ὡς κακῶς ἐπὶ τρισὶν ἀνδράσι τὰ πάντα θέμενον.

Βλάσφημος. Qui adversus Deum impie loquitur. Et Βλασφημῶ, accusativo jungitur. Maledico. Appianus: *Illi vero convitiis eum insectabantur, quod omnia trium virorum arbitrio temere commisisset.*

Βλαύτη. εἶδος ὑποδήματος. [9] Σοφοκλῆς· Σπεύδειν ἀπὸ ῥυτῆρος. τουτέστιν, ἀπὸ βλαύτης· ὡς ἕκαστος ἔχει σχήματος. Καὶ αὖθις·

Ὁ [10] σκίπων, καὶ ταῦτα τὰ βλαυτία, πότνια Κύπρι,
Ἄγκειται Κυνικοῦ σκῦλα Ποσοχάρεος.

Βλαύτη. Genus calcei. Sophocles: *Properare laxatis habenis.* Vel, ἀπὸ ῥυτῆρος hic idem significat, quod ἀπὸ βλαύτης: ut sensus sit, eo ipso corporis habitu, quo quisque indutus est. Et [in Epigrammate:] *Hic scipio, & hi calcei, spolia Posocharis Cynici, tibi, veneranda Venus, dicata sunt.*

1 Εἴρηται δὲ ἀπὸ ἰχθύος τινὸς, ὁμοίου σιλ.] Hæc, & quæ sequuntur, αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Etymologum, qui ea ex veteri Lexico Rhetorico se descripsisse testatur.

2 Πολιτείας δ'. Βλακικόν τι ἡμῶν τὸ πάθος] Aliter Erotianus v. Βλακικόν: Ὡς καὶ Πλάτων ἐν δ' Πολιτείας φησί· Βλακικὸν δὲ ἡμῶν τὸ πλῆθος: quem locum Erotiani ad marginem Suidæ sui Pearsonius etiam annotaverat.

3 Δαμάσκιος· Καὶ παροξύνων τῷ λόγῳ τοὺς ἐν ἔργῳ βλ.] Hoc fragmentum legitur etiam apud Photium in Excerptis ex Damascio pag. 1066. ut Pearsonius observavit.

4 Ξενοφῶν] *De Expedit. Cyri* lib. II. pag. 179. ut Portus monuit. Vide etiam infra v. Ἐπιτήδειος, ubi idem fragmentum repetitur.

5 Ὑπερηφανία] Huc spectant verba Scholiastæ Aristoph. ad *Plutum* pag. 36. Καὶ βλακεία, ἡ μετὰ ὑπερηφανίας μωρία.

6 Οἱ στράτορες τριώβολον ἐλ.] Portus legendum putabat, οἱ φράτορες: quæ conjectura temere damnanda non est. Triobolum enim apud Athenienses merces erat Judicum, qui ideo ab Aristophane *Equit.* pag. 301. φράτορες τριωβόλου vocantur: quod tamen a Porto observatum non fuerat. Cæterum, cum fragmentum hoc breve sit, nec de sensu auctoris ex quo Suidas ista descripsit, certo constet, rem totam in medio relinquo.

7 Ὡς βλακικῶς διακονεῖς] Hæc sunt verba Aristophanis *Avibus* pag. 557. (418. Ed. Bas. *P.*)

8 Μόλις δὲ τῶν Καρχηδ. ἀπὸ τῆς καταπλ.] Hæc sunt verba Diodori in *Excerpt. Legat.* cap. XXVII. quæ etiam leguntur supra v. Ἀναλεξάμενος, ut Pearsonius recte observavit. Cæterum in *Excerptis Legat.* pro ἀναλεξαμένων, ut Suidas hic habet, hodie legitur ἀναψυξαμένων. Sed lectionem Suidæ præferendam esse monuimus etiam supra v. Ἀναλεξάμενος.

9 Σοφοκλῆς] *Oedip. Colon.* pag. 301. ut Portus observavit. Suidas autem, veterem Scholiastam secutus, locum hunc Sophoclis male interpretatur. Rectius Triclinius: Σπεύδειν ἀπὸ ῥυτῆρος, ἤγουν ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς. ἀντὶ τοῦ ὡς εἶχε ἕκαστος χώματος. εἴρηται δὲ ἐκ μεταφορᾶς τῶν διωκόντων τινὰς στρατιωτῶν, καὶ πάσας ἡνίας χαλώντων, ὥστε ταχύτερον φέρεσθαι. Ῥυτῆρας γὰρ τοὺς χαλινοὺς φασιν, οὐ τὰ ὑποδήματα, ὡς τὰ Σχόλια λέγει.

10 Ὁ σκίπων, καὶ ταῦτα τὰ βλ.] Distichum hoc est pars Epigram-

Ἀγει-

Βλαυτίοις. σανδαλίοις. [1] Ἀριστοφάνης·

Ὅπερ πίνων ἀνὴρ πέπονθ', ὅταν χεζητιᾷ,
Τοῖς τρόποισι τοῖς σοῖσιν ὥσπερ βλαυτίοις χρήσομαι.

ἐπειδὴ εἰώθασιν οἱ πίνοντες τοῖς τῶν ἄλλων ὑποδήμασι χρῆσθαι, εἰ ἐπείγοιντο πρὸς λάσανον. [2] λάσανα δὲ οἱ χυτρόποδες, τὰ μαγειρεῖα, ἔνθα τῇ βουλῇ σκευάζεται μετὰ τὰς θυσίας τὰ κρέα.

Βλαῖσος. ὄνομα κύριον. Ὕπατοι δὲ ἦσαν Ἰούνιος Βλαῖσος καὶ Λεύκιος. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἀπίκιος Μάρκος.

Βλαισός. παραλυτικός. διαφέρει βλαισὸς καὶ ῥαιβός. ὁ μὲν ἀπὸ τῶν γονάτων διεστραμμένος τοὺς πόδας· ὁ δὲ αὐτὰς τὰς κνήμας.

Πολλάκις [3] ἐν θυμέλῃσι καὶ ἐν σκηνῇσι τεθηλὼς
Βλαισὸς [4] Ἀχαρνεῖτις κισσὸς ἔρεψε κόμην.

καὶ βλαισοπόδης. βάτραχος.

Βλέμμυες. ἔθνος Λιβυκόν.

Βλεπεδαίμων. ὁ διεστραμμένος τὰς ὄψεις, καὶ οἷον ὑπὸ δαίμονος πληγείς.

Βλέπων [5] γὰρ ἄντικρυς δόξεις μ' Ἄρη. ἐπὶ τῶν ὑπισχνουμένων παντὶ σθένει πράττειν καὶ συναίρεσθαι πρὸς βοήθειαν. Δόξεις με, φησὶν, Ἄρεα ὁρᾷν χαλοσθαλικὸν καὶ πρακτικόν.

Βλέποντες. ἀντὶ τοῦ ζῶντες. οὕτω [6] Σοφοκλῆς

Οἱ δ' οὖν γελώντων, κἀπιχαιρόντων κακοῖς
Τοῖς τοῦδ'. ἴσως τοι, κεἰ βλέποντα μὴ 'πόθουν,
Θανόντ' ἂν οἰμώξειαν ἐν χρείᾳ δορός.

Βλέπος. [7] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Ἐπὶ τοῦ προσώπου τ' ἐστὶν Ἀττικὸν βλέπος.

ἀντὶ τοῦ [8] κακοῦργον βλέμμα καὶ δραστικόν. οἱ γὰρ Ἀττικοὶ ἐπὶ ἀναιδείᾳ διεβάλλοντο.

Βλέπος. ἀντὶ τοῦ βλέμμα. οὕτως Ἀριστοφάνης.

Βλείω. εὐκτικῶς. καὶ ζήτει τὸν κανόνα ἐν τῷ Ἐμπλείμην.

Βλήδας. [9] ὄνομα Σκύθου.

Βλήτυρι. οὕτω λέγουσι καὶ σκινδαψόν. [10] εἰσὶ δὲ παραπλήρωμα λόγων μὴ ἐχόντων λόγον. [11] Ἰόβας δὲ τὸν σκινδαψὸν ὄργανον μουσικὸν ἀποδίδωσι. τὸ δὲ βλήτυρι χορδῆς μίμημα.

Βλαυτίοις. Sandaliis. Aristophanes: *Quod bibenti viro accidere solet, cum cacaturit: moribus tuis ut calceis utor.* Hoc ideo dictum, quia, qui bibunt, aliorum calceis uti solent, quando ventre urgente ad sellas properant. Λάσανα enim [sunt sellæ familiaricæ. Item] ollæ & vasa, in quibus Senatui carnes post sacrificia parantur.

Βλαῖσος. Blæsus. Nomen proprium. *Consules autem erant Junius Blæsus & Lucius.* Vide reliqua in v. Ἀπίκιος Μάρκος.

Βλαισός. Paralyticus. Differt βλαισὸς & ῥαιβός. Βλαισὸς enim est, cujus suræ ita sunt distortæ, ut extrorsum promineant; sive valgus. Ῥαιβὸς vero, cujus suræ introrsum actæ sunt, sive varus. † *Sæpe in scenis viridis & oblique serpens hedera Acharnensis comam tuam texit.* Et βλαισοπόδης, rana.

Βλέμμυες. Blemmyes, gens Libyca.

Βλεπεδαίμων. Qui distortos habet oculos, & a dæmone quasi percussus est.

Βλέπων γὰρ ἀντ. *Me enim videns Martem ipsum cernere tibi videberis.* Dicitur de iis, qui pollicentur se totis viribus aliquid facturos & opem alicui laturos esse. Existimabis, inquit, cum me videbis, te videre Martem ipsum, in rebus gerendis strenuum & promptum.

Βλέποντες. Viventes. Ita Sophocles:

*Illi igitur rideant, & insultent malis*
*Hujus. Fortasse enim, etsi viventem non desiderarunt,*
*Mortuum deplorabunt, cum bellum eos urgebit.*

Βλέπος. Aspectus. Intuitus. Aristophanes *Nubibus*: *Et vultui ejus inest Atticus aspectus.* Id est, callidus & impudens. Attici enim ob impudentiam male audiebant.

Βλέπος. Idem quod βλέμμα, aspectus. Sic Aristophanes.

Βλείω. Est optativi modi. Quære regulam in v. Ἐμπλείμην.

Βλήδας. Bledas. Nomen Scythæ.

Βλήτυρι. Sic & scindapsum appellant. Item verba nihil significantia, quæ tantum complendæ orationis gratia adhibentur. Jobas vero scindapsum interpretatur instrumentum Musicum. Est item βλήτυρι vox, qua sonum chordæ imitamur.

matis nondum, ut puto, a quoquam ante editi, quod ex Cod. MS. integrum hic cum Lectore communicabo. Λεωνίδα.

Ὁ σκίπων, καὶ ταῦτα τὰ βλαυτία, πότνια Κύπρι,
Ἄγκειται Κυνικοῦ σκῦλα Πολυχρέος.
Βουλιμιᾷν. Est idem quod apud nos λιμώττειν dicitur. Xenophon vero τὸ βουλιμιᾷν dicit de stomacho, qui a fame mordetur. *Ille vero ad jumenta pergens, si quod edulium videret, id fame laborantibus dabat.*

Βούλιμος. ἀρσενικῶς. ἡ ἐπιτεταμένη λιμός. Ἐπὶ δὲ τῆς ὁδοῦ πολλοὶ ἔπεσον ὑπὸ τοῦ βουλίμου, καὶ χεῖρας καὶ πόδας ἀπεκαύθησαν. Συμπίπτει τι τὸ τῆς βουλιμιάσεως πάθος, χιόνος οὔσης, πεινῶσι καὶ κτήνεσι καὶ ἀνθρώποις, εἴτε οὖ θερμοῦ διὰ περίψυξιν καὶ πύκνωσιν, ὅταν ἐντὸς ἅπαν καθειρχθῇ, τὴν τροφὴν ἀθρόως ἀναλίσκοντος· εἴτε δριμεῖα καὶ λεπτὴ τῆς χιόνος διαδιδομένης ἰοῦσα πνοὴ τέμνει τὸ σῶμα, καὶ διαφθείρει τὸ θερμὸν ἔξω αὖθις διαδιδόμενον.

Βούλιμος. Genere masculino vocatur intensa fames. *In itinere vero multi morbo, qui βούλιμος vocatur, confecti conciderunt, manibus pedibusque adustis. Accidit autem morbus iste jumentis & hominibus per nivem ingredientibus & defatigatis, sive quia calor, corpore frigore constricto & condensato intus conclusus, alimentum omne prorsus consumit; sive quia acris & tenuis exspiratio nivis, per aerem dispersa, corpus incidit, & calorem foras rursus se dispergentem corrumpit.*

Βουλιμώττει. πεινῇ λίαν. παρὰ τὸ βου ἐπιτατικὸν μόριον, καὶ τὸ λιμώττω.

Βουλιμώττει. Valde esurit. Vox composita est ex particula βου, quæ intendendi vim habet, & λιμώττω, esurio.

Βουλίνη. πόλις περὶ Ἰλλυρίαν. τὸ ἐθνικὸν Βουλίνος.

Βουλίνη. Buline, urbs circa Illyrium, cujus civis vocatur Βουλῖνος.

Βοῦλις καὶ Σπέρχις, [4] Ἀθηναῖοι, οἱ αὐθαίρετοι ἐς Πέρσας ἀπῆλθον, δώσοντες δίκας ὑπὲρ τῶν κηρύκων Ξέρξου.

Βοῦλις. Bulis & Sperchis, Athenienses, qui sponte sua ad Persas iverunt, pœnas daturi ob [violatos] Xerxis legatos.

Βουλομένῳ. γλιχομένῳ. ἐπιθυμοῦντι. Ὁ δὲ ἔφη θαυμάζων, ἐθελήσεις τί μοι μαντεύσασθαι; πάνυ γε ἔφην, εἴ σοι βουλομένῳ ἐστί. Ἀριστοφάνης· Βούλομαι δ', ἄναξ, καλῶς δρῶν ἐξαμαρτεῖν μᾶλλον, ἢ νικᾶν κακῶς.

Βουλομένῳ. Volenti. Cupienti. *Ille vero admirans dixit, visne futura quædam mihi prædicere? Cui, omnino, respondi, si id cupias.* Aristophanes: *Malo vero, Rex, bene faciens voto meo excidere, quam male vincere.*

Βουλυτός. ἡ δειλινὴ ὀψία, ὅτε οἱ βόες ἀπολύονται τῶν ἔργων. Ἀρριανός· Γίνεται μάχη καρτερὰ ἐπὶ βουλυτὸν ἀγχώμαλος. Καὶ αὖθις Αἰλιανός· Καὶ ὁ μὲν ἔδρασε τὸ προσταχθέν. ὁ δὲ ὄρνις πρὸ βουλυτοῦ ἐπ' ἀμφοῖν βαδίζων, καὶ τὼ πτέρυγε κρούων, καὶ βαίνων μακρὰ, καὶ αἴρων τὸν τράχηλον, καὶ τὸν λόφον ἐπισείων, οἷα ὁπλίτης γαῦρος, τὴν ἐς τὰ ἄλογα προμήθειαν ἀπεδείκνυε.

Βουλυτός. Tempus vespertinum, quum boves ab opere solvuntur. Arrianus: *Ad vesperam usque æquo Marte, idque acriter, pugnatum est.* Et iterum Ælianus: *Et ille quidem imperata fecit. Gallus vero ante vesperam utroque pede ambulans, & alas concutiens, & gressu incedens elato, & collum erigens, cristamque quatiens, ut solet alacris & ferox miles, providentiam divinam brutorum etiam curam gerere declaravit.*

Βουμολγός. ὁ τὰς βοῦς ἀμέλγων. [5] Κέρας βουμολγὸς ταύρου κλάσεν ἀπιμαγέλου.

Βουμολγός. Qui vaccas mulget. [Bubulcus.] *Bubulcus cornu fregit tauri armentū deserentis.*

Βοῦν ἐν γνάθοις φέρει. ἐπὶ τῶν πολυφάγων.

Βοῦν ἐν γν. *Bovem in maxillis fert.* Dicitur de voracibus.

1 Διότι ποτὲ μὲν περὶ τῆς ἀλογίας, ποτὲ δὲ περὶ τοῦ λόγου] Apud Philoponum rectius legitur, διότι ποτὲ μὲν περὶ τῆς ἀλογίας, ποτὲ δὲ περὶ τοῦ λόγου &c.

2 Βουλιμιᾷ. λιμώττει. πεινῇ λ.] Totum hunc locum descripsit Suidas ex Enarratore Comici ad *Plutum* pag. 87. (43. Ed. Bas. P.)

3 Ὁ δὲ περιιὼν ἐπὶ τὰ ὑποζ.] Fragmentum hoc legitur apud Xenophontem *de Expedit. Cyri* lib. IV. pag. 330. ut Portus monuit.

4 Ἀθηναῖοι] Imo Σπαρτιᾶται, sive Lacedæmonii, ut constat ex Herodoto lib. VII. pag. 169. quem vide.

5 Κέρας βουμολγὸς ταύρου κλ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate, quod ex Codice MS. Anthologiæ ineditæ integrum exhibemus infra v. Ἰξός.

Βουτῆσι. τοῖς βουκόλοις. τοῖς βοηλάταις. [1] Βούνομοι ἐπιστροφαί. ἤγουν ὑπὸ βοῶν κατανεμόμεναι.

Βουνόμον. τὴν βοῶν θρεπτικήν. [2] Βουνόμον ἔχων ἀκτάν.

Βουλοῦσκοι. ἔθνος. οὗτοι πόλεμον κατὰ Ῥωμαίων ἐξήνεγκαν, καὶ πολλοῖς ζημιοῦνται σώμασι, καὶ πόλεις ἐπιφανεστάτας τοῦ σφετέρου γένους ἀποβάλλουσι, Μαρκίου νέου παρὰ Ῥωμαίοις ἐπιφανοῦς ὠσαμένου ἐς μέσους τοὺς πολεμίους, συνεισπεσόντος δὲ πυλῶν ἐντὸς τοῖς φεύγουσι, καὶ ἀναπετάσαντος τοῖς οἰκείοις τὴν εἴσοδον. ἐφ᾽ οἷς πολλοῖς μὲν χρήμασι, πολλοῖς δὲ σώμασιν αἰχμαλώτοις παρὰ τοῦ μονάρχου τιμώμενος, τὰ μὲν ἄλλα διωθήσατο, ἠρκέσθη δὲ στεφάνῳ τε ἀριστείῳ καὶ ἵππῳ πολεμιστηρίῳ· καὶ τῶν αἰχμαλώτων ἕνα τῶν αὐτοῦ φίλων αἰτήσας, ἀφῆκεν ἐλεύθερον.

Βούπαλος. ὄνος. [3] Ἀριστοφάνης·

Εἰ νὴ Δία τις τὰς γνάθους τούτων δὶς ἢ τρὶς
Ἔκοψεν ὥσπερ βουπάλου, φωνὴν ἂν οὐκ ἂν εἶχεν.

Παρὰ τῷ Ἱππώνακτι· Λάβετέ μου θοἰμάτιον, κόψω βουπάλου τὸν ὀφθαλμόν.

Βούπαις. [4] ὁ νέος. ἔφηβος. βουκόλος. καὶ αἱ μέλισσαι, ὅτι βοηγενεῖς εἰσιν.

Αἰεί [5] τοι βούπαισι περιστάζοιτο μελίσσαις
Τύμβος, Ὑμηττείῳ λειβόμενος μέλιτι.

Ἵπποι [6] γὰρ σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελισσῶν.

Βούπεινα. ἡ μεγάλη πεῖνα.

Βουπλήξ. πέλεκυς. μάστιξ. βουκέντρον. καὶ αὖθις Καὶ [7] κέντρ᾽ ὀπισθονυγῆ, καὶ βούστροφα δεσμὰ τενόντων.

Βουργαών. [8] ὄρος περὶ τὴν ἑσπέραν, ἔνθα Βελισάριος διαφόρους πολέμους διήνεγκεν.

Βοῦς ἕβδομος. ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων. οἱ γὰρ πένητες ἔμψυχον μὴ ἔχοντες θῦσαι, ἔπλαττον ἐξ ἀλεύρου. θυομένων δὲ τῶν ἐξ ἐμψύχων, προβάτου, ὑός, αἰγός, βοός, ὄρνιθος, χηνός, ἐθύετο ἕβδομος ὁ ἐξ ἀλεύρου καὶ διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἄψυχον, ἐξεδόθη εἰς παροιμίαν. Ἐπίγραμμα εἰς βοῦν καὶ τράγον, ἐπὶ πίνακος ἀργυροῦ ἐγκεκολαμμένους·

Πῶς βοῦς ὑπάρχων, αὔλακας γῆς οὐ τέμνεις;
Ἀλλ᾽ ὡς πάροινος ἀγρότης ἀνεκλίθης;
Πῶς οὐχὶ καὶ σὺ πρὸς νομὰς ἀποτρέχεις,
Ἀλλ᾽ ἀργυροῦν εἴδωλον ἕστηκας τράγε;
Ἕστηκα τὴν σὴν ἐξελέγχων ἀργίαν.

Βοῦς [9] ἕβδομος. πέμματα κέρατα ἔχοντα, κατὰ μί-

Βουτῆσι. Bubulcis. Et βούνομοι ἐπιστροφαί, loca, in quibus boves pascuntur.

Βουνόμον. Boum pascua habentem. *Littus incolens boum pascuis abundans.*

Βουλοῦσκοι. Volsci, gens [Italiæ.] Hi bello Romanis illato, & milites multos & urbes suæ gentis clarissimas amiserunt, Marcio illustri apud Romanos juvene in medios hostes impetum faciente, & cum fugientibus in urbem irrumpente, suisque portas aperiente: qui propterea & multa pecunia multisque captivis a Dictatore donatus, cætera repudiavit, corona fortitudinis præmio & equo bellico contentus. Adhæc unum ex captivis, qui amicus ipsius erat, a Dictatore petiit, eumque liberum dimisit.

Βούπαλος. Asinus. Aristophanes: *Profecto, si quis his maxillas bis aut ter percutiat, ut asinis fieri solet, vox ipsis desit.* Apud Hipponactem: *Accipite pallium meum: asini enim oculum elidam.*

Βούπαις. Adolescens. Qui pubertatem attigit. Bubulcus. Item apes sic vocantur, quod ex bobus gignantur. [In Epigrammate:] *Sepulcrum tuum Hymettio melle apum ex bobus genitarum semper stillet.* Et alibi: *Ex equis enim vespæ, & ex bobus apes generantur.*

Βούπεινα. Magna fames.

Βουπλήξ. Securis. Flagellum. Stimulus bovis. [In Epigrammate:] *Stimulique a tergo pungentes, & lora, quæ boum cervicibus injiciuntur, ut iis regantur.*

Βουργαών. Burgaon, mons in occidentali parte [Africæ,] ubi Bellisarius diversa bella gessit.

Βοῦς ἕβδομος. Septimus bos. De stupidis dicitur. Pauperes enim, quia vivum [bovem] immolare non poterant, [ei similem] ex farina fingebant. Sex autem animalibus vivis immolatis, ove, sue, capra, bove, gallina, & ansere, septimus immolabatur bos ex farina confectus: qui quoniam erat inanimus, in proverbium abiit. † Epigramma in bovem & hircum, in argentea tabula cælatos. *Qui fit, quod, cum bos sis, terram non sulces, sed ut ebrius rusticus humi recubes? Cur & tu ad pascua non decurris, hirce, sed in argento cælatus stas? Sto tuam redarguens desidiam.*

Βοῦς ἕβδομος. Bos septimus. Est genus pla-

1 Βούνομοι ἐπιστροφαί] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Ranas* pag. 277. (183. Ed. Bas. *P.*)

2 Βουνόμον ἔχων ἀκτάν] Hæc sunt verba Sophoclis *Electræ* pag. 89. ut Portus monuit.

3 Ἀριστοφάνης] *Lysistrata* pag. 858. (549. Ed. Bas. *P.*)

4 Βούπαις. ὁ νέος, ἔφ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Vespas* pag. 517.

5 Αἰεί τοι βούπαισι περιστάζοιτο μελ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis in Sophoclem, quod exstat Anthol. lib. III. cap. XXV. pag. 296 (274. Ed. Henr. Steph. *P.*)

6 Ἵπποι γὰρ σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελ.] Est versus Nicandri in *Theriacis*, qui legitur etiam Anthol. lib. I. pag. 126.

7 Καὶ κέντρ᾽ ὀπισθονυγῆ, καὶ β.] Anthol. lib. VI. cap. VII. Epigr. IX. versus hic rectius ita legitur:

Κέντρα τ᾽ ὀπισθονυγῆ, καὶ βουστρόφα δεσμὰ τενόντων.

Pro βούστροφα autem scribendum potius existimo βουστρόφα, cum accentu in penultima; id est, lora, quæ boves flectunt & regunt.

8 Βουργαών. ὄρος περὶ τὴν ἑσπέραν. ἔνθα Βελισάριος διαφ.] In prioribus Editt. locus hic ita legitur: Βουργαών. ὄρος περὶ τὴν ἑσπέραν. † Βουρδιγάλα. πόλις Κελτογαλατίας, ἔνθα Βελισάριος διαφόρους &c. Sed cum verba ista, Βουρδιγάλα, πόλις Κελτογαλατίας, in MSS. Paris. desint, apparet, Editores illa ex margine in textum recepisse, sed judicio tam exiguo, ut verba, quæ ad Βουργαών pertinebant, violenter inde avulsa, ad vocem Βουρδιγάλα transferrent. Cæterum de monte Burgaone vide Procopium *de Bello Vandal.* lib. II. cap. XII.

9 Βοῦς ἕβδομος. πέμμ.] Vide supra v. Ἀνάστατοι.

μησιν

μηνὸς τ' περιλοφαῦς σελήνης. ἐκάλουν δὲ αὐτὸν βοῦν, προστιθέντες καὶ τὸ ἕβδομον, ὅτι ἐπὶ ταῖς ἓξ σελήναις ἐπεθύετο οὗτος ἕβδομος, ὡς Εὐθυκλῆς ἐν Ἀταλάντῃ. ὁμοίως δὲ καὶ αἱ σελῆναι πέμματα πλατέα κυκλοτερῆ, ἃ καὶ οὕτως ἐκάλουν. ἔτι δὲ παρὰ Εὐριπίδῃ ἐν Ἐρεχθεῖ, καὶ παρ' Ἀχαιῷ ἐν Ἴριδι. τάττεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἄγαν ἀναισθήτων. καὶ, Βοῦς ἐν αὐλίῳ· ἐπὶ τῶν μηδὲν χρησιμευόντων.

centæ, cornua habens ad imitationem lunæ, cum primum apparere incipit. Vocabant autem [illud placentæ genus] bovem, addentes septimum quod post sex Lunas immolaretur, ut [testatur] Euthycles in *Atalanta*. Similiter etiam Lunæ erant placentæ latæ & rotundæ, sic dictæ, [quod speciem Lunæ referrent.] Reperitur autem nomen hoc apud Euripidem in *Erechtheo*, & Achæum in *Iride*. Dicitur proverbium illud in homines valde stupidos. Et, *Bos in stabulo*. Dicitur in eos, qui ad nullam rem utiles sunt.

Βοῦς[2] ἐν αὐλίῳ κάθῃ. παροιμία ἐπὶ τῶν ἀχρήστων.

Βοῦς ἐν αὐλίῳ κάθῃ. *Bos in stabulo sedes*. Proverbium in eos, qui ad nullam rem sunt utiles.

Βοῦς ἐπὶ γλώττης. ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων παῤῥησιάζεσθαι· ἢ διὰ τὴν ἰσχὺν τοῦ ζώου· ἢ διὰ τὸ τὸ Ἀθηναίων νόμισμα βοῦν ἔχειν ἐγκεχαραγμένον, ὅπερ ἐκτίνειν ἔδει τοὺς παῤῥησιαζομένους.

Βοῦς ἐπὶ γλώττης. *Bos in lingua*. De iis, qui libere loqui non audent: vel ob animalis hujus robur, vel quod Atheniensium nomisma bovis imagine signatum esset, quod eos, qui liberius loquebantur, pendere oportebat.

Βοῦς ἐπὶ σωρῷ. ἐπὶ τῶν ἡδυπαθούντων. ἢ ἐπὶ τῶν ἀλοώντων, καὶ διὰ φιμοῦ ἐσθίειν κωλυομένων. καὶ Βοῦς εἰς ἄμητον. ἐπὶ τῶν μετ' ὠφελείας καμνόντων.

Βοῦς ἐπὶ σωρῷ. *Bos apud acervum*. De iis, qui delicate & molliter vivunt. Vel de triturantibus dicitur, & quorum os camo obligatum est, ne comedant. Et, *Bos in messem*. De iis, qui cum fructu laborant.

Βοῦς Κύπριος. ἐπὶ τοῦ χυδαίου καὶ ἀναισθήτου. φασὶ γὰρ τοὺς Κυπρίους βόας κοπροφαγεῖν.

Βοῦς Κύπριος. Bos Cyprius. Dicitur de homine plebeii & stupidi ingenii. Ajunt enim boves Cyprios stercore vesci.

Βοῦς[3] ὁ Μολοττῶν. ἐπὶ τῶν εἰς πολλὰ διαιρουμένων καὶ κατακοπτομένων πραγμάτων. οἱ γὰρ Μολοττοὶ ἐν τοῖς ὁρκωμοσίοις κατακόπτοντες εἰς μικρὰ τοὺς βοῦς, τὰς συνθήκας ἐποιοῦντο.

Βοῦς ὁ Μολοττῶν. *Bos Molossorum*. Dicitur de rebus, quæ in multa frusta dividuntur & conciduntur. Molossi enim in fœderibus pangendis bovem in minuta frusta dissecare solebant.

Βοῦς[4] ὑπὸ ζυγόν. ἐπὶ τῶν ἀεὶ μοχθούντων.

Βοῦς ὑπὸ ζυγόν. *Bos sub jugum*. De iis, qui semper laborant.

Βούσιρις. ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς, ἀφ' οὗ καὶ ἡ πόλις καλεῖται.

Βούσιρις. Busiris, Ægypti Rex, a quo & urbs nomen accepit.

Βούσταθμον, καὶ βουστάσιον. τὸ βοοστάσιον.

Βούσταθμον & βουστάσιον. Boum stabulum.

Βουτάδης.[5] δῆμός ἐστι τῆς Οἰνηΐδος Βουτία· ἀφ' ἧς Βουτάδαι οἱ δημόται.

Βουτάδης. Butades. Butia est populus tribus Oeneidis; cujus populares dicuntur Butadæ.

Βούτης.[6] οὗτος τὴν ἱερωσύνην ἔσχε, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ Βουτάδαι ἐκλήθησαν. καλοῦνται δὲ καὶ Ἐτεοβουτάδαι οἱ ἀπόγονοι τοῦ Βούτου. τὸ γὰρ ἐτεὸν ἀληθὲς δηλοῖ.

Βούτης. Butes. Hic sacerdotium habuit, ejusque posteri vocati sunt Butadæ, vel Eteobutadæ, [quasi dicas veri Butadæ.] Ἐτεὸν enim verum significat.

Βουταλίων καὶ Κόροιβος καὶ Μελιτίδης ἐπὶ μωρίᾳ διεβέβληντο. [7]Ἀριστοφάνης·

Τέως δ' ἀβελτερώτατοι
Κεχηνότες[8] Μαμμάκουθοι,
Μελιτίδαι κάθηνται.

Βουταλίων. Butalion & Corœbus & Melitides ob stultitiam [a Comicis] perstringebantur. Aristophanes: *Interea ut stupidi & biantes Mammacuthi & Melitidæ sedent*.

Βούτης. βοονόμος. [9]Αὐτὰρ ὁ βούτην ἀντίος ἐκ πλαγίων ἴθ'· ὁ δὲ ῥοπάλῳ γυρὸν ἀπεκράνιζε βοὸς κέρας.

Βούτης. Bubulcus. [In Epigrammate:] *At [taurus] in bubulcum ex adverso irruit. Ille vero clava curvum cornu a capite bovis decussit*.

Βούτομον.[10] φυτάριον παραπλήσιον καλάμῳ, ὅπερ ἐσθίουσιν οἱ βόες.

Βούτομον. Parva planta, similis arundini, quam boves edunt.

1 Περιτροφαῦς] Supra v. Ἀνάστατοι minus recte legitur περιτροφοῦς.
2 Βοῦς ἐν αὐλίῳ κάθῃ] Vide Henr. Steph. in Animadvers. ad Adag. Erasmi pag. 12.
3 Βοῦς ὁ Μολοττῶν. ἐπὶ τῶν εἰς πολλὰ διαιρ.] Ex Zenobio.
4 Βοῦς ὑπὸ ζυγόν] Sic habent 2 MSS. Paris. At in prioribus Edit. excusum est Βοῦς ἐπὶ ζυγόν, quod minus placet.
5 Βουτάδης. δῆμός ἐστι τῆς Οἰνηΐδος Βουτ.] Ex Harpocratione.
6 Βούτης. οὗτος τὴν ἱερωσ.] Et hunc articulum ex Harpocratione descripsit Suidas.
7 Ἀριστοφάνης] *Ranis* pag. 258. (169. Ed. Bas. P.)
8 Μαμμάκουθοι] Sic etiam legitur apud Aristophanem. Sed metri gratia scribendum est Μαμμάκυθοι, quoniam syllabam penultimam oportet esse brevem. Hesychius: Μαμμάκυθος, μωρός, ubi recte syllaba penultima per υ scribitur. Vide etiam supra v. Ἀβελτερώτατος.
9 Αὐτὰρ ὁ βούτην ἀντ.] Locus hic in codice MS. Epigrammatum ineditorum sic distinguitur:

——Αὐτὰρ ὁ βούτην
Ἀντίος ἐκ πλαγίων ἴθ'· ὁ δὲ ῥοπάλῳ
Γυρὸν ἀπεκράνιζε βοὸς κέρας.

Vide infra v. Ἴξων, ubi Epigramma, ex quo verba hæc decerpta sunt, integrum exhibemus.
10 Βούτομον. φυτάριον παραπλ. καλάμῳ, ὅπερ ἐσθίουσιν οἱ β.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Aves* pag. 572.

Βουτόροις. τοῖς πλήττουσι τοὺς βόας. Μαυρούσιοι ἔχουσι δόρατα [1] βουτόροις ὀβελοῖς ἴσα.

Βουτεῖα. ὄνομα ὄφεως.

Βουτύπος. βουθύτης. ὁ τοὺς βόας βάλλων πελέκει.

Βουφάγος.

Ὑετὸν [2] ἄρτι κόμης ἀπεμόρξατο. τοῦ δὲ κατ' ἴχνος
Βουφάγος εἰς κοίλην ἄντρον ἵκετο λέων.

Βουφόνια. [3] ἑορτὴ παρὰ Ἀθηναίοις πάνυ ἀρχαία. ἐν γὰρ τοῖς Διϊπολίοις φασὶ τὸν βοῦν τὸ πόπανον φαγεῖν τὸ παρεσκευασμένον εἰς θυσίαν. Θαύλωνα δέ τινα, ὡς εἶχε, τῷ πελέκει ἀποκτεῖναι τὸν βοῦν, ὡς Ἀνδροτίων φησί.

Βουφόνια. ἑορτὴ παλαιά, ἣν φασιν ἄγεσθαι μετὰ τὰ μυστήρια· ὅτε καὶ τὸν βοῦν ἔθυον εἰς ὑπόμνησιν τοῦ πρώτου φονευθέντος ἐν ἀκροπόλει βοὸς, ἁψαμένου τοῦ πελάνου ἐν τῇ θυσίᾳ τῶν Διϊπολίων.

Βουφόρτων. πολυφόρτων.

— Μέγα [4] πλευρὸν ἀνῆψαν
Δαίμοσι βουφόρτων κοίρανοι εἰκοσόρων.

Βουχανδής. βοῦν χωρῶν. ἐν Ἐπιγράμματι·

Βουχανδής [5] ὁ λέβης· ὁ δὲ θεὶς Ἐριασπίδα υἱὸς
Κλεύβολος.

Βούχετα. [6] πόλις ἐστὶ τῆς Ἠπείρου, οὐδετέρως καὶ πληθυντικῶς [7] λεγομένη· ἥν φησι Φιλόχορος ὀνομασθῆναι διὰ τὸ τὴν Θέμιν ἐπὶ βοὸς ὀχουμένην ἐλθεῖν ἐκεῖ κατὰ τὸν Δευκαλίωνος κατακλυσμόν.

Βουχίλου. ὄνομα τόπου. ἡ εὐθεῖα Βούχιλον.

Πᾶνες [8] βουχίλου κράντορες Ἀρκαδίης.

τουτέστιν εὐτρόφου.

Βῶλις. ὄνομα κύριον. Πολύβιος· Ὁ δὲ Ἀχαιὸς προσδεξάμενος ἐκτενῶς καὶ φιλανθρώπως [9] τὸν Βῶλιν, ἀνέκρινε διὰ πλειόνων ὑπὲρ ἑκάστου τῶν κατὰ μέρος.

Βῶλος, [10] Δημοκρίτειος, φιλόσοφος. ἱστορίαν καὶ τέχνην ἰατρικήν. ἔχει δὲ [11] ἰάσεις φυσικὰς ἀπό τινων βοηθημάτων τῆς φύσεως.

Βῶλος [12] Μενδήσιος, Πυθαγόρειος. Περὶ [13] τῶν ἐκ τῆς ἀναγνώσεως τῶν ἱστοριῶν εἰς ἐπίστασιν ἡμᾶς ἀναγόντων. Περὶ θαυμασίων. Φυσικὰ δυναμερά. ἔχει [14] δὲ περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν λίθων κατὰ

Βουτόροις. Boves pungentibus. *Maurusii habent hastas, similes verubus, quibus boves figuntur.*

Βουτεῖα. Nomen serpentis.

Βουτύπος. Qui boves mactat. Qui boves securi ferit.

Βουφάγος. [Qui boves vorat. Vel, valde vorax.] *Vix comas abstersa pluvia siccaverat, cum leo bobus infestus vestigia ejus secutus in cavum specu venit.*

Βουφόνια. Festum apud Athenienses valde antiquum, [quod a cæde bovis nomen accepit.] In festo enim Diipoliorum ferunt bovem placentam sacrificio destinatam devorasse; quem Thaulon quidam confestim securi interfecit, ut ait Androtio.

Βουφόνια. Festum antiquum, quod post Mysteria celebrari solitum fuisse tradunt: quo tempore & bos immolabatur, in memoriam primi bovis in arce occisi, qui placentam devoraverat, cum Diipoliis [Jovi] sacrificium fieret.

Βουφόρτων. Magnum onus gestantium. *Ingens hoc latus Domini navium onerariarum, quæ viginti remis instructæ sunt, Diis suspenderunt.*

Βουχανδής. Bovem capiens. In Epigrammate: *Lebetem hunc, qui bovem capit [Diis] dedicavit Cleobotus, Eriaspidæ filius.*

Βούχετα. Bucheta. Urbs est Epiri, generis neutrius & pluralis numeri: quam Philochorus ait sic dictam fuisse, quod Themis tempore diluvii Deucalionei bove vecta illuc accesserit.

Βουχίλου. Buchili, nomen loci, cujus casus rectus est Βούχιλον. [Item βούχιλος, fertilis, vel pascuis abundans. In Epigrammate:] *Panes, qui fertilis Arcadiæ regnum tenetis.*

Βῶλις. Bolis. Nomen proprium. Polybius: *Achæus vero, cum prompto studio & humaniter Bolin excepisset, de singulis eum accurate percontatus est.*

Βῶλος. Bolus, Democriteus, Philosophus, [scripsit] historiam & artem medicam, in qua agitur de sanationibus morborum, quæ ab occulta naturæ vi proficiscuntur.

Βῶλος. Bolus Mendesius, Pythagoreus. Scripsit de utilitate, quam ex lectione historiarum capimus. De rebus mirabilibus. De remediis Physicis. Præterea de sympathiis & an-

1 Βουτόροις ὀβελοῖς] Simili sensu Herodotus in *Euterpe* pag. 90. dixit βουπόροις ὀβελοῖς: quod Suidas supra v. Βουπόρος interpretatur μεγάλοις ὀβελοῖς.

2 Ὑετὸν ἄρτι κόμης ἀπεμόρξατο. τοῦ δὲ κατ' ἴχνος] Distichum hoc est pars Epigrammatis, quod ex codice MS. Anthologiæ ineditæ integrum exhibemus infra v. Ἤγαγον.

3 Βουφόνια. ἑορτὴ παρὰ Ἀθ.] Vide infra v. Θαύλων.

4 Μέγα πλευρὸν ἀνῆψαν Δαίμ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate inedito in scolopendram, quod alibi cum Lectore communicabimus.

5 Βουχανδὴς ὁ λέβης· ὁ δὲ θεὶς Ἐριασπ.] Locum hunc ex codice MS. Epigrammatum ineditorum emendavi, qui in prioribus Editt. corruptissime sic legitur: Βουχανδὴς ὁ λέβης· ὁ δὲ θεὶς Ἐρμαπίδαυλος, ...ἀνέθηκε. Integrum autem Epigramma, ex quo verba hæc decerpta sunt, edidit Lucas Holstenius ad Stephanum Byzantium v. Τίμαρα.

6 Βούχετα. πόλις ἐστὶ τῆς Ἠπείρου. κ.τ.λ.] Ex Harpocratione. Vide etiam infra v. Θέμιν, ubi eadem αὐτολεξεὶ repetuntur.

7 Πληθυντικῶς] Sic recte scriptum est in MSS. Paris. itemque infra v. Θέμιν. At priores Editt. male habent πολλαχῶς.

8 Πᾶνες βουχίλου κράντορες Ἀρκαδίης] Pentameter hic est pars Epigrammatis inediti, quod infra v. Κράντορες integrum cum Lectore communicabimus.

9 Τὸν Βῶλιν] Scribendum est τὸν Βῶλον, ut legitur infra v. Ἐκτενῶς, ubi fragmentum hoc repetitur.

10 Βῶλος, Δημοκρίτειος, φιλ.] Hunc Bolum laudat Stephanus Byzantius v. Ἀψυνθος: ejusdemque meminit Scholiasta Nicandri ad *Theriaca* pag. 35. sed ubi corrupte hodie legitur Ῥῶλος.

11 Ἰάσεις φυσικάς] Quænam a Græcis appellentur Ἰάσεις φυσικαὶ docet Reines. *Var. Lect.* pag. 392. quem vide.

12 Βῶλος Μενδήσιος] Nomen hoc restituendum est Columellæ, apud quem lib. VII. cap. V. hodie Dolus Mendesius minus recte legitur, ut observavit Reinesius *Var. Lect.* lib. I. cap. ult.

13 Περὶ τῶν ἐκ τῆς ἀναγνώσεως τῶν ἱστοριῶν εἰς ἐπίστασιν ἡμᾶς κ.τ.λ.] Verba hæc obscura sunt, ex quibus vix sensum aliquem elicere potui.

14 Ἔχει δὲ περὶ συμπαθ. καὶ ἀντιπ. λίθων] Emendo & suppleo:

στοιχείων. Περὶ σημείων τῶν ἐξ ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ ἄρκτου, καὶ λύχνου, καὶ ἴριδος.

Βῶλος[1] ἄρουρα. ἐπὶ τῶν τοῖς μεγάλοις τὰ μικρὰ προσφιλονεικούντων. ὁμοία τῇ, Θαλάττῃ ἐκ χαράδρας ὕδωρ. Βόλος δὲ, ἡ δρόσος.

Βωμακεύματα. βωμολοχεύματα.

Βώμαξ. βωμολόχος. ὁ ἀπὸ τῶν βωμῶν, πρὸ καρπωθῆναι, αἴρων. τάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν μαλακιζομένων.

Βωμολοχεύεσθαι.[2] Βωμολόχοι κυρίως ἐλέγοντο οἱ ἐπὶ τῶν θυσιῶν ὑπὸ τοὺς βωμοὺς καθίζοντες, καὶ μετὰ κολακείας προσαιτοῦντες. ἔτι δὲ οἱ παραλαμβανόμενοι ταῖς θυσίαις αὐληταὶ καὶ μάντεις. ἐκ μεταφορᾶς δὲ τούτων ἐλέγοντο βωμολόχοι καὶ τινες δύσκολοι καὶ ταπεινοὶ ἄνθρωποι, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ὑπομένοντες ἐπὶ κέρδει, διὰ τοῦ παίζειν τε καὶ σκώπτειν. ὥστε τοὔνομα τρία σημαίνει.

Βωμολοχεύμασι. πανουργεύμασι.

Βωμολοχεύσαιτο. ἀντὶ τοῦ ἀγοραῖόν τι εἴποι, ἢ εὐτελές. [3]Ἀριστοφάνης Νεφέλαις [4]περὶ διαφθορᾶς ἁρμονικῶν·

Ἐντειναμένους τὴν ἁρμονίαν, ἣν οἱ πατέρες παρέδωκαν.
Εἰ δέ τις αὐτῶν βωμολοχεύσαιτο, ἢ κάμψειέν τινα καμπὴν,
(οἱονεὶ κεκλασμένην τῇ φωνῇ τὴν ᾠδὴν προσενέγκοιτο,)
Οἵας οἱ νῦν τὰς [5]κατὰ Φρῦνιν, ταύτας τὰς δυσκολοκάμπτους,
Ἐπετρίβετο τυπτόμενος πολλὰς, ὡς τὰς Μούσας ἀφανίζων.

Καὶ αὖθις· Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα τῆς τούτων βωμολοχίας τε καὶ αἱμυλίας μαρτύρια διαφέρει. ἐν δὲ τοῖς ἄρα καὶ ἐκεῖνο.

Βωμολόχος. ὁ περὶ τοὺς βωμοὺς λοχῶν, ὑπὲρ τοῦ λαβεῖν τι παρὰ τῶν θυόντων. μεταφορικῶς δὲ καὶ ὁ παραπλησίως τούτῳ ὠφελείας ἕνεκά τινος κολακεύων. καὶ βωμακεύματα καὶ βωμολοχεύματα. [6]Ἀπολλόδωρος Κυρηναῖος, ὁ εὐτράπελος καὶ γελωτοποιός. τινὲς δὲ τὸν μετά τινος εὐτραπελίας κόλακα. καὶ τὸν πανοῦργον δὲ καὶ συκοφάντην. καὶ [7]Βωμολόχος, ὁ κακοῦργος, ἀσεβής. παρὰ τοὺς λοχῶντας τὰ ἐν τοῖς βωμοῖς ἐπιτεθέμενα θύματα, ἢ τοὺς θύοντας, ἵνα αἰτήσαντες λάβωσί τι. ἢ [8]Βωμολόχοις ἔπεσι, τοῖς πρὸς χάριν καὶ ἀπὸ κολακείας. ἀπὸ δὲ τῶν λοχώντων περὶ τοὺς βωμοὺς καὶ βουλομένων τι λαβεῖν μετήνεκται ἡ λέξις. οὗτοι γὰρ ἐπὶ τῶν βωμῶν πολλὰ ἐλιπάρουν κολα-

tipathiis. De lapidibus secundum ordinem alphabeticū. De signis, quæ ex inspectione Solis, Lunæ, ursæ, lucernæ, & Iridis, observantur.

Βῶλος ἄρουρα. *Gleba arvum.* De iis, qui parvis magna augere student. [Proverbium hoc] simile est illi, *Mari aquam torrentis* [*addis.*] Βόλος vero, per ο, est ros.

Βωμακεύματα. Dicta vel facta scurrilia.

Βώμαξ. Scurra. [Proprie,] qui ex ara aliquid aufert, antequam sacrificium Diis oblatum sit. Dicitur etiam de hominibus mollibus & effœminatis.

Βωμολοχεύεσθαι. [Scurrari.] Βωμολόχοι proprie appellabantur, qui, cum sacrificia fierent, juxta altaria sedentes, adulando aliquid petebant: itemque tibicines, & vates, qui ad sacrificia adhibebantur. Per metaphoram vero ab his ductam βωμολόχοι appellabantur scurræ & humilis animi homines, lucri gratia quidvis perferentes, & jocando cavillandoque [risum captantes.] Quare vocabulum hoc tria significat.

Βωμολοχεύμασι. Fraudibus & dolis.

Βωμολοχεύσαιτο. Scurrile & triviale quid dicat. Aristophanes *Nubibus* de corruptione veteris musicæ loquens ait: *Intendentes harmoniam, a majoribus traditam. Quod si quis ipsorum verbum aliquod scurrile protulisset, aut in cantando vocem varie inflexisset, secundum eam modulandi rationem, quam Phrynis introduxit, admodum sane difficilem; multis illico verberibus cædebatur, ut qui artem musicam corrumperet.* Et iterum: *Scurrilitatis igitur & assentationis illorum multa alia circumferuntur testimonia: inter quæ & hoc est.*

Βωμολόχος. Qui aris assidet ut aliquid accipiat ab illis, qui sacrificant. Per metaphoram vero inde ductam sic vocatur & ille, qui utilitatis suæ causa alicui assentatur. Et βωμακεύματα, dicta vel facta scurrilia. Apollodorus Cyrenæus [βωμολόχον vocat hominem] facetum & ridiculum. Quidam vero, adulatorem facetum & urbanum. Item, fraudulentum & calumniatorem. Et βωμολόχος, improbus & impius: per metaphoram ductam ab illis, qui insidiantur victimis, quæ aris imponuntur; vel etiam sacrificantibus, ut precibus aliquid ab illis impetrent. Et βωμολόχοις ἔπεσι, verbis blandis & adulatoriis: quæ significatio ducta est ab illis, qui aris assidentes sibi dari aliquid petunt. Hi enim

Ἔτι δὲ περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν. Περὶ λίθων. Hanc lectionem in versione secutus sum. Cæterum Boli hujus opus περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν laudat Scholiasta Nicandri ad *Theriaca* pag. 35.

1 Βῶλος ἄρουρα] Zenobius habet, Βῶλος ἄρουραν, quod magis placet, quoniam subintelligi videtur verbum ὠφελεῖ, vel simile quid.

2 Βωμολοχεύεσθαι. Βωμολόχοι κυρίως ἐλέγοντο οἱ ἐπὶ τῶν θυσιῶν.] Ex Harpocratione. Vide etiam Enarratorem Comici ad *Nubes* pag. 176. Obiter hic emendo Hesychium, apud quem hodie in serie sua sic legitur: Προσβωλοχεῖ, προσχαίρειν λέγει. Scribe προσβωμολοχεῖ, πρὸς χάριν λέγει. Scholiasta enim Aristophanis ad *Ranas* pag. 229. τὸ βωμολόχοις interpretatur τοῖς πρὸς χάριν λέγειν, quod emendationem hanc egregie confirmat.

3 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 178. (108. Ed. Bas. *P.*)

4 Περὶ διαφθορᾶς] Hanc lectionem ex 2 MSS. Paris. revocavi. In prioribus enim Editt. male excusum est περὶ διαφορᾶς.

5 Κατὰ Φρῦνιν] Huc faciunt verba illa Hesychii v. Λέσβιος ᾠδός· Οἱ δὲ Φρῦνιν, ὃ καὶ μᾶλλον. ὑπὸ πολλῶν γὰρ κεκωμῴδηται οὗτος, ὡς διαφθείρων τὴν μουσικὴν, καὶ πρὸς τὸ βωμολοχεύειν τρέπων. Respexit ibi Hesychius ad locum illum Aristophanis, quem Suidas hic adducit.

6 Ἀπολλόδωρος Κυρηναῖος, ὁ εὐτράπελος καὶ γελ.] Rectius Etymologus: Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Κυρηναῖος τὸν εὐτράπελον καὶ γελωτοποιόν: subintellige, οὕτως καλεῖ.

7 Βωμολόχος, ὁ κακοῦργος, ἀσεβ.———λάβωσί τι] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Nubes* pag. 176.

8 Βωμολόχοις ἔπεσι, τοῖς πρὸς χ.———λαβεῖν τι παρὰ τῶν θυόντων] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Ranas* pag. 229. (145. Ed. Bas. *P.*)

κεύοντες λαβεῖν τι παρὰ τῶν θυόντων. † [1] Ἀγαθίας· Οὐ γὰρ σύνηθες ὁ Ναρσῆς ἔμοιγε, ἔφη, βωμολοχίαις τε καὶ γλισχραῖς ἐλπίσιν ἐγκαλλωπίζεσθαι. Καὶ περὶ Ἰσιδώρου Δαμάσκιος· Ὁ δὲ ἐπίχαρις ἦν, εὐτραπελίας μὲν καὶ βωμολοχίας ὅτι πορρωτάτω.

Βωμόν. [2] ςαπίδα Λάκωνες.

Βωμός. τέμενος καὶ τόπος ἀνάβασιν ἔχων πρὸς τὸ λέγειν [3] ἐπήκοα· ἐφ' ὃν Κράτης ἀναβὰς, [4] Κράτης ἀπολύει τὰ Κράτητος, εἴρηκε. Καὶ [5] Ἀριστοφάνης· Ὁ γὰρ βωμὸς θύρασι καὶ δή. ἀντὶ τοῦ, ἐξ ἑτοίμου ἐστὶ παρεσκευασμένος.

Βωμοί. οὕτω λέγονται αἱ βάσεις, σιβάδες.

Βῶν. [6] ἀσπίδα Ἀργεῖοι. ἀντὶ τοῦ βοῦν, ἤτοι βύρσαν.

Βῶνος, στρατηγὸς τῆς Μυσίας, τῆς παρὰ τῷ Ἴστρῳ ποταμῷ παρακειμένης, ἀνὴρ συνέσεως ἐς ἄκρον ἥκων καὶ λίαν ἀγαθὸς τά τε πολιτικὰ καὶ πολέμια. ἦν ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ.

Βώνοσοι. [7] ἄποικοι. βουκόλοι.

Βῶρος. ὄνομα κύριον.

Βῶροι. ὀφθαλμοί.

Βῶς. βύρσα. ἀσπίς.

Βωσόμεθα. καλέσομεν. μαρτυρούμεθα.

Βῶσον. [8] βοήθησον. Κρατῖνος.

Βωστρεῖν. καλεῖν. βοᾶν. [9] Ἀριστοφάνης· Ποιήσω τοὺς δημότας βωστρεῖν σ' ἐγὼ πεκτούμενον.

Βώτιον. τόπος.

Βωτεῖν. [10] ἀροῦν. Λάκωνες.

Βωτιάνειρα. ἡ βόσκουσα τοὺς ἄνδρας.

Βώτορες. βοήτορες. νομεῖς. ἐν [11] Ἐπιγράμματι·

> Τὸν νομίων καὶ ἔπαυλα βοῶν καὶ βώτορας ἄνδρας
> Σινόμενον, κλαγγάς τ' οὐχὶ τρέσαντα κυνῶν,
> Πέφνε, καὶ ἐκ ταύτης ἐκρέμασεν πίτυος.

Βώχανος. ὄνομα κύριον. ἦν δὲ Τούρκων ἀρχηγός, ὃς ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τὸν Βόσπορον ἐπόρθησε. ζήτει ἐν τῷ Βόσπορος.

Βραβεύει. δοτικῇ. ἐπιψηφίζεται. διανέμει. Καλῶς γὰρ σφίσι τοῦ δαιμονίου βραβεύσαντος τὰ κατὰ τὸν πλοῦν.

Βραβευτής. διοικητής. κριτής. ὁριστής. καὶ Βραβεῖον, ἐπινίκιος ἀμοιβή.

precibus blandis rogabant sacrificantes, ut de victimis, quæ immolabantur, sibi aliquid impertirentur. † Agathias: *Non enim, inquit Narses, moris mei est, aliis assentari, & blandis pollicitationibus uti.* Et Damascius de Isidoro inquit: *Ille vero festivus erat & comis; at a dicacitate & scurrilitate alienissimus.*

Βωμόν. Aram. Lacones σιβάδα sic vocant.

Βωμός. Ara. Item locus excelsus, vel suggestus, unde dicentes exaudiri possunt. In talem locum cum adscendisset Crates dixit: *Crates dimittit ea, quæ sunt Cratetis.* Et Aristophanes: *Ara enim foris parata est.*

Βωμοί. Sic etiam vocantur gradus, & lecti ex foliis frondibusque arborum exstructi.

Βῶν. Argivi clypeum ita vocant. Dictum est autem pro βοῦν, i. e. [bovem,] vel pellem bubulam.

Βῶνος. Bonus, dux Mysiæ Istro fluvio adjacentis, vir acutissimus & prudentissimus, & rerum tam civilium quam militarium peritissimus. Vixit sub Justiniano.

Βώνοσοι. Coloni. Bubulci.

Βῶρος. Borus. Nomen proprium.

Βῶροι. Oculi.

Βῶς. Pellis bubula. Clypeus.

Βωσόμεθα. Vocabimus. Testabimur.

Βῶσον. Pro βόησον. Clama. Cratinus.

Βωστρεῖν. Vocare. Clamare. Aristophanes: *Efficiam, ut verberibus egregie depexus popularium opem implores.*

Βώτιον. Locus quidam.

Βωτεῖν. Arare. Lacones.

Βωτιάνειρα. [Epithetum terræ.] Viros pascens vel alens.

Βώτορες. Pro βοήτορες. Pastores. In Epigrammate: *Pascua & stabula boum & pastores lædentem, nec latratum canum formidantem [Eualces] occidit, & ex hac pinu suspendit.*

Βώχανος. Bochanus. Nomen proprium. Hic Turcorum dux fuit, qui sub Justiniano Bosporum vastavit. Quære in v. Βόσπορος.

Βραβεύει. Dativo jungitur. Decernit. Dispensat. *Cum navigatio, Deo annuente, ex voto ipsis successisset.*

Βραβευτής. Moderator. Judex. Dispensator. Et βραβεῖον, præmium victoriæ.

1 Ἀγαθίας] Lib. 1. pag. 24.

2 Σπαπίδα] Puto legendum σιβάδα. Vide paulo post v. Βωμοί.

3 Ἐπήκοα] Priores Editt. habent ἐπίκοος. At in MSS. Paris. exaratum est ἐπήκοα, quam lectionem vulgatæ prætuli. Significat autem ἐπήκοα λέγειν, talia dicere, quæ procul a circumstantibus exaudiri possunt.

4 Κράτης ἀπολύει τὰ Κράτητος] Idem de Cratete refert Nonnus in Expositione Historiarum, quarum meminit Gregorius in priori Invectiva contra Julianum Imperatorem. Verba ejus hæc sunt: Οὗτος φιλοσοφήσας ἤθελε τὴν Κυνικὴν φιλοσοφίαν, λαβὼν τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ, ἔρριψεν τῷ δήμῳ, κηρύξας οὕτω· Κράτης ἀπολύει τὰ Κράτητος, ἵνα μὴ τὰ Κράτητος κρατήσῃ τὸν Κράτητα.

5 Ἀριστοφάνης] In *Pace* pag. 694. (471. Ed. Bas. *P.*). Vide etiam infra v. Θύρασι.

6 Βῶν. ἀσπίδα] Vide Scholiastam Homeri ad Il. M. v. 105. & 137.

7 Βώνοσοι. ἄποικοι. βουκ.] Vide Etymologum v. Βωνίται.

8 Βοήθεσον] Lege Βῶσον.

9 Ἀριστοφάνης] *Lysistrata* pag. 881. (556. Ed. Bas. *P.*)

10 Βωτεῖν] Vide Hesychium v. Βωτεῖν.

11 Ἐν Ἐπιγράμματι· Τὸν νομίων καὶ ἔπ.] Locus hic decerptus est ex Epigrammate inedito, quod ex cod. MS. integrum hic cum Lectore communicabo. Λεωνίδα.

> Τὸν νομίων καὶ ἔπαυλα βοῶν καὶ βώτορας ἄνδρας
> Σινόμενον, κλαγγάς τ' οὐχὶ τρέσαντα κυνῶν,
> Εὐάλκης ὁ Κρὴς, ἐπιτύκτου μῆλα νομεύων,
> Πέφνε, καὶ ἐκ ταύτης ἐκρέμασεν πίτυος.

Βρα-

Βραβεῖς. οἱ ἐν τοῖς ἀγῶσι κήρυκες. Σοφοκλῆς· [1]Ὅσων γὰρ εἰσεκήρυξαν βραβεῖς δρόμων διαύλων πένταθλ', ἃ νομίζεται.

Βράβυλα.[2] τὰ καλούμενα Δαμασκηνά. Θεόκριτος· Ὄρπακες βραβύλοισι καταβρίθοντες ἔραζε. Ἀθηναῖος δὲ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Δειπνοσοφιστῶν φησι, Σέλευκον ὀνομάζειν κοκκύμηλα καὶ βράβυλα καὶ μάδρυα. εἴρηται δὲ βράβυλά τινα ὄντα, τὰ τὴν βορὰν ἐκβάλλοντα. ἔστι δὲ μαλακτικὰ τῆς γαστρός. εἴρηται δὲ καὶ μάδρυα, οἱονεὶ μαλόδρυά τινα ὄντα. Δαμασκηνὰ δὲ λέγεται κατ' ἐξοχὴν, διὰ τὸ ἐν Δαμασκῷ τῇ πόλει γεωργούμενα εὐθαλέστερα καὶ καλλίονα εἶναι.

Βραγχίδαι.[3] Οἱ ἐν Διδύμοις τῆς Μιλησίας οἰκοῦντες Ξέρξῃ χαριζόμενοι τὸν νεὼν τοῦ ἐπιχωρίου Ἀπόλλωνος τοῖς βαρβάροις προὔδοσαν· καὶ ἐσυλήθη τὰ ἀναθήματα πάμπλειστα ὄντα. δεδιότες οὖν οἱ προδόται τὴν ἐκ τῶν νόμων καὶ τῶν ἐν ἄστει τιμωρίαν, δέονται Ξέρξου μισθὸν λαβεῖν τῆς κακίστης ἐκείνης προδοσίας, μετοικισθῆναι ἐν χώρᾳ τινὶ Ἀσιανῇ. ὁ δὲ πείθεται, καὶ ἀνθ' ὧν εἶχε κακῶς καὶ ἀσεβῶς, ἔδωκεν αὐτοῖς οἰκεῖν ἔνθεν οὐκ ἔμελλον ἐπιβήσεσθαι τῆς Ἑλλάδος ἔτι, ἀλλ' ἔξω τοῦ δέους ἔσεσθαι τοῦ καταληφότος αὐτούς τε καὶ τὸ ἐκείνων γένος. κᾆτα λαχόντες τὸν χῶρον, ἐν οἰωνοῖς οὐδαμῆ χρηστοῖς πόλιν ἐγείρουσι, καὶ τίθενται Βραγχίδας ὄνομα αὐτῇ, καὶ ᾤοντο μὴ μόνους ἀποδρᾶναι Μιλησίους, ἀλλὰ καὶ τὴν δίκην αὐτήν. οὐ μὴν ἐκάθευδεν ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια. Ἀλέξανδρος γὰρ, ὅτε τὸν Δαρεῖον νικήσας τῆς Περσῶν ἀρχῆς ἐγκρατὴς ἐγένετο, ἀκούσας τὰ τολμηθέντα, καὶ μισήσας αὐτῶν τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν, ἀπέκτεινε πάντας, κακοὺς εἶναι κρίνων τοὺς τῶν κακῶν ἐκγόνους, καὶ τὴν ψευδώνυμον πόλιν κατέσκαψε καὶ ἠφάνισε.

Βράγχος. πάθος περὶ τὰς ὗς γινόμενον. καὶ ζήτει ἐν τῷ Διάρροια.

Βραδύς. ὁ μὴ ἀγχίνους. Κἀπιλήσμων καὶ βραδύς. [4]Ἀριστοφάνης Νεφέλαις. οὐ γὰρ ἐπὶ τῆς τοῦ σώματος κινήσεως παρείληπται νῦν, ἀλλὰ τὸ μὴ ἀγχίνουν καὶ νωθὲς τῆς διανοίας θέλει δηλοῦν.

Βράκανα. ἄγρια καὶ δύσπλυτα λάχανα.

Βράσσει. ζέει. ἀναβάλλει.

Βρασίδας,[5] ὁ Τέλλιδος, Λακεδαιμόνιος στρατηγὸς, Μεθώνην ἀποστᾶσαν πρὸς Ἀθηναίους πολεμήσας ἀνεκαλέσατο. ἠρίστευσε δὲ καὶ περὶ Πύλον στρατηγῶν, πρῶτος τῆς νηὸς ἐκπηδήσας· οὗ καὶ ἐτρώθη, καὶ [6]τὴν ἀσπίδα ἀπώλεσεν. ἐπὶ τούτοις σπονδαὶ ἐ-

Βραβεῖς. Certaminum & ludorum moderatores. Sophocles: *Ex omnibus enim certaminibus, quæ ludorum moderatores per præcones solito more indixerant,* [*victor discessit.*]

Βράβυλα. Pruna, quæ vocantur Damascena. Theocritus: *Rami pondere brabylorum terram versus curvati.* Athenæus vero libro secundo Dipnosophistarum ait, Seleucum tradere, brabyla etiam vocari κοκκύμηλα & μάδρυα. Βράβυλα autem vocantur quasi τὴν βορὰν ἐκβάλλοντα, i. e. alvum evacuantia. Ventrem enim laxant. Μάδρυα vero dicuntur, quasi μαλόδρυα. Damascena denique appellantur per excellentiam, quod ea, quæ Damascus fert, reliquis sint præstantiora & pulchriora.

Βραγχίδαι. Branchidæ. Qui in Didymis Milesiorum habitabant, Xerxi gratificantes, templum Apollinis, qui istic colebatur, Barbaris prodiderunt, quod tunc donariis quam plurimis spoliatum est. Proditores itaque leges civiumque suorum ultionem veriti, hanc pessimæ proditionis mercedem a Xerxe petunt, ut in quendam Asiæ locum transportentur. Ille annuit, & pro sacrilegiis dedit sedes inhabitandas, unde nunquam in Græciam redituri essent, sed a timore, quo tenebantur, & ipsi ipsorumque posteri immunes degerent. Regione itaque per sortem divisa, urbem malis avibus condunt & Branchidas vocant. Et jam non Milesios tantum, sed & ipsam Nemesin se effugisse putabant. Verum Dei providentia neque hic dormivit. Alexander enim, devicto Dario, Persarum potitus imperio, & inaudiens perpetratum facinus, odioque habens posteros illorum, omnes interemit, existimans etiam malos esse, qui ex malis sint orti, & falsi nominis urbem evertit & solo æquavit.

Βράγχος. Morbus quidam suum. Quære in v. Διάρροια.

Βραδύς. Hebes. Bardus: [*Cum senex sim*] *obliviosus & hebes.* Aristophanes *Nubibus.* Non enim de motu corporis vocabulum hoc nunc dicitur, sed ingenium hebes & stupidum significat.

Βράκανα. Olera agrestia, & quæ non facile lavari possunt.

Βράσσει. Fervet. Effervescit. Ejicit.

Βρασίδας. Brasidas, Tellidis filius, dux Lacedæmoniorum, Methonem, quæ ad Athenienses defecerat, bello recuperavit, & dux ad Pylum strenue & fortiter rem gessit, cum primus ex navi in terram desiliisset; ubi & vulneratus est, & clypeum amisit. Post hæc fœ-

1 Σοφοκλῆς· Ὅσων γὰρ εἰσεκ.] Locus hic apud Sophoclem *Electra* pag. 112. sic distinguitur & legitur:
——Ὅσων γὰρ εἰσεκήρυξαν βραβεῖς
Δρόμων διαύλων πένταθλ', ἃ νομίζεται.
Vide ibi Triclinium.

2 Βράβυλα. τὰ καλούμενα Δαμασκ.] Confer cum hoc loco Athenæum lib. II. pag. 49. 50. cujus vestigia noster secutus est.

3 Βραγχίδαι. οἱ ἐν Διδύμοις τῆς Μιλ.] Totum hunc articulum de Branchidis ex libro Æliani *de Providentia*, qui hodie intercidit, depromptum esse existimo; eademque est sententia Kuhnii, qui locum hunc inter fragmenta Æliani retulit.

4 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 130. (66. Ed. Bas. P.)

5 Βρασίδας, ὁ Τέλλ.] De hoc, ejusque rebus gestis, legendus est Thucydides.

6 Καὶ τὴν ἀσπίδα ἀπώλεσεν.] Vide Tzetzem Chil. XII. cap. CCVIII.

γένοιτο ἐνιαύσιοι, ἃς Ἀθηναῖοι λύειν ἤρξαντο. τὴν [1] δὲ Ἀμφίπολιν καὶ Θρᾴκην ὑποδεξάμενοι αὐτὸν οἰκιστὴν ἀντὶ Ἄγνωνος ἐπεγράψαντο. ὁ δὲ πόλεμος ὁ μέχρι τῆς Βρασίδου καὶ Κλέωνος τελευτῆς ἔτη ἐπέσχε δέκα. [2] ἐκλήθη δὲ Ἀρχιδάμιος. † Αἰτίας δὲ περὶ αὐτοῦ προστιθέντες, ὡς φρονεῖ τὰ Βρασίδου. [3] ἀντὶ τῶν Λακεδαιμονίων.

Βρασμὸς γῆς. ὅταν καχλάζῃ μετὰ κινήματος. Ἐκτιναγμὸς δὲ, ὅταν ἀναῤῥιπτῆται.

Βραυρών. τόπος τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ τὰ Διονύσια ἤγοντο, καὶ μεθύοντες πολλὰς πόρνας ἥρπαζον. [4] Καὶ Ἀριστοφάνης· Ὦ δέσποτα, ὅσην ἔχεις τὴν πρωκτοπεντετηρίδα. εἴρηται δὲ, διὰ τὸ διὰ πενταετηρίδος χρόνου ἄγεσθαι τὰς θεωρίας τῶν Διονυσίων. ἔστιν ἐν τῷ Ἄρκτος.

Βραχιόλια. ὅτι τὰ παρ' ἡμῖν βραχιόλια χλιδῶνες ὀνομάζονται.

Βραχίων. [5] τροπικῶς ἡ δύναμις, ἐπειδὴ δι' αὐτοῦ ἐργάζεσθαι πεφύκασιν οἱ ἄνθρωποι. Δαβίδ· Ὅτι βραχίονες ἁμαρτωλῶν συντριβήσονται.

Βραχμάν. βασιλεὺς, ὁ καὶ τῇ χώρᾳ δοὺς τὴν προσηγορίαν. ἔγραψε νόμους Βραχμάνων, καὶ πολιτείαν τοῦ αὐτοῦ ἔθνους ἰδίᾳ διαλέκτῳ.

Βραχμᾶνες. [6] ἔθνος ἐστὶν εὐσεβέστατον, καὶ βίον ἀκτήμονα σφόδρα κεκτημένον, ἐς νῆσον τοῦ ὠκεανοῦ κατοικοῦν, καὶ [7] τὸν κλῆρον τοῦτον ἐκ τῶν τοῦ Θεοῦ χειμάτων κληρωσάμενον. ἐν ᾧ τόπῳ παραγινόμενος Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν, καὶ στήσας στήλην, ἐπέγραψεν· Ἐγὼ μέγας Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς ἔφθασα μέχρι τούτου. ἐν ᾗ νήσῳ κατοικοῦσιν οἱ μακρόβιοι. ζῶσι γὰρ ρν' ἔτη διὰ τὴν πολλὴν καθαρότητα καὶ εὐκρασίαν τοῦ ἀέρος. [8] παρ' οἷς οὐδὲν τετράποδόν ἐστιν, οὐ γεώργιον, οὐ σίδηρος, οὐκ οἰκοδομὴ, οὐ χρυσὸς, οὐκ ἄργυρος, οὐκ ἄρτος, οὐκ οἶνος, οὐ κρεωφαγία· ἀλλὰ ἔχοντες τὸν ὑγρὸν καὶ γλυκὺν καὶ εὔκρατον ἀέρα, καὶ πάσης ἀῤῥωστίας καὶ φθορᾶς ἀπηλλαγμένοι, καὶ σμικρᾶς ὀπώρας καὶ διειδεστάτου ὕδατος ἀπολαύοντες, σέβονται γνησίως Θεὸν, καὶ ἀδιαλείπτως προσεύχονται. καὶ [9] οἱ μὲν ἄνδρες πρὸς τὸ μέρος τοῦ ὠκεανοῦ παροικοῦσιν· αἱ δὲ γυναῖκες ἐντεῦθέν εἰσι τοῦ Γάγγου, παραῤῥέοντος εἰς τὸν ὠκεανὸν ἐπὶ τὸ μέρος τῆς Ἰνδίας. οἱ οὖν ἄνδρες περῶσι πρὸς τὰς γυναῖκας Ἰουλίῳ καὶ Αὐγούστῳ μηνί· παρ' οἷς ὑπάρχουσι ψυχρότεροι, τοῦ

dus annuum ictum est, quod Athenienses violare cœperunt. Amphipolitæ vero Thraciæ vicini, gloria viri permoti, loco Agnonis conditorem urbis eum adsciverunt. Bellum autem illud, usque Brasidæ & Cleonis obitum gestum, decem annos duravit, & Archidamium appellatum fuit. † *Causas addentes, eum Brasidæ favere.* Id est, Lacedæmoniis.

Βρασμὸς γῆς. Terræ motus, quo terra ita quatitur, ut aquæ effervescentis instar subsultet. Ἐκτιναγμὸς vero, cum terra in altum jactatur.

Βραυρών. Brauron, locus Atticæ, in quo Dionysia celebrabantur, & homines ebrii multa scorta rapiebant. Aristophanes: *O Domine, quantam habes proctopenteterida.* Hoc autem ideo dictum, quod Dionysiorum spectacula quinto quoque anno celebrarentur. Vide in v. Ἄρκτος.

Βραχιόλια. Brachiorum ornamenta, alias χλιδῶνες dicta.

Βραχίων. Brachium. Sic tropice potentia vocatur, quoniam brachio homines opus peragere solent. David: *Peccatorum brachia conterentur.*

Βραχμάν. Brachman, Rex, qui etiam regioni nomen dedit. Scripsit leges Brachmanum, & de ejusdem gentis Republica, lingua vernacula.

Βραχμᾶνες. Brachmanes. Gens est religiosissima, nullasque opes possidens, & habitans in insula Oceani, quam Deus velut sortem ipsis adtribuit. Eo cum pervenisset Alexander Macedo, columnam erexit, cui hæc verba inscripsit: EGO MAGNUS ALEXANDER REX HUCUSQUE PERVENI. In hac insula homines longævi habitant. Vivunt enim annos centum & quinquaginta, propter insignem puritatem & temperiem aeris. Apud hos nulla quadrupes est, non ager, qui colatur, non ferrum, non ædificium, non ignis, non aurum, non argentum, non panis, non vinum, non carnis esus: sed, cum habeant liquidum & suavem & bene temperatum aerem, & ab omni morbo & corruptione immunem, paucis pomis & aqua limpidissima fruentes, Deum sincere colunt, & continenter preces fundunt. Ac viri quidem in parte, quæ Oceano vicina est, habitant. Mulieres vero ultra Gangem degunt, qui fluvius in parte quadam Indiæ in Oceanum se exonerat. Viri igitur ad uxores trajiciunt Julio & Augusto mensibus, qui apud illos sunt frigidiores, Sole ad nos & Sep-

1 Τὴν δὲ Ἀμφίπολιν καὶ Θρᾴκην ὑποδεξάμενοι αὐτὸν οἰκ.] Locus hic est mutilus, quem sic supplendum puto: Περὶ δὲ τὴν Ἀμφίπολιν καὶ Θρᾴκην ὑποδεξάμενοι αὐτὸν οἱ Ἀμφιπολῖται οἰκιστὴν &c.

2 Ἐκλήθη δὲ Ἀρχιδάμιος.] Vide supra v. Ἀρχιδάμιος πόλεμος.

3 Ἀντὶ τῶν Λακεδαιμονίων.] Lege, ἀντὶ τοῦ τὰ Λακεδαιμονίων.

4 Καὶ Ἀριστοφάνης· Ὦ δέσποτα, ὅσην ἔχεις τὴν πρ.] Apud Aristophanem in *Pace* pag. 689. (468. Ed. Bas. P.) locus hic ita legitur & distinguitur:

——— Ὦ δέσποτα,
Ὅσην ἔχεις τὴν πρωκτοπεντετηρίδα.

Vide ibi Scholiastam.

5 Βραχίων. τροπικῶς ἡ δύναμις, ἐπειδὴ δι' αὐτ.] Hæc descripta sunt ex Theodoreto ad Psalm. xxxvi. v. 18. ut Pearsonius observavit.

6 Βραχμᾶνες. ἔθνος ἐστὶν εὐσεβέστατον καὶ βίον ἀκτ.] Omnia, quæ hic de Brachmanibus referuntur, αὐτολεξεὶ pene apud Palladium de Brachmanibus quoque leguntur, quem Suidas procul dubio consuluit.

7 Καὶ τὸν κλῆρον τοῦτον ἐκ τῶν τοῦ Θεοῦ χειμ. κληρ.] Palladius pag. 7. Ἔλεγον δὲ οὕτως, ὅτι οἱ Βραχμᾶνες ἔθνος ἐστὶν οὐκ ἀποταξάμενοι ἀπὸ προαιρέσεως, ὡς οἱ μοναχοί, ἀλλὰ λαχὸν τὸν κλῆρον τοῦτον ἄνωθεν, καὶ ἐκ Θεοῦ κριμάτων &c.

8 Παρ' οἷς οὐδὲν τετράποδόν ἐστιν, οὐ γεώργ.] Palladius pag. 8. Παρ' οἷς οὐδὲν τετράποδον ὑπάρχει. οὐ γεώργιον, οὐ σίδηρος, οὐκ οἰκοδομὴ, οὐ πῦρ, οὐκ ἄρτος, οὐκ οἶνος, οὐχ ἱμάτιον, οὐκ ἄλλο τι τῶν εἰς ἐργασίαν συντεινόντων, ἢ ἀπόλαυσιν συντεινόντων. ἔχουσι δὲ ἀέρα λεπτόν τι, καὶ εὔκρατον, καὶ πάνυ καλὸν, σεβόμενοι τὸν Θεόν. Καὶ γνῶσιν μὲν ἔχοντες οὐχ οὕτως δὲ λεπτὴν, [illegible] &c.

9 Καὶ οἱ μὲν ἄνδρες πρὸς τὸ μέρος τοῦ ὠκεανοῦ παροι.] Hæc, & quæ sequuntur, αὐτολεξεὶ pene leguntur apud modo laudatum Palladium pag. 9.

ἡλίου

ἡλίου πρὸς ἡμᾶς καὶ Βοῤῥᾶν ὑψωθέντος. εἰσὶ καὶ εὐκαρπότεροι[1] γινόμενοι πρὸς οἶστρον αὐτοὺς κινεῖν λέγουσιν. [2]ὅπερ δὴ καὶ τὸν Νεῖλόν φασιν οὐ κατὰ ταυτὸ τοῖς ἄλλοις ποταμοῖς πλημμυρεῖν, ἀλλὰ μεσοῦντος τοῦ θέρους ἐπικλύζειν τὴν Αἴγυπτον, [3]ὥστε παντὸς ἡλίου τὴν βορειοτέραν διαθέοντος ζώνην, καὶ τοῖς ἄλλοις μὲν παρενοχλοῦντος ποταμοῖς, καὶ συγκρύπτοντος, τούτου δὲ πλεῖστον ἀπέχοντος. καὶ ποιήσαντες μετὰ τῶν γυναικῶν αὐτῶν ἡμέρας μ', πάλιν ἀντιπερῶσι. τῆς δὲ γυναικὸς δύο παῖδας γεννησάσης, οὐκέτι ὁ ἀνὴρ ἀντιπερᾷ πρὸς αὐτήν. ἔτι μὴν ἐκείνη πλησιάζει ἄλλῳ, διὰ πολλὴν εὐλάβειαν. εἰ δὲ συμβῇ στεῖραν ἐν αὐταῖς εὑρεθῆναι, μέχρι πενταετοῦς διαπερῶν ὁ ἀνὴρ αὐτῆς καὶ συγγινόμενος αὐτῇ, ἐὰν οὐ τέκῃ, οὐκέτι πλησιάζει αὐτῇ. διὰ τοῦτο οὐδὲ πολυάνθρωπός ἐστιν αὐτῶν ἡ χώρα, διὰ τὴν ὀλιγογονίαν.

propter regio illorum non abundat hominum

Βραχυμυθίας. βραχυλογίας. καὶ Βραχέσιν, ἀντὶ τοῦ εὐτελέσι.

Βραχυτελῆ. σύντομον. μικρόν.

Βραχυφεγγίτης. ὁ ὀλιγοφαής. Καὶ [4] βραχυφεγγίτου λύχνου σέλας.

Βρέγμα, καὶ βρεγμός. τὸ ὑπερμετώπιον μέρος.

Πλήξας[5] αἰγανέᾳ βρέγμα κυναγέτιδι.

ἐν Ἐπιγράμματι.

Βρεκεκὲξ κοὰξ κοάξ. ἐφύμνιον παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Βατράχοις. μίμημα φωνῆς βατράχων.

Βρέμει. ταράττει. ἠχεῖν ποιεῖ.

Βρενθύεσθαι. διὰ θυμὸν μετεωρίζεσθαι, ἢ προσποιεῖσθαι ὀργίζεσθαι. [6]Ὁ δὲ σοβαρευόμενος πολλῷ μᾶλλον καὶ ἐβρενθύετο. καὶ Βρενθύεται, ἐπαίρεται. Βρένθος δὲ εἶδος μύρου, ᾧ χρισάμεναι αἱ γυναῖκες μέγα φρονοῦσι. καὶ Βρενθύῃ, σεμνύνῃ, καὶ μέγα φρονεῖς ἐφ' ἑαυτῷ. † [7]Οἱ γὰρ ἀποδεδωκότες ἑαυτοῖς, σοβαρῶς τε βαδίζουσιν. ὡς τοῦ μὲν Προδίκου ὄντος σοφοῦ· τοῦ δὲ Σωκράτους κενὴν μόνον ἐπὶ σοφίᾳ δόξαν καρπουμένου. Ἀριστοφάνης[8] Νεφέλαις·

———— Σοὶ δὲ
Ὅτι βρενθύῃ ἐν ταῖσιν ὁδοῖς, καὶ τὠφθαλμὼ παραβάλλῃ.

ἀποσεμνύνεις σεαυτὸν τῷ σχήματι, καὶ ταυρηδὸν ὁρᾷς, ἢ ἀλαζονικῶς. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ βρενθείου μύρου. καὶ Βρενθυόμενος, ἐπαιρόμενος, μέγα φρονῶν. [9]Ἀγα-



tentrionem adscendente. Iidem etiam cum magis temperati sint, vehementem Veneris appetitum in illis excitare dicuntur: uti etiam Nilum ferunt non cæterorum fluminum more exundare, sed media æstate Ægyptum aquis obruere: eo nimirum tempore, quo Sol Zonam Borealem peragrat, & alios quidem fluvios æstu suo urit & exsiccat; ab hoc vero quam longissime distat. Postquam igitur XL dies apud uxores exegerunt, in insulam suam rursus trajiciunt. Postquam vero uxor duos peperit infantes, vir ad eam non amplius accedit: neque illa cum alio viro concumbit, quoniam pudicitia apud eas summa religione colitur. Si vero contingat sterilem inter eas reperiri, ejus maritus ad quinque annos ad eam trajicit, ejusque consuetudine utitur: post quod tempus, si non pepererit, ad eam non amplius accedit. Quanumero, ob prolis paucitatem.

Βραχυμυθίας. Breviloquentiæ. Et βραχέσιν, vilibus.

Βραχυτελῆ. Compendiosum. Brevem. Parvum.

Βραχυφεγγίτης. Exiguum lumen præbens. *Et splendor lucernæ tenue lumen præbentis.*

Βρέγμα, & βρεγμός. Sinciput. In Epigrammate: *Cum sinciput jaculo venatorio percussisset.*

Βρεκεκὲξ κοὰξ κοάξ. Est imitatio vocis ranarum apud Aristophanem in *Ranis*.

Βρέμει. Fremit. Sonitum edit.

Βρενθύεσθαι. Ira tumere, vel iram simulare. [Item fastu se efferre.] *Ille vero multo magis fastu se efferre cæpit.* Et βρενθύεται, fastu effertur. Βρένθος enim est genus unguenti, quo cum mulieres se unxerunt, fastum animo concipiunt. Et βρενθύῃ, gravitatem affectas, superbis, magnifice de te sentis. Per metaphoram ductam ab unguento, quod βρένθος appellatur. Aristophanes: *Quia superbe per vias incedis, & torvum cernis.* Qui enim multum sibi arrogant, superbe incedere solent. [Hoc autem ideo Comicus dicit, ut significet,] Prodicum quidem esse virum sapientem, at Socratem falsam & inanem sapientiæ gloriam consecutum. Et βρενθυόμενος, fastu se efferens, superbiens, glorians. Agathias: *Præteritis laboribus plus æquo gloriantes, præsentia contemnebant.* Et iterum:

1 Εὐκαρπότεροι] Palladius habet εὐκρατότεροι, quod magis arridet.

2 Ὅπερ] Scribe ὥσπερ.

3 Ὥστε παντὸς ἡλίου τὴν Βορειοτ.] Emendo, ὅτι πάντων τοῦ ἡλίου τὴν Βορειοτέραν &c.

4 Καὶ βραχυφεγγίτου λύχνου σέλας] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate Philippi, quod ex codice MS. Epigrammatum ineditorum hic cum Lectore communicato.

*Λευκαδίας αἰπὺν ἔχων ναύταις τηλεσκόπον ὄχθον,*
*Φοῖβε, τὸν Ἰονίῳ λουόμενον πελάγει,*
*Δέξαι πλωτήρων μάζας χειρὶ φυρέας δαιτός,*
*Καὶ σπονδὴν ὀλίγῃ κιρναμένην κύλικι.*
*Καὶ βραχυφεγγίτου λύχνου σέλας, ἐκ δυσφεδοῦς*
*Οἴγονος (forte ὄλπης) ἡμιμεθῆ πιόμενον στόμασιν.*
*Ἀνθ' ὧν ἱλήκοις, ἐπὶ δ' ἱστία πέμψον ἀήτην*
*Οὔριον, Ἀκτιακὰς συνδρομέουσ' ἐς λιμένας.*

Fragmenta Epigrammatis hujus, (quod etiam ante nos edidit Holstenius ad Stephanum v. Ἄκτια) diversis in locis apud Suidam leguntur; nimirum v. Αἰπύ, v. Δαιτός, v. Ὀλίγῃ, & v. Χειροφυρέα.

5 Πλήξας αἰγανέᾳ βρέγμα κυναγ.] Pentameter hic pars est Epigrammatis, quod integrum exstat Anthol. lib. VI. cap. XV. Epigr. XXIV. pag. 569.

6 Ὁ δὲ σοβαρευόμενος πολλῷ μᾶλλον κατεβρ.] Fragmentum hoc legitur apud Menandrum in *Excerpt. Legat.* pag. 117.

7 Οἱ γὰρ ἀποδεδωκότες ἑαυτοῖς, σοβ. βαδ.] Ut hic locus intelligatur, adeundus est Enarrator Comici ad *Nubes* pag. 147. (81. Ed. Bas. P.) ex quo confuse & exiguo judicio Suidas hæc excerpsit.

8 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 147. ut in nota præcedente monuimus.

9 Ἀγαθίας] Lib. V. pag. 161.

θίας· Οἱ δὲ μειζόνως, ἤπερ ἐχρῆν, ἐπὶ τοῖς φθάσασι βρενθυόμενοι, τὴν ἐν ποσὶ κατωλιγώρουν. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ εἰς τὴν βασιλίδα ἐπορεύετο ἐξωγκωμένος καὶ μάλα βρενθυόμενος.

Βρέτας. εἴδωλον. ἄγαλμα. παρὰ τὸ βροτῷ ἐοικέναι. προσπεσεῖν τι πρὸς βρέτας, πρὸς τέμενος, ἢ πρὸς ἕδος, ἢ πρὸς ἄγαλμα Θεῶν ἱκέτας γενέσθαι.

Βρεντήσιον.[1] χώρα τῆς Ἰταλίας. εἴρηται δὲ οὕτως, ὅτι λιμένας ἔχει κέρασιν ἐλάφου παραπλησίους. Βρένδον δὲ καλοῦσι τὴν ἔλαφον Μεσάπιοι.

Βρέχειν.[2] ἐπὶ τοῦ πίνειν λέγεται. καὶ ἀποβεβρεγμένος, ὁ μεμεθυσμένος.

Βρέννος. Ὡς δὲ μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Ῥώμης ἐπανῆλθεν ὁ Κάμιλλος, καὶ τοὺς περὶ τὸν Βρέννον βαρβάρους ἀνεῖλεν, εἰς κρίσιν ἀγαγὼν τὴν ὑπόθεσιν, ἀπέδειξε πάντων γεγονέναι τῶν πεπραγμένων αἴτιον τὸν * Φεβρουάριον.

Βριαροί. βαρεῖς, ἄγριοι, στερεοί, φοβεροί.

Βριθομένη. βαρυνομένη διὰ πλῆθος, ὧν ἔφερεν. ἐν [3] Ἐπιγράμματι·

Γήραϊ νουσοφόρῳ βριθομένης παλάμης.

Βρῖθος. βάρος. Τοὺς πύργους ἀμήχανον ἑλεῖν, μήτε ἀνατραπῆναι ῥᾳδίως διὰ τὸ βρῖθος, μήτ᾽ ἐμπρησθῆναι διὰ τὸν σίδηρον. Καὶ αὖθις·

[4] Σιδηροβριθές τ᾽ ἔλαβε δεξιᾷ ξύλον.

Βρῖθον. ἀντὶ τοῦ ἔβριθον. Τεῖχος ἀνδρῶν τε καὶ ὅπλων βρῖθον.

Βρίθων. εὐθηνῶν. ἢ [5] βαρῶν.

Βριμάζων. τῇ τοῦ λέοντος βρυχωμένου φωνῇ.

Βριμήσαιο. ὀργισθείης. [6] Ὥστ᾽ εἰ σὺ βριμήσαιο, ὀστρακίνδα νύκτωρ κατασπάσαντες ἂν τὰς ἀσπίδας τὰς εἰσβολὰς τῶν ἀλφίτων ἂν καταλάβοιεν. ἀντὶ τοῦ, εἰ βουληθείης αὐτὸν ἐξορίσαι, τὰ σιτοφυλακεῖα κατάσχοιεν.

Βριμούμενος. ὀργιζόμενος. [7] Οὐ μὴν ἐθέλγετο ὁ Ὕπατος τοῖς ὑπηρέταις, σὺν ὀργῇ βριμούμενος. καὶ Βριμοῦται. ἀπειλεῖ. καὶ Βριμωμέναις, ἦχον ἀποτελούσαις. Μύλη γάρ τις ἦν αὐτόθι. ὁπότε δὲ οἱ ἄνω στρατιῶται τὸ αὐτὸ ποιεῖν ἤρχοντο, τότε κἀκεῖνοι ἔστρεφον τὴν μύλην. [8] Ὑπὸ γὰρ ταῖς πολλαῖς μύλαις βριμωμέναις ὁ τῆς μιᾶς ψόφος ῥᾳδίως ἐλάνθανεν.

Βρόγχος. ὁ καταπότης. ὁ λάρυγξ.

Βρόμιος. ὁ Διόνυσος. ὁ γενεσιουργὸς τῶν καρπῶν. παρὰ [9] τὸ βορὰ βόριμος, καὶ ὑπερθέσει, Βρόμιος.

*Ille vero superbia tumens & fastu elatus Reginam adiit.*

Βρέτας. Effigies. Simulacrum. Sic dictum, quod simile sit βροτῷ, i. e. homini. In genua procidere coram simulacro, vel delubro, vel statua. Vel, ad simulacrum Deorum supplicem accedere.

Βρεντήσιον. Brundusium, Italiæ urbs, sic dicta, quod portus cervinis cornibus similes habeat. Mesapii enim cervum appellant βρένδον.

Βρέχειν. [Interdum] significat bibere. Et ἀποβεβρεγμένος, ebrius, bene potus.

Βρέννος. Brennus. *Cum igitur Camillus capta Roma rediisset, & Barbaros, qui cum Brenno erant, occidisset, examine instituto ostendit, Februarium auctorem esse omnium, quæ accidissent.*

Βριαροί. Graves, sævi, robusti, formidabiles.

Βριθομένη. Gravata onere eorum, quæ portabat. In Epigrammate: *Cum senectutis infirmitate manus gravata esset.*

Βρῖθος. Onus. Pondus. *Turres nec expugnari facile, nec everti propter pondus & molem, nec incendi propter ferrum poterant.* Et iterum: *Et ferro grave cepit dextra lignum.*

Βρῖθον. Pro ἔβριθον. Onerabant. [Vel, onustum & gravatum.] *Murus viris & armis gravatus.*

Βρίθων. Copia rerum abundans. Vel, gravans.

Βριμάζων. Leonis instar rugiens.

Βριμήσαιο. Irascaris. *Quare, si tu irascaris, & ostracismum mineris, illi clam noctu clypeos corripiant, & granaria nostra occupent.* Id est, si ipsum ex urbe pellere volueris, loca, in quibus frumenta condita sunt, occupabunt.

Βριμούμενος. Fremens. Irascens. *Consul tamen ira fremens a ministris mitigari non poterat.* Et βριμοῦται, minatur. Et βριμωμέναις, strepitum edentibus. *Mola enim ibi erat. Cum igitur milites superiores idem facere inciperent, tunc & illi molam circumagere cœperunt. Multis enim molis strepentibus, unius strepitus mirum non est si non exaudiretur.*

Βρόγχος. Guttur. Fauces. Gula.

Βρόμιος. Sic appellatur Bacchus, quasi fruges ex terra producens. A βορὰ enim fit βόριμος, & per literarum transpositionē βρόμιος.

1 Βρεντήσιον. χώρα τῆς Ἰταλίας. εἴρηται δὲ οὕτως, ὅτι λιμ.] Vide Strabonem & Stephanum Byzantium.

2 Βρέχειν. ἐπὶ τοῦ πίνειν λέγεται] Hæc ex Athenæo hausit Suidas; apud quem eadem leguntur lib. 1. pag. 23.

3 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. VI. cap. III. Epigr. VII.

4 Σιδηροβριθές τ᾽ ἔλαβε δεξιᾷ ξύλον] Senarius hic legitur apud Aristophanem Ranis pag. 277. (184. Ed. Bas. P.)

5 Ἢ βαρῶν] Hæ duæ voces desunt in Editt. prioribus, quas ex MSS. Parif. revocavi.

6 Ὥστ᾽ εἰ σὺ βριμήσαιο, ὀστρακ.] Locus hic apud Aristoph. Equit. pag. 340. (138. Ed. Bas. P.) recte sic legitur & distinguitur:

Ὥστ᾽ εἰ σὺ βριμήσαιο, καὶ βλέψειας ὀστρακίνδα,
Νύκτωρ καθαρπάσαντες ἂν τὰς ἀσπίδας, θέοντες
Τὰς εἰσβολὰς τῶν ἀλφίτων ἂν καταλάβοιεν ἡμῶν.

Vide ibi veterem Enarratorem.

7 Οὐ μὴν ἐθέλγετο ὁ ὕπατος τοῖς ὑπ.] Fragmentum hoc addito Æliani nomine repetitur infra v. Ἐθέλγετο.

8 Ὑπὸ γὰρ ταῖς πολλαῖς μύλαις βριμ. ὁ τῆς μιᾶς ψόφος ῥᾳδ.] Hæc verba leguntur etiam apud Scholiastam Aristoph. ad *Equit.* pag. 340.

9 Παρὰ τὸ βορὰ βόριμος, καὶ ὑπερθ. Βρόμιος] Hæc inepta sunt, & pueris digna. Vide Etymologum, qui probabiliorem epitheti hujus etymologiam reddit.

Βρόμος. [1] ἦχος πυρὸς κυρίως. [2] Καὶ κούφοιο βαθὺν [3] τυμπάνου βρόμον. ἐν Ἐπιγράμματι. Καὶ αὖθις·

Οὐκέτι [4] χειμάσσαις ἀνέμων βρόμον, οὐχὶ χαλάζης.

Βροντή. [5] νεφῶν ψόφος ἐκ παρατρίψεως, ἢ ῥήξεως. [6] Ἔστι δὲ καὶ μηχάνημά τι, ὃ ἐκαλεῖτο βροντεῖον. ὑπὸ τὴν σκηνὴν δὲ ἦν ἀμφορεὺς ψηφῖδας ἔχων θαλαττίας· ἦν δὲ λέβης χαλκοῦς, εἰς ὃν αἱ ψῆφοι κατίεντο, καὶ κυλιόμεναι ἦχον ἀπετέλουν ἐοικότα βροντῇ.

Βρονταὶ [7] καθ' ὕπνους ἀγγέλων εἰσὶν λόγοι.

Βροτόεντα. ἡμαγμένα.

Βροτοειδέσιν. ἀνθρωπίναις.

Βροτολοιγός. ὁ ὀλέθριος. ὁ τοὺς βροτοὺς ὀλοθρεύων. Ἐν [8] Ἐπιγράμματι· Ἄρες [9] βροτολοιγέ,

Σκῦλα φέρειν δόης πᾶσιν ἀπ' ἀντιπάλων.

Βροτολοιγός. ὁ τοὺς βροτοὺς διαφθείρων. [10] Ὥσπερ οἱ ποιηταὶ λέγουσι, βροτολοιγὼ ἤστην.

Βροτός. Φθαρτὸς ἄνθρωπος. [11] Βρότος δὲ, τὸ μετὰ κονιορτοῦ αἷμα.

Βρουμάλια. [12] ταῦτα ἐπενόησε Ῥῶμος, ἐπειδὴ αὐτὸς καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ῥῆμος ἐκ πορνείας γενόμενοι ἐξερρίφησαν, καὶ παρὰ γυναικὸς ἀνετράφησαν. ὄνειδος δὲ ἦν Ῥωμαίοις τὸ ἐξ ἀλλοτρίων ἐσθίειν, δι' ὃ ἕκαστος ἐν τοῖς συμποσίοις καὶ ἴδιον βρῶμα καὶ πόμα ἐκόμιζεν, πρὸς τὸ μὴ ἀκούειν ἀλλοτριοφάγος. οὗ δὴ χάριν ἐπενόησε Ῥῶμος τὰ Βρουμάλια, εἰρηκὼς, ἀναγκαῖον εἶναι τρέφειν τὸν βασιλέα τὴν ἑαυτοῦ Σύγκλητον ἐν τῷ χειμῶνι, ὅτι ἠρεμοῦσιν ἐκ τοῦ πολέμου, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ α ἕως τοῦ ω, κελεύσας καὶ τὴν Σύγκλητον καλεῖν τοὺς στρατιώτας. καὶ μέλλοντες οἱ στρατιῶται ἀπιέναι, ηὔλουν ἑσπέρας, πρὸς τὸ γνῶναι ὅπου τραφήσονται. καὶ τοῦτο ἐπενόησε πρὸς τὸ ἀπαλλαγῆναι τῆς ὕβρεως αὐτοῦ ὁ Ῥῶμος, καλέσας τὸ ὄνομα τοῦ ἀρίστου Βρουμάλιον, ὅ ἐστι Ῥωμαϊστί, ἐκ τῶν ἀλλοτρίων τραφῆναι.

Βρόχος. τὸ τῆς ἀγχόνης σχοινίον. Ὁ δὲ ἤδη μεμηχανημένος ἀγχόνην, τὸν βρόχον ἐνδεδυμένος.

Βρουτίδες. γυναῖκες οὕτω καλούμεναι, οἱονεὶ Σίβυλ-



Βρόμος. Proprie crepitus, quem ignis edit. [Item quivis strepitus.] In Epigrammate: *Et levis tympani gravem strepitum.* Et iterum: *Non amplius ventorum strepitum, nec grandinis impetum sedabis.*

Βροντή. Tonitru, vel fragor, quem nubes vel attritæ inter se, vel ruptæ edunt. Erat etiam [in scena] machina quædam, βροντεῖον vocata, quæ erat amphora calculos marinos continens. Hi calculi in æreum lebetem immittebantur, in quo volutati strepitum tonitrui similem edebant.

Βρονταὶ καθ' ὕπν. *Tonitrua in somnis nuntiorum sermones denotant.*

Βροτόεντα. Sanguine cruenta.

Βροτοειδέσιν. Humanis.

Βροτολοιγός. Perniciosus. Qui mortales perdit. In Epigrammate: *Mars, hominum pernities, fac ut ab hostibus spolia semper reportemus.*

Βροτολοιγός. Homines perdens. *Ut Poetæ dicere solent, erant* βροτολοιγὼ, i. e. *hominum pernities.*

Βροτός. Homo mortalis. Βρότος vero, sanguis pulvere mixtus.

Βρουμάλια. Brumalia. Hæc instituit Romulus, quoniam ipse cum fratre Remo ex meretrice natus, & expositus, & a muliere quadam nutritus fuerat. Turpe autem apud Romanos habebatur aliena, quod ajunt, quadra vivere. Quamobrem unusquisque illorum proprium potum & cibum ad convivia afferebat, ne cuiquam exprobraretur, cum alienis cibis vesci. Hac igitur de causa Romulus Brumalia excogitavit, dicens, necesse esse ut Rex Senatum suum aleret tempore hyemis cum a bellis vacarent, auspicatus a primo ad ultimum. Jussit etiam a Senatu vocari milites, qui abituri tibia vesperi canebant, ut cognoscerent, ubi cibum sumpturi essent. Hoc autem Romulus ideo instituit, ut ab ignominia liberaretur, convivium illud vocans *Brumalium*, quod apud Romanos significat, ex alieno vivere.

Βρόχος. Laqueus, quo quis suspenditur. *Ille vero excogitata ratione se strangulandi, laqueo fauces induit.*

Βρουτίδες. Brutides. Mulieres quædam ita

1 Βρόμος. ἦχος πυρὸς κυρίως] Ex Scholiasta Homeri ad Il. Ξ. v. 395.

2 Καὶ κούφοιο βαθὺν τυμπ. βρόμον] Verba hæc sunt pars Epigrammatis, quod ex cod. MS. Epigrammatum ineditorum integrum exhibemus infra v. Θίασος.

3 Τυμπάνου] Metri gratia scribendum est τυπάνου, ut recte legitur in codice MS. Anthologiæ ineditæ.

4 Οὐκέτι χειμάσσαις ἀνέμων βρ.] Hexameter hic est pars Epigrammatis in Orpheum, quod exstat Anthol. lib. III. cap. XXV. pag. 388. Vide etiam infra v. Συρμός.

5 Βροντή. νεφῶν ψόφος ἐκ παρατρίψεως, ἢ ῥήξεως] Hæc sunt verba Laertii in *Zenone*. Segm. CLIII. ut Pearsonius etiam monuit.

6 Ἔστι δὲ καὶ μηχάνημά τι, ὃ ἐκαλεῖτο βρ.] Hæc & quæ sequuntur, descripta sunt ex Scholiasta Aristoph. ad *Nubes* pag. 141. (76. Ed. Bas. P.)

7 Βρονταὶ καθ' ὕπνους ἀγ.] Senarius hic onirocriticus legitur apud Astrampsychum.

8 Ἐν Ἐπιγράμματι· Ἄρες βροτολ. σκῦλα φέρειν δόης πᾶσιν ἀπ' ἀντιπάλων. † Βροτολοιγός. ὁ τοὺς βροτοὺς διαφθ.] Hæc omnia in prioribus Edit. desiderantur, quæ ex 2 MSS. Paris. revocavi.

9 Ἄρες βροτολοιγὲ σκῦλα φέρειν δ.] Locus hic decerptus est ex Epigrammate, hactenus, ut puto, inedito, quod ex codice MS integrum hic exhibebo: Ἀνέθηκε τῷ Ἄρει παρὰ πάντων. Θαλλοῦ Μιλησίου.

Ἀσπίδα μὲν Πρόμαχος, τὰ δὲ δούρατα θῆκεν Ἀκοντεύς,
Τὸ ξίφος Εὐμήδης, τόξα δὲ ταῦτα Κύδων·
Ἱππομέδων τὰ χαλινά, κόρυν δ' ἀνέθηκε Μελάνθης,
Κνημῖδας Νίκων, κοντὸν Ἀριστόμαχος,
Τὸν θώρηκα Φιλῖνος. σὺ δ', Ἄρες βροτολοιγέ,
Σκῦλα φέρειν δίδου πᾶσιν ἀπ' ἀντιπάλων.

Epigramma hoc, quia facile est & planum, explicatione nostra non indiget.

10 Ὥσπερ οἱ ποιηταὶ λέγουσι, βροτολοιγὼ ἤστην] Hæc verba deprompta sunt ex Procop. *Histor. Arc.* cap. XII.

11 Βρότος δὲ, τὸ μετὰ κονιορτοῦ αἷμα] Ex Scholiasta Homeri ad Il. H. v. 425.

12 Βρουμάλια. ταῦτα ἐπενόησε Ῥῶμος, ἐπειδ.] Omnia, quæ Suidas de Brumalibus hic habet, ex putidis lacunis hausta sunt, quoniam nihil illis est ineptius nec falsius, sive historiam sive etymologiam spectes, ut viri docti jam ante monuerunt.

λαι, καὶ προφήτιδες. πάσας δὲ τὰς ἐνθουσιώσας Σιβύλλας ἐκάλουν.

Βροῦτος, στρατηγὸς Ῥωμαίων, ἔγραψεν Ἐπιστολὰς, καὶ τῆς Πολυβίου τοῦ Ἱστορικοῦ βίβλων Ἐπιτομήν. θαυμάζεται δὲ εἰς τὴν τῶν ἐπιστολῶν ἰδέαν, ἤγουν χαρακτῆρα. ἐν τῷ Δήμαρχοι.

Βροῦχος. ἡ κάμπη.

Βρωμᾶσθαι. τὸ ὀγκᾶσθαι πεινῶντα ὄνον. καὶ Βρῶμα, ἡ φωνή.

Βρώμης. βρώσεως. τροφῆς.

Βρωτόν. βρῶσιν. τροφήν. [1] Ξενοφῶν· Ὁ δὲ παριὼν ἐπὶ τὰ ὑποζύγια, εἴ τί που ὁρῴη βρωτὸν, ἐδίδου τοῖς βουλιμιῶσι.

Βροῖσος. ὄνομα πόλεως.

Βρυάζει. [2] πάλλει. τρυφερῶς διάκειται. θάλλει. εὐφραίνεται.

Βρυγμός. [3] τρισμὸς ὀδόντων. ἢ μυλῶν ἀκόνησις.

Βρύει. δοτικῇ. Δέδοικα μὴ βρύων ἕλκεσιν εἰσάγῃς τὸ ἀνάπηλον. καὶ μετὰ γενικῆς. Βρύω φυτῶν καὶ ἀνθέων.

Βρύει. ἀνθεῖ. τέθηλε. Ὁ δὲ εὐθὺ Λιβάνου τοῦ ὄρους ἀνέδραμεν, καὶ τὸ ὑποκείμενον πεδίον στάχυσι βρύον τοξεύει πυρὶ, καὶ τὸ λήϊον πᾶν τέφραν ᾤετο γενέσθαι.

Βρύκοντα. τρώγοντα. κατεσθίοντα.

Ἄρτι καταβρύκοντα τὸν εὐθηλήμονα μόσχον.

Βρύκουσα. τοὺς ὀδόντας τρύζουσα.

——— Εἶπεν [4] ὀδόντα

Ὀξὺν ἐπιβρύκουσ', οἷα Λάκαινα γυνή.

Βρύκουσα. [5] ἐσθίουσα. δάκνουσα. παρὰ τὴν βορὰν, οἱονεὶ βορύκουσα.

Βρύκουσ' ἀπέδεσθαί φησί μου τοὺς δακτύλους.

Ἀριστοφάνης Ὄρνισι. Καὶ ἀλλαχοῦ·

Βρύκουσά σου τοὺς πλεύμονας καὶ τἄντερ' [6] ἐξαλμήσω.

Βρύλλων. ὑποπίνων. ἀπὸ τοῦ τοῖς παιδίοις λεγομένου. [7] Ἀριστοφάνης·

Βρύλλων τὸ καθ' ἡμέραν.

Κλέπτοντά τε βούλομαι

Τρέφειν ἕνα προστάτην.

Τοῦτον δ' ὅταν ᾖ πλέως,

Ταπεινώσας [8] ἐπάταξα.

ἀντὶ τοῦ ὅταν γένηται φανερὸς τουτέστι πλήρης ὅταν ηὔξηται δοκῇ, καὶ μέγας εἶναι, τοῦτον ταπεινὸν ἐποίησα. τουτέστι, ἐάσας πλουτῆσαι, δημεύσω.

Βρυώδης. δυσώδης.

vocatæ, ut Sibyllæ & fatidicæ. Omnes autem mulieres fatidicas & Numine afflatas Sibyllas vocabant.

Βροῦτος. Brutus, dux exercitus apud Romanos, scripsit Epistolas, & Epitomen Historiarum Polybii. Ejus stilus & character epistolaris valde probatur. Vide in v. Δήμαρχοι.

Βροῦχος. Bruchus.

Βρωμᾶσθαι. De asino dicitur, qui fame urgente rudit. Et βρῶμα, asini rudentis vox.

Βρώμης. Escæ. Cibi. Alimenti.

Βρωτόν. Edulium. Cibum. Xenophon: *Ille vero ad jumenta pergens, si quod eduli- um videret, eis dabat, qui fame laborabant.*

Βροῖσος. Brœsus. Nomen urbis.

Βρυάζει. Vibrat. Delicate vivit. Floret. Lætatur.

Βρυγμός. Stridor dentium. Vel strepitus, quem edunt molæ, dum acuuntur.

Βρύει. Dativo jungitur. Scatet. *Vereor ne scatens ulceribus introducas malum insanabile.* Item genitivo. Βρύω φυτῶν καὶ ἀνθ. i.e. plantis & floribus abundo.

Βρύει. Floret. Plenus est. *Ille vero recta in Libanum montem ascendit, & in subjectam planitiem spicis florentem ignem immisit, omnem segetem in cinerem redactam esse putans.*

Βρύκοντα. Edentem. Comedentem. *Illum, qui nuper devoraverat bene pastum & pinguem vitulum.*

Βρύκουσα. Dentibus stridens. [In Epigrammate:] *Dixit acuto dente stridens, ut Lacæna mulier.*

Βρύκουσα. Comedens. Mordens. A βορὰ, cibus; quasi dicas βορύκουσα. *Dicit se digitos meos admorsos comedere.* Aristophanes *Avibus.* Et alibi: *Pulmones & intestina tua morsu lacerabo.*

Βρύλλων. Subbibens. Deductum est a voce, qua [nutrices] alloquuntur infantes. Aristophanes: [*Volupe est mihi*] *deludi quotidie, furemque lubet alere unum ex iis, qui populo præsunt: quem deinde, ubi plenus erit, in sublime elatum verberibus cædam.* Id est, cum illustris evaserit, & multum crevisse visus fuerit, tunc eum humilem reddam. Sive, postquam eum ditescere sivero, ejus bona publicabo.

Βρυώδης. Male olens. Fœtens.

1 Ξενοφῶν] *De Expedit. Cyri* lib. IV. pag. 330. ut Portus observavit. Vide etiam supra v. Βουλιμιῶσι, ubi idem fragmentum legitur.

2 Πάλλει.———θάλλει] Vocabulum prius corruptum est, cujus loco cum doctus aliquis librarius legendum animadvertisset θάλλει, vocem illam ad marginem adscripsit, quæ postea in textum recepta fuit, manente itidem lectione corrupta. Simili ratione interpolatus est Suidas infra v. Καβαιρεῖν, ad quem locum lectorem remittimus, quoniam plura ibi de genere isto interpolationis a nobis dicta sunt.

3 Βρυγμός. τρισμὸς ὀδόντων. ἢ μυλ. ἀκόν.] Eadem habent Etymologus & Hesychius.

4 Εἶπεν ὀδόντα ὀξὺν ἐπιβ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate, quod integrum legitur Anthol. lib. III. cap. V. pag. 293.

5 Βρύκουσα. ἐσθίουσα. δάκνουσα. παρὰ τὴν βορὰν, οἱονεὶ βορ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Aves* pag. 543. (269. Ed. Bas. *P.*)

6 Ἐξαλμήσω] Scribe ἐξαμήσω, ut apud Aristophanem *Lysistrata.*

7 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 352. (249. Ed. Bas. *P.*)

8 Ταπεινώσας ἐπάταξα] Apud Aristophanem hodie legitur ἄρας ἐπάταξα: quæ lectio ob metri legem præferenda est.

‡

Βρύσις. [1] Πηγὴ διαυγὴς τὰς νοὸς λύει λύπας.

Βρύσις. [Scaturitio.] *Fons pellucidus mentis solvit dolores.*

Βρύτια. [2] τὰ τῆς σταφυλῆς πιέσματα, ἅ τινες στέμφυλα λέγουσι.

Βρύτια. Uvarum expressarum reliquiæ, quas quidam στέμφυλα vocant.

Βρυτίδαι. [3] ὄνομα γένους Ἀττικοῦ.

Βρυτίδαι. Brytidæ. Nomen familiæ Atticæ.

Βρύχιος. βυθιζόμενος ὕδασι. καὶ Ἐμβρύχιος, ἡ ἄγκυρα, ἡ τὸν βυθὸν οἰκοῦσα. καὶ Ἔμβρυον, τὸ ἐγγάστριον βρέφος. ἐν Ἐπιγράμματι· Ἄγκυραν ἐμβρύχιον ἐρυσινηΐδα. † Ἐπὶ [4] Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως σ' χιλιάδες ἀνδρῶν διεφθάρησαν ἐν τῷ πρὸς Ἰσαύρους πολέμῳ. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἡράκλειος χρήματα πλεῖστα, καὶ χρυσὸν, καὶ ἄργυρον, καὶ λίθους πολυτελεῖς πέμπει, ἅπερ βρύχια γέγονεν ἐπὶ Σεργίου πατριάρχου.

Βρύχιος. Aquis submersus. Et ἐμβρύχιος ἄγκυρα, ancora sub aquis latens, vel, in fundo maris hærens. Et ἔμβρυον, infans utero matris conclusus. In Epigrammate: *Et ancoram in profundo maris latentem, navesque retinentem.* † Sub Imperatore Heraclio ducenta hominum millia in bello Isaurico perierunt. Imperator Heraclius vero magnam pecuniæ vim, itemque aurum & argentum & lapillos pretiosos [Constantinopolin] misit, quæ omnia sub Sergio Patriarcha mari submersa perierunt.

Βρύχων τοὺς ὀδόντας ὁ λέων.

Βρύχων τοὺς ὀδ. Leo dentibus frendens.

Βοίδιον. [5] βοΐδιον. [6] Βοΐδιον δὲ καλεύμην τότε ἐγὼ, νῦν δὲ Χάρητος εὐνέτις.

Βοίδιον. Pro βοΐδιον, bucula. *Tunc autem bucula vocabar, nunc autem Charetis uxor.*

Βοιωτία. καὶ Βοιώτιος [7] νόμος. ἐπὶ τῶν τὰς ἀρχὰς μὲν ἠρεμαίως ἐχόντων, αὖθις δὲ σφοδρῶς ἐπιγινομένων.

Βοιωτία. Bœotia. Et, *Cantilena Bœotica.* Proverbium, quod dicitur de illis, qui initio quidem quieti sunt, postea vero vehementes se præbent.

Βοῖπις. ἡ βουνώδης γυνή.

Βοῖπις. Bœpis. Mulier crassa.

Βοιωτία [8] ὗς. ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων καὶ ἀπαιδεύτων.

Βοιωτία ὗς. Bœotica sus. De stupidis & indoctis dicitur.

Βύας. εἶδος ὀρνέου νυκτερινοῦ. καὶ, Βύας ὤφθη. Δίων ἐν Ῥωμαϊκοῖς ἐν πέρατι λόγῳ τοῖς Ῥωμαίοις ταῦτα ἐπιφαίνεσθαι πολλάκις λέγει. σημαίνει δὲ συμφοράς.

Βύας. Avis nocturnæ genus. Bubo. Et, Βύας ὤφθη, bubo conspectus est. Dio in Historiis Romanis sæpe memorat Romanis apparuisse bubonem, idque portenti loco habitum fuisse. Significat autem calamitates.

Βύβλις. [9] ὄνομα κύριον. ἀδελφὴ Καύνου ἀμφότεροι δυστυχήσαντες.

Βύβλις. Byblis, (nomen proprium) soror Cauni, qui ambo infelices fuerunt.

Βύβλινος [10] οἶνος. ἐκ Βύβλου πόλεως.

Βύβλινος οἶνος. Vinum Byblinum.

Βύβλον. πάπυρον. Αἰλιανός· [11] Κελεύει τὸν μὲν ἀποδίδοσθαι τῷ Νικάνορι φάκελλον βύβλου τετρακοσίων χρυσῶν. ἐὰν δὲ μὴ ἐθέλῃ, ἀεὶ προστιμᾶν, καὶ ἐπαιτεῖν τοῦ χρυσίου προστιθέντα, ἕως ἂν ἀπειπὼν δῷ ὅσον ἂν αἰτηθεὶς τύχῃ τῇ ἐπὶ πάσαις φωνῇ. Καὶ παροιμία·

Βύβλου [12] δὲ καρπὸς [13] οὐ κρατεῖ στάχυν μέγαν. ἐπὶ τῶν οὐ δυναμένων τοῖς ἰδίοις χρῆσθαι καλοῖς, παρόσον ἀσθενὴς οὖσα ἡ βύβλος οὐ δύναται μέγαν φέρειν καρπόν.

Βύβλον. Papyrum. Ælianus: *Ille vero fasciculum papyri quadringentis aureis Nicanori vendi jubet, simul præcipiens, ut, si eum tanti emere recusaret, aucto semper pretio plus auri postularet, donec victus tantum daret, quanti fasciculus ille postremo indicatus esset.* Et proverbium: *Fructus papyri non fert magnam spicam.* Dicitur de iis, qui bonis suis uti non possunt, quia papyrus, cum sit infirma, magnum fructum ferre non potest.

Βυζάντιον. τὸ [14] Βυζάντιον ἐπὶ Σεβήρου τοῦ βασι-

Βυζάντιον. Byzantium sub Severo, Impera-

1 Πηγὴ διαυγὴς τὰς νοὸς λύει λύπας.] Senarius hic onirocriticus, qui apud Astrampsychum legitur, nihil facit ad vocem βρύσις, nisi quatenus πηγὴ & βρύσις affinem habent significationem.

2 Βρύτια. τὰ τῆς σταφ.] Apud Athenæum lib. II. pag. 56. unde hæc descripsit Suidas, legitur βρύτεα, & ἐκπιέσματα.

3 Βρυτίδαι] Lege Βρυτιάδαι, ut apud Demosth. oratione in Neæram.

4 Ἐπὶ Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως σ' χιλιάδες ἀνδρ.] Hæc, & quæ sequuntur, leguntur etiam infra v. Ἡράκλειος.

5 Βοίδιον] Lege Βοΐδιον; quod poetice dici pro βοΐδιον Suidas Lectorem hic docere vult.

6 Βοΐδιον δὲ καλεύμην τότε ἐγ.] Scribe, Βοΐδιον δ' ἤκουον ἐγὼ τότε, νῦν δὲ Χάρητος &c. Sic enim legitur Anthol. lib. III. cap. XII. pag. 326. ubi integrum Epigramma exstat, ex quo verba hæc a Suida decerpta sunt.

7 Βοιώτιος νόμος. ἐπὶ τῶν τὰς ἀρχὰς μὲν ἠρ.] Aliter proverbium hoc explicat Zenobius; quem vide.

8 Βοιωτία ὗς] Vide Scholiastam Apoll. Rhod. ad lib. III. v. 1241.

9 Βύβλις. ὄνομα κύριον. ἀδελφ.] De Byblide & Cauno vide Parthenium in *Erot.* cap. XI. & Ovid. *Metamorphos.* lib. IX. Infra suo loco pro Καῦνος male scriptum est Κάνος, ut ibi Lectorem monemus.

10 Βύβλινος οἶνος. ἐκ Βύβλ.] Hoc vinum alii rectius vocant Βίβλινον, per ι. Stephanus Byzantius: Βίβλινα, χώρα Θρᾴκης. ἀπὸ ταύτης ὁ Βίβλινος οἶνος. Vide etiam Athen. lib. I. pag. 31. & Holstenium ad Stephanum v. Βίβλινα; itemque Suidam supra v. Βίβλινος.

11 Κελεύει τὸν μὲν ἀποδίδοσθαι τῷ Νικάνορι φάκ.] Vide infra v. Φάκελλον, ubi rectius legitur, ὁ δὲ Ἀπολλῶν κελεύει ἀποδόσθαι τῷ Νικάνορι φάκελλον &c.

12 Βύβλου δὲ καρπὸς οὐ κρατεῖ σταχ.] Est versus Æschyli *Supplicibus* v. 768. a quo eum mutuati sunt Zenobius, Suidas, & alii. Vide Scaligerum in Guilandinum pag. 12.

13 Οὐ κρατεῖ] Sic habent MSS. Paris. itemque Æschylus loco laudato. At in prioribus Editt. male excusum est οὐκ αἰτεῖ.

14 Τὸ Βυζάντιον ἐπὶ Σεβήρου τοῦ βασ. Ῥωμ. τειχίζεται χρόν.] Totum hunc articulum de Byzantio ex Dione descriptum esse patet ex epitomatore ejus Xiphilino, apud quem in *Severo* pag. 515. priora hujus fragmenti verba αὐτολεξεὶ leguntur.



Digitized by Google

λέως Ῥωμαίων τετείχιστο γενναίῳ τείχει, [1] πεποιημένῳ μυλίτῃ λίθῳ, ἐς τετράγωνον εἰργασμένῳ. [2] ἑπτὰ μὲν γὰρ ἦσαν ἀπὸ τῶν Θρᾳκίων πυλῶν πύργοι πρὸς τὴν θάλασσαν καθήκοντες. τούτων δὲ ἐὰν τις πρώτῳ ἐπεβόησέ τι, ἢ λίθον ἔρριψεν, αὐτός τε ἤχει καὶ ἐλάλει, καὶ τῷ δευτέρῳ τοῦτο ποιεῖν παρεδίδου, καὶ οὕτως διὰ πάντων ἐχώρει. ἐν τῷ Σεβῆρος περὶ Βυζαντίου πλατύτερον.

Βύζην. ἀθρόως. πυκνῶς. ἐπαλλήλως. πεπυκνωμένως. [3] Ἀῤῥιανός· Κατὰ τὸ στόμα τοῦ λιμένος, ἢ στενότατον ἦν, βύζην τὰς τριήρεις ὁρμίζοντες. † Ὁ δὲ τὰ φρέατα φορυτοῦ καὶ τῇ ἐπιχυθείσῃ ὕλῃ βύζην ἐνέπλησε.

Βυκάνη. ὄργανον μουσικόν. Καὶ βυκάνην ἐξ ἀργύρου εὗρε Μωϋσῆς. [4] ἐγένοντο δύο· καὶ τῇ μὲν πρὸς παρακέλευσιν καὶ συλλογὴν ἐχρῶντο· τῇ δὲ συνελθεῖν ἀρχάς.

Βύουσι. φράττουσι. καλύπτουσι. ἔνθεν καὶ ἀκρόβυστος, ὁ τὸ ἄκρον βεβυσμένον ἔχων. Πισίδης·
Ἐρῶ δέ σοι νῦν, εἴπερ οὐ βύειν θέλεις.

Βυρσαίετος. [5] ὁ Κλέων. συνέθετο δὲ ἡ λέξις ἀπὸ τῆς βύρσης, καὶ τοῦ ἀετοῦ. ἅμα μὲν ὡς βυρσοδέψην κωμῳδῶν τὸν Κλέωνα, καὶ ὡς κλέπτην, καὶ ἅρπαγα τῶν κοινῶν. ἁρπακτικὸν γὰρ τὸ ζῶον ὁ ἀετός. Σκυλοδέψης, Ἀττικόν. Βυρσοδέψης δὲ, Ἀσιανόν. † [6] Ἡ Παφλαγὼν βυρσεύς. σημαίνει δὲ τὸ ἐκ τοῦ ἐμβρέχειν τὰ δέρματα, καὶ πλείοσιν ἡμέραις ἐᾷν αὐτὰ εἰς τὸ φάρμακον, ἵνα διαλάβωσιν ἀπὸ τῆς ὀσμῆς τοῦ ὕδατος, καὶ τῶν δερμάτων μολυνομένων ἄχεις ὀδωδέναι. διαβάλλει οὖν ὡς δύσοσμον. ἄλλως τε καὶ τὴν εὐτέλειαν δεικνὺς Κλέωνος, ἀφ' οἵας τύχης ὁρμώμενος προέστη τῶν Ἀθηναίων.

nui fortuna ad summum honorum fastigium

Βυρσοδέψης. σκυλοτόμος. ὁ τὰς βύρσας θεραπεύων.

Βυσαύχην. ὁ τοὺς ὤμους συνέλκων ἐπὶ τὸν τράχηλον.

Βύσσινον. [7] βύσσῳ βεβαμμένον.

Δέξαι [8] βύσσινον εἷμα, τά τοι μετὰ παιδὸς ἀγαυᾶς
Ὕφαινε. ——————

Βυσσοδομεύοντες. ἐκ βάθους [9] σκεπτόμενοι. καὶ βύσσωμα.

tore Romanorum, muro egregio & firmo, qui ex quadrato lapide molari constructus erat, munitum fuit. Nam a portis Thraciis ad mare usque septem stabant turres: in quarum primam si quis clamore sonum immisisset, vel lapidem jecisset, & ipsa resonabat, & eundem sonum secundæ & cæteris omnibus per manus quasi tradebat. In voce Σεβῆρος de Byzantio fusius agitur.

Βύζην. Confertim. Dense. Ordine constipato. Arrianus: *In faucibus portus, qua spatium erat angustissimum, triremes ordine densato collocavit.* † *Ille vero puteos quisquiliis & quavis materia temere congesta penitus replevit.*

Βυκάνη. Buccina. Instrumentum Musicum. Buccinam argenteam Moses excogitavit. Fuerunt autem [buccinæ] duæ: quarum altera signum dabatur, & plebs ad concionem convocabatur; altera Magistratus convenire jubebantur.

Βύουσι. Obturant. Claudunt. Tegunt. Hinc etiam dicitur ἀκρόβυστος, i. e. cujus summa [membri genitalis pars] tecta est. Pisides: *Nunc vero tibi dicam, si modo aures claudere nolis.*

Βυρσαίετος. [Sic apud Aristophanem vocatur] Cleon, voce composita ex βύρσα, corium, & ἀετός, aquila. Nam & ut coriarium perstringit Cleonem, & ut furem, & ærarii depeculatorem. Aquila enim est animal rapax. Σκυλοδέψης est Atticum. Βυρσοδέψης vero Asiaticum. † [Aristophanes Cleonem vocat βυρσοδέψην Παφλαγόνα,] i. e. Paphlagonem coriarium. Solent autem coriarii pelles aqua macerantes, easque per plures dies in lixivio relinquentes, ut humorem penitus imbibant, tum ob aquæ tum pellium fœtorem male olere. Quare [Cleonem,] ut male olentem perstringit, & simul ostendit, quam obscuris & vilibus sit ortus parentibus, & a quam tenui fortuna ad summum honorum fastigium Athenis adscenderit.

Βυρσοδέψης. Coriarius. Qui coria præparat.

Βυσαύχην. Cui cervix est brevis & obstipa.

Βύσσινον. Byssinum. Bysso tinctum.

*Accipe byssinam vestem, quam tibi cum filia illustri [Theophilis] texuit.*

Βυσσοδομεύοντες. Alto pectore aliquid versantes. Et βύσσωμα, [profunditas.] *Thynnorum*

1 Πεποιημένῳ μυλίτῃ λίθῳ, ἐς τετράγωνον εἰργ.] Lege, πεποιημένῳ μυλίτου λίθου, ἐς τετράγωνον εἰργασμένου, ut recte apud Xiphilinum loco laudato.

2 Ἑπτὰ μὲν γὰρ ἦσαν ἀπὸ τῶν Θρ. πυλ. πύργοι] De turribus his vocalibus, quæ olim Byzantii fuerunt, vide etiam Hesychium Milesium in *Orig. Constant.* pag. 46. & Codinum itidem in *Origin. CPol.* num. IV.

3 Ἀῤῥιανός] Lib. I. pag. 56.

4 Ἐγένοντο δύο· καὶ τῇ μὲν πρὸς παρακέλευσιν καὶ συλ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Josephi *Antiq. Jud.* lib. III. cap. XI.

5 Βυρσαίετος. ὁ Κλέων. συνετέθειται δὲ ἡ λέξις ἀπὸ τῆς β.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 298. (200. Ed. Bas. P.)

6 Ἡ Παφλαγὼν βυρσεύς. σημαίνει δὲ τὸ ἐκ τ.] Hæc, & quæ sequuntur, referenda sunt ad locum illum Aristoph. *Equit.* pag. 290.
Ἐπρίατο δοῦλον, βυρσοδέψην Παφλαγόνα.
Vide ibi Scholiastam, ex quo locus hic Suidæ sic emendandus & scribendus est: Συμβαίνει δὲ τούτους ἐκ τοῦ ἐμβρέχειν τὰ δέρματα καὶ πλείοσιν ἐᾷν ἡμέραις αὐτὰ εἰς τὸ φάρμακον, ἵνα διαλάβωσιν, ἀπὸ τῆς ὀσμῆς τοῦ τε ὕδατος καὶ τῶν δερμάτων μολυνομένων ἄχρις ὀδωδέναι &c.

7 Βύσσῳ βεβαμμένον] Hanc interpretationem non probo, quoniam βύσσος non est coloris, sed lini genus.

8 Δέξαι βύσσινον εἷμα, τά τοι μ.] Locus hic decerptus est ex Epigrammate Anthologiæ inedito, quod integrum exhibemus infra v. Θεῦδις.

9 Σκεπτόμενοι] Cum Porto legere malim σκεπτόμενοι.

Θύννων

Θύννων [1] εὐκλώστοιο λίνῳ βυσσώμασι ῥόμβον
Φράξαντες γλαυκαῖς ἐν παρόδοις πελάγους.

Βυσσῷ. βάθει. ὀξυτόνως. [2] Βαρυτόνως δὲ σημαίνει βαφὴν ἐκ πορφύρας. καὶ βυσσὸς, βυθὸς, παρὰ Ἡροδότῳ.

## Γ Α.

Γαβάω. πόλις. καὶ Γαβαωνῖται, οἱ ἀπὸ τῆς χώρας.

Γαβίνιος. ὄνομα κύριον Ῥωμαϊκόν.

Γάβιοι. πόλις Λατίνων. τὸ ἐθνικὸν Γαβῖται καὶ Γάβιοι.

Γαβριήλ. ὄνομα κύριον. καὶ Γαβριηλᾶς, ὄνομα κύριον.

Γάγγης, [3] βασιλεὺς Αἰθιόπων (ὃν ἀπέκτεινεν Ἀλέξανδρος) δεκάπηχυς τὸ μῆκος, τὴν δὲ ὥραν οἷος οὔπω τις ἀνθρώπων· ποταμοῦ δὲ Γάγγου παῖς. τὸν δὲ πατέρα τὸν ἑαυτοῦ, τὴν Ἰνδικὴν ἐπικλύζοντα, αὐτὸς ἐς τὴν ἐρυθρὰν ἔτρεψε, καὶ διήλλαξεν αὐτὸν τῇ γῇ. ὅθεν ἡ γῆ ζῶντι μὲν ἄφθονα ἔφερεν· ἀποθανόντι δὲ ἐπιμώρει. ἐπεὶ δὲ τὸν Ἀχιλλέα Ὅμηρος ἄγει μὲν ὑπὲρ Ἑλένης ἐς Τροίαν, φησὶ δὲ αὐτὸν δώδεκα μὲν πόλεις ἐκ θαλάττης ᾑρηκέναι, πεζῇ δὲ ἕνδεκα, γυναῖκα δὲ ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀφαιρεθεῖσαν εἰς μῆνιν ἀπενεχθῆναι, [4] ὅτε δὲ ἀπεράμονα καὶ ὠμὸν δόξαι· σκεψώμεθα τὸν Ἰνδὸν πρὸς ταῦτα. πόλεων μὲν τοίνυν ἑξήκοντα οἰκιστὴς ἐγένετο, αἵπερ εἰσὶ δοκιμώταται τῶν τῆδε. τὸ δὲ πορθεῖν πόλεις ὅστις εὐκλεέστερον ἡγεῖται τοῦ ἀνοικίζειν πόλιν, οὐκ ἔστι. Σκύθας δὲ τοὺς ὑπὲρ Καύκασον στρατεύσαντάς ποτε ἐπὶ τήνδε τὴν γῆν ἀπώσατο. τὸ δὲ ἐλευθερώσαντα τὴν ἑαυτοῦ γῆν ἄνδρα ἀγαθὸν φαίνεσθαι, πολλῷ βέλτιον τοῦ δουλείαν ἐπάγειν τῇ πόλει.

Γάγγρα. πόλις. Γάγγραινα δὲ, εἶδος πάθους.

Γάδαρα, πόλις Κοίλης Συρίας, ἥτις καὶ Ἀντιόχεια καὶ Σελεύκεια ἐκλήθη. τὸ ἐθνικὸν Γαδαρεύς. καὶ Γαδαρὶς, καὶ ἡ γυνὴ, καὶ ἡ χώρα.

Γάδειρα. τόπος κατὰ τὴν ἑσπερίαν μοῖραν, ἀποπλεύτησις τῆς θαλάσσης, [5] καὶ οἷον ἐκροὴ ἀπὸ τῆς πρὸς ἡμᾶς εἰς τὴν Ἀτλαντίδα θάλασσαν, τὸν ὠκεανὸν, ὃν διεκπλεῦσαι οὐκ ἦν, βραχώδη καὶ σκοτώδη τυγχάνοντα. [6] Γάδειρα δὲ παρὰ τὴν γῆν καὶ τὴν δειρὴν, ὅ ἐστι τράχηλος. μέχρι τούτων ἐλθὼν ὁ Ἡρακλῆς, καὶ μὴ δυνάμενος διελθεῖν, στήλας παρὰ τῶν ἐγχωρίων λαβὼν ἱδρύσατο, δηλῶν δι' αὐτῶν,

*copiam profundis & bene textis retibus capientes in cæruleo mari.*

Βυσσῷ. Profunditate. Cum acuto scribitur. Βύσσος vero, cum habet gravem, tincturam purpuræ significat. Et βυσσὸς pro βυθὸς apud Herodotum.

## Γ Α.

Γαβάω. Gabao, urbs. Et Gabaonitæ dicuntur illius regionis incolæ.

Γαβίνιος. Gabinius. Nomen proprium Romanum.

Γάβιοι. Gabii, urbs Latinorum. Gentile nomen est Gabitæ & Gabii.

Γαβριήλ. Gabriel. Nomen proprium. Et Gabrielas, itidem nomen proprium.

Γάγγης. Ganges, Rex Æthiopum (quem interfecit Alexander) decem cubitos longus fuit, & formæ præstantia reliquos mortales longe superavit. Fuit filius Gangis, patremque suum Indiam inundantem in mare rubrum avertit, & terræ reconciliavit. Unde terra viventi quidem largam frugum copiam produxit, mortui vero necem ulta est. Cum vero Homerus Achillem narret Helenæ causa expeditionem Trojanam suscepisse, & mari XII, terra vero XI urbes cepisse, & erepta sibi ab Agamemnone concubina graviter indignatum, & interdum etiam durum & crudelem visum fuisse; Indum cum eo conferamus. Is igitur LX. urbes, ejus regionis primarias, condidit. Nemo vero dixerit, gloriosius esse urbes vastare, quam condere. Adhæc Scythas, qui ultra Caucasum habitant, regionem suam invadentes repulit. Longe autem præstat, in liberanda patria virum fortem se præbere, quam urbem in servitutem redigere.

Γάγγρα. Gangra, urbs. Gangræna vero, genus morbi.

Γάδαρα. Gadara, urbs Cœlesyriæ, quæ & Antiochia & Seleucia vocabatur. Nomen gentile est Γαδαρεύς, i. e. Gadarenus. Et Γαδαρὶς tam fœmina, quam ipsa regio vocatur.

Γάδειρα. Gades. Locus in parte orbis occidentali, finis maris, & velut ostium, per quod nostrum mare in Oceanum Atlanticum se effundit. Hic Oceanus navigari non poterat, utpote vadosus & tenebrosus. Γάδειρα vero compositum est ex voce γῆ & δειρὴ, quasi dicas terræ collum. Hucusque progressus Hercules, cum ulterius pergere non posset, columnas ab indigenis acceptas illo loco erexit,

1 Θύννων εὐκλώστοιο λίνῳ βυσσ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis, quod legitur Anthol. lib. VI. cap. III. Epigr. X.

2 Βαρυτόνως δὲ σημαίνει βαφὴν ἐκ πορφ.] Imo aliud est byssus, & aliud purpura, ut ex veteribus scriptoribus satis constat. Male ergo ista Suidas hic confundit.

3 Γάγγης, βασιλεὺς Αἰθιόπων (ὃν ἀπέκτεινεν Ἀλέξανδρος) δεκάπ.] Totum hunc articulum de Gange descripsit Suidas ex Philostr. *de Vita Apoll.* lib. III. cap. VI. ut Pearsonius etiam observavit.

4 Ὅτε δὲ] Sic etiam habet Philostratus. Sed legere malim ἅτε & c.

5 Καὶ οἷον ἐκροὴ ἀπὸ τ. πρὸς ἡμᾶς εἰς τὴν Ἀτλ. θάλ. τὸν ὠκεανόν] Hæc non satis sana sunt. quæ sic potius legenda puto, & οἷον ἐκροὴ τ. παρ' ἡμῖν θαλάσσης εἰς τὴν Ἀτλαντίδα, τουτέστι τ. ὠκεανὸν &c.

6 Γάδειρα δὲ παρὰ τὴν γῆν] Nugas agunt Grammatici, qui originem vocis hujus in lingua Græca quærunt, cum etymologia ejus a lingua Phœnicia repetenda sit. Vide Bochartum in *Geograph. Sacra.*

ἄχει· τὸ τῆδε βατὴν εἶναι τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν.

Γαδαρηνός. [2]ἀπὸ τούτου.

Γάζα. καὶ Γαζοφυλάκιον, θησαυροφυλάκιον. Γάζα γὰρ θησαυρός. Πολλὴν δὲ εὗρεν ἀφθονίαν τροφῆς, καὶ γάζαν βαρβαρικὴν ἀργυρίου δὲ τάλαντα γ΄. † Ὁ δὲ [3]Πτολεμαῖος τὰ βασίλεια περιάγων, ἐπεδείκνυτο καὶ τὴν ἄλλην τὴν βασιλικὴν γάζαν. Διόδωρός φησι.

Γάζα. πόλις Φοινίκης. ὁ πολίτης Γαζαῖος.

Γάζακα. πόλις μεγίστη τῆς Μηδίας. τὸ ἐθνικὸν, Γαζακηνός· ὡς Μάζακα, Μαζακηνός.

Γαϊανὸς, Ἄραβος, σοφιστὴς, μαθητὴς Ἀψίνου τοῦ Γαδαρέως. ἦν δὲ ἐπί τε [4]Μαξίμου καὶ Γορδιανοῦ. Περὶ συντάξεως βιβλία ε΄. Τέχνην ῥητορικήν. Μελέτας. ἐσοφίστευσεν ἐν Βηρυτῷ.

Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ, ὁ πρῶτος μοναρχήσας. οὗτος ἔγραψε μετάφρασιν τῶν Ἀράτου Φαινομένων, καὶ τέχνην γραμματικὴν Ῥωμαϊκῶς, καὶ περὶ τοῦ ἰδίου βίου.

Γάϊος Καῖσαρ, ὃς ἐπεκλήθη Καλλιγόλας. Ῥητορικὴν τέχνην Ῥωμαϊκῶς.

Γάϊος, Ῥωμαίων βασιλεὺς, τὸ μὲν πρῶτον μεγαλοφρόνως διεῖπε τῆς βασιλείας τὰ πράγματα, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπηκόοις καθηκόντως ἐχρῆτο. μετὰ δὲ δύο χρόνους ἐκστὰς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως κατὰ μίμησιν τοῦ πατρὸς ἑαυτὸν ἀπεθέωσε, καὶ ἀνδριάντα ἑαυτοῦ κατὰ πόλιν ἐν τοῖς ναοῖς ἀπέστειλε καθιδρύσασθαι, καὶ εἰς τὸν τῶν Ἱεροσολύμων ναὸν θεασίσας, νέου Γαΐου ἱερὸν προσέταξεν ὀνομάζεσθαι. καὶ δουλοκρατίαν νομοθετήσας ἐπέτρεψε κατηγορεῖν τῶν δεσποτῶν, εἴ τι ἂν αὐτῶν εἰδεῖεν πλημμέλημα. κἀντεῦθεν δεινὴ συμφορὰ κατειλήφει τὴν οἰκουμένην πᾶσαν, τῶν οἰκετῶν μεγάλαις τιμωρίαις ὑποβαλλόντων τοὺς δεσπότας. ἕκαστος γὰρ ἀμύνασθαι ἐβούλετο τὸν ἴδιον δεσπότην, ὑπὲρ ὧν παρ' αὐτοῦ βασάνων προπέπαχεν. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ εἰς μανίαν τραπεὶς ἄθεσμον, στολὰς γυναικείας ἠμφιέννυτο, καὶ τὴν κόμην πλοκάμοις καὶ πλοκῇ τινι περιστέλλων, καὶ γυναικιζόμενος, καὶ πᾶσαν αἰσχρουργίαν διαπραττόμενος, τελετὰς ἐπενόει καὶ ξένα μυστήρια ἐπετέλει. καὶ δὴ λαβών ποτε τὴν ἰδίαν θυγατέρα, καὶ ἐς τοὺς κόλπους τοῦ ἀγάλματος θέμενος αὐτὴν, ἔφη, σὺ ταύτην γεγέννηκας, καὶ πατὴρ αὐτῆς ἔννομος ὑπάρχεις. [5]οὕτω μιαρώτατός τε καὶ ἀνοσιώτατος ἐγένετο, καὶ τοσοῦτον ὁρμαθὸν κακῶν συνειληφὼς, ἐπεκάλυψε τὰ τοῦ Τιβερίου μειο-

significans, eousque terram & mare transiri posse.

Γαδαρηνός. Gadarenus, a loco sic dictus.

Γάζα. Gaza. Et γαζοφυλάκιον, locus, in quo thesaurus asservatur. Γάζα enim est thesaurus. *Magnam autem invenit cibariorum copiam, & gazam barbaricam, argentique talenta tria.* † *Ptolemæus vero per regiam eum circumducens, & aliam regiam gazam ei ostendit.* Sic Diodorus inquit.

Γάζα. Gaza, urbs Phœniciæ: cujus civis dicitur Gazæus.

Γάζακα. Gazaca, urbs Mediæ maxima. Gentile nomen est Gazacenus: ut Mazaca, Mazacenus.

Γαϊανός. Gajanus, Arabs, Sophista, discipulus Apsinis Gadarensis, vixit Maximini & Gordiani temporibus, scripsitque de constructione libros v. item Artem Rhetoricam, & Declamationes. Idem eloquentiam Beryti docuit.

Γάϊος Ἰούλιος Κ. C. Julius Cæsar, primus Romanorum Imperator, scripsit metaphrasin Phœnomenorum Arati, & Artem Grammaticam Latine; item, de vita propria.

Γάϊος Καῖσαρ. Cajus Cæsar, qui cognomento Caligula vocatus est, Artem Rhetoricam Latine scripsit.

Γάϊος. Cajus, Romanorum Imperator, principio quidem magno & excelso animo imperium administravit, & erga omnes subjectos comem & benignum se præbuit. Biennio vero exacto humanæ naturæ oblitus, & exemplum patris imitatus, divinos honores sibi arrogavit, & simulacrum suum in omnes urbes misit, idque in templis collocari jussit, ne templo quidem Hierosolymitano excepto, quod Juvenis Caji templum appellari præcepit. Servis etiam lege lata eam potestatem & licentiam dedit, ut ipsis dominos accusare liceret, si quod crimen vel peccatum ab iis admissum esse scirent. Hæc autem res innumeris malis orbem opplevit, cum servi acerbis suppliciis dominos subjicerent. Unusquisque enim illorum domino vicem rependere cupiebat pro cruciatibus, quos ante ab illo perpessus fuerat. Quinetiam eo insaniæ & vecordiæ processit, ut vestes muliebres indueret, comamque cincinnis ornans, & certa quadam ratione nectens, mollitieque cum fœminis certans, & omni flagitiorum obscœnitate sese polluens, sacra quædam excogitaret, & peregrina mysteria perageret. Ac aliquando filia sua in gremio simulacri collocata, tu, inquit, hanc genuisti, & pater ejus es legitimus. Idem etiam impurissimus ac scelestissimus fuit, ac tantam viti-

1 Ἄχει τὸ τῆδε βατὴν εἶναι τὴν γῆν] Hinc Græci, cum significare volunt, se in aliqua re ulterius pergere non posse, proverbio hoc utuntur: Οὐ γὰρ περάσιμα, φασί, τὰ τῶν Γαδείρων πέρα. Pindarus *Nem.* Od. IV. v. 112. idem proverbium sic effert: Γαδείρων τὸ πρὸς ζόφον οὐ περατόν. i. e. *Quæ ultra Gades ad occasum sita sunt, inaccessa sunt.*

2 Ἀπὸ τούτου] Lege, ἀπὸ τόπου. Vide Stephanum Byzantium v. Γάδαρα.

3 Ὁ δὲ Πτολεμαῖος τὰ βασίλεια περιάγων, ἐπεδείκνυτο καὶ τὴν ἄλλην τὴν βασιλ. γάζαν] Hæc sunt verba Diodori in *Excerpt. Legat.* a F. Ursino editis, cap. XXXII. pag. 319.

4 Μαξίμου] Lege Μαξιμίνου. Vide quæ diximus supra ad vocem Ἀψίνης.

5 Οὕτω μιαρώτατός τε καὶ ἀνοσιώτατος ἐγένετο] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Joannis Antioch. quæ leguntur in Collectaneis Constant. a Valesio editis, pag. 802. unde ea Suidas descripsit.

πκτη-

κτήματα. ἴσα γὰρ τῷ Αὐγούστῳ ἐν πολλῷ χρόνῳ περιεποιήθη, οὗτος ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀπεκλήσατο. μοιχικώτατός τε ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ γυναῖκας ἡρμοσμένας καὶ γεγαμημένας ἐλάμβανε. τήν τε ἑαυτοῦ τηθίδα, ἐπιτιμήσασαν ἀνοίας, ἐς ἀνάγκην ἑκουσίου θανάτου κατέστησεν. ἐχρῆτο δὲ καὶ ταῖς ἀδελφαῖς, καὶ τῶν παρανόμων ἐκοινώνει μίξεων, ὡς καὶ πατὴρ ἀνοσίας καταστῆναι γονῆς ἐκ μιᾶς τῶν ἀδελφῶν ἀπογεννηθείσης. ναούς τε καὶ θυσίας ὡς ἡμιθέῳ γίνεσθαι παρεσκεύαζε. τοιούτῳ αὐτοκράτορι οἱ Ῥωμαῖοι παρεδόθησαν· ὥστε τὰ τοῦ Τιβερίου ἔργα, καίπερ χαλεπώτατα δόξαντα γεγενέναι, τοσοῦτον τὰ Γαΐου, ὅσον τὰ τοῦ Αὐγούστου παρ' ἐκείνου παρήνεγκαν. οὕτως μετὰ Τιβέριον ἐβασίλευσε Καλλιγόλας ὀνομαζόμενος.

Γάϊος [1] Λαιλώριος, [2] Μάρκος ἐπίκλησιν. ἐκ τούτου δείκνυται τὸ μισοπόνηρον τῶν Ῥωμαίων, καὶ πρὸς τοὺς παραβαίνοντας τὰ κοινὰ καὶ νόμιμα τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀμείλικτον. οὗτος γὰρ χιλίαρχος ἀποδειχθεὶς ἐν τῷ [3] Σαβινικῷ πολέμῳ, νεανίαν τινὰ τῶν ὁμοσκήνων διαφέροντα τὴν ὄψιν ἑτέρων μέχρι μέν τινος ἔπειθεν ἑαυτῷ χαρίσασθαι τὴν τοῦ σώματος ὥραν ἑκόντα. ὡς δ' οὔτε δωρεαῖς, οὔτ' ἄλλῃ φιλανθρωπίᾳ τὸ μειράκιον ἡλίσκετο, κατέχειν τὴν ἐπιθυμίαν ἀδύνατος ὤν, βίαν προσφέρειν ἐπεβάλετο. περιβοήτου δὲ τῆς ἀκοσμίας τοῦ ἀνδρὸς ἅπασι τοῖς ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου γενομένης, κοινὸν ἀδίκημα τῆς πόλεως νομίσαντες οἱ δήμαρχοι, γραφὴν ἀποφέρουσι κατ' αὐτοῦ δημοσίᾳ, καὶ ὁ δῆμος ἁπάσαις ταῖς ψήφοις τοῦ ἀνδρὸς κατέγνω, τίμημα ὁρίσας θάνατον· οὐκ ἀξιῶν εἰς ἐλεύθερα σώματα καὶ προπολεμοῦντα τῆς τῶν ἄλλων ἐλευθερίας τοὺς ἐν ταῖς ἄλλαις ὄντας ἀρχαῖς ὑβρίζειν τὰς ἀνηκέστους καὶ παρὰ φύσιν τοῖς ἄρρεσιν ὕβρεις. Ἄλλο θαυμασιώτατον, καίτοι περὶ δοῦλον σῶμα γενομένης τῆς ὕβρεως. εἷς γὰρ τῶν παραδόντων Σαυνίταις τὸ στρατόπεδον χιλιάρχων, καὶ ὑπὸ ζυγὸν ὑπελθόντων Ποπλίου υἱὸς ὤν, ἐν πολλῇ καταλειφθεὶς πενίᾳ, δάνειον [4] ἠναγκάσθη λαβεῖν, ὡς ἐρανισθησόμενος ὑπὸ τῶν συγγενῶν. διαψευσθεὶς δὲ τῆς ἐλπίδος ἀπήχθη πρὸς τὸ χρέος, τῆς προθεσμίας παρελθούσης, κομιδῇ νέος ὤν, καὶ τὴν ὄψιν ὡραῖος. οὗτος τὰ μὲν ἄλλα ὑπηρετῶν, ὅσα δούλους δεσπόταις νόμος ἦν, ἠνείχετο. τὴν δὲ τοῦ σώματος ὥραν χαρίσασθαι κελευόμενος ἠγανάκτει, καὶ μέχρι παντὸς ἀπεμάχετο. πολλὰς δὲ διὰ τοῦτο μαστίγων λαβὼν πληγάς, ἐξέδραμεν ἐς τὴν ἀγοράν, καὶ στὰς ἐπὶ μετεώρου τινός, τήν τε ἀκολασίαν τοῦ δανειστοῦ ἐξηγήσατο, καὶ μαστίγων τοὺς μώλωπας ὑπέδειξεν. ἀ-

orum colluviem collegerat, ut Tiberii dedecora absconderet. Nam & opes, quascunque Augustus multos per annos collegerat, ipse omnes unius diei spatio exhausit, & adulteriis inquinatissimus, mulieres partim desponsas aliis, partim & nuptas abstraxit. Aviam suam, quod ab ea objurgatus esset, ad voluntariam mortem compulit. Cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem habuit, & ex earum una etiam nefariam prolem sustulit. Præterea se ipsum templis ac sacrificiis perinde ac Deum coli jussit. Hujusmodi principi tunc populus Rom. regendus est traditus: prorsus ut Tiberii facinora, quanquam gravissima visa essent, tantum a Cajo superarentur, quantum ab Augusti virtutibus Tiberius abfuerat. Et hoc modo post Tiberium imperavit Caligula.

Γάϊος Λαιτ. C. Lætorius, cognomine Marcus, documentum omnibus dedit, quantum olim populi Romani adversus improbos fuerit odium, quantaque severitas adversus eos, qui sanctissima naturæ jura violarant. Hic enim bello Samnitico Tribunus militaris creatus, adolescentem quendam ex suis contubernalibus, formæ decore præstantem, principio quidem donis atque hujuscemodi delinimentis sollicitavit de stupro. Sed postquam nulla arte capi posse animadvertit, superatus libidinis impotentia, vim inferre adolescenti instituit. Cujus sceleris fama cum celebris ac pervagata in exercitu fuisset, Tribuni plebis hanc publicam civitatis injuriam esse rati, Lætorio diem ad populum dixerunt, cumque populus Romanus universis suffragiis capitis damnavit, haudquaquam arbitratus ferendum esse, ut ingenui homines, qui pro reliquorum civium libertate in acie starent, fœdo ac pudendo viris injuriæ genere violarentur. Verum aliud longe admiratione dignius exstat exemplum ultæ injuriæ, tametsi servili corpori illatæ. Adolescens quidam, Publii filius, unius e Tribunis militaribus, qui se exercitumque omnem dediderant Samnitibus, & sub jugum missi fuerant, in maxima egestate derelictus, pecuniam fœnori accipere [ad celebrandum patris funus] coactus est, sperans propinquorum liberalitate se propediem hoc ære alieno liberatum iri. Verum spe sua frustratus, cum dies cessisset, abductus est in nexum, juvenis forma haud invenustus. Is cum operas ac ministeria, quæcunque servos dominis præstare jus fasque est, creditori exhiberet, ferebat id moderate: sed cum stuprum juberetur pati, tum vero indignari cœpit, & flagitium prorsus aspernatus est. Cujus rei causa verberibus a creditore laceratus prori-

1 Γάϊος Λαιτώριος, Μάρκος ἐπίκλησιν. ἐκ τούτου δείκνυται τὸ μισοπ.] Hæc, & omnia quæ sequuntur usque ad finem articuli hujus, leguntur in Excerptis ex Dionysio Halicarnass. a Valesio editis, pag. 537. unde Suidas ea descripsit. Cæterum pro Λαιλώριος, ut priores Edit. habent, in Excerptis modo laudatis rectius scriptum est Λαιτώριος, quam lectionem in hac Editione secutus sum.

2 Μάρκος ἐπίκλησιν] In Excerptis modo laudatis rectius legitur Μέργος. A Romanis enim Lætorius hic cognominabatur *Mergus*, ut patet ex Valer. Max. lib. vi. cap. 1. qui eandem de eo historiam refert.

3 Σαβινικῷ] In Excerptis a Valesio editis legitur Σαυνιτικῷ, i. e. Samnitico, uti & hic apud Suidam legendum est.

4 Ἠναγκάσθη λαβεῖν] Adde ex Excerptis ante laudatis, εἰς τὰς ταφὰς τοῦ πατρός.

γανακτή-

γανακτήσαντος δὲ τοῦ δήμου, καὶ δημοσίας ὀργῆς ἄξιον ἡγησαμένου τὸ πρᾶγμα, κατηγορήσαντων τὴν εἰσαγγελίαν τῶν δημάρχων, ὦφλε θανάτου δίκην. καὶ δι' ἐκεῖνο τὸ πάθος ἅπαντες οἱ δουλωθέντες πρὸς τὰ χρέα Ῥωμαῖοι, νόμῳ κυρωθέντι τὴν ἀρχαίαν ἐλευθερίαν ἐκομίσαντο.

puit se in forum; stansque in sublimi [loco] libidinem crudelitatemque fœneratoris conquestus est, vibices verberum ostentans. Plebs igitur atrocitate injuriæ commota, cum id facinus publica indignatione prosequeretur, accusatum a Tribunis plebis creditorem capite damnavit: atque ob hunc casum, cuncti, qui ob æs alienum nexi erant, lege lata soluti pristinam libertatem recuperarunt.

Γαλααδῖτις. χώρα.

Γαλααδῖτις. Galaaditis regio.

Γαλαθηνός. ὁ [1] ὑποτίτθιος. ἤγουν ὁ ὑπομάζιος.

Γαλαθηνός. Lactens. Subrumus.

Γαλακτίων. ὄνομα κύριον.

Γαλακτίων. Galaction. Nomen proprium.

Γαλακτοπότης. ὁ γάλα πίνων.

Γαλακτοπότης. Qui lac bibit.

Γαλαξίας. τὸ ἐν τῷ οὐρανῷ φῶς, [2] ὅπερ ἐστὶν ἀντανάκλασις φωτὸς ἡλιακοῦ, μὴ καταλαμπομένων τῶν ἀστέρων.

Γαλαξίας. Circulus lacteus, qui est refractio luminis solaris, cum astra non illuminantur.

Γάλα [3] ὀρνίθων. ἐπὶ τῶν λίαν εὐδαιμονούντων καὶ πάντα κεκτημένων. ἢ ἐπὶ τῶν σπανίων. τὰ σπάνια, φησὶ, καὶ δυσεύρετα τῶν ἀγαθῶν παρέξομεν· ὥστε παρέσται κοπιᾶν ὑμῖν ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν. τουτέστιν, ἐν πλησμονῇ γενόμενοι τῶν ἀγαθῶν ἀπειρηκέναι μέλλετε. οὕτω πλουτήσετε πάντες. [4] Ἀριστοφάνης Ὄρνισι· Δώσομεν ὑμῖν πλουθυγίειαν, εὐδαιμονίαν, εἰρήνην, νεότητα, γέλωτα, χορὸς, θαλίας, γάλα τ' ὀρνίθων, ὥστε παρέσται ὑμῖν κοπιᾶν ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν.

Γάλα ὀρνίθων, *Lac gallinarum.* Dicitur de hominibus valde fortunatis & omnium rerum copia abundantibus. Vel, de rebus raris. Bona, inquit, rara & minime obvia vobis præbebimus, adeo ut copia bonorum vos lassatura sit. Vel, omni bonorum genere ad satietatem & fastidium usque abundabitis: adeo divites omnes eritis. Aristophanes *Avibus: Dabimus vobis opulentiam cum sanitate conjunctam, felicitatem, pacem, juventutem, risum, choros, convivia, & lac gallinarum, adeo ut nimia copia bonorum satietatem vobis allatura sit.*

Γάλα [5] σκεδάζει δυσμενῶν συμβουλίας.

Γάλα σκεδ. *Lac dissipat inimicorum consilia.*

Γάλα γαληνῶν προέξενει πέλει τρόπων.

Γάλα γαλ. *Lac morum suavitatem significat.*

Γαλάται. [6] ἐπὶ τοῦ Σκιπίωνος τοῦ Ῥωμαίων στρατηγοῦ καὶ Ἀννίβου τοῦ Καρχηδονίου Ῥωμαῖοι Γαλάτας τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ κατεστρέψαντο. οὗτοι δ' ἦσαν τῶν Ἑσπερίων Γαλατῶν μοῖρα. ἀναστάντες γάρ ποτε τῆς οἰκείας οἱ Γαλάται ἅμα Βρέννῳ στρατηγῷ, πρόσπληθον εἰς λ' μυριάδας ἀριθμούμενοι. ἐντεῦθεν διαχειρισθέντες, οἱ μὲν ἐπὶ τὴν εἴσω πυλῶν Ἑλλάδα, οἱ δὲ ἐπὶ Θρᾴκην καὶ τὴν Ἀσίαν ἐτράποντο, ἀμφὶ τὰς δύο μάλιστά που καὶ αὐτοὶ μυριάδας ὄντες. καὶ κρατήσαντες τῷ πολέμῳ πάντων μικροῦ τῶν ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου Ἀσιανῶν γενῶν, τοὺς μὲν ἄλλους ὑποτελεῖς ἐποιήσαντο φόρου, αὐτοὶ δὲ τὰ περὶ τὸν Ἅλυν ποταμὸν χωρία κατασχόντες, ἐνέμοντο τὰ μεταξὺ Βιθυνῶν τε καὶ Καππαδοκῶν κείμενα. ἐφ' οὓς ἐστράτευσαν Ῥωμαῖοι, κοινωνήσαντας Ἀντιόχῳ τῆς ἐπὶ τῷ Σιπύλῳ μάχης, καὶ συμπεσόντες αὐτοῖς περὶ πόλιν Ἄγκυραν, Μανλίου σφῶν ἡγουμένου, μυρίους μὲν τῆς μαχίμου ἡλικίας καταβάλλουσι, τοὺς δὲ λοιποὺς ὑποκύψαι σφίσιν ἀποστάντας, ὧν ἦρχον ἐθνῶν, κατηνάγκασαν.

Γαλάται. Galli, vel, Galatæ. Sub Scipione duce Romanorum, & Annibale Carthaginensium, Romani Galatas in Asia, qui occidentalium Gallorum pars erant, debellarunt. Olim enim Galli Brenno duce ad tercentena millia patria sua egressi, diviso bifariam exercitu, pars Græciam, quæ intra Pylas est, pars Thraciam & Asiam petierunt, , quorum numerus viginti circiter millia implebat. Hi gentibus Asiaticis, quæ cis Taurum sunt, pene omnibus devictis, cæteras quidem tributarias fecerunt: ipsi vero locis circa Halyn fluvium occupatis, in regione inter Bithyniam & Cappadociam sita consederunt. His bellum intulerunt Romani, quod Antiocho in pugna ad Sipylum opem tulissent; & cum eis duce Manlio prope Ancyram urbem congressi, viginti millibus, qui militari ætate erant, occisis, reliquos sibi parere coegerunt, adempto eis imperio in gentes, quæ ipsis ante subjectæ erant.

1 Ὑποτίτθιος.] Unus MS. Paris. habet ὑποτίτθιος.

2 Ὅπερ ἐστὶν ἀντανάκλασις φωτὸς ἡλιακοῦ, μὴ καταλαμπ.] Sic etiam habet Laertius in *Anaxagora* Segm. IX. unde Suidas hæc descripsit. Sed Aldobrandinus ad Laertium recte monuit, locum istum sic legendum esse. Γαλαξίας ἀντανάκλασίς ἐστι τοῦ ὑπὸ φωτὸς ἡλιακοῦ μὴ καταλαμπομένων ἄστρων. Rationem emendationis hujus apud ipsum lege.

3 Γάλα ὀρνίθων. ἐπὶ τῶν λίαν εὐδ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Aves* pag. 575. (396. Ed. Bas. P.)

4 Ἀριστοφάνης Ὄρνισι.] Pag. 575. ut in nota præcedente diximus.

5 Γάλα σκεδάζει δυσμενῶν συμβουλίας. Γάλα γαλ.] Ex Astrampsycho.

6 Γαλάται. ἐπὶ τοῦ Σκιπίωνος τοῦ Ῥωμ.] Hunc articulum ex Polybii libris deperditis a Suida descriptum esse non dubito.

Γαλάτεια. ὄνομα Θεᾶς. Γαλατία δὲ, χώρα. καὶ Γαλατίας, ὄνομα κύριον.

Γαλλαίῳ. τῷ τῶν Γάλλων.

Γαλλαίῳ[1] Κυβέλης ὀλολύγματι πολλάκι δοῦσα
Τὸν βαρὺν εἰς ἀκοὰς ἦχον ἀπὸ στομάτων.
Τάσδε Θεῇ χαίτας περὶ δικλίδι θῆκεν ὀρεία,
Θερμὸν ἐπεὶ λύσσης ὧδ᾽ ἀνέπαυσε πόδα.

Γαλέα. ὁ ἰχθύς. καὶ Γαλεός, ὁμοίως.

Γαλεάγρα. ὄργανον τιμωρητικόν. Καὶ τελευτῶντες εἰς γαλεάγραν ἐμβάλλοντες περόναις σιδηραῖς διειργμένην πάντοθεν, ἐν δυσχωρίαις ἐκύλιον. Καὶ αὖθις. Ὁ δὲ ἐν γαλεάγρᾳ σιδηρᾷ βαλὼν ἀπέκτεινεν.

Γαλεώτης. ὄνομα κύριον.

Γαλεώτης, καὶ ἀσκαλαβώτης, ἑκάτερος. ἐν τῷ Ἀσκαλαβώτης.

Γαληρόν. Φαιδρόν.

Γαλῆ.[2] τὸ ζῶον. καλεῖται δὲ πρός τινων κερδὼ καὶ[3] ἰλαρία. ἔστι[4] δὲ τὸ ὄνομα ἰσόψηφον δίκη καὶ γαλῆ· ἀπὸ τῶν αὐτῶν γὰρ σύγκειται γραμμάτων. καὶ, γαλῆ[5] Ταρτησία. ἡ Ταρτησσὸς πόλις ἔξω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν πρὸς τῷ ὠκεανῷ, ἔνθα μέγισται γίνονται γαλαῖ.

Γαληνιᾷν. γάννυσθαι. χαίρειν. διαχεῖσθαι.

Γαληνὸς, ὁ διασημότατος ἰατρὸς, Περγαμηνὸς, γεγονὼς ἐπὶ Μάρκου καὶ Κομόδου καὶ Περτίνακος τῶν Καισάρων ἐν Ῥώμῃ, υἱὸς Νίκωνος γεωμέτρου καὶ ἀρχιτέκτονος, πολλὰ συντεταχὼς ἰατρικά τε καὶ φιλόσοφα· ἔτι τε γραμματικὰ καὶ ῥητορικά· ἅ τινα διὰ τὸ πᾶσιν εἶναι γνώριμα καταλέγειν ἄχρειον ἡγησάμην ἐν τῷ παρόντι. ἐβίω ἔτη ο΄. σημαίνει δὲ καὶ τὸν ἡσύχιον.

Γαλήσιον. ὄνομα τόπου.

Γαλῇ χιτών. αὕτη ἐπὶ τῶν ἀδίκων τάσσεται, καὶ μηδὲν[6] ἀνιέντων. ὁμοία ἐστὶ τῇ, Οὐ πρέπει γαλῇ κροκωτός.

Γαλῇ κροκωτόν. ἐν τῷ κροκωτός.

Γαλιλαία. καταχυλιστὴ τῇ Ἑλλάδι γλώττῃ. διὸ καὶ[7] γὶλ ὁ τροχὸς ὀνομάζεται. καὶ Γαλιλαῖοι, οἱ

Γαλάτεια. Nomen Deæ. Γαλατία vero, regio. Et Γαλατίας, nomen proprium.

Γαλλαίῳ. Ad Gallos pertinente. [In Epigrammate:] *Quæ sæpe more Gallorum Cybeles sacra celebrantium gravem auribus ululatu edidit, has comas Deæ montanæ ad bifores [templi] valvas suspendit, postquam ab insano discursu cessare cœpit.*

Γαλέα. Nomen piscis. Et γαλεός, itidem.

Γαλεάγρα. Instrumentum quoddam, quo homines torquentur & cruciantur. [Cavea ferrea.] *Tandem vero eum in cavea fibulis ferreis undique munita inclusum per aspera loca volutarunt.* Et iterum: *Ille vero in cavea ferrea inclusum interfecit.*

Γαλεώτης. Galeotes. Nomen proprium.

Γαλεώτης. Idem quod ἀσκαλαβώτης, i. e. stellio. Utrumque enim dicitur. Vide v. Ἀσκαλαβώτης.

Γαληρόν. Clarum. Nitidum.

Γαλῆ. Nomen animalis; quod nonnulli κερδὼ & ἰλαρία vocant. Mustela. Vocabula autē δίκη & γαλῆ eundem continent numerum, quoniam ex iisdem literis composita sunt. Et, Mustela Tartesia. Tartessus est urbs extra columnas Herculeas ad Oceanum sita, ubi maximæ nascuntur mustelæ.

Γαληνιᾷν. Lætari. Gaudere. Lætitia diffundi.

Γαληνός. Galenus, medicus celeberrimus, Pergamenus, qui sub Marco, Commodo & Pertinace Imperatoribus Romæ vixit: Niconis Geometræ & Architecti filius. Multa composuit Medica & Philosophica; itemque Grammatica & Rhetorica; quæ quia omnibus sunt nota, in præsentia recensere supervacaneum duxi. Vixit annos LXX. Γαληνὸς etiam significat tranquillus.

Γαλήσιον. Galesium. Nomen loci.

Γαλῇ χιτών. *Feli tunica.* Dicitur de hominibus injustis, [& alienas vestes induentibus.] Proverbium hoc simile est illi, *Non decet felem crocota.*

Γαλῇ κροκωτόν. *Mustelæ crocoton* [*das.* Proverbium.] Vide in v. Κροκωτός.

Γαλιλαία. Galilæa. Lingua Græca idem significat quod καταχυλιστὴ, i. e. devoluta.

1 Γαλλαίῳ Κυβέλης ὀλολύγματι κ.τ.λ.] Duo hæc disticha decerpta ex Epigrammate Riani, quod ex codice MS. Anthologiæ ineditæ publici juris factum est ab Holstenio ad Stephanum v. Κυβέλεια. Vide etiam infra v. Θαλαμηπόλος.

2 Γαλῆ. τὸ ζῶον] Interpretes vocem Græcam γαλῆ nunc *felem* nunc *mustelam* reddunt. Sed vocabulum illud mustelam potius quam felem significare erudite docet Jacobus Perizonius ad Ælian. *Var. Hist.* lib. XIV. cap. IV. quem vide.

3 Ἰλαρία] Sic etiam legitur apud Artemidorum loco eo, quem in nota sequente indicabimus. Non dubito tamen quin scribendum sit αἴλουρος: quo nomine felem a Græcis appellari notissimum est. Vocabulum autem ἰλαρία pro γαλῆ etiam adhiberi nusquam alibi me legisse memini.

4 Ἔστι δὲ τὸ ὄνομα ἰσόψηφον δίκη καὶ γαλῆ. ἀπὸ τῶν αὐτῶν γὰρ σύγκειται κ.] Hæc Suidas descripsit ex Artemidoro, apud quem eadem leguntur lib. III. cap. XXVIII. pag. 176. Sensus autem hujus loci, quem Portus non fuit assecutus, est is, quem in versione expressi: nimirum vocabula δίκη & γαλῆ eundem numerum continere: quod verum esse unusquisque facile deprehendere poterit. Si enim utriusque vocis literas ad calculos revocaveris, par inde summa XLII. redibit: quod ipsum Græci intelligunt, cum dicunt, duo vocabula aut duos versus esse ἰσόψηφα. Cæterum, in præcedentibus Editt. post γαλῆ additur ὀργή; quam vocem esse supervacaneam & a loco hoc alienissimam non solum patet ex Artemidoro, apud quem vocabulum illud deest, sed etiam ex sensu. Falsum enim est τὸ ὀργὴ vocibus δίκη & γαλῆ esse ἰσόψηφον, quoniam longe majorem continet numerum, ut cuilibet facile patebit, qui singulas literas ad calculum vocare voluerit. Quare certum est, pro ὀργὴ initio apud Suidam scriptum fuisse αἰγὴ, ut in 2 MSS. Parif. & in codice Florentino legitur. Sed, cum vox illa voci δίκη quidem sit ἰσόψηφος, at mendo laboret, & ad sensum loci hujus nihil faciat, peritus aliquis librarius, inspecto forsan Artemidoro, ejus loco γαλῆ legendum esse animadvertens, emendationem illam ad marginem adnotavit, quæ postea in textum irrepsit, corrupta voce itidem manente; quod & aliis in locis apud Suidam contigit, ut monemus infra v. Καταστροφή.

5 Καὶ γαλῆ Ταρτησία] Ælianus *Var. Histor.* lib. XIV. cap. IV. Ὅτι Ἀριστίδης ὁ Λοκρὸς ὑπὸ Ταρτησίας γαλῆς δηχθεὶς &c. Vide ibi doctos interpretes.

6 Καὶ μηδὲν ἀνιέντων] Quid verba ista hoc loco significare possint, non video. Quare in versione secutus sum interpretationem Diogeniani, quem consule.

7 Γίλ] Imo potius γίλγελ, vel γάλγαλ. Hebræi enim rotam vocant גלגל.

ἀπὸ ταύτης ποτὲ μελανομάθησαν Χριστιανοί. ζήτει ἐν τῷ Ναζηραῖοι.

Γαλιψός.[1] ὄνομα κύριον. ἔστι δὲ πόλις τῆς Θρᾴκης. ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Γαλίψου τοῦ ἐκ Θάσου καὶ Τηλέφης.

Γαλλογραικία. ἡ τῶν Βουκελλαρίων χώρα. οἱ αὐτοὶ καὶ Ἑλληνογαλάται ὀνομάζονται.

Γάλλος. ὄνομα ποταμοῦ.

Γάλλος. ἀπόκοπος. ἐν [2] Ἐπιγράμμασι·

Γάλλος ὁ χαιτήεις ὁ νεήτομος, ὃς ποτὲ Τμώλῳ
Λυδιὸς ὀρχηστὰς [3] μάκρον ὀλολυζόμενος.

καὶ Γάλλοι, οἱ ἀπόκοποι. Γναῖος,[4] ὁ ὕπατος Ῥωμαίων, διερχόμενος [5] ἐγεφύρωσε τὸν Σαγγάριον ποταμὸν, τελέως κοῖλον ὄντα καὶ δύσβατον· καὶ παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν στρατοπεδευσάμενος, παραγίνονται Γάλλοι παρὰ Ἄττιδος καὶ Βαττάκου τῶν ἐκ Πισσινοῦντος ἱερέων τῆς μητρὸς τῶν Θεῶν, ἔχοντες [6] πρὸς τῷ ἰδίᾳ καὶ τύπους, φάσκοντες, προσαγγέλλειν τὴν Θεὸν νίκην καὶ κράτος· οὓς ὁ Γναῖος φιλανθρώπως ὑπεδέξατο. Καὶ αὖθις· Ἀπέστελλε νεανίσκους, διασκευάσας εἰς Γάλλους μετ' αὐλητῶν ἐν γυναικείαις στολαῖς ἔχοντας τύμπανα καὶ τύπους, ἐπὶ τοὺς προσκαθημένους τῆς χώρας. † Ὅτι Γάλλοι μὲν γίνονται ἐξ ἀνδρῶν, ἐκ δὲ Γάλλων ἄνδρες οὐ γίνονται.

Γαλόω.[7] γάλως, γάλω, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ο, γαλόω ἀνδραδέλφου. καὶ γαλοώνη ὁμοίως, ἡ ἀνδραδέλφη.

Γάμβρειος [8] στολή.

Γάμβρος.[9] ὁ ἀμέτοχος.

Γαμβρὸς Ἐρεχθέως. ὁ Βορρᾶς. τὴν [10] γὰρ Ὠρείθυιαν θυγατέρα αὐτοῦ ἔγημεν, ἐξ ἧς τίκτεται Ζήτης καὶ Κάλαϊς.

Γαμέτης. ὁ ἀνήρ. ὁ σύζυγος. Ἡ δὲ σὺν τῷ κουριδίῳ γαμέτῃ ἐς Ἔφεσον ἦλθεν.

Γαμηλία.[11] ἡ διδομένη τοῖς φράτορσιν ἐπὶ γάμοις. ἢ ἡ τῶν γυναικῶν εἰς τοὺς φράτορας εἰσαγωγή. οὕτως Δίδυμος ὁ γραμματικός. Καὶ [12] παροιμία· Γαμηλίαν εἰσενεγκεῖν. ὅταν τις ἠγάγετο γυναῖκα, πρὶν γε-

Hinc & γὰλ [Hebraice] rota vocatur. Et ab hac regione Christiani olim vocati fuere Galilæi. Quære in v. Ναζηραῖοι.

Γαλιψός. Galipsus. Nomen proprium. Est etiam urbs Thraciæ, quæ sic vocata fuit a Galipso Thasi & Telephes filio.

Γαλλογραικία. Gallogræcia, Bucellariorum regio, qui & Gallogræci vocantur.

Γάλλος. Gallus. Nomen fluvii.

Γάλλος. Gallus. Castratus. In Epigrammate: *Gallus ille comatus, & recens exsectus, qui quondam in monte Tmolo in honorem Cybeles saltans ingentem ululatum edidit.* Et Γάλλοι, evirati, castrati. † *Cnejus, Consul Romanorum, fluvium Sangarium, qui profundus omnino & transitu difficilis erat, ponte junctum trajecit. Cum autem ad ipsum fluvium castra posuisset, Galli ab Attide & Battaco Matris Deorum sacerdotibus Pessinunte missi venerunt, imagines & simulacra pectoribus affixa gestantes, & Deæ jussu victoriam & felicem successum Romanis annuntiarunt: quos Cnejus humaniter excepit.* Et iterum: *Ad milites præsidiarios istius regionis misit adolescentes, Gallorum insignibus ornatos, vestibusque muliebribus indutos, & cum tibiis tympana imaginesque [Cybeles] ferentes.* † Galli quidem ex viris fiunt, ex Gallis vero nequaquam viri fiunt.

Γαλόω Gloris. A nominativo γάλως fit genitivus γάλω, & inserta litera ο, γαλόω. Et γαλοώνη itidem mariti soror.

Γάμβρειος στολή. Vestis qualis genero dari solet.

Γάμβρος. Qui non est particeps.

Γαμβρὸς Ἐρεχθέως. Erechthei gener. Boreas. Is enim Orithyiam ejus filiam uxorem duxit, ex qua natus est Zetes & Calais.

Γαμέτης. Vir. Maritus. *Illa vero cum juvene marito Ephesum venit.*

Γέσιος. Gesius, Petris oriundus, sub Zenone arte medica clarissimus fuit. Cum enim Domni Judæi præceptoris sui gloriam penitus obscurasset, ejusque discipulos pene omnes ad se traduxisset, magnam ubique famam & nominis celebritatem consecutus est, non solum ob peritiam artis medicæ, quam & in docendo & morbis curandis ostendebat, sed etiam ob cæteras omnes disciplinas, [in quibus insigniter versatus erat.] Cum enim vir esset honoris cupidus & laboris patientissimus, longi temporis studio, non naturæ beneficio id consecutus est, ut & in cæteris scientiis excellere videretur, & tam morborum curandorum peritia, quam ratione subtiliter & accurate de arte medica disserendi omnes sui temporis medicos & iatrosophistas superaret. Quamvis autem sero artem suam ostendere & profiteri publice cœpisset, celeriter tamen crevit, & magnum apud omnes applausum consecutus est, homo ostentationis amans, & magno verborum apparatu scientiam suam venditans, qui in philosophia quidem exiguos fecerat progressus, in arte vero medica maximos. Hinc & magnas sibi comparavit divitias, & ad honores non vulgares in Republ. Romana pervenit. Virilem vero ejus animum & generosum nec minus bonum valde laudo. Cum enim Heraiscus jussu Zenonis Imperatoris ubique quæreretur, cum non solum domi suæ occultavit, spreto periculo, cui se suaque omnia exponebat; sed eidem quoque in fuga ex morbo defuncto justa honorifice persolvit. Basilicus vero [ea de causa ab Imperatore] missus Agapium cæterosque philosophos comprehensos in prætorium abduxit.

Γεσοί.[5] Οἱ Ῥωμαῖοι πήξαντες τοὺς γεσοὺς, καὶ τὰς περικεφαλαίας τούτοις ἐπιθέντες, φαντασίαν παρέχοντο τοῖς ἐκ διαστήματος, ὡς μένοντες ἐπὶ τοῦ λόφου. ἔστι δὲ ὅπλον μακρόθεν κεντοῦν, ἢ κοντός. Κρίτων ἔγραψεν ἐν τοῖς Γετικοῖς.

Γεσοί. Gæsa. *Romani autem, cum gæsa humi defixissent, iisque galeas imposuissent, eminus aspicientibus speciem præbuerunt, quasi in colle adhuc versarentur.* Sic Crito in *Geticis*. Est autem γεσὸς telum vel contus eminus vulnerans.

Γεῦσις. ζήτει περὶ ποιοτήτων τῶν γεύσεων ἐν τῷ Φαιόν, καὶ ἐν τῷ Αἰσθήσεις πέντε.

Γεῦσις. Gustus. De gustuum qualitatibus quære in voce Φαιόν, & in Αἰσθήσεις πέντε.

1 Ἀπὸ σταυροῦ] Etymologus v. Γέρρα habet ἐπὶ σταυροῦ, ut & hic apud Suidam scribendum est.

2 Γεσσάται. ἐθνικόν] Vide Bochartum in *Chanaan* lib. 1. cap. XLII.

3 Γέσιος] Totum hunc locum de Gesio ex Damascio descriptum esse patet ex Photio, apud quem in Excerptis ex illo scriptore pag. 1073. quædam eorum, quæ Suidas hic habet, αὐτολεξεὶ etiam leguntur, ut Pearsonius recte observavit. Cæterum, Gesii hujus meminit etiam Stephanus Byzantius v. Γέα, qui cum περιφανέστατον ἰατροσοφιστὴν vocat.

4 Καὶ μέγα κλέος ——— ἁπάσης παιδείας] Hæc etiam αὐτολεξεὶ leguntur apud Photium loco laudato.

5 Γεσοί] Rectius γαισοί, per αι diphthongum. Vide supra v. Γαῖσα.

Γεφυ-

image
not
available

Γῆ θάλατταν συγκυκᾷ (συμμίγνυσι). ἐπὶ τῶν σφόδρα ὀργιζομένων ἡ παροιμία.

Γήθειν. χαίρειν.

Γηθοσύνη. χαρά. καὶ Γηθοσύνως, μετὰ χαρᾶς.

Γηθόσυνοι. χαίροντες.

Γήθυσα. πόλις Λιβύης. τὸ ἐθνικὸν, Γηθυσαῖος, ἢ Γηθύσιος, ἢ Γηθυσίτης.

Γηθυλλίς. λάχανον πράσῳ ὅμοιον, ὅ τινες ἀμπελόπρασον λέγουσι.

Γήϊνος. ὁ φθαρτός.

Γῆ κληρουχική. οἱ Ἀθηναῖοι λαμβάνοντες πολεμίαν πόλιν, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἐκβάλλοντες, πολίτας ἑαυτῶν ἀποστέλλοντες, κλήρῳ τὴν γῆν αὐτῶν διένεμον.

Γήλοφος. ὁ ὑψηλὸς τόπος.

Γήμας. ὁ γυναῖκα λαβὼν ἀνήρ.

Γῆμ' ἐπῆρε. ἀντὶ τοῦ γῆμαι ἀνέπεισε. [1]Κυρίως δὲ τὸ ἐπῆρεν, ἀντὶ τοῦ ἐχαύνωσε καὶ ἀνεκούφισεν, ἐπαγγελλομένη προῖκα μεγάλην εἰσοίσειν τὴν γυναῖκα, οἰκουρὸν φάσκουσα εἶναι, μὴ οὕτως ἐχούσης. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Ἥτις με γῆμ' ἐπῆρε τὴν σὴν μητέρα.

Γῆν ἰλλομένην. συγκεκλεισμένην καὶ περιειλημμένην. ἰλλάδες γὰρ οἱ δεσμοί.

Γηών.[2] ποταμός.

Γηώρας. ὁ ἀλλότριος. τοῦ [3]Ψελλοῦ· Γηώρας, ὁ ἀλλότριος, καὶ γέρδιος, ὁ ὑφάντης.

Γηωροί. ἐπίμικτοι. τηρηταὶ τόπων.

Γήπαιδες. ὄνομα ἔθνους.

Γήπεδον. τὸ χωρίον. ὥσπερ καὶ οἰκόπεδον, τὸ γῇ καὶ οἰκήμασιν ἀπαρτιζόμενον.

Γηραλέα. ἡ γραῖα. καὶ Γηραλέος, ὁ γέρων. καὶ γηραλέον. οὐδετέρως. Νῦν γηραλέας ἐναγκαλιζόνται.

Γηρᾶναι. γηράσαι. καὶ παροιμία·

Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

ἐπὶ τῶν διὰ γῆρας ἐμπειροτέρων.

Γηραιός. παλαιός. προβεβηκώς. [4]Ὁ δὲ γηραιός τε ὢν ἤδη, καὶ ἐκ πλείστου ἄμφω τὼ πόδε πεπηρωμένος, καὶ οἷος μὴ ἐφ' ἵππου ὀχεῖσθαι, ὅμως ὥσπερ τις νεανίας ῥωμαλεώτατος οὐκ ἀπηγόρευε πρὸς τοὺς πόνους, ἀλλὰ φορεῖον εἰς τὰς παρατάξεις ἐφοίτα.

Γῆ θάλατταν συκ. *Terram mari miſcet.* Porverbium hoc dicitur de iis, qui valde iraſcuntur.

Γήθειν. Gaudere. Lætari.

Γηθοσύνη. Gaudium. Et γηθοσύνως, cum gaudio.

Γηθόσυνοι. Gaudentes. Læti.

Γήθυσα. Gethuſa, urbs Libyæ. Nomen gentile eſt, Gethuſæus, vel Gethuſius, vel Gethuſites.

Γηθυλλίς. Olus porro ſimile; quod quidam ampeloprasum vocant.

Γήϊνος. Corruptioni obnoxius. Mortalis.

Γῆ κληρουχική. Terra, quæ ſorte inter aliquos diſtributa eſt. Athenienſes, cum urbem aliquam hoſtilem cepiſſent, incolis inde expulſis, cives ſuos in eam mittebant, quibus agrum ſorte diſtribuebant.

Γήλοφος. Locus excelſus. Collis.

Γήμας. Vir, qui duxit uxorem.

Γῆμ' ἐπῆρε. Perſuaſit mihi, ut uxorem ducerem. Proprie vero ἐπῆρε ſignificat, vana quadam ſpe lactavit & implevit, dicens, mulierem ingentem dotem allaturam eſſe, eamque domi ſemper ſe continere ſolere, cum tamen res ſeſe ita non habeat. Ariſtophanes: *Quæ me induxit, ut matrem tuam uxorem ducerem.*

Γῆν ἰλλομένην. Terram conſtrictam & concluſam. Ἰλλάδες enim ſunt vincula.

Γηών. Geon, fluvius.

Γηώρας. Alienus. Pſellus: Γηώρας, *alienus, &* γέρδιος, *textor.*

Γηωροί. Homines mixti generis. Locorum cuſtodes.

Γήπαιδες. Gepædes. Nomen gentis.

Γήπεδον. Fundus. Ager. Ut οἰκόπεδον dicitur, quod ex ſolo & domibus conſtat. Sive area, in qua ædificia exſtruuntur.

Γηραλέα. Vetula. Anus. Et γηραλέος, ſenex. Et genere neutro, γηραλέον. *Nunc vetulas ulnis amplectimur.*

Γηρᾶναι. Conſenuiſſe. Et proverbium: *Seneſco ſemper multa diſcens.* De iis dicitur, qui longa ætate magnam rerum peritiam conſecuti ſunt.

Γηραιός. Senex. Ætate provectus. *Ille vero, quamvis eſſet ſenex, & jam pridem utroque pede claudus, ita ut ne equo quidem vehi poſſet, tamen perinde ut robuſtiſſimus adoleſcens laboribus ferendis par erat, & in aciem lectica geſtatus prodibat.*

1 Κυρίως δὲ τὸ ἐπῆρεν, ἀντὶ τοῦ ἐχ.] Ex Scholiaſta Ariſtoph. ad *Nubes* pag. 121. (61. Ed. Baſ. P.) Vide etiam infra v. Ἐπαίρεις, & v. Ἐπῆρεν; itemque Harpocrationem v. Ἐπαιρόμενος, qui idem fragmentum Ariſtophanis citat, quod & a Suida hoc loco adducitur.

2 Γηών] Vide ſupra v. Γαιών.

3 Τοῦ Ψελλοῦ] Peſſime Portus exiſtimabat vocem hanc *balbum* vel *blæſum* hic ſignificare, cum ſit nomen proprium Michaelis Pſelli. Senarius enim Politicus, qui hic ſubjungitur, depromptus eſt ex opuſculo quodam Pſelli inedito, brevem ſynopſin omnium ſcientiarum continente, & verſibus Politicis ſcripto, quod MS exſtat in Bibliotheca Regia Pariſienſi, Cod. 1837. fol. 184. & ſeqq. Ex eadem Synopſi Pſelli & alia apud Suidam loca excerpta leguntur, ut alibi Lectorem monemus. Cæterum, ex hoc loco ætas Suidæ colligi poſſe videtur, quoniam, ſi ipſe Suidas notam hanc excerpſit, oportet eum utique vixiſſe poſt Pſellum; ſed ante Euſtathium, quippe qui primus Noſtri meminit. Vixit autem Pſellus ſeculo XI. Euſtathius vero ſeculo XII; inter quos proinde Suidas medius collocandus eſſe videtur, ita ut vixerit ſub finem ſeculi undecimi, & initium duodecimi. Sed cum totus hic locus in MSS. Pariſ. deſit, apparet eum a recentioribus Collectaneis hiſce inſertum eſſe: quod ideo moneo, ne quis forte ætatem Suidæ hinc colligi poſſe putet, qui Pſello utique antiquior fuit.

4 Ὁ δὲ γηραιός τε ὢν ἤδη, καὶ ἐκ πλ.] Hæc, & quæ ſequuntur, ſunt verba Agathiæ de Mermeroe, duce Perſarum, lib. II. pag. 60. Vide etiam infra v. Φορεῖον.

image
not
available

καὶ Γιγαντεῖον ὄνομα, τὸ μέγα. καὶ Γιγαντολέτειρα, ἡ τοὺς Γίγαντας ὀλέσασα. καὶ Γιγαντολέτις, ὁμοίως θηλυκῶς. καὶ Γιγαντολέτωρ.

Γιγαντώδης. Ἐδόκει γὰρ τό, τε σῶμα γιγαντώδης εἶναι, καὶ τὸν θυμὸν θηριώδης, καὶ ἐς ἀγχίνοιαν τῶν συλληστευόντων ἁπάντων πολυπλοκώτερος.

Γίγαρτα. τῶν σταφυλῶν ὁ καρπός. [1]Ἀριστοφάνης·

----Ὢν ἄνευ γιγάρτων, καὶ φιλῶν τὰς ἰσχάδας.

οἱ γὰρ ἄγροικοι κόπτοντες τὰ γίγαρτα μετὰ τῶν ἰσχάδων ἤσθιον.

Γίγγις, Γίγγιδος. ὄνομα κύριον.

Γιγλισμός. κιχλισμός. [2]ἀπὸ χειρῶν γέλως. γαργαλισμός.

Γίγγλυμοι. ἀμφιβολαί τινων ἐξοχῶν πρὸς κοιλότητας, οἷάπερ ἡ κατὰ τὸν πῆχυν πρὸς βραχίονα συμβολή.

Γιεζῆ. ὄνομα κύριον.

Γίνεται. ἐπὶ τοῦ πληθύνεται, διὰ τοῦ ι. ἐπὶ δὲ τοῦ γεννᾷ,[3] διὰ διφθόγγου. [4]τὰ δὲ γινόμενα κατὰ τρεῖς τρόπους γίνεται· κατ' οἰκονομίαν, κατ' εὐδοκίαν, καὶ κατὰ συγχώρησιν.

Γινώσκω. γνωρίζω. Ἤδη γάρ σε γινώσκω, καὶ ὧν εἶπας ἀκούσασα, καὶ τὴν ὄψιν ἰδοῦσα.

Γιώρας. ὄνομα κύριον.

Γίσχαλα. ὄνομα τόπου.

Γλάγος. γάλα. καὶ Γλαγερὸν, ἀντὶ τοῦ λευκόν. ἐν [5]Ἐπιγράμμασι·

Ἄρκυν τε γλαγερῶν λαιμοπέδαν γεράνων.

Γλάμων.[6] ὁ λημῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ διύγρους αὐτοὺς ἔχων, ὡς Χάρων.

Γλάμων. ὁ ἀκάθαρτος. Σοφοκλῆς ἐπὶ ὀρνέου. Τοὺς[7] γλαμυροὺς κατὰ φορβάν. [8]Ἀριστοφάνης Βατράχοις·

--- Ἀρχέδημος ὁ γλάμων.

† [9]Σκορόδων ὁμοῦ τρίψαντ' ὀπῷ,
Τιθύμαλλον ἐμβαλόντα τοῦ Λακωνικοῦ,
Σαυτοῦ περιαλείφειν τὰ βλέφαρα τῆς ἑσπέρας.

εἰώθασιν[10] οἱ ἰατροὶ καὶ πατρίδας τῶν βοτανῶν ὑπ' ἀλαζονείας ὀνομάζειν, οἷον Κυρηναϊκὸν ὀπὸν Σμυρναϊκόν. διαβόητος δὲ ἦν ὁ Λακωνικὸς τιθύμαλλος. ἔστι δὲ εἶδος βοτάνης δριμυλάτης, παρὰ Λάκωσι βοσκόμενον. εἴρηται δὲ ἐπὶ τῶν λημώντων τοὺς ὀφθαλμούς. †

nomen magnum. Et Γιγαντολέτειρα, Gigantum perditrix. Et Γιγαντολέτις itidem est generis fœminini. Et Γιγαντολέτωρ, Gigantum perditor.

Γιγαντώδης. Giganti similis. *Videbatur enim & corpore Giganti esse similis, & animo ferino, & ingenii solertia dolisque reliquos latrones socios suos longe superare.*

Γίγαρτα. Fructus uvarum. [Grana acinorum.] Aristophanes: *Sed ut uvis carens, & amans aridas ficus.* Rustici enim grana acinorum vinaceorum cum aridis ficubus contusa edebant.

Γίγγις. Gingis, Gingidis. Nomen proprium.

Γιγλισμός. Risus petulans. Cachinnus. Item titillatio.

Γίγγλυμοι. Commissura, qua unius ossis caput in alterius cavitatem conditur. Talis est commissura cubiti & brachii.

Γιεζῆ. Gieze. Nomen proprium.

Γίνεται. Quum significat fit, vel perficitur, per ι scribitur. Quum vero, generatur, per diphthongum. Quæ vero fiunt tribus modis fiunt: vel secundum œconomiam, vel approbationem, vel permissionem.

Γινώσκω. Cognosco. *Jam enim te cognosco, & auditis iis, quæ dixisti, & conspecta facie tua.*

Γιώρας. Gioras. Nomen proprium.

Γίσχαλα. Gischala. Nomen loci.

Γλάγος. Lac. Et γλαγερὸν, candidum, album. In Epigrammate: *Et rete, candidarum gruum guttur stringens.*

Γλάμων. Qui oculos habet lippientes, & humore manantes, ut Charon.

Γλάμων. Impurus. Lippus. Sophocles τὸ γλαμυρὸς de ave dixit. *Voraces in pastu.* Aristophanes *Ranis: Archedemus ille lippiens.* [Idem *Ecclesiazusis*:] *Alliis cum silphio tritis, eisque tithymallo Laconico injecto, vesperi palpebras unge.* Solebant Medici ostentationis gratia patrias etiam herbarum nominare, dicentes exempli gratia, succum Cyrenaicum, vel Smyrnaicum. Celeberrimus autem erat tithymallus Laconicus, genus herbæ valde acris apud Lacedæmonios. Hoc autem dicitur de illis, quorum oculi lippiunt. *Quid vero, si Neoclides ille lippus convitiis te insectetur?* Hic a Comicis carpe-

1 Ἀριστοφάνης] In *Pace* pag. 669. (457. Ed. Bas. *P.*)

2 Ἀπὸ χειρῶν γέλως] Sic habent libri & MSS. & editi: sed procul dubio mendose. Forte enim scribendum est ἀχρεῖος γέλως; quæ est conjectura eruditissimi Bentleji, quem de hoc loco consului. Est autem ἀχρεῖος γέλως risus indecorus, vel stolidus, ut qui fit ob res ineptas & frivolas. Vide Suidam supra v. Ἀχρειόγελως. Apud Homerum etiam legitur ἀχρεῖον δ' ἐγέλασσεν: sed quod Grammatici aliter interpretantur. Vide Hesychium v. Ἀχρεῖον.

3 Γεννᾷ] Scribendum est γεννᾶται, ut Portus etiam monuit.

4 Τὰ δὲ γινόμενα κατὰ τρεῖς τρόπους γίνεται· κατ' οἰκον.] Eadem etiam leguntur infra v. Πρόνοια.

5 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Antholog. lib. VI. cap. XV. Epigr. XIX. locus hic ita hodie legitur: Ἀρκύν τε πλαγερῶν λαιμοπέδαν γεράνων. Sed lectio Suidæ præferenda est.

6 Γλάμων. ὁ λημῶν τοὺς ὀφθαλμ.] Hæc sunt verba Scholiastæ Aristoph. ad *Ranas* pag. 240. ex quo locus hic supplendus est.

7 Τοὺς γλαμυροὺς κατὰ φορβάν] Fragmentum hoc, cujus sensus est obscurus, non pertinet ad vocem γλάμων, sed γλαμυρός.

8 Ἀριστοφάνης Βατράχοις] Pag. 240. (154. Ed. Bas. *P.*)

9 Σκορόδων ὁμοῦ τρίψαντ' ὀπῷ κτλ.] Hæc sunt verba Aristoph. *Ecclesiaz.* pag. 735. (494. Ed. Bas. *P.*)

10 Εἰώθασιν οἱ ἰατροὶ καὶ πατρίδας τῶν βοτ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

‡

image
not
available

Βληχωνία βοτάνη. Γλίχων δὲ, ὄνομα κύριον, διὰ τοῦ ι.

Γλία. ἡ κόλλα.

Γλίσχρον. τὸ λαίμαργον, καὶ ἡδὺ, ἢ κολλῶδες. καὶ Γλίσχρος, φειδωλὸς, σκνιφὸς, πάνυ ῥυπαρός. Ἀλλ' ἐγώ τις ἄρα δυσαπάλλακτος ἦν ἀπὸ τῶν τοιούτων, καὶ γλίσχρως ἔτι εἰχόμην τῆς αὐτῆς ἀληθείας, ἅτε ὡς ἀληθῶς ὄναρ πλουτήσας. † Κατέβη ἐκ χωρίων γλίσχρων, καὶ μηδ' ἐν εἰρήνῃ τρέφειν ἱκανῶν ὄντων. τουτέστι, τροφῆς σπανιζόντων. τὸ γλίσχρον ἐπὶ δυστυχίᾳ ἔλεγον οἱ Ἀττικοί. [1] Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ·

——— Ὦ γλίσχρων, ὁρᾷς
Ὡς οὐκέτ' εἶναί σοι δοκῶ μιαρώτατος.

ἀντὶ τοῦ, ὦ ἐπιθυμητά· παρὰ τὸ γλίχεσθαι. πρὸς Ἑρμῆν ὁ λόγος. καὶ αὖθις [2] Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ·

--- Ἕλκουσι δ' ὅμως
Γλισχρότατα σαρκάζοντες ὥσπερ κυνίδια.

καὶ Ἀρριανός· Τὰ ἐπιτήδεια γλίσχρως τῇ στρατιᾷ ἐπορίζοντο. ἀντὶ τοῦ φειδομένως.

Γλίσχρος. ταπεινός. κόλαξ. [3] Γοῦ γλίσχρος, προσαιτῶν, λιπαρῶν τ' Εὐριπίδην. καὶ Γλίσχρων, ὁ ἐπιθυμητής· παρὰ τὸ γλίχεσθαι. καὶ Γλίσχρως, ὀλισθηρῶς.

Γλισχραντιλογεξεπιτριπτον. ἐκ τοῦ γλίσχρου καὶ ἀντιλογίαν ἔχοντος καὶ ἐπιτρίπτου σύγκειται· οἷον τοῦ δυναμένου ἐπιτρίψαι. [4] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Οὐδ' ἑλκόμενος περὶ [5] πραγματίου γλισχραντιλογεξεπιτρίπτου.

Γλίχεται. γενικῇ. λίαν ἔχεται. ἐπιθυμεῖ. καὶ Γλιχόμενος, ἐπιθυμῶν. κατ' αἰτιατικὴν δέ. Καὶ ταῦτα ἦν, ἃ ἐγλίχετο.

Γλουτοί. τὸ σφαίρωμα τῆς κοτύλης.

Γλώνυς. ὄνομα κύριον.

Γλωσσαλγίαν. ἀργολογίαν.

Γλῶσσαι [6] μὲν ἀργὸν, χεῖρα δ' εἶχον ἐργάτιν.
Νῦν δ' εἰς ἔλεγχον ἐξιὼν, ὁρῶ βροτοῖς
Γλῶσσαν [7] οὐχὶ τἄργ' εἰς πάνθ' ἡγουμένην.

Γλῶσσα ποῖ πορεύῃ; [8] πόλιν ἀνορθώσουσα, καὶ πόλιν καταστρέψουσα. ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν διὰ λόγων ἢ ὠφελούντων, ἢ βλαπτόντων.

etiam Γλίχων, γλίχωνος. Quære in Γληχωνία βοτάνη. Γλίχων vero, per ι, est nomen proprium.

Γλία. Gluten.

Γλίσχρον. Gulosum, suave, glutinosum, tenax. Et γλίσχρος, parcus, avarus, valde sordidus. *Ego vero difficulter ab ejusmodi [studiis] avelli poteram, & tenaciter adhuc veritati huic adhærebam, ut qui in somnis vere ditatus essem.* † *Descendit ex locis sterilibus, & quæ ne tempore quidem pacis incolas suos alere poterant.* Τὸ γλίσχρον etiam apud Atticos infelicitatem & miseriam denotabat. † Aristophanes *Pace: Gulose, vides me non amplius tibi videri scelestissimum.* [Τὸ γλίσχρων proprie significat] concupiscens; a γλίχεσθαι, concupiscere. His autem verbis [Trygæus] Mercurium alloquitur. Et iterum Aristophanes *Pace: Trahunt tamen macie confecti, & rictu diducto renidentes catulorum instar.* Et Arrianus: *Res ad victum necessarias exercitui parce præbebant.*

Γλίσχρος. Humilis. Adulator. [Aristophanes:] *Age fias humilis, mendicans, & suppliciter orans Euripidem.* Et γλίσχρων, concupiscens. A γλίχεσθαι, concupiscere. Et γλίσχρως, lubrice.

Γλισχραντιλογεξεπιτριπτον. Nomen hoc compositum est ex voce γλίσχρον, ἀντιλογία, ἐξ, & ἐπίτριπτον, i. e. quod conterere potest. Aristophanes *Nubibus: Neque in jus rapieris ob damnosam litem de levi negotio.*

Γλίχεται. Valde optat. Cupit. Genitivo jungitur. Et γλιχόμενος, cupiens. Item, cum accusativo. *Et hæc erant, quæ concupiscebat.*

Γλουτοί. Clunes. Nates.

Γλώνυς. Glonys. Nomen proprium.

Γλωσσαλγίαν. Inanem loquacitatem.

Γλῶσσαν μὲν ἀργ. *Lingua quidem ipsis erat otiosa, at manus strenua. Nunc autem experientia cognosco, in dictis non factis præcipuum rerum momentum mortalibus positum esse.*

Γλῶσσα ποῖ πορ. *Lingua quo vadis? Urbem instauratura, & urbem eversura.* Proverbium, quod dicitur de illis, qui verbis vel prosunt, vel nocent.

1 Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ] Pag. 636. (440. Ed. Bas. P.) Notandum autem est, duo priora versus fragmenti, quod subjungitur, apud Aristophanem hodie tribui personæ Mercurii, Trygæum alloquentis; cum potius assentiar Suidæ, qui ea hic ad Trygæum refert. Secundum eum enim Trygæus, carnes, quas attulerat, Mercurio ostendens, eum vocat γλίσχρωνα, quasi qui vorandi cupidus esset & carnium nidori inhiare soleret; id quod plus habet joci & salis Comici, quam si Mercurius Tyrtæum sic appellet. Solebant enim veteres Comici, aliique scriptores, Deos mythicos ridere ut γλίσχρους, & carnium, quæ ipsis immolabantur, nidorem avide appetentes; id quod vel ex ipso Aristophane patet, apud quem in *Avibus* pag. 611. Prometheus miseram conditionem exponens, ad quam Dii ob recens ædificatam avium urbem redacti sint, inter alia sic ait:

Θύει γὰρ οὐδεὶς οὐδὲν ἀνθρώπων ἔτι
Θεοῖσιν, οὐδὲ κνίσα μηρίων ἄπο
Ἀνῆλθ' ὡς ἡμᾶς ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου.
Ἀλλ' ὡσπερεὶ Θεσμοφορίοις νηστεύομεν
Ἄνευ θυηλῶν.

Id est, *Nemo enim hominum ullum sacrificium Diis amplius offert, neque nidor femorum ex eo tempore ullus ad nos adscendit: sed tanquam Thesmophoriis sacrificiorum expertes jejunamus.* Huc etiam spectat insignis locus apud Lucianum *de Sacrificiis* pag. 185. cujus verba brevitatis gratia hic non describam.

2 Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ] Pag. 655. (451. Ed. Bas. P.)

3 Γοῦ γλίσχρος, προσαιτῶν ——— Εὐριπίδην] Hæc sunt verba Aristophanis *Acharnens.* pag. 393. (180. Ed. Bas. P.) ex quo pro Εὐριπίδην scribendum est Εὐριπίδου.

4 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 180. (110. Ed. Bas. P.)

5 Περὶ πραγματίου] Sic recte habent MSS. itemque Aristophanes loco laudato. At in prioribus Editt. τὸ περὶ omissum est, & pro πραγματίου minus recte legitur χρηματίου.

6 Γλῶσσαν μὲν ἀργὸν ——— ἡγουμένην] Hæc sunt verba Sophoclis *Philoctete* pag. 381. ut Portus observavit.

7 Γλῶσσαν οὐχὶ τἄργ' εἰς π.] Versus hic apud Sophoclem loco laudato rectius sic legitur:

Τὴν γλῶσσαν οὐχὶ τἄργα πάνθ' ἡγουμένην.

8 Πόλιν ἀνορθώσουσα, καὶ πόλιν κατασρ.] Hunc locum ex 2 MSS. Paris. supplevi, quem priores Editt. mutilum sic exhibent: Γλῶσσα ποῖ πορεύῃ; πόλιν καταστρέψουσα.

Γλωσσαρ-

λέκτου ὕλη μὲν ἡ φωνή· ποιητικὸν δὲ αἴτιον, ἡ λογικὴ ψυχή· ὀργανικὰ δὲ, γλῶττα, καὶ ὑπερῷα, καὶ ὀδόντες· τελικὸν δὲ ἡ σημασία τῶν νοημάτων. ὄργανον δὲ τῆς φωνῆς ὁ φάρυγξ. † Τῶν πτηνῶν ὅσα παραπλησίαν ἔχει τὴν γλῶτταν καὶ τὴν τῶν γενύων διάθεσιν ταῖς τῶν ἀνθρώπων, δύναται μιμεῖσθαι τὴν τύπων διάλεκτον, οἷον κίτται, ψιττακοὶ, καὶ τὰ ὅμοια.

Γλώττῃ πολεμίζων. Οὐκ αὐτῇ τῇ γλώττῃ πολεμῶν, ἀλλὰ τῇ γλώττῃ καθάπερ ὅπλῳ χρώμενος.

Γλωχῖνας. γωνίας. Ὑπὸ[1] τὴν ἔνδον παρατεινομένην τῆς θαλάσσης γλωχῖνα ὡς εἰς ἐνέδραν καθορμίσας τὰς ἐπακτρίδας ἀπέκρυψε.

Καὶ[2] σὺ τετράγλωχιν μηλοσσόε, Μαιάδος Ἑρμᾶ,
Ὅς τε τὸν αἰγιβόταν, Πὰν, κατέχεις σκόπελον.

Γλωττοστροφεῖν. τὴν γλῶτταν στρέφειν, καὶ ποικίλον ἐν τῷ λέγειν καθεστηκέναι. ἢ ἐκστρέφειν τὰ πράγματα, καὶ εὐπορεῖν ἐν τῷ λέγειν. [3]Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Ἀπὸ γὰρ ὀλοῦμαι, μὴ μαθὼν γλωττοστροφεῖν.

Γλοιάζειν. τὸ τῆς ὄμμασιν ἐπιμύοντα μυκτηρίζειν.

Γλοιός.[4] τὸ αὐτὸ δηλοῖ τῷ μάσθλης. εἴρηται δὲ ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τοῦ ἐν τοῖς βαλανείοις ἐλαίου πεπηγότος, ὅπερ τοὺς ἐπιλαμβανομένους διολισθαίνειν πέφυκε. τοιοῦτος οὖν καὶ οὗτος εὔχεται γενέσθαι τοὺς τρόπους, ἵν' ὥσπερ διολισθαίνειν καὶ φεύγειν δύνηται τοὺς δανειστάς. καὶ μέχρι δεῦρο δὲ τοὺς τῇ γνώμῃ σκάζοντας καὶ μηδὲν σταθερὸν φρονοῦντας, καὶ ἄλλα μὲν ἐπαγγελλομένους, ἄλλα δὲ φρονοῦντας καὶ πράττοντας, διὰ τὸ τῆς γνώμης ὀλισθηρὸν καὶ ἄπιστον γλοιοὺς καλοῦμεν. Ἄλλως. ἐπὶ τοῦ μιαροῦ καὶ ῥυπαροῦ καὶ μικρολόγου παραλαμβάνεται. καὶ γὰρ ὁ ῥυπαρὸς διὰ τὴν ἄσκησιν σύνεγγύς πως ἐστὶ τῷ γλοιῷ. ἐπὶ δὲ τὸ ἦθος μετενεχθὲν τὸν μοχθηρὸν δηλοῖ ἢ ὀλισθηρὸν καὶ εὐμετάβολον.

Γλοιώδης. ὁ ῥυπαρός.

Γλυκέρα. ἑταίρα τις.

Γλυκεῖαν ᾠδήν.

Γλυκεῖ'[5] ὀπώρα φύλακος ἐκλελοιπότος. ἐπὶ τῶν ἄνευ μόχθου τὰ ἀλλότρια καρπουμένων.

Γλυκερά.[6] Τρώγων[7] γλυκερὰ, πικρίας ἕξεις τρόπους.

Γλυκίδιον. τὸ γλυκύ. καὶ Γλύκιον, τὸ αὐτό. ἐνίοτε δὲ καὶ ἐπὶ συγκριτικοῦ.

Γλυκυδερκής. ἡδὺς ἐν τῷ ὁρᾷν.

Γλυκύθυμος. ἁπαλόψυχος.

Γλυκὺ[8] μέλι καὶ πνιξάτω. Τερπάνδρου ᾄδοντος,

Sermonis autem materia est vox: causa efficiens, anima rationis particeps: causæ instrumentales, lingua, palatum, & dentes: finis denique, cogitationum declaratio. Instrumentum vero vocis sunt fauces. † Aves, quæ linguam & mandibulas habent humanis similes, sermonem hominum imitari possunt, ut picæ, psittaci, & similes.

Γλώττῃ πολεμίζων. Non significat, cum lingua bellum gerens: sed, lingua ut telo pugnans.

Γλωχῖνας. Angulos. *In maris angulo, interius recedente, naves actuarias velut in insidiis collocatas occultavit.* [In Epigrammate:] *Et tu quadrate ovium custos, Majæ fili, Mercuri: & tu Pan, sedem habens in rupe, in qua capræ pascuntur.*

Γλωττοστροφεῖν. Versatilem habere linguam, & in dicendo versutum esse. Vel, negotia pervertere, & copia verborum abundare. Aristophanes *Nubibus*: *Pereundum enim est mihi, quia linguam versatilem non habeo.*

Γλοιάζειν. Oculis connivendo aliquem deridere.

Γλοιός. Lubricus. Idem significat ac μάσθλης [apud Aristoph. *Nubibus.*] Translatio ducta est ab oleo balneorum spissato, quod quia lubricum est, manus comprehendentium fallit. Simile igitur ingenium & iste sibi optat, ut eludere & effugere fœneratores possit. Et ad hunc usque diem homines ancipiti ingenio levique mente præditos, & aliud quidem verbis præ se ferentes, aliud vero cogitantes & agentes, propter lubricum & perfidum animum γλοιοὺς vocamus. Aliter. Γλοιὸς hominem sordidum & avarum significat. Sordidus enim propter exercitationem affinis est τῷ γλοιῷ, i. e. lubrico. Ad animum vero translatum accipitur de homine improbo, levi, & mutabili.

Γλοιώδης. Sordidus.

Γλυκέρα. Glycera. Meretrix quædam.

Γλυκεῖαν ᾠδήν. Dulce carmen.

Γλυκεῖ' ὀπώρα φύλ. *Dulce pomum custode absente.* Dicitur de iis, qui sine labore fruuntur alienis.

Γλυκερά. Dulcia. *Comedens dulcia acerbos habebis mores.*

Γλυκίδιον. Dulce. Et γλύκιον, idem. Interdum tamen ponitur pro comparativo, dulcius.

Γλυκυδερκής. Dulcis aspectu.

Γλυκύθυμος. Suavi animo præditus.

Γλυκὺ μέλι καὶ πν. *Dulce mel vel suffocet.*

1 Ὑπὸ τὴν ἔνδον παρατεινομένην τ. λ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Agathiæ lib. v. pag. 168.

2 Καὶ σὺ τετράγλωχιν κ. λ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis, quod legitur Anthol. lib. 1. cap. 111. Epigr. ultimo, ut Portus etiam monuit.

3 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 171. (102. Ed. Bas.)

4 Γλοιός. τὸ αὐτὸ δηλοῖ τῷ μάσθλ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ Aristoph. ad Νύβες pag. 153. (86. Ed. Bas. P.)

5 Γλυκεῖ' ὀπώρα φύλακος ἐκλελ.] De sensu hujus proverbii vide quæ disputat Henr. Stephanus in Animadvers. ad Adagia Erasmi pag. 33.

6 Τρώγων γλυκ.] Senarius hic onirocriticus, qui in MS. Paris. A. deest, & in MS. B. ad marginem legitur, ex Astrampsycho depromptus est.

7 Γλυκερά] Sic in 2 MSS. Paris. legitur. At priores Editt. habent γλυκερά; quod metrum respuit.

8 Γλυκὺ μέλι & πν.] Phavorinus paulo aliter: Γλυκὺ ἥτω, & πνιξάτω. At Scaliger in Στρωματεῖ lectionem Suidæ sequitur.

image
not
available

Γνῶθι σαυτόν. ἀπόφθεγμα Χίλωνος. τάττεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ὑπὲρ ὅ εἰσι κομπαζόντων.

Γνῶθι [1] σαυτὸν καί, Τὸ νόμισμα παραχάραξον. παραγγέλματα Πυθικά. τουτέστι, τῆς τῶν πολλῶν δόξης ὑπερόρα, καὶ παραχάραττε μὴ τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ τὸ νόμισμα.

Γνῶμα. [2] ὀλίγον ἐξωτέρω τῆς στρατηγίδος σκηνῆς χωρίον τι ὥσπερ ἀγορὰ ἀπεδέδεικτο, ὃ δὴ γνῶμα προσηγορεύετο. ἐκεῖσε δὲ αἱ πρεσβεῖαι, καὶ αἱ ἀγγελίαι, καὶ ὅλα ἐγίνετο. Γνώμας ἔλεγον, καὶ τὰς δημηγορίας.

——————— Ἀπὸ [3] τοῦ νῦν

Ἐν τῷ δήμῳ γνώμας οὐδεὶς νικήσει πλείονας, ἢ σύ.

Γνωματεύων. διακρίνων. διαγινώσκων ἀκριβῶς. ἢ Γνωματεύω, τὸ βουλεύομαι. Ἕτερα διαλεγόμενοι, ἕτερα γνωματεύουσι.

Γνώμη. ἡ συνείδησις.

Γνώμη. σκέψις. ποιά τις διάθεσις. καὶ Γνώμων, ὁ συνετός. λέγεται δὲ καὶ γνώμων κανόνιόν τι μηχανικόν. καὶ δὴ καί τι σχῆμα γεωμετρικόν· καὶ διοπτρικοῦ ὀργάνου μέρος, καὶ δὴ καὶ ἀστρονομικοῦ. ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν τοῖς γνωμονικοῖς ὀργάνοις μάλιστα λαμβανόμενον.

Γνώμη. ἡ βουλή, καὶ ἡ προαίρεσις. Ὅτῳ θεία μὲν ἡ γνώμη παρεόντι, εἰς θεοὺς δὲ ἡ μεταχώρησις. Ἀρριανός. Γνώμη καὶ τὸ σκέμμα. [4] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Πρώην δέ γε γνώμην μεγάλην ἀφηρέθην
Ὑπ' ἀσκαλαβώτου.

καὶ τὴν δημηγορίαν ὁ αὐτός.

Γνώμη. [5] Οὐδὲν δικαίωμα τῶν ὅπλων ἰσχυρότερον. πᾶς γὰρ ὁ δυνάμει προὔχων, δικαιότερα ἀεὶ καὶ λέγειν καὶ πράττειν δοκεῖ.

Γνώμην ἐμήν. ἀντὶ τοῦ, κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην καὶ οἴησιν.

Γνώμη. παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Αἴαντι μαστιγοφόρῳ· Γνώμας [6] βαλοῦσα τῆς ἀνηκέστου χαρᾶς ἐπ' ὄμμασι. χαρὰν φησὶ τὴν ἐπὶ τῷ δοκεῖν τοὺς Ἕλληνας ἀνῃρῆσθαι. ταύτης οὖν τῆς χαρᾶς ἀπεῖρξα, δυσφόρους γνώμας ἐμβαλοῦσα τοῖς ὄμμασιν. οὐκ ἔκλεψά φησι τὴν ὄψιν, ὥστε μὴ ὁρᾷν· ἀλλ' ἐπ' αὐτῇ δύσφορον γνώμην ἐπέβαλον, ὡς οἴεσθαι ἰδεῖν τὰ μὴ ὄντα. τοῦτο δὲ οὐ τῶν ὀφθαλμῶν ἁμάρτημα, ἀλλὰ πολὺ πρότερον τῆς διανοίας.

Γνώμην ἐμοί. ὡς ἐμοὶ δοκεῖ.

Γνωμίδιον. τὸ μικρὸν ἐνθύμημα.

Γνωμοδοτῶ. γνώμην δίδωμι.

Γνωμολυπικῶς. γνωμολογικῶς.

Γνῶθι σαυτόν. *Nosce te ipsum.* Apophthegma Chilonis; quod dicitur in eos, qui plus æquo se jactant.

Γνῶθι σαυτόν. *Nosce te ipsum.* Et, *Nomisma adultera.* Præcepta Pythica. Id est, opinionem vulgi contemne, & non veritatem, sed nomisma adultera.

Γνῶμα. Locus quidam [in castris,] haud procul a prætorio distans, & fori usum præbens, γνῶμα vocabatur. Illic & legati & nuntii audiebantur, omniaque [negotia publica] expediebantur. Γνώμας etiam vocant conciones. [Aristophanes:] *Ab hoc tempore nemo pluribus concionibus vincet.*

Γνωματεύων. Dijudicans. Accurate dignoscens. Discernens. Vel γνωματεύω, consulto, delibero. *Aliud loquuntur, & aliud sentiunt.*

Γνώμη. Conscientia.

Γνώμη. Consideratio. Quædam animi affectio. Et γνώμων, prudens, peritus. Dicitur etiam γνώμων regula quædam mechanica, sive norma. Item figura geometrica, & dioptrici astronomicique instrumenti pars. Sic etiam vocatur stylus in instrumentis gnomonicis.

Γνώμη. Consilium. Sententia. Mens. *Qui vivens mente erat divina,* [*mortuus*] *vero ad Deos migravit.* Arrianus. Γνώμη etiam significat rem aliquam, quam animo meditamur. Aristophanes *Nubibus: Nuper etiam me turbavit stellio, cum rem magni momenti animo meditarer.* Idem etiam γνώμην vocat concionem.

Γνώμη. Sententia. *Nullum jus armis potentius est. Quisquis enim potentia præstat, & dicere & facere justiora semper videtur.*

Γνώμην ἐμήν. Secundum meam sententiam & opinionem.

Γνώμη. Sententia. Sophocles *Ajace flagellifero: Ego vero crudele ejus gaudium irritum reddidi, falsa rerum specie oculis ejus objecta.* Gaudium illud dicit, quod Ajax ex imaginaria cæde Græcorum conceperat. Hujus igitur gaudii fructu eum privavi, [inquit Minerva,] efficiens, ut ob mentis insaniam falsa rerum species oculis ejus obversaretur. Non, inquit, visum ipsi ademi, ita ut nihil prorsus cerneret; sed mentem insania affeci, ita ut putaret se videre ea, quæ non videbat. Id autem non tam oculorum vitium est, quam mentis.

Γνώμην ἐμοί. Ut mihi videtur.

Γνωμίδιον. Sententiola. Sententia brevis.

Γνωμοδοτῶ. Consilium do.

Γνωμολυπικῶς. Gnomologice.

1 Γνῶθι σαυτὸν καὶ, Τὸ νόμισμα παρ.] Vide Julianum Orat. VII. pag. 394. Paulum Leop. *Emendat.* lib. XVII. cap. XV. & Menagium ad Laertium *Diogene*, Segm. XX.

2 Γνῶμα. ὀλίγον ἐξωτ.] Vide quæ de hoc loco disputat Salmasius ad Solinum pag. 472. qui ex Hygino ostendit, pro γνῶμα hic scribi debere χῶμα.

3 Ἀπὸ τοῦ νῦν ἐν τῷ δήμῳ γν.] Hæc sunt verba Aristophanis *Nubibus*, pag. 152. (85. Ed. Bas. *P.*) Apud Aristophanem tamen pes hodie redundat, quippe apud quem versus hic ita legitur:

Ἐν τῷ δήμῳ γνώμας μεγάλας οὐδεὶς νικήσει πλείονας ἢ σύ.

Delendum est τὸ μεγάλας, ut versui modulus constet.

4 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 132. (68. Ed. Bas. *P.*)

5 Οὐδὲν δικαίωμα τῶν ὅπλων ἰσχ.] Quid h[illegible] fragmentum ad vocem γνώμη?

6 Γνώμας βαλοῦσα τῆς ἀνηκέστου χ.] Locus hic est mutilus & turbatus, qui apud Sophoclem in *Ajace* pag. 4. rectius sic legitur:

Ἐγώ σφ' ἀπείργω, δυσφόρους ἐπ' ὄμμασι
Γνώμας βαλοῦσα τῆς ἀνηκέστου χαρᾶς.

Γνώμων.

Digitized by Google

image
not
available

Τὸ μὲν γὰρ ὑμῶν ἄλγος εἰς ἕν' ἔρχεται
Μόνον καθ' αὑτόν, κοὐδέν' ἄλλον· ἡ δ' ἐμὴ
Ψυχὴ πόλιν τε κἀμὲ καὶ σ' ὁμοῦ στένει.

Γνύξ. ἐπὶ γόνατα.

Γνύρου. Ἀνάχαρσις υἱὸς ἦν Γνύρου, μητρὸς δὲ Ἑλληνίδος.

Γόγγρος. εἶδος ἰχθύος, ὃς ἐσθίει τῶν πολυπόδων τοὺς πλοκάμους.

Γογγύλιον. στρογγύλον. καὶ Γογγυλίζειν, ἀντὶ τοῦ μεταστρέφειν. [1] Ἀριστοφάνης·

Ὥσπερ γυναικὶ γογγύλην μεμαγμένην.

αἱ γὰρ γυναῖκες, ἵνα μὴ δοκοῖεν πολυφάγοι εἶναι, ὀλιγοφαγίας δόξαν ἐμφαίνουσι, στρογγύλας ποιοῦσαι τὰς μάζας.

Γοδολίας. ὄνομα κύριον. καὶ [2] μηνός.

Γοερόν. θρηνῶδες. λυπηρόν. κατανυκτικόν. Καὶ γοεροῖο [3] γόοιο.

Γόης, γόητος. κόλαξ. περίεργος. πλάνος. ἀπατεών.

Γοητεία, [4] καὶ μαγεία, καὶ φαρμακεία διαφέρει· ἅπερ ἐφεῦρον Μῆδοι καὶ Πέρσαι. Μαγεία μὲν οὖν ἐστιν ἐπίκλησις δαιμόνων ἀγαθοποιῶν δῆθεν, πρὸς ἀγαθοῦ τινος σύστασιν· ὥσπερ τὰ τοῦ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως θεσπίσματα. Γοητεία δὲ ἐπὶ τῷ ἀνάγειν νεκροὺς δι' ἐπικλήσεως. ὅθεν εἴρηται ἀπὸ τῶν γόων καὶ τῶν θρήνων, τῶν περὶ τοὺς τάφους γινομένων. Φαρμακεία δέ, ὅταν διά τινος σκευασίας θανατηφόρου πρὸς φίλτρον δοθῇ τινι διὰ στόματος. Μαγεία δὲ καὶ ἀστρολογία ἀπὸ Μαγουσαίων ἤρξατο. οἱ γάρ τοι Πέρσαι Μαγὼγ ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ὀνομάζονται. καὶ Μαγουσαῖοι, οἱ αὐτοί.

Γολγοθά. [5] τόπος.

Γολιάθης. οὗτος Παλαιστῖνος ἦν ἀνὴρ παμμεγεθέστατος, πηχῶν τεσσάρων καὶ σπιθαμῆς, ὅπλα τῇ φύσει τοῦ σώματος ἀναλογοῦντα περικείμενος. ὁ αὐτὸς Γολιὰθ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ.

Γολόη. ὄνομα τόπου.

Γολόσσης. ὁ Νομάδων βασιλεύς. καὶ ζήτει ἐν τῷ Ἀσδρούβας.

Γομόρ. εἶδος μέτρου Ἑβραϊκοῦ.

Γόμορρα. [6] τόπος τῶν Σοδόμων.

Γομφιασμός. ὁ συγκλασμός.

Γομφίους [7] ὀδόντας. κλειδώσεις. καὶ [8] Γομφιόδουπα

*pertinet. At animus meus & civitatis, & mei ipsius, & simul tuam vicem dolet.*

Γνύξ. Genibus flexis.

Γνύρου. Anacharsis fuit Gnyri filius, ex matre Græca vero natus.

Γόγγρος. Congrus, genus piscis, qui polypodum cirros comedit.

Γογγύλιον. Rotundum. Teres. Et Γογγυλίζειν, convertere. [Et γογγύλη.] Aristophanes: *Velut subactam mulieri massam rotundam* [*apponere solent.*] Mulieres enim, ne videantur edaciores esse, massas rotundas faciunt, & sic opinionem aliis præbent, se parum edere.

Γοδολίας. Godolias. Nomen proprium. Item nomen mensis.

Γοερόν. Luctuosum. Triste. Animum vellicans. *Et tristis luctus.*

Γόης. Assentator. Ardelio. Præstigiator. Impostor.

Γοητεία, μαγεία, & φαρμακεία, differunt: quæ tria Medi & Persæ invenerunt. Μαγεία enim est evocatio dæmonum beneficorum, boni alicujus efficiendi causa: qualia sunt Apollonii Tyanensis præcepta & oracula. Γοητεία vero est, per quam animæ defunctorum ab inferis evocantur. Hinc dicta est ἀπὸ τῶν γόων, i. e. a lamentis & ejulatibus, qui circa sepulcra audiuntur. Φαρμακεία vero dicitur veneficium, quo alicui pharmaca letalia, vel philtra præbentur. Magia vero & astrologia a Magusæis [i. e. Persis,] orta est. Persæ enim ab indigenis Magog vocantur. Et Magusæi sunt iidem.

Γολγοθά. Golgotha. Locus sic vocatus.

Γολιάθης. Goliathes. Hic fuit Palæstinus, maxima corporis statura præditus, quatuor cubitorum & spithamæ longitudinem implens, & arma corporis proceritati respondentia gestans. Idem Hebraica lingua Goliath vocatur.

Γολόη. Nomen loci.

Γολόσσης. Gulussa, Numidarum Rex. De eo vide in v. Ἀσδρούβας.

Γομόρ. Genus mensuræ Hebraicæ.

Γόμορρα. Gomora. Locus prope Sodoma.

Γομφιασμός. Confractio [dentium.]

Γομφίους. Dentes molares. Septum dentium.

1 Ἀριστοφάνης] *Pace* pag. 616. (435. Ed. Bas. *P.*) ubi vide Scholiastam, cujus verba Suidas hic descripsit.

2 Μηνός] In MSS. Paris. in casu recto legitur μήν.

3 Γοεροῖο γόοιο] Sic legitur in 2 MSS. Paris. itemque in alio quodam Cod. MS. quo Pearsonius usus est. At priores Edit. corrupte exhibent γοεροῖο μόνοιο. Forte respexit Grammaticus noster ad Homerum Il. Ω. v. 524. ubi legitur κρυεροῖο γόοιο.

4 Γοητεία, καὶ μαγεία, καὶ φαρμ. διαφ.] Huc spectant verba Nicephori ad Synesium *de Insomn.* pag. 363. Ἄλλο ἐστὶ γοητεία, καὶ ἄλλο μαγεία, καὶ ἄλλο φαρμακεία. Γοητεία μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἀπὸ τῶν εἰδώλων καὶ ἀνακλήσεων καὶ κακοποιῶν δαιμόνων ἐπὶ ... ἐκκαλουμένη. ἔχει δὲ καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ τῶν γόων, ὡς θρήνων ἀξία πράττουσα. Μαγεία δέ ἐστιν ἡ διὰ τῶν μέσων δαιμόνων, εἴδωλά τι καὶ εἴδωλα ἐνεργοῦσα. Φαρμακεία δέ, ἡ διὰ βρώσεως ἢ πόσεως.

5 Γολγοθά. τόπος] Locus hic ex historia passionis Dominicæ satis notus est.

6 Τόπος τῶν Σοδόμων] Legendum est procul dubio τόπος τις ἐγγὺς τῶν Σοδόμων.

7 Γομφίους ὀδόντας. κλειδ.] Potius legerim, Γόμφους. ὀδόντας γομφίους. κλειδώσεις.

8 Γομφιόδουπα χαλινά, ἐν Ἐπιγρ.] Locus hic depromptus est ex Epigrammate inedito, quod ex Cod. MS. integrum hic cum Lectore communicabo. Μνασαλκου.

Γομφιόδουπα χαλινά, καὶ ἀμφίτρητον ὑπαυχενίων
Κημόν, καὶ ῥινῶν σφιγκτῆρ' εὐράφεα,
Τόν τ' ἐπικλαγγήσαντα λοφιῆ ...
Μάστιγα, σκαιῷ δέρματι τ' ἐπιφυλλίς.

χαλινὰ

image
not
available

τὰ πρόσωπα, ὡς τοὺς ὁρῶντας θνήσκειν· ὧν μίαν ἀνελεῖν λογχοδρεπάνῳ τὸν Περσέα.

Γοργόνες[1] Τιθράσιαι. Τίθρασος ποταμὸς, ἢ τόπος Λιβύης, ἔνθα αἱ Γοργόνες διέτριβον.

Γοργών. [2] Ἀριστοφάνης·

Καὶ γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τῆς ἀσπίδος.

ὡσεὶ ἔλεγεν, οἴδημα ἐποίησεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς· παρ' ὑπόνοιαν. θέλων γὰρ εἰπεῖν, καὶ ἀπὸ τῆς πληγῆς κονδύλην ἐποίησεν, ἔφη, Γοργόνα ἐξήγειρε. Καὶ Αἰλιανός· Καὶ ἐνέκειντο αὐτῷ, τὴν ἐξ αὐτοῦ προφέροντες καὶ [3] προσσιόντες, ὡς εἰπεῖν, Γοργόνα, [4] κατεσίγασαν. ἀλλ' ὡς περίλαλον ὄντα καὶ ἰταμόν. [5] λέγει δὲ περὶ Διοπείθους τοῦ Ἀθηναίου, ὃς νόμον εἰσάγει, τὸν ἀπὸ τοῦ ἄστεος ἐν Πειραιεῖ μείναντα τοῦτον τεθνάναι. οὗτος οὖν ὠψίσθη ποτὲ ἄκων, καὶ κατέμεινεν ἐν τῷ Πειραιεῖ, καὶ αὐτὸν οἱ ἐχθροὶ εἰς δίκην ὑπάγουσι. διὰ τοῦτο λέγει, προσσείοντες Γοργόνα. [6] καὶ σκώπτων ὁ αὐτὸς Μόρσιμον καὶ Μελάνθιον φησί.

Γοργόνες.[7] ἀντὶ τοῦ φοβεροὶ εἰς γαστριμαργίαν.

Γοργόνειον. προσωπεῖον. καὶ Γοργόνη, ἡ Γοργώ.

Γοργολόφας.[8] ἡ ἐκ τῆς κεφαλῆς τῆς Γοργοῦς τὴν περικεφαλαίαν ἔχουσα ἡ Ἀθηνᾶ.

Γοργόνωτον.[9] περιφραστικῶς τὴν ἀσπίδα, τὴν ἔχουσαν Γοργόνα.

Γοργός. ἀντὶ τοῦ φοβερός. Ἀμάχιος ἐπὶ Ἰουλιανοῦ ἤκμαζεν, [9] ἄρχων μικρᾶς πόλεως, Ἑλλήνων γοργός.

Γόργος,[10] ὁ Μεσσήνιος, οὐδενὸς ἦν δεύτερος Μεσσηνίων πλούτῳ καὶ γένει· διὰ δὲ τὴν ἄθλησιν κατὰ τὴν ἀκμὴν πάντων ἐνδοξότατος ἐγεγόνει τῶν περὶ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας φιλοστεφανούντων. καὶ γὰρ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ κατὰ τὴν τοῦ λοιποῦ βίου προστασίαν, ἔτι δὲ καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν στεφάνων, οὐδενὸς ἐλείπετο τῶν καθ' αὐτόν. καὶ μὴν ὅτε καταλύσας τὴν ἄθλησιν ἐπὶ τὸ πολιτεύεσθαι καὶ τὸ πράττειν τὰ τῆς πατρίδος ὥρμησε, καὶ περὶ τοῦτο τὸ μέρος οὐκ ἐλάττω δόξαν ἐφέρετο τῆς πρότερον ὑπαρχούσης αὐ-

eo terribili, ut qui eas aspicerent, morerentur. Harum unam Perseus hasta falcata interfecisse dicitur.

Γοργόνες Τιθράσιαι. Gorgones Tithrasiæ. Tithrasus, fluvius, vel locus in Africa, ubi Gorgones degebant.

Γοργών. Gorgon. Aristophanes: *Et Gorgonem excitavit ex clypeo.* Perinde est ac si dixisset, tumorem fecit in capite. Præter expectationem [autem hæc a Comico dicta sunt.] Cum enim dicere vellet, *ictu tuber excitavit*; ait, *Gorgonem excitavit.* Et Ælianus: *Et instabant ei, suam ipsi objicientes & intentantes, ut ita loquar, Gorgonem, & ita homini cæteroqui garrulo & impudenti silentium imposuerunt.* Loquitur [hic Ælianus] de Diopithe Atheniensi, qui legem tulerat, ut civi in Pyræo pernoctare capitale esset. Sed cum ipse aliquando invitus opprimente vespera in Pyræo noctem mansisset, inimici eum lege sua capitis accusarunt. Propterea dicit προσσείοντες Γοργόνα, i. e. Gorgonem objicientes. Idem etiam Morsimum & Melanthium Comice ridet.

Γοργόνες. Sic vocantur homines valde gulosi & voraces.

Γοργόνειον. Larva, [quæ Gorgonem refert.] Et Γοργόνη, idem quod Γοργώ.

Γοργολόφας. Sic dicitur Minerva, caput Gorgonis pro galea in capite gestans.

Γοργόνωτον. Sic periphrastice clypeum vocat, qui Gorgonem habet.

Γοργός. Terribilis. Amachius Juliani tempore floruit, urbis parvæ præses, & religionis gentilium assertor acerrimus.

Γόργος. Gorgus Messenius opibus ac generis splendore Messeniorum nulli secundus, quod ad athleticam vero laudem attinet, in adolescentia omnium, qui in gymnicis ludis coronæ studio decertant, celeberrimus fuit. Nam & formæ dignitate, & totius vitæ exteriore cultu, præterea etiam coronarum numero nulli ætatis suæ concedebat. Quinetiam postquam relictis certaminibus gymnicis ad rempubl. & negotia patriæ tractanda se contulit, hac quoque ex parte non minorem quam ex ante acta vita gloriam retu-

1 Γοργόνες Τιθράσιαι] Aristophanes *Ranis* pag. 234.

Διασπάσονται Γοργόνες Τιθράσιαι.

Vide ibi Scholiastam, cujus verba Suidas hic descripsit.

2 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* pag. 426. (306. Ed. Bas. *P.*)

3 Προσσιόντες] Vox hæc mendo laborat, cujus loco scribendum est προσσείοντες, ut Portus recte monuit.

4 Κατεσίγασαν. ἀλλ' ὡς περίλ.] Probo conjecturam doctissimi Perizonii ad fragmenta Æliani, qui sublata στιγμῇ locum hunc sic legendum esse monet: κατεσίγασαν ἄλλως περίλαλον &c.

5 Λέγει δὲ περὶ Διοπείθους τοῦ Ἀθην.] Vide infra v. Διοπείθης, & v. Ὠψίσθη.

6 Καὶ σκώπτων ὁ αὐτὸς Μόρσ.] Hæc verba de Aristophane intelligenda sunt, & proinde collocanda ante fragmentum Æliani. Vide Scholiastam Aristoph. ad *Pacem* pag. 684.

6 Γοργόνες. ἀντὶ τοῦ φοβεροὶ εἰς γαστριμαργίαν] Hæc referenda sunt ad locum illum Aristoph. *Pace* pag. 684. Γοργόνες, ὀψοφάγοι, βατιδοσκόποι &c. Vide ibi veterem Enarratorem.

7 Γοργολόφας] Scribendum est γοργολόφα, ut Portus etiam monuit. Aristophanes *Equit.* pag. 355. (251. Ed. Bas. *P.*)

Ἡ γοργολόφα σ' ἐκάλουν οὗτοι φασίν.

Huc respexit Suidas: sed qui τὸ σ', quod eliso τῷ ε dictum est pro σε, male cum γοργολόφα conjunxit, & sic vocem γοργολόφας inde effinxit. Dicitur quidem etiam γοργολόφας, unde vocativus γοργολόφα legitur apud Aristophanem *Acharnens.* pag. 398. (284. Ed. Bas. *P.*) sed id cum sit masculini generis, non potest esse epithetum Minervæ, de qua Aristophanes hic loquitur.

8 Γοργόνωτον. περιφραστικῶς τὴν ἀσπ.] Hæc nota referenda est ad locum illum Aristoph. *Acharnens.* pag. 424. (304. Ed. Bas. *P.*)

Φέρε δεῦρο γοργόνωτον ἀσπίδος κύκλον.

Vide ibi veterem Enarratorem.

9 Ἄρχων μικρᾶς πόλεως] Supra v. Ἀμάχιος plenius legitur, ἄρχων μικρᾶς πόλεως Φρυγίας. Sed fallitur Suidas, quoniam Amachius totius Phrygiæ præses fuit. In errorem eum induxerunt verba hæc Socratis *Histor. Eccles.* lib. III. cap. XV. Ἐν γὰρ τῇ Μηρῷ πόλει τῆς ἐπαρχίας τῆς Φρυγίας ἄρχων ἦν Ἀμάχιος, τὸ ἐκεῖ ἱερὸν ἀνοιγῆναι προστάξας &c. Locum enim hunc ita intellexit Suidas, ac si Amachius Meri tantum urbis præses fuerit; deceptus procul dubio a vocula peccante ἦν, quæ vel delenda est, vel mutanda in ὤν, ut Valesius recte monuit. Sensus enim illorum verborum est, Amachium præsidem Phrygiæ in urbe istius provinciæ Mero templum aperiri jussisse &c. Porro ex hoc loco etiam colligitur, Suidam initio forsan scripsisse, ἄρχων Μηροῦ πόλεως: sed librarii postea τὸ Μηροῦ in μικρᾶς mutasse videntur.

10 Γόργος, ὁ Μεσσήνιος, οὐδενὸς ἦν δεύτ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, αὐταῖς λέξεσι etiam leguntur in Excerptis ex Polybio, a Valesio editis, pag. 13. unde Suidas ea descripsit.

τῆς.

image
not
available

παρατιθέμενα. ὁ δ' ἀντιγραφεὺς καὶ οὗτος [1] ἀπὸ τοῦ γράφειν τὰ παρὰ τῇ Βουλῇ ὠνόμασται.

Γραμματεύς. ὁ νοτάριος. Τὸν [2] τῶν ἀπορρήτων γραμματέα ἀσηκρῆτις καλοῦσι τὸ ἀξίωμα Ῥωμαῖοι. κληρωτοὶ [3] δὲ ἦσαν τὸν ἀριθμὸν τρεῖς, γράφοντες τὰ δημόσια. οὐδενὸς δὲ ἦσαν οἱ γραμματεῖς οὗτοι κύριοι, ἀλλ' ἢ τοῦ γράφειν καὶ ἀναγνῶναι.

Γραμματείδιον, καὶ γραμματεῖον. τὸ συμβόλαιον. Γραμμάτιον δὲ, τὸ μικρὸν γράμμα. Ἔνθεν μὲν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον καὶ γραμματεῖα βασιλικὰ, ἢ τῶν πατρικίων τιμὴν δωρούμενα.

Γραμματείου. διδασκαλείου. Ἅτε προηγμένος ἀνελπίστως ἐκ τοῦ γραμματείου, καὶ τῆς τοιαύτης διαθέσεως, πολὺς ἐπέπνει.

Γραμματείας. ἐξαριθμήσεις. [4] Δαβίδ· Ὅτι οὐκ ἔγνων γραμματείας· ὅμως εἰσελεύσομαι ἐν δυναστείᾳ Κυρίου.

Γραμματιστής. ὁ τὰ πρῶτα στοιχεῖα διδάσκων. Γραμματικὴ δέ ἐστιν ἐπιστήμη τοῦ ἀναγινώσκειν καὶ γράφειν. Ὁ δὲ [5] ἐς γραμματιστοῦ ἐφοίτησε παρὰ Ἀντιοχεῦσιν. Καὶ αὖθις· Οὐδὲ τὰ πρῶτα παρὰ τοῖς γραμματισταῖς ἐκμεμαθηκὼς στοιχεῖα. Καὶ αὖθις· Οὐ γὰρ [6] ἄλλο οὐδὲν ἐς γραμματιστοῦ φοιτῶν ἔμαθεν, ὅτι μὴ γράμματα καὶ ταῦτα κακῶς γράψαι.

Γραμματοκύφων. ἀντὶ τοῦ ταπεινὲ γραμματεῦ. κυρίως γὰρ κύφων τὸ ξύλον καλεῖται. [7] Δημοσθένης καὶ ἄλλα σκώπτει τὸν Αἰσχίνην, καὶ γραμματοκύφωνα αὐτὸν καλεῖ· ὃν καὶ υἱὸν εἶναί φησιν ὄνομα Τρόμητος, διδασκάλου δὲ τῶν πρώτων γραμμάτων.

Γραμμή. [8] Γραμμή ἐστιν ἐπιφανείας πέρας· ἢ μῆκος ἀπλατὲς, τὸ μῆκος μόνον ἔχον. καὶ ἡ ἀρχὴ, ἡ ἀφετηρία, ἡ βαλβίς. [9] Ἀριστοφάνης· Γραμμὴ δ' αὐτηί. ἀντὶ τοῦ ἀρχὴ, ἀφετηρία, ἡ λεγομένη βαλβίς. ἐκ μεταφορᾶς τῶν δρομέων.

Πρόβαινε νῦν ὦ θυμέ· γραμμὴ δ' αὐτηί.

Γράσος. ἡ δυσοσμία τῶν τράγων. καὶ Γράσων ἄνθρωπος. ὁ δύσοσμος. [10] Τῷ Γράσωνι μὴ ὀργίζου.

Γρατιανός. [11] Οὗτος ὡς ἐπύθετο τὴν τοῦ Οὐάλεντος τοῦ θείου τελευτὴν, αὐτίκα πρὸς τὴν ἑῴαν Ῥώμην ᾔει, καὶ καταγνοὺς τῆς τοῦ θείου Οὐάλεντος τῆς περὶ τοὺς Χριστιανοὺς ὠμότητος, τοὺς μὲν ὑπ' ἐκείνου ἐξορισθέντας διὰ ταχέων ἀνεκαλεῖτο, οὐσίας τε

habebat, ſed Senatui & populo prælegebat ea, quæ gerebantur. Idem etiam ἀντιγραφεὺς vocabatur, quod acta Senatus ſcriptis mandaret.

Γραμματεύς. Scriba. Notarius. Scribam arcanorum Romani *a ſecretis* vocant. † Tres erant ſcribæ [apud Athenienſes,] qui forte creabantur, & acta publica ſcribebant. His nullius rei gerendæ poteſtas data erat, præterquam ſcribendi & prælegendi.

Γραμματείδιον, & γραμματεῖον. Tabula contractus. Γραμμάτιον vero, litera parva. *Inde vero & aurum & argentum & diplomata regia, quibus Patriciorum dignitas conferebatur, [attulerunt.]*

Γραμματείου. Ludi literarii. *Magnum præ ſe ferebat faſtum, utpote qui præter ſpem ex ludo literario prodierat.*

Γραμματείας. Enumerationes. David: *Quamvis iis omnibus enumerandis impar ſim, tamen in potentia Domini intrabo.*

Γραμματιστής. Literator. Sive, qui prima elementa docet. Grammatica vero eſt legendi & ſcribendi ſcientia. *Ille vero apud Antiochenſes ludum literatoris frequentavit.* Et iterum: *Qui ne prima quidem elementa apud literatores didicerat.* Et iterum: *Ludum enim literatoris frequentans nihil aliud didicit, niſi literas eaſque male pingere.*

Γραμματοκύφων. Vilis ſcriba & literator. Proprie enim κύφων appellatur collare ligneum, [cui cervices maleficorum illigantur.] Demoſthenes tum aliis dicteriis Æſchinem inſectatur, tum etiam γραμματοκύφωνα eum vocat: quem etiam filium eſſe dicit Trometis cujuſdam literatoris.

Γραμμή. Linea. Linea eſt ſuperficiei finis; aut longitudo ſine latitudine, [aut] ſolam tantum longitudinem habens. Item, principium, carceres, & locus, unde curſores ad curſum emittebantur. Ariſtophanes: *Progredere nunc, mi anime: hi enim ſunt carceres.*

Γράσος. Fœtor hircorum. Et Γράσων ἄνθρωπος, homo male olens. *Hircũ olenti ne iraſcaris.*

Γρατιανός. Gratianus. Hic audita Valentis patrui morte, protinus Conſtantinopolin petiit, damnataque ſævitia, qua adverſus Chriſtianos uſus fuerat, primum quidem cunctos, qui a Valente in exilium miſſi erant, celeriter revocavit, bonaque eis reſtituit, ac dam-

1 Ἀπὸ τοῦ γράφειν] Imo ἀπὸ τοῦ ἀντιγράφειν.

2 Τὸν τῶν ἀπορρήτων γραμματέα ἀσηκρ. καλοῦσι τὸ ἀξ. Ῥωμ.] Procopius *de Bello Perſ.* lib. II. cap. VII. Ἐτύγχανε γὰρ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς Ἰωάννην τε τὸν Ῥουφίνου καὶ Ἰουλιανὸν τὸν τῶν ἀπορρήτων γραμματέα πρέσβεις παρὰ Χοσρόην στείλας. Ἀσηκρῆτις καλοῦσι τοῦτο τὸ ἀξίωμα Ῥωμαῖοι. Σήκρετα γὰρ καλεῖν τὰ ἀπόρρητα νενομίκασιν. Ex hoc loco Suidæ verba deprompta eſſe apparet.

3 Κληρωτοὶ δὲ ἦσαν τὸν ἀριθμ.] Hæc, & quæ ſequuntur, de ſcribis veterum Athenienſium intelligenda ſunt: quod ideo moneo, ne quis forte hæc ad inſtituta Romanorum, quorum mentio proxime præcedit, referenda eſſe putet. Solet enim ſæpe Suidas excerpta de rebus diverſiſſimis abſque ulla nota diſtinctionis uni voci ſubjicere: quæ res incautum Lectorem facile decipere poteſt.

4 Δαβίδ] Pſalm. LXX. v. 16. ubi vide Theodoretum.

5 Ὁ δὲ ἐς γραμματιστοῦ ἐφοίτησε παρὰ Ἀντιοχ.] Procopius *de Bello Perſ.* lib. II. cap. VI. Ὁ δὲ Παῦλος ἐτέθραπτο μὲν ἐν γῇ τῇ Ῥωμαίων, καὶ εἰς γραμματιστοῦ παρ' Ἀντιοχεῦσιν ἐφοίτησεν. Hinc Suidæ verba deprompta ſunt.

6 Οὐ γὰρ ἄλλο οὐδὲν ἐς γραμμ.] Hæc ſunt verba ejuſdem Procopii de Joanne Cappadoce, lib. I. *de Bello Perſ.* cap. XXIV. pag. 70. Vide etiam infra v. Ἰωάννης ὁ Καππαδ. ubi hic ipſe locus repetitur.

7 Δημοσθένης] Locus Demoſthenis, ad quem Suidas hic reſpicit, exſtat in oratione pro Cteſiphonte pag. 343.

8 Γραμμή ἐστιν ἐπιφ.——τὸ μῆκος μόνον ἔχον] Hæc ſunt verba Laertii *Zenone.* Segm. CXXXV. ut Pearſonius obſervavit.

9 Ἀριστοφάνης] *Acharnenſ.* pag. 394. (181. Ed. Baſ. P.)

10 Τῷ γράσωνι μὴ ὀργίζου] Fragmentum hoc depromptum eſt ex Marc. Anton. lib. I. §. 28. ſed ubi legitur, Τῷ γράσωνι μήτι ὀργίζῃ, i. e. *Num ſuccenſes ei, qui hircum olet?*

11 Γρατιανός. οὗτος ὡς ἐπύθετο τὴν τοῦ Οὐάλεντος τοῦ θείου τελ.——Μανιχαίους] Hæc leguntur in Excerptis ex Joanne Antiocheno, a Valeſio editis, pag. 846. unde Suidas ea deſcripſit.

‡

αὐτοῖς

image
not
available

ἐπ' ἄλλοις δημοσίοις ἀδικήμασι. πολλὴ δὲ ἡ χρῆσις τοῖς ῥήτορσιν.

Γραφή. ζωγραφία. κατηγορία. καὶ [1] ἐπιγράμμασιν. [2] Ἀπορῶ, γράφω. γράφω μὲν, ἀντὶ τοῦ καταγράφω, ἢ ζωγραφῶ ἐπὶ τῆς γῆς [3] ξὺν τῷ δακτύλῳ, καί τινι τοιούτῳ παιδιᾷ τινι.

Γραφή. κατηγορία. ἐγκλήματα.

Γράφω. τὸ ἐπιστέλλω. δεικνῦ. [4] ἰστέον, ὅτι τὸ γράφω πρὸς διάφορον σημασίαν διάφορον ἔχει καὶ τὴν σύνταξιν. καὶ εἰ μὲν γράφω σοι εἴπῃ, δοκεῖ σημαίνειν τὸ ἐπιστέλλω σοι. εἰ δὲ γράφω σε, σημαίνει τὸ ἐκτύπωμά σου ποιῶ· ὡς τὸ, οἱ τὰς μορφὰς γράψαντες καὶ τὰ γράμματα. εἰ δὲ γράφομαί σε, σημαίνει τὸ κατὰ σοῦ ἐγγραφὰς ποιῶ, εἰς δικαστήρια ἐκκαλοῦμαι· ὡς τὸ, γράφομαί σε φόνων καὶ παρανόμων ἐπὶ τοῦ Ῥαδαμάνθυος.

Γράψαι. κολάψαι. διασκάψαι.

Γράψομαι. κατηγορήσω. [5] Ἀριστοφάνης·

--- Γράψομαι,

Μήδοισιν αὐτὸν προδιδόναι τὴν Ἑλλάδα.

Γραῖα. ἡ παλαιά.

Γραικοί. [6] οἱ Ἕλληνες. ἀπὸ κώμης τινός. ἢ ἀπὸ Γραικοῦ τινος. ἐκ τοῦ Γραὶξ, Γραικός.

Γραιοσόβαι. [7] ἀπὸ τῶν ἰχθύων ἀποσοβοῦντες τὰς γραίδας, ὡς μὴ ἀγοράζειν. ἢ γραυσὶ συγκοιμώμενοι. σοβάδες γὰρ αἱ πόρναι.

Γραιΰδια. οἱ παρ' ἡμῖν ἑφθοὶ ὄμφακες.

Γρηγόριος, [8] Ναζιανζοῦ Ἐπίσκοπος, (σταθμὸς δὲ ἐστὶν οὗτος Καππαδοκίας) ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, ἀναγκαῖος φίλος Βασιλείου τοῦ τῆς Καισαρείας Ἐπισκόπου, τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ. οὗτος οὐ μόνον γραμματικὸς, καὶ τὰ ἐς τὴν ποίησιν δεξιὸς, ἀλλὰ πολλῷ πλεῖον καὶ εἰς φιλοσοφίαν ἐξήσκητο, καὶ ῥήτωρ ἦν ἀμφιδέξιος. οὗτος ἔγραψε καταλογάδην πολλά. εἰς γὰρ τρεῖς μυριάδας στίχων τὰ συντάγματα αὐτοῦ συνέθηκεν ἀφ' ὧν εἰσὶ τάδε. Περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ ἀδελφοῦ Καισαρίου. Ἐπιτάφιος εἰς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα. ἕτερος εἰς τὴν ἀδελφὴν Γοργονίαν. Περὶ φιλοπτωχίας. Ἔπαινοι τῶν Μακκαβαίων. Ἔπαινοι Κυπριανοῦ. Ἔπαινοι Ἀθανασίου. [9] Ἔπαινοι Ἥρωνος φιλοσόφου. Κατὰ Ἰουλιανοῦ τοῦ βασιλέως λόγοι δύο. Περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος λόγος εἷς. Πανηγυρικοὶ λόγοι δέκα· καὶ ἕτεροι πλεῖστοι καὶ πᾶσι γνώριμοι.



dicitur; sed nomen hoc de aliis etiam criminibus publicis dicitur. Frequens autem hujus vocis usus est apud oratores.

Γραφή. Pictura. Accusatio. Item, inscriptio. [Aristophanes:] *Dubito, scribo.* Γράφω hic significat describo, vel digito aut aliquo alio instrumento in terra ludicra quædam pingo.

Γραφή. Accusatio. Crimina.

Γράφω. Literas ad aliquem scribo. Dativo jungitur. Sciendum est, verbum γράφω pro diversa significatione, diversam etiam habere constructionem. Nam si dicas, γράφω σοι, significat, literas ad te scribo. Sin γράφω σε, significat, imaginem tuam pingo. *Qui imagines & literas pinxerunt.* At γράφομαί σε significat, te accuso, in jus voco. Ut, *Te cædium & legum perperam latarum accuso coram Rhadamantho.*

Γράψαι. Sculpere. Cœlare. Effodere.

Γράψομαι. Accusabo. Aristophanes: *Accusabo eum, tanquam Græciam Medis prodentem.*

Γραῖα. Vetula. Anus.

Γραικοί. Græci. [Sic vocati] ab oppido quodam. Vel ab aliquo, cui nomen erat Græcus. [Γραικὸς vero deducitur] a Γραὶξ, Γραικός.

Γραιοσόβαι. Qui vetulas a piscibus arcent, ne eos emant. Vel, qui cum vetulis concumbunt. Σοβάδες enim vocantur meretrices.

Γραιΰδια. Sic apud nos vocantur coctæ uvæ immaturæ.

Γρηγόριος. Gregorius, Episcopus Nazianzenus, (est autem Nazianzus statio Cappadociæ) vir celeberrimus, & Basilii Cæsareæ in eadem Cappadocia Episcopi familiaris amicus. Hic non solum Grammaticus & Poeta excellens, sed etiam multo magis philosophus insignis, & orator peritissimus fuit. Idem oratione soluta multa scripsit, operaque ejus circiter XXX millia versuum continent: ex quibus & hæc sunt. De obitu fratris Cæsarii. Oratio funebris in patrem suum. Altera in sororem Gorgoniam. De pauperibus amandis. Laudes Maccabæorum. Laudes Cypriani. Laudes Athanasii. Laudes Heronis philosophi. Contra Julianum Imperatorem orationes duæ. De Spiritu S. oratio una. Orationes panegyricæ decem: aliæque plurimæ, quæ omnibus notæ sunt. Secutus est autem genus dicendi, quo usus

1 Ἐπιγράμμασι] Portus legendum putat ἐπιχειρήμασι: quod non aspernor.

2 Ἀπορῶ. γράφω] Hæc verba sumpta sunt ex loco illo Aristophanis *Acharnens.* pag. 371. (261. Ed. Bas. *P.*)

Ἀπορῶ, γράφω, παρατίλλομαι, λογίζομαι.

Vide ibi veterem Enarratorem, cujus verba Suidas hic descripsit.

3 Ξὺν τῷ δακτύλῳ, καί τινι τοιούτῳ παιδιᾷ τινι] Locum hunc sic emendabis: Ξὺν τῷ δακτύλῳ, καί τινι τοιούτῳ παιδιάς τινας.

4 Ἰστέον, ὅτι τὸ γράφω πρὸς διάφ. σημ. διάφ.] Eadem pene habet Etymologus.

5 Ἀριστοφάνης] *Pace* pag. 631. (438. Ed. Bas. *P.*)

6 Γραικοί. οἱ Ἕλληνες] Vide Stephanum Byzantium v. Γραικός. & ibi Berkelium.

7 Γραιοσόβαι. ἀπὸ τῶν ἰχθ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Pacem* pag. 685. (466. Ed. Bas. *P.*)

8 Γρηγόριος, Ναζιανζοῦ Ἐπίσκ.] Confer Hieronymum *de Scriptor. Eccles.* ejusque interpretem Sophronium, apud quem nonnulla eorum, quæ Suidas hic habet, αὐτολεξεὶ quoque leguntur.

9 Ἔπαινοι Ἥρωνος φιλ.] Aliter Hieronymus in *Catalogo Script. Eccles.* cujus verba adducam: *Laudes Maximi philosophi, post exilium reversi, quem falso nomine quidam Heronis superscripserunt, quia est & alius liber, vituperationem ejusdem Maximi continens; quasi non licuerit eundem & laudare & vituperare pro tempore.*

image
not
available

θαυμάσιον εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου κατασκευήν· ἄλλας τε πυκνὰς καὶ συνεχεῖς ὁμιλίας. εἴς τε τὰ ᾄσματα ᾀσμάτων, καὶ εἰς τὸν Ἐκκλησιαστήν, καὶ πρὸς τὴν ἀδελφὴν [1] Μακρίναν μακρόν τινα καὶ περικαλλῆ περὶ ψυχῆς συνέθηκε λόγον. ἄλλα τε πολλὰ γεγραφήκει· καὶ τὸν πολυθαύμαστον ἔπαινον τοῦ πρώτου τῶν μαρτύρων Στεφάνου. καὶ βίον δὲ συνέταξε Γρηγορίου τοῦ ἐν θαύμασι διαλάμψαντος.

Δαίει. Urit. Et δαιομένη, partiens, dividens. Δαίω enim significat etiam partior & divido. Unde δαιτυμὼν, conviva: & δαὶς, δαιτὸς, convivium.

Δαίμονα. ἐκστατικόν. [8] Φασὶ δὲ οἱ Φιλόσοφοι, δαίμονας εἶναί τινας, ἀνθρώπων συμπάθειαν ἔχοντας.

Δαίμονα. Mente motum. *Dicunt vero Philosophi, esse dæmones quosdam, qui hominum affectibus tangantur.*

Δαιμονᾷν. ὑπὸ δαίμονος κατέχεσθαι, καὶ μαίνεσθαι. καὶ δαιμονήσας. [9] Ὁ δὲ ἐξέλιπε τὸν βίον δαιμονήσας, διὰ τὸ γενέσθαι τινὰς ἐπισημασίας τοῦ δαιμονίου,

Δαιμονᾷν. A dæmone possideri. Insanire. Et δαιμονήσας, insania correptus. *Ille vero in-*

1 *Κεκρύφαλον τόνδε λαβεῖν Σαμ.*] Verba hæc sunt pars Epigrammatis inediti, quod ex cod. MS. integrum hic cum Lectore communicabo. Νοσσίδος.

*Χαίροισάν τοι ἔοικε κομᾶν ἄπο τᾶς Ἀφροδίτας*
*Ἄνθεμα κεκρύφαλον τόνδε λαβοῖσαν Σαμύθας.*
*Δαιδάλεός τε γάρ ἐστι, καὶ ἀδύ τι νέκταρος ὄζει·*
*Τούτῳ καὶ τήνα καλὸν Ἄδωνα χρίει.*

In Pentametro ultimo pro Ἄδωνα legendum est Ἀδῶνα, i. e. Adonin. Hesychius: Ἀδῶνα, τὸν Ἄδωνιν. Sic nimirum Dorienses dicebant.

2 *Δῆεις ὁ δαιδαλόχειρ τῇ Παλ.*] Locus hic exstat Antholog. lib. VI. cap. ult. ubi pro Δῆεις legitur Θῆρις.

3 *Ἀριστοφάνης*] *Ecclesiaz.* pag. 752. (506. Ed. Bas. P.)

4 *Περιθήκαις*] Vox hæc in prioribus Editt. deest, quam ex uno MS. Paris. revocavi. Apud Diogenianum legitur, *ἐπὶ τῶν δι' ἀπορίαν χρωμένων περιθήκῃ παρελκούσῃ*: quod magis placet.

5 *Ἐπειδὴ οἱ παλαιοὶ δημιουργοὶ συμμεμυκ.*] Notum est ex veteribus scriptoribus, sub initia artis statuariæ simulacra effingi consuevisse oculis clausis, manibus ad latera adglutinatis, pedibusque indiscretis & junctis; adeo ut a rudi ligno vel lapide parum differrent. Primus Dædalus artem illam expolivit, oculosque statuarum aperuit, & manus a lateribus separavit, pedesque discrevit & diduxit: quæ res rudibus illis temporibus tantam apud omnes admirationem excitavit, ut nomen Dædali in proverbium abiret, & de quovis perito & ingenioso artifice diceretur. Diodorus lib IV. pag. 276. *Πρῶτος δὲ (Δαίδαλος) ὀμματώσας καὶ διαβεβηκότα τὰ σκέλη ποιήσας, ἔτι δὲ τὰς χεῖρας διατεταμένας ποιῶν εἰκότως ἐθαυμάζετο παρὰ τοῖς ἀνθρώποις. οἱ γὰρ πρὸ τούτου τεχνῖται κατεσκεύαζον τὰ ἀγάλματα τοῖς μὲν ὄμμασι μεμυκότα, τὰς δὲ χεῖρας ἔχοντα καθειμένας, καὶ ταῖς πλευραῖς κεκολλημένας.* Plura hanc in rem veterum scriptorum loca collegit Scaliger ad Euseb. Num. DCCXXXVII. quem vide.

6 *Καὶ τοὺς πόδας διέστησε*] Simulacra igitur ante Dædalum erant *συμβεβηκότα τοῖς ποσί*, ut veteres scriptores loquuntur; i.e. pedibus junctis & indiscretis: quod ideo moneo, ne quem decipiant interpretes, qui phrasin illam Græcam male plerumque reddiderunt. Apollodorus lib. III. cap. 2. Palladium dicit fuisse *συμβεβηκὸς τοῖς ποσί*: ubi interpres male, *pedibus ita compositis, ut ambulare videretur.* Tu verte, *pedes habens junctos & indiscretos.* Philostratus *de Vit. Apoll.* lib. VI. cap. III. statuam Memnonis describens, inter alia ait, *ξυμβεβηκέναι δὲ τὼ πόδε ἄμφω*: quod interpres infeliciter reddit, *atque utroque pede solum attingens.* Vertendum est, *ambos ejus pedes fuisse junctos & indistinctos.* Sic etiam intelligendus est Hesychius v. *Αἰγινητικὰ*, ubi inquit: *Αἰγινητικὰ ἔργα, τοὺς συμβεβηκότας ἀνδριάντας.* Contrarium est, *σκέλη διαβεβηκότα*, i. e. crura divaricata & diducta, ut in loco Diodori, quem paulo ante adduximus.

7 *Ὅμηρος*] Il. Ε. v. 60. ubi Poeta de Harmonide verba facit.

8 *Φασὶ δὲ οἱ Φιλόσοφοι δαίμ.*] Hæc sunt verba Laertii *Zenone*, Segm. CLI.

9 *Ὁ δὲ ἐξέλιπε τὸν βίον δαιμ.*] Fragmentum hoc legitur in Collectaneis Constantini Imperatoris, a Valesio editis, pag. 145. unde id Suidas deprompsit.

‡ μονίου,

image
not
available

Δαιταλεῖς. δαιτυμόνες, καὶ θιασῶται, καὶ συμπόται, καὶ οἷον συνδαιταλεῖς. οὕτως Ἀριστοφάνης. Ἐπιδείπνιον βασιλεὺς θέαν τοῖς δαιταλεῦσιν ὥσπερ ἀξιόλογον χαριζόμενος, τοῦτ' ἐδείκνυε.

Δαῖτας. εὐωχίας.

——————— [1] Φοῖβε,
Δέξαι πλωτήρων μάζης χειρουργέα δαῖτα.

† Καὶ οἵους Ἡσίοδος παρεισάγει τοὺς Αἰακίδας, πολέμῳ κεχαρηότας ἠΰτε δαιτί.

Δαιτίς.[2] τόπος ἐν Ἐφέσῳ. εἴρηται ἀπὸ τοῦ Λυδὸν κάπηλον αὐτόθι κατοικήσαντα παρέχειν τὰς δαῖτας τοῖς ἐπιξενουμένοις. ἦν δὲ τὸ κύριον αὐτοῦ ὄνομα Ἔφεσος·[3] ἀφ' οὗ καὶ ἡ πόλις.

Δαιτή. ἐπ' εὐθείας διὰ τοῦ η. εὐωχία. ἐπὶ δὲ δοτικῆς, δαιτί, τῇ εὐωχίᾳ. ἐκ τοῦ δαῖς, δαιτός, δαιτί. Δαιτὸς[4] ἐΐσης. ἐξ ἴσου μεριζομένης εὐωχίας. Ζηνόδοτος δὲ τῆς ἀγαθῆς φησί· ἐπειδὴ ἡ τροφὴ τῷ ἀνθρώπῳ ἀγαθόν. ἐπειδὴ οἱ πρῶτοι ἄνθρωποι, οἷς δὴ οὐ παρῆν ἄφθονος ἡ τροφή, βίᾳ ἥρπαζον, καὶ ἀφῃροῦντο τοὺς ἔχοντας, καὶ μετὰ τῆς ἀκοσμίας ἐγίνοντο καὶ φόνοι· ἐξ ὧν λεχθῆναι τὴν ἀταρθαλίαν. ἐν γὰρ ταῖς θαλείαις ἡμάρτανον πρῶτα οἱ ἄνθρωποι. ὕστερον δὲ διένεμον, καὶ ἦλθον εἰς κόσμον τὰ δεῖπνα. ἔνθεν καὶ δαιτρός· καὶ δαῖς, ἡ εὐωχία. καὶ δαιτυμόνες. ἐπὶ ἀνθρώπων λέγεται δαίς· ἐπὶ θηρίων δὲ οὔ. ἀγνοῶν δὲ Ζηνόδοτος τῆς φωνῆς ταύτης τὴν δύναμιν, ἔφη·

--- Ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν
Οἰωνοῖσί τε δαῖτα.

Δαιταλεῖς. Convivæ. Sodales. Compotores. Quasi dicas συνδαιταλεῖς. Sic Aristophanes. *A cœna Rex, ut convivis gratificaretur, hoc ut spectaculum memoratu dignum eis ostendebat.*

Δαῖτας. Epulas. Convivia. [In Epigrammate:] *Phœbe, accipe placentam nautarum manu subactam, quæ epuli loco tibi offertur.* † *Et quales Hesiodus introducit Æacidas, gaudentes bello ut convivio.*

Δαιτίς. Locus quidam Ephesi: ita dictus, quod caupo Lydus illic habitans, hospitibus, qui ad ipsum divertebant, cœnas præberet. Nomen vero ejus erat Ephesus: a quo & urbs dicta est.

Δαιτή. In recto casu per η scribitur, significans convivium. In dativo vero per ι, δαιτί. Convivio. A δαίς, δαιτός, δαιτί. [Et Homerus:] Δαιτὸς ἐΐσης. Id est, cœnæ, quæ æqualiter inter aliquos dividitur. Zenodotus vero [τὸ ἐΐσης interpretatur] ἀγαθῆς, bonæ: quia cibus homini bonus est. Primi autem mortalium, cum exigua ipsis esset victus copia, rapto viventes aliis per vim sua eripiebant: ex qua prædandi licentia cædes oriebantur. Hinc dictam esse ajunt ἀταρθαλίαν, quoniam homines in conviviis & cœnis sibi injuriam primum inferre cœperunt. Postea vero [singulis portiones suas] diviserunt: quæ res ad modestiam cœnas revocavit. Hinc etiam dictus est δαιτρός: & ipsa cœna δαίς; & δαιτυμόνες convivæ. De hominibus tantum dicitur δαίς, non etiam de feris. Quare Zenodotus vocis hujus vim ignorans, dixit: *Eos prædam fecit canum, & alitum* (δαῖτα, i. e.) *cibū.*

Δαιτρόν. μεριστήν. μάγειρον.

Δαιτυμόνες. ἀριστηταί. εὐωχούμενοι.

Δαιτρεύειν. μερίζειν.

Δαιτρός. προδιαιρῶν ἐλάχιστα τοῖς ἑστιωμένοις. οὕτω γὰρ εἱστιῶντο, μεριζόμενοι [5] τά τε προσφαγία καὶ τὸν [6] πότον. παρὸ καὶ λέγει· Δαιτὸς ἐΐσης. ἰσομοίρου τροφῆς. ἢ Δαιτρός, ὁ διαιρῶν καὶ διανέμων τὰ κρέα. † [7] Τίμαιός φησι, τοὺς ποιητὰς καὶ τοὺς συγγραφεῖς διὰ [8] τῶν ὑπεράγαν πλεονασμῶν ἐμφαίνειν τὰς ἑαυτῶν φύσεις, λέγων, ἐκ τοῦ δαιτρεύειν τὸν ποιητὴν πολλαχοῦ τῆς ποιήσεως γαστρίμαργον παρεμφαίνειν. τὸν δὲ Ἀριστοτέλην ὀψαρτύοντα, ὀψοφάγον εἶναι καὶ λίχνον. τὸν δὲ Διονύσιον τύραννον κλινοκοσμοῦντα, καὶ τὰς τῶν ὑφασμάτων ἰδιότητας καὶ ποικιλίας ἐξεργαζόμενον συνεχῶς. [9] ἀνάγκη τὴν ἀκόλουθον ποιεῖσθαι διάληψιν, καὶ δυσαρεστεῖσθαι κατὰ τὴν προαίρεσιν.

Δαιτρόν. Distributorem. Coquum.

Δαιτυμόνες. Convivæ. Qui epulantur.

Δαιτρεύειν. Dividere. Partiri.

Δαιτρός. Qui convivis portiones suas distribuit. Sic enim cœnabant, & carnes & potum singulis distribuentes. Hinc etiam [Homerus] inquit, δαιτὸς ἐΐσης, i. e. cœnæ, quæ æqualiter dividitur. Vel δαιτρὸς vocatur, qui carnes distribuit. † *Timæus dicit, poetas & historicos frequenti earundem vocum in scriptis suis repetitione ingenia sua prodere solere; atque Homerum, quod verbo δαιτρεύειν sæpius utatur, helluonem sese ostendere. Aristotelem quoque, qui in commentariis suis passim obsonia condiat, obsonii appetentem & catillonem fuisse. Idem de Dionysio tyranno, qui lectos ornaret diligenter, & velorum bonitatem & varietatem studiose & assidue inquireret. Ita etiam [de Timæo] consequenter existimandum est, moroso ingenio illum fuisse.*

1 Φοῖβε, δέξαι πλωτήρων μάζης χειρ.] Verba hæc sunt pars Epigrammatis, quod ex cod. MS. Anthologiæ ineditæ integrum exhibuimus supra v. Βρυχιφεγγής.

2 Δαιτίς. τόπος ἐν Ἐφέσῳ. ἀπὸ τοῦ Λυδ.] Eadem habet Etymologus.

3 Ἔφεσος] Etymologus rectius Ἐφέσιος.

4 Δαιτὸς ἐΐσης. ἐξ ἴσου μεριζομένης εὐωχ. Ζηνόδοτος δὲ τῆς ἀγαθ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Athenæi lib. 1. pag. 12. ex quo Suidas supplendus est.

5 Τά τε προσφαγία] Malim, τά τε κρέα.

6 Πότον] Sic recte habent 2 MSS. Paris. cujus loco in prioribus Editt. male legitur τόπον.

7 Τίμαιός φησι, τοὺς ποιητὰς καὶ τοὺς συγγ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Polybii, quæ leguntur in Collectaneis Constantini a Valesio editis pag. 57. unde Suidas ea excerpsit.

8 Διὰ τῶν ὑπεράγαν πλεονασμῶν] In Collectaneis Constantini loco laudato legitur, διὰ τῶν ὑπεράγαν πλεονασμῶν. Sed & sic locus est obscurus propter vocem ὑπεράγαν, quam corruptam esse existimo.

9 Ἀνάγκη τὴν ἀκόλουθον] Locus hic est mutilus, quem Valesius sic supplet: Ἀνάγκη τοίνυν περὶ Τιμαίου τὴν ἀκόλουθον &c.

image
not
available

Δεδοκιμασμένα. κεκριμένα. Ἔγραψε δὲ Εὐσέβιος καὶ ἄλλα ὑπομνήματα δεδοκιμασμένα.

Δεδοξοποιημένον. δόξῃ κοσμούμενον. [1] Πολύβιος· Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ζῶα ταῖς τοῦ σώματος ἐπιθυμίαις δουλεύει. τὸ δὲ τῶν ἀνθρώπων γένος καὶ [2] προσδεδοξασμένον, οὐχ ἧττον διὰ τὴν ἀλογιστίαν, ἢ διὰ τὴν φύσιν ἁμαρτάνει.

Δέδορκεν. ὁρᾷ. βλέπει.

Δέδοται καὶ κακοῖσιν ἄγρα. ἐπὶ τῶν παρ' ἀξίαν εὐπραγούντων.

Δεδουπώς. πεπτωκώς. τεθνηκώς.

Δεδραγμένος. [3] πεπραγμένος.

Δέδοικα. φοβοῦμαι.

—— Δέδοικα [4] μὴ 'κ Θεοῦ
Πληγή τις ἥκῃ. πῶς γὰρ, εἰ πεπαυμένος
Μηδέν τι μᾶλλον, ἢ νοσῶν εὐφραίνεται.

ἀντὶ τοῦ, πῶς γὰρ οὐ θεῖόν τι εἴη τὸ κατὰ τὸν Αἴαντα, εἰ πεπαυμένος τοῦ κακοῦ, μᾶλλον ἐν ἀνίᾳ διάγει.

Δέδοιμι. [5] οἰκοδομοίην. Οἰκίαν εὖτε δέδοιμι.

Δέδυκα. ὑπεισῆλθον. Δέδυκε δὲ, εἰσῆλθε.

Δέει. τὸ δεῖ. τὸ ὁριστικὸν δηλονότι. Δέει δὲ, φόβῳ. Ὁ δὲ Νικόμαχος ὡς πεφωραμένος ἐν παντὶ ἦν δέει.

Δεειπνός. ὁ δειπνός.

Δέημα.

--- Ὡς [6] γελοῖον, ὦ Θεοὶ,
Τὸ δέημα τῆς νύμφης, ὃ δεῖταί μου σφόδρα.

Δεῆσαν. χρείας γενομένης.

Δεήσεις. ἀντὶ τοῦ ἐνδείας. Ἀντιφῶν ἀληθείας πρώτῳ.

Δέκα, [7] καὶ Δεκαδοῦχος. Δέκα μὲν ἦρχον μετὰ τοὺς τριάκοντα [8] καταστάντες. ἐκαλεῖτο μέντοι τούτων ἕκαστος τῶν ἀρχόντων δεκαδοῦχος, ὡς [9] δηλοῖ Λυσίας.

Δεκαρχίαι. [10] τὰς ὑπὸ Λακεδαιμονίων καταστασθείσας ἐν ταῖς πόλεσι δεκαρχίας συνεχῶς ὀνομάζουσιν οἱ ἱστορικοί. καὶ Φίλιππος μέντοι παρὰ Θετταλοῖς δεκάρχην [11] οὐ κατέστησεν, ὡς Δημοσθένης ἐν ἕκτῳ Φιλιππικῶν.

Δεκάζεσθαι. ἐῤῥέθη μὲν ἀπὸ τοῦ κατὰ δέκα φθείρεσθαι δώροις. ὅτε γὰρ βούλοιντό τινες ἀρχῆς τυχεῖν, ἢ ἄλλο τι ἀνύσασθαι, κατὰ δέκα ἀνθρώπους ἐδίδοσάν τινα, ὅπως συμπράττωσιν αὐτοῖς. ἐξ ἐκείνου δὲ ἤδη τὸν λαμβάνοντα ἕνεκα τοῦ συμπράττειν [12] μὴ ἀπαντῶντος

Δεδοκιμασμένα. Probata. Explorata. *Euſebius vero & alios probatos commentarios ſcripſit.*

Δεδοξοποιημένον. Opinionibus imbutum. Polybius: *Cætera enim animalia ſolis cupiditatibus corporis ſerviunt. At genus humanum hoc amplius adſcitis imbutum opinionibus, non minus per inconſiderantiam quam per naturam peccat.*

Δέδορκεν. Videt. Spectat.

Δέδοται καὶ κακ. *Ignavis etiam obtigit præda.* Dicitur de iis, quibus præter meritum res ex ſententia ſuccedunt.

Δεδουπώς. Qui [in bello] cecidit. Mortuus.

Δεδραγμένος. Factus.

Δέδοικα. Metuo. [Sophocles:] *Metuo, ne a Deo plaga quædam ei inflicta ſit. Quomodo enim aliter res ſeſe habere poteſt, cum a morbo liberatus nihilo magis lætetur, quam ſi eo adhuc teneretur?* Id eſt, neceſſe eſt, ut malum, quod Ajaci accidit, a Deo aliquo ipſi inflictum ſit, quoniam ab inſania liberatus majore animi dolore afficitur.

Δέδοιμι. Ædificem. *Cum domum ædificavero.*

Δέδυκα. Subii. Penetravi. Δέδυκε vero, intravit, penetravit.

Δέει. Pro δεῖ, oportet, eſt indicativi modi. Δέει vero, metu, [eſt dativus a δέος.] *Nicomachus vero, utpote in facinore deprehenſus, in magno erat metu.*

Δεεινός. [Poetice, pro] δεινός.

Δέημα. Preces. [Ariſtophanes:] *Quam ridicula res eſt, proh Dii, quam ſponſa hæc enixe a me petit.*

Δεῆσαν. Cum oportuerit.

Δεήσεις. Pro ἐνδείας. Indigentiam, egeſtatem. Antipho libro primo *De Veritate.*

Δέκα, & Δεκαδοῦχος. Decemviri poſt xxx Tyrannos creati Reipubl. præerant: quorum unuſquiſque appellabatur δεκαδοῦχος, ut docet Lyſias.

Δεκαδαρχίαι. Decadarchias a Lacedæmoniis in ſingulis urbibus conſtitutas ſæpe memorant Hiſtorici. At Philippus in Theſſalia non conſtituit Decadarcham, ut ait Demoſthenes in ſexta Philippica.

Δεκάζεσθαι. Donis corrumpi. Verbum hoc dictum eſt inde, quod [olim] deni muneribus corrumpi ſolerent. Illi enim, qui magiſtratum ambibant, aut aliud quippiam factum cupiebant, denis hominibus munera dabant, ut a partibus ſuis ſtarent. Illum igi-

1 Πολύβιος] Lib. xvii. cap. xiii. Vide etiam ſupra v. Ἄνθρωπος, ubi fragmentum hoc auctius legitur.

2 Προσδεδοξασμένον] Lege προσδεδοξοποιημένον, ut apud Polybium loco laudato.

3 Δεδραγμένος] Ex interpretatione hujus vocis apparet, ſcribendum eſſe δεδραμένος.

4 Δέδοικα μὴ 'κ Θεοῦ κτλ.] Fragmentum hoc legitur apud Sophoclem *Ajace* pag. 18. ut Portus obſervavit.

5 Δέδοιμι] Scribendum eſt δέμοιμι, idque ſuo loco ponendum, ut Portus etiam monuit.

6 Ὡς γελοῖον. ὦ Θεοί. τὸ δέημα τῆς νύμφ.] Verba hæc leguntur apud Ariſtophanem *Acharnenſ.* pag. 421. (302. Ed. Baſ. P.)

7 Δέκα, καὶ Δεκαδοῦχος. Δέκα μὲν ἦρχ.] Ex Harpocratione: ad quem vide Mauſſacum.

8 Καταστάντες] Lege κατασταθέντες.

9 Ὡς δηλοῖ Λυσίας] Locus Lyſiæ, ad quem Suidas reſpicit, exſtat apud Harpocrationem v. Μάλης.

10 Δεκαρχίαι] Ante legebatur δεκάρχαι, cujus loco repoſui δεκαρχίαι, auctoritate 2 MSS. Pariſ. Apud Harpocrationem, ex quo locus hic Suidæ depromptus eſt, legitur δεκαδαρχίαι, ut etiam in uno MS. Pariſ.

11 Δεκάρχην οὐ κατέστησεν, ὡς Δημοσθ. ἐν ἕκτῳ Φιλ.] Scribe & ſupple, δεκαρχίας οὐ κατέστησεν, ὡς Δημοσθένης ἐν ἕκτῳ Φιλιππικῶν, ἀλλὰ τετραρχίας. Vide Harpocrationem.

12 Μὴ ἀπαντῶντος τοῦ βελτίστου] Paul. Leopardus *Emend.* lib. xvi. cap. xix. optime monuit, legendum hic eſſe, μὴ ἀπὸ παντὸς τοῦ βελτίστου, i. e. artibus minime bonis, vel mala ratione. Hanc enim ſignificationem phraſis iſta apud Græcos ſcriptores habet, ut pluribus exemplis idem demonſtrat lib. 1. cap. xxi.

Τοῦ

image
not
available

παιδίον. Εὐριπίδης Αἰγεῖ· [1] Τίς σε μήτηρ ἐν δεκάτῃ τῇ τόκου ὠνόμαζεν; ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς ζʹ φησὶν ἐπιτίθεσθαι τὰ ὀνόματα, γράφων οὕτω· [2] Πλεῖστα δὲ ἀναιρεῖται πρὸς τὴν ζʹ. διὸ καὶ τὰ ὀνόματα τότε τίθενται.

Δεκατεύειν.[3] ἀντὶ τοῦ δεκάτην εἰσπράττεσθαι καὶ λαφυραγωγεῖν. τὰ δ' ἐκ τῶν πολεμίων ληφθέντα ἐδεκατεύοντο θεοῖς. διὸ κυρίως δεκατεῦσαι, τὸ καθιερῶσαι. κατὰ μεταφορὰν δὲ καὶ τὸ δεκάτην ὁπωσοῦν λαβεῖν καὶ ἀπαιτῆσαι.

Δεκατευτάς.[4] τοὺς πλώτας, τοὺς τὴν δεκάτην ἐκλέγοντας. οὕτως Ἀντιφῶν. καὶ δεκατηλόγοι, οἱ αὐτοί. εἴρηται δὲ καὶ θηλυκῶς ἡ δεκατηλόγος.

Δεκατευτήριον.[5] τὸ ἐν τῇ Ἀβύδῳ πορθμεῖον. Ὡς εὐθὺς τὴν Ἄβυδον λυμανεῖται, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ δεκατευτήριον.

Δεκατηλόγους. τοὺς τὴν δεκάτην ἐκλέγοντας. ταυτὸν ἄρα τοῖς δεκατευταῖς.

Δεκάτην[6] ἑστιάσαι. ἔθος ἦν παίδων γενομένων τοῖς Ἀθηναίων ἀστοῖς, τῇ δεκάτῃ τῶν νυκτῶν ἀπὸ τῆς γενέσεως συγκαλεῖσθαι τοὺς πρὸς πατρὸς καὶ μητρὸς οἰκείους, καὶ τοὺς ἐγγυτάτω φίλους, καὶ παρόντων ἐκείνων τά τε ὀνόματα τοῖς παισὶ τίθεσθαι, καὶ καλλιερεῖσθαι τοῖς θεοῖς· ἔπειτα εὐωχεῖσθαι τοὺς συνεληλυθότας. καὶ τοῦτο ἦν ἡ δεκάτη. καὶ δεκατῶ ῥῆμα. ὡς τό, Ὁ λαμβάνων δεκάτας δεδεκάτωται.

Δεκασμός. δωροδοκία.

Δεκάχεια.[7] δεκαπλάσια.

Δεκέβαλος. ὁ τῶν Δακῶν βασιλεύς. ἔστιν ἐν τῷ Δακός.

Δεκέλεια. τόπος.

Δεκελεικός.[8] Πελοποννησιακὸς πόλεμος ἀπὸ μέρους τοῦ τελευταίου.

Δεκέτης. ὁ δεκαετής. θηλυκῶς δὲ δεκέτις, διὰ τοῦ ι.

Δέκιος,[9] Ῥωμαίων βασιλεύς, Φιλίππου διάδοχος, ὃς βασιλικῷ θεσπίσματι τοὺς τὰ Χριστιανῶν δοξάζοντας ἐθανάτου, καὶ τοὺς θεοὺς προσκυνεῖν ἠνάγκαζε.

Δεκτέον. δεῖ δέχεσθαι.

Δεκτῆρες. ὑποδοχεῖς.

Δελεάζοντες. ἐπικρύπτοντες. Οἱ δὲ Σκυθοπολῖται δύο ἡμέρας ἠρέμησαν, τὴν πίστιν αὐτῶν δελεάζοντες· τῇ δὲ τρίτῃ νυκτὶ παρατηρήσαντες κοιμώμενον ἀνεῖλον.

convivium celebrabant [veteres,] iisque nomina imponebant. Euripides *Ægeo: Quæ mater tibi decimo die nomen imposuit?* Aristoteles vero tradit, septimo die nomina pueris imponi, sic scribens: *Plerique [infantes] ante diem septimum moriuntur. Quæ ratio est, quare tunc nomina illis imponant.*

Δεκατεύειν. Decimam exigere, & prædas agere. Rerum enim illarum, quæ ex hostico captæ erant, decimæ Diis consecrabantur. Unde δεκατεῦσαι proprie significat consecrare. Per translationem vero, decimam quamcunque accipere & exigere.

Δεκατευτάς. Publicanos, qui decimam colligebant. Sic Antiphon. Et δεκατηλόγοι, iidem. Dicitur etiam genere fœminino ἡ δεκατηλόγος.

Δεκατευτήριον. Portorium, quod Abydi pendebatur. *Se Abydum illico vastaturum esse, & decateuterium, quod ibi institutum erat.*

Δεκατηλόγους. Decimam colligentes. Significat idem quod δεκατευταί.

Δεκάτην ἑστιάσαι. Decimum diem a nato infante celebrare. Mos erat civium Atheniensium, ut natis pueris decima nocte a nativitate cognati paterni & materni & amici proximi convocarentur, illisque præsentibus nomina pueris imponerentur, & peracto sacrificio epulum præberetur illis, qui convenerant. Et hoc appellabatur δεκάτη. Et δεκατῶ, decimo. Ut, *Accipiens decimas decimatus est.*

Δεκασμός. Corruptio, quæ fit munerum largitione.

Δεκάχεια. Decupla.

Δεκέβαλος. Decebalus, Dacorum Rex. Vide in voce Δακός.

Δεκέλεια. Decelia. Locus [ita vocatus.]

Δεκελεικὸς πόλ. Sic vocatur bellum Peloponnesiacum, a parte ejus ultima.

Δεκέτης. Decennis. Δεκέτις vero, genere fœminino, per ι scribitur.

Δέκιος. Decius, Romanorum Imperator, Philippi successor, edicto Christianos omnes morte mulctavit, & ut Deos adorarent vi coegit.

Δεκτέον. Accipiendum est.

Δεκτῆρες. Qui aliquos excipiunt, vel suscipiunt.

Δελεάζοντες. Inescantes. *Scythopolitæ vero duos dies quieverunt, fidem eorum quasi inescantes: at tertia nocte, captata temporis opportunitate dormientem interfecerunt.*

1 Τίς σε μήτηρ ἐν δεκάτῃ τῇ τόκου ὠνόμ.] Versus hic Euripidis est omnino mendosus, sive verba, sive metrum spectes: quem Maussacus ad Harpocrationem v. Ἑβδομευομένου post Scaligerum sic in integrum restituendum esse censet:

Τίς σ' ὀνόμαζεν τῇ δεκάτῃ μήτηρ τόκου.

2 Πλεῖστα δὲ ἀναιρεῖται πρὸς τὴν ζʹ. διὸ καὶ τὰ ὀν.] Apud Aristotelem libro VII. *Hist. Anim.* cap. XII. locus hic ita legitur: Πλεῖστα δὲ ἀναιρεῖται πρὸ τῆς ἑβδόμης. διὸ καὶ τὰ ὀνόματα τότε τίθενται, ὡς πιστεύοντες ἤδη μᾶλλον τῇ σωτηρίᾳ. Sic & apud Suidam scribendum est.

3 Δεκατεύειν. ἀντὶ τοῦ δεκάτην εἰσπρ.] Ex Harpocratione.

4 Δεκατευτάς. τοὺς πλώτας, τοὺς τὴν δεκ.] Ex Harpocratione.

5 Δεκατευτήριον. τὸ ἐν τῇ Ἀβ.] Vide Paul. Leopard. *Emend.* lib. XVI. cap. III.

6 Δεκάτην ἑστιάσαι] Vide paulo ante v. Δεκατεύειν.

7 Δεκάχεια] Vocem hanc suspectam habeo, quamvis non ignorem, eandem etiam apud Hesychium legi.

8 Δεκελεικός. Πελοποννησ.] Ex Harpocratione. Vide etiam supra v. Ἀρχίδαμος, & Scaligerum ad Olymp. XCI. 4.

9 Δέκιος, Ῥωμαίων βασιλεύς, Φιλίππου διάδ.] Hæc leguntur in Excerptis ex Joanne Antiocheno a Valesio editis pag. 834. unde ea Suidas descripsit.

Δελέαρ.

Δελφὸς ἀνὴρ στέφανον μὲν ἔχει, δίψει δὲ ἀπόλλυται.[1] ἐπεὶ οὗτοι διὰ τὸ ἱερᾶσθαι τοῦ Θεοῦ[2] ἐστεφανωμένοι, τῆς δὲ ἐπιτηδείων ἀπορίας οὐκ ἀπαλλάσσουσι.

Δελφοί. τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. οὕτω δὲ ἐκλήθη, διὰ τὸ τὸν Δελφύνην δράκοντα ἐκεῖ εὑρεθῆναι, ὃν ἀπέκτεινεν ὁ Ἀπόλλων. Πυθὼ δὲ, διὰ τὸ ἐκεῖ σαπῆναι. καὶ Δελφὶς, ἡ Δελφικὴ τοῦ Ἀπόλλωνος.

Δελφὶς γὰρ φάμα τόδ' ἐθέσπισεν, ὄφρα γενοίμαν
Τᾶς κείνου νύμφας σῆμα καὶ ἱστορίη.

Δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις. ἐπὶ τῶν ἐν ἐκείνοις τινὰς παιδεύειν ἐθελόντων, ἐν οἷς ἤσκηνται. καὶ, Δελφῖνα πρὸς τὸ οὐραῖον δεῖς. ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων· διὰ τὸ εὐκίνητον καὶ ὀλισθηρόν.

Δελφύς. ἡ μήτρα. ἡ γαστήρ. ἔνθεν ἀδελφὸς, ὁ ἐκ τῆς αὐτῆς δελφύος.

Δέμνια. ἐγκοίτια στρώματα. καὶ Φυγοδέμνιος, ἡ παρθένος.

Δέμας. σῶμα. Δέμας πυρός. λείπει τὸ ὡς, ἵν' ᾖ, ὡς πῦρ.

Δέμω. αἰτιατικῇ. οἰκοδομῶ. ἐξ οὗ καὶ ἐδείματο.

Δεινάζων. βλασφημῶν. [3] Κακὰ δεινάζων ῥήματα.

Δενδίλλων.[4] τοῖς ὄμμασι νεύων.

Δένδρει. τῷ δένδρῳ.

Ξηρῶν[5] φανέντων δενδρέων, κενοὶ κόποι.

Δενδροκόμους. τὰς κομώσας τοῖς δένδροις. [6] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Δενδροκόμους κορυφάς.

Δενδρῶτις. ἡ τῶν δένδρων αὔξησις.

Δενδρυάζειν.[7] εἰς δρῦς καταδύεσθαι κυρίως. ἀπὸ τῶν παλαιῶν, ταῖς δρυσὶ σκέπῃ χρωμένων πρὸ τὰς οἰκίας εὑρεθῆναι. καὶ τὸ καθ' ὕδατος δύεσθαι, καὶ ἀποκρύπτειν ἑαυτόν.

Δενάτος. ὄνομα κύριον.

Δεξαμενή. Εἰς[8] τὸ ἱερὸν τῆς Σοφίας ἥκων, ἐς αὐτήν που τὴν θείαν δεξαμενὴν ἐξαπιναίως ἐκάθισεν. ἀλλὰ κἀνθένδε ἀφέλκειν αὐτὸν ἴσχυσεν. τουτέστιν, ἡ τράπεζα, ἡ τὰ θεῖα δεχομένη.

Δελφὸς ἀνὴρ στέφ. *Delphus vir coronam quidem gestat, at siti perit.* Hi enim, ut Apollini sacri, coronati quidem sunt, at cum inopia conflictantur.

Δελφοί. Templum Apollinis, sic vocatum, quod Apollo draconem Delphinem illic inventum interfecerit. Pytho vero, quod illic computruerit. Et Δελφὶς, pro Δελφικὴ, Delphica. *Delphicũ enim oraculum pronuntiavit, ut essem illius sponsæ monumentum & historia.*

Δελφῖνα νήχεσθαι διδ. *Delphinum natare doces.* In eos, qui aliquos iis rebus instituunt, in quibus sunt exercitati. Et, *Delphinum cauda ligas.* Dicitur de rebus, quæ fieri nequeunt: quoniam [cauda hujus animalis] est maxime mobilis & lubrica.

Δελφύς. Matrix. Venter. Uterus. Unde ἀδελφὸς, qui ex eodem utero prodiit, i. e. frater.

Δέμνια. Strata, in quibus cubamus. Lecti. Et Φυγοδέμνιος, fugiens lectos: epithetum virginis.

Δέμας. Corpus. Et δέμας πυρός. Instar ignis. Deest τὸ ὡς: ut sit, ὡς πῦρ, tanquam ignis.

Δέμω. Accusativo jungitur. Ædifico. Unde & ἐδείματο, ædificavit.

Δεινάζων. Maledicens. Convitians. [Sophocles:] *Convitia effutiens.*

Δενδίλλων. Oculis nuens, vel annuens.

Δένδρει. Idem quod δένδρῳ, arbori. *Cum aridæ apparuerint arbores, frustra laborabis.*

Δενδροκόμους. Arborum comis abundantes. Aristophanes *Nubibus: Montium vertices arboribus opacos.*

Δενδρῶτις. Arborum incrementum.

Δενδρυάζειν. Proprie, [cavas] quercus subire. Prisci enim mortalium ante inventa domicilia quercubus pro tectis utebantur. [Per translationem vero etiam significat,] aquam subire, & [quovis modo] se occultare.

Δενάτος. Dentatus. Nomen proprium.

Δεξαμενή. Aquarũ receptaculũ. *In templũ Sophiæ confugiens, in ipso sacro fonte repente supplex consedit. Sed & inde eum abstrahere valuit.* [Δεξαμενὴ hic est] mensa, in qua res sacræ reponuntur.

1 Δίψει δ' ἀπόλλυται] Metri gratia scribendum est, vel, δίψει δ' ἀπόλλυσιν, ut legitur in Vaticana Proverbiorum Appendice: vel, δίψει δ' ἀπόλωλως, ut habet Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* pag. 320. (219. Ed. Bas. P.) qui eundem versum proverbialem adducit.

2 Ἐστεφανωμένοι] Scribe, ἐστεφανωμένοι μέν εἰσι, ut habet Diogenianus; vel, ἐστεφανωμένοι περιίασιν, ut legitur in Vaticana Proverbiorum Appendice.

3 Κακὰ δεινάζων ῥήματα] Sophocles *Ajace* pag. 16. ut Portus monuit.

4 Δενδίλλων] Vide quæ de hac voce observat eruditus Enarrator. Apoll. Rhod. ad lib. III. v. 281.

5 Ξηρῶν φανέντων δενδρ.] Ex Astrampsycho.

6 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 140. (75. Ed. Bas. P.)

7 Δενδρυάζειν] Confer Etymologum.

8 Εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Σοφίας ἥκων, ἐς αὐτήν που τὴν θείαν δεξαμενὴν ἐξαπ.] Hæc sunt verba Procopii *Histor. Arcan.* cap. III. ubi Photium quendam, a Justiniano in custodiam missum, & fuga inde elapsum, primo ad sacram mensam in Virginis Deiparæ templo, & deinde ἐς τὴν δεξαμενὴν in templo Sophiæ supplicem confugisse refert. Τὰ μὲν πρῶτα, inquit Procopius, ἐς τὸν νεὼν τῆς Θεοτόκου φυγὼν τὴν ἱερὰν τράπεζαν ἱκέτης καθῆστο.——τὸ δὲ δεύτερον ἐς τὸ τῆς Σοφίας τὸ ἱερὸν ἥκων, ἐς αὐτήν που τὴν θείαν δεξαμενὴν ἐξαπιναίως ἐκάθισεν, ἣν δὴ μάλιστα πάντων σεβομίκασιν οἱ Χριστιανοὶ εἰῶθασιν. ἀλλὰ κἀνθένδε ἀφέλκειν αὐτὸν ἡ γυνὴ ἴσχυσεν. Hoc loco Suidas δεξαμενὴν interpretatur mensam sacram, τὴν τράπεζαν τὴν τὰ θεῖα δεχομένην; errore nimis supino: cum Procopius duo ista expresse a se invicem distinguat, & Photium, ut diximus, primo ad mensam sacram, & deinde ἐς τὴν δεξαμενὴν supplicem se recepisse scribat. Suidæ παρόραμα advertit Nic. Alemann. in notis ad locum hunc Procopii, sed in aliud non minus crassum incidit ipse, dum δεξαμενὴν *emissarium* interpretatur, & pro *cloaca* accipit, hoc est, pro conceptaculo illo, in quod aquæ, postquam usui sacro inservierant, defluebant. At quis cloacam illam, *sacram*, imo *divinam* appellet? Aut, quis apud Christianos eam in maxima veneratione esse dicat? Quare tam Suidæ quam Alemanni interpretatione valere jussa, probo sententiam doctissimi Gatakeri, qui ad Marc. Antonin. lib. VII. §. III. pag. 259. hunc ipsum locum Procopii excutiens, δεξαμενὴν interpretatur *fontem sacrum*, alias βαπτιστήριον & κολυμβήθραν a scriptoribus Ecclesiasticis dictum; quæ significatio loco huic optime convenit.

Δεξάμενος.

image
not
available

Πρὸς τὸ μαλθακώτερον,

Δεξιοῦ πρὸς ἀνδρός ἐστι, καὶ φύσει Θηραμένους. [1]οὗτος ὁ Θηραμένης τῶν τὰ πολιτικὰ πραττόντων ἦν. σκώπτει δὲ αὐτὸν ὡς εὐμετάβολον ὄντα, καὶ πρὸς τὸν καιρὸν ἁρμόζοντα. ὁ δὲ Θηραμένης οὗτος διδάσκαλος Ἰσοκράτους, Ἅγνωνος παῖς, Στειριεὺς τὸν δῆμον. τούτῳ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα πεπραγμένα, δύο δὲ τὰ μέγιστα καὶ σχετλιώτατα, [2]ἥ τε τῶν ἐν Ἀργινούσαις στρατηγῶν ἀπαγωγή, ἣν αὐτὸς συνεστήσατο μετὰ [3]Καλλιξένους· καὶ ἡ τῶν λ' ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου κατάστασις. τοιγάρτοι τῆς τοῦ βίου προαιρέσεως ἐπαξίως τῆς τελευτῆς ἔτυχεν. ὑπὸ γὰρ αὐτῶν τῶν τριάκοντα ἀνῃρέθη, Κριτίου κελεύσαντος αὐτόν. ἔνιοι δέ φασι καὶ καταφυγόντα ἐπὶ τὴν Ἑστίαν ἀποσπασθῆναι. τοῦτον διὰ τὴν ποικιλίαν τοῦ ἤθους [4]Κόθορνον ἐπεκάλουν, ἐπειδὴ ἑκατέρᾳ στάσει τῶν ἀντιπολιτευομένων ἑαυτὸν παρετίθει, καθομιλῶν πρὸς τοὺς καιρούς, καὶ τὸ συμφέρον ἑαυτοῦ τοῦ πιστοῦ προτιθέμενος· ἐπειδὴ καὶ ὁ κόθορνος ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ πρὸς τὰς ὑποδέσεις ἁρμόττει. δοκεῖ δὲ οὗτος καὶ τὰ τρία ψηφίσασθαι ἐπιζήμια, ἤ [5]δεσμεύεσθαι ἐν τῷ ξύλῳ, ἢ πιεῖν κώνειον, ἢ ἐκφυγεῖν. δοκεῖ δὲ οὗτος ἀπὸ Κέω τῆς νήσου εἶναι, οὐκ εἶναι δὲ γνήσιος, ἀλλὰ ποιητὸς υἱὸς τοῦ Ἅγνωνος. ὁ δὲ Θουκυδίδης αὐτὸν ἐπαινεῖ.

*cati, & plane Theramenis.* Hic Theramenes erat unus illorum, qui negotia civilia tractabant. Perstringit vero eum [Aristophanes,] ut hominem inconstantem & levem & tempori inservientem. Idem fuit Isocratis magister, filius Agnonis, & populo Steriensis: cujus cum multa alia sunt injuste facta, tum duo hæc maxima & gravissima: ducum nempe, qui ad Arginusas pugnaverant, damnatio, cujus ipse cum Callixeno auctor fuit; & xxx Tyrannorum ad evertendam populi libertatem constitutio. Quamobrem etiam dignum instituto suo finem vitæ habuit; ab ipsis quippe xxx interemptus, Critia eum damnante. Quidam ajunt, eum ex templo Vestæ, quo supplex confugerat, abstractum esse. Hic ob ingenium anceps & leve *Cothurnus* appellatus fuit, quod, cum Respubl. in duas factiones divisa esset, utrique sese adjungeret, temporibus semper inserviens, & majorem utilitatis quam fidei rationem habens. Nam & cothurnus tam virorum quam fœminarum pedibus aptus est. Idem etiam trium horum suppliciorum auctor fuisse videtur, ut damnati vel vinculis ligneis constringerentur, vel cicutam biberent, vel exilio mulctarentur. Videtur autem ex insula Ceo oriundus, nec Agnonis filius naturalis sed adoptivus fuisse. Hunc Thucydides laudat.

Δεξιοῦται. προσάγεται. [6]ξενοδοχεῖ. φιλοφρονεῖ.

Δεξιοῦται. Data dextra salutat. Hospitio excipit. Benevole excipit.

Δεξίωσις. ὑποδοχή.

Δεξίωσις. Susceptio.

Δέξιππος,[7] Δεξίππου, ὁ Ἑρέννιος χρηματίσας, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, γεγονὼς ἐπὶ Βαλεριανοῦ καὶ Γαλιήνου καὶ Κλαυδίου δευτέρου καὶ Αὐρηλιανοῦ τῶν βασιλέων Ῥωμαίων.

Δέξιππος. Dexippus, Dexippi filius, qui Erennius cognominatus est, orator, Atheniensis, vixit temporibus Valeriani & Galieni & Claudii secundi & Aureliani, Imperatorum Romanorum.

Δέξιππος, Κῷος, ἰατρός, Ἱπποκράτους μαθητής· ὃς μεταπεμφθεὶς ὑπὸ Ἑκατόμνω τοῦ Καρῶν βασιλέως, ἰάσασθαι αὐτοῦ τοὺς παῖδας ἀπογνωσθέντας Μαύσωλον καὶ Πιξώδαρον, ἐπὶ ὑποσχέσει ἰάσατο τοῦ παῦσαι τὸν πρὸς Κῴους Κᾶρας τότε αὐτοῖς ἐνεστῶτα πόλεμον. ἔγραψεν [8]Ἰατρικὸν βιβλίον ά. καὶ περὶ προγνώσεων β'.

Δέξιππος. Dexippus, Cous, medicus, Hippocratis discipulus, qui accersitus ab Hecatomno Carum Rege, ut ipsius filios Mausolum & Pixodarum, desperato morbo laborantes curaret, eos ea conditione sanavit, ut bellum quod tunc adversus Coos parabat, omitteret. Scripsit de Re Medica librum unum: & de Prægnitionibus duos.

Δεξιοί. οἱ εὐπαίδευτοι.

Δεξιοί. Docti. Eruditi.

Δέμος. [9]νόμος. ἢ δεσμός.

Δέμος. Lex. Vel, vinculum.

Δέομαι. γενικῇ. αἰτιατικῇ δέ. Τούτῳ τοίνυν ἐροῦμεν, ἃ δὴ δέομαί τε καὶ ἀντιβολῶ.

Δέομαι. Genitivo [jungitur.] Item accusativo: ut, *Huic dicemus, quæ peto & rogo.*

Δέον. ὅτι εἰ κείμενόν ἐστι, τὸν σπουδαῖον πολιτεύεσθαι, χρὴ διελομένους τὸ δέον παρ' ἑαυτοῖς· ὅταν σημαίνει καὶ τὸ καλόν, καὶ συμφέρον, καὶ τὸ ἀναγκαῖον. τὸ μὲν ἀναγκαῖον, ὅταν λέγωμεν, πᾶν τὸ γενόμενον δέον εἶναι καὶ φθαρῆναι. τὸ δὲ συμφέρον, ὅ-

Δέον. Id, quod oportet. Si ponatur, virum bonum Rempubl. administrare oportere, diversæ vocis δέον significationes distinguendæ sunt, quæ tres sunt. Nam & honestum significat, & utile, & necessarium. Necessarium, ut cum dicimus, quicquid natum est, opor-

1 Οὗτος ὁ Θηραμένης τῶν τὰ πολιτ.] Hæc, & omnia quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

2 Ἥ τε τῶν ἐν Ἀργινούσαις στρατηγ. ἀπαγ.] Historia est apud Xenophontem Ἑλληνικῶν lib. 1.

3 Καλλιξένους] Scribe Καλλιξένου, a recto Καλλίξενος. Sic enim appellatur a Xenophonte & Scholiasta Aristophanis loco laudato.

4 Κόθορνον ἐπεκάλουν] Vide quæ notavimus infra v. Θηραμένης.

5 Δεσμεύεσθαι] Sic rescripsi ex Scholiasta Aristophanis, cum ante male legeretur δημεύεσθαι.

6 Ξενοδοχεῖ] Vox hæc in prioribus Editt. deest, quam ex 2 MSS. Paris. revocavi.

7 Δέξιππος] Alium ab hoc puto esse Dexippum, cujus *Excerpta Legationes* hodie adhuc exstant: quamvis Meursius in *Bibliotheca Attica* secus statuat; quem vide.

8 Ἰατρικὸν βιβλίον ά] Scribe, Ἰατρικῶν βιβλίον ά.

9 Δέμος] Vox est suspecta, de qua amplius cogitandum censeo.

image
not
available

λάχνιον, τὸ τὰς οὐλὰς ἔχειν. σημαίνει δὲ τὸ κανοῦν, ἐν ᾧ ἀπετίθει τὰς οὐλάς.

Δέργμα. τὸ βλέμμα. ἐκ τοῦ δέρκω, τὸ βλέπω.

Δέραια. ἐπιτραχήλιος κόσμος.

Δεραιοπέδη. τὸ ἰξευτικὸν λίνον. ἐν Ἐπιγράμματι[1]

——Τάνδε πελειᾶν
Ἄρρηκτον Πίγρης τάνδε δεραιοπέδην.

λέγεται δὲ καὶ λαιμοπέδην.

Δέρη. τράχηλος. λέγεται καὶ δειρή.

Δερρίδιον. σκιάδιον δερμάτινον.

Δέρρις. δέρμα. βύρσα. ἢ τρίχινον παραπέτασμα.

Δερκευνέος. τοῦ λαγωοῦ· ἐπειδὴ δοκεῖ κοιμώμενος βλέπειν. Νίκανδρος εἰς τὸ ἀλεξιφάρμακον· Εὖτ' ἂν[2] ὑπὲρ φάρυγγος χεύῃ· πάντα δ' ἀεργὰ ἄπεπτα δόρπα. πολλάκι δ' ἢ σκύλακος δερκευνέος.

Δέρκειν. βλέπειν. καὶ δερκομένων, βλεπόντων.

Δερκυλλίδας.[3] ὄνομα κύριον. βασιλεὺς Λακεδαιμονίων.

Δερματικόν.[4] Λυκοῦργος λέγει τὸ ἐκ τῶν δερματίων τῶν πιπρασκομένων περιγινόμενον ἀργύριον.

Δέρμη. πόλις.

Δερμηστής.[5] Λυσίας μὲν τὸν σκώληκά φησιν οὕτω λέγεσθαι· Ἀρίσταρχος δὲ, τὸν ὄφιν. εἴη δ' ἂν μᾶλλον ὁ δέρματα ἐσθίων, ἐτυμώτερον οὕτω καλούμενος.

Δερμόπτερα ζῶα. οἷον νυκτερίς· ἥτις μόνη τῶν πτηνῶν ζώων καὶ γάλα ἔχει ἐν μαστοῖς, καὶ θηλάζει τὸ γεννώμενον.

Δερμύλλοντα. αἱμοποτοῦντα. ἢ ἐκδέροντα.

Δέρος. αἱ τοιαῦται εὐθεῖαι ἤτοι Ἰωνικαί εἰσιν, ἢ Δωρικαί· δέρος, κῶος. ἀπὸ γὰρ τοῦ δέρας καὶ κῶας πεποίηνται.

Δέρτρον.[6] ἐπίπλουν. ὁ δὲ Ἀρίσταρχος τὸ δέρμα καὶ πάντα τὸν χιτῶνα τὸν περὶ τοῦ ἥπατος. ἄμεινον δὲ τὸ ῥάμφος. δέρτρον, ἀπὸ τοῦ δέρειν, ὅπερ ἐστὶ κρούειν. τούτῳ δὲ διαῤῥήσσουσιν ἃ ἂν ἐσθίωσιν οἱ γῦπες τῇ κρούσει τοῦ ῥάμφους. καί ἐστι τὸ ὄνομα ῥηματικόν. ὡς παρὰ τὸ πλήσσω, πλῆκτρον· οὕτω καὶ παρὰ τὸ δέρω, δέρτρον.

Δέρτρου. τοῦ ἐντέρου τὸ λεπτὸν λέγει ὁ Ἱπποκράτης. [7]Φησὶ καὶ ὁ Ψελλός· Τοῦ δὲ ἐντέρου τὸ λεπτὸν κατονομάζει δέρτρον.

pleonasmo literæ β gaudent, ut in vocabulo ὀλβάχνιον, pro ὀλάχνιον, quod significat canistrum, in qua molas salsas reponebant; quasi dicas οὐλὰς ἔχον.

Δέργμα. Aspectus. Visus. A δέρκω, video.

Δέραια. Torques. Ornamentum colli.

Δεραιοπέδη. Vinculum aucupatorium, volucres strangulans. In Epigrammate: *Vinculum vero hoc aucupatorium, quod non facile rumpitur, Pigres [dedicavit.]*

Δέρη. Cervix. Collum. Dicitur & δειρή.

Δερρίδιον. Umbella ex pellibus confecta.

Δέρρις. Pellis. Corium. Vel velum ex pilis confectum.

Δερκευνέος. Leporis, [sic dicti,] quia dormiens videre putatur. Nicander in *Alexipharmacis: Postquam evomuerit cibum, antequam concoctus sit. Sæpe vel ex veloci lepore; [vel ex dama,* &c.]

Δέρκειν. Videre. Intueri. Et δερκομένων, videntium.

Δερκυλλίδας. Dercyllidas. Nomen proprium. Rex Lacedæmoniorum.

Δερματικόν. Sic Lycurgus vocat pecuniam, ex pellibus venditis redactam.

Δέρμη. Derme. Urbs.

Δερμηστής. Lysias vermem sic appellari tradit; Aristarchus vero, serpentem. At videtur potius sic appellari is, qui pelles corrodit & comedit, quoniam significatio ista ad etymologiam vocis hujus propius accedit.

Δερμόπτερα ζῶα. [Sic appellantur animalia volantia, quorum alæ non pennis sed cute constant;] ut vespertilio: qui solus inter volucres & lac habet in mammis, & fœtum suum lactat.

Δερμύλλοντα. Sanguinem bibentem. Vel, excoriantem.

Δέρος. Pellis. Hujusmodi casus recti vel Ionici sunt, vel Dorici: δέρος & κῶος. Nam a δέρας & κῶας formantur.

Δέρτρον. Omentum. Aristarchus vero sic vocari tradit pellem & omnem membranam, quæ est ante hepar. Præstat vero interpretari rostrum: quo sensu δέρτρον est a verbo δέρειν, quod significat tundere & pulsare. Vultures enim rostro tundentes frangunt, quicquid edunt. Est autem nomen verbale. Ut enim a πλήσσω fit πλῆκτρον: sic a δέρω δέρτρον.

Δέρτρου. Intestini tenuem partem sic vocat Hippocrates. Psellus etiam inquit: *Intestini partem tenuem voca δέρτρον.*

1 Ἐν Ἐπιγράμματι] Antholog. lib. VI. cap. XV. Epigr. IV. ut Portus etiam monuit.

2 Εὖτ' ἂν ὑπὲρ φάρυγγος κ.] Locus hic ex Nicandro ita scribendus est:

Εὖτ' ἂν ὑπ' ἐκ φάρυγγος χεύῃ παναεργέα δόρπα.
Πολλάκι δὲ σκύλακος &c.

Vide ibi Scholiastam.

3 Δερκυλλίδας] De eo vide Athenæum lib. XI. pag. 500.

4 Δερματικόν. Λυκοῦργος λέγει τὸ ἐκ τ.] Ex Harpocratione.

5 Δερμηστής] Harpocratio, ex quo notam hanc descripsit Suidas, habet δερμιστής, per ι.

6 Δέρτρον. ἐπίπλουν. ὁ δὲ Ἀρίσταρχος τὸ δ.] Nota hæc referenda est ad locum illum Homeri Odyss. Λ. v. 577.

Γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἔκειρον
Δέρτρον ἔσω δύνοντες.

Confer Etymologum.

7 Φησὶ καὶ ὁ Ψελλός· Τοῦ δὲ ἐντ.] Hic locus depromptus est ex libro quodam Pselli inedito, cujus mentionem fecimus supra v. Γεέρας.

Δέρω.

image
not
available

καὶ μὴ μέλλειν. κἂν μὴ ταχέως ἥκωσιν, ἐγὼ, μὰ τὸν Ἀπόλλωνα, κατὰ γῆς ἀποπέμψω.

Δεῦρο. τοῦτο τὸ ἐπίρρημα τινὲς ἐπὶ χρόνου τετάχθαι νομίζουσιν. οἱ δὲ ῥήτορες ἐπὶ τόπου πάντες αὐτῷ χρῶνται· ὡς Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου· Καὶ παρακαλεῖν τῷ μὲν φεύγοντι θαῤῥεῖν, ὅταν αὐτὸς δεῦρο παρέλθῃ. καὶ Ἀντιφῶν ἐν τῇ παρανόμων κατηγορίᾳ· Ναυμάχους ὡς περὶ δωρεῶν μὲν εἰπεῖν καλάγειν δεῦρο. καὶ Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Λεωχάρους· Περὶ τοῦ ταλαιπώρου Διδύμου νῦν πρὸς ὑμᾶς ἐρῶ. καί μοι δεῦρο αὐτοῦ τὸ παιδίον κάλεσον. Δημοσθένης· Ἀπόκριναι γὰρ δεῦρο ἀναστάς μοι. καὶ ἄλλοι ἕτεροι.

Δεύσας. βρέξας. Ὁ δὲ δεύσας τῷ αἵματι τοὺς δακτύλους, προσέγραψεν.

Δευσοποιός. βαφεύς. σημαίνει δὲ καὶ τὸν ἔμμονον καὶ δυσαπόπλυτον. [1] Δευσοποιός. κυρίως μὲν ἐπὶ τῆς πορφύρας λέγεται τὸ ὄνομα, τῆς ἔμμονον καὶ ἀνέκπλυτον ἐχούσης τὸ ἄνθος τῆς βαφῆς· ἐκ μεταφορᾶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πάντων, τῶν ἐχόντων τὸ χρῶμα ἔμμονόν τι καὶ πολυχρόνιον. καὶ δευσοποιὸς πονηρία. μετῆκται ἡ λέξις ἀπὸ τῶν καταβεβαμμένων ἐρίων. σημαίνει δὲ τὸ βέβαιον καὶ ἀνέκπλυτον τοῦ χρώματος. οἱ συγγραφεῖς δὲ ὅταν ἀμετακίνητόν τι δηλῶσαι βούλονται, καταχρῶνται τῇ λέξει καὶ ἐπ' ἄλλων. δύναται οὖν ἡ δευσοποιὸς πονηρία, ὑπερβάλλουσα εἶναι, καὶ ἧς οὐχ οἷόν τε περιγενέσθαι.

Δεύτατος. ὁ ἔσχατος. ἀπὸ τοῦ δεύεσθαι καὶ ἐνδεῖν.

Δεῦτε. παρακελεύσεως ἐπίρρημα.

Δευτεριάζειν.

Ἐγὼ [2] ἤδη διαπραξάμενος, παραδῶ σοι δευτεριάζειν.

τὸ ὕστερον διαπράττεσθαι.

Δεύτερος πλοῦς. ὅτε ἀποτυχών τις οὐρίου, κώπαις πλεῖ.

Δέφεσθαι. [3] Ἀριστοφάνης·

Ὑμᾶς δὲ θρῖα λαβόντας διαφόρου συκῆς,

Ἐν τοῖς προθύροις δέφεσθαι.

ἵνα κνησμὸν αὐτοῖς τὸ φύλλον ἐμποιῇ.

Δέφειν. τὸ τοῦ αἰδοίου τινὰ ἅπτεσθαι. καὶ δεφόμενος, ἀντὶ τοῦ ἀποδέρων τὸ αἰδοῖον.

Δέχεται καὶ βῶλον [4] Ἀλήτης. ἐπὶ τῶν πάντα πρὸς τὸ κρεῖττον ἐκδεχομένων τάττεται. ἢ ἁπλῶς, ἐπὶ τῶν [5] μηδένα προσιεμένων.

Δέψα. ἡ βύρσα.

Δεψῆσαι. ἁπαλῦναι.

Δεῖ. πρέπει. δ' ἔχει τὰ σημαινόμενα. ἀντὶ τοῦ



*cunctentur. Et nisi celeriter venerint, ego, per Apollinem, infra terram eos amandabo.*

Δεῦρο. Hoc adverbium quidam de tempore dici putant. Oratores vero omnes eo utuntur de loco: ut Æschines in oratione contra Timarchum: *Et reum bono animo esse jube, cum ipse huc accesserit.* Et Antipho in ea oratione, qua aliquem ob decreta contra leges facta accusat: *Qui prœlio navali interfuerunt, huc accedere jubeantur, ut causam dicant de muneribus acceptis.* Dinarchus in oratione contra Leocharem: *De misero Didymo nunc apud vos dicam. Quare ad me huc ipsius filiolum voca.* Et Demosthenes: *Responde mihi huc adstans.* Et sic alii.

Δεύσας. Qui rigavit. Qui madefecit. *Ille vero, cum digitos sanguine madefecisset, hæc adscripsit.*

Δευσοποιός. Tinctor. Significat etiam [colorem] permanentem, & qui difficulter elui potest. Proprie autem hæc vox dicitur de purpura, cujus color non est evanidus, sed permanens. Per metaphoram vero etiam dicitur de aliis omnibus, quæ colorem habent permanentem & diuturnum. Et δευσοποιὸς πονηρία, improbitas inveterata. Metaphora ducta est a lanis, quæ tinctæ sunt colore tali, qui diu durat, nec facile elui potest. Scriptores enim, cum aliquid stabile & firmum significare volunt, hac voce etiam de rebus aliis abutuntur. Δευσοποιὸς πονηρία igitur significare potest improbitatem summam, & quæ a nullo vinci potest.

Δεύτατος. Ultimus. Extremus. A verbo δεύεσθαι, indigere.

Δεῦτε. Huc agite. Adverbium adhortandi.

Δευτεριάζειν. Secundo loco, sive post alterum aliquid facere. *Cum ipse rem fecero, ejus tibi post me faciendæ potestatem faciam.*

Δεύτερος πλοῦς. Altera navigatio. Id est, cum quis vento secundo destitutus, remis navigat.

Δέφεσθαι. Glandem penis nudare. Aristophanes: *Vos autem foliis bis fructus ferentis ficus sumptis, in vestibulis penem subigetis.* [Ideo autem hoc eos facere debere ait,] ut folium pruritum in eis excitet.

Δέφειν. Penem nudare & subigere. Et δεφόμενος, penem nudans.

Δέχεται καὶ β. *Accipit & glebam Aletes.* Proverbium hoc dicitur de iis, qui omnia in meliorem partem accipiunt. Vel simpliciter de iis, qui omnia admittunt.

Δέψα. Corium.

Δεψῆσαι. Subigere. Mollire.

Δεῖ. Decet. Convenit. Quatuor habet si-

1 Δευσοποιός. κυρίως μὲν ἐπὶ τῆς πορφ.——πολυχρόνιον] Ex Harpocratione: qui præterea ad confirmandam vocis δευσοποιὸς significationem citat Platonem lib. v. *de Leg.* Sed memoria, ut puto, eum decepit; quoniam locus, ad quem Grammaticus ille respexit, extat apud Platonem lib. iv. *de Legibus*, pag. 449.

2 Ἐγὼ ἤδη διαπρ.] Apud Aristophanem *Ecclesiaz.* pag. 741. (499.) locus hic rectius ita legitur:

Ὅπως ἤδη 'γὼ διαπραξάμενος παραδῶ σοι δευτεριάζειν.

3 Ἀριστοφάνης] *Ecclesiaz.* pag. 745. (501. Ed. Bas. P.) ubi prior versus sic legitur:

Ὑμᾶς δὲ τινας θρῖα λαβόντας διαφόρου συκῆς.

4 Ἀλήτης] Interpretes vulgo vocem hanc exponunt *erro*, quasi sit nomen appellativum. At ego existimo esse nomen proprium viri, cujus meminit Pausanias in *Corinthiacis*.

5 Μηδένα προσιεμένων] Sensus requirit, ut scribatur [illegible] [illegible]: ut habet Michael Apostolius.

image
not
available

λίχνος. κρεαδίων γὰρ ἐπιδεικνυμένων αὐτῷ, κατήρχετο αὐτίκα.

Δειλανδρία. καὶ δειλανδρῶ.

Δείλαιος. ἄθλιος.

Δείλη ὀψία. ἡ περὶ δύσιν ἡλίου. Δείλη πρωΐα, ἡ πρὸ ἀρίστου ὥρα. ἢ μετὰ τὸ ἄριστον. Ξενοφῶν· Ἡνίκα δὲ δείλη ἐγένετο, ἐφάνη κονιορτός. καὶ κλίνεται δείλης.

Δείλης πρωΐας, καὶ δείλης ἑσπέρας. οὕτω λέγουσιν Ἀττικοί.

Δειλία. ὁ φόβος. Δειλία ἐστὶ κακία ἐν ἐνδείᾳ τῇ περὶ τάδε τινὰ τὰ πάθη, ἐναντία τῇ ἀνδρείᾳ καὶ τῇ θρασύτητι. καὶ κατὰ μὲν τὸ κακία εἶναι, καὶ ἀσυμμετρία. περὶ δὲ τὰ πάθη, ἐναντία ἐστὶ τῇ ἀνδρείᾳ. κατὰ δὲ τὸ ἐν ἐνδείᾳ περὶ τάδε εἶναι, τῇ θρασύτητι. οὔτε γὰρ τῇ θρασύτητι ἐναντία ἡ δειλία κατὰ τὸ κακία εἶναι· κοινωνεῖ γὰρ αὐτῇ τούτου· οὔτε τῇ ἀνδρείᾳ, κατὰ τὸ ἐνδείᾳ εἶναι κατὰ τάδε. οὐ γάρ ἐστιν ἐναντίον τὸ περὶ τάδε ἐνδεὲς τῷ περὶ τὰ αὐτὰ μέσῳ.

Δειλινήσας.[1] δείλης τοῦτο ποιήσας. καὶ δειλινὸς, δείλης.

Δειλοκομπήσας.[2] ἐξαπατήσας. Ἕρμιππος.

Δειλότερος τοῦ παρακύπτοντος. ἐπὶ τῶν σφόδρα δειλῶν. ἀνὴρ γάρ τις ἐγένετο δειλός· ὃς παρακύψας ἐκ σπηλαίου,[3] καὶ ἰδὼν τὸν Ἡρακλέα, κατέδυ εἰς τὸ σπήλαιον, καὶ διὰ δειλίαν ἀπέθανεν. καὶ ἑτέρα παροιμία· [4] Δειλότερος Πεισάνδρου.

Ἔνθα[5] καὶ Πείσανδρος ἦλθεν
Δεόμενος ψυχὴν ἰδεῖν, ἣ
Ζῶντ' ἐκεῖνον προὔλιπεν.

δειλὸς γὰρ ἦν καθ' ὑπερβολήν.

Δείλοψ. ὄνομα ἔθνους.

Δεῖμα. φόβος. Ἀῤῥιανός· Τοσόνδε αὐτοὺς δεῖμα, ὡς προσαγγέλλον τῶν δεινῶν, κατεῖχεν, ὥστε μὴ δύνασθαι ἀποστῆσαι τῆς ἐκπλήξεως.

Δειμαλέος. εὐλαβής. καὶ ὁ δειλίας καὶ φόβου ἐμποιητικός.

Κέρβερε δειμαλέην ὑλακὴν νεκύεσσιν ἰάλλων,
Ἤδη φρικαλέον δείδιθι καὶ σὺ νέκυν.

Δειμάμενοι. οἰκοδομήσαντες. καὶ δείμασθαι, οἰκοδομεῖν. καὶ δειμᾶν, ὁμοίως.

Δειμαλώδης. ὁ φοβερός.

Δειμάτων. φόβων. καὶ [6] δειματοῦται, φοβεῖται.

*plius tibi videri sceleſtiſſimum?* Hic Mercurius vocatur γλίσχρων, tanquam gulosus & catillo. Cum enim carnes ei oſtenderentur, illico deſcendit.

Δειλανδρία. Ignavia. Pavor. Et δειλανδρῶ, meticulosus ſum.

Δείλαιος. Miser. Infelix.

Δείλη ὀψία. Tempus vesperṭinum, quo Sol ad occaſum vergit. Et δείλη πρωΐα, tempus ante prandium, vel poſt prandium. Xenophon: *Circa tempus veſpertinum nubes pulveris apparuit.*

Δείλης πρωΐας. Tempore matutino. Et δείλης ἑσπέρας, tempore veſpertino. Sic Attici dicunt.

Δειλία. Timiditas. Metus. Timiditas eſt vitium, quod in defectu quorundam affectuum verſatur, contrarium fortitudini & audaciæ. Et quatenus quidem eſt vitium, eſt quædam inconcinnitas. Quatenus vero circa affectus verſatur, contraria eſt fortitudini. Et denique quatenus eſt defectus, [contraria eſt] audaciæ. Non enim timiditas contraria eſt audaciæ, quatenus eſt vitium; (id enim utrique commune eſt) neque fortitudini, quatenus in defectu verſatur. Defectus enim affectuum non eſt contrarius eorum medio.

Δειλινήσας. Qui aliquid tempore veſpertino fecit. Et δειλινὸς, veſpertinus.

Δειλοκομπήσας. Qui decepit. Hermippus.

Δειλότερος τοῦ παρακ. *Timidior es eo, qui corpore inclinato proſpectat.* Dicitur in homines valde meticulosos. Fuit enim vir quidam valde timidus, qui ex ſpelunca proſpectans, & Herculem conſpiciens, in eam ſe abdidit, & præ metu mortuus eſt. Et aliud proverbium: *Timidior Piſandro.* [Ariſtophanes:] *Illuc & Piſander venit, cupiens videre animam, quæ viventem illum deſeruerat.* Erat enim ſupra modum timidus.

Δείλοψ. Dilops. Nomen gentis.

Δεῖμα. Terror. Metus. Pavor. Arrianus: *Tantus enim metus quaſi malis jam appropinquantibus eos occupaverat, ut a conſternatione ſe recolligere non poſſent.*

Δειμαλέος. Timidus. Item qui metum ac timorem incutit. Terribilis. *Cerbere, qui terribilem mortuis latratum reddis, jam terribilem tu quoque mortuum metue.*

Δειμάμενοι. Qui ædificarunt. Et δείμασθαι, ædificare. Et δειμᾶν, idem.

Δειμαλώδης. Terribilis.

Δειμάτων. Terrorum. Et δειματοῦται, metuit.

1 Δειλινήσας] Heſychius, δειελιήσας. Et ſic Homerus Odyſſ. P. v. 599. ubi vide veterem Enarratorem.

2 Δειλοκομπήσας] Heſychius δειλοκοπήσας.

3 Καὶ ἰδὼν τὸν Ἡρακλέα, κατέδυ εἰς τὸ σπ.] Priores Editt. plura habent, quippe in quibus locus hic ita legitur: Καὶ ἰδὼν τὸν Ἡρακλέα [ἀπελιθώθη. ὃ δήμοσιν ἔτι ὃ νῦν ὁ λίθος ἀνθρωποειδής. φοβούμενος δὲ τὸν Ἡρακλέα,] κατέδυ &c. Sed verba duobus uncis incluſa in hac Editione prætermiſi, quoniam non ſolum in optimo & antiquiſſimo MS. Pariſ. deſunt, ſed etiam ſenſum inconcinnum reddunt. Non enim cohæret, ſi dicas, virum aliquem timidum, cum ex ſpelunca proſpectaret, & Herculem videret, in ſaxum diriguiſſe: & de eodem poſtea affirmes, cum metu Herculis in ſpeluncam ſe abdidiſſe, ibique mortuum eſſe. Quare exiſtimem, duplicem hic miſceri hiſtoriam, dicique debuiſſe, virum illum timidum ſecundum nonnullos quidem viſo Hercule in lapidem mutatum fuiſſe: ſecundum alios vero, in ſpeluncam ſe abdidiſſe & præ metu mortuum fuiſſe.

4 Δειλότερος Πεισάνδρου] Vide infra v. Εἰ π Πεισάνδρου, & v. Πεισάνδρου.

5 Ἔνθα καὶ Πείσανδρος ἦλθεν δεόμενος ψ.] Hæc ſunt verba Ariſtophanis *Avibus* pag. 612. (426. Ed. Baſ. P.)

6 Δειματοῦται] Sic MSS. Pariſ. At priores Editt. corrupte exhibent δειμᾶ τοῦται.

Δειμαίνει.

image
not
available

τράπελος καὶ πολιτικός. ἅμα δὲ τούτοις φιλέρασος. περὶ κοινῶν δὲ ἢ πολιτικῶν πραγμάτων ἀτενίσαι καὶ προϊδέσθαι τὸ μέλλον ἐμφρόνως, ἔτι δὲ παρασκευάσασθαι καὶ διαλεχθῆναι πρὸς πλῆθος εἰς τέλος ἀδύνατος. καί ποτε κεκινηκὼς ἀρχὴν μεγάλων κακῶν τῇ πατρίδι, τελείως οὐδὲν ᾤετο ποιεῖν· ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ἀγωγὴν ἦγε τοῦ βίου, προορώμενος οὐδὲν τῶν μελλόντων, ἐρῶν δὲ γὰρ καὶ κωθωνιζόμενος ἀφ' ἡμέρας, καὶ τοῖς ἀκροάμασι τὰς ἀκοὰς ἀνατεθεικώς. βραχεῖάν τέ τινα τῆς περιστάσεως ἔμφασιν ὁ Τίτος αὐτὸν ἠνάγκασε λαβεῖν. ἰδὼν γὰρ αὐτὸν παρὰ πότον ἐν μακροῖς ἱματίοις ὀρχούμενον, παραυτὰ μὲν ἐσιώπησε. τῇ δ' αὔριον ἐντυγχάνοντος αὐτοῦ, καί τι περὶ τῆς πατρίδος ἀξιοῦντος, ἐγὼ μὲν, ὦ Δεινοκράτη, πᾶν, ἔφη, ποιήσω τὸ δυνατόν· ἐπὶ δὲ σοῦ θαυμάζω, πῶς δύνῃ παρὰ πότον ὀρχεῖσθαι, τηλικούτων πραγμάτων ἀρχὴν κεκινηκὼς ἐν τοῖς Ἕλλησι. δοκεῖ δὲ τότε βραχύ τι συσταλῆναι, καὶ μαθεῖν, ὡς ἀνοίκειον ὑπόθεσιν τῆς ἰδίας αἱρέσεως καὶ φύσεως ἀποδέδωκε. πλὴν τότε παρεῖναι εἰς τὴν Ἑλλάδα μετὰ τοῦ Τίτου, πεπεισμένος ἐξ ἐφόδου τὰ κατὰ τὴν Μεσσήνην χειρωθήσεσθαι κατὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν.

ptusque, in consuetudine autem & convictu urbanus atque civilis, neque ab amore alienus. In rebus autem publicis ac civilibus animum intendere, & futura prudenter providere, seque adeo præmunire, & ad populum verba facere prorsus non poterat. Qui cum maximorum causas malorum in patria excitavisset, nullius momenti esse arbitrabatur quæ ageret, sed idem vitæ institutum tenebat, nihil in futurum prospiciens, sed amoribus ac poculis de die indulgens, ac symphoniacorum cantibus aures commodans. Tandem vero Titus ad statum, in quo res essent, leviter attendere eum coegit. Conspicatus enim hominem longa & ad talos demissa veste in convivio saltantem, tacuit tum quidem. Postridie vero, cum adiisset eum Dinocrates, & nescio quid patriæ causa rogaret: Equidem, inquit Titus, quod in me erit præstabo: cæterum te miror, Dinocrates, quo pacto in convivio tibi saltare lubeat, cum tantos motus in Græcia excitaris. Tum quidem paulisper ad se rediisse visus est, atque agnosse tandem, argumentum longe ab instituto ingenioque suo abhorrens abs se susceptum fuisse. Cæterum, tunc temporis inter Titi comites in Græciam venerat, persuasus, res Messeniorum ex arbitratu suo quamprimum constituendas esse.

Δεινόλοχος, Συρακούσιος, ἢ Ἀκραγαντῖνος, κωμικός. ἦν ἐπὶ τῆς ογ' Ὀλυμπιάδος, υἱὸς Ἐπιχάρμου· ὡς δέ τινες, μαθητής. ἐδίδαξε δράματα ιδ' Δωρίδι διαλέκτῳ.

Δεινόλοχος, Dinolochus, Syracusanus, aut Argentinus, Comicus, vixit Olympiade LXXIII. filius Epicharmi, aut, ut quidam tradunt, discipulus. Docuit fabulas XIV, Dorica dialecto [scriptas.]

Δεινομάχη. ὄνομα κύριον. καὶ Δεινόμαχος, ὄνομα κύριον.

Δεινομάχη. Dinomache. Nomen proprium. Et Dinomachus, nomen proprium.

Δεινόν.

Δεινὸν[1] μὲν, τὸ πάλαι κείμενον ἤδη κακὸν,
Ὦ ξεῖν', ἐπεγείρειν.

τουτέστι,[2] τὸ ἐπεγείρειν καὶ ἀνακινεῖν τὰ πάλαι συμβάντα, δυσχερές. ὅμως δὲ μαθεῖν ἐπιθυμῶ τὴν αἰτίαν τῆς πηρώσεως. καὶ Καλλίμαχος·

— Τί δάκρυον εὗδον ἐγείρεις

Ἀριστοφάνης·[3]

Δεινὸν γὰρ, οὕτως ὀμφακίαν πεφυκέναι
Τὸν θυμὸν ἀνδρῶν, ὥστε βάλλειν καὶ βοᾶν,
Ἐθέλειν τ' ἀκοῦσαι μηδὲν ἴσον ἴσῳ φέρον.

ἀντὶ[4] τοῦ ὠμὸν καὶ σκληρόν. μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν ὀμφάκων. ὅτε δὲ αἱ σταφυλαὶ δριμεῖαι οὖσαι καὶ ὕπω πέπειροι καλοῦνται. ἐκ γὰρ τοῦ ἐναντίου πέπανον τὸ ὥριμον καὶ ἡδύ. θηλυκῶς δὲ τὰς ὄμφακας. καὶ Πλάτων ὁ κωμικὸς ἐν δράματι Ἑορταῖς·

Καὶ τὰς ὀφρῦς χάσασθαι, καὶ τὰς ὄμφακας.

ἴσον δὲ ἴσῳ φέρον· ἀντὶ τοῦ, δίκαιον, καὶ ἐξ ἴσου. ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ κιρναμένου οἴνου πρὸς ἴσον ὕδωρ. λέγει δὲ κατ' ἴσον εἰπεῖν καὶ ἀκοῦσαι. Καὶ αὖθις· Ἀνθρώπους[5] ἐσθίειν βλέποντας, καὶ δεινοὺς κατὰ γαστέρα· λέ-

Δεινόν. Grave. [Sophocles:] *Grave est, hospes, malum jam olim sopitum rursus excitare.* [Scholiasta:] Molestum quidem est, eorum, quæ olim acciderunt, memoriam renovare: sed tamen cæcitatis causam cognoscere cupio. Et Callimachus: *Quid lacrymam dormientem excitas?* Aristophanes: *Molestum enim est, adeo duro & intractabili homines esse animo, ut lapidibus petant, & clamitent, & nihil æqui bonique audire velint.* Ὀμφακίαν hic significat immitem & durum: per translationem ductam ab uvis acerbis & immaturis, quæ ὄμφακες vocantur. Contra vero, quod est maturum, molle est & suave. Dicitur autem & genere fœminino τὰς ὄμφακας. Plato Comicus in fabula Ἑορταῖς: *Supercilia subduc & uvas immaturas.* Ἴσον ἴσῳ φέρον vero est justum & æquum: per metaphoram ductam a vino, quod cum pari aquæ quantitate miscetur. Intelligit autem æquam dicendi & audiendi potestatem. Et iterum: *Homines voraces, & ventri maxime deditos: Clisophos*

1 Δεινὸν μὲν, τὸ πάλαι κείμ.] Fragmentum hoc legitur apud Sophoclem *Oedip. Colon.* pag. 289. ut Portus monuit.

2 Τουτέστι, τὸ ἐπεγείρειν καὶ ἀνακ.——ἐγείρεις] Hæc sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Sophoclis.

3 Ἀριστοφάνης] *Acharnensibus* pag. 388. (289. Ed. Bas. P.)

4 Ἀντὶ τοῦ ὠμὸν καὶ σκληρόν. μεταφ.—— εἰπεῖν καὶ ἀκοῦσαι] Hæc sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

5 Ἐσθίειν βλέποντας] Infra v. Κλείσοφος, ubi fragmentum hoc repetitur, rectius legitur ἐσθίειν εἰδότας.

γὰρ δὴ Κλεισόφους τε, καὶ Θήρωνας, καὶ Στρουθίας, καὶ Χαιρεφῶντας.

*dico, & Therones, & Struthias, & Chaerephontes.*

Δεινοπαθεῖ. δεινῶς ἔχει. χαλεπὰ πάσχει.

Δεινοπαθεῖ. Graviter vexatur. Magnas molestias patitur.

Δεινόπους[1] ἀρά. ἡ διὰ τῶν ποδῶν δέος ἐμποιοῦσα.

Δεινόπους ἀρά. Dirae terribiles. Quasi, quae pedibus terrent.

Δεινός. πανοῦργος. ἱκανός. ἀκολάκευτος. σοφός. ἔμπειρος.

Λέγειν[2] σὺ δεινός· μανθάνειν δ' ἐγὼ κακὸς
Σοῦ. δυσμενῆ γὰρ καὶ βαρύν σ' εὕρηκ' ἐμοί.

ὁ νοῦς· Σὺ μὲν δεινὸς εἶ τοῦ λέγειν· ἐγὼ δὲ οὐ μετ' εὐνοίας σου ἀκούω διὰ τὴν δυσμένειαν.

Δεινός. Callidus. Ad aliquid faciendum aptus. Qui nullis blanditiis flectitur. Sapiens. Peritus. [Sophocles:] *Dicendi quidem peritus es: at ego aegre te audio. Inimicum enim & molestum mihi te expertus sum.* [Scholiasta:] Ipse quidem eloquens es & facundus; at te, ut inimicum mihi, aequis auribus audire non possum.

Δεινός. ὅτι[3] Δεκέβαλος, ὁ τῶν Δακῶν βασιλεύς, δεινὸς μὲν ἦν συνεῖναι τὰ πολέμια, δεινὸς δὲ καὶ πρᾶξαι, καὶ ἐπελθεῖν εὔστοχος, ἀναχωρῆσαι καίριος, ἐνέδρας τεχνίτης, μάχης ἐργάτης· καὶ καλῶς μὲν νίκῃ χρήσασθαι, καλῶς δὲ ἧτταν διαθέσθαι ἠπίστατο. ἀφ' οὗ δὴ καὶ ἀνταγωνιστὴς ἀξιόμαχος ἐπιπολὺ τοῖς Ῥωμαίοις ἐγένετο.

Δεινός. Decebalus, Dacorum Rex, in rebus bellicis intelligendis acutus, & gerendis strenuus erat: idemque hostem prudenti ratione aggredi, & opportuno tempore sese recipere, insidiasque struere, & proelium inire, & victoria recte uti, acceptamque cladem resarcire optime norat. Quamobrem adversus Romanos bella gerens, diu eis multum negotii facessivit.

Δεινός. λέγεται καὶ κατὰ τὴν τῶν λόγων δύναμιν.

Δεινός. Hoc vocabulum etiam dicitur de eo, qui facultate dicendi pollet.

Δεῖνος.[4] περισπωμένως, ὁ ψυκτήρ, ὃ παρ' ἡμῖν ψυκτεῖον λέγεται.

Δεῖνος. Cum circumflexo in priore syllaba, idem significat quod ψυκτήρ, sive, ut apud nos dicitur, ψυκτεῖον.

Δεῖν ᾠήθην. δεῖν εἶναι ὑπέλαβον.

Δεῖν ᾠήθην. Oportere putavi.

Δεινότητα. τήν τε τῶν λόγων δύναμιν δηλοῖ, τήν τε πανουργίαν.

Δεινότητα. Et facultatem dicendi significat, & calliditatem.

Δεινουμένην.[5] πατουμένην.

Δεινουμένην ὑπὸ βοῶν ἐμὴν ἐφύλαττον ἅλωνα.

Δεινουμένην. Calcatam. *Calcatam a bobus meam custodiebam aream.*

Δείνων. ὄνομα κύριον.

Δείνων. Dinon. Nomen proprium.

Δείνωσις. δεινότης. [6]σκότωσις.

Δείνωσις. Indignitatis exaggeratio. Vertigo.

Δεινωποί.[7] δειμαλέους. φοβεροί.

Δεινωποί. Terribiles. Formidabiles.

Δεινοί. ἔμπειροι. σοφοί. [8]Διὸ ἄμφω ἅπαντας ἀλλήλοιν ὠμοσάτην, ὅσοι δὴ ἐν Χριστιανοῖς δεινότατοι ὅρκοι εἰσί τε καὶ ὀνομάζονται, μή ποτε ἀλλήλοιν καταπροήσεσθαι ἄχρι τῶν ἐς τὸν ὄλεθρον φερόντων κινδύνων.

Δεινοί. Periti. Sapientes. *Quare juramentis omnibus, quae apud Christianos sanctissima habentur, adhibitis, alter alteri fidem suam adstrinxit, non deserturos se esse invicem, etiamsi supremum vitae discrimen subeundum sit.*

Δεινοὶ πλέκειν τὰς μηχανὰς Αἰγύπτιοι. ἐπὶ τῶν σφόδρα κακουργούντων. τοιοῦτοι γὰρ οἱ Αἰγύπτιοι. καὶ [9]Ὅμηρος· Δεινὸς ἀήτης. ὡς, Κλυτὸς Ἱπποδάμεια.

Δεινοὶ πλέκειν τὰς μηχ. *Aegyptii callidi sunt technarum & fraudum artifices.* Dicitur de hominibus callidis & improbis. Tales enim sunt Aegyptii. Et Homerus: *Vehemens ventus.* Dictum est ut κλυτὸς Ἱπποδάμεια, i. e. *Inclyta Hippodamia.*

Δείξαντες. Οἱ δὲ[10] αἰφνιδίως ἐπεχθέουσι τῷ τάγματι, καὶ διὰ τῆς φάραγγος δείξαντες, προσπίπτουσι τοῖς Ῥωμαίοις.

Δείξαντες. *Illi vero repente legionem invadunt, &, cum vallem transiissent, in Romanos impetum faciunt.*

1 Δεινόπους ἀρά. ἡ διὰ τῶν ποδῶν δ.] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Oedip. Tyran.* pag. 169. ut Portus etiam observavit.

2 Λέγειν σὺ δεινός. μανθ.] Duo hi senarii leguntur apud Sophoclem *Oedip. Tyran.* pag. 175.

3 Ὅτι Δεκέβαλος, ὁ τῶν Δακῶν βασ. δεινὸς μὲν ἦν συνεῖναι τὰ πολ.] Fragmentum hoc legitur apud Xiphilinum, vel potius Dionem in *Domitiano* pag. 330. 331.

4 Δεῖνος. περισπωμένως.] De significatione hujus vocis vide Athen. lib. xi. pag. 467.

5 Δεινουμένην] Vox haec corrupta est, cujus loco Portus putabat scribendum esse δινουμένην. Sed quid hoc? Omnino & sensus & metrum requirunt, ut legatur θεινομένην, a θείνω, tundo, vel verbero: sed quae vox alio loco ponenda est.

6 Σκότωσις] Haec interpretatio referenda est ad vocem δίνωσις, non δείνωσις: quarum illa ducta est a δίνη, haec vero a δεινός.

7 Δεινωποί. δειμαλέους. φοβεροί. † Δεινοί. ἔμπ.] Sic locum hunc ex MSS. Parif. supplevimus & distinximus, qui in prioribus Editt. ita legitur: Δεινωποί. δειμαλέους, φοβεροί. ἔμπειροι. &c. Excidit ibi nimirum vox δεινοί, & caetera, quae sequuntur, praecedentibus invito sensu continuantur: quam confusionem auctoritate MStorum ex hoc loco sustulimus.

8 Διὸ ἄμφω ἅπαντας ἀλλήλοιν ὅρκον.] Fragmentum hoc legitur apud Procopium *Histor. Arc.* cap. 2. ejusque pars repetitur infra v. Καταπροήσεσθαι.

9 Ὅμηρος] Il. O. v. 626.

10 Οἱ δὲ αἰφνιδίως ἐπεχ.] Fragmentum hoc Valesius ad Polybium refert; qui etiam recte monuit, pro δείξαντες hic scribendum esse διέξαντες. Nam alteram lectionem sensus omnino respuit.

Δείξεις. [1] Ὁ δὲ Ἀρκεσίλαος εἰς [2] τὰς τραπεζιτικὰς δείξεις ἀπήντα πρῶτος, συχνοῖς τε ἐπήρκει καὶ συνηράνιζε.

Δείξεις. *Arcesilaus vero ad mensas argentariorum primus accedebat, plurimisque suppeditabat sumptus, & pecunia collatitia eos ad juvabat.*

Δειπνητός. ὁ καθ' ἡμᾶς ἀρίστου καιρός. Δειπνίζω ἕτερον· δειπνῶ δὲ ἐγὼ αὐτός. καὶ δειπνεῖν. Καί τοι τὸν Ἀγαμέμνονα ἐποίησεν Ὅμηρος δειπνίζοντα τοὺς ἀρίστους. καὶ αὖθις· Ὑπόδεξαι ἡμᾶς καὶ δείπνισον.

Δειπνητός. Tempus prandii, quod nos καιρὸν ἀρίστου vocamus. Δειπνίζω est, alterum cœna excipio: δειπνῶ vero, cœno. *Quanquam Homerus Agamemnonem facit cœna excipientem* [*Græcorum*] *principes.* Et iterum: *Hospitio & cœna nos excipe.*

Δειπνολόχον. κλεψιτρόφον.

Δειπνολόχον. Furem ciborum.

Δεῖπνόν τοι ὦ Σκύθα. ζήτει ἐν τῷ Ἀκκιζόμενος.

Δεῖπνόν τοι ὦ Σκ. Ecce tibi cœnam, Scytha. Quære in v. Ἀκκιζόμενος.

Δεῖπνον. [3] τὸ πρωϊνὸν ἄριστον, ὅπερ ἀκρατισμὸς λέγεται. εἶτα περὶ ὥραν τρίτην, ἄριστον· παρὰ τὸ εἰς ἀριστείαν προέρχεσθαι. καὶ δεῖπνος, μεθ' ὃν δεῖ πονεῖν. εἶτα τὸ ἑσπερινὸν, δόρπος, παρὰ τὸ δόρυ παύειν. καὶ Ἀριστοφάνης· Δειπνεῖν με δίδασκε. ἐπὶ τῶν ἀδδηφάγων.

Δεῖπνον. Cibus, quem veteres mane sumebant, vocabatur ἀκρατισμός. Deinde circa horam tertiam ἄριστον, i. e. jentaculum, ita dictum, quod eo sumpto ad ἀριστείαν, i. e. strenue pugnandum exirent. Inde δεῖπνος, prandium, ita dictum, quod eo sumpto laborandum esset. Denique δόρπος, cœna, sic dicta, quod tunc hasta quiesceret. Et Aristophanes: *Cœnare me doce.* Dicitur de hominibus voracibus.

Δειπνοσοφισταί. βιβλίον ἐστὶν οὕτως ἐπιγραφόμενον (Ἀθήναιος δὲ ὁ γεγραφὼς ὄνομα) ὅ ἐστιν ἐπωφελές. Οὐλπιανὸς, [4] εἷς τῶν Δειπνοσοφιστῶν, ὃς Κειτούκειτος ἐκλήθη, διὰ τὸ συνεχῶς [5] προβάλλειν, εἰ κεῖται ὥρα ἐπὶ τοῦ τῆς ἡμέρας μορίου· καὶ εἰ ὁ μέθυσος ἐπὶ ἀνδρός· ἢ μήτρα ἐπὶ τοῦ ἐδωδίμου βρώματος· σύαγρός τε εἰ κεῖται ἐπὶ τοῦ συός. καὶ νόμον εἶχεν ἴδιον μηδενὸς ἀπογεύεσθαι, πρὶν εἰπεῖν κεῖται ἢ οὐ κεῖται.

Δειπνοσοφισταί. Est liber, qui sic inscribitur, valde utilis, cujus Athenæus auctor est. Ulpianus autem est unus Dipnosophistarum, qui Κειτούκειτος appellabatur, quod crebro in ore habere soleret [κεῖται ἢ οὐ κεῖται]: quærens scilicet, an vox] ὥρα apud scriptorem aliquem pro parte diei posita inveniretur: an μέθυσος pro viro ebrio: an μήτρα pro edulio; & an σύαγρος pro apro, vel sue. Idem hanc sibi legem indixerat, ne de ullo cibo comederet, prius quam dixisset, κεῖται ἢ οὐ κεῖται, i. e. exstat ne an non?

Δειπνοφόροι. [6] αἱ φέρουσαι τοῖς κατακεκλιμένοις ἐν τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερῷ τὰ δεῖπνα.

Δειπνοφόροι. Sic vocabantur illæ, quæ in Minervæ templo accumbentibus cœnam ministrabant.

Δειρά. καὶ δειράδες, οἱ τραχώδεις τόποι τῶν ὀρῶν.

Τὸν [7] πάρος Ὀρβηλοῖο μεμυκότα δειράσι ταῦρον.

Δειρά. [Pro δειρή,] collum, cervix. Et δειράδες, juga montium. [In Epigrammate:] *Taurum, qui ante in Orbeli montis jugis mugiit.*

Δειραδιώτης. [8] δῆμός ἐστι τῆς Λεοντίδος Δειράδες. ἀφ' οὗ ὁ δημότης Δειραδιώτης.

Δειραδιώτης. Diratiotes. Dirades, est populus tribus Leontiæ: cujus popularis dicitur Diratiotes.

Δειραχθείς. τὸ τὴν δειρὴν ἀλγῦνον. [9] Δειραχθὲς εὔβροχον ἅμμα πελειῶν.

Δειραχθείς. Quod collum stringit & premit. [In Epigrammate:] *Bene nexum vinculum aucupatorium, collum avium stringens.*

Δειρή. ὁ τράχηλος.

Δειρή. Cervix. Collum.

Δεῖσα. ἡ ὑγρασία.

Δεῖσα. Humor. Humiditas.

Δεισαλέα. κοπρώδη. δεῖσα γὰρ, ἡ κόπρος.

Δεισαλέα. Stercorea. Δεῖσα enim est stercus.

Δείσαντες. φοβηθέντες. καὶ δείσας, φοβηθείς. Ἡρόδοτος· Ὁ δὲ δείσας περὶ τοῖς Ἕλλησι, μὴ οὐ δύνωνται τὸν βάρβαρον ὑπερβαλέσθαι. καὶ Ἀππιανός· Δείσας ὁ Καῖσαρ περὶ τῷ Κικέρωνι, ὑπέστρεφεν εἰς τοὐπίσω. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ δείσας περί τε οἱ αὐτῷ καὶ τῇ πόλει.

Δείσαντες. Metuentes. Et δείσας. Metuens. Herodotus: *Ille vero metuens, ne Græci Barbarum superare non possent.* Et Appianus: *Cæsar Ciceroni metuens, reversus est.* Et iterum: *Ille vero & sibi ipsi & civitati metuens.*

1 Ὁ δὲ Ἀρκεσίλαος εἰς τὰς τραπ.] Fragmentum hoc legitur apud Laertium lib. IV. Segm. XXXIV.

2 Ἐς τὰς τραπεζιτικὰς δ.] Loci hujus sensum optime exponit Salmasius *de Fœn. Trapezit.* pag. 547. 548. quem vide.

3 Δεῖπνον. τὸ πρωϊνὸν ἄριστον, ὅπερ ἀκρ.] Vide Scholiastam Homeri ad Il. Ω. v. 124. & Athen. lib. I. cap. IX.

4 Οὐλπιανὸς, εἷς τῶν Δειπνοσοφιστῶν ὃς Κειτ.] Hæc, & quæ sequuntur, sumpta sunt ex procemio, quod libris Athenæi præfixum est; eademque repetuntur infra v. Κειτούκειτος.

5 Προβάλλειν, εἰ κεῖται ὥρα ἐπὶ τοῦ τ.] Sic locum hunc ex MSS. supplevi, qui in prioribus Editt. ita legitur, προβάλλειν κεῖται ἐπὶ τοῦ &c.

6 Δειπνοφόροι. αἱ τοῖς κατακ.] Plenius hæc de re Harpocratio: ex quo Suidas. Vide etiam Meurs. *Græc. Fer.* v. Ὠσχοφόρια.

7 Τὸν πάρος Ὀρβηλ.] Hexameter hic est pars Epigrammatis, quod integrum legitur Antholog. lib. VI. cap. XV. Epigr. XXIII.

8 Δειραπιώτης] Scribe Δειραδιώτης, ut habet Harpocratio, ex quo Suidas.

9 Δειραχθὲς εὔβροχον ἅμμα πελ.] Fragmentum hoc legitur Antholog. lib. VI. cap. XV. Epigr. VII.

Δεισιδαι-

image
not
available

Δηΐα.[1] καταπεπολεμημένη. κατακεκαυμένη. ἢ δηΐα, πεπονθυῖα. κοινῶς, πολεμία. Ἀττικῶς, δύστηνε. Σοφοκλῆς·

Ὦ δαΐα Τέκμησσα, δύσμορον γένος.

Δηΐα. Bellis vexata. Combusta. Vel, quæ mala passa est. Communiter ita vocatur hostis. Attice vero, infelix, misera. Sophocles: *O misera Tecmessa, genus infelix.*

Δηϊάνειρα. ὄνομα κύριον.

Δηϊάνειρα. Deianira. Nomen proprium.

Δηϊδάμεια. ὄνομα κύριον.

Δηϊδάμεια. Deidamea. Nomen proprium.

Δηϊόκεω. ὅτι [2] Ἀλυάττης Κυαξάρῃ τε τῷ Δηϊόκεω ἀπογόνῳ ἐπολέμησε, καὶ Μήδοισι, Κιμμερίους τε ἐκ τῆς Ἀσίας ἐξήλασε.

Δηϊόκεω. Deiocis. Alyattes Cyaxari, Deiocis nepoti, Medisque bellum intulit, & Cimmerios ex Asia expulit.

Δηϊονεύς. ὄνομα κύριον.

Δηϊονεύς. Deioneus. Nomen proprium.

Δηϊοπίστης.[3] ὄνομα κύριον.

Δηϊοπίστης. Deiopistes. Nomen proprium.

Δήϊος. ὄνομα κύριον.

Δήϊος. Deius. Nomen proprium.

Δηϊοτῆτος. μάχης.

Δηϊοτῆτος. Pugnæ. Prœlii.

Δηϊώ. ὄνομα κύριον.

Δηϊώ. Deio. Nomen proprium.

Δηϊῶν. διακόπτων.

Δηϊῶν. Dissecans.

Δηΐπυλος. ὄνομα κύριον.

Δηΐπυλος. Deipylus. Nomen proprium.

Δηΐπυρος.[4] ὄνομα κύριον.

Δηΐπυρος. Deipyrus. Nomen proprium.

Δηΐφοβος. ὄνομα κύριον.

Δηΐφοβος. Deiphobus. Nomen proprium.

Δηλαδή. φανερῶς.

Δηλαδή. Palam. Manifeste.

Δηλαϊστή. ἐλεεινή. ἀθλία.

Δηλαϊστή. Miseranda. Misera.

Δηλάτωρ. ὁ κατήγορος. καὶ δηλάτωρες. Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων τὸ τῆς δηλατωρείας πάθος τιμωρεῖται πρὸς τοῖς ἄλλοις ἔργοις.

Δηλάτωρ. Delator. Et δηλάτωρες, delatores. Anastasius Imperator Romanorum præter alia etiam delationis crimen ultus est.

Δηλατωρείαι. αἱ τῆς καταστάσεως τοῦ δημοσίου φόρου ἀποδείξεις. παρὰ Ῥωμαίοις αἱ εἰσαγγελίαι.

Δηλατωρείαι. Indicia, quæ deferuntur de publico tributo alicubi instituto. Apud Romanos ita vocantur delationes & accusationes.

Δήλεια. καὶ Δηλιάς.

Δήλεια. Delia. [Festum.] Et Δηλιάς, Deliaca.

Δηλίου [5] κολυμβητοῦ. τοῦτο ἐρρέθη εἰς βίβλον Ἡρακλείτου, διὰ τὸ δυσνόητον, Δηλίου τινὸς δεῖσθαι κολυμβητοῦ, ὃς οὐκ ἀποπνιγήσεται ἐν αὐτῷ. ἐπιγράφουσι δὲ αὐτὸ, οἱ μὲν, Μούσας· οἱ δὲ, Περὶ Φύσεως· Διόδοτος δὲ, Ἀκριβὲς οἰάκισμα πρὸς στάθμην βίου· ἄλλοι, [6] Γνώμην ἠθῶν· [7] Κόσμον τρόπων ἑνὸς τῶν ξυμπάντων. ἢ οὕτως. Δηλίου κολυμβητοῦ. ἐπὶ τῶν ἄκρως νηχομένων. Σωκράτει γὰρ δόντος τοῦ Εὐριπίδου Ἡρακλείτου τοῦ Σκοτεινοῦ σύγγραμμα, ἐρέσθαι, τί δοκεῖ; τὸν δὲ φάναι· Ἃ μὲν συνῆκα, γενναῖα· οἶμαι δὲ καὶ ἃ μὴ συνῆκα. πλὴν Δηλίου δεῖται κολυμβητοῦ, εἰς τὸ μὴ ἀποπνιγῆναι ἐν αὐτῷ. καὶ παροιμία· Δήλιος κολυμβητής. ἐπὶ τῶν πάνυ ἐμπείρων νήχεσθαι.

Δηλίου κολυμβητοῦ. Delii natatoris. De libro Heracliti, qui valde obscurus erat & intellectu difficilis, dicebatur, Delium natatorem esse oportere, qui in eo non submergatur. Hunc librum alii inscribunt, *Musas*: alii, *de Natura*. Diodotus vero, *certam vitæ dirigendæ rationem secundum normam* [*virtutis.*] Alii, *Regulam morum.* [Alii,] *Ornamentum morum.* Vel sic. *Delii natatoris.* Dicebatur de iis, qui natandi peritissimi erant. Euripides enim, cum Heracliti Σκοτινὸς vocati librum Socrati [legendum] dedisset, interrogasse fertur, quid ei videretur? Illum vero respondisse: *Ea quidem, quæ intellexi, præclara sunt: puto item & ea, quæ non intellexi: sed Delium natatorem esse oportet, qui in iis non suffocetur.* Et proverbium: *Delius natator.* Dicitur de iis, qui sunt natandi peritissimi.

Δηληγατίων. κατὰ Ῥωμαίους ἡ ἐκταγὴ τοῦ σιτοπομπείου, καὶ ἡ ἀννωνῶν μετακομιδή.

Δηληγατίων. Delegatio. Sic apud Romanos vocatur procuratio rei frumentariæ, & annonæ transportatio.

Δήλημα. βλάβη. δηλήμων, ὁ βλαπτικός. δηλήσεται, βλάψει, διαφθερεῖ. καὶ δήλησις, ἡ βλάβη.

Δήλημα. Damnum. Læsio. Δηλήμων. Qui lædit. Qui nocet. Δηλήσεται. Lædet. Perdet.

1 Δηΐα. καταπεπολ.] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Ajacem* pag. 47. ut Portus etiam monuit.

2 Ὅτι Ἀλυάττης Κυαξάρῃ τε τῷ Δηϊόκεω] Hæc sunt verba Herodoti libro 1. pag. 4.

3 Δηϊοπίστης] Imo Δηϊοπίτης. Vide Homerum Il. Λ. v. 420.

4 Δηΐπυρος] Ejus meminit Homerus Il. I. v. 83.

5 Δηλίου κολυμβητοῦ ——— ἑνὸς τῶν ξυμπάντων] Hæc leguntur apud Laertium *Heraclito*, Segm. XII. unde Suidas.

6 Γνώμην ἠθῶν] Malim Γνώμονα ἠθῶν, i. e. *Indicem morum.*

7 Κόσμον τρόπων ἑνὸς τῶν ξυμπάντων] Quamvis sic etiam legatur apud Laertium, locum hunc tamen suspectum habeo, qui sic fortasse scribendus & distinguendus est: Κόσμον τρόπων. Ἕνα αὐτὸν ξυμπάντων. i. e. *Ornamentum morum. Unum instar omnium.* Videtur enim liber Heracliti præter alios titulos splendidos & ambitiosos etiam hunc habuisse, Ἕνα αὐτὸν ξυμπάντων: quasi liber iste esset unus instar omnium, & qui eum legeret, reliquis carere facile posset. Hæc est mea de loco isto conjectura, quam tamen non ita probo & amplector, ut non eam indictam velim, si quis sit, qui meliora docere me voluerit.

Λῃστὰς ἐπελθόντας ἐπὶ δηλήσει τῶν βοῶν Θεσπιάδου.

Δηλητήριον. Φάρμακον.

Δηλιάς.[1] ἡ ναῦς. καὶ ἡ Δημήτηρ. καὶ κύριον ὄνομα.

Δηλιασταί.[2] οἱ εἰς Δῆλον ἐξελθόντες θεωροί. οὕτω Λυκοῦργος.

Δήλιος. ὁ ἀπὸ τῆς Δήλου. Δῆλος γὰρ ἡ νῆσος τοῦ Ἀπόλλωνος.

Δήλων.[3] ὁράσεων. καὶ δῆλοι, ὁράσεις, ἐνύπνια.

Δημαγωγεῖ. στρατηγεῖ. ἄρχει τοῦ δήμου.

Ὃς[4] ἑπτέτης ὢν οὐκ ἔφυσε φράτορας.
Νυνὶ δὲ δημαγωγεῖ.

τουτέστιν, οὐκ ἐνεγράφη εἰς τοὺς φράτορας.

Δημαγωγικός. στρατηγικός. [5] Πολύβιος· Μολπαγόρας, ἀνὴρ λέγειν καὶ πράττειν ἱκανός, κατὰ δὲ τὴν αἵρεσιν[6] δημαγωγικὸς καὶ πλεονέκτης· ὃς μοναρχικὴν ἐξουσίαν ἑαυτῷ περιποιησάμενος, ἀνῃρέθη παρά τινων. Καὶ αὖθις· Ἡ[7] δημαγωγία δὲ οὐ πρὸς μουσικοῦ ἔτι ἀνδρός, οὐδὲ χρηστοῦ τοὺς τρόπους, ἀλλ' εἰς ἀμαθῆ καὶ βδελυρόν. Ἀριστοφάνης φησί.

Δημαγωγός. Ἀνδρὸς δημαγωγοῦ μεταπείσαντος αὐτόν. τουτέστι, τοῦ δήμου ἄρχοντος. Ὁ[8] Φλαμίνιος ὀχλοκόπος καὶ δημαγωγὸς τέλειος, πρὸς ἀληθινῶν δὲ καὶ πολεμικῶν πραγμάτων χειρισμὸν οὐκ εὐφυής.

Δημάδης, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, καὶ δημαγωγὸς πανοῦργος καὶ εὐτυχής·[9] πρότερον ναύτης ὤν. ἔγραψεν[10] ἀπολογισμὸν πρὸς Ὀλυμπιάδα τῆς ἑαυτοῦ δωδεκαετίας. ἱστορίαν περὶ Δήλου, καὶ τῆς γενέσεως τῶν τῆς Λητοῦς παίδων. οὗτος κατέλυσε τὰ δικαστήρια καὶ τοὺς ῥητορικοὺς ἀγῶνας. τελευτᾷ δὲ ἐπὶ Ἀντιπάτρου.

Δημάδης, μετ'[11] Ἀντίπατρον βασιλεύσας, Θήβας ἀνέστησε, Δημαίου ναύτου, ναύτης αὐτός, καὶ ναυπηγὸς καὶ πορθμεύς. ἀποστὰς δὲ τούτων ἐπολιτεύσατο, καὶ ἦν προδότης, καὶ ἐκ τούτου εὔπορος πάνυ, καὶ κτήματα ἐν Βοιωτίᾳ παρὰ Φιλίππου δωρεὰν ἔλαβεν. οὗτος Δημοσθένει λέγοντι ὑπὲρ Ὀλυνθίων ἀντέλεγεν· Εὐθυκράτη δὲ τὸν Ὀλύνθιον, ἀτιμωθέντα παρὰ

Corrumpet. Et δήλησις. Læsio. Damnum. *Latrones, qui advenerant, ut Thespiadis boves læderent.*

Δηλητήριον. Venenum.

Δηλιάς. Navis Deliaca. Est etiam epithetum Cereris. Item nomen proprium.

Δηλιασταί. Sic vocabantur legati, qui [quotannis] sacrorum causa in Delum insulam mittebantur. Sic Lycurgus.

Δήλιος. Qui est ex Delo. Delus enim erat insula, Apollini sacra.

Δήλων. Visionum. Et δῆλοι, visiones, somnia.

Δημαγωγεῖ. Est populi dux. Populum regit. [Aristophanes:] *Qui cum septennis esset, non edidit tribules. Nunc vero orator est apud populum gratiosus.* Id est, in album tribulium relatus non est.

Δημαγωγικός. Qui facultate dicendi multum apud populum valet. Polybius: *Molpagoras erat vir ad dicendum & ad agendum promptus, &, quod ad vitæ ejus institutum attinet, orator popularis, & supra cæteros eminere studens. Hic cum regiam potestatem sibi comparasset, a quibusdam interfectus est.* Et iterum: *Reipubl. & populo non amplius præsunt viri eruditi & probi; sed res ista ad viros indoctos & flagitiosos recidit.* Aristophanes inquit.

Δημαγωγός. Qui gratia & auctoritate multum apud populum valet. Orator popularis. *Cum vero orator popularis eum a sententia dimovisset.* † *Flaminius quidem erat plebicola, & populi favorem quovis modo aucupabatur: sed ad rem bellicam administrandam & vera certamina ineptus erat.*

Δημάδης. Demades, Atheniensis, orator, & plebicola, homo callidus & fortunatus: qui ante nauta fuerat. Scripsit orationem ad Olympiadem, in qua duodecennii sui rationes reddit. Item, historiam Deli, & de ortu liberorum Latonæ. Idem judicia & certamina oratorum sustulit, & sub Antipatro obiit.

Δημάδης. Demades, Demææ nautæ filius, & ipse nauta, & naupegus, & portitor: sed qui eo instituto vitæ relicto ad negotia Reip. tractanda postea se contulit, & ob venalem fidem opulentissimus evasit, Philippo possessiones in Bœotia ipsi donante. Hic contra Demosthenem Olynthiorum causam agentem dixit, & Euthycratem Olynthium, ab A-

1 Δηλιάς. ἡ ναῦς] Hæc navis etiam dicebatur Θεωρίς. Vide infra v. Θεωρίς.

2 Δηλιασταί. οἱ εἰς Δῆλον ἐξελθ.] Ex Harpocratione.

3 Δήλων. ὁράσεων] Hoc sensu vox ista accipitur apud LXX Interpretes, ad quos Suidas respexit.

4 Ὃς ἑπτέτης ὢν οὐκ ἔφ.] Hæc sunt verba Aristoph. *Ranis* pag. 231. (147. Ed. Bas.)

5 Πολύβιος. Μολπαγόρας ἀνὴρ λέγ.] Fragmentum hoc Polybii legitur in Excerptis a Valesio editis, p. 65. unde id Suidas deprompsit. Confer etiam infra v. Μολπαγόρας.

6 Αἵρεσιν] In Excerptis modo laudatis legitur αἵρεσιν, uti etiam hic apud Suidam legendum est.

7 Ἡ δημαγωγία δὲ οὐ πρὸς μουσ.] Locus hic ex Aristoph. *Equit.* pag. 297. (200. Ed. Bas. P.) sic scribendus & distinguendus est:
Ἡ δημαγωγία γὰρ οὐ πρὸς μουσικοῦ
Ἔτ' ἐστὶν ἀνδρός, οὐδὲ χρηστοῦ τοὺς τρόπους,
Ἀλλ' εἰς ἀμαθῆ καὶ βδελυρόν.

8 Ὁ Φλαμίνιος ὀχλοκόπος καὶ δημαγωγ.] Fragmentum hoc legitur apud Polybium lib. III. cap. LXXX. ejusque pars repetitur infra v. Ὄχλος.

9. Πρότερον ναύτης ὤν] Idem testatur Syrianus in Hermogenem: Οἷον Δημάδης, ὅς ἀπὸ τῆς κώπης ἀνέστη, τὸ δὴ λεγόμενον, ἐπὶ τὸ βῆμα πεπήδηκεν. i. e. *Ut Demadis, qui a remo illotis, ut ajunt, manibus ad tribunal transiluit.* Et Quintilianus lib. II. cap. XVII. *Ad cujus rei confirmationem afferunt Demadem remigem & Æschinem hypocriten oratores fuisse.* Hæc duo loca etiam ante me observasse video Meursium in *Bibliotheca Attica.*

10 Ἔγραψεν ἀπολογισμὸν πρὸς Ὀλυμπ. τῆς ἑαυτοῦ δωδεκ.] Hujus orationis fragmentum hodie adhuc exstat inter orationes veterum oratorum Græcorum.

11 Μετ' Ἀντίπατρον βασιλεύσας, Θήβας ἀνέστησε] Hæc verba oscitantia librariorum loco movit, quæ collocanda sunt post vocem ultimam articuli præcedentis, & sic legenda, ὃς μετ' Ἀλέξανδρον βασιλεύσαντα, Θήβας ἀνέστησε.

Ἀθηναίοις, ἐψηφίσατο ἐπίτιμον εἶναι καὶ πρόξενον Ἀθηναίων. λόγους δὲ διδοὺς ἀρχῆς, θορυβηθεὶς ἀπεδήμησεν, οὔτε ἑαυτῶν, εἰπὼν, ἐστὲ κύριοι, οὔτε ἐμοῦ. ἐπέστελλε δὲ Φιλίππῳ, καὶ τὸν υἱὸν ἔπεμπε πρὸς αὐτόν. ἱπποτρόφει δὲ καὶ ἠγωνίζετο Ὀλυμπιάσι, καὶ ἐνίκα. ἔγραψε δὲ καὶ ψήφισμα, τῷ Φιλίππῳ τοὺς Ἕλληνας ὑπακούειν. ἐν Χαιρωνείᾳ δὲ αἰχμάλωτος γενόμενος, ἀφείθη, καὶ [1] πρεσβευτὴς ὑπὲρ τῶν αἰχμαλώτων ἀπεστάλη, οὓς ἀνῆκε Φίλιππος. δὶς δὲ παρανόμων ἑάλω. ἐπολιτεύσατο δὲ καὶ ἐπ' Ἀλεξάνδρου.

Δημάδης, Λακιάδης, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ. τοῦτον εἰσεποίησεν ὁ πρότερος Δημάδης, ὁ καὶ δημαγωγὸς, ἀπὸ αὐλητρίδος τεχθέντα. πατὴρ δὲ καὶ αὐτὸς Δημέου τοῦ ῥήτορος γέγονε, καὶ ἀπώλετο ῥιφεὶς εἰς τὴν Ἀμφιπόλεως λίμνην ὑπὸ Ἀντιπάτρου, τοῦ Κασάνδρου πατρὸς, καὶ διαδόχου.

Δημάρατος, Πατροκλέους ἀπόγονος, ὑπὸ Κλεομένους τοῦ Εὐρυσθένεως ἀπογόνου, ὃς Ἱππίαν καθεῖλε συμβασιλεύων, [2] ἐκβέβληται ὡς νόθος· διότι τεχθέντος αὐτοῦ, καὶ ἀγγελθέντος Ἀρίστωνι τῷ πατρὶ, λογισάμενος ὁ πατὴρ τὸν ἀπὸ γάμου χρόνον ἐλάττονα δέκα μηνῶν ὄντα, οὐκ ἐμὸς παῖς οὗτός ἐστιν, ἔφη. ἐκπεσὼν δὲ, εἰς Πέρσας ἀνῆλθε, καὶ τελευτήσαντος Δαρείου, συμπράξας εἰς τὴν βασιλείαν τῷ Ξέρξῃ, ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύειν αὐτὸν ἔπεισεν.

Δημαρχία. ὅτε ὁ δῆμος ἄρχει. καὶ ὄνομα ἀξιώματος.

Δήμαρχος. ἑκάστου δήμου τῶν ἐν Ἀθήναις κατάρχων, δήμαρχος ἐλέγετο. [3] οὗτοι δὲ τὰς ἀπογραφὰς ἐποιοῦντο τῶν προσόντων ἑκάστῳ δήμῳ χωρίων. ἔτι δὲ καὶ τὰ ληξιαρχικὰ γραμματεῖα παρ' αὐτοῖς ἦν. ἀλλὰ καὶ συνῆγον τοὺς δήμους, ὁπότε δεήσειε, καὶ ψῆφον αὐτοῖς ἐδίδοσαν, καὶ ἐνεχυρίαζον δὲ οὗτοι.

Δήμαρχοι. ὁ δῆμος εἰς τὴν προτέραν ἐπανελθὼν εὐκοσμίαν, δημάρχους εἵλετο Σικίννιον καὶ Βροῦτον, οἳ τοῖς ὑπάτοις εἰς τὸ αὐτὸ τῆς δυνάμεως καθιστάμενοι, ἐνιαυτῷ τε ταύτην καρπούμενοι τὴν ἐξουσίαν, ἐδημαγώγουν τὸ πλῆθος τοῖς καθ' ἡδονὴν πολιτεύμασιν. † Ὄνομα δὲ πολιτείας οἱ δήμαρχοι παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, οἱ πρώην Ναύκραροι καλούμενοι· οἷς ἐξῆν ἐνεχυράζειν. καὶ Φερεκράτης·

Ὑπέλυσε [4] δήμαρχός τις ἐλθὼν εἰς χορόν.

οἱ κατὰ δήμους ἄρχοντες. οὗτοι δὲ διεκόσμουν τὴν ἑορτὴν τῶν Παναθηναίων.

Δημαίνετος. ὄνομα κύριον.

Δημελέητος. ἐλεεινός.

Δημεύσας. δημοσιεύσας.

thenienfibus ignominia notatum, decreto fuo in integrum reftituit, & publicum Athenienfium hofpitem effecit. Cum autem magiftratus a fe gefti rationes redderet, ob metum urbe ceffit, *Nec ipſi veſtrum*, [*Athenienſes*,] inquiens, *nec mei eſtis domini*. Scripfit ad Philippum, filiumque ad eum mifit. Idem etiam equos aluit, & in ludis Olympiacis certans vicit. Decretum quoque fcripfit, ut Græci Philippo parerent. Idem in pugna Chæronenfi captus eft. Dimiffus vero legationem captivorum gratia obiit, quos Philippus dimifit. Bis decretorũ contra leges factorum reus peractus eft. Rempublicam etiam fub Alexandro geffit.

Δημάδης. Demades, Laciades, Athenienfis, orator: quem fuperior Demades, qui & Demagogus fuit, ex tibicina natum adoptavit. Fuit & ipfe pater Demeæ oratoris. Periit in lacu Amphipolitano, in quem ab Antipatro Caffandri patre & [Alexandri] fucceffore conjectus fuit.

Δημάρατος. Demaratus, a Patrocle oriundus, arte & dolo Cleomenis (qui ab Euryftheo genus ducebat, & Hippiam regni focium poteftate regia privavit) ut fpurius patria ejectus fuit. Pater enim ejus Arifto, cum eum natum effe audiviffet, negavit hunc effe filium fuum, quod fubducta ratione temporis deprehendiffet, nondum x. menfes a nuptiis effluxiffe. Ejectus igitur, ad Perfas fe contulit, & Xerxi, quem defuncto Dario in obtinendo regno adjuverat, perfuafit, ut Græciæ bellum inferret.

Δημαρχία. Imperium, quod eft penes populum. Item, nomen dignitatis. Tribunatus.

Δήμαρχος. Cujufque populi Attici princeps vocabatur δήμαρχος. Hi agros & loca ad fingulos populos pertinentia defcribebant, tabulas lexiarchicas cuftodiebant, populofque, cum res poftularet, convocabant, & in fuffragia mittebant. Iidem etiam pignora capiebant.

Δήμαρχοι. Tribuni plebis. Populus [Romanus] feditionibus & diffidiis inteftinis compofitis Tribunos plebis creavit Sicinnium & Brutum, qui poteftate Confulibus æquati, & annum magiftratum gerentes, certis artibus plebem arbitratu fuo gubernabant. † Δήμαρχοι, nomen magiftratus apud Athenienfes, antea *Naucrari* vocati: quibus pignora capere licebat. Et Pherecrates: * * * * Sic autem appellabantur, qui fingulis populis [Atticis] præfecti erant. Hi feftum Panathenæorum curabant.

Δημαίνετος. Demænetus. Nomen proprium.

Δημελέητος. Miferandus.

Δημεύσας. Qui publicavit.

1 *Καὶ πρεσβευτὴς ὑπὲρ τῶν αἰχμαλώτων ἀπ.*] Hujus rei ipfe Demades meminit in ante laudata oratione ὑπὲρ δωδεκαετίας, pag. 179.

2 *Ἐκβέβληται ὡς νόθος*]. Hiftoria eft apud Herodotum lib. vi. pag. 222. 223.

3 *Οὗτοι δὲ τὰς ἀπογραφὰς ἐπ.*] Ex Harpocratione. Vide etiam Scholiaftam Ariftoph. ad *Nubes* pag. 125. apud quem eadem leguntur.

4 *Ὑπέλυσε δήμαρχός τις ἐλθ.*] Fragmentum hoc ἀνερμήνευτον reliqui, quoniam fenfus ejus eft omnino mutilus & imperfectus.

‡

Δημιουργός.

image
not
available

τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῆς Ἥρας ἀγάλματος ἐφωράθη. ὡς δὲ ἄλλοι, ὅτι ἀπεσύλησεν Εὐριπίδειον Φιλότιμον τὸ δρᾶμα ἔχον τὸν Ἰξίονα. ἕτεροι δέ, ὅτι τῷ διδασκάλῳ Ἀριστάρχῳ ἀντήρισεν, ὥσπερ ὁ Ἰξίων εὐεργετήσασιν αὐτὸν τοῖς Θεοῖς ἀχαριστεῖν ἐπεχείρησεν. ἔγραψε δὲ περὶ τῶν εἰς μι ληγόντων ῥημάτων· καὶ ἄλλα περὶ ἀντωνυμιῶν. εἰς Ὅμηρον ἐξήγησιν. εἰς Ἡσίοδον ὁμοίως.

Δημήτριος, ὁ Ἀντιγόνου, καὶ Πτολεμαῖος, ὡμολόγησαν φιλίαν σφίσιν ἔνσπονδον εἶναι ἐπ' ἐλευθερώσει τῆς πάσης Ἑλλάδος, καὶ ἐπὶ τῷ τῇ ἀλλήλων ἐπιμαχεῖν· καὶ ἅμιλλα ἦν αὐτοῖς, πότερος μᾶλλον τὰ δόξαντα ἔργῳ ἐμπεδώσει. καὶ ὁ Μακεδονικὸς ἄρχων οὐ διὰ σχολαιότητος ἀφικνεῖται, καὶ τήν τε εἰς Μουνυχίαν οὖσαν φρουρὰν ἐκβάλλει, καὶ Διονύσιον, τὸν ἐπιτεταγμένον αὐτῇ, κτείνει, καὶ Δημήτριον τὸν Φαληρέα μεθίστησιν, ὃς δὴ τὰ Ἀθηναίων ἦγεν εἰς ὀλιγαρχίαν, καὶ αὐτονομεῖσθαι, καθότι πάτριον, Ἀθηναίοις τε καὶ Μεγαρεῦσιν ἔδωκε, φυλάττειν τε ὅσα ἦν σφίσιν ἐκ τῆς εἰς τὸ ἀρχαῖον πολιτείας νόμιμα. ὁ δὲ Πτολεμαῖος, ἅτε διαφερόντως τρόπου πρᾳότητα καὶ φιλανθρωπίαν ἔργοις δηλώσας, ἐπῆρε τοὺς Ἕλληνας τῇ τοῦ ἐλευθεροῦσθαι ἐλπίδι ἐνδιδόναι σφᾶς ἔτι μᾶλλον· ἐπεὶ καὶ τὰ ἐφολκὰ τῶν λόγων, καὶ ὧν ἔπραττε, θαρσεῖν ἐποίει, πιστεύοντας, ὡς ἐπὶ σαφεῖ τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερώσει, καὶ οὐκ ἀρχῆς ἐπιθυμίᾳ, τὰ πραττόμενα γίγνοιτο. αὐτονόμους τε δὴ τὰς πλείστας τῶν Ἑλληνίδων πόλεων ἀφίησι, καὶ τὰς Ἰσθμιάδας σπονδὰς ἐπήγγελε, κελεύων οἷα ἐπ' ἐλευθερώσει θαλλοφοροῦντας θεωρεῖν εἰς τὰ Ἴσθμια. ἄρας δὲ ἐντεῦθεν, ἀπέπλευσεν ἐπ' Αἴγυπτον, Λεωνίδην ἐπὶ τῇ Ἑλληνικῇ ἀρχῇ ἐπιστήσας· καὶ Λιβύης πάσης ἐκράτησεν, Ὀφέλλα τοῦ Κυρηναίου δυνάστου πρὸς[1] Ἀγαθοκλέους κατὰ Σικελίαν ἀναιρεθέντος δόλῳ. διέμεινε δὲ ἄρα οὐκ ἐπὶ πολὺ Πτολεμαίῳ καὶ Δημητρίῳ ἡ ὁμολογία τῆς ξυμβάσεως πέρι.

Δήμιον. δημόσιον.

Δημιόπρατα.[2] ἃ ὁ δῆμος πιπράσκει. τὰ δημοσίᾳ πιπρασκόμενα. Ἀριστοφάνης·

Ἐπίπαστα λείξας δημιόπραθ' ὁ βάσκανος.

Δήμιος. ὁ κολάζων τοὺς παρανόμους.

Δημιουργεῖ. τὰ μὴ ὄντα ποιεῖ.

Δημιουργός. χειροτέχνης. ὁ τὰ μὴ ὄντα ποιῶν. ὁ τὰ δημώδη ἐργαζόμενος. Ἅδης[3] δημιουργὸς ἄγριος. † Καὶ[4] μηκέτι δέχεσθαι τοὺς κατ' ἔτος ἐκπεμπομένους Κορινθίων Ἐπιδημιουργοὺς κελεύοντες. † Ἑαυτόν τε

ctas simulacri Junonis Alexandrinæ surripere conabatur. Ut vero alii dicunt, quod Euripidio Philotimo Ixionem fabulam abstulisset: aut, ut alii, quod cum Aristarcho magistro contendisset; quemadmodum Ixion adversus Deos, qui beneficiis ipsum affecerant, se ingratum præbere non dubitarit. Scripsit de Verbis in μι. De Pronominibus. Commentarium in Homerum & Hesiodum.

Δημήτριος. Demetrius, Antigoni filius, & Ptolemæus amicitiam & fœdus inter se pepigerunt, quo cautum erat, ut Græciam totam in libertatem assererent, & alter alteri in bello opem ferret. Itaque cum certamen inter eos esset, uter majore studio exequeretur ea, quæ inter ipsos convenerant; Rex Macedoniæ sine cunctatione in Atticam profectus, præsidium Munychia ejecit, Dionysio, qui ei præfectus erat, interfecto; & Demetrium Phalereum, qui summam rerum Athenis a populo ad pauciores transferre studebat, urbe expulit, patriamque Atheniensibus & Megarensibus libertatem restituit, iisque permisit, ut legibus suis & priscis majorum institutis uterentur. Ptolemæus vero, cum insignem clementiam & humanitatem re ipsa demonstrasset, in majorem etiam libertaris spem Græcos erexit. Verbis enim blandis & factis popularibus efficiebat, ut Græci optimam de rebus suis spem conciperent, persuasi, palam eum omnia, quæ ageret, Græciæ liberandæ causa, at nulla imperii cupiditate impulsum facere. Quare plerasque urbes Græciæ libertate donavit, fœdusque Isthmiacum promulgavit, & Græcos ob libertatem recuperatam ramos olivæ manibus tenentes Isthmia spectare jussit. Inde in Ægyptum navigavit, postquam Leonidem Græciæ præfecisset: totaque Libya potitus est, Ophella Cyrenæo Dynasta per insidias ab Agathocle in Sicilia interfecto. Cæterum, Demetrius & Ptolemæus non diu steterunt conditionibus fœderis, quod inter se pepigerant.

Δήμιον. Publicum.

Δημιόπρατα. Quæ populus vendit. Quæ publice venduntur. Aristophanes: *Adspersa placentis condimenta, publice ante vendita, pessimus ille lingens.*

Δήμιος. Publicus minister, qui maleficos punit. Carnifex.

Δημιουργεῖ. Qui facit ea, quæ non sunt. Qui creat.

Δημιουργός. Opifex. Creator. Qui facit ea, quæ non sunt. [Proprie,] qui publica opera fabricat. [Sophocles:] *Orcus crudelis opifex.* † *Præcipientes, ne amplius reciperent Corinthiorum Epidemiurgos, qui quotan-*

1 Πρὸς Ἀγαθοκλέους κατὰ Σικελίαν ἀναιρ.] Imo in Africa cædes illa Ophellæ contigit, ut testatur Diodorus Siculus lib. xx. pag. 779. quem vide.

2 Δημιόπρατα. ἃ ὁ δῆμος πιπρ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 294 (197. Edit. Bas. P.)

3 Ἅδης δημιουργὸς ἄγριος] Sic habent MSS. Parif. itemque Sophocles *Ajace* pag. 59. unde verba hæc a Suida deprompta sunt. In prioribus vero Editt. totus hic locus corrupte sic legitur: Δημώδη ἐργαζόμενος οἶδε. δημιουργὸς ἄγριος.

† Καὶ μηκέτι δέχεσθαι——κελεύοντες] Fragmentum hoc legitur apud Thucydidem lib. i. cap. LVI. ut Portus etiam monuit.

παρέχειν

*image not available*

κοῖσι[1] ῥήμασι χρεώμενος, καὶ φάρμακα τὰ ἰσχυρὰ προσάγων, ὕπνου τε μεταλαγχάνειν ἐποίεε, καὶ ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ ὑγιέα μιν ὄντα ἀπέδεξεν, οὐδαμὰ ἔτι ἐλπίζοντα ἀρτίπουν ἔσεσθαι. οὕτω φησὶν Ἡρόδοτος ὁ λογοποιός. † Ὅτι καὶ Ἄτοσσα, ἡ Κύρου μὲν θυγάτηρ, Δαρείου δὲ γυνὴ, ἐπὶ τοῦ μαστοῦ ἔσχε φῦμα. μετὰ δὲ ἐκραγὲν ἐνέμετο πρόσω. ὅσον μὲν δὴ χρόνον ἦν ἔλασσον, ἡ δὲ κρύπτουσα καὶ αἰσχυνομένη ἔφραζεν οὐδενί. ἐπεί τε δὴ ἐν κακῷ ἦν, μετεπέμψατο τὸν Δημοκήδην, καί οἱ ἐπέδειξεν. ὁ δὲ φὰς ὑγιέα ποιήσειν, ἐξορκοῖ μιν, ἦ μήν οἱ ἀντυπουργήσειν ἐκείνην τοῦτο, ὃ ἂν αὐτῆς δεηθῇ. δεήσεσθαι δὲ οὐδενὸς τῶν ὅσα ἐς αἰσχύνην φέρει. καὶ ᾐτήσατο τὴν εἰς Ἑλλάδα ἄφιξιν.

tempore restituit, non amplius speranti, se pedibus integris usurum esse. Hæc narrat Herodotus historicus. † Atossa, Cyri filia, Darii uxor, tuber in mamma habuit: quod, cum erupisset, latius serpebat. Et quamdiu quidem id minus erat, rem pudore dissimulavit, nec ulli indicavit. Cum vero malum cresceret, Democedem accersivit, eique tuber ostendit: qui se illam sanaturum pollicitus, obtestatur, ut sibi vicissim gratificetur in eo, quod petere velit. Nihil autem se petiturum esse, quod turpe sit. Petiit igitur reditum in Græciam.

Δημοκλείδας.[2] ξένους, καὶ μοιχούς. τοιοῦτος ὁ Δημοκλῆς.

Δημοκλείδας. Democlidas. Id est, peregrinos & adulteros. Talis enim erat Democles.

Δημοκοπεῖν. καὶ ἑλληνοκοπεῖν. [3] Πολύβιος· Ὁ δὲ Περσεὺς τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν ἀνανεωσάμενος, ἑλληνοκοπεῖν ἐπεβάλλετο. λέγεται καὶ δημοκοπία, ἡ δοξοκοπία. Ὑπάτους αἱροῦνται, ἐκ δόξης πολεμικῆς, Λεύκιον ἐκ δὲ δημοκοπίας, Τερέντιον.

Δημοκοπεῖν. Populi gratiam captare. Et ἑλληνοκοπεῖν, Græcorum benevolentiam aucupari. Polybius: *Perseus vero renovata cum populo Romano amicitia, Græcos sibi conciliare omnibus modis cœpit.* Dicitur etiam δημοκοπία, inanis gloriæ studium. *Consules eligunt, Lucium, bellicæ fortitudinis laude celebrem; & Terentium, qui apud populum gratiosus erat.*

Δημόκομπος. ὁ στωμύλος.

Δημόκομπος. Garrulus. Loquax.

Δημοκρατία. ὅτι [4] Πολύβιός φησιν, ὡς δημοκρατία ἐπανελομένη τοὺς ἐπιβουλεύσαντας, οὐκέτι μισθοφόροις τηρεῖ τὴν ἑαυτῆς ἐλευθερίαν.

Δημοκρατία. Democratia. Respublica. Polybius ait, *Rempubl. insidiatoribus sublatis, non amplius mercenariis militibus libertatem suam servare.*

Δημόκριτος, Ἡγησιστράτου (οἱ δὲ Ἀθηνοκρίτου, ἢ Δαμασίππου) γεγονὼς ὅτε καὶ Σωκράτης ὁ φιλόσοφος, κατὰ τὴν οζ' Ὀλυμπιάδα, (οἱ δὲ κατὰ π' φασίν) Ἀβδηρίτης, ἐκ Θρᾴκης, φιλόσοφος, μαθητὴς κατά τινας Ἀναξαγόρου καὶ Λευκίππου· ὡς δέ τινες, καὶ Μάγων, καὶ Χαλδαίων Περσῶν. ἦλθε γὰρ καὶ εἰς Πέρσας καὶ Ἰνδοὺς καὶ Αἰγυπτίους, καὶ τὰ παρ' ἑκάστοις ἐπαιδεύθη σοφά. εἶτα ἐπανῆλθε, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς συνῴκει Ἡροδότῳ καὶ Δαμάστῃ. ἦρξε δὲ ἐν Ἀβδήροις, διὰ τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν τιμηθείς. μαθητὴς δὲ αὐτοῦ διαφανὴς ἐγένετο Μητρόδωρος ὁ Χῖος· οὗ πάλιν ἀκροαταί, Ἀνάξαρχος, καὶ Ἱπποκράτης ὁ ἰατρός. ἐπεκλήθη δὲ Σοφία Δημόκριτος, καὶ Γελασῖνος, διὰ τὸ γελᾶν πρὸς τὸ κενόσπουδον τῶν ἀνθρώπων. γνήσια δὲ αὐτοῦ βιβλία εἰσὶ δύο· ὅ, τε μέγας Διάκοσμος· καὶ τὸ περὶ φύσεως κόσμου. ἔγραψε δὲ καὶ Ἐπιστολάς.

Δημόκριτος. Democritus, Hegesistrati, vel, ut alii tradunt, Athenocriti, vel Damasippi filius: vixit eodem tempore, quo Socrates Philosophus, Olympiade LXXVII, vel, secundum alios, LXXX. Abderita, Thrax, Philosophus, & discipulus, ut quidam tradunt, Anaxagoræ & Leucippi: quinetiam, ut alii scribunt, Magorum & Chaldæorum in Persia. Adiit enim & Persas & Indos & Ægyptios, & singulorum sapientiam addidicit. Deinde domum reversus, cum fratribus Herodoto & Damaste vixit. Præfuit & Abderitarum Reipubl. qui honor propter sapientiam ipsi habitus fuit. Discipulus ejus illustris fuit Metrodorus Chius: cujus vicissim auditores fuerunt Anaxarchus & Hippocrates medicus. Idem cognominatus fuit Sapientia, & Gelasinus, i. e. *Risor*; quod inania hominum studia ridere soleret. Germani ejus libri sunt duo: *Magnus Diacosmus*; &, *de Natura Mundi.* Scripsit etiam Epistolas.

Δημόκριτος. [5] Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης οὐκ ἦλθεν εἰς Ἀθήνας, ἀλλὰ τοσαύτης πόλεως κατεφρόνησεν, οὐκ ἐκ τοῦ τόπου λαβεῖν δόξαν βουλόμενος, ἀλλὰ τῷ τόπῳ δόξαν περιθεῖναι προελόμενος. Ἐλθόντα[6] Ἱπποκράτην πρὸς Δημόκριτον κελεῦσαι κομισθῆναι γάλα, καὶ θεασάμενον τὸ γάλα, εἰπεῖν

Δημόκριτος. Democritus Abderita non adiit Athenas, sed tantam urbem contempsit; ut qui non a loco gloriam mutuari, sed loco gloriam conciliare vellet. † Cum Hippocrates ad Democritum venisset, jussit afferri lac: quod conspicatus, dixit esse capræ nigræ, quæ primum peperisset. Hippocra-

1 Ἑλληνικοῖσι ῥήμασι χρεώμενος, καὶ φάρμακα τὰ ἰσχ.] Apud Herodotum rectius legitur, Ἑλληνικοῖσι ἰήμασι χρεώμενος, καὶ ἤπια μετὰ τὰ ἰσχυρὰ πρ.

2 Δημοκλείδας. ξένους καὶ μοιχ.] Vide Hesych v. Δημοκλείδας.

3 Πολύβιος· Ὁ δὲ Περσεὺς τὴν πρὸς Ῥωμ.] Fragmentum hoc Polybii legitur in Collectaneis Constantini a Valesio editis, pag. 125. unde id Suidas deprompsit. Vide etiam infra v. Καλοκαγαθεῖν, & v. Περσεύς.

4 Ὅτι Πολύβιός φησιν] Lib. XI. cap. XI.

5 Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης οὐκ ἦλθεν εἰς Ἀθήνας, ἀλλὰ τοσ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Laertio.

6 Ἐλθόντα Ἱπποκράτην] Constructio requirit ἐλθόντος Ἱπποκράτους, ut legitur etiam apud Laertium.

αὐτὸς

image
not
available

πολίτου, σοφιστεύοντος ἐν Ἀθήναις, καὶ Πολυκράτους, καὶ Ἀλκιδάμαντος, τοῦ Γοργίου μαθητοῦ, καὶ αὐτοῦ μὲν τοῦ Ἰσοκράτους. συνεφιλολόγησε δὲ Αἰσίωνι τῷ Ἀθηναίῳ, καὶ Θεοπόμπῳ τῷ Χίῳ φιλοσόφῳ. ¹διηκροάσατο δὲ καὶ Εὐβουλίδου τοῦ Διαλεκτικοῦ, καὶ Πλάτωνος. ἐτελεύτησε φυγὼν εἰς Καλαυρίαν ἐν τῷ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερῷ, διὰ τὸν Μακεδόνα Ἀντίπατρον, προσενεγκάμενος φάρμακον τὸ ἐν τῷ δακτυλίῳ, ἔτη βιώσας δύο καὶ ἑξήκοντα.

diſſet. Audivit Iſæum, Iſocratis diſcipulum; uſuſque eſt orationibus Zoili Amphipolitæ, qui Athenis eloquentiam docuit, itemque Polycratis, & Alcidamantis, Gorgiæ diſcipuli, & ipſius Iſocratis. In eloquentiæ ſtudio ſocios habuit Æſionem Athenienſem, & Theopompum Chium philoſophum. Præterea audivit Eubulidem Dialecticum, & Platonem. Deceſſit in Calabria, quo metu Antipatri Regis Macedoniæ [Athenis] fugerat, hauſto in æde Neptuni veneno, quod in annulo circumferebat; poſtquam vixiſſet annos LXII.

Δημοσθένης, ὁ ῥήτωρ, ἀνὴρ ἦν γνῶναί τε καὶ εἰπεῖν, ὅσα ἐνθυμηθείη, δυνατώτατος. ὅθεν καὶ δεινότατος ἔδοξε τῶν καθ' αὐτόν· οἷα δὴ ἱκανώτατος τὸ ἀφανὲς εἰκάσαι, καὶ τὸ γνωσθὲν ἐξηγήσασθαι. καὶ ἐν οἷς ὑπὲρ τῶν κοινῶν λέγειν τι ἢ πράττειν ἐπεχείρησε, καιρῷ μὲν ἐπιτηδείῳ οὐ μάλα ἐχρήσατο ἐς δόξαν τῶν δημαγωγούντων. πλεῖστα δὲ εἷς ἀνὴρ οὗτος τῶν καθ' αὐτὸν Ἀθηναίων καὶ τοῖς Μακεδόνων τυράννοις σὺν παῤῥησίᾳ ἀντειπών, παρὰ τοῖσδε ἀδωρότατος ἔδοξεν εἶναι· ὅτε δὴ συνέβαινε τοὺς ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν, οἷα δὴ τῶν κερδῶν ἐφιεμένους μᾶλλον τοῦ ἐς τὸ κοινὸν λυσιτελοῦντος, ἐξωνηθέντας χρημάτων δόσει, τὸ κατὰ σφᾶς, ὡς ἐδόκουν, ἐν τῷ παραυτίκα, κέρδους τοῦ σφετέρου εἵνεκα, περὶ τοῦ ἐς τὰ κοινὰ συμφέροντος τίθεσθαι. ὅθεν αὐτῷ καὶ ἐφ' οἷς ὕστερον ἠπάτη συγγνόντες οἱ Ἀθηναῖοι, κατεδέξαντό τε αὖθις, καὶ ἐς πάντα συμβούλῳ ἐχρήσαντο. καὶ αὐτῷ ἡ τελευτὴ γενναία ἐπιγενομένη μάλιστα, ἐς μεταμέλειαν ἤγαγεν αὐτοὺς οὐκ ἀφανῆ τῶν γνωσθέντων. οὐ πολλῷ γοῦν ὕστερον ἢ ἐξαγγελθῆναι τεθνηκότα Δημοσθένην, μετεγίνωσκον ἐφ' οἷς δέει τῶν Μακεδόνων μᾶλλον, ἢ γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ ἔκριναν, καὶ ἀτέλειάν τε τῷ πρεσβυτάτῳ γένει τοῦ Δημοσθένους ψηφίζονται, καὶ χαλκοῦν στῆσαι αὐτὸν ἐν ἀγορᾷ, καὶ ἐλεγεῖον τῇ βάσει τοῦ ἀνδριάντος ἐπιγράψαι·

Εἴπερ ἴσην ῥώμην γνώμῃ, Δημόσθενες, εἶχες,
Οὔποτ' ἂν Ἑλλήνων ἦρξεν Ἄρης Μακεδών.

Δημοσθένης. Demoſthenes, orator, vir fuit & judicio ſingulari, & in dicendis iis, quæ animo cogitaſſet, eloquentia ſumma præditus. Quare etiam omnium ætatis ſuæ oratorum præſtantiſſimus habitus eſt, cum & in rebus obſcuris conjectura aſſequendis mire ſagax, & in exponendis iis, quæ mente teneret, admodum facundus eſſet. Alieno autem tempore & eloquentiam & operam ſuam Reip. navare cœpit, quoniam tunc oratorum ſiniſtra erat apud populum fama. Cæterum, unus hic vir omnium Athenienſium maxime Macedonum Regibus dicendi libertate reſtitit, nec ulla ab iis munera accepiſſe viſus eſt: cum reliquarum tunc civitatum oratores, lucri ſui majorem habentes rationem quam publicæ utilitatis, largitione pecuniæ corrupti, ut rei privatæ (ſic enim putabant) in præſens conſulerent, emolumentum proprium Reipubl. commodo præferrent. Quamobrem Athenienſes illis etiam delictis, quorum poſtea accuſatus fuit, ignoverunt, eumque ab exilio revocarunt, & conſiliis ejus in omnibus uſi fuerunt. Poſtea mors ejus, quam generoſo & virili animo ſibi conſciverat, effecit, ut eos decretorum ſuorum non obſcure pœniteret. Paulo enim poſt allatum de morte ejus nuntium pœnituit eos ſententiæ, quam metu Macedonum potius, quam ſuo judicio & pro meritis viri tulerant: eamque ob cauſam natu maximo filiorum Demoſthenis immunitatem decreverunt, & ipſi ſtatuam in foro erigendam cenſuerunt, his verbis baſi inſcriptis: *Si pares animo vires, Demoſthenes, habuiſſes; nunquam Macedones armis Græciam ſubjugaſſent.*

Δημοσθένης, μαχαιροποιός, Παιανιεύς· οὗ Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ. ὀρφανὸς καταλειφθεὶς, ἐπιτρόπους ἔσχε τρεῖς, Ἄφοβον, Δημοφῶντα, Θηριππίδην. ²ὧν ἀμελούντων αὐτοῦ καὶ τῆς οὐσίας, αὐτὸς αὑτὸν ἐνεχείρισε διδασκάλῳ Ἰσαίῳ. φιλόπονος δὲ οὕτως ἦν, ὥστε φασὶν ἑαυτὸν οἴκοι καθείρξαντα, ἑαυτοῦ ξυρῆσαι τῆς κεφαλῆς μέρος, ἵνα μήτε προΐοι, μήτε δέχοιτό τινα. παιδευθεὶς δὲ εἷλε τῆς ἐπιτροπῆς τοὺς ἐπιτρόπους. σοφιστεύειν βουληθεὶς ἀπέστη, διαβληθεὶς ἐπὶ Μόσχῳ μειρακίῳ τῶν εὐγενῶν. λογογραφεῖν δὲ ἀρξάμενος, διεβλήθη πάλιν, ὡς ἐναντίους λόγους ἐκδοὺς Ἀπολλοδώρῳ καὶ Φορμίωνι. καὶ τούτου οὖν ἀποστὰς, ἤρξατο πο-

Δημοσθένης. Demoſthenes, gladiorum faber, Pæanienſis, cujus filius fuit Demoſthenes orator. Hic pupillus a patre relictus tres habuit tutores, Aphobum, Demophontem, & Theripidem: qui cum & ipſum & patrimonium ejus negligerent, ipſe ſe Iſæo erudiendum tradidit. Idem adeo ſtudioſus fuit, ut domi ſe concluderet, capitiſque partem raderet, ne in publicum prodiret, nec quenquam ad ſe admitteret. Literis inſtitutus tutores male adminiſtratæ tutelæ reos peregit. Rhetoricam docere cum vellet, inſtituto illi renuntiavit, ſiniſtro rumore ob Moſchum nobilem adoleſcentem de eo ſparſo.

1 Διηκροάσατο δὲ καὶ Εὐβουλίδου τοῦ Διαλ.] Idem teſtantur Laertius lib. II. Segm. CVIII. & Apulejus in *Apologia*. Poſterioris verba hæc ſunt: *Ita ille ſummus orator cum a Platone Philoſopho facundiam hauſiſſet, ab Eubulide Dialectico argumentationes edidiciſſet,* &c.

2 Ὧν ἀμελούντων αὐτοῦ καὶ τῆς οὐσ.] Hinc cum ad ætatem adultam perveniſſet Demoſthenes, dicam tutoribus ſuis ſcripſit: quo nomine eum reprehendit Æſchines ἐν τῷ περὶ παραπρεσβ. 206.

λιτεύεσθαι,

*image not available*

κολασίας μισεῖν δεῖ· τὰς δὲ σὺν λόγῳ καὶ φιλανθρωπίᾳ τὰς εἰσφορὰς ἀπαιτοῦντας ὥσπερ κηδεμονίας τιμᾶν.

Δημοσίων πραγμάτων διοικητής. οἷον φροντιστὴς χορηγίας, τριηραρχίας, καὶ τῶν τοιούτων. ἰδίως δέ, οἷον εἰ ἀδικοῖτό τις καὶ δικάζοιτο πρός τινα, αὐτὸς ἐφρόντιζεν. [1] ἀπεχθάνη δέ, διότι ἀλλοτρίοις πράγμασιν ἐπιχειροῦντες μισοῦνται.

Δημοσιώνης. εὐτελής. Οἱ μὲν ἄλλοι ἀποδοχῆς ἐτύγχανον· οὗτος δὲ δοκῶν εἶναι δημοσιώνης, παρεθεωρεῖτο.

Δημοτελῆ. δημοσίαν. [2] Δημοτελῆ καὶ δημοτικὰ ἱερὰ διέφερον ἀλλήλων, καὶ τῶν ὀργεωνικῶν, καὶ τῶν γεννικῶν.

Δημοτελῶς. παντὶ τῷ δήμῳ.

Δημοτευόμενος. μετὰ τῶν δημοτῶν. Φησὶ Δημοσθένης.

Δημοτεύεσθαι. [3] ἔστι τὸ τῷδε τινὸς δήμου κοινωνεῖν, καὶ χρηματίζειν ἀπ' αὐτοῦ.

Δημότης. πολίτης.

Δημοτικά. τὰ τοῖς πολλοῖς εὐπρεπῆ.

Ὁ [4] δὲ ἔλεξε δημοτικωτάτους λόγους·
Ὁρᾶτε μέν με σωτηρίας δεόμενον.

Δημοῦσθαι. δημοκοπεῖν. καὶ [5] ἀντιπαίζειν.

Δημοφάνης. ὄνομα κύριον.

Δημόφιλος, [6] Ἐπίσκοπος Κωνσταντίνου πόλεως, ἄνθρωπος [7] ἦν, οἷος ἐμπεσὼν ὁμοῦ σύμπαντα φύρειν ἀκόσμῳ φορᾷ, καθάπερ ἄτακτος χειμάῤῥους, πολὺν ἐν τοῖς λόγοις τὸν συρφετὸν ἄγων, ὡς εἴσεταί τις ἐκ γοῦν τῆς ἐν τοῖς ἔτι σωζομένοις ὑπομνήμασιν αὐτοῦ πρωτίας δημηγορίας, ἔνθα καὶ μᾶλλον εἰκὸς ἦν ἀσφαλείας αὐτὸν φροντίδα θέσθαι τινά, ὡς ἐγγράφοις [8] μνήμαις ἀναλαμβανομένων τῶν λεγομένων. ἐν τούτοις γοῦν ἄλλα τε πολλὰ διείλεκται ἄναρθρα, διαῤῥήδην τε ἐν τοῖς περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λόγοις. Φησὶ γάρ· Υἱὸς μὲν Πατρὸς θελήσει γεγέννηται μόνου, ἀχρόνως, ἀμεσιτεύτως, ἵνα διάκονος γένηται καὶ ὑπηρέτης βουλημάτων τοῦ Πατρός. [9] ἐπειδὴ γὰρ ὁ προγινώσκων Θεός, ἃ ἔμελλε πράττειν, ἀδύνατα ἦν τῆς ἀκρατήτου τάξεως τοῦ μέλλοντος αὐτὰ ποιεῖν Θεοῦ ἐν τῷ γενέσθαι μέλλοντα. ἢ γὰρ ἔδει αὐτὰ πάντα Θεοὺς γενέσθαι πρὸς ἀξίαν τοῦ ποιοῦντος, καὶ ἐκ τούτων ἔμελλον εἶναι Θεοί· ἢ ἔδει αὐτὰ γενόμενα λύεσθαι, ὥσπερ κηρὸν πυρὶ θερμῷ προσαγόμενον. γέγονε μὲν οὖν μεσίτης τῶν τε ἐσομένων, καὶ τοῦ γεγεννηκότος αὐτὸν Θεοῦ, ὁ Υἱός, ἵνα

*proficifcuntur. At principi, qui tributa moderate & humaniter imperat, tanquam patri patriæ cum debito honore parendum eſt.*

Δημοσίων πραγμ. Qui publicas res adminiſtrat; veluti choragus, trierarcha, & ſimiles. Peculiariter vero, ſi quis eum, a quo injuria affectus fuerat, in jus vocaret, is ejus rei curam gerebat. Inviſus autem erat, quoniam qui aliena negotia curant, odio haberi ſolent.

Δημοσιώνης. [Publicanus.] Homo contemptus. *Alii quidem cum honore excipiebantur: ſed iſte, quod publicanus eſſe videretur, contemnebatur.*

Δημοτελῆ. Publicam. Sacra publica & popularia tum inter ſeſe, tum ab orgeonicis & gentilitiis differebant.

Δημοτελῶς. Publice. Publicis impenſis.

Δημοτευόμενος. Qui cum popularibus verſatur. Sic Demoſthenes.

Δημοτεύεσθαι. Populo alicui accenſeri, & ab eo nuncupari.

Δημότης. Popularis. Civis.

Δημοτικά. Popularia. Quæ populo jucunda ſunt. *Ille vero verbis maxime popularibus uſus eſt: Videtis me ſalutis egentem?*

Δημοῦσθαι. Gratiā populi aucupari. Et, ludere.

Δημοφάνης. Demophanes. Nomen proprium.

Δημόφιλος. Demophilus, Epiſcopus Conſtantinopolitanus, vir fuit, qui inconſiderato & temerario impetu ruens, omnia miſceret, & rapidi vagique torrentis inſtar plurimum luti & ſordium in ſermonibus ſuis veheret; ut quivis facile deprehendet ex [prima,] quā habuit, concione, in commentariis ejus adhuc exſtante: qua quidem in concione veriſimile eſt cum accuratiorem ac diligentiorem fuiſſe, quippe cum hujuſmodi ſermones a notariis excipi ſoleant. In iis igitur commentariis multa diſſerit confuſa atque indiſtincta, & de Patre ac Filio loquens diſertis verbis ita pronuntiat: Filius ſolius Patris voluntate genitus eſt, ſine tempore, ac ſine medio, ut juſſorum Patris miniſter ſit ac famulus. Prævidebat enim Deus, ea, quæ facturus erat, non poſſe conſiſtere, quippe quæ puri ac impermixti ordinis futura eſſent, perinde ac ipſe Deus, qui ea fecerat. Nam prorſus neceſſe erat, ut vel omnia Dii eſſent, juxta dignitatem ejus, qui illa condiderat: ex quo eventurum erat, ut omnia Dii eſſent: vel certe neceſſe erat, ut, poſtquam facta fuerant,

1 Ἀπεχθάνη] Senſus & conſtructio requirunt, ut ſcribatur ἀπεχθάνεται.

2 Δημοτελῆ καὶ δημοτικὰ ἱερὰ διέφ.] Ex Harpocratione. Docte Heſychius: Δημοτελῆ καὶ δημοτικὰ ἱερά (Sic enim apud eum ſcribendum eſt) καὶ δημοτελῆ μὲν εἰς ἃ θύματα δίδωσιν ἡ πόλις. δημοτικὰ δέ, εἰς ἃ οἱ δῆμοι.

3 Δημοτεύεσθαι. ἔστι τὸ τῷδε τινὸς δήμου κοιν.] Ex Harpocratione.

4 Ὁ δὲ ἔλεξε δημοτικωτάτους λ.] Metrum hujus fragmenti prorſus eſt ſolutum & turbatum, quod ex Ariſtoph. *Eccleſ.* pag. 736. unde id Suidas deprompſit, ſic in integrum reſtituendum eſt:

Κἄπειτ' ἔλεξε δημοτικωτάτους λόγους.
Ὁρᾶτε μέν με δεόμενον σωτηρίας.

5 Ἀντιπαίζειν] Sic habent omnes Editt. ſed male. Scribendum enim eſt, ἀντὶ τοῦ παίζειν. Grammatici enim τὸ δημοῦσθαι etiam interpretantur παίζειν, ut vel ex Heſychio conſtat.

6 Δημόφιλος, Ἐπίσκοπος Κωνσταντ.] Integrum hunc locum de Demophilo ex Philoſtorgio deſcriptum eſſe ſuſpicatur Valeſius, qui proinde eum inter fragmenta Philoſtorgiana refert.

7 Ἄνθρωπος ἦν] Hæ duæ voces a prioribus Editt. abſunt, quas ex 2 MSS. Pariſ. revocavi. Eaſdem etiam agnoſcit codex Vatic. teſte Pearſonio; nec prætermiſit eas Suidas infra v. Οἷος, ubi locus hic repetitur.

8 Μνήμαις] Abeſt a prioribus Editt. ſed legitur in 2 MSS. Pariſ.

9 Ἐπειδὴ γὰρ ὁ προγινώσκων Θεός, ἃ ἔμελλε πρ.] Lego cum Porto, ἐπειδὴ γὰρ ᾔδει ὁ προγ. Θεὸς ἅπερ ἔμελλε πρ. Aliter enim conſtructio hujus loci erit manca & mutila.

συντάξας

συντάξας ἑαυτὸν καὶ συγκαταβαίνων τοῖς γινομένοις, ἀποτελέσῃ τὸ βούλημα τοῦ πατρὸς, καὶ μεσίτης γένηται τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡμῶν, τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων. ἐλάνθανε δὲ διὰ τούτων τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἀσθένειαν καὶ βασκανίαν καταψευδόμενος, καὶ τὸν Υἱὸν πάντων τῶν κτισμάτων ἀποφαίνων καταδεέστερον. ὁ μὲν γὰρ ἀσθενὴς ἂν ἦν κατὰ Δημόφιλον, εἰ βουληθεὶς, ἔπειτα ἀπόρως εἶχε τοῖς πᾶσι τὸ εἶναι δωρήσασθαι. φθόνου δ' οὐκ ἀπήλλακτο ἂν, εἰ ἐξὸν αὐτῷ Θεοὺς τὰ πάντα ποιεῖν, ὁ δὲ ἐφαίνετο μηχανώμενος, ὅπως μὴ ταύτης αὐτῷ τύχῃ τὰ γενησόμενα τῆς ἀξίας. τοῦ δέ γ' αὖ παιδὸς οὐκ ἦν τῶν κτισμάτων οὐδὲν, ὃ μὴ ἄμεινον ὑπάρχειν ἐδείχθη ἂν, εἴπερ γε μὴ δι' ἑαυτὸν ἐκεῖνον ἔτυχε γεγονὼς, ἀλλὰ διὰ σκοπὸν καὶ χρείαν τῆς τούτων γενέσεως. ἅπαν γέ τοι τὸ δι' ἑτέρων γινόμενον χρείαν, ἔλαττον ὑπάρχειν ἐκείνων ἀνάγκη, δι' ἃ τοῦ εἶναι τυγχάνει. καὶ ἄλλα δὲ ἐληρώδει πολλά.

statim dissolverentur, perinde ac cera ardentissimo igni admota. Idcirco Filius inter creaturas, quæ condendæ erant, & inter Patrem, ex quo genitus erat, medius exstitit: ut is sese demittens, seque adjungens & socians iis, quæ creanda erant, voluntatem Patris adimpleret, essetque mediator inter Deum atque inter nos, qui per illum facti sumus. Sed non animadvertit Demophilus, se his verbis summo omnium Deo infirmitatem & invidiam falso affingere, & Filium deterioris conditionis facere, quam reliquas omnes creaturas. Nam Pater quidem infirmus fuerit secundum Demophili sententiam, quippe qui, cum voluisset cunctis essentiam largiri, id postea perficere non potuerit. Ab invidia autem nequaquam alienus fuerit, si, cum ipsi liceret cunctas creaturas Deos efficere, ipse studiose cavit, ne creaturæ ejusdem cum ipso conditionis ac dignitatis essent. Jam vero Filio nulla est creatura quæ non potior ac beatior jure merito esse videatur: si quidem ille non propter semetipsum, sed ob contemplationem atque usum creaturarum factus fuerit. Quicquid enim ob aliorum utilitatem fit, inferius sit necesse est iis, quorum causa factum est. Multa quoque alia hujusmodi proferebat deliria.

Δημοφῶν. ὄνομα κύριον.

Δημοφῶν. Demophon. Nomen proprium.

Δημοχάρης. ἀδελφιδοῦς Δημοσθένους. [1] περὶ οὗ Τίμαιός φησιν, [2] ἠταιρηκέναι μὲν τοῖς ἄνω μέρεσι τοῦ σώματος· οὐκ εἶναι δὲ ἄξιον [3] τὸ ἱερὸν πῦρ φυσᾶν· ὑπερβεβηκέναι δὲ τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὰ Βότρυος ὑπομνήματα, καὶ [4] Φιλαινίδος, καὶ τῶν ἄλλων ἀναισχυντογράφων. Πολύβιος δὲ λέγει πρὸς Τίμαιον· Ταύτην δὲ τὴν λοιδορίαν καὶ τὰς ἐμφάσεις οὐχ οἷον ἄν τις διέθετο πεπαιδευμένος ἀνὴρ, ἀλλ' οὐδὲ τῶν [5] ἀπὸ τέγους ἄχει τοῦ σώματος εἰργασμένων οὐδείς. [6] οὐδ' ἵνα πιστὸς φανῇ κατὰ τὴν αἰσχρολογίαν καὶ τὴν ἄλλην ἀναισχυντίαν, καὶ προσκατέψευσται τἀνδρὸς, [7] κωμικόν τινα μάρτυρα προσεπισπασάμενος ἀνώνυμον. ἠξιώθη δὲ ὁ Δημοχάρης καὶ στρατηγίας παρ' Ἀθηναίοις, καὶ τῶν ἄλλων τιμῶν, ὧν οὐδὲν αὐτῷ συνεξέδραμε, τοιαύταις ἀτυχίαις παλαίοντι.

Δημοχάρης. Demochares, Demosthenis ex sorore nepos. Hunc Timæus scribit superioribus corporis partibus impudicum fuisse, neque dignum, qui ignem sacrum flatu accenderet: eundemque Botryis ac Philænidis aliorumque hujusmodi lasciviæ scriptorum commentarios obscœnitate sua superasse. Timæo vero Polybius ita respondet: *Istud vero convitium atque eam turpitudinem non solum nemo paulo humanior protulerit, sed ne ullus quidem ex iis, qui in fornice quæstum corpore faciunt. Hic deinde ut obscœnis suis atque impudentibus maledictis fidem adstrueret, mendacium quoque adversus eundem virum confinxit, Comico quodam absque nomine teste advocato. At vero Demochares hic non solum prætura, sed etiam cæteris honoribus ab Atheniensibus ornatus est; quod profecto non adeptus esset, si hujusmodi probris contaminatus fuisset.*

Δημώ. ὄνομα κύριον. Ἐξένισεν [8] ἡ Βαβὼ τὴν Δημώ. Δημῷ δὲ, τῷ λίπει.

Δημώ. Demo. Nomen proprium. Babo Cererem hospitio excepit. Δημῷ vero, pinguedine.

Δημωδέστερος. ἀσχημονέστερος. διὰ τὸ ἐν ὄψει πάντων γινόμενον, διὰ τὸν δῆμον.

Δημωδέστερος. Inhonestior. Turpior. Ideo, quod in omnium conspectu fiat, & vidente populo.

Δημῶναξ. ὄνομα κύριον.

Δημῶναξ. Demonax. Nomen proprium.

Δημωφελής. δῆμον ὠφελῶν.

Δημωφελής. Qui populo prodest.

Δήν. ἐπίρρημα. ἐπὶ πολὺν χρόνον.

Δήν. Adverbium. Diu. Ad multum tempus.

1 Περὶ οὗ Τίμαιός φησιν, ἠταιρηκέναι μὲν τοῖς ἄνω μέρ.] Hæc, & quæ sequuntur, leguntur in Excerptis Polybii a Valesio editis, pag. 53. unde ea Suidas descripsit.

2 Ἠταιρηκέναι μὲν τοῖς ἄνω μέρεσι τοῦ σ.] Intelligit [illegible]; quam obscœnitatem Græci vulgo vocant αἰσχρουργίαν, vel ἀῤῥητοποιΐαν: cujus infamia præter alios etiam Aristyllus olim flagrabat. Vide supra h. v.

3 Τὸ ἱερὸν πῦρ φυσᾶν] Vide infra v. Ὦ τὸ ἱερὸν πῦρ φυσ.

4 Φιλαινίδος] Inter scriptores obscœnos celebre est nomen Philænidis, quæ olim de schemis Venereis scripserat; uti etiam Elephantis & Astyanassa, teste Suida supra v. Ἀστυάνασσα. Philænidem tamen ab hoc probro vindicat Æschrion apud Athenæum lib. VIII. quem vide.

5 Ἀπὸ τέγους] Sic ex 2 MSS. Paris. rescripsi, cum antea pessime legeretur, ἀπὸ τύχης. Significat autem τέγος lupanar, sive cellam, in qua mulieres impudicæ prostant: & αἱ ἐπὶ τέγους προεστῶσαι vocantur meretrices. Eustathius ad Il. I. pag. 741. 28. [illegible] ἐπὶ τέγους προεστῶσαν. i. e. meretricem, quæ in lupanari prostat. Suidas infra: Κασαλβάδες. ἑταῖραι. τουτέστιν αἱ ἐπὶ τέγους καὶ οἰκημάτων προεστῶσαι γυναῖκες. Eusebius *Histor. Eccles.* lib. II. cap. XIII. fœminam, quæ corpore quæstum fecerat, & publice in lupanari prostiterat, ἐπὶ τέγους σταθεῖσαν vocat. Vide ibi Valesium.

6 Οὐδ' ἵνα] Legendum est, ὁ δ' ἵνα.

7 Κωμικόν τινα μάρτυρα] Comicus hic est Democlides, ut discimus ex iis, quæ leguntur apud Suidam infra, v. Ὦ τὸ ἱερὸν πῦρ φ.

8 Ἐξένισεν ἡ Βαβὼ τὴν Δημώ] Locum hunc emendavimus & illustravimus supra v. Βαβώ, ante v. Βάψαι: quo Lectorem remittimus.



Digitized by Google

Δηνάριον. εἶδος ἀργυρίου, [1] ὁλοκοτίνου ἴσην ἔχον ἰσχύν.

Δηναδίπτρα. κατὰ Ῥωμαίους δωρεὰ βασιλικὴ, στρατιώταις διδομένη.

Δηναιόν. τὸ ἐναύσιον. τὸ μακροχρόνιον. καὶ δηναιὸν, ἐπὶ πολὺν χρόνον.

Δήνεον. τὸ βούλευμα.

Δήομεν, εὑρήσομεν.

Δηοῦν. πολεμεῖν. πορθεῖν. Δήιουν δὲ, διέκοπτον, ἐτίτρωσκον.

Δηώ. Δηοῦς κλίνεται. ἡ Δημήτηρ.

Δηώσας. πραιδεύσας. ἀπελῶν. κατεκτονώς.

Δήπου. ὡς δή.

Δήπουθεν. δηλονότι. ἢ ἔκ τινος τόπου. Καὶ χρὴ πείθεσθαι δήπουθεν. † Καὶ τὴν σχολὴν δήπουθεν ἐκείνην ἐπαινῶν.

Δηριάασθον.

Δηριγευόμενος.[2] ὀψικευόμενος. ἔστι δὲ ἡ λέξις Ῥωμαϊκή.

Δῆρις, δήρεως, δήρει. καὶ δῆριν, μάχην, ἢ φιλονεικίαν. ἐν Ἐπιγράμματι·

Μέλλον ἄρα στυγερὸν κἀγώ ποτε δῆριν Ἄρηϊ
Ἐκπρολιποῦσα, χορῶν παρθενίων ἀΐειν.

Καὶ αὖθις·

Φεῦγε[3] Λάκων ποτὲ δῆριν, ὑπαντιάσασα δὲ μάτηρ.

Δηρόν. ἐπιπολύ.

Δήσαντες. δεσμεύσαντες.

Δῆτα. οὕτως.

Δηφενσίων. ὁ ἔκδικος χάρτης. καὶ Δηφένσωρ, ὁ ἔκδικος.

Δήφηλα. πόλις παρὰ Ἰωσήπῳ.

Δί. ἐπέκτασις.

Δία. τὸν Δία. Δῖα δὲ ἡ ἔνδοξος. καὶ δῖος, ὁ ἔνδοξος.

Διαβάλλεται.[4] λέγεται ἐπὶ τοῦ ἐξαπατᾷν. Ἄρχιππος·

Τὸν γὰρ γέροντα διαβαλοῦμεν τήμερον.

Διαβάλλεταί σ' ὁ θεῖος, ὦ πόνηρε σύ.

Διαβάλλειν. τὸ ἐξαπατᾷν καὶ παραλογίζεσθαι. Θουκυδίδης ά, καὶ Κράτης. καὶ διαβάλλειν τὸ πέλαγος, τὸ διαπερᾷν. Ἐντεῦθεν ἐνόει διαβάλλειν τὸ ἐν μέσῳ πέλαγος, καὶ λῃστεύειν τὰς νήσους. καὶ Ἀρριανός· Αὐτόν τε κυβερνῶντα τὴν στρατηγίδα ναῦν διαβάλλειν ἐπιχειροῦντα Ἀλεξάνδρῳ τὸν Ὦξον ποταμόν. ἀντὶ τοῦ περᾷν. καὶ διαβάλλω, αἰτιατικῇ. Διαβάλλει τὸν ἀεὶ προτετιμημένον.

Διαβάσης. ἐπελθούσης. Ῥωμαϊκῆς δυνάμεως ἐπ' αὐτοὺς διαβάσης.

Δηνάριον. Denarius. Genus nummi, holocotino parem habens valorem.

Δηναδίπτρα. Donativum, sive donum, quod Imperator militibus dabat.

Δηναιόν. Annuum. Diuturnum. Item δηναιὸν, [adverbium,] diu.

Δήνεον. Consilium.

Δήομεν. Inveniemus.

Δηοῦν. Bellum inferre. Vastare. Δήιουν vero, dissecabant, vulnerabant.

Δηώ. In genitivo Δηοῦς. Ceres.

Δηώσας. Prædatus. Populatus. Qui interfecit.

Δήπου. Utique. Certe.

Δήπουθεν. Videlicet. Scilicet. Utique. Vel, ex aliquo loco. *Et parere utique oportet.* † *Et illud otium scilicet laudans.*

Δηριάασθον. Contenditis. Dimicatis.

Δηριγευόμενος. Qui in pompis præcedit. Dux pompæ. Est vox Latina.

Δῆρις. Pugna. Declinatur δήρεως, δήρει. Et δῆριν, pugnam, prœlium. In Epigrammate: *Et ego aliquando, inviso bello Marti relicto, choros virgineos auditura eram.* Et iterum: *Lacon olim ex prælio fugiens, a matre obviam ipsi veniente* [*occisus est.*]

Δηρόν. Diu. Ad multum tempus.

Δήσαντες. Qui ligarunt.

Δῆτα. Sic. Ita.

Δηφενσίων. Defensio. Et δηφένσωρ, defensor.

Δήφηλα. Dephela. Urbs apud Josephum.

Δί. Est syllaba, quæ vocibus quibusdam in fine addi solet.

Δία. Jovem. Δῖα vero, [cum circumflexo,] illustris. Et δῖος, [genere masculino,] illustris, clarus, divinus.

Διαβάλλεται. Hoc verbo scriptores etiam utuntur pro decipere. Archippus: *Senem enim decipiemus hodie.* † *Decipit te patruus, o miser.*

Διαβάλλειν. Decipere. Fallere. Thucydides lib. I. & Crates. Et διαβάλλειν τὸ πέλαγος, mare trajicere. *Hinc mare, quod erat in medio, trajicere, & insulas latrociniis infestare statuerat.* Et Arrianus: *Ille vero Alexandro, navem prætoriam gubernanti, & Oxum trajicere volenti,* [*restitit.*] Et διαβάλλω, accusativo jungitur. Criminor. Accuso. *Semper criminatur eum, qui ipsi præfertur.*

Διαβάσης. Trajiciente. *Cum exercitus Romanus fluvium trajecisset, ut eos invaderet.*

1 Ὁλοκοτίνου] De hac voce vide Dufresnium in Glossario Græco.

2 Δηριγευόμενος] Sic recte habet codex Vatic. teste Pearsonio: cujus loco in prioribus Editt. legitur δηριγεύμενος. Meursius in Glossario scribendum putabat δηριγευόμενος, a δηριγεύων & μετά: sed quam conjecturam merito rejicit Dufresnius in Glossario Græco.

3 Φεῦγε Λάκων ποτὲ δ.] Hexameter hic decerptus est ex Epigrammate, quod integrum legitur Anthol. lib. I. cap. v.

4 Διαβάλλεται. λέγεται ἐπὶ τοῦ ἐξαπ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Aves* pag. 616.

Διαβα-

Διαβασιλίζεται· τῆς βασιλείας ἀντιποιεῖται.

Διαβάσκει. περιέρχεται. περιέπει.

Διαβηνός. ὄνομα κύριον.

Διαβησείοντας. ἐφετικῶς ἔχοντας τοῦ διαβῆναι. [1] Ἀγαθίας· Ὁ δὲ πύργους ἐποίησεν, ἀπείρξειν τοὺς Ῥωμαίους διαβησείοντας.

Διαβήτης. [2] ἐργαλεῖον ὁ διαβήτης, εὔχρηστον τέχναις πολλαῖς, τῷ λάμβδα στοιχείῳ παρεοικός. τούτου τὸ ἓν μέρος ἐντιθέντες, τὸ δὲ ἕτερον περιάγοντες, κύκλους ποιοῦσι. [3] σημαίνει δὲ καὶ ὄνομα χαίρου παραστατικόν.

Διάβολος. ἐν τῷ Σατανᾶς.

Διάβολος. διὰ τοῦτο, ὡς δυνάμενος βάλλειν, καὶ ἐχθροὺς ποιεῖν τοὺς φίλους. καί ἐστιν ἐν τῷ Δύναμις.

Διαβούλιον. ὁ διαλογισμός. Δαβίδ· Συλλαμβάνονται ἐν διαβουλίοις, οἷς διαλογίζονται. καὶ οἷον διαβούλια, τὰ ἐκ λογισμῶν ἀτόπων πταίσματα.

Διαβούλομαι. ἀναπείσω. Θουκυδίδης.

Διὰ βραχέων. ἐν συντόμῳ.

Διάβροχος. οἰνωμένος. Ὡς δὲ ἐμέθυεν ὁ πορνοβοσκός, καὶ διάβροχος ἦν πάνυ, τί μέλλομεν ἔφη;

Διαβιασάμενος. διαναγκασθείς. Πολύβιος· Διαβιασάμενος δὲ τὴν ἀσθένειαν τῇ συνηθείᾳ τῇ πρὸ τοῦ, παρῆν ἐξ Ἄργους εἰς Μεγαλόπολιν αὐθημερόν.

Διὰ [4] τῶν μαχαιρῶν καὶ πυρὸς ῥίπτειν δεῖ. ἐπὶ τῶν παραβαλλομένων καὶ ῥιψοκίνδυνα ποιούντων.

Διαγεγονότος. παρελθόντος. Μετὰ τὸν πρῶτον ἀνοικισμὸν τῆς πόλεως τοὺς διαγεγονότας. Διαγινώσκειν δέ ἐστι, τὸ δι' ἀκριβείας ἐπιστημονικῆς τὸ πρᾶγμα εἰδέναι μετὰ τὴν προλαβοῦσαν γνῶσιν.

Διαγέγραπται. [5] κατέξυσται. ἀνῄρηται ἀπὸ τῆς τοῦ γραμματέως δέλτου, ὅπου αἱ δίκαι ἀνεγράφοντο, καὶ αἱ εἰσαγωγαὶ τῶν δικῶν. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις

—— Ἥδομαι,
Ὅτι πεντετάλαντός μοι διαγέγραπται δίκη.

Διαγγέλλων. καὶ διαγγελλομένους, παρακελευομένους. Ξενοφῶν· Ἐγίνωσκον αὐτοὺς ἀπιέναι βουλομένους, καὶ διαγγελλομένους. ἢ ἀντὶ τοῦ φανερουμένους. δήλους γινομένους.

Διάγειν. [6] Οὐδὲ δίηγε τοὺς λόγους, οὐδὲ λεπτολογίᾳ ἐδίδου, οὐδὲ εἰρωνευομένου τις ἤκουσε. περὶ Ἀπολλωνίου φησὶ Φιλόστρατος ὁ Λήμνιος.

Διαγκωνισάμενος. ἐπ' ἀγκῶνος καθίσας. [7] Ὁ δὲ διαγκωνισάμενος ἐπὶ τοῦ σκίμποδος, ἀποβλεψάμενος εἰς τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἀσκληπιοῦ, εἶπεν· Ὦ δέσποτα, τί ἐκέλευσας;



Διαβασιλίζεται. Regnum sibi vendicat.

Διαβάσκει. Circumit. Obit. Curat.

Διαβηνός. Diabenus. Nomen proprium.

Διαβησείοντας. Trajicere cupientes. Agathias: *Ille vero turres ædificavit, quæ Romanos trajicere volentes arcerent.*

Διαβήτης. Circinus. Instrumentum, ad multas artes utile, & literæ Λ simile: cujus alteram partem immotam tenentes, alteram vero circumagentes, circulos describunt.

Διάβολος. Diabolus. Quære in v. Σατανᾶς.

Διάβολος. Diabolus. Ideo sic dictus, quod homines calumniis petere, & ex amicis inimicos facere possit. Quære in v. Δύναμις.

Διαβούλιον. Consultatio. Consilium. David: *In consiliis, quæ animo agitant, comprehenduntur.* Id est, ipsi sibi absurdis & stultis consiliis malum accersunt.

Διαβούλομαι. Persuadeo. Thucydides.

Διὰ βραχέων. Breviter. Compendiose.

Διάβροχος. Vino madidus. Ebrius. *Cum leno ebrius esset, & vino prorsus madidus, quid, inquit, cunctamur?*

Διαβιασάμενος. Qui coegit. Qui vim attulit. Polybius: *Cum autem infirmitatem vi vicisset, propter superioris temporis consuetudinem, Argis Megalopolin eodem die pervenit.*

Διὰ τῶν μαχ. *Per enses & ignem ruere oportet.* Dicitur de hominibus, qui inconsulte & temere sese periculis offerunt.

Διαγεγονότος. Præteriti. [*Annos*] *post primam urbis ædificationem præteritos.* Διαγινώσκειν vero est, rem, quam ante didiceris, accurate & secundum præcepta artis cognoscere.

Διαγέγραπται. Erasa est. Deleta est ex tabula scribæ, in qua scribebantur lites & causæ, quæ in Judicium introducebantur. Aristophanes *Nubibus*: *Gaudeo valde, expunctam mihi esse dicam quinque talentorum.*

Διαγγέλλων. Denuncians. Divulgans. Et διαγγελλομένους, de quibus fama aliquid divulgat. Xenophon: *Cognoverant, eos abire velle, & rumorem de iis jam sparsum esse.*

Διάγειν. *Neque prolixitatem in sermonibus affectabat, neque subtilitati verborum studebat, neque ironice loquentem quisquam audiebat.* Sic Philostratus Lemnius de Apollonio inquit.

Διαγκωνισάμενος. Cubito innitens. *Ille vero cubito innitens, & in grabatum reclinatus, oculis in Æsculapii simulacrum conjectis dixit, Domine, quid imperas?*

1 Ἀγαθίας] Lib. II. pag. 39.

2 Διαβήτης. ἐργαλεῖον ὁ διαβήτης, εὔχρ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Scholiasta Aristoph. ad *Nubes* pag. 133.

3 Σημαίνει δὲ καὶ ὄνομα χαίρου παραστ.] Quid hæc verba sibi velint, dicant alii. Ego enim sensum illorum me ignorare fateor.

4 Διὰ τῶν μαχαιρῶν καὶ π.] Vide infra v. Διὰ μαχαιρῶν.

5 Διαγέγραπται. κατέξυσται. ἀνῄρ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Nubes* pag. 170. (101. Ed. Bas. P.)

6 Οὐδὲ δίηγε τοὺς λόγους, οὐδὲ λεπτ.] Fragmentum hoc legitur apud Philostratum *de Vita Apoll.* lib. I. cap. XIII. idemque repetitur infra v. [illegible].

7 Ὁ δὲ διαγκωνισάμενος ἐπὶ τοῦ σκ.] Fragmentum hoc depromptum est ex Damascio, quod longe auctius legitur infra v. Δομνῖνος.

Διαγνώμη. [1] Διάγνωσις, καὶ διάκρισις. [2] Ὥσπερ καὶ καταβοή. ἡ λέξις ἰδικὴ Θουκυδίδου.

Διαγνώμη. Ratio res dignoscendi & dijudicandi. Est vox Thucydidi peculiaris: uti & καταβοή.

Διαγνώμων. Διακρίνων. Διαγινώσκων. [3] Ὁ μὲν δὴ Ἡραΐσκος αὐτοφυὴς ἐγένετο διαγνώμων τῶν τε ζώντων καὶ τῶν μὴ ζώντων ἀγαλμάτων. εὐθὺς γὰρ ἐμβλέπων, ἐπετιτρώσκετο τὴν καρδίαν ὑπὸ τοῦ θειασμοῦ, καὶ ἀνεπήδα τό, τε σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν, ὥσπερ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κατάσχετος. εἰ δὲ μὴ κινοῖτο τοιοῦτον, ἄψυχον ἦν ἐκεῖνο τὸ ἄγαλμα, καὶ ἄμοιρον θείας ἐπιπνοίας. οὕτω διέγνω τὸ ἄρρητον ἄγαλμα τοῦ Αἰῶνος, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κατεχόμενον, ὃ Ἀλεξανδρεῖς ἐτίμησαν, Ὄσιριν ὄντα καὶ Ἄδωνιν ὁμοῦ, κατὰ μυστικὴν θεοκρασίαν. ἐνῆν δὲ τοῦ Ἡραΐσκου τῇ φύσει καὶ τὸ τοὺς μολυσμοὺς τῆς φύσεως ἀναινόμενον. εἰ γοῦν ᾔσθετο φθεγγομένης ὅπως δὴ καὶ ὅθεν γυναικὸς ἀκαθάρτου τινὸς, ἤλγει παραχρῆμα τὴν κεφαλήν· καὶ τοῦτο σημεῖον ἐποιεῖτο τῆς ἀφεδρείας. ἦν δὲ καὶ ἡ πρώτη αὐτοῦ γένεσις μυστική. λέγεται γὰρ κατελθεῖν ἀπὸ τῆς μητρὸς, ἐπὶ τοῖς χείλεσιν ἔχων τὸν κατασιγάζοντα δάκτυλον, οἷον Αἰγύπτιοι μυθολογοῦσι Ὧρον καὶ Ἥλιον. τοιγαροῦν, ἐπεί οἱ συνεπεφύκει τοῖς χείλεσιν ὁ δάκτυλος, ἐδεήθη τομῆς, καὶ διέμεινεν ἀεὶ τὸ χεῖλος ὑποτετμημένος.

Διαγνώμων. Dignoscens. Dijudicans. Discernens. Heraiscus absque ulla disciplina ipso naturæ instinctu animata & inanimata simulacra dignoscere poterat. Quamprimũ enim ea conspexisset, cor ejus quasi vulnerabatur, & ipse extra se raptus, animo & corpore exultabat, quasi Numine quodam afflatus esset. Quod si ea ratione non commoveretur, inanimatum erat simulacrum illud, & divini afflatus expers. Sic cognovit arcanum simulacrum Æternitatis, a Deo insessum, quod Alexandrini sub Osiridis simul & Adonidis nomine colebant, mystica quadam ratione uno Numine ex duobus Diis conflato. In ejusdem Heraisci natura quiddam etiam inerat, quod pollutiones naturæ aversaretur. Nam si mulierem aliquam impuram utcunque & undecunque loquentem audivisset, confestim caput ipsi dolebat: quod ipsi erat indicium menstruorum. Fuit autem & primus ejus ortus vere mysticus. Fertur enim in lucem editus esse, digito silentii indice labiis ejus admoto, quemadmodum Ægyptii Orum & Solem natos esse fabulantur. Quare cum digitus ille labiis firmiter adhæresceret, sectione ei opus fuit: & Heraiscus labium incisum semper retinuit.

Διαγόρας, Τηλεκλείδου, ἢ Τηλεκλύτου, Μήλιος, Φιλόσοφος, καὶ ᾀσμάτων ποιητής· [4] ὃν εὐφυᾶ θεασάμενος Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης, ὠνήσατο αὐτὸν δοῦλον ὄντα μυρίων δραχμῶν, καὶ μαθητὴν ἐποιήσατο. ὁ δὲ καὶ τῇ Λυρικῇ ἐπέθετο, τοῖς χρόνοις ὢν [5] μετὰ Πίνδαρον καὶ Βακχυλίδην, [6] Μελανιππίδου δὲ πρεσβύτερος. ἤκμαζε τοίνυν οη' Ὀλυμπιάδι· [7] ἐπεκλήθη δὲ Ἄθεος. ἔγραψε τοὺς Ἀποπυργίζοντας λόγους, ἔκπτωσιν ἔχοντας τῆς περὶ τὸ θεῖον δόξης. κατοικήσας δὲ Κόρινθον Διαγόρας, αὐτόθι τὸν βίον κατέστρεψε.

Διαγόρας, Diagoras, Teleclidæ, vel Teleclyti filius, Melius, Philosophus, & canticorum scriptor: quem, cum esset servus, Democritus Abderita egregio ingenio præditum cernens, decem millibus drachmarum emit, & in discipulorum suorum numerum recepit. Hic poesi Lyricæ operam etiam dedit, Pindaro & Bacchylide posterior, at Melanippide antiquior; ita ut vixerit Olympiade LXXVIII. Cognominatus fuit Atheus; scripsitque orationes, quæ vocantur Ἀποπυργίζοντες, in quibus rationes reddit, quare ab opinione de Deo desciverit. Habitavit Corinthi, ibique vitam finiit.

Διαγόρας ὁ [8] Μήλιος. ἐπὶ τῶν ἀθέων καὶ ἀπί-

Διαγόρας ὁ Μήλιος. Diagoras Melius. De

1 Διαγνώμη. Διάγνωσις, καὶ διάκρ.] Ex Scholiasta Thucydidis ad lib. I. cap. LXXXVII.

2 Ὥσπερ καὶ καταβοή] Hæc verba ex margine in textum irrepserunt, quæ vel delenda sunt, vel collocanda post vocem Θουκυδίδου.

3 Ὁ μὲν δὴ Ἡραΐσκος αὐτοφυὴς ἐγένετο διαγν.] Totus hic locus legitur etiam infra v. Ἡραΐσκος.

4 Ὃν εὐφυᾶ θεασάμενος Δημόκριτος ὁ Ἀβδ.] Hæc, & quæ sequuntur, totidem pene verbis etiam leguntur apud Hesychium Milesium.

5 Μετὰ Πίνδαρον καὶ Βακχυλ.] Scribendum est, κατὰ Πίνδαρον καὶ Βακχ. ut sit sensus, cum Pindari & Bacchylidis æqualem fuisse. Paulo post enim additur, Diagoram floruisse Olympiade LXXVIII; in quam ætas Pindari incidit, quippe qui, teste Suida, natus est Olymp. LXV. & secundum quosdam vitam produxit usque ad Olymp. LXXXV. Bacchylide vero Diagoras adeo non fuit posterior, ut potius eo antiquior fuerit; quippe quem Eusebius in Chronicis ad Olymp. LXXXII refert. Potuit tamen Bacchylides etiam ante illud tempus vixisse, & jam Olymp. LXXVIII inclaruisse. adeout cum ratione temporis non videatur pugnare, si dicas, Diagoram Bacchylidis æqualem fuisse. Enarrator Comici ad *Ranas* pag. 227. Diagoram hunc non Bacchylidis, sed Simonidis & Pindari æqualem facit. Ait enim: Ἦν δὲ οὗτος Τηλεκλύτου παῖς, Μήλιος τὸ γένος, τοῖς χρόνοις κατὰ Σιμωνίδην καὶ Πίνδαρον. Natus autem fuit Simonides Olymp. LVI. vel LXII, teste Suida: obiit vero Olymp. LXXVIII, ut idem auctor est. Quare Simonidem senem Diagoras adolescens videre potuit.

6 Μελανιππίδου δὲ πρεσβύτερος. ἤκμαζε τοίνυν οη' Ὀλυμπιάδι] Hæc verba absunt a prioribus Editt. quæ ex 2 MSS. Paris. revocavi. Eadem etiam leguntur in codice Vaticano, ut testis est Pearsonius. Cæterum in uno MS. Paris. scriptum est Μελανιππίδης; quam lectionem etiam agnoscit codex Vaticanus, teste Pearsonio. At in optimo & antiquissimo MS. Paris. eadem vox breviate scripta est, ita ut Lectori integrum sit, pro ratione sensus & constructionis eam in quemcunque casum flectere. Cum igitur ratio constructionis genitivum potius quam nominativum requirat, Μελανιππίδου in hac Editione excudendum curavi. Neque sensus & temporis ratio lectioni huic refragantur, si verba ista de Melanippide juniore intelligas, quippe qui paulo post Diagoram circa Olymp. LXXXVIII vel XC floruit, ut ex Suida colligi potest.

7 Ἐπεκλήθη δὲ Ἄθεος. ἔγραψε τοὺς Ἀποπυργίζοντας λόγους, ἔκπτ. ἔχοντας τῆς περὶ τὸ θεῖον δόξης] Locus hic in 2 MSS. plenius ita legitur: Ἐπεκλήθη δὲ Ἄθεος, διότι τοῦτο ἐδόξαζεν, ἀφ' οὗ τις ὁμότεχνος αὐτῷ ἀδικηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, ὡς παιᾶνα ἀφελόμενος, ὃν αὐτὸς πεποιήκει, ἐξωμόσατο μὴ κεκλοφέναι τοῦτον. μικρὸν δὲ ὕστερον ἐπιδειξάμενος αὐτὸν εὐημέρησεν. ἐντεῦθεν ὁ Διαγόρας λυπηθεὶς ἔγραψε τοὺς καλουμένους Ἀποπυργίζοντας λόγους, ἀναχώρησιν αὐτοῦ καὶ ἔκπτωσιν &c. Sic etiam legitur in codice Vatic. teste Pearsonio; eademque totidem verbis habet Hesychius Milesius in v. Διαγόρας.

8 Ὁ Μήλιος] Apud Plutarchum *de Placit. Philos.* lib. I. cap. VII. Diagoras hic corrupte vocatur Μιλήσιος: quod mendum esse vetustissimum inde patet, quod Theodoretus *Therap.* III. pag. 506. loco isto Plutarchi fretus, Diagoram hunc Milesium appellat; ut ante nos etiam observavit Cl. Bentlejus ad Fragm. Callim. LXXXVI.

των καὶ ἀσεβῶν. [1] οὗτος δὲ μετὰ τὴν ἅλωσιν Μήλου ᾤκει ἐν Ἀθήναις· τὰ δὲ μυστήρια οὕτως ηὐτέλιζεν, ὡς πολλοὺς ἐκτρέπειν [2] τῆς τελετῆς. τοῦτο οὖν [3] ἐκήρυξαν κατ' αὐτοῦ Ἀθηναῖοι, καὶ ἐν χαλκῇ στήλῃ ἔγραψαν, τῷ [4] μὲν ἀποκτείναντι, τάλαντον λαμβάνειν· τῷ δὲ ἄγοντι, δύο. ἐκηρύχθη δὲ τοῦτο διὰ τὸ ἀσεβὲς αὐτοῦ, ἐπεὶ τὰ μυστήρια πᾶσι διηγεῖτο, κοινοποιῶν αὐτὰ, καὶ μικρὰ ποιῶν, καὶ τοὺς βουλομένους μυεῖσθαι ἀποτρέπων. Φησὶν οὖν [5] Ἀριστοφάνης ἐν Ὄρνισι·

Τῇδε μέντοι θ' ἡμέρᾳ μάλιστ' ἐπαναγορεύεται·
Ἢν ἀποκτείνῃ τις ὑμῶν Διαγόραν τὸν Μήλιον,
Λαμβάνειν τάλαντον. ἤν τε τῶν τυράννων τις τινὰ
Τῶν τεθνηκότων ἀποκτείνῃ, καὶ τάλαντον λαμβάνειν.

τεθνηκότων. τουτέστι, τῶν ἐπὶ θανάτῳ φευγόντων. ἐν ὑπερβολῇ δὲ εἴρηται, τοὺς τεθνηκότας ἀποκτείνειν.

atheis & infidelibus & impiis hominibus dicitur. Hic post captam Melum Athenis habitavit, & mysteria adeo contempsit, ut multos induceret, ne sacra susciperent. Quare Athenienses eo proscripto non solum voce præconis pronuntiari, sed etiam æreæ columnæ inscribi jusserunt, cum, qui Diagoram occidisset, talentum; qui vero vivum adduxisset, duo talenta accepturum esse. Hoc autem Athenienses fecerunt propter ejus impietatem, quod mysteria omnibus enuntiaret, eaque evulgans & despiciens, illos etiam, qui sacris initiari volebant, a proposito isto dehortaretur. Quare Aristophanes in *Avibus* inquit: *Hoc quidem die potissimum præconis voce pronuntiatur: Si quis vestrum Diagoram Melium interfecerit, talentum accipiet: & si quis aliquem tyrannorum mortuorum occiderit, item talentum accipiet.* Τεθνηκότων, id est, eorum, qui capitalis criminis rei sunt. Per hyperbolen vero dictum est, mortuos occidere.

Διαγορεύων. [6] ἀντὶ τοῦ, διάφορα καὶ οὐ τὰ αὐτὰ λέγων. οὕτως Ἰσαῖος. τὸ δὲ ἐναντίον συναγορεύειν· ὥσπερ ἐναντία καὶ τὸ συμφέρεσθαι πρὸς τὸ διαφέρεσθαι· καὶ τὸ συμφωνεῖν πρὸς τὸ διαφωνεῖν.

Διαγορεύων. Diversa, nec eadem dicens. Sic Isæus. Contrarium vero est συναγορεύειν, i. e. eadem dicere. Quemadmodum contraria sunt συμφέρεσθαι & διαφέρεσθαι: & συμφωνεῖν & διαφωνεῖν.

Διαγωνιάσαντες. διευλαβηθέντες. Οἱ [7] δὲ διαγωνιάσαντες, μὴ διὰ τὸ προηττῆσθαι δόξωσι καταπεπλῆχθαι τοῖς ὅλοις, ἐξῆγον ἅμα φωτί. ἀντὶ τοῦ εὐλαβηθέντες.

Διαγωνιάσαντες. Vehementer metuentes. *Illi vero vehementer metuentes, ne universo bello jam victi viderentur, & penitus perculsi, prima luce copias ex castris [in aciem] eduxere.*

Διάγραμμα. τὸ μίσθωμα. διέγραφον δὲ οἱ ἀγορανόμοι, ὅσον ἔδει λαμβάνειν τὴν ἑταίραν ἑκάστην.

Διάγραμμα. Merces meretricum. Ædiles enim statuebant, quantum unamquamque meretricem accipere oporteret.

Διάγραμμα. [8] τὸ ταττόμενον ἐν ταῖς συμμορίαις, ὁπόσον ἕκαστον εἰσφέρειν δεῖ. ἐτάττετο δὲ οὐ τὸ αὐτὸ πᾶσιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν τιμὴν τῆς οὐσίας. [9] Διαγραφεὺς μέντοι ἐστὶν, ὁ καθιστάμενος ἐν ταῖς συμμορίαις ἐπὶ τῷ διακρῖναι, πόσον ἕκαστος εἰσενεγκεῖν ὀφείλει.

Διάγραμμα. Statutum & definitum tributum, quod unumquemque in Symmoriis conferre oportebat. Non idem autem tributum omnibus imperabatur, sed aliis aliud, pro censu facultatum. Et διαγραφεὺς dicebatur ille, qui in Symmoriis constitutus erat, ut dijudicaret & statueret, quantum quisque conferre deberet.

Διαγράμματα. ὅταν εἰσφορᾶς δεήσειεν εἰς τὸ κοινὸν, πολέμου ὄντος, τὸ ἑκάστῳ ἐπιγραφόμενον ἀργύριον διάγραμμα καλεῖται.

Διαγράμματα. Quum tempore belli tributo in commune collato opus erat, portio pecuniæ, singulis assignata, διάγραμμα vocabatur.

Διαγραφεύς. ὁ καθιστάμενος ἐν ταῖς συμμορίαις, ἐπὶ τῷ διακρῖναι, πόσον ἕκαστος εἰσενεγκεῖν ὀφείλει.

Διαγραφεύς. Sic vocatur ille, qui in Symmoriis constitutus est, ut statuat, quantum quisque conferre debeat.

Διαγραφή. [10] ἡ διατύπωσις τῶν πιπρασκομένων μετάλλων, δηλοῦσα διὰ γραμμάτων, ἀπὸ ποίας ἀρχῆς μέχρι πόσου πέρατος πιπράσκεται.

Διαγραφή. Metallorum, quæ venduntur, descriptio, literis indicans, a quo initio ad quem usque terminum vendantur.

Διαγραφή. καὶ τοῦτο ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ ἐγένετο, ζημίαις πολλαῖς καθυποβάλλεσθαι τὴν πόλιν.

Διαγραφή. Et hoc sub Justiniano contigit, ut urbs multis afficeretur damnis.

1 Οὗτος δὲ μετὰ τὴν ἅλωσιν Μήλου ᾤκει ἐν Ἀθ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Scholiasta Aristophanis ad *Aves* pag. 592. (410. Ed. Basil. P.)

2 Τῆς τελετῆς] Sic habet MS. Paris. A. & Enarrator Comici loco laudato: at priores Editt. minus recte ἑορτῆς.

3 Ἐκήρυξαν κατ' αὐτοῦ Ἀθηναῖοι καὶ ἐν χαλκ.] Huc spectant verba Scholiastæ ad *Ranas* pag. 227. Ὅθεν οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς χλευάζοντος τοὺς θεοὺς καταψηφισάμενοι, ἀνεκήρυξαν, τῷ μὲν ἀνελόντι αὐτὸν, ἀργυρίου τάλαντον· τῷ δὲ ζῶντα κομίσαντι, δύο. Vide etiam Meursium ad Lycophronem v. 1172.

4 Τῷ μὲν ἀποκτείναντι —— τῷ δὲ ἄγοντι] Constructio requirit ut legatur, τὸν μὲν ἀποκτείναντα —— τὸν δὲ ἄγοντα: ut recte legitur apud Scholiastam Aristophanis ad *Aves* loco eo, quem paulo ante indicavimus.

5 Ἀριστοφάνης ἐν Ὄρνισι] Pag. 592. (410. Ed. Basil. P.)

6 Διαγορεύων. ἀντὶ τοῦ διάφ.] Ex Harpocratione.

7 Οἱ δὲ διαγωνιάσαντες, μὴ διὰ τὸ πρ.] Fragmentum hoc legitur apud Polybium lib. XI. cap. XXX. ut Jac. Gronovius recte observavit. Apud Polybium tamen hodie legitur, μὴ ἐπτοῆσθαι δόξωσι καὶ καταπεπλῆχθαι &c.

8 Διάγραμμα. τὸ ταττόμενον ἐν ταῖς συμμ.] Ex Harpocratione. Vide etiam supra v. Ἀναγράψας.

9 Διαγραφεὺς μέντοι ἐστὶν, ὁ καθισ.] Iidem etiam vocabantur Ἐκλογεῖς, Ἐπιγραφεῖς, & Ἐπιγραμματεῖς, ut docet Suidas infra suis locis.

10 Διαγραφή. ἡ διατύπωσις τῶν πιπρ.] Ex Harpocratione.

Διαγραφὴ δίκης. ὅταν ἀπαλλαγῇ τοῦ ἐγκλήματος ὁ φεύγων, ἢ κατὰ συγχώρησιν τοῦ διώκοντος, ἢ κατὰ διάγνωσιν τυχόντος, καὶ μηκέτι παρὰ μηδενὸς ἐγκαλῆται, διαγραφὴ δίκης λέγεται.

Διαγράψαντος.[1] τινὲς μὲν ἀντὶ τοῦ καταβαλόντος καὶ καταθέντος. ἔνιοι δὲ, ἀντὶ τοῦ [2] διὰ τραπέζης ἀριθμήσαντος, ὡς λέγομεν ἐν τῇ συνηθείᾳ.

Διαγράψασθαι.[3] ἀντὶ τοῦ ἀπαλεῖψαι τὸ ἔγκλημα.

Διὰ δακτυλίου δεῖ σε ἑλκυσθῆναι. ἐπὶ τῶν διὰ νόσον ἢ λύπην λεπτῶν καὶ ἰσχνῶν γινομένων.

Διάδημα. τὸ βασιλικὸν ἔνδυμα. τὸ στέμμα.

Διαδιδράσκει. διαφεύγει. καὶ διαδιδρᾶναι.

Διαδικασάμενος. ὀνειδίσας. ἐξελέγξας. Ὃς διαδικασάμενος αὐτῷ περὶ τῆς ἀποστασίας, ἀπέκτεινεν αὐτοῦ τοὺς παῖδας.

Διαδικασία. διαδικασία ἐστὶν, ἣν ποιοῦνται τινες τοῖς μέλλουσι χορηγεῖν, οὓς ἂν ὁρισθῆναι βούλωνται, πότε δεῖ λειτουργεῖν αὐτούς.

Διαδορατίζω.

Διαδόσεις.[4] τὰς ἐκ διαιρέσεως ἴσης ἐπιβαλλούσας δόσεις. Λυσίας.

Διαδρᾶναι. διαφυγεῖν.

Διαδρασιπολίτας. ἀντὶ τοῦ δειλούς. ἀποδιδράσκοντας τὴν πολιτείαν.

Διαδρομαί. ἐπὶ τῶν ἐπὶ παρεμβολαῖς κινημάτων. Καὶ ἦγε ἵππος παρήλασε πρώτη εὐτάκτως τε καὶ σὺν κόσμῳ· εἶτα διῃρέθησαν, καὶ ἀλλήλοις ἀντιπρόσωποι στάντες, μαχομένων σχήματα ἐπεδείξαντο. κᾆτα ἐνόπλιοι διαδρομαί τινες ἐγίνοντο, καὶ ἐλιγμοί, καὶ περίοδοι.

Διαζεύγνυμι. γενικῇ.

Διαζηλοτυπούμενοι. φθονερῶς διακείμενοι. [5] Οἱ δὲ διαζηλοτυπούμενοι πρὸς τὸν Σκιπίωνα, ἐπεβάλοντο διασύρειν τὰς πράξεις αὐτοῦ.

Διάζωμα.[6] τὸ περὶ τὰ αἰδοῖα σκέπασμα.

Διαιδεῖται. γνωρίζεται. φαίνεται. [7] Ἔνθ' ἀρετὴ διαείδεται ἀνδρῶν, κατὰ τὸν ποιητήν· μᾶλλον δὲ, ὅπου ζητεῖται τὸ μέγεθος τῆς ἀρετῆς.

Διαήσει. διαπέμψει. διάησι δὲ, διέρχεται. παρ' Ἡσιόδῳ.

Διαθέουσα. διατρέχουσα.

Διαθέσθαι. ἀντὶ τοῦ ἀποδόσθαι.

Διάθεσις. [8] Ἐπειδὴ οὐκ ἄσχετος ἐστὶν ὁ δεσμὸς τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ σῶμα, ἀλλὰ συμπαθής. διαβαίνει

Διαγραφὴ δίκης. Quum reus absolvitur, vel actore jus suum remittente, vel judice litem dijudicante, ita ut non amplius a quoquam accusetur, id διαγραφὴ δίκης, i. e. litis expunctio, vocatnr.

Διαγράψαντος. Alii vocem hanc accipiunt de eo, qui [pecuniam aliquam] solvit & numerat. Alii vero de eo, qui, ut vulgo dicere solemus, ex mensa solvit.

Διαγράψασθαι. Actionem expungere.

Διὰ δακτ. *Per annulum te trahi oportet.* Dicitur de iis, qui morbo vel mœrore emaciati & confecti sunt.

Διάδημα. Diadema. Ornamentum regium. Corona.

Διαδιδράσκει. Effugit. Et διαδιδρᾶναι, effugere.

Διαδικασάμενος. Qui exprobravit. Qui redarguit. *Cum defectionem ipsi exprobrasset, ejus liberos interfecit.*

Διαδικασία. Dijudicatio litis inter eos, qui choragi munere functuri sunt, cum tempus definiri volunt, quando publicum munus ipsis obeundum sit.

Διαδορατίζω. Hasta dimico.

Διαδόσεις. Portiones, quæ ex æquali rerum divisione alicui obtingunt. Lysias.

Διαδρᾶναι. Diffugere. Effugere.

Διαδρασιπολίτας. Timidos. Qui negotia Reipubl. fugiunt.

Διαδρομαί. Discursus militum in acie. *Equitatus autem primus composite & ordine præteriit. Deinde in duas divisi partes, & frontibus adversis inter se stantes, pugnantium speciem præbuerunt: militesque armati discurrere, & circuire, & ordines evolvere cœperunt.*

Διαζεύγνυμι. Disjungo. Cum genitivo.

Διαζηλοτυπούμενοι. Invidia affecti. Invidentes. *Illi vero Scipioni invidentes, res ab ipso gestas elevare cœperunt.*

Διάζωμα. Tegumentum partium genitaliũ.

Διαιδεῖται. Cognoscitur. Apparet. Perspicitur. *Ubi virorum virtus & fortitudo perspicitur, secundum Poetam. Vel potius, ubi virtutis magnitudo requiritur.*

Διαήσει. Dimittet. At διάησι, transit. Apud Hesiodum.

Διαθέουσα. Discurrens. Percurrens.

Διαθέσθαι. [Interdum significat] vendere.

Διάθεσις. Affectio. Anima ita juncta est corpori, ut inter ea sit mutua quædam con-

1 Διαγράψαντος. τινὲς μὲν ἀντὶ τοῦ καταβ.] Ex Harpocratione.
2 Διὰ τραπέζης] Id est, per mensarium. Usitatissimum enim erat apud veteres, pecuniam aliquam per mensarium solvere vel numerare: cui opponebatur solutio, quæ dicebatur *ex arca.* Vide Salmasium *de Fœn. Trapez.* pag. 30.
3 Διαγράψασθαι. ἀντὶ τοῦ ἀπαλεῖψαι τὸ ἔγκλ.] Ex Harpocratione.
4 Διαδόσεις. τὰς ἐκ τῆς διαιρ.] Ex Harpocratione.
5 Οἱ δὲ διαζηλοτ.] Fragmentum hoc Polybio assignat Valesius.
6 Διάζωμα] Ejusmodi subligaculo, sive velamine partium genitalium, utebantur olim athletæ, cum nudi in certamen descenderent. Thucydides lib. 1. cap. VI. *Τὸ δὲ πάλαι καὶ ἐν τῷ Ὀλυμπικῷ ἀγῶνι διαζώματα ἔχοντες περὶ τὰ αἰδοῖα οἱ ἀθληταὶ ἠγωνίζοντο.* i. e. *Olim vero & in Olympiaco certamine athletæ subligacula circa pudenda habentes certabant.* Hunc locum ideo attuli, quia Suidam eo respexisse puto.
7 Ἔνθ' ἀρετὴ διαείδεται ἀνδρῶν] Hæc sunt verba Homeri Il. N. v. 277.
8 Ἐπειδὴ οὐκ ἄσχετος ἐστὶν ὁ δεσμὸς τῆς ψυχ.——τῆς τῆς ψυχῆς δυνάμεις] Totus hic locus descriptus est ex Joanne Philopono in lib. 1. Aristotelis *de Anima*, B. 4.

γοῦν ἐκ τῶν τῆς ψυχῆς κινημάτων ἴχνη πρὸς τὸ σῶμα, καὶ ἐκ τοῦ σώματος πρὸς τὴν ψυχήν. ἄλλο γοῦν τὸ εἶδος τοῦ διανοουμένου, καὶ ἄλλο τοῦ λυπουμένου. καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἐμφαίνεται ἴχνος ἐν τῷ σώματι τῆς κινήσεως τῆς ψυχῆς. ὅθεν καὶ οἱ φυσιογνώμονες ἐκ τῆς τοῦ σώματος ἰδέας τεκμαίρονται τὰς τῆς ψυχῆς διαθέσεις. ὅτι δὲ ἐκ τῶν παθῶν τοῦ σώματος διαβαίνει τι καὶ πρὸς τὴν ψυχήν, πρόδηλον. ἀλγοῦντι γὰρ συναλγεῖ, καὶ εὐθυμοῦντι συνήδεται. ὅτι δὲ καὶ ἐμποδίζει αὐτῇ τὸ σῶμα, τοίως ἢ τοίως διακείμενον, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. ὅπερ οὐκ ἂν ἐγένετο τὸ ἐμποδίζεσθαι αὐτὴν ὑπ᾽ αὐτοῦ, εἰ μὴ διέβαινεν ἀπὸ τῆς πρὸς αὐτὸ σχέσεως συμπάθειά τις ἐπὶ τὴν ψυχήν· ὥσπερ ὡς τοῦ ἐγκεφάλου κοιλίας μὲν παθούσης τῆς ὄπισθεν, τὸ μνημονευτικὸν πάσχειν· ἄλλης δὲ, αὐτὸ τὸ λογιστικόν. καὶ τοίως μὲν διακειμένου, ἀφάνταστον εἶναι τὴν ψυχήν· τοίως δὲ, δυσφάνταστον. καὶ αἱ διάφοροι δὲ τῶν ψυχῶν ἐπιτηδειότητες, καὶ τὸ εἰς τάδε τὰ πάθη ἐπιρρεπῶς ἔχειν, ἐκ τῆς πρὸς σῶμα σχέσεως καὶ συμπαθείας παραγίνεται. ὅθεν καὶ νενομίκασί τινες, ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἕπεσθαι τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις.

Διάθεσις, καὶ διατίθεσθαι. ἑκάτερον αὐτῶν κεῖται ἐπὶ τοῦ διαθήκας γράφειν. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα· Μετὰ ταύτην τοίνυν τὴν ἀπόκρισιν ἑτέραν ἐκόμιζον διαθήκην, ἣν ἔφαζον Ἀρχέπολιν ἐν Λήμνῳ διαθέσθαι. καὶ Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Τιμωνίδην· Πῶς δ᾽ ἂν τῆς διαθέσεως τοῦ τετελευτηκότος ἀμελήσαιμεν, ἣν ἐκεῖνος διέθετο, οὐ [1] παρανοῶν, οὐδὲ [2] γυναικὶ πεισθείς; Ἐχρήσαντο δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ πωλεῖν ἑκατέρῳ αὐτῶν. παρ᾽ Ἰσοκράτει δὲ ἐπὶ τοῦ πάσχειν κεῖται τὸ διατίθεσθαι· ὅς φησιν ἐν Ἑλένης ἐγκωμίῳ· Γνοίη δ᾽ ἄν τις κἀκεῖθεν, ὅσον διαφέρει τὸ εἶδος, ἐξ ὧν αὐτοὶ διατιθέμεθα πρὸς ἕκαστον τῶν καλῶν. Ἀντιφῶν δὲ τῇ διαθέσει ἐχρήσατο ἐπὶ γνώμης, ἢ διανοίας. ὁ αὐτὸς καὶ ἐπὶ τοῦ διαθεῖναι λόγον, τουτέστιν, ἐπὶ τοῦ ἐξαγγεῖλαί τι. [3] Ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς ἀληθείας ὁ αὐτὸς κέχρηται αὐτῷ καὶ ἐπὶ τῆς διακοσμήσεως.

Διάθεσις. [4] Ἰσοκράτης ἀντὶ τοῦ πρᾶσις. Ἀντιφῶν δὲ ἀντὶ τοῦ διοίκησις. καὶ διαθέσθαι, ἐπὶ τοῦ διοικῆσαι. παραλαμβάνεται δὲ τὸ διαθέσθαι καὶ ἀντὶ τοῦ συνθέσθαι, ὡς [5] Ὑπερείδης καὶ Δημοσθένης. † Διαθέσεις οὐ μόνον αἱ ἐπιστῆμαι, ἀλλὰ καὶ αἱ ἀρεταί. ὑπάρχει δὲ τῇ τέχνῃ τὸ φαῦλον καὶ τὸ σπουδαῖον. τῶν γὰρ τεχνῶν αἱ μέν εἰσι φαῦλαι, αἱ δὲ, σπουδαῖαι. τῷ δὲ τῆς ἐπιστήμης ὀνόματι Ἀριστοτέλης ἀντὶ τῆς τέχνης χρῆται κοινότερον. ὑπάρχοι δ᾽ ἂν καὶ τῇ διαθέ-

sensio, & altera ab altero afficiatur. Ex motibus enim animæ vestigia quædam ad corpus transeunt, & vicissim ex corpore ad animam. Quare alius est vultus cogitantis, & alius dolentis: & sic reliquorum etiam motuum animi vestigia quædam in corpore apparent. Hinc physiognomones ex habitu vultus animi affectiones conjiciunt. Vicissim ex motibus corporis aliquid etiam ad animum pervenire manifestum est. Cum dolente enim dolet, &, cum voluptatem idem percipit, una lætatur. Jam corpus aliter atque aliter affectum animum impedire nullus ignorat. Quod profecto non accideret, nisi propter mutuum, quod inter duo ista intercedit, vinculum, anima eorum, quæ corpus afficiunt, particeps esset. Hinc, cum posterior ventriculus cerebri læsus est, læditur & vis memoriæ: at cum anterior, ipsa facultas mentis. Præterea, cum hoc vel illo modo corpus affectum est, anima nulla visa concipit: at cum aliter, tristia ei visa obversantur. Quin etiam diversæ animorum proprietates, atque ad hos vel illos affectus propensiones, ex conjunctione & consensione cum corpore oriuntur. Unde etiam quidam existimarunt, animi facultates temperamentis corporis consentaneas esse.

Διάθεσις. Testamentum. Et διατίθεσθαι, testamentum scribere. Isæus in oratione adversus Aristogitonem: *Post hoc responsum alterum testamentum attulerunt, quod ab Archepoli in Lemno conditum dicebant.* Et Lysias in oratione adversus Timonidem: *Non video, quare testamentum defuncti negligere debeamus, quod ille nec a sana mente alienus, nec ab uxore persuasus fecit.* Utroque vocabulo etiam usi sunt pro vendere. Apud Isocratem τὸ διατίθεσθαι significat ab aliquo affici, vel certo modo affectum esse. Is enim in *Helenæ Encomio* inquit: *Quantum autem pulchritudo omnibus rebus antecellat, e nostris affectionibus erga formosos quivis intelligat.* Antipho vero vocem διάθεσις accepit pro sententia vel cogitatione. Apud eundē τὸ διαθεῖναι λόγον significat rumorem differre vel divulgare. Idem in oratione secunda *de Veritate* hoc vocabulo usus est pro apta rerum dispositione & ordinatione.

Διάθεσις. Isocrati significat venditionem. Antiphonti vero administrationem. Et διαθέσθαι, administrare. Accipitur etiam pro pacisci: ut apud Hyperidem & Demosthenem. † Dispositiones non solum sunt scientiæ & artes, sed etiam virtutes. Arti autem inest malum & bonum, quoniam artium aliæ sunt bonæ, aliæ vero malæ. Aristoteles vero scientiæ nomine pro arte communiter utitur. Dispositioni autem, quæ est genus artis, itidem bonum & malum inest. † Dispositio-

1 Παρανοῶν] Sic recte habent MSS. Paris. itemque Editt. Mediol. & Aldina. At in Editt. Basil. & Genev. male excusum est παραγγέλων.

2 Γυναικί] Sic MSS. Paris. cujus loco priores Editt. male exhibent γυναικείων.

3 Ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς ἀληθείας ὁ αὐτὸς κέχρηται αὐτῷ καὶ ἐπὶ τῆς διακ.] Hæc Harpocratio non ad vocem διάθεσις sed διαθεῖναι refert. Sed malim Suidam sequi.

4 Διάθεσις. Ἰσοκράτης ἀντὶ τοῦ πρ.—— καὶ Δημοσθένης] Ex Harpocratione.

5 Ὑπερείδης καὶ Δημοσθένης] Apud Harpocrationem legitur Ὑπερείδης κατὰ Δημοσθένους, uti etiam hic legendum est.

σι, γένος ὂν τῆς τέχνης, τὸ φαῦλόν τε καὶ σπουδαῖον. † [1] Διαθέσεις λέγονται, ἃ ἔστιν εὐκίνητα, καὶ ταχὺ [2] μεταβάλλονται· οἷον θερμότης, καὶ ψύξις, καὶ νόσος, καὶ ὑγεία. διάκειται μὲν γάρ πως [3] κατ' αὐτὴν ὁ ἄνθρωπος· ταχὺ δὲ μεταβάλλει ἐκ θερμοῦ εἰς ψυχρὸν, καὶ ἐκ τοῦ ὑγιαίνειν εἰς τὸ νοσεῖν. εἰ μή τις διὰ χρόνου πλῆθος ἤδη πεφυσιωμένη ἀνίατός ἐστιν, ἢ δυσκίνητος· ἣν ἄν τις ἴσως ἕξιν ἤδη προσαγορεύοι. καὶ διαφέρει ἕξις διαθέσεως. ἡ μὲν γὰρ ἕξις δυσκίνητος· ἡ δὲ διάθεσις, εὐκίνητος.

nes vocantur eæ, quæ facile moventur, & celeriter mutantur: ut caliditas & frigefactio; morbus & sanitas. Illis enim homo certo quodam modo afficitur, & celeriter ex calido fit frigidus; & ex sano æger. Nisi forte quædam dispositio propter longitudinem temporis in naturam jam abierit, & ideo vel prorsus non, vel difficulter saltem tolli & mutari queat: quam quis forsan jam habitum appellarit. Differt autem habitus a dispositione: quod ille difficulter; hæc vero facile mutetur.

Διαθέτης. διοικητής. ἐπιμελητής. [4] Ἦν δὲ καὶ τἄλλα σοφὸς οἴκου διαθέτης, καὶ πολύ τι τῆς ἡμέρας μέρος εἰς ταῦτα ἀνήλισκε, τὰ μὲν αὐτουργῶν, τὰ δὲ διατάττων.

Διαθέτης. Administrator. Procurator. *Erat autem & in cæteris prudens administrator rei domesticæ, & magnam diei partem in hæc impendebat, partim ipse manibus suis opus faciens, partim aliis,* [*quæ facienda erant,*] *præscribens.*

Διαθείη. διαπράξαι.

Διαθείη. Peregerit. Confecerit.

Διαθηγή.[5]

Διαθηγή. Ordo. Dispositio.

Διαθήκη. διχῶς ἐκφωνεῖται. ἡ μὲν ἐπὶ θνησκόντων διατάξεως, καὶ ἐνταλμάτων χαρακτῆρα φέρουσα. θατέρα δὲ διαθήκη, καὶ ἡ Θεοῦ πρὸς Ἀβραὰμ καὶ τοὺς λοιποὺς προπάτορας γενομένη ἐπαγγελία, ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτῶν ἀναστήσειν τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν Ἰησοῦν Χριστόν. καὶ [6] παρὰ Ἀριστοφάνει διαθήκη ἡ συνθήκη.

Ἢν μὴ διάθωνταί γ' οἵδε διαθήκην ἐμοί.

καὶ διατίθεμαι, ἀντὶ τοῦ συντίθεμαι.

Διαθήκη. Duplici sensu accipitur. Interdum enim significat supremam voluntatem morientis, & vim mandati habet. Altero vero sensu sic appellatur promissio, qua Deus Abrahamo & reliquis Patribus promisit, se ex semine illorum excitaturum esse Dominum nostrum & Deum Jesum Christum. Et apud Aristophanem διαθήκη significat fœdus & pactionem. *Nisi isti pactionem mecum faciant.* Et διατίθεμαι, pactionem facio.

Διαθήκη. καὶ ὁ νόμος. [7] Δαβίδ· Ἐβεβήλωσαν τὴν διαθήκην αὐτοῦ. εἴρηκε γὰρ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν. οἱ δὲ οὐχ ἤκουσαν αὐτοῦ.

Διαθήκη. Sic etiam Lex [Dei] vocatur. David: *Ipsius legem profanarunt.* Dixit enim: *Diliges proximum tuum ut te ipsum.* Illi vero ipsi non obtemperarunt.

Διαθήκην διαθώμεθα, ἣν διέθετο Πίθηκος τῇ γυναικί. ἀντὶ τοῦ συνθήκην. [8] αἰσχρὸς γάρ τις τὴν ὄψιν συνεχῶς τῇ γυναικὶ [9] διαπληκτιζόμενος, διέθετο ἐπὶ φίλων, μήτε τύπτειν, μήτε τύπτεσθαι· μήτε δάκνειν, ὡς αὐτὸν φιλοῦντα, μήτε δάκνεσθαι. οἷον, σὺ μὲν οὐχ ἑλκύσεις τῶν ὀρχιπέδων, οὐδὲ ἐγὼ τῶν τριχῶν. ἔοικε δὲ Παναίτιον κωμῳδεῖν· ὡς καὶ ἐν Νήσοις· Καταλιπὼν Παναίτιον πίθηκον. ἔνθα καὶ μαγείρου πατρὸς εἶναι λέγει αὐτόν. Πίθηκον μὲν, διὰ τὸ πανοῦργον. μαχαιροποιὸν δὲ, τὸν μαχαίρας ἐργαζόμενον, ὡς μάγειρον. αὐτόθεν οὖν φησὶν αὐτὸν μαχαιροποιόν. ὁ γὰρ Παναίτιος μάγειρος μικροφυὴς ἦν. διαβάλλει δὲ αὐτὸν Ἀριστοφάνης, ὡς καταλαβόντα τὴν γυναῖκα αὐτοῦ μοιχευομένην. ἐδυναστεύετο γὰρ ὑπ' αὐτῆς μεγάλης οὔσης.

Διαθήκην διαθ. *Nisi pactionem mecum faciant, qualem Pithecus cum uxore fecit.* Διαθήκην enim hic idem significat, quod συνθήκην. Homo autem quidam deformis perpetuo cum uxore rixans & manus conferens, coram amicis hanc cum ea pactionem fecit, ne vel verberaret, vel verberaretur; neque præ amore morderet, nec morderetur. Ait igitur: Nec tu prehensis testiculis me trahes; nec ego te, capillis. Videtur autem Panætium comice perstringere; quem & in *Insulis* perstrinxit his verbis: *Relicto Panætio Simio.* Ibi & coqui filium eum esse dicit. Simium vero illum vocat, propter astutiam. Μαχαιροποιὸν vero, quod cultris ad artem suam exercendam uteretur, ut coquus. Panætius enim coquus parva corporis statura præditus erat: quem Aristophanes perstringit, quod uxorem suam in adulterio deprehendisset. Illa enim, cum grandis esset staturæ, virum parere sibi cogebat.

Διαθλίβειν. ἔστιν ἐν τῷ Βλιμάζειν.

Διαθλίβειν. Premere. Vide in v. Βλιμάζειν.

1 Διαθέσεις λέγονται, ἃ ἔστιν εὐκίνητα ——— ἤδη προσαγορεύοι] Hæc sunt verba Aristotelis in *Categoriis*, cap. περὶ ποιότητος, p. 15.

2 Μεταβάλλονται] Apud Aristotelem loco laudato rectius legitur μεταβάλλοντα.

3 Κατ' αὐτὴν] Scribe κατ' αὐτάς: ut apud Aristotelem. Refertur enim ad διαθέσεις.

4 Ἦν δὲ καὶ τἄλλα σοφὸς οἴκου διαθ.——διατάττων] Hæc verba ex Damascio deprompta esse discimus ex Photio, apud quem idem fragmentum in Excerptis ex illo scriptore pag. 1032. legitur, ut Pearsonius recte observavit.

5 Διαθηγή] Hac voce Democritum philosophum peculiariter olim usum fuisse pro διάθεσις, docet Suidas infra v. Ῥυσμός.

6 Παρὰ Ἀριστοφάνει] *Avibus* pag. 561. (385. Ed. Bas. *P.*)

7 Δαβίδ] Psalm. LIV. 21. ubi vide Theodoretum; cujus interpretationem hic secutus est Suidas.

8 Αἰσχρὸς γάρ τις τὴν ὄψιν συνεχ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Enarratore Comici ad *Aves* pag. 562. (385. Ed. Bas. *P.*)

9 Διαπληκτιζόμενος] Apud Scholiastam Aristophanis hodie minus recte legitur πληκτιζόμενος.

Διαθλεῦντες.

Διαθλεῦντες. πονοῦντες.

Διαθρύπτεται. χαυνοῦται. διαλύεται.

Διακαυνίσασθαι.[1] διακληρώσασθαι. Καῦνος γὰρ ὁ κλῆρος.

Διακεκαυμένον. πῦρ ἐν ἑαυτῷ ἔχον.[2] Ἀριστοφάνης·

Δός μοι σπυρίδιον διακεκαυμένον λύχνῳ.
Τί δ' ὦ τάλας γε τοῦδ' ἔχεις πλέκους χρείαν;
Χρεῖος μὲν οὐδὲν· βούλομαι δ' ὅμως λαβεῖν.

οἱ γὰρ πρεσβύτεροι, διὰ τὸ μόλις βαδίζειν, ἐν σπυρίδι ἔκρυπτον τὸν λύχνον, ὥστε σώζειν τὸ πῦρ.

Διακεκναισμένη. διεφθαρμένη. καὶ [3] διακεκναισμένος, ἠμαυρωμένος. Εἰ γενοίμην ὠχρὸς, ὡς οἱ περὶ τὸν Σωκράτην, καὶ ἀνυπόδετος, καὶ ῥυπῶν. οἱ γὰρ ἱππεῖς εὔχροι, καὶ ὑποδεδεμένοι, καὶ ἐν γυμνασίοις ἐξεταζόμενοι καὶ παλαίστραις. καὶ [4] ἐν Ἱππεῦσι·

Μὴ φθονεῖθ' ἡμῖν κομῶσι, μηδ' ἀπεστλεγγισμένοις.

τουτέστι, λιπῶσι. τοῦτο οὖν καὶ νῦν ὁ νεανίσκος δεδοικέναι φησὶ, τὸ ἀπέχθεσθαι τοῖς περὶ τὴν ἱππικὴν ἔχουσιν, εἰ καταλιπὼν τὸ κοσμεῖν τὸ σῶμα, καὶ μετιέναι τὰ τῶν ἱππέων ἐπιτηδεύματα, τὰ τῶν φιλοσόφων μετέλθοι. καὶ ἐν Νεφέλαις·

— Οὐ γὰρ ἂν τλαίην ἰδεῖν
Τοὺς ἱππέας, τὸ χρῶμα διακεκναισμένος.

Διακέκοπται. οἷον ἀδόκιμόν ἐστι. διέκοπτον γὰρ τὸ ἀδόκιμον νόμισμα οἱ παλαιοί.

Διακεκορῆσθαι. διαπεπαρθενεῦσθαι.[5] τετμῆσθαι τῇ μίξει.

Διακεκριμένως. διακεχωρισμένως.

Διακενῆς. ἄνευ προφάσεως. Δαβίδ· Αἰσχυνθήτωσαν οἱ ἀνομοῦντες διακενῆς.

Διάκενος. ἡ κενή.

Διακεχαραγμένος. ξίφεσι πεπληγμένος. Ὁ δὲ διεσώθη εἰς τὸν Ναρσῆν, διακεχαραγμένος τὸ σῶμα.

Διακεχείρικε. Ὧν ἅπαντα τὸν βίον ὑπεύθυνον εἶναι ὁμολογῶν, ὧν διακεχείρικεν, ἢ πεπολίτευται παρ' ἡμῖν. Διαχειρίζω δὲ, ἀναιρῶ. Καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν διεχειρίσατο. † Καὶ διαχειρίσας ὀρθῶς τὴν οὐσίαν παρέδωκε τοῖς υἱέσι.

Διακεχρημένον.[6] ἀντὶ τοῦ κατὰ μέρος δεδανεισμένον.[7] Δημοσθένης.

Διακεχυμένοι. ἐκλελυμένοι τὴν ψυχὴν ὑπὸ χαρᾶς.[8] Τινὲς δὲ τῶν νεανίσκων ἀπήντων πρὸς Γάϊον,



Διαθλεῦντες. Laborantes, Certantes.

Διαθρύπτεται. Luxu enervatur. Dissolvitur.

Διακαυνίσασθαι. Sortiri. Καῦνος enim est sors.

Διακεκαυμένον. Ignem in se continens. Aristophanes: *Da mihi sportulam, in qua sit accensa lucerna. Quis sportulæ hujus usus tibi erit, homo miser? Usus quidem nullus: volo tamen accipere.* Senes enim, quod ægre incederent, lucernam in sportula occultabant, ut ignem servarent.

Διακεκναισμένη. Perdita. Corrupta. Et διακεκναισμένος, corruptus, obscuratus, vitiatus. Si sim pallidus, ut Socrates, & sine calceis incedam, & sordibus squalcam. Equites enim bono colore erant præditi, & calceati, & in gymnasiis & palæstris se exercebant. Et in *Equitibus: Ne invideatis nobis comatis & tersis nitidisque.* Hoc igitur & nunc adolescens se metuere dicit, ne in odium incurrat equitum, si neglecto cultu corporis & studio rei equestris, philosophiæ operam dare cœperit. Et in *Nubibus: Haud enim possim aspicere equites, adeo pallidus & macie confectus.*

Διακέκοπται. [Per metaphoram significat,] adulterinum est. Adulterinam enim monetam veteres pertundere solebant.

Διακεκορῆσθαι. Stupratam esse. Coitu divisam esse. [De virgine dicitur.]

Διακεκριμένως. Discrete. Distincte.

Διακενῆς. Sine ulla causa. Temere. David: *Erubescant, qui sine causa impia facinora patrant.*

Διάκενος. Inanis.

Διακεχαραγμένος. Gladiis vulneratus. *Ille vero ad Narsem fuga se recepit, gladiis toto corpore vulneratus.*

Διακεχείρικε. Administravit. Tractavit. *Quare confitetur, se per totam vitam obnoxium fore rationibus reddendis illarum rerum, quas administravit, aut publice apud nos gessit.* † *Et patrimonium, quod recte administravit, filiis tradidit.* Item διαχειρίζω, interficio. *Et ipse se interfecit.*

Διακεχρημένον. Dicitur de pecunia, quam quis per partes aliis fœnori dat. Demosthenes.

Διακεχυμένοι. Quorum animi gaudio diffusi sunt. *Quidam vero adolescentum Cajo obvi-*

1 Διακαυνίσασθαι. διακληρ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Pacem* pag. 704. (475. Ed. Bas. P.) ubi legitur διακαυνιάσαι, uti & hic apud Suidam legendum est.

2 Ἀριστοφάνης] *Acharnensibus* pag. 393. (280. Ed. Bas. P.)

3 Καὶ διακεκναισμένος, ἠμαυρ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Scholiasta Aristophanis ad *Nubes* pag. 130. (65. Ed. Bas. P.)

4 Καὶ ἐν Ἱππεῦσι] Pag. 322. (222. Ed. Bas. P.)

5 Τετμῆσθαι τῇ μίξει] Hæc Suidas ideo addit, ut innuat, τὸ διακορεῖν proprie significare virginem penetrare & dividere; propter vim præpositionis διά. Sic τὸ διαμηρίζειν, quod proprie significat femora dividere, itidem de coitu venereo dici constat. Apud Latinos quoque vox *dividere* obscœno sensu interdum accipitur.

6 Διακεχρημένον] Scribendum potius est διακεχρηματισμένον, ut monuit etiam Salmasius *de Modis Usur.* pag. 191.

7 Δημοσθένης] Locus Demosthenis, ad quem Suidas hic respexit, exstat in orat. I. contra Aphobum, pag. 549.

8 Τινὲς δὲ τῶν νεανίσκων ἀπήντων πρὸς Γάϊον, διακεχ.] Fragmentum hoc legitur apud Polybium lib. VIII. cap. XXII. ut Jac. Gronovius observavit.

διακεχυμένοι, καὶ τι προσπαίζοντες ἀλλήλοις.

Διακλιμακίσας. διαπαλαίσας. κλίμαξ γὰρ καὶ κλιμακισμὸς, πάλαισμά τι.

Διακλεισθέντες. ἐξαπορήσαντες. κωλυθέντες. εἰρχθέντες. [1]Καὶ πάσης ἀθρόον ἀγορᾶς διακλεισθέντες ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ, ἐκινδύνευσαν διαφθαρῆναι.

Διακλῶν. διαθρύπτων.

Διακναιόμενος. ξυόμενος. ἢ λυπούμενος. [2]Ἀριστοφάνης· Ἄτοπος δ' ἔγκειταί μοι τις πόθος, ὅς με διακναίσας ἔχει.

Διακναισθήσεται. [3]διαφθαρήσεται. Διακναίειν ἐπὶ κυρίως τὸ ξύειν τυρὸν τῇ κνήστι.

Διακομισθεὶς. διελθών.

Διακόνιον. οἱ μὲν τὴν τοῦ πλακοῦντος κρηπῖδα. Μενεκλῆς δὲ ἐν τῷ Γλωσσοκόμῳ ταῦτα εἴρηκε περὶ αὐτοῦ· Ἀθηναῖοι τῷ Ἀπόλλωνι τὴν καλουμένην εἰρεσιώνην ὅταν ποιῶσι, πλάττοντες [4]λύραν τε, καὶ κοτύλην, καὶ κλῆμα, καὶ ἄλλα τὰ κυκλοτερῆ πέμματα, ταῦτα καλοῦσι διακόνιον. [5]λέγεται δ' ἐπί τινος ἐγκρατοῦς. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀμερίας διακόνια τὰ κατὰ τὴν εἰρεσιώνην τῷ Ἀπόλλωνι πλασσόμενα πέμματα. τινὲς δὲ λέγουσι ζωμὸν ποιόν. τινὲς δὲ, μάζαν.

Διάκονος. μακρὸν τὸ α. Ὁ δὲ ἦν ἱερεὺς, διάκονος τὴν τιμήν. Καὶ Φιλοκτήτης·

Ἀλλ' [6]ἢ τέθνηκεν, ἢ τὰ τῶν διακόνων,
Ὡς εἰκὸς οἶμαι, τοὐμὸν ἐν σμικρῷ μέρει
Ποιούμενοι, τὸν οἴκαδ' ἤπειγον στόλον.

Διακορῆσαι. διαπαρθενεῦσαι. [7]οἱονεὶ διατεμεῖν.

Διακορεῖς. πεπληρωμένους. Ἰδὼν αὐτοὺς διακορεῖς μέθης ὄντας.

Διακορεῖς. μεμεστωμένοι.

Διακορῶ. κόρην διαφθείρω.

Διακόσμησις. τοῦ παντὸς ἡ διάθεσις. [8]Μέση ἡ γῆ, κέντρου λόγον ἔχουσα. μεθ' ἣν τὸ ὕδωρ σφαιροειδὲς, ἔχον τὸ αὐτὸ σχῆμα τῇ γῇ· ὥστε τὴν γῆν ἐν ὕδατι εἶναι. μετὰ τὸ ὕδωρ δὲ, ἀὴρ ἐσφαιρωμένος. κύκλοι δέ εἰσιν ἐν τῷ οὐρανῷ πέντε.

Διακούω. γενικῇ. Διακούετε ἀνὰ μέσον τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, καὶ κρίνετε δικαίως. ὁ Μωϋσῆς φησιν ἐν τῷ Δευτερονομίῳ.

Διακοράζεσθαι. ἀτενὲς βλέπειν. διὰ τὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς κόρας λέγεσθαι.

Διακωδωνίζω. διαφημίζω. καὶ διακωδωνισθέν-

*am venerunt, gaudio diffusi, & inter se nonnihil jocantes.*

Διακλιμακίσας. Qui supplantavit. Qui lucta vicit. Κλίμαξ enim & κλιμακισμὸς est quoddam luctæ genus.

Διακλεισθέντες. Ad inopiam redacti. Interclusi. Prohibiti. *Omni prorsus commeatu brevi temporis momento interclusi, parum aberat quin perirent.*

Διακλῶν. Frangens. Comminuens.

Διακναιόμενος. Qui laceratur. Qui pungitur. Aut, qui dolore afficitur. Aristophanes: *Vehemens animum meum cepit amor, qui me vexat & molestia afficit.*

Διακναισθήσεται. Lacerabitur. Perdetur. Διακναίειν vero proprie significat, caseum radula radere.

Διακομισθεὶς. Qui per aliquem locum transiit.

Διακόνιον. Quidam sic vocant placentæ crepidinem. Menecles vero in *Glossocomo* de voce ista sic scribit: *Athenienses Eresionen, ita dictam, Apollini parantes, lyram, & cotylam, & clema, aliasque placentas rotundas conficiunt, easque diaconium vocant.* Sic autem & placenta quædam vocatur. Similiter etiam Amerias διακόνια vocat placentas, quas [Athenienses,] cum Eresionen pararent, Apollini conficere solebant. Quidam vero jus quoddam ita appellant. Alii, mazam.

Διάκονος. Minister. Τὸ α longum est. *Ille vero erat sacerdos, & honoris gradu Diaconus.* Et Philoctetes [apud Sophoclem:] *Sed vel mortuus est, vel ministri, ut verisimile est, conditionis meæ exiguam rationem habentes, domum conscensis navibus properarunt.*

Διακορῆσαι. Virginem vitiare. Virginem stuprare. Quasi, [coitu] dividere.

Διακορεῖς. Satiatos. *Videns eos vino ad ebrietatem usque repletos esse.*

Διακορεῖς. Satiati. Repleti.

Διακορῶ. Virginem vitio.

Διακόσμησις. Universitatis hujus apta & concinna dispositio. Terra [in hoc Universo] est media, centri rationem obtinens. Post hanc aqua globosa, eandem habens figuram, quam terra: ita ut terra sit in aqua. Aquam excipit aer, itidem globosus. Circuli autem in cœlo sunt quinque.

Διακούω. Genitivo jungitur. Attente audio. *Audite causam fratrum vestrorum, & juste judicate.* Sic Moses in *Deuteronomio* inquit.

Διακοράζεσθαι. Intentis & fixis oculis intueri. Pupillæ enim oculi appellantur κόραι.

Διακωδωνίζω. Diffamo. Sermonibus differo.

1 Καὶ πάσης ἀθρόον ἀγ.] Præcedentia hujus fragmenti lege apud Suidam infra v. Ἐλωδίμων.

2 Ἀριστοφάνης] *Eccles.* 752. (506. Ed. Bas. *P.*)

3 Διακναισθήσεται. διαφθ.] Ex Enarratore Comici ad *Pacem*, pag. 639. (443. Ed. Bas. *P.*)

4 Λύραν] Sic apud Græcos species quædam πέμματος appellabatur. Stephanus Byzantius v. Πάταρα: Ἔστι δὲ ταῦτα πέμματα, λύραι τε, καὶ τόξα, καὶ βέλη. Vide etiam Eustathium ad Dionysium, pag. 23.

5 Λέγεται δ' ἐπί τινος ἐγκρατοῦς] Hæc procul dubio corrupta sunt, quæ sic legenda existimo, λέγεται δὲ καὶ ἐπί τινος πλακοῦντος. Διακόνιον enim placentæ quoddam genus fuisse ex Grammaticis constat.

6 Ἀλλ' ἢ τέθνηκεν, ἢ τὰ τῶν διακ.] Hæc sunt verba Sophoclis *Philoctete* pag. 403. ut Portus monuit.

7 Οἱονεὶ διατρυπᾶν] Vide quæ notavimus supra ad vocem Διακορῆσαι.

8 Μέση ἡ γῆ, κέντρου λόγον ἔχ.] Hæc sunt verba Laertii lib. VII. Segm. CLV. ut Pearsonius etiam observavit.

τες,

τές, διαφημισθέντες. ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον δὲ ἐπὶ τῶν ἐμπαιζομένων λαμβάνεται.

Διακωδωνίσαντες. δοκιμάσαντες. Διακωδωνίσας δὲ ὁ παιδευτὴς τὰ μειράκια, λέγε, ἔφη, ὅ, τι βούλει, πρὸς Ἱππόδρομον διαλεγόμενος τὸν σοφιστήν.

Διακωδωνίσω. οἷον δοκιμάσω. Ἀριστοφάνης. [1]διότι τινὰ τῶν ὀρνέων δοκιμάζεται τῷ τοῦ κώδωνος ψόφῳ. καὶ τοὺς ἵππους οὕτως ἐδοκίμαζον κώδωσιν, εἰ ψοφοδεεῖς εἶεν. ἢ ἀπὸ τῶν ὀρτύγων. οἱ γὰρ ὑπομένοντες τὸν ἦχον τοῦ κώδωνος, ἐπιτηδείως ἔχουσι πρὸς μάχην. τινὲς δὲ ἀπὸ τῶν ἀγγείων τῶν σαθρῶν· ἐπεὶ οὕτω δοκιμάζουσι διακρούοντες. τινὲς δὲ ἀπὸ τῶν φυλακῶν. βέλτιον δὲ τὸ ἐπὶ τῶν ἵππων καὶ τῶν ἀγγείων. τὰ δ' ἄλλα ἐσχεδίασται. τὸ δὲ τοὺς φύλακας ἐγρηγορέναι, κώδωσι διεσήμαινον, ὅπως ἀντιφθέγγωνται. καὶ Ἰάμβλιχος· Ἐπειδὴ διακωδωνίζων ἕκαστον τῶν ποιμένων, οὐχ οἷός τε ἦν ἀκοῦσαι καὶ μαθεῖν, οἵ τινες ἦσαν οἱ παῖδες.

Et διακωδωνισθέντες, diffamati. Plerumque autem [malo sensu] dicitur de illis, qui deridentur.

Διακωδωνίσαντες. Qui explorarunt. Qui examinarunt. *Cum autem ludimagister adolescentes examinasset, Dic, inquit, quicquid vis, cum Hippodromo Sophista colloquens.*

Διακωδωνίσω. Explorabo. Aristophanes. Aves enim quædam sono tintinnabuli explorantur. Equos itidem tintinnabulis explorabant, an strepitum expavescerent. Vel [translatio ducta est] a coturnicibus. Illæ enim, quæ sonum tintinnabuli ferre possunt, ad pugnam aptæ sunt. Quidam vero [translationem ductā putant] a vasis vitiosis, quæ pulsu explorari solent. Quidā vero ab excubiis. Præstat autem dicere ab equis & vasis ductum esse. Reliqua enim perfunctoria sunt & auctoritate carent. Qui vero excubitores explorabant, an vigilarent, tintinnabulis signum dabant, ut [ad illorum sonum] responderent. Et Iamblichus: *Cum omnes pastores sciscitaretur, nec ex quoquam audire & cognoscere posset, quinam essent illi pueri.*

Διακωχή. διάλειψις.

Διακωχή. Intermissio. Cessatio. Induciæ.

Διακραδαίνων. σείων.

Διακραδαίνων. Quatiens. Agitans. Movens.

Διακριδόν. διακεκριμένως.

Διακριδόν. Discrete. Distincte.

Διακριθέν. διαχωρισθέν. διϋλισθέν. Καὶ μὴν τοι διακριθὲν πρότερον ὑπὸ τοῦ λεγομένου ἠθμοῦ.

Διακριθέν. Discretum. Separatum. Percolatum. *Cum ante per colum percolatum esset.*

Διακρίνεται. ἀμφιβάλλει. ἀπιστεῖ. διαχωρίζεται. καὶ διακρίνομαι, τὸ χωρίζω.

Διακρίνεται. Dubitat. Non credit. Discernitur. Et διακρίνομαι, separo.

Διακρούεσθαι. ἐξωθεῖν. ἢ ὑπερτίθεσθαι, καὶ ἄλλοτε ἄλλως διαναβάλλεσθαι.

Διακρούεσθαι. Expellere. Vel, differre, & identidem procrastinare.

Διάκτωρ. διάκονος. ἄγγελος. ἀπαγγέλλων.

Διάκτωρ. Minister. Nuncius. Internuncius.

Διακυκῶσι. διαταράττουσι.

Διακυκῶσι. Confundunt. Perturbant.

Διαλαβών. διαδεξάμενος. Διαλαβόντες, ὅσα χρυσοῦ καὶ ἀργυρείου εἴχετο, καὶ συγχωνεύσαντες.

Διαλαβών. Qui excepit. Qui accepit. *Cum omnem auream & argenteam supellectilem accepissent, & in massam conflassent..*

Διαλαβών. προκαταλαχών. Ὁ δὲ διαλαβὼν τὰς ὁδοὺς φυλακαῖς.

Διαλαβών. Qui præoccupavit. *Ille vero, cum vias præsidiis præoccupasset.*

Διαλλαγή. εἰρήνη.

Ὦ [2]Κύπριδι τῇ καλῇ, καὶ Χάρισι ταῖς φίλαις
Ξύντροφε διαλλαγή.

ἐπειδὴ γάμοι καὶ ἑορταὶ ἐν καιρῷ τῆς εἰρήνης ἄγονται. ἢ ὅτι ἡδίστη καὶ ἐπίχαρις ἐστί.

Διαλλαγή. Reconciliatio. Pax. [Aristophanes:] *O pax, Veneris formosæ & Gratiarum amicarum contubernalis.* Nuptiæ enim & festa tempore pacis celebrantur. Vel, quia pax est jucundissima & suavitatis plena.

Διαλλαγῆναι.[3] τὸ δι' αὐτοῦ τοῦ ἐχθροῦ καταλλαγῆναι καὶ φιλωθῆναι. Ἐναλλαγῆναι δὲ, τὸ ἀπὸ φιλίας εἰς φιλίαν ἄλλου μεταπηδῆσαί τινος, [4]ἐχθροῦ ὄντος τὸ πρότερον.

Διαλλαγῆναι. Ipsi inimico reconciliari, & cum eo in gratiam redire. Ἐναλλαγῆναι vero, ab amicitia alicujus transire ad amicitiam alterius, qui priori amico inimicus est.

Διαλαγχάνειν.[5] διαμερίζεσθαι. διακληροῦσθαι. τὸ διαιρεῖσθαι κλήρῳ. Διάληξις δὲ, τὸ πρᾶγμα.

Διαλαγχάνειν. Dividere. Distribuere. Sorte dividere. Et διάληξις, divisio, quæ sorte fit.

Διαλλακτής. φιλιωτής. Ἀριστοφάνης· Διαλλάγητε καὶ ξυμβαίνετε. ἀντὶ τοῦ φιλιοῦσθε.

Διαλλακτής. Qui aliquos reconciliat, & ad amicitiam revocat. Aristophanes: *Reconciliemini, & in gratiam redeatis.*

Διαλαμβάνει. ὑπονοεῖται. Ἡ δὲ εὐμηχάνως δια-

Διαλαμβάνει. Suspicatur. *Illa autem facile*

1 Διότι τινὰ τῶν ὀρνέων δοκιμ.——ὅπως ἀντιφθέγγωνται] Hæc descripta sunt ex Scholiasta Aristophanis ad *Ranas* pag. 214. (133. Ed. Bas. P.) Vide etiam v. Ἀκωδώνιστον, v. Διακωδωνίσει. v. Ἐκκωδωνίζοντες, & v. Κωδωνίζειν.

2 Ὦ Κύπριδι τῇ καλ.] Fragmentum hoc legitur apud Aristoph. *Acharn.* pag. 418. (300. Ed. Bas. P.)

3 Διαλλαγῆναι. τὸ δι' αὐτοῦ τοῦ ἐχθρ.] Ex Scholiasta Thucydidis ad lib. 1. cap. cxx. ut Portus etiam observavit.

4 Ἐχθροῦ ὄντος τὸ πρότερον] Scribe ex Scholiasta Thucyd. ἐχθροῦ ὄντος τῷ πρώτῳ φίλῳ.

5 Διαλαγχάνειν. διαμερ.] Ex Harpocratione.

λαμβάνει, καὶ δεῖται τῶν Καβείρων, τιμωρῆσαι αὐτῇ, καὶ μεληθεῖν τὸν ἐπίορκον.

Διαλαμβάνων. ὑπομνηματίζων. συγγράφων.

Διαλλάττειν.

Καὶ [1] διαλλάττειν πρὸς ἡμᾶς ἄνδρασιν Λακωνικοῖς,
Οἷσι [2] πιστὸν οὐδὲν, εἰ μὴ περ λύκῳ κεχηνότι.

Ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν τὰ ἀλλότρια διαρπαζόντων. ὡς γὰρ τῷ ὄντι λύκοις οὔτε ἔστι πίστις, οὐδὲ τούτοις. τὸ δὲ κεχηνότι, ἐπὶ τῶν μάτην χαινόντων.

Διαλλάττω. δοτικῇ. [3] Ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου. Αἰτιατικῇ δέ· Διαλλάξαντες τὰ ὅπλα πρὸς ἀλλήλους.

Διαλαχεῖν. τὸ διανεμεῖσθαι οἱ ῥήτορες εἰρήκασιν. Ἀπολαχεῖν δὲ, τὸ διανέμασθαι τὰ πατρῷα. ἔστιν ἐν τῷ Ἀπολαχεῖν.

Διὰ λαίλαπος.

Διαλέγεσθαι. τὸ συνουσιάζειν. καὶ διαλέγομαι, δοτικῇ.

Διαλέγουσαν. [4] διοικοδομοῦσαν. [5] λέγειν γὰρ τὸ οἰκοδομεῖν. καὶ διαλέγου. διορύττου. Θουκυδίδης.

Διαλέγοιντο γυναιξίν. ὁμιλοῖεν, ἢ συνουσιάζοιεν. οὕτως Ἱεροκλῆς.

Διαλεκτική. ἡ ἀποδεικτική. ὀλίγα Διαλεκτικῆς ἁψάμενος. [6] Διαλεκτική ἐστιν ἐπιστήμη ἀληθῶν, καὶ ψευδῶν, καὶ οὐδετέρων. [7] τυγχάνει δ' αὐτὰ ἐπισημαίνοντα καὶ σημαινόμενα. ἢ οὕτω. [8] Μέθοδος δι' ἐνδόξων περὶ παντὸς τοῦ προκειμένου συλλογιστική. καλεῖται δὲ Διαλεκτικὴ ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι. τὸ δὲ διαλέγεσθαι, ἐν ἐρωτήσει τε καὶ ἀποκρίσει. διαφέρει ἡ Διαλεκτικὴ τῆς Ῥητορικῆς. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Διεξοδικῶς.

Διάλογος. [9] λόγος ἐξ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως συγκείμενος, περί τινος τῶν φιλοσοφουμένων καὶ πολιτικῶν, μετὰ τῆς πρεπούσης ἠθοποιΐας τῶν παραλαμβανομένων προσώπων, καὶ τῆς κατὰ τὴν λέξιν κατασκευῆς. Διαλεκτικὴ δέ ἐστι τέχνη λόγων, δι' ἧς ἀνασκευάζομέν τι ἢ κατασκευάζομεν, ἐξ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως τῶν προσδιαλεγομένων.

Διάλεξις. [10] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Διάλεξιν ἡμῖν παρέχουσιν. τουτέστι, λόγων ἐμπειρίαν. καὶ νοῦν, τουτέστι τὰ νοηθέντα φράζειν. διαφέρει δὲ διάλεξις δια-

*rem suspicata, Cabiros orat, ut injuriam sibi illatam ulciscantur, & pœnas a perjuro expetant.*

Διαλαμβάνων. Commentans. Conscribens.

Διαλλάττειν. Reconciliare. [Aristophanes:] *Et suadent, ut pacem faciamus cum Lacedæmoniis, qui non magis fidem servant, quam lupus hians.* Hoc proverbium dicitur de illis, qui aliena diripiunt. Sicut enim lupis nulla inest fides, ita nec istis. Vox κεχηνότι vero dicitur de hominibus, qui vana spe lactantur.

Διαλλάττω. Reconcilio. Dativo jungitur. *Abi, & primum reconciliare fratri tuo.* Accusativo vero [junctum significat permuto.] *Cum inter se arma permutassent.*

Διαλαχεῖν. Apud Oratores significat distribuere. Ἀπολαχεῖν vero, bona paterna dividere. Vide in v. Ἀπολαχεῖν.

Διὰ λαίλαπος. Per procellam.

Διαλέγεσθαι. Cum fœmina coire. Item διαλέγομαι, cum dativo, colloquor.

Διαλέγουσαν. Ædificantem. Λέγειν enim est ædificare. Et διαλέγου. Perfodiaris. Thucydides.

Διαλέγοιντο γυναιξίν. Cum mulieribus colloquantur, vel coeant. Sic Hierocles.

Διαλεκτική. Dialectica. Ars argumentis aliquid demonstrandi. *Cum Dialecticam leviter attigisset.* Dialectica est scientia veri & falsi & neutrius. Versatur autem circa ea, quæ significant & significantur. Vel sic. [Dialectica est] methodus probabilibus rationibus de qualibet re proposita argumentandi. Dicitur vero Dialectica a διαλέγεσθαι, i. e. disserere. Disseritur autem interrogando & respondendo. Differt autem Dialectica a Rhetorica: ut exponitur infra v. Διεξοδικῶς.

Διάλογος. Dialogus est oratio, ex interrogatione & responsione constans, de rebus philosophicis vel politicis, apte exprimens & imitans mores & affectus personarum, quæ colloquentes introducuntur, & argumento, de quo tractatur, accommodata. Dialectica vero est ars sermonis, per quam aliquid refutamus, vel confirmamus. Ea autem constat ex interrogatione & responsione eorum, qui inter se disserunt.

Διάλεξις. Ratio loquendi. Dicendi peritia. Aristophanes *Nubibus*: *Dicendi peritiam nobis suppeditant.* Et νοῦν, i, e. facultatem animi sensa feliciter exprimendi. Dif-

1 *Καὶ διαλλάττειν πρὸς ἡμᾶς ἄνδρ.*] Hæc sunt verba Aristophanis *Lysistrata* pag. 876. (555. Ed. Bas. *P.*)

2 *Οἷσι πιστὸν οὐδέν*] Perfidiam Aristophanes etiam alibi Lacedæmoniis exprobrat. In *Acharnens.* enim pag. 386. sic de iisdem inquit:

*Οἷσιν οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις, οὐθ' ὅρκος μένει.*

Id est. *Qui nec fœdera, nec jusjurandum, nec fidem servant.* Scholiasta ad eum locum: *Ἐπὶ αἰτίᾳ γὰρ διεβάλλοντο οἱ Λακεδαιμόνιοι.* Καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἀνδρομάχῃ·

*Σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλευτήρια.* Lege ibi & sequentia.

3 *Ὕπαγε, πρῶτον διαλ.*] *Matth.* cap. v. v. 24.

4 *Διαλέγουσαν. διοικ.*] Respexit Suidas ad locum illum Aristophanis *Lysistr.* pag. 883.

*Τὴν μέν γε πρώτην διαλέλεκται τὴν ὀπήν.*

Scholiasta ineditus τὸ διαλέλεκται ibi exponit διορώρυκται.

5 *Λέγειν γὰρ τὸ οἰκοδομεῖν*] Sic etiam Hesychius. Et Suidas infra, Ἐξεπιλέγεσθαι, ἀντὶ τοῦ ἐξανοικοδομήσεσθαι. Et alibi: Λιθολόγοι, οἰκοδόμοι.

6 *Διαλεκτική ἐστιν ἐπιστήμη ἀληθῶν καὶ ψευδ. καὶ οὐδετ.*] Sic Stoici Dialecticam definiebant, ut patet ex Laert. lib. VII. Segm. XLII. unde locum hunc deprompsit Suidas.

7 *Τυγχάνει δ' αὐτὰ ἐπισημ.*] Pearsonius legendum putabat, τυγχάνει δ' αὐτὴ περὶ σημαίνοντα καὶ σημ. quod verum puto.

8 *Μέθοδος δι' ἐνδόξων περὶ παντὸς τοῦ προκ.*] Locus hic depromptus est ex Alexandro Aphrodiseo in *Topica* pag. 4. ut Pearsonius observavit.

9 *Διάλογος. λόγος ἐξ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρ.*] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Laertii lib. III. Segm. XLVIII. ut itidem Pearsonius monuit.

10 *Ἀριστοφάνης Νεφέλαις*] Pag. 143. (78. Ed. Bas. *P.*) Vide ibi veterem Enarratorem, cujus verba Suidas hic descripsit.

λέκτον.

λέκτου. ὅτι διάλεκτος μέν ἐστι φωνῆς χαρακτὴρ ἐθνικός. διάλεξις δὲ, τῆς συνήθους φωνῆς ἐκτροπὴ ἐπὶ τὸ σεμνότερον καὶ ἀγροικότερον.

Διαλεπτολογοῦμαι. διαλέγομαι. ὥσπερ καὶ ὁ Σωκράτης ἔφη· [1] Ἀεροβατῶ, καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον· ἵνα μὴ ἕλκῃ τὴν ἰκμάδ' ἐς τὰ κάρδαμα. οὕτω καὶ ὁ πρεσβύτης·

Διαλεπτολογοῦμαι [2] ταῖς δοκοῖς τῆς οἰκίας.

Διάλειμμα. διάστημα. καὶ διαλείποντα. διαχωρήματα. Ἀρριανός· Φυλακαὶ δὲ ἐπὶ τὰ διαλείποντα τῆς τάφρου ἐπετάχατο.

Διαλείμματος. διαχωρισμοῦ.

Διαλείπουσαι. ἀλλήλων ἀπέχουσαι. [3] Ἀρριανός· Διαλείπουσαι ὅσον ξύμμετρον, εἰς τὸ συνορᾶν τε ἀλλήλους, καὶ κατακούειν εὐπετῶς.

Διαλειπούσῃ. διακοπτομένῃ. [4] Ὑφειμένῃ οὖν καὶ διαλειπούσῃ πολλαχῇ τῇ φωνῇ ἐδεῖτο οἱ ξυγγνῶναι βασιλέα.

Διάληξις. [5] Διαλαγχάνειν μέν ἐστι τὸ διαιρεῖσθαι κλήρῳ. διάληξις δὲ, τὸ πρᾶγμα.

Διάληψις. ἐνθύμησις. ἢ γνῶσις. Πολύβιος· [6] Διὰ γὰρ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐπιθυμίαν ἦν ὑπὲρ αὐτοῦ διάληψις, ὡς οὐδὲν προὐργιαίτερον ποιουμένου κατὰ τὸν βίον τοῦ κυνηγετεῖν. † Οἱ [7] γὰρ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, οὐκ ἐκ τοῦ κατὰ λόγον, ἀλλ' ἐκ τῶν συμβαινόντων ἀγαθοὶ ποιεῖσθαι τὰς διαλήψεις. (τὰς τοῦ [8] νόος ὁρμάς) ἄρτι γὰρ δι' αὐτὸ τοῦτο [9] προκεχειρισμένοι τὸν [10] Πεισίστρατον, διὰ τὸ πρᾶξιν ἔχειν τινὰ καὶ τόλμαν, παραχρῆμα μετέπιπτον ἐς τἀναντία ταῖς γνώμαις, διὰ τὴν περιπέτειαν. Καὶ αὖθις· Παραπλησίως καὶ τὰ πλήθη ὁμοίως τούτοις εἶχε τὰς διαλήψεις ὑπὲρ τῶν κοινῶν, τῆς φύσεως αὐτοὺς διδασκούσης. Καὶ [11] Πολύβιος· Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι οὐκ ἐκ καταφορᾶς, ἀλλ' ἐκ διαλήψεως χρώμενοι ταῖς μαχαίραις, [illegible] τοῦ κεντήματος περὶ αὐτὰς ὑπάρχοντος, τύπτοντες ἐς τὰ στέρνα καὶ ἐς τὰ πρόσωπα, διέφθειραν πάντας.

Διαλογή. διάλεξις. ὁμιλία. [12] Δαβίδ· Ἡδυνθείη αὐτῷ ἡ διαλογή μου.

Διαλοιδορεῖται. διελέγχει συντόνως. [13] ὁ γὰρ Ἀριστοφάνης οὐ τόσον φιλῶν Πρόδικον ταῦτά φησιν, ὅσον

fert autem διάλεξις a διάλεκτος. Nam διάλεκτος est character sermonis, genti alicui proprius. Διάλεξις vero, consueti sermonis ad sublimius vel trivialius dicendi genus inflexio.

Διαλεπτολογοῦμαι. De rebus frivolis & levibus dissero. Ut & Socrates dixit: *Aerem perambulo, & contemplor solem: ne humorem trahat in nasturtia.* Sic & senex: *Cum trabibus domus subtiliter disputo.*

Διάλειμμα. Intervallum. Intercapedo. Et διαλείποντα. Intervalla. Intercapedines. Arrianus: *Iis vero in locis, ubi fossa deficiebat, custodiæ dispositæ erant.*

Διαλείμματος. Interstitii. Intervalli.

Διαλείπουσαι. A se invicem distantes. Arrianus: *Modico intervallo disjunctæ, ut alteri alteros facile conspicere & audire possent.*

Διαλειπούσῃ. Interruptæ. *Submissa igitur & sæpe interrupta voce Regem orabat, ut sibi veniam daret.*

Διάληξις. Διαλαγχάνειν est rem sorte dividere. Διάληξις vero divisio, quæ sorte fit.

Διάληψις. Cogitatio. Opinio. Vel cognitio. Polybius: *Quia enim ei studio supra modum deditus erat, vulgo omnes opinabantur, venatione ipsum per omnem vitam nihil antiquius habere.* † *Plerique homines non ex consilio & ratione, sed ex eventu judicare solent. Cum enim nuper Pisistratum elegissent, quod ad agendum audendumque strenuus esset, tum repente ob illum casum in contrariam sententiam omnes versi fuerunt.* Et iterum: *Similiter & vulgus idem de Republ. sentiebat, quod isti, natura eos docente.* Et iterum Polybius: *Romani vero non cæsim feriendo, sed punctim subinde rectis gladiis utendo, qui mucronibus valent, [crebro repetitis ictibus] pectora & facies [hostium] cædentes, illorum plerosque obtruncarunt.*

Διαλογή. Colloquium. Oratio. David: *Ipsi oratio mea placeat.*

Διαλοιδορεῖται. Maledicit. Convitiis insectatur. † Aristophanes enim non tam amans

1 Ἀεροβατῶ —— κάρδαμα] Vide Aristoph. *Nubibus* pag. 136. (71. Ed. Bas. P.) unde locum hunc confuse & negligenter excerpsit Suidas.

2 Διαλεπτολογοῦμαι ταῖς δοκ.] Senarius hic legitur apud Aristoph. circa finem *Nubium*.

3 Ἀρριανός] Lib. v. pag. 332.

4 Ὑφειμένῃ οὖν καὶ διαλ.] Fragmentum hoc repetitur infra v. Ὑφειμένῃ.

5 Διαλαγχάνειν μέν ἐστι τὸ διαιρ.] Ex Harpocratione.

6 Διὰ γὰρ τὴν ὑπερβ. —— κυνηγετεῖν] Casaubonus fragmentum hoc Polybii pertinere putabat ad historiam de Demetrio obside Roma fugiente, quæ habetur Legationum Fragmento cxiv. Valesius vero in notis ad Excerpta a se edita, pag. 28. eadem verba de Scipione intelligenda esse existimabat. Sed uterque vir summus fallitur. Scripsit enim ista Polybius de Philemene Tarentino, ut patet ex lib. viii. cap. xx. ubi locus integer exstat: quod & ante me recte observavit doctissimus Jac. Gronovius in notis ad Fragmenta Polybii a Casaubono collecta.

7 Οἱ γὰρ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων —— διαλήψεις] Fragmentum hoc legitur in Excerptis Polybianis a Valesio editis, pag. 110.

8 Τὰς τοῦ νόος ὁρμάς] Hæc verba sunt scholium & interpretatio vocis διαλήψεις, sed alieno loco posita, quoniam seriem orationis interrumpunt.

9 Προκεχειρισμένοι] Sic habet MS. Paris. A. cujus loco in prioribus Editt. minus recte legitur προσκεχειρισμένοι.

10 Πεισίστρατον] Hunc Livius Pausistratum vocat lib. xxxiii. initio, & in fine libri xxxvi. & alibi.

11 Πολύβιος· Οἱ δὲ Ῥωμ. οὐκ ἐκ καταφ.] Fragmentum hoc legitur apud Polybium lib. ii. cap. xxxiii.

12 Δαβίδ] Psalm. ciii. 34.

13 Ὁ γὰρ Ἀριστοφάνης οὐ τόσον φιλῶν Πρ.] Hæc nota referenda est ad locum illum Aristophanis *Nubibus* pag. 147. (81. Ed. Bas. P.)

Οὐ γὰρ ἂν ἄλλῳ γ' ὑπακούσαιμεν τῶν νῦν μετεωροσοφιστῶν,
Πλὴν ἢ Προδίκῳ· τῷ μὲν σοφίας καὶ γνώμης οὕνεκα &c.

Vide ibi veterem Enarratorem.

μισῶν

Διαμειρομένη. διαιροῦσα, καὶ μερίζουσα. ἢ τὰς μοίρας μεμφομένη.

Διαμυδαίνεται. ἀντὶ τοῦ διαπηδᾷ, καὶ διαῤῥεῖ, καὶ διηθεῖ.

Διαμυλλαίνη. αἰσχρῶς πράττεις.

Οὗτος [1] δὲ διεμύλλαινεν, ὡς δὴ δεξιός.

καὶ διαμυλλαίνειν, τὸ διαμωκᾶσθαι τοῖς χείλεσι. ἢ τὸ ἐσθίειν, καὶ διακόπτειν, καὶ διαστρέφειν τὰ χείλη. Ἀριστοφάνης φησί.

Διάνδιχα. διχῶς.

Διανενεύκαμεν. ἀντὶ τοῦ ἐπεράνθημεν.

Διανῦσαι. [2] διακολυμβῆσαι. Καὶ διανῦσαι ἐθελήσαντες, ἐβαπτίζοντο ὑπὸ τῆς πανοπλίας.

Διανεῖμαι. μερίσαι.

Διανηξάμενος. διακολυμβήσας.

Διανίζεται. διαπλύνεται. καθαρίζεται.

Διανθίζω. τὸ τὰ ἄνθη συλλέγω. καὶ διηνθισμένας.

Διανοεῖσθαι. [3] τοῦτο ἐνέργειά ἐστι καὶ διέξοδος τῆς ψυχῆς. ἐπίστασθαι μὲν γὰρ πολλὰ δυνατὸν εἶναι· διανοεῖσθαι δὲ ἅμα πολλὰ, ἀδύνατον. πᾶς γὰρ ὁ διανοούμενος, ἕν τι διανοεῖται. ὡς γὰρ ἀδύνατον ἅμα λέγειν πολλοὺς λόγους· οὕτω διανοεῖσθαι ἅμα πολλά. λόγος γάρ τις ἡ διάνοια, αὐτῆς τῆς ψυχῆς ἐφ' ἑαυτῆς λεγούσης.

Διάνοια Εὔριπος. ἐπὶ τῶν ῥᾷστα μεταβαλλομένων καὶ ἀσταθμήτων ἀνθρώπων.

Διάνοια. ἔστιν ἐν τῷ Δόξα.

Διανταία πληγῇ. Τοῦ γὰρ περὶ τὸν βραχίονα τραύματος διανταίᾳ πληγῇ καταβαροῦντος, κατεξανέστη τῶν ἀλγηδόνων.

Διανυσθῆναι. τελειωθῆναι.

Διαξαίνειν. ἀναιρεῖν. διακόπτειν. Ὁ δὲ ἑάλω, καὶ ἔμελλεν ὁ δῆμος διαξαίνειν αὐτόν. ὁ δὲ οὐκ ἀφῆκεν, ἀλλ' εἴασεν αὐτὸν γῆν πρὸ γῆς ἀπιέναι. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ φόνους ἐργασάμενος ἐναγεῖς, καὶ διαῤῥάξας καὶ διαξήνας τοὺς νόμους, καὶ τὴν ἀνδρῶν ἀποπτάμενος φύσιν, καὶ [4] γήμας ἀθύτους τε καὶ ἀγάμους ἐκείνους γάμους.

Διαξῆναι. διαλῦσαι. [5] Ἀριστοφάνης· Ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς διαξῆναι. τῶν [6] γὰρ ἐρίων οἱ μαλλοὶ ἔχουσι τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς κορυφὰς πεπιλημένας· καὶ ἐπὰν πλυθῶσι, διαλύεται ὁ μαλλός. πρὸς ἑκάτερον οὖν· καὶ τὰς κορυφὰς τοῦ ἐρίου πεπιλημένας ἐν τῷ πόκῳ, καὶ τὰς κεφαλὰς τῶν πονηρῶν συνισταμένων τοῖς πράγμασι διαλῦσαι χρή.



Διαμειρομένη. Dividens & partiens. Vel de fato suo conquerens.

Διαμυδαίνεται. Saltu superat. Diffluit. Percolat.

Διαμυλλαίνη. Turpiter te geris. [Distortis labris derides.] *Hic vero alios deridebat, tanquam cæteris peritior esset.* Aristophanes. Διαμυλλαίνειν est distortis labris deridere. Vel, edere, & discindere, & labia distorquere.

Διάνδιχα. Bifariam. In duas partes.

Διανενεύκαμεν. [Nando] trajecimus.

Διανῦσαι. Enatare. Natando trajicere. *Cum autem [amnem] nando trajicere vellent, propter pondus armorum submersi fuerunt.*

Διανεῖμαι. Distribuere. Dividere.

Διανηξάμενος. Qui enatavit.

Διανίζεται. Abluitur. Lavatur. Purgatur.

Διανθίζω. Flores colligo. Et διηνθισμένας, variis coloribus pictas.

Διανοεῖσθαι. Cogitare est animæ actio & digressio. Nam fieri quidem potest, ut multa scias: sed fieri nequit, ut multa simul cogites. Quisquis enim cogitat, de una quadam re cogitat. Quemadmodum enim fieri non potest, ut quis de multis rebus simul loquatur: sic nec multa simul cogitare quis potest. Cogitatio enim est quædam oratio animæ secum loquentis.

Διάνοια Εὔριπος. Animus Euripus. Dicitur de hominibus levibus & inconstantibus.

Διάνοια. Cogitatio. Mens. Vide in voce Δόξα.

Διανταία πληγῇ. Adverso ictu. *Cum enim vulnus adverso ictu brachio inflictum eum gravaret, doloribus fortiter restitit.*

Διανυσθῆναι. Confectum esse. Perfectum esse.

Διαξαίνειν. Interficere. Dissecare. *Illum autem, cum captus esset, populus dilaniaturus erat. Ille vero id non permisit, sed eum in aliam regionem abire sivit.* Et iterum: *Ille vero cum nefarias cædes perpetrasset, legesque violasset & rupisset, & ab humana natura descivisset, infaustas nuptias nullis sacris litatis celebravit.*

Διαξῆναι. Dissolvere. Aristophanes: *In principiis dissolvere.* Lanarum enim vellera habent principia & capita conglobata: quæ si vellantur, & vellus dissolvitur. Utrumque igitur significare vult Aristophanes, & capita lanæ conglobata in vellere, & capita malorum hominum, iisque patrocinantium, dissolvenda esse.

1 Οὗτος δὲ διεμύλλαινεν, ὡς δὴ δεξ.] Hæc sunt verba Aristophanis *Vespis* pag. 524. (359. Ed. Bas. P.)

2 Διανῦσαι] Male Hesychius διανᾶσαι; pro quo vir doctus scribendum suspicatur διανεῦσαι: sed fallitur. Vera enim lectio est διανῦσαι, ut hic Suidas habet. Quemadmodum enim a πλέω deducitur πλεύσω, & ῥέω, ῥεύσω; sic a νέω, no, fit νεύσω, & νεῦσαι, & addita præpositione διανεῦσαι.

3 Τοῦτο ἐνέργειά ἐστι καὶ διεξ.] Hæc descripta sunt ex Philopono in Aristotelem *de Anima*.

4 Γήμας ἀθύτους τε καὶ ἀγ. ἐκείνους γάμους] Fragmentum hoc amplius ex ipso Suida supra v. Ἀθύτους.

‡

5 Ἀριστοφάνης] *Lysistrata* pag. 837. unde locus hic ita ampliandus est:

Καὶ τούς γε συνισταμένους τούτους, καὶ τοὺς θλίβοντας ἑαυτούς,
Ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖσι διαξῆναι, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀποτῖλαι.

In priore versu pro θλίβοντας in codice MS. Isaaci Vossii, in quo *Lysistrata* Aristophanis cum vetere Scholiasta inedito continetur, legitur πιλοῦντας; quam vocem Scholiasta ille exponit θλίβοντας: unde suspicor Aristophanem scripsisse πιλοῦντας, sed ejus loco θλίβοντας ex Scholiis in textum postea irrepsisse.

6 Τῶν γὰρ ἐρίων οἱ μαλλ.] Hæc descripta sunt ex modo laudato Scholiasta inedito in *Lysistratam*, cujus apographum ex codice Vossiano penes me habeo.

Διαπαρα-

Διαπαρατριβαί.[1] ἐνδελέχειαι.

Διαπαρατριβαί. Commoratio diuturna.

Διαπαρθενεῦσαι. μιγῆναι παρθένῳ. ἐλέγετο δὲ οὕτω καὶ τὸ παρθενοτροφῆσαι, καὶ διαφυλάξαι παρθένον.

Διαπαρθενεῦσαι. Virginem vitiare. Item, virginem alere & cuſtodire.

Διαπατταλευθήσει[2] χαμαί. ἀπὸ τοῦ τὰς βύρσας διατείνοντας. σημαίνει δὲ τὸ διερευνᾷν καὶ ζητεῖν ἐπιμελῶς. ἢ διαπατταλευθήσῃ, ἀντὶ τοῦ ἐκταθήσῃ χαμαί. τὰς γὰρ βύρσας ἐκτείνοντες ἐπὶ τῆς γῆς, ἵνα μὴ συνάγωνται ἢ συστέλλωνται ἐκ τῆς τοῦ ἡλίου καύσεως, κατὰ τὰ ἄκρα παττάλοις κατακρούοντες, ἐκτείνουσι.

Διαπατταλευθήσῃ χαμαί. Humi clavis diſtenderis. [Apud Ariſtophanem de Agoracrito dicitur: per tranſlationem ductam] ab illis, qui pelles extendunt. Significat autem ſcrutari & ſtudioſe quærere. Aliter. Διαπατταλευθήσῃ, humi pellis inſtar clavis extenderis. Pelles enim, ne ardore Solis corrugentur aut contrahantur, humi extendi ſolent, clavis in extremis earum partibus defixis.

Διαπεπαρθενεῦσθαι. [3] τετμῆσθαι τῇ μίξει.

Διαπεπαρθενεῦσθαι. Stupratam eſſe. [Quaſi dicas,] coitu diviſam eſſe.

Διαπεπονημένης. κατορθωθείσης.

Διαπεπονημένης. Bene elaboratæ.

Διαπεράσαντες. διακεντήσαντες.

Διαπεράσαντες. Qui trajecerunt. Qui tranſfixerunt.

Διαπεράναι. τελειῶσαι.

Διαπεράναι. Perficere. Ad finem perducere.

Διαπεσούσης. ἀποτυχούσης. [4] Ἔδοξεν οὖν αὐτῷ ἐπισφαλὲς ἔχειν τὸ κοινωνῆσαι αὐτοῖς τῆς πράξεως, καὶ διαπεσούσης καὶ συνελεγχθείσης τῆς ἐπιβουλῆς. καὶ διαπίπτων, ἀποτυγχάνων.

Διαπεσούσης. Ad irritum cadentis. *Videbatur igitur res periculo non vacare, ſi conſpirationis illius particeps fieret, ſive inſidiæ ad irritum cecidiſſent, ſive ad ſperatum finem perductæ fuiſſent.* Et διαπίπτων, ſpe & voto excidens.

Διαπέσοιμι. οἷον διαμαρτήσαιμι τῆς ἐλπίδος. Ἀριστοφάνης·[5] Εἰ μή σ' ἀπολέσαιμ', εἴ τι τῶν ἐμῶν ψευσμάτων ἐνείη, διαπέσοιμι πανταχῇ.

Διαπέσοιμι. Spe fruſtrer. Ariſtophanes: *Niſi te perdam, ſi quid modo fraudis & mendacii mihi reſtat, ſpe mea penitus fruſtrer.*

Διαπεφώνηκεν. ἀντὶ τοῦ ἐσχάτην καὶ τελευταίαν φωνὴν ἀφῆκε. τουτέστιν, ἀπέθανεν. [6] ὅτε δὲ λέγει, ὅτι διαπεφώνηκε δὲ τούτων οὐδὲ εἷς· περὶ τῆς ὁμονοίας τῶν τεσσάρων Εὐαγγελιστῶν φησὶν ὁ Χρυσόστομος.

Διαπεφώνηκεν. Extremam & ultimam vocem emiſit. Id eſt, mortuus eſt. Quum vero [Scriptura] dicit: *Horum vero nullus* διαπεφώνηκε, i. e. diſcrepat; id de conſenſu quatuor Euangeliſtarum Chryſoſtomus intelligit.

Διαπεινῶμεν[7] ἀεὶ πρὸς τὸ πῦρ. [8] παρὰ προσδοκίαν. ὥσπερ εἰ ἔφη, διαπίνομεν ἀεὶ πρὸς τὸ πῦρ. ὁ δὲ εἶπε, διαπεινῶμεν. οἱ γὰρ πότοι χειμῶνος πρὸς τὸ πῦρ γίνονται. εἴρηκε δὲ οὕτω διὰ τὸν λιμόν. τουτέστιν, ἐσχάτως πεινῶμεν, ὥστε καὶ τὰ ἱμάτια ἀποδυόμενοι καθεζόμεθα πρὸς τὸ πῦρ διὰ τὸ ῥῖγος. ἢ διαπύρως καὶ ἐκτόπως πεινῶμεν· ὃ καὶ βέλτιον.

Διαπεινῶμεν ἀεὶ πρ. *Semper ad ignem eſurimus.* Præter expectationem hoc [ab Ariſtophane dictum eſt:] quaſi dixiſſet, *ad ignem ſemper potamus.* Compotationes enim hieme ad ignem fieri ſolent. Propter famem autem [qua Athenienſes tunc laborabant,] Comicus iſta dixit. Id eſt, maximam famem ſuſtentamus: adeo ut veſtibus carentes ad ignem ſedeamus propter frigus. Vel, vehementiſſime & ſupra modum eſurimus: quod & melius.

Διὰ πείρας συχνῆς. ἀντὶ τοῦ, κατ' ἀκρίβειαν. Τοῦτον[9] ἐπίσταμαι διὰ πείρας συχνῆς μάλα, τήν τε ἀγαθοειδῆ προαίρεσιν περιβεβλημένον, καὶ τοῦ πατρὸς οὐ πολύ τι λειπόμενον κατὰ τὴν εὐσεβῆ προθυμίαν.

Διὰ πείρας συχνῆς. Crebra experientia. *Hujus optimum vitæ inſtitutum crebra experientia exploratum habeo, cognovique, eum, quod ad ſtudium pietatis attinet, patre non multo inferiorem eſſe.*

Διαπειρωμένη.[10] ἀπόπειραν ποιουμένη. Ὁ δὲ ἐξώρκισεν αὐτήν, εἰ ταῦτα οὕτως ἐγνωκυῖα λέγει, ἢ δια-

Διαπειρωμένη. Periculum faciens. Explorans. Tentans. *Ille vero jurejurando eam adegit,*

1 Διαπαρατριβαί] Heſychius habet διαπαρεντριβαί. Uterque forte reſpexit ad 1. ad Timoth. vi. 5. ubi hodie quidem legitur παραδιατριβαί: at Beza annotat, in antiquis codicibus ſe διαπαρατριβαί reperiſſe. Theophylactus tamen vulgatam lectionem παραδιατριβαί agnoſcit.

2 Διαπατταλευθήσῃ χαμαί.] Hæc ſunt verba Ariſtophanis *Equit.* pag. 309. (209. Ed. Baſ. *P.*) ubi confer veterem Enarratorem, cujus ſcrinia Suidas hic compilavit.

3 Τετμῆσθαι τῇ μίξει] Vide quæ diximus ſupra ad vocem Διακεκορῆσθαι.

4 Ἔδοξεν οὖν αὐτῷ ἐπισφ.] Hoc fragmentum Valeſius ad Polybium refert.

5 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 329. (228. Ed. Baſ. *P.*)

6 Ὅτι δὲ λέγει. ὅτι διαπεφ.] Hæc videntur referenda eſſe ad locum illum *Numeror.* xxxi. 49. Καὶ οὐ διαπεφώνηκεν ἀπ' αὐτῶν οὐδὲ εἷς.

7 Διαπεινῶμεν ἀεὶ πρὸς τὸ πῦρ] Apud Ariſtophanem *Acharnenſ.* p. 407. locus hic Dorica dialecto ſic expreſſus eſt: Διαπεινᾶμες αἰεὶ ποττὸ πῦρ. Megarenſis enim aliquis ibi loquens introducitur, qui Dorica dialecto utebantur.

8 Παρὰ προσδοκίαν. ὥσπερ ἔφη, διαπ.] Hæc ſunt verba Scholiaſtæ ad modo indicatum locum Ariſtophanis.

9 Τοῦτον ἐπίσταμαι διὰ πείρας συχνῆς μ.] Hæc ſunt verba Damaſcii de Aſclepiodoto Philoſopho, ut diſcimus ex ipſo Suida ſupra v. Ἀσκληπιόδοτος.

10 Διαπειρωμένη. ἀπόπειραν ποιουμ.] Locum hunc auctoritate duorum MSS. Pariſ. ſupplevi & a capite repoſui, qui in prioribus Editt. omiſſa voce Διαπειρωμένη cum articulo præcedenti, invito prorſus & reclamante ſenſu, conjunctus eſt.

πυρωμένη αὐτοῦ. ἡ δὲ ὤμοσεν, ἦ μὴν τῷ ὄντι καὶ φρονεῖν ταῦτα, καὶ λέγειν περὶ αὐτοῦ.

Διαπηνικίσαι.[1] ἐξαπατῆσαι. πηνίκην γὰρ οἱ ἀρχαῖοι Ἀττικοὶ τὴν ἐκ τῶν τριχῶν παραθετὴν κόμην. καὶ τὸ φενακίσαι τινὲς ἀπὸ τούτου εἰρῆσθαι λέγουσιν.

Διαπιθηκίσαι. τὸ διαπαῖξαι. ἀπὸ τοῦ πιθήκου. φιλοπραγμονέστατον[2] γὰρ τὸ ζῶον.

Διαπλέκειν. διαποικίλλειν. διάγειν. [3]Ἀριστοφάνης Ὄρνισι· Εἰ μετ' ὀρνίθων τις ὑμῶν βούλεται διαπλέκειν ζῆν ἡδέως, τὸ λοιπὸν ὡς ἡμᾶς ἴτω.

Διαπληκτίζονται. διαμάχονται.

Διαπλώσας. διαπλεύσας. διελθών.

[4]Ὦ σὺν ἀοιδᾷ
Πάντα διαπλώσας, καὶ σὺν ἔρωτι βίον.

Διαπνεῖν. τὸ ἀποπνεῖν καὶ πέρδεσθαι. εὐσχημονέστερον τοῦ ἀποψοφεῖν.

Διὰ πολλοῦ χρόνου.

Ὁ[5] γὰρ γέρων, ὡς ἔπιε διὰ πολλοῦ χρόνου,
Ἤκουσέ τ' αὐλοῦ, περιχαρὴς τῷ πράγματι,
Ὀρχούμενος τῆς νυκτὸς οὐδὲν παύεται
Τ'[6] ἀρχαῖ' ἐκεῖν', οἷς Θέσπις ἠγωνίζετο.

Διαπονεῖν. [7]ἀσκεῖσθαι.

Διαπορηθέντες. διαπορῶντες.

Διαπορῶ. διαπορήσω. ζητῶ. ἀμφιβάλλω.

Διαπορεία. ἡ διαπόρευσις. διαπορία δέ, ἡ ἀμφιβολία.

Διαπορθμεύεται. διακομίζεται. διαπερᾷ.

Διαπορθμεύσων. διαπεράσων. διακομίσων.

Διαπραξάμενον ἐλευθερίαν. κατασκευασάμενον.

Διαπρέπειν. διαφαίνεσθαι διαφέρειν.

Διαπρεπής. ἔκδηλος. ἐπίσημος.

Διαπρήσσει. διανύει. τελειοῖ.

Διαπρύσιον. διὰ παντὸς [8]δεξιόν. μέγα. ἐξάκουστον. διαβόητον.

Διαπυνθάνεται. ἐρωτᾷ.

Διαπυρώτατος. ὁ θερμός.

Διάρας. διατείνας τὸ ὄμμα εἰς οὐρανόν.

Διαράμενον. Ὡς οὐκ εἰκός τι αὐτὸν διαράμενον βλοσυροῖς ὀφθαλμοῖς ἀντιβλέψαι χρυσίῳ. τοὐναντίον μὲν οὖν.

*ut affirmaret, utrum ex animi sententia hæc diceret, an vero, ut ipsum exploraret. Illa vero juravit, se non aliter sentire ac loqueretur.*

Διαπηνικίσαι. Decipere. Fallere. Πηνίκην enim veteres Attici apposititiam comam vocant. Et φενακίσαι quidam inde dictum ajunt.

Διαπιθηκίσαι. Ludere. Ductum est a simiis. Animal enim istud maxime est curiosum.

Διαπλέκειν. Implicare. Degere. Aristophanes *Avibus: Si quis vestrum cum avibus degere vult; ut suaviter in posterum vivat, ad nos veniat.*

Διαπληκτίζονται. Dimicant. Pugnant.

Διαπλώσας. Qui navigando trajecit. Qui emensus est. [Qui transegit.] *O qui vitam omnem in cantu & amoribus traduxisti.*

Διαπνεῖν. Idem quod ἀποπνεῖν, i. e. crepitum ventris emittere. Honestius autem sic dicitur, quam ἀποψοφεῖν.

Διὰ πολλοῦ χρόνου. Multo tempore interjecto. [Aristophanes:] *Senex enim, post longum temporis intervallum bibens, & tibiam audiens, supra modum re ista lætus, tota nocte saltare non desinit saltationes illas veteres, quibus Thespis certabat.*

Διαπονεῖν. Laboribus exerceri.

Διαπορηθέντες. Dubitantes.

Διαπορῶ. Dubito. Quæro. Ambigo.

Διαπορεία. Transitus. Διαπορία vero, dubitatio.

Διαπορθμεύεται. Transportatur. Transvehitur. Trajicit.

Διαπορθμεύσων. Transportaturus. Trajecturus.

Διαπραξάμενον ἐλευθερίαν. Qui libertatem alicui peperit. Libertatis auctorem.

Διαπρέπειν. Excellere. Inter aliquos præstare.

Διαπρεπής. Insignis. Eximius. Excellens.

Διαπρήσσει. Perficit. Conficit.

Διαπρύσιον. Quod per omnia penetrat. Magnum. Quod procul audiri potest. Clarum. Celebre.

Διαπυνθάνεται. Percontatur. Interrogat.

Διαπυρώτατος. Maxime calidus.

Διάρας. Qui oculos in cœlum sustulit.

Διαράμενον. *Quia verisimile non videbatur, eum fixis & torvis oculis aurum aspexisse: sed contra potius,* &c.

1 Διαπηνικίσαι] Sic etiam Hesychius. At Etymologus scribit Διαπηνίσαι, & πηνίκη: quod præstat.

2 Φιλοπραγμονέστατον] In Editt. Basileensi & Genevensi legitur φιλοπαιγμονέστατον: quam lectionem etiam agnoscit Etymologus. At MSS. Paris. & duæ antiquissimæ Editt. Mediolanensis & Aldina, exhibent φιλοπραγμονέστατον; quam lectionem in hac Edit. secutus sum: quamvis nec alteram sensus aspernetur. Vide etiam infra v. Πίθηκος, ubi itidem φιλοπραγμονέστατον legitur.

3 Ἀριστοφάνης Ὄρνισι] Pag. 576. (397. Ed. Bas. P.) ex quo loci hujus metrum supplendum est.

4 Ὦ σὺν ἀοιδᾷ πάντα διαπλ.] Verba hæc sunt pars Epigrammatis in Anacreontem, quod exstat Antholog. lib. III. cap. XXV. p. 399.

5 Ὁ γὰρ γέρων, ὡς ἔπιε διὰ πολλ.] Quatuor hi senarii leguntur apud Aristophanem *Vespis* pag. 535. (364. Ed. Bas. P.)

6 Τ' ἀρχαῖ' ἐκεῖν', οἷς Θέσπις ἠγ.] De saltationibus Thespidis vide eruditissimum Bentlejum in Dissertatione de Phalaridis Epistolis pag. 264. 265.

7 Ἀσκεῖσθαι] Sic recte legitur in 2 MSS. Paris. cujus loco priores Editt. vitiose exhibent ἀρκεῖσθαι.

8 Δεξιόν] Male. Scribendum enim est διῆκον: quam lectionem in versione expressi. Pari modo, quod obiter moneo, emendandus est Hesychius voce Διαπρύσιον, apud quem idem mendum reperitur.

Διάργε-

Διάργεμοι. πῆ μὲν, λευκοί· πῆ δὲ, μέλανες. [1]Ἀλλ' οἱ μὲν ὑμῶν, μέλανες· οἱ δὲ, τεφρώδεις· ἕτεροι ξανθοί, καὶ διάργεμοι στήθη.

Διαῤῥαῖσαι. διαφθεῖραι.

Διαῤῥέουσα. τρυφηλή.

Διαῤῥεῖν. διαχεῖσθαι. χαυνοῦσθαι. Οὗ διαῤῥεῖ πολὺ καὶ κλεινὸν ὄνομα. ἀντὶ τοῦ, εὐφημίᾳ γεραίρεται.

Διαῤῥήδην. σαφῶς. φανερῶς. Διαῤῥήδην ἀπειπὼν, μήτε μάχην συνάπτειν, μήτε περαιτέρω ἰέναι, μήτε ἄλλο πράττειν μηδέν.

Διαῤῥήξομεν. αἰτιατικῇ. διακόψομεν.

Διαρθρώσας. διατυπώσας.

Διαρκῶς. καρτερῶς. δαψιλῶς. Αἰλιανός· Ὁ δὲ, οὐ γὰρ [2]ἐληλύθει τὰ ἔνδον, ὑπερήδετο, καὶ τὴν ἐλπίδα ὑπὲρ τῶν παρόντων ἐλάμβανεν ἐς τὸ κρεῖττον, καὶ ἔτι μᾶλλον τῇ πολιορκίᾳ διαρκῶς ἐνεκαρτέρει.

Δίαρμα. [3]Πολύβιος· Ἅμα δὲ πρὸς τὸν ἀπὸ Λιβύης πλοῦν καὶ πελάγιον δίαρμα λίαν εὐφυῶς ἔκειτο τοῖς Καρχηδονίοις ἡ πόλις. Καὶ αὖθις· Ἦν μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ χάρακος ἐπὶ θάλατταν ἑκατὸν εἴκοσι στάδια. τὸ δὲ δίαρμα βραχὺ πλεῖον ξ΄. καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἀδηλότης καὶ [4]συνέχεια τῆς ἐπιφάσεως. Καὶ αὖθις· Εἶδον ὄψιν γεγεφυρωμένου τοῦ θαλαττίου διάρματος ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου ἕως [5]Καρχηδόνος.

Διὰ [6]ῥωπήϊα. τὰ παρ' ἡμῖν ῥωπάκια.

Δίαρσις. ἔπαρσις εἰς ὕψος. [7]Πολύβιος· Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι συνδραμόντες ἐς τὰς χεῖρας, τοὺς Κελτοὺς ἀπράκτους ἐποίησαν, ἀφελόμενοι τὴν ἐκ διάρσεως αὐτῶν μάχην· ὅπερ ἐστὶν ἴδιον Γαλατικῆς χρείας, διὰ τὸ μηδαμῶς κέντημα τὸ ξίφος ἔχειν.

Διαρτᾶν. κυρίως, ἀντὶ τοῦ διαίρειν. καὶ τὸ ἀρτῆσαι, ἐπὶ τοῦ ἀνακρεμάσαι.

Διαρτῆσαι. τὸ ἐξαπατῆσαι. οὕτω Μένανδρος. διαρτίσαι δὲ, διὰ τοῦ ι, ἀναπλάσαι, καταρτίσαι. Διαρτίζω γὰρ, πλάττω, καὶ τελειῶ. Διαρτῶ δὲ, τὸ κρεμῶ.

Διαρτία. ἡ διάπλασις. Εὔπλους διαρτίας Χριστὲ γεγονώς.

Διαρτίζεται. ὁρμᾷ.

Διαρτώμενος. ἐξαπατώμενος. Ὁ [8]δὲ Ἡρακλῆς τοῖς μὲν ἴχνεσι διαρτώμενος, οὐδὲν δὲ ἧττον οἰόμενος εἶναι διερευνήσασθαι τὸν χῶρον. Καὶ αὖθις· Πολλαχόθεν ἀκροβολισμοῖς χρώμενοι, ἵνα διαρτώμενοι τῇ δοκήσει τῶν κατὰ πρόσωπον ἐπιόντων, μηδεμίαν αἴσθησιν λάβωσι τῶν ὑπὲρ κεφαλῆς. καὶ διαρτῶ, τὸ κρεμῶ. καὶ [9]διαρτωμένων, καταρτιζομένων.

Διάργεμοι. Partim albi: partim vero nigri. *Sed vestrum alii sunt nigri, alii cineracei, alii flavi, alii albi pectoribus.*

Διαῤῥαῖσαι. Perdere. Corrumpere.

Διαῤῥέουσα. Luxu diffluens.

Διαῤῥεῖν. Diffluere. Diffundi. Laxari. *Cujus nomen celebre est, & longe lateque diffusum.*

Διαῤῥήδην. Claris & disertis verbis. Palam. Manifeste. *Cum diserte interdixisset, ne pugnam committeret, neve ulterius pergeret, nec quicquam aliud faceret.*

Διαῤῥήξομεν. Distringemus. Dirumpemus.

Διαρθρώσας. Qui formavit. Qui expressit.

Διαρκῶς. Fortiter. Largiter. Copiose. Ælianus: *Ille vero (non enim illum latebat, quod in urbe acciderat) valde gaudebat, & meliora omnia de præsentibus sperabat, & multo magis in obsidione strenue perseverabat.*

Δίαρμα. Trajectus. Transitus. Polybius: *Simul etiam urbs hæc Carthaginensibus opportuna erat, sive navigare ex Africa, sive mare trajicere volentibus.* Et iterum: *Nam a vallo usque ad mare erant centum & viginti stadia: trajectus vero paulo major* LX. *stadiis. Hinc cum nox esset obscura, faces continuo ardebant, ad lucem navigantibus præbendam.* Et iterum: *Vidi fretum a Byzantio Chalcedonem usque ponte stratum.*

Διὰ ῥωπήϊα. Per arbusta: quæ apud nos ῥωπάκια vocantur.

Δίαρσις. Elatio in altum. Polybius: *Romani vero, cum cominus pugnare cœpissent, usum armorum hostibus ademerunt, facultate ablata gladios ad cæsim feriendum attollendi, qui proprius est Gallorum pugnandi modus, quoniam gladii illorum mucrone carent.*

Διαρτᾶν. Proprie, in altum tollo. Et ἀρτῆσαι, suspendere.

Διαρτῆσαι. Decipere. Fallere. Sic Menander. Διαρτίσαι vero, per ι, formare, fingere, perficere. Διαρτίζω enim significat, fingo, perficio. Διαρτῶ vero, suspendo.

Διαρτία. Formatio. *Christe, qui in vili utero formatus, & ex eo natus es.*

Διαρτίζεται. Ruit. Impetu fertur.

Διαρτώμενος. Qui decipitur. *Hercules vero, quamvis vestigia eum deciperent, locum tamen illum perscrutari statuit.* Et iterum: *Velites undique lacessere eos jusserunt, ut animis intenti in eos, qui a fronte ipsos invaderent, averterentur a sensu eorum, qui capitibus ipsorũ imminebant.* Et διαρτῶ, suspendo. Et διαρτωμένων, perfectorum.

1 Ἀλλ' οἱ μὲν ὑμῶν μελ.] Locus hic ita scribendus & distinguendus est:

Ἀλλ' οἱ μὲν ὑμῶν, μέλανες· οἱ δὲ, τεφρώδεις·
Ἕτεροι δὲ ξανθοί. καὶ διάργεμοι στῆθη.

Sunt enim duo Scazontes, quos ex Babrio Suidam descripsisse non dubito.

2 Ἐληλύθει] Kuhnius ad Fragmenta Æliani rescribendum censet ἐλελήθει: cujus conjecturam probo.

3 Πολύβιος] Lib. x. cap. VIII. ut Jacobus Gronovius observavit.

4 Καὶ συνέχεια τῆς ἐπιφάσεως] Locum hunc ex 2 MSS. Paris. emendavi, qui in prioribus Editt. pessime sic legitur: Καὶ συνέχεια τῆς ἐκφύσεως: ex qua lectione Portum nullum sensum elicere potuisse non miror.

5 Καρχηδόνος] Scribendũ esse Χαλκηδόνος sensus loci hujus clamat.

6 Διὰ ῥωπήϊα] Recte monuit Pearsonius, respexisse hic Suidam ad locum illum Homeri Il. Ψ. v. 122.

—— Πεδίονδε διὰ ῥωπήϊα πυκνά.

Ubi Scholiasta: Διὰ ῥωπήϊα. διὰ τῶν δασέων καὶ συσκιωδῶν τόπων.

7 Πολύβιος] Lib. II. cap. XXXIII.

8 Ὁ δὲ Ἡρακλῆς τοῖς μὲν ἴχνεσι διαρτ.] Fragmentum hoc legitur apud Dionysium Halicarnasseum lib. I. pag. 31. ut Portus etiam monuit.

9 Διαρτωμένων] Scribe, διαρτιζομένων.

Διάῤῥοια. πάθος περὶ τὰς ὗς γινόμενον. τρία δέ εἰσι πάθη, βράγχη, κραύρα, διάῤῥοια. ἡ μὲν οὖν βράγχη, μέρους τινὸς τοῦ σώματος. ἡ δὲ κραύρα, πυρετὸς σὺν κεφαλῆς πόνῳ. σημεῖον δὲ τούτου τὸ καταβεβλῆσθαι τὰ ὦτα, καὶ κατηφῆ εἶναι τὰ ὄμματα. ἡ μὲν οὖν διάῤῥοιά ἐστιν ἀθεράπευτος. τὴν δὲ κραύραν οἱ νομεῖς ἐγχυματίζουσι. τοῖς δὲ βράγχοις, περιτέμνουσι τὰ σεσηπότα τῶν σαρκιδίων.

Διάῤῥοια. Ventris profluvium. Est morbus porcorum. Tres autem sunt morbi, βράγχη, κραύρα, & διάῤῥοια. Ac βράγχη quidem parti tantum alicui corporis propria est. Κραύρα vero est febris cum capitis dolore: cujus indicium sunt aures demissæ, & oculi languidi. Ex his διάῤῥοια sanari non potest. At κραύραν subulci liquorum infusione curant. In morbo βράγχη vero putrefactas carnes resecant.

Διαῤῥυῆναι. φθαρῆναι.

Διαῤῥυῆναι. Diffluxisse. Periisse.

Διασαλακωνίσαι. [1] διαθρύψαι. [2] Ἀριστοφάνης·

Ὡδὶ προβὰς τρυφερόν τι διασαλακώνισον.

Σαλάκωνας γὰρ ἐκάλουν τοὺς διαθρυπτομένους· ἀπὸ τοῦ [3] σαυλοῦσθαι, ὅ ἐστιν ἁβρῶς βαίνειν, καὶ οἱονεὶ [4] σείεσθαι περὶ τὸν σάλον. [5] οἱ δὲ νεώτεροι διαφθεῖραι καὶ βιάσασθαι ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τάττουσιν ἀδιαφόρως.

Διασαλακωνίσαι. Delicias facere. Molli gradu incedere. Molliter incedere. Aristophanes: *Huc progressus delicias fac, & mollitiem tuam ostende.* Homines enim molles & deliciis diffluentes σαλάκωνας vocabant, a σαυλοῦσθαι, quod significat molli gradu incedere, & mobilem natem versare; quod a σάλος deductum est. † Recentiores vero inter διαφθεῖραι & βιάσασθαι nullum significationis discrimen statuunt.

Διασαφηνίζειν. τὸ τῇ γλώττῃ ἀκριβοῦν.

Διασαφηνίζειν. Lingua accurate & dilucide explicare.

Διασαφῆσαι. ἑρμηνεῦσαι.

Διασαφῆσαι. Interpretari.

Διασαφούσης. ἀντὶ τοῦ φωτιζούσης. Σελήνης τὸν ζόφον διασαφούσης.

Διασαφούσης. Illuminante. Illustrante. *Luna tenebras illustrante.*

Διασείων [6] τοὺς ὑπευθύνους, εἰ πέπων, ἢ μὴ πέπων. ἀντὶ [7] τοῦ ἁπλῶς καὶ ῥᾳδίως διασφαλίσαι δυνάμενος. μεταφορικῶς δὲ ἀπὸ τοῦ συκάζειν κέχρηται τοῖς ὀνόμασιν Ἀριστοφάνης. ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῶν καρπῶν, ἔτι μὲν τῶν πεπόνων ἐστὶ δρέψασθαι καὶ φαγεῖν· ἔτι δὲ τῶν ἀώρων οὐκέτι· οὕτω φησὶ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ὁ Κλέων διελογίζετο καὶ διέκρινε, τίς ἐπιτήδειος διασφαλίσαι, καὶ τίς σκληρὸς καὶ δυσκαταμάχητος. ἀντὶ δὲ τοῦ εἰπεῖν, πένης ἢ πλούσιος, ἐνέμεινε τῇ μεταφορᾷ ὡς ἐπὶ σύκων.

Διασείων τοὺς ὑπ. [Aristophanes:] *Concutiens eos, qui rationibus reddendis tenentur,* [*& observans,*] *an quis maturus sit, an non.* [Scholiasta:] Sicut fructus maturos decerpere & edere licet, secus ac immaturos: sic etiam Cleon, inquit, observabat & discernebat, quis civium calumniis opportunus esset; aut contra, quis durus & expugnatu difficilis. Cum autem dicendum esset, *quis pauper, aut quis dives;* in metaphora permansit, quasi de ficubus loqueretur.

Διασείστους. [8] ἐοίκασιν ὠνομάσθαι οἱ διάσειστοι παρὰ τὸ κινεῖσθαι καὶ διασείεσθαι πρότερον, εἶτα βάλλεσθαι, ἵνα ἀκακούργητοι μᾶλλον ὦσι.

Διασείστους. [Talos] concussos. Videntur autem [tali] dicti esse διάσειστοι, quod prius moverentur & concuterentur, & deinde [in alveolum] mitterentur, ut fraudibus aleatorum minus essent obnoxii.

Διασήθειν. διαξύειν. ἀπαλείφειν. [9] παραξέπτεσθαι.

Διασήθειν. Abradere. Expungere. Delere.

Διασηκῶσαι. [10] βαστάσαι οὐ τὸ ἆραι δηλοῖ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ἀλλὰ τὸ ψηλαφῆσαι, καὶ διασηκῶσαι, καὶ διασκέψασθαι τῇ χειρὶ τὴν ὁλκήν.

Διασηκῶσαι. Pondus manu æstimare. Τὸ βαστάσαι non significat apud Atticos onus tollere & portare, sed contrectare, & rei alicujus pondus manu æstimare & explorare.

Διάσημος. ὁ λαμπρός. καὶ διασημότατος.

Διάσημος. Clarus. Illustris. Et διασημότατος. Clarissimus. Illustrissimus.

1 Διαθρύψαι] Imo, διαθρύψασθαι.

2 Ἀριστοφάνης] *Vespis*, pag. 514. (353. Ed. Bas. P.) ad quem locum vide Scholiastam, qui lectu digna habet.

3 Σαυλοῦσθαι, ὅ ἐστιν ἁβρῶς β.] Confer Etymologum v. Διασαυλούμενος.

4 Σείεσθαι] Etymologus rectius habet σαίεσθαι.

5 Οἱ δὲ νεώτεροι διαφθεῖραι καὶ βιάσ. ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τάττ. ἀδιαφ.] Hæc non pertinent ad vocem διασαλακωνίσαι, sed alibi collocanda sunt.

6 Διασείων τοὺς ὑπευθύνους, εἰ πέπων, ἢ μὴ πέπων] Hic locus est mutilus & interpolatus, qui ex Aristophane in *Equit.* pag. 301. (303. Ed. Bas. P.) sic scribendus est:

——Πιέζων τοὺς ὑπευθύνους, σκοπῶν,
Ὅστις αὐτῶν ὠμός ἐστιν, ἢ πέπων, ἢ μὴ πέπων.

7 Ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς καὶ ῥᾳδ.] Hæc, & quæ sequuntur, mire sunt confusa & mutilata, quæ in integrum restitui debent ex Scholiasta ad modo indicatum locum Aristophanis.

8 Διασείστους] Intellige ἀστραγάλους. Æschines orat. contra Timarchum, pag. 179. Πρῶτον μὲν συνέτριβον τὰ σκεύη, καὶ διεῤῥίπτουν εἰς τὴν ὁδὸν ἀστραγάλους τέ τινας διασείστους, καὶ φιμοὺς, καὶ ἄλλα κυβευτικὰ ὄργανα. Id est. *Primum quidem confringebant vasa, & foras projiciebant talos quosdam, sæpe ante concussos, & turriculas, & alia instrumenta aleatoria.* Hunc ipsum locum Æschinis Suidas (vel potius Harpocratio, ex quo Suidas) exponere voluit. Pollux etiam inter aleatoria instrumenta κύβους & ἀστραγάλους διασείστους recenset. Appellabantur autem tali διάσειστοι, quod in fritillo, sive ψηφοβόλῳ, prius concuti, & deinde per turriculam (quam Græci φιμὸν vel πύργον vocabant) in alveolum mitti solerent: idque ideo, ne fraudi & fallaciæ aleatorum ullus locus esset. Plura de hoc argumento legere licet apud Salmasium ad Flav. Vopiscum, cujus scrinia hic non compilabo. Confer etiam Valesium ad Harpocrationem v. Φιμοί.

9 Παραξέπτεσθαι] Quomodo hæc interpretatio voci διασήθειν convenire possit, non video.

10 Διασηκῶσαι. βαστάσαι οὐ τὸ ἆραι δηλ.] Hæc nota supra rectius ad vocem βαστάσαι refertur.

Διάσια

Διάσια.[1] ἑορτὴ Ἀθήνησι Μειλιχίου Διός. παρωνόμασται δὲ Διάσια, ἀπὸ τοῦ διαφυγεῖν αὐτοὺς εὐχαῖς τὰς ἄσας. καὶ [2] Ἀριστοφάνης·

Ὅ τ᾽ ἐπριάμην σοι Διασίοις ἁμαξίδα.

Διασκανδικίσῃς.[3] ἀποδυλιάσῃς. εὐελπιδίσῃς. ἀμελήσῃς. σκώπτει δὲ τὸν Εὐριπίδην ὡς λαχανοπώλιδος υἱόν. σκάνδιξ γὰρ εἶδος λαχάνου λεπτοῦ. καὶ ἀλλαχοῦ·

Σκάνδικά μοι δὸς μητρόθεν δεδεγμένος.

Διασκεδαννῦσι. διασκορπίζουσι. λέγεται γὰρ καὶ διασκίδνησιν. [4] Ἰώσηπος· Οὔτε γὰρ ἀταξία διασκίδνησιν αὐτοὺς τῆς συντάξεως τὸ ἐν ἔθει.

Διασκευαζόμενος.[5] Εὔπολις, Ἀθηναῖος, κωμικός, ἔγραψε τόσα καὶ ἄλλα διασκευαζόμενος. διασκευάσασθαι, ἀντὶ τοῦ συσκευάσασθαι [6] Ἴσαιος.

Διασκευή. Ἀπὸ τῆς κλίνης σοι γέγραφα, μόλις ἀνεχόμενος εἰς διασκευὴν τῶν γραμμάτων. τουτέστι, συνθήκην.

Διασκηνητέον. καταλυτέον.[7] Ξενοφῶν· Ἔδοξε διασκηνητέον εἶναι εἰς τὰς κώμας, εἰς πόλεις.

Διασμώμενος. ἐρευνῶν.

Διασμύχων. διαξύων. διακαίων.

Διασπαθᾶν. ἀφειδῶς δαπανᾶν.

Διασπεύσας. διεγείρας. παρορμήσας. Τοὺς μὲν στρατιώτας διασπεύσας, τοὺς δὲ χιλιάρχους παρακαλέσας ἅψασθαι τῆς πράξεως.

Δι᾽ [8] ἀσπιδέος πεδίοιο. οἱ μέν, διὰ τὸ πολλὰς ἀσπίδας ἐν αὐτῷ ἐρρίφθαι. οἱ δέ, ἀσπιδοειδοῦς, διὰ τὸ τοῦ πεδίου περιφερές. οἱ δέ, ἀπὸ μήκους.

Διασπώμενος. συνθλίβων καὶ κατακλῶν.

Διάστασις.[9] Ἀντιφῶν ἀντὶ τοῦ διακόσμησις.

Διαστελλόμενος. διαχωριζόμενος.

Διαστῆσαι.[10] ἀντὶ τοῦ διαταράξαι, καὶ οἷον ἀδύνατον ποιῆσαι.

Διαστῆτην. ἐχωρίσθησαν.

Διαστείχειν. διέρχεσθαι.

Διαστείχοντας. διαπορευομένους. διαστείχουσαν, διερχομένην.

Διαστολή. διαχώρησις. ἐξοχή. Οὐ [11] χρὴ θαυμάζειν, εἰ φιλοπονώτερον ἐξηγούμεθα τὰ κατὰ τὸν Σκιπίω-

Διάσια. Diasia. Festum Athenis Jovis Milichii: sic dictum, quod Athenienses precibus ἄσας, i. e. mala & calamitates effugissent. Et Aristophanes: *Hoc obolo Diasiis plostellum tibi emi.*

Διασκανδικίσῃς. Formides. Euripidis more to geras. Negligas. Perstringit vero Euripidem, ut filium venditricis olerum. Est enim σκάνδιξ genus oleris vilis. Et alibi: *Des mihi scandicem, quam a matre accepisti.*

Διασκεδαννῦσι. Dissipant. Dicitur etiam διασκίδνησι, dissipat. Josephus: *Non enim ob disciplinæ neglectum ordinibus desertis hinc & & inde vagantur.*

Διασκευαζόμενος. Emendans & refingens. Eupolis, Atheniensis, Comicus, tum has, tum etiam alias fabulas emendavit & refinxit. Διασκευάσασθαι pro συσκευάσασθαι, i. e. sarcinas & vasa colligere, posuit Isæus.

Διασκευή. *Ex lecto tibi scripsi, cum ad literas exarandas vix vires mihi suppeterent.* Διασκευὴ hic ponitur pro συνθήκη, i. e. compositio.

Διασκηνητέον. Divertendum est. Xenophon: *Ad vicos & oppida divertendum esse videbatur.*

Διασμώμενος. Scrutans.

Διασμύχων. Abradens. Abstergens. Exurens.

Διασπαθᾶν. Luxu prodigere & dissipare.

Διασπεύσας. Qui excitavit. Qui incitavit. *Cum milites incitasset, & tribunos militum adhortatus fuisset, ut manum operi admoverent.*

Δι᾽ ἀσπιδέος πεδίοιο. Nonnulli [campum ab Homero ἀσπιδέα vocari putant,] quod multi clypei in eo sparsi jacerent. Alii, quod clypei instar rotundus esset. Alii vero a longitudine [eum sic appellatum putant.]

Διασπώμενος. Conterens & confringens.

Διάστασις. Antiphon posuit pro apta & concinna rerum dispositione.

Διαστελλόμενος. Distinctus. Sejunctus. Separatus.

Διαστῆσαι. Conturbare, & invalidum reddere.

Διαστῆτην. Divisi sunt. Separati sunt.

Διαστείχειν. Per aliquem locum ire.

Διαστείχοντας. Per aliquem locum euntes. Et διαστείχουσαν, per aliquem locum euntem.

Διαστολή. Separatio. Eminentia. [Diligens observatio & inquisitio.] *Mirari nemo debet,*

1 Διάσια. ἑορτὴ Ἀθήνησι Μειλιχίου Διός] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Nubes* pag. 150. Vide etiam insignem de hoc festo locum apud Thucydidem lib. I. cap. CXXVI.

2 Ἀριστοφάνης] *Nubibus* pag. 174. (104. Edit. Bas. *P.*)

3 Διασκανδικίσῃς. ἀποδυλιάσῃς. τόγεων.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 289. (192. Ed. Bas. P.)

4 Ἰώσηπος] *De Bello Jud.* lib. III. pag. 835. ubi rem militarem veterum Romanorum describit.

5 Διασκευαζόμενος] Locum hunc Portus imperite admodum interpretatus erat, cujus hallucinationem ex versione sustulimus, & verum in ea sensum expressimus. Τὸ διασκευάζεσθαι enim dicebatur de Poetis, qui fabulas suas, quæ recto talo non steterant, emendatas & nova lima perpolitas in scena denuo exhibebant, ut erudite docet Casaubonus ad Athenæum lib. III. cap. XXVI. quem consule.

6 Ἴσαιος] Scribe Ἰσαῖος ex Harpocratione.

7 Ξενοφῶν] *De Expedit. Cyri* lib. IV. pag. 328. ut Pearsonius observavit.

8 Δι᾽ ἀσπιδέος πεδίοιο] Homerus Il. Λ. v. 753.

*Τόφρα γὰρ οὖν ἑπόμεσθα δι᾽ ἀσπιδέος πεδίοιο.*

Scholiasta ad eum locum: Δι᾽ ἀσπιδέος πεδίοιο. ἤτοι ἐπιμήκους τοῦ μακροῦ ἢ πλατέος καὶ περιφεροῦς. ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς ἀσπίδος. ἢ ἐν ᾧ τῶν ἀνηρημένων αἱ ἀσπίδες ἔκειντο. Confer etiam Hesychium & Etymologum.

9 Διάστασις. Ἀντιφῶν ἀντὶ τοῦ δια...] Ex Harpocratione.

10 Διαστῆσαι. ἀντὶ τοῦ διαταρ.] Ex Harpocratione.

11 Οὐ χρὴ θαυμάζειν, εἰ φιλοπον.] Fragmentum hoc Fulvius Ursinus & Casaubonus ad Polybium referunt.

ra,

λαμβάνει, καὶ δεῖται τῶν Καβείρων, τιμωρῆσαι αὐτῇ, καὶ μετελθεῖν τὸν ἐπίορκον.

Διαλαμβάνων. ὑπομνηματίζων. συγγράφων.

Διαλλάττειν.

Καὶ [1] διαλλάττειν πρὸς ἡμᾶς ἀνδράσιν Λακωνικοῖς,
Οἷσι [2] πιστὸν οὐδὲν, εἰ μὴ περ λύκῳ κεχηνότι.

Ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν τὰ ἀλλότρια διαρπαζόντων. ὡς γὰρ τρόπον λύκοις οὐκ ἔστι πίστις, οὐδὲ τούτοις. τὸ δὲ κεχηνότι, ἐπὶ τῶν μάτην χαινόντων.

Διαλλάττω. δοτικῇ. [3] Ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου. Αἰτιατικῇ δέ· Διαλλάξαντες τὰ ὅπλα πρὸς ἀλλήλους.

Διαλαχεῖν. τὸ διανεμεῖσθαι οἱ ῥήτορες εἰρήκασιν. Ἀπολαχεῖν δὲ, τὸ διανέμεσθαι τὰ πατρῷα. ἔστιν ἐν τῷ Ἀπολαχεῖν.

Διὰ λαίλαπος.

Διαλέγεσθαι. τὸ συνουσιάζειν. καὶ διαλέγομαι, δοτικῇ.

Διαλέγουσαν. [4] διοικοδομοῦσαν. [5] λέγειν γὰρ τὸ οἰκοδομεῖν. καὶ διαλέγου. διορύττου. Θουκυδίδης.

Διαλέγοιντο γυναιξίν. ὁμιλοῖεν, ἢ συνουσιάζοιεν. οὕτως Ἱεροκλῆς.

Διαλεκτική. ἡ ἀποδεικτική. ὀλίγα Διαλεκτικῆς ἀψάμενος. [6] Διαλεκτική ἐστιν ἐπιστήμη ἀληθῶν, καὶ ψευδῶν, καὶ οὐδετέρων. [7] τυγχάνει δ' αὐτὰ ἐπισημαίνοντα καὶ σημαινόμενα. ἢ οὕτω. [8] Μέθοδος δι' ἐνδόξων περὶ παντὸς τοῦ προκειμένου συλλογιστική. καλεῖται δὲ Διαλεκτικὴ ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι. τὸ δὲ διαλέγεσθαι, ἐν ἐρωτήσει τε καὶ ἀποκρίσει. διαφέρει ἡ Διαλεκτικὴ τῆς Ῥητορικῆς. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Διεξοδικῶς.

Διάλογος. [9] λόγος ἐξ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως συγκείμενος, περί τινος τῶν φιλοσοφουμένων καὶ πολιτικῶν, μετὰ τῆς πρεπούσης ἠθοποιίας τῶν παραλαμβανομένων προσώπων, καὶ τῆς κατὰ τὴν λέξιν κατασκευῆς. Διαλεκτικὴ δέ ἐστι τέχνη λόγων, δι' ἧς ἀνασκευάζομέν τι ἢ κατασκευάζομεν, ἐξ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως τῶν προσδιαλεγομένων.

Διάλεξις. [10] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Διάλεξιν ἡμῖν παρέχουσιν. τουτέστι, λόγων ἐμπειρίαν. καὶ νοῦν, τουτέστι τὰ νοηθέντα φράζειν. διαφέρει δὲ διάλεξις δια-

*rem suspicata, Cabiros orat, ut injuriam sibi illatam ulciscantur, & pœnas a perjuro expetant.*

Διαλαμβάνων. Commentans. Conscribens.

Διαλλάττειν. Reconciliare. [Aristophanes:] *Et suadent, ut pacem faciamus cum Lacedæmoniis, qui non magis fidem servant, quam lupus hians.* Hoc proverbium dicitur de illis, qui aliena diripiunt. Sicut enim lupis nulla inest fides, ita nec istis. Vox κεχηνότι vero dicitur de hominibus, qui vana spe lactantur.

Διαλλάττω. Reconcilio. Dativo jungitur. *Abi, & primum reconciliare fratri tuo.* Accusativo vero [junctum significat permuto.] *Cum inter se arma permutassent.*

Διαλαχεῖν. Apud Oratores significat distribuere. Ἀπολαχεῖν vero, bona paterna dividere. Vide in v. Ἀπολαχεῖν.

Διὰ λαίλαπος. Per procellam.

Διαλέγεσθαι. Cum fœmina coire. Item διαλέγομαι, cum dativo, colloquor.

Διαλέγουσαν. Ædificantem. Λέγειν enim est ædificare. Et διαλέγου. Perfodiaris. Thucydides.

Διαλέγοιντο γυναιξίν. Cum mulieribus colloquantur, vel coeant. Sic Hierocles.

Διαλεκτική. Dialectica. Ars argumentis aliquid demonstrandi. *Cum Dialecticam leviter attigisset.* Dialectica est scientia veri & falsi & neutrius. Versatur autem circa ea, quæ significant & significantur. Vel sic. [Dialectica est] methodus probabilibus rationibus de qualibet re proposita argumentandi. Dicitur vero Dialectica a διαλέγεσθαι, i. e. disserere. Differitur autem interrogando & respondendo. Differt autem Dialectica a Rhetorica: ut exponitur infra v. Διεξοδικῶς.

Διάλογος. Dialogus est oratio, ex interrogatione & responsione constans, de rebus philosophicis vel politicis, apte exprimens & imitans mores & affectus personarum, quæ colloquentes introducuntur, & argumento, de quo tractatur, accommodata. Dialectica vero est ars sermonis, per quam aliquid refutamus, vel confirmamus. Ea autem constat ex interrogatione & responsione eorum, qui inter se disserunt.

Διάλεξις. Ratio loquendi. Dicendi peritia. Aristophanes *Nubibus*: *Dicendi peritiam nobis suppeditant.* Et νοῦν, i. e. facultatem animi sensa feliciter exprimendi. Dif-

1 *Καὶ διαλλάττειν πρὸς ἡμᾶς ἀνδρ.*] Hæc sunt verba Aristophanis *Lysistrata* pag. 876. (555. Ed. Bas. *P.*)

2 *Οἷσι πιστὸν οὐδὲν*] Perfidiam Aristophanes etiam alibi Lacedæmoniis exprobrat. In *Acharnens.* enim pag. 386. sic de iisdem inquit:

Οἷσιν οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις, οὔθ' ὅρκος μένει.

Id est. *Qui nec fœdera, nec jusjurandum, nec fidem servant.* Scholiasta ad eum locum: Ἐπὶ ἀπιστίᾳ γὰρ διεβάλλοντο οἱ Λακεδαιμόνιοι. Καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἀνδρομάχῃ·

Σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλευτήρια. Lege ibi & sequentia.

3 *Ὕπαγε, πρῶτον διαλ.*] *Matth.* cap. v. v. 24.

4 *Διαλέγουσαν. διοικ.*] Respexit Suidas ad locum illum Aristophanis *Lysistr.* pag. 883.

Τὴν μὲν γε πρώτην διαλέγουσαν τὴν ὀπήν.

Scholiasta ineditus τὸ διαλέγουσαν ibi exponit διορύττουσαν.

5 *Λέγειν γὰρ τὸ οἰκοδομεῖν*] Sic etiam Hesychius. Et Suidas infra, Ἐξεπιλέγοντο, ἀντὶ τοῦ ἐξανῳκοδομήθησαν. Et alibi: Λιθολόγοι, οἰκοδόμοι.

6 *Διαλεκτική ἐστιν ἐπιστήμη ἀληθῶν καὶ ψευδ. καὶ οὐδετ.*] Sic Stoici Dialecticam definiebant, ut patet ex Laert. lib. VII. Segm. XLII. unde locum hunc deprompsit Suidas.

7 *Τυγχάνει δ' αὐτὰ ἐπισημ.*] Pearsonius legendum putabat, τυγχάνει δ' αὐτὴ περὶ σημαίνοντα καὶ σημ. quod verum puto.

8 *Μέθοδος δι' ἐνδόξων περὶ παντὸς τοῦ προκ.*] Locus hic depromptus est ex Alexandro Aphrodiseo in *Topica* pag. 4. ut Pearsonius observavit.

9 *Διάλογος. λόγος ἐξ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρ.*] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Laertii lib. III. Segm. XLVIII. ut itidem Pearsonius monuit.

10 *Ἀριστοφάνης Νεφέλαις*] Pag. 143. (78. Ed. Bas. *P.*) Vide ibi veterem Enarratorem, cujus verba Suidas hic descripsit.

λέκτου.

μισῶν Σωκράτην. ἐν γὰρ ταῖς Ὄρνισι διακωμῳδεῖται Πρόδικος.

Διαλύω. Πνεῦμα μέν ἐστιν, ἀλλὰ διαλύων ὄρη.

Διαμαδῶντες. διαβρέχοντες.

Διαμαρτία. ἡ ἀποτυχία. καὶ διαμάρτοι. ἀποτύχοι. μέλλοντος σημασία.

Διαμάρτυραι. βεβαίωσαι. καὶ [1] διαμαρτυρεῖν, τὸ προλέγειν τῆς ἀπειθείας τὴν τιμωρίαν, καὶ τῆς εὐπειθείας τὴν ὠφέλειαν.

Διαμαρτυρία, καὶ διαμαρτυρεῖν. τρόπος τις ἦν ἡ διαμαρτυρία παραγραφῆς. πρὸ γὰρ τοῦ εἰσαχθῆναι τὴν δίκην εἰς τὸ δικαστήριον, ἐξῆν τῷ βουλομένῳ διαμαρτυρῆσαι, [2] ὡς εἰσαγώγιμός ἐστιν ἡ δίκη, ἢ οὐκ εἰσαγώγιμος. διαφέρει δὲ τῆς παραγραφῆς, τῷ τὴν μὲν διαμαρτυρίαν γίνεσθαι οὐ μόνον ὑπὸ τῶν φευγόντων, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν διωκόντων. καὶ πρότερόν γε ὁ διώκων προὐβάλλετό τινα μαρτυροῦντα, εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην. καὶ περὶ τούτου πρῶτον ἐγίνετο ἡ κρίσις [3] πρὸς αὐτὸν τὸν διαμαρτυρήσαντα, οὐ πρὸς τὸν ἐξ ἀρχῆς δικαζόμενον. εἰ δὲ μὴ προβάλλοιτο μάρτυρα ὁ διώκων, τότε ἐξῆν τῷ φεύγοντι προσαγαγεῖν τινα μαρτυροῦντα, οὐκ εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην· καὶ πάλιν πρὸς τὸν διαμαρτυρήσαντα ὁ ἀγὼν ἐγίνετο. ἐπεσκήπτοντο δὲ ψευδομαρτυριῶν καὶ ταῖς διαμαρτυρίαις, ὥσπερ ταῖς μαρτυρίαις. τάχα δὲ ἐπὶ ταῖς τοῦ ἀποστασίου δίκαις ἐκεκώλυτο διαμαρτυρεῖν· ἐν δὲ ταῖς τοῦ ἀπροστασίου οὐκ ἔτι.

Διαμαρτάνω. γενικῇ. καὶ τοῦ σκοποῦ δοκοῦσιν ἔμοιγε διαμαρτάνειν.

Διαμαρτύρομαί σοι. ἀντὶ τοῦ βεβαιώσω σε. μέλλοντα σημαίνει. ἐπὶ δὲ ἐνεστῶτος διὰ τοῦ ο μικροῦ ὡς ἐν τῷ, [4] Ἄκουσον λαός μου, καὶ λαλήσω σοι Ἰσραὴλ, καὶ διαμαρτύρομαί σοι.

Διαμαρτυρομένους. προλέγοντας. ἀπειλοῦντας. Ἀπέστειλε πρεσβευτὰς, διαμαρτυρομένους, μήτε τὴν πόλιν οἰκίζειν, μήτε παρὰ τὰς συνθήκας ποιεῖν μηδέν. καὶ διαμαρτύρασθαι, βεβαιῶσαι. Ἐβουλήθησαν οὖν καὶ διαμαρτύρασθαι τοῦτο τρόπον τινά.

Διὰ [5] μαχαιρῶν καὶ πυρὸς ῥιπτεῖν δεῖ. ἐπὶ τῶν παραβόλως τι ποιούντων.

Διὰ μάχης ἐλθεῖν. Οὐδενὸς τοπαράπαν θαῤῥήσαντος διὰ μάχης αὐτοῖς ἐλθεῖν, οὔτε μὴν ἀντιτάξασθαι ἐς τὸ παντελές.

Διαμέλλει. ἀναβολῇ χρῆται. Ὁ δὲ πρὸς ὀργὴν ὑπεριδὼν, καὶ μὴ πάνυ πιστεύσας, διεμέλλησεν.

Prodicum hæc dicit, quam odio prosequens Socratem. In *Avibus* enim Prodicum insectatur.

Διαλύω. Dissolvo. *Ventus quidem est, sed montes dissolvens.*

Διαμαδῶντες. Irrigantes. Rigantes.

Διαμαρτία. Aberratio. Et διαμάρτοι. Aberret. Futuri significationem habet.

Διαμάρτυραι. Affirma. Assevera. Et διαμαρτυρεῖν. Prædicere contumaciæ pœnam, & obedientiæ fructum.

Διαμαρτυρία. Et διαμαρτυρεῖν. Διαμαρτυρία erat modus quidam exceptionis. Nam antequam causa in Judicium introduceretur, cuivis licebat testificari, causam per leges in Judicium introduci posse vel non posse. Differt autem ab exceptione, quod διαμαρτυρία non solum fiat a reis, sed etiam ab actoribus. Et primum quidem actor aliquem producebat, qui testaretur, causam in Judicium introduci posse: de qua re primū instituebatur disceptatio adversus ipsum testem, non adversus actorem. Si vero actor nullum testem produceret, tunc reo licebat aliquem producere, qui testaretur, causam non posse in Judicium introduci: & rursus disceptatio erat adversus ipsum testem. Actio autem falsi testimonii tam in διαμαρτυρίαις quam μαρτυρίαις locum habebat. In causa autem ἀποστασίου non videtur licitum fuisse διαμαρτυρεῖν: secus ac in causa ἀπροστασίου.

Διαμαρτάνω. Aberro. Genitivo jungitur. *Et a scopo mihi videntur aberrare.*

Διαμαρτύρομαί σοι. Affirmabo tibi. [Serio te monebo.] Futuri significationem habet. In præsenti vero per ο scribitur. Ut in hoc [dicto:] *Audi popule mi, & loquar tibi Israel, & serio te moneo.*

Διαμαρτυρομένους. Prædicentes. Interminantes. *Misit legatos, interminaturos, ne urbem conderent, nec quidquam præter fœdus facerent.* Et διαμαρτύρασθαι, confirmare. *Voluerunt igitur & hoc testimonio suo quodam modo confirmare.*

Διὰ μαχ. *Per gladios & ignem ruere oportet.* De iis dicitur, qui temerarium aliquod facinus aggrediuntur.

Διὰ μάχης ἐλθεῖν. Pugnam cum aliquo committere. *Cum nemo prorsus pugnam cum ipsis committere, nec aciem instructam ipsis opponere auderet.*

Διαμέλλει. Cunctatur. Dilatione utitur. *Ille vero cum iratus eum neglexisset, nec rem omnino credidisset, cunctatus est.*

1 Διαμαρτυρεῖν, τὸ προλέγειν τῆς ἀπειθ.] Hæc interpretatio sumpta est ex Theodoreto ad Psalmum LXXX. pag. 724.

2 Ὡς εἰσαγώγιμός ἐστιν ἡ δίκη] Apud veteres Græcos, antequam actor reo litem intenderet, Judex cognoscebat, utrum causa in Judicium introduci posset, an non. Hæc cognitio dicebatur δίκης ἀνάκρισις. Vide Harpocrationem v. Ἀνάκρισις, & Suidam infra v. Δίκης ἀνάκρισις.

3 Πρὸς αὐτὸν τὸν διαμαρτ.] Vide Harpocrationem v. Αὐτομαχεῖν.

4 Ἄκουσον λαός μου, καὶ λαλ.] Psalm. XLIX. 7.

5 Διὰ μαχαιρῶν καὶ π.] Vide supra v. Διὰ τῶν μαχαιρῶν.

‡

Διαμα-

Διαμεμετρημένη[1] ἡμέρα. μέτρον τι ἐστὶν ὕδατος, πρὸς μεμετρημένον ἡμέρας διάστημα ῥέον. [2] ἐμετρεῖτο δὲ τῷ Ποσιδεῶνι μηνί· [3] ὡς δὴ τούτῳ ἠγωνίζοντο οἱ μέγιστοι καὶ περὶ τῶν μεγίστων ἀγῶνες. [4] διῃρεῖτο δὲ εἰς τρία μέρη τὸ ὕδωρ· τὸ μὲν τῷ διώκοντι, τὸ δὲ τῷ φεύγοντι, τὸ δὲ τρίτον τοῖς δικάζουσιν. [5] ἐπισκεπτέον δὲ τὸ παρ' Ἰσαίῳ, ὃς μεμετρημένης ἡμέρας ὁτὲ μὲν χωρὶς ὕδατός φησι γίνεσθαι τοὺς ἀγῶνας, ὁτὲ δὲ πρὸς ὕδωρ.

Διαμεμετρημένη ἡμέρα. Est mensura quædam aquæ, ad definitũ diei spatiũ fluens: quæ mense Posideone mensurabatur, quod tunc judicia de causis maximi momenti haberentur. Ea autem aqua in tres dividebatur partes: quarum una actori, altera reo, & tertia Judicibus assignabatur. Videndum autem quid sibi velit Isæus, cum ait, partibus diei ad clepsydram mensuratis, interdum sine aqua, interdum ad aquam causas disceptari.

Διὰ[6] μέσου τείχους. τριῶν ὄντων τειχῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ, [7] ἀπὸ τοῦ Βορείου, καὶ τοῦ Νοτίου, καὶ τοῦ Φαληρικοῦ, διὰ μέσου τῶν παρ' ἑκάτερα τὸ Νότιον ἐλέγετο· οὗ μνημονεύει καὶ Πλάτων ἐν Γοργίᾳ.

Διὰ μέσου τείχους. Medius murus. Cum in Attica tres essent muri, Borealis, Australis, & Phalericus; medius inter utrumque dicebatur Australis: cujus & Plato meminit in Gorgia.

Διάμετρος. [8] γεωμετρικόν τι εἶδος. Εὐνάπιος· Ὡς καλά τινας διαμέτρους κεραίας κεχιάσθαι τὴν γλῶτταν ταῖς ἀντιτύποις συμβολαῖς τῶν ἀκίδων. Δείναρχος δὲ διάμετρον λέγει τὸ ἐλλεῖπον ἀπὸ τοῦ δικαίου μετρηθέντος.

Διάμετρος. Diameter. Instrumentum quoddam Geometricum. Eunapius: *Ita ut lingua secundum quasdam diametros adversis & coeuntibus spiculorum ictibus decussata esset.* Dinarchus vero διάμετρον vocat id, quod justæ mensuræ deest.

Διαμησάμενος. διορύξας. Διαμησάμενος γὰρ πᾶσαν τὴν ὑπὸ τὰ κράσπεδα τοῦ Ὀλύμπου ἄμμον, ὕδωρ πολὺ καὶ πότιμον εὗρε. καὶ αὖθις· [9] Διαμησάμενος τὴν χιόνα, τὴν ἐπ' αὐτῇ, ἐξῳκοδόμει τὸν κρημνόν.

Διαμησάμενος. Qui effodit. *Cum autem omnem arenam ad Olympi montis radices effodisset, aquam multam & potui aptam invenit.* Et iterum: *Nive effossa & egesta, in ipso præcipitio viam munivit.*

Διαμῆσαι. διακόψαι.

Διαμῆσαι. Dissecare. Discindere.

Διαμώμενος. θερίζων. καὶ διαμώμενοι, διασκάπτοντες, ζητοῦντες. [10] Θουκυδίδης· Διαμώμενοι τὸν κάχληκα ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, ἔπινον οἷον εἰκὸς ὕδωρ. καὶ αὖθις· Οἱ δὲ ἐσκήνουν ἐπὶ τῆς χιόνος, διαμώμενοι καὶ μεταξὺ ἐκκαθαίροντες.

Διαμώμενος. Metens. Et Διαμώμενοι. Effodientes. Quærentes. Thucydides: *Glarea ad mare effossa aquam, ut credibile est, potabant.* Et iterum: *Illi vero tentoria in nive figebant, eam effodientes, & loca interjecta purgantes.*

Διαμνημονεύω. αἰτιατικῇ συντάσσεται. Οὓς καὶ διαμνημονεῦσαι καθέκαστον ὁ λόγος διὰ τὸ πλῆθος, καὶ πρὸς ὄνομα διελθεῖν, παρῃτήσατο.

Διαμνημονεύω. Cum accusativo construitur. Commemoro. *Quos singulatim commemorre & nominatim recensere multitudo vetat.*

Διαμπάξ. διόλου. διαπαντός.

Διαμπάξ. Penitus. Prorsus. Semper.

Διαμπερέως. διαμπερές. διόλου διήκον. Ὁ[11] δὲ διῆγεν αὐτοὺς ἐπί τι ὄρυγμα, ὃ διαμπερὲς μὲν ἦν ὀρωρυγμένον ἐπὶ σταδίους λ', εἶχε δὲ ἔξοδον ἐπὶ θάτερα τοῦ ὀρύγματος.

Διαμπερέως. Penitus. Prorsus. *Ille vero deduxit eos ad locum quendam, qui ad* XXX. *stadia penitus erat perfossus, & in altera parte exitum habebat.*

1 *Διαμεμετρημένη ἡμέρα. μέτρον τι &c.*] Hæc Suidas descripsit ex Harpocratione: cujus interpretes doctissimos miror non adduxisse locum aliquem oratoris Græci, in quo λέξις proposita reperiatur, & ad quem Harpocratio forte respexerit. Quod igitur ab illis prætermissum est, a me præstabitur. Demosthenes ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας pag. 215. Ὃς γὰρ αἰχμαλώτους κατίνας, ὥσπερ ἐδραχμολόγει, καὶ τούτους αἰτιάσεις, πρὸς διαμεμετρημένην ἡμέραν αἰτεῖς δίκην. Wolfius male, vel saltem ambigue, *ad præfinitam diem*. Sensus est, *ad clepsydram*. Idem in oratione adversus Nicostratum pag. 725. Ἡμέραις γὰρ οὐ πολλαῖς ὕστερον εἰσελθὼν εἰς τὸ δικαστήριον πρὸς ἡμέραν διαμεμετρημένην, &c. Et hic Wolfius in eundem lapidem impegit. Quoniam igitur πρὸς διαμεμετρημένην ἡμέραν, sive, ad clepsydram, causæ in Judiciis olim perorabantur, non licebat oratori diutius verba facere, quam aqua flueret, etiamsi quædam dicenda superessent. Hinc Demosthenes orat. I. contra Stephanum pag. 618. inquit: Πολλὰ δ' ἔχων εἰπεῖν οὐχ ἱκανὸν τὸ ὕδωρ ὁρῶ μοι. i. e. *Cum multa habeam dicenda, non satis aquæ restare mihi video.* Huic autem aquæ judiciali quidam erat præpositus, qui Ἐφ' ὕδωρ dicebatur, & forte ad id munus legebatur. Pollux lib. VIII. cap. IX. sect. ult. Ἐπιμελητὴς δέ τις κληρωτὸς ἐγίγνετο, ὃς ἐκαλεῖτο Ἐφ' ὕδωρ, ὁ παραφυλάττων τὴν ἰσότητα τῆς κλεψύδρας. Hesychius: Ἐφ' ὕδωρ λαχών. Λαχὼν τις ὕδωρ παρεγχεῖν τὸ ἐν ταῖς δίκαις. Suidas infra: Ἐφ' ὕδωρ. ἐν ταῖς πρὸς ὕδωρ δίκαις ἐλάγχανεν ὁ ἐπιμελησόμενος τούτου. Hic sub se alios habebat ministros, κρηνοφύλακας dictos, qui aquam ex fonte petitam in clepsydram infundebant, ut docet Pollux loco ante laudato. Id autem munus vile admodum & contemptum habebatur, teste Suida infra v. Εἶτ' ἐφ' ὕδωρ. quem consule.

2 *Ἐμετρεῖτο δὲ τῷ Ποσιδεῶνι μηνί*] Vide infra v. Ποσιδεών.

3 *Ὡς δὴ τούτῳ &c.*] Lege, πρὸς δὴ τοῦτο, (scilicet ὕδωρ:) ut habet Harpocratio. Sensus enim est, ad aquam, sive ad clesydram, majoris momenti causas olim peroratas & disceptatas fuisse. Vide Maussacum ad Harpocrationem.

4 *Διῃρεῖτο δὲ εἰς τρία μ.*] Id expresse docet Æschines in oratione contra Ctesiph. cujus locum adducit Petitus *de Leg. Attic.* pag. 109. quem vide.

5 *Ἐπισκεπτέον δὲ τὸ παρ' Ἰσ.*] Hunc locum illustrare conatur idem Petitus *de Leg. Attic.* pag. 165. sed meo quidem judicio ἤμβροτεν, οὐκ ἔτυχεν.

6 *Διὰ μέσου τείχους. τριῶν ὄντων τ.*] Ex Harpocratione.

7 *Ἀπὸ*] Hanc vocem tanquam superfluam dele.

8 *Γεωμετρικόν*] Sic reposui ex 2 MSS. Paris. cum antea male legeretur γεωργικόν.

9 *Διαμησάμενος τὴν χιόνα, τὴν ἐπ' αὐτ.*] Fragmentum hoc legitur apud Polybium lib. III. cap. LV.

10 *Θουκυδίδης*] Lib. IV. cap. XXVI.

11 *Ὁ δὲ διῆγεν αὐτοὺς ἐπί τι ὄρ.*] Fragmentum hoc legitur apud Photium in Excerptis ex Iamblicho, Cod. XCIV. pag. 237. ut Pearsonius recte observavit.

Διαμειρομένη. διαιροῦσα, καὶ μερίζουσα. ἢ τὰς μοίρας μεμφομένη.

Διαμυδαίνεται. ἀντὶ τοῦ διαπηδᾷ, καὶ διαρρεῖ, καὶ διηθεῖ.

Διαμυλλαίνει. αἰσχρῶς πράττεις.

Οὗτος[1] δὲ διεμύλλαινεν, ὡς δὴ δεξιός.

καὶ διαμυλλαίνειν, τὸ διαμωκᾶσθαι τοῖς χείλεσι. ἢ τὸ ἐσθίειν, καὶ διακόπτειν, καὶ διαστρέφειν τὰ χείλη. Ἀριστοφάνης φησί.

Διάνδιχα. διχῶς.

Διανενηχάμεθα. ἀντὶ τοῦ ἐπεραιώθημεν.

Διανεῦσαι.[2] διακολυμβῆσαι. Καὶ διανεῦσαι ἐθελήσαντες, ἐβαπτίζοντο ὑπὸ τῆς πανοπλίας.

Διανεῖμαι. μερίσαι.

Διανηξάμενος. διακολυμβήσας.

Διανίζεται. διανίπτεται. καθαρίζεται.

Διανθίζω. τὸ τὰ ἄνθη συλλέγω. καὶ διηνθισμένας.

Διανοεῖσθαι.[3] τοῦτο ἐνέργειά ἐστι καὶ διέξοδος τῆς ψυχῆς. ἐπίστασθαι μὲν γὰρ πολλὰ δυνατὸν εἶναι· διανοεῖσθαι δὲ ἅμα πολλὰ, ἀδύνατον. πᾶς γὰρ ὁ διανοούμενος, ἕν τι διανοεῖται. ὡς γὰρ ἀδύνατον ἅμα λέγειν πολλοὺς λόγους· οὕτω διανοεῖσθαι ἅμα πολλά. λόγος γάρ τις ἡ διάνοια, αὐτῆς τῆς ψυχῆς ἐφ' ἑαυτῆς λεγούσης.

Διάνοια Εὔριπος. ἐπὶ τῶν ῥᾷστα μεταβαλλομένων καὶ ἀσταθμήτων ἀνθρώπων.

Διάνοια. ἔστιν ἐν τῷ Δόξα.

Διανταία πληγῇ. Τοῦ γὰρ περὶ τὸν βραχίονα τραύματος διανταίᾳ πληγῇ καταβαροῦντος, κατεξανίστη τὴν ἀλγηδόνα.

Διανυσθῆναι. πληρωθῆναι.

Διαξαίνειν. ἀναιρεῖν. διακόπτειν. Ὁ δὲ ἑάλω, καὶ ἔμελλεν ὁ δῆμος διαξαίνειν αὐτόν. ὁ δὲ οὐκ ἀφῆκεν, ἀλλ' εἴασεν αὐτὸν γῆν περὶ γῆς ἀπιέναι. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ Φοῖνιξ ἐργασάμενος ἐναγεῖς, καὶ διαρρήξας καὶ διαξήνας τοὺς νόμους, καὶ τὴν ἀνθρώπων ἀποπτάμενος φύσιν, καὶ [4] γήμας ἀθύτους τε καὶ ἀγάμους ἐκείνους γάμους.

Διαξῆναι. διαλῦσαι. [5] Ἀριστοφάνης· Ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς διαξῆναι. Τῶν[6] γὰρ ἐρίων οἱ μαλλοὶ ἔχουσι τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς κορυφὰς πεπιλημένας· καὶ ἐὰν πληθῶσι, διαλύεται ὁ μαλλός. πρὸς ἑκάτερον οὖν καὶ τὰς κορυφὰς τοῦ ἐρίου πεπιλημένας ἐν τῷ πόκῳ, καὶ τὰς κεφαλὰς τῶν πονηρῶν συνισταμένων τοῖς πράγμασι διαλῦσαι δεῖ.

Διαμειρομένη. Dividens & partiens. Vel de fato suo conquerens.

Διαμυδαίνεται. Saltu superat. Diffluit. Percolat.

Διαμυλλαίνει. Turpiter te geris. [Distortis labris derides.] *Hic vero alios deridebat, tanquam cæteris peritior esset.* Aristophanes. Διαμυλλαίνειν est distortis labris deridere. Vel, edere, & discindere, & labia distorquere.

Διάνδιχα. Bifariam. In duas partes.

Διανενηχάμεθα. [Nando] trajecimus.

Διανεῦσαι. Enatare. Natando trajicere. *Cum autem [amnem] nando trajicere vellent, propter pondus armorum submersi fuerunt.*

Διανεῖμαι. Distribuere. Dividere.

Διανηξάμενος. Qui enatavit.

Διανίζεται. Abluitur. Lavatur. Purgatur.

Διανθίζω. Flores colligo. Et διηνθισμένας, variis coloribus pictas.

Διανοεῖσθαι. Cogitare est animæ actio & digressio. Nam fieri quidem potest, ut multa scias: sed fieri nequit, ut multa simul cogites. Quisquis enim cogitat, de una quadam re cogitat. Quemadmodum enim fieri non potest, ut quis de multis rebus simul loquatur: sic nec multa simul cogitare quis potest. Cogitatio enim est quædam oratio animæ secum loquentis.

Διάνοια Εὔριπος. Animus Euripus. Dicitur de hominibus levibus & inconstantibus.

Διάνοια. Cogitatio. Mens. Vide in voce Δόξα.

Διανταία πληγῇ. Adverso ictu. *Cum enim vulnus adverso ictu brachio inflictum eum gravaret, doloribus fortiter restitit.*

Διανυσθῆναι. Confectum esse. Perfectum esse.

Διαξαίνειν. Interficere. Dissecare. *Illum autem, cum captus esset, populus dilaniaturus erat. Ille vero id non permisit, sed eum in aliam regionem abire sivit.* Et iterum: *Ille vero cum nefarias cædes perpetrasset, legesque violasset & rupisset, & ab humana natura descivisset, infaustas nuptias nullis sacris litatis celebravit.*

Διαξῆναι. Dissolvere. Aristophanes: *In principiis dissolvere.* Lanarum enim vellera habent principia & capita conglobata: quæ si vellantur, & vellus dissolvitur. Utrumque igitur significare vult Aristophanes, & capita lanæ conglobata in vellere, & capita malorum hominum, iisque patrocinantium, dissolvenda esse.

1 *Οὗτος δὲ διεμύλλαινεν, ὡς δὴ δεξ.*] Hæc sunt verba Aristophanis *Vespis* pag. 524. (359. Ed. Bas. P.)

2 *Διανεῦσαι*] Male Hesychius διαναῦσαι; pro quo vir doctus scribendum suspicatur διανῦσαι: sed fallitur. Vera enim lectio est διανεῦσαι, ut hic Suidas habet. Quemadmodum enim a πλέω deducitur πλεύσω, & ῥέω, ῥεύσω; sic a νέω, no, fit νεύσω, & νεῦσαι, & addita præpositione διανεῦσαι.

3 *Τοῦτο ἐνέργειά ἐστι καὶ διέξ.*] Hæc descripta sunt ex Philopono in Aristotelem *de Anima*.

4 *Γήμας ἀθύτους τε καὶ ἀγ. ἐκείνους γάμους*] Fragmentum hoc ampliabis ex ipso Suida supra v. Ἀθύτους.

‡

5 *Ἀριστοφάνης*] *Lysistrata* pag. 837. unde locus hic ita ampliandus est:

*Καὶ τάς γε συνισταμένους τούτους, καὶ τοὺς θλίβοντας ἑαυτοὺς,*
*Ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖσι διαξῆναι, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀποτῖλαι.*

In priore versu pro θλίβοντας in codice MS. Isaaci Vossii, in quo *Lysistrata* Aristophanis cum vetere Scholiasta inedito continetur, legitur πιλοῦντας; quam vocem Scholiasta ille exponit θλίβοντας: unde suspicor Aristophanem scripsisse πιλοῦντας, sed ejus loco θλίβοντας ex Scholiis in textum postea irrepsisse.

6 *Τῶν γὰρ ἐρίων οἱ μαλλ.*] Hæc descripta sunt ex modo laudato Scholiasta inedito in *Lysistratam*, cujus apographum ex codice Vossiano penes me habeo.

Διαπαρα-

Διαπαρατριβαί.[1] ἐνδελέχειαι.

Διαπαρατριβαί. Commoratio diuturna.

Διαπαρθενεῦσαι. μιγῆναι παρθένῳ. λέγεται δὲ οὕτω καὶ τὸ παρθενοτροφῆσαι, καὶ διαφυλάξαι παρθένον.

Διαπαρθενεῦσαι. Virginem vitiare. Item, virginem alere & custodire.

Διαπατταλευθήσῃ[2] χαμαί. ἀπὸ τῶν τὰς βύρσας διατεινόντων. σημαίνει δὲ τὸ διερευνᾷν καὶ ζητεῖν ἐπιμελῶς. ἢ διαπατταλευθήσῃ, ἀντὶ τοῦ ἐκταθήσῃ χαμαί. τὰς γὰρ βύρσας ἐκτείνοντες ἐπὶ τῆς γῆς, ἵνα μὴ συνάγωνται ἢ συστέλλωνται ἐκ τοῦ τοῦ ἡλίου καύσωνος, κατὰ τὰ ἄκρα παττάλοις καταχρῶντες, ἐκτείνουσι.

Διαπατταλευθήσῃ χαμαί. Humi clavis distenderis. [Apud Aristophanem de Agoracrito dicitur: per translationem ductam] ab illis, qui pelles extendunt. Significat autem scrutari & studiose quærere. Aliter. Διαπατταλευθήσῃ, humi pellis instar clavis extenderis. Pelles enim, ne ardore Solis corrugentur aut contrahantur, humi extendi solent, clavis in extremis earum partibus defixis.

Διαπεπαρθενεῦσθαι.[3] τετμῆσθαι τῇ μίξει.

Διαπεπαρθενεῦσθαι. Stupratam esse. [Quasi dicas,] coitu divisam esse.

Διαπεπονημένης. κατειργασθείσης.

Διαπεπονημένης. Bene elaboratæ.

Διαπείραντες. διαχειρήσαντες.

Διαπείραντες. Qui trajecerunt. Qui transfixerunt.

Διαπεράναι. τελειῶσαι.

Διαπεράναι. Perficere. Ad finem perducere.

Διαπεσούσης. ἀποτυχούσης. [4] Ἔδοξεν οὖν αὐτῷ ἐπισφαλὲς εἶναι τὸ κοινωνῆσαι αὐτοῖς τῆς πράξεως, καὶ διαπεσούσης καὶ συντελεσθείσης τῆς ἐπιβουλῆς. καὶ διαπίπτων, ἀποτυγχάνων.

Διαπεσούσης. Ad irritum cadentis. *Videbatur igitur res periculo non vacare, si conspirationis illius particeps fieret, sive insidiæ ad irritum cecidissent, sive ad speratum finem perductæ fuissent.* Et διαπίπτων, spe & voto excidens.

Διαπέσοιμι. οἷον διαμαρτήσαιμι τῆς ἐλπίδος. Ἀριστοφάνης·[5] Εἰ μή σ' ἀπολέσαιμ', εἴ τι τῶν ἐμῶν ψευσμάτων ἐνείη, διαπέσοιμι πανταχῆ.

Διαπέσοιμι. Spe frustrer. Aristophanes: *Nisi te perdam, si quid modo fraudis & mendacii mihi restat, spe mea penitus frustrer.*

Διαπεφώνηκεν. ἀντὶ τοῦ ἐσχάτην καὶ τελευταίαν φωνὴν ἀφῆκε. τουτέστιν, ἀπέθανεν. [6] ὅτε δὲ λέγει, ὅτι διαπεφώνηκε δὲ τούτων οὐδὲ εἷς περὶ τῆς ὁμονοίας τῶν τεσσάρων Εὐαγγελιστῶν φησιν ὁ Χρυσόστομος.

Διαπεφώνηκεν. Extremam & ultimam vocem emisit. Id est, mortuus est. Quum vero [Scriptura] dicit: *Horum vero nullus* διαπεφώνηκε, i. e. discrepat; id de consensu quatuor Euangelistarum Chrysostomus intelligit.

Διαπεινῶμεν[7] ἀεὶ πρὸς τὸ πῦρ. [8] παρὰ προσδοκίαν. ὥσπερ εἰ ἔφη, διαπίνομεν ἀεὶ πρὸς τὸ πῦρ. ὁ δὲ εἶπε, διαπεινῶμεν. οἱ γὰρ πότοι χειμῶνος πρὸς τὸ πῦρ γίνονται. εἴρηκε δὲ οὕτω διὰ τὸν λιμόν. τουτέστιν, ἐσχάτως πεινῶμεν, ὥστε καὶ τὰ ἱμάτια ἀποδυόμενοι καθεζόμεθα πρὸς τὸ πῦρ διὰ τὸ ῥῖγος. ἢ διαπύρως καὶ ἐκτόπως πεινῶμεν· ὃ καὶ βέλτιον.

Διαπεινῶμεν ἀεὶ πρ. *Semper ad ignem esurimus.* Præter expectationem hoc [ab Aristophane dictum est:] quasi dixisset, *ad ignem semper potamus.* Compotationes enim hieme ad ignem fieri solent. Propter famem autem [qua Athenienses tunc laborabant,] Comicus ista dixit. Id est, maximam famem sustentamus: adeo ut vestibus carentes ad ignem sedeamus propter frigus. Vel, vehementissime & supra modum esurimus: quod & melius.

Διὰ πείρας συχνῆς. ἀντὶ τοῦ, κατ' ἀκρίβειαν. Τοῦτον[9] ἐπίσταμαι διὰ πείρας συχνῆς μάλα, τήν τε ἀγαθοειδῆ προαίρεσιν προβεβλημένον, καὶ τοῦ πατρὸς οὐ πολύ τι λειπόμενον κατὰ τὴν εὐσεβῆ προθυμίαν.

Διὰ πείρας συχνῆς. Crebra experientia. *Hujus optimum vitæ institutum crebra experientia exploratum habeo, cognovique, eum, quod ad studium pietatis attinet, patre non multo inferiorem esse.*

Διαπειρωμένη.[10] ἀπόπειραν ποιουμένη. Ὁ δὲ ἐξώρκισεν αὐτήν, εἰ ταῦτα οὕτως ἐγνωκυῖα λέγει, ἢ δια-

Διαπειρωμένη. Periculum faciens. Explorans. Tentans. *Ille vero jurejurando eam adegit,*

1 Διαπαρατριβαί] Hesychius habet διαπαρατριβαί. Uterque forte respexit ad 1. ad Timoth. VI. 5. ubi hodie quidem legitur παραδιατριβαί: at Beza annotat, in antiquis codicibus se διαπαρατριβαί reperisse. Theophylactus tamen vulgatam lectionem παραδιατριβαί agnoscit.

2 Διαπατταλευθήσῃ χαμαί.] Hæc sunt verba Aristophanis *Equit.* pag. 309. (209. Ed. Bas. *P.*) ubi confer veterem Enarratorem, cujus scrinia Suidas hic compilavit.

3 Τετμῆσθαι τῇ μίξει] Vide quæ diximus supra ad vocem Διακεκορῆσθαι.

4 Ἔδοξεν οὖν αὐτῷ ἐπισφ.] Hoc fragmentum Valesius ad Polybium refert.

5 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 329. (228. Ed. Bas. *P.*)

6 Ὅτι δὲ λέγει, ὅτι διαπεφ.] Hæc videntur referenda esse ad locum illum *Numeror.* XXXI. 49. Καὶ οὐ διαπεφώνηκεν ἀπ' αὐτῶν οὐδὲ εἷς.

7 Διαπεινῶμεν αἰεὶ ποτὶ τὸ πῦρ] Apud Aristophanem *Acharnens.* p. 407. locus hic Dorica dialecto sic expressus est: Διαπεινᾶμες αἰεὶ ποττὸ πῦρ. Megarensis enim aliquis ibi loquens introducitur, qui Dorica dialecto utebantur.

8 Παρὰ προσδοκίαν. ὥσπερ ἔφη, διαπ.] Hæc sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

9 Τοῦτον ἐπίσταμαι διὰ πείρας συχνῆς μ.] Hæc sunt verba Damascii de Asclepiodoto Philosopho, ut discimus ex ipso Suida supra v. Ἀσκληπιόδοτος.

10 Διαπειρωμένη. ἀπόπειραν ποιουμ.] Locum hunc auctoritate duorum MSS. Paris. supplevi & a capite reposui, qui in prioribus Editt. omissa voce διαπειρωμένη cum articulo præcedenti, invito prorsus & reclamante sensu, conjunctus est.

προσωμιλήκῃ αὐτῷ. ἡ δὲ ὤμοσεν, ἦ μὴν τῷ ὄντι καὶ φρονεῖν ταῦτα, καὶ λέγειν περὶ αὐτοῦ.

Διαπηνηκίσαι.[1] ἐξαπατῆσαι. πηνήκην γὰρ οἱ ἀρχαῖοι Ἀττικοὶ τὴν ἐκ τῶν τριχῶν προσθετὴν κόμην. καὶ τὸ Φενακίσαι τινὲς ἀπὸ τούτου εἰρῆσθαι λέγουσιν.

Διαπιθηκίσαι. τὸ διαπαῖξαι. ἀπὸ τῶν πιθήκων. φιλοπραγμονέστατον[2] γὰρ τὸ ζῶον.

Διαπλέκειν. διαποικίλλειν. διάγειν. [3]Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν· Εἰ μετ᾽ ὀρνίθων τις ὑμῶν βούλεται διαπλέκειν ζῶν ἡδέως, τὸ λοιπὸν ὡς ἡμᾶς ἴτω.

Διαπληκτίζονται. διαμάχονται.

Διαπλώσας. διαπλεύσας. διελθών.

ᾯ[4] σὺν ἀοιδῇ
Πάντα διαπλώσας, καὶ σὺν ἔρωτι βίον.

Διαπνεῖν. τὸ ἀποπνεῖν καὶ πέρδεσθαι. εὐσχημονέστερον τοῦ ἀποψοφεῖν.

Διὰ πολλοῦ χρόνου.

Ὁ[5] γὰρ γέρων, ὡς ἔπιε διὰ πολλοῦ χρόνου,
Ἤκουσέ τ᾽ αὐλοῦ, περιχαρὴς τῷ πράγματι,
Ὀρχούμενος τῆς νυκτὸς οὐδὲν παύεται
Τ᾽[6] ἀρχαῖ᾽ ἐκεῖν᾽, οἷς Θέσπις ἠγωνίζετο.

Διαπονεῖν. [7]ἀσκεῖσθαι.

Διαπορηθέντες. διαπορῶντες.

Διαπορῶ. διαπορήσω. ζητῶ. ἀμφιβάλλω.

Διαπορεία. ἡ διαπόρευσις. διαπορία δὲ, ἡ ἀμφιβολία.

Διαπορθμεύεται. διακομίζεται. διαπερᾷ.

Διαπορθμεύσων. διαπεράσων. διακομίσων.

Διαπραξάμενοι ἐλευθερίαν. κατασκευασάμενοι.

Διαπρέπειν. διαφαίνεσθαι διαφέρειν.

Διαπρεπής. ἔκδηλος. ἐπίσημος.

Διαπρήσσει. διανύει. τελειοῖ.

Διαπρύσιον. διὰ παντὸς [8]δεξιόν. μέγα. ἐξάκουστον. διαβόητον.

Διαπυνθάνεται. ἐρωτᾷ.

Διαπυρώτατος. ὁ θερμός.

Διάρας. διατείνας τὸ ὄμμα εἰς οὐρανόν.

Διαράμενοι. Ὡς οὐκ εἰκός τι αὐτὸν διαράμενον βλοσυροῖς ὀφθαλμοῖς ἀντιβλέψαι χρυσίῳ. τοὐναντίον μὲν οὖν.

*ut affirmaret, utrum ex animi sententia hæc diceret, an vero, ut ipsum exploraret. Illa vero juravit, se non aliter sentire ac loqueretur.*

Διαπηνηκίσαι. Decipere. Fallere. Πηνήκη enim veteres Attici apposititiam comam vocant. Et Φενακίσαι quidam inde dictum ajunt.

Διαπιθηκίσαι. Ludere. Ductum est a simiis. Animal enim istud maxime est curiosum.

Διαπλέκειν. Implicare. Degere. Aristophanes *Avibus: Si quis vestrum cum avibus degere vult; ut suaviter in posterum vivat, ad nos veniat.*

Διαπληκτίζονται. Dimicant. Pugnant.

Διαπλώσας. Qui navigando trajecit. Qui emensus est. [Qui transegit.] *O qui vitam omnem in cantu & amoribus traduxisti.*

Διαπνεῖν. Idem quod ἀποπνεῖν, i. e. crepitum ventris emittere. Honestius autem sic dicitur, quam ἀποψοφεῖν.

Διὰ πολλοῦ χρόνου. Multo tempore interjecto. [Aristophanes:] *Senex enim, post longum temporis intervallum bibens, & tibiam audiens, supra modum re ista lætus, tota nocte saltare non desinit saltationes illas veteres, quibus Thespis certabat.*

Διαπονεῖν. Laboribus exerceri.

Διαπορηθέντες. Dubitantes.

Διαπορῶ. Dubito. Quæro. Ambigo.

Διαπορεία. Transitus. Διαπορία vero, dubitatio.

Διαπορθμεύεται. Transportatur. Transvehitur. Trajicit.

Διαπορθμεύσων. Transportaturus. Trajecturus.

Διαπραξάμενοι ἐλευθερίαν. Qui libertatem alicui peperit. Libertatis auctorem.

Διαπρέπειν. Excellere. Inter aliquos præstare.

Διαπρεπής. Insignis. Eximius. Excellens.

Διαπρήσσει. Perficit. Conficit.

Διαπρύσιον. Quod per omnia penetrat. Magnum. Quod procul audiri potest. Clarum. Celebre.

Διαπυνθάνεται. Percontatur. Interrogat.

Διαπυρώτατος. Maxime calidus.

Διάρας. Qui oculos in cœlum sustulit.

Διαράμενοι. *Quia verisimile non videbatur, eum fixis & torvis oculis aurum aspexisse: sed contra potius,* &c.

1 Διαπηνηκίσαι] Sic etiam Hesychius. At Etymologus scribit διαπηνικίσαι, & πήνικην: quod præstat.

2 Φιλοπραγμονέστατον] In Editt. Basileensi & Genevensi legitur φιλοπαιγμονέστατον: quam lectionem etiam agnoscit Etymologus. At MSS. Paris. & duæ antiquissimæ Editt. Mediolanensis & Aldina, exhibent φιλοπραγμονέστατον; quam lectionem in hac Edit. secutus sum: quamvis nec alteram sensus aspernetur. Vide etiam infra v. Πίθηκος, ubi itidem φιλοπραγμονέστατον legitur.

3 Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν] Pag. 576. (397. Ed. Bas. P.) ex quo loci hujus metrum supplendum est.

4 ᾯ σὺν ἀοιδῇ πάντα διαπλ.] Verba hæc sunt pars Epigrammatis in Anacreontem, quod exstat Antholog. lib. III. cap. XXV. p. 399.

5 Ὁ γὰρ γέρων, ὡς ἔπιε διὰ πολλ.] Quatuor hi senarii leguntur apud Aristophanem *Vespis* pag. 535. (364. Ed. Bas. *P.*)

6 Τ᾽ ἀρχαῖ᾽ ἐκεῖν᾽, οἷς Θέσπις ἠγ.] De saltationibus Thespidis vide eruditissimum Bentlejum in Dissertatione de Phalaridis Epistolis pag. 264. 265.

7 Ἀσκεῖσθαι] Sic recte legitur in 2 MSS. Paris. cujus loco priores Editt. vitiose exhibent ἀρκεῖσθαι.

8 Δεξιόν] Male. Scribendum enim est διῆκον: quam lectionem in versione expressi. Pari modo, quod obiter moneo, emendandus est Hesychius voce Διαπρύσιον, apud quem idem mendum reperitur.

Διάργεμ

Διάργεμοι. πῆ μὲν, λευκοί· πῆ δὲ, μέλανες. [1] Ἀλλ' οἱ μὲν ὑμῶν, μέλανες· οἱ δὲ, τεφρώδεις· ἕτεροι ξανθοὶ, καὶ διάργεμοι στήθη.

Διαῤῥαῖσαι. διαφθεῖραι.

Διαῤῥέουσα. τρυφηλή.

Διαῤῥεῖν. διαχεῖσθαι. χαυνοῦσθαι. Οὗ διαῤῥεῖ πολὺ καὶ κλεινὸν ὄνομα. ἀντὶ τοῦ, εὐφημίᾳ περιαίρε(ται).

Διαῤῥήδην. σαφῶς. Φανερῶς. Διαῤῥήδην ἀπειπὼν, μήτε μάχην συνάπτειν, μήτε περαιτέρω ἰέναι, μήτε ἄλλο πράττειν μηδέν.

Διαῤῥήξομεν. αἰπαλεικῇ. διακόψομεν.

Διαρθρώσας. διατυπώσας.

Διαρκῶς. καρτερῶς. δαψιλῶς. Αἰλιανός· Ὁ δὲ, οὐ γὰρ [2] ἐληλύθει τὰ ἔνδον, ὑπερήδετο, καὶ τὴν ἐλπίδα ὑπὲρ τῶν παρόντων ἐλάμβανεν ἐς τὸ κρεῖττον, καὶ ἔτι μᾶλλον τῇ πολιορκίᾳ διαρκῶς ἐνεκαρτέρει.

Δίαρμα. [3] Πολύβιος· Ἅμα δὲ πρὸς τὸν ἀπὸ Λιβύης πλοῦν καὶ πελάγιον δίαρμα λίαν εὐφυῶς ἔκειτο τοῖς Καρχηδονίοις ἡ πόλις. Καὶ αὖθις· Ἦν μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ χάρακος ἐπὶ θάλατταν ἑκατὸν εἴκοσι στάδια. τὸ δὲ δίαρμα βραχὺ πλεῖον ξ'. καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἀδηλότητα καὶ [4] συνέχεια τῆς ἐπιφάσεως. Καὶ αὖθις· Εἶδον ὄψιν γεγεφυρωμένην τοῦ θαλαττίου διάρματος ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου ἕως [5] Καρχηδόνος.

Διὰ [6] ῥωπήϊα. τὰ παρ' ἡμῖν ῥωπάκια.

Δίαρσις. ἔπαρσις εἰς ὕψος. [7] Πολύβιος· Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι συνδραμόντες ἐς τὰς χεῖρας, τοὺς Κελτοὺς ἀπράκτους ἐποίησαν, ἀφελόμενοι τὴν ἐκ διάρσεως αὐτῶν μάχην· ὅπερ ἐστὶν ἴδιον Γαλατικῆς χρείας, διὰ τὸ μηδαμῶς κέντημα τὸ ξίφος ἔχειν.

Διαρτᾶν. κυρίως, ἀντὶ τοῦ διαίρειν. καὶ τὸ ἀρτῆσαι, ἐπὶ τοῦ ἀνακρεμάσαι.

Διαρτῆσαι. τὸ ἐξαπατῆσαι. οὕτω Μένανδρος. διαρτίσαι δὲ, διὰ τοῦ ι, ἀναπλάσαι, κατασκευάσαι. Διαρτίζω γὰρ, πλάττω, καὶ πληρῶ. Διαρτῶ δὲ, τὸ κρεμῶ.

Διαρτία. ἡ διάπλασις. Εὐτελοῦς διαρτίας Χριστὲ γεγονώς.

Διαρτίζε(ται). ὁρμᾷ.

Διαρτώμενος. ἐξαπατώμενος. Ὁ [8] δὲ Ἡρακλῆς τοῖς μὲν ἴχνεσι διαρτώμενος, οὐδὲν δὲ ἧττον οἰόμενος εἶναι διερευνήσασθαι τὸν χῶρον. Καὶ αὖθις· Πολλαχόθεν ἀκροβολισμοῖς χρώμενοι, ἵνα διαρτώμενοι τῇ διανοίᾳ πρὸς τὸν κατὰ πρόσωπον ἐπιόντα, μηδεμίαν αἴσθησιν λάβωσι τῶν ὑπὲρ κεφαλῆς. καὶ διαρτῶ, τὸ κρεμῶ. καὶ [9] διαρτωμένων, κατασκευαζομένων.

Διάργεμοι. Partim albi: partim vero nigri. *Sed vestrum alii sunt nigri, alii cineracei, alii flavi, alii albi pectoribus.*

Διαῤῥαῖσαι. Perdere. Corrumpere.

Διαῤῥέουσα. Luxu diffluens.

Διαῤῥεῖν. Diffluere. Diffundi. Laxari. *Cujus nomen celebre est, & longe lateque diffusum.*

Διαῤῥήδην. Claris & disertis verbis. Palam. Manifeste. *Cum diserte interdixisset, ne pugnam committeret, neve ulterius pergeret, nec quicquam aliud faceret.*

Διαῤῥήξομεν. Distringemus. Dirumpemus.

Διαρθρώσας. Qui formavit. Qui expressit.

Διαρκῶς. Fortiter. Largiter. Copiose. Ælianus: *Ille vero (non enim illum latebat, quod in urbe acciderat) valde gaudebat, & meliora omnia de præsentibus sperabat, & multo magis in obsidione strenue perseverabat.*

Δίαρμα. Trajectus. Transitus. Polybius: *Simul etiam urbs hæc Carthaginensibus opportuna erat, sive navigare ex Africa, sive mare trajicere volentibus.* Et iterum: *Nam a vallo usque ad mare erant centum & viginti stadia: trajectus vero paulo major* LX. *stadiis. Hinc cum nox esset obscura, faces continuo ardebant, ad lucem navigantibus præbendam.* Et iterum: *Vidi fretum a Byzantio Chalcedonem usque ponte stratum.*

Διὰ ῥωπήϊα. Per arbusta: quæ apud nos ῥωπάκια vocantur.

Δίαρσις. Elatio in altum. Polybius: *Romani vero, cum cominus pugnare cœpissent, usum armorum hostibus ademerunt, facultate ablata gladios ad cæsim feriendum attollendi, qui proprius est Gallorum pugnandi modus, quoniam gladii illorum mucrone carent.*

Διαρτᾶν. Proprie, in altum tollo. Et ἀρτῆσαι, suspendere.

Διαρτῆσαι. Decipere. Fallere. Sic Menander. Διαρτίσαι vero, per ι, formare, fingere, perficere. Διαρτίζω enim significat, fingo, perficio. Διαρτῶ vero, suspendo.

Διαρτία. Formatio. *Christe, qui in vili utero formatus, & ex eo natus es.*

Διαρτίζε(ται). Ruit. Impetu fertur.

Διαρτώμενος. Qui decipitur. *Hercules vero, quamvis vestigia eum deciperent, locum tamen illum perscrutari statuit.* Et iterum: *Velites undique lacessere eos jusserunt, ut animis intenti in eos, qui a fronte ipsos invaderent, averterentur a sensu eorum, qui capitibus ipsorũ imminebant.* Et διαρτῶ, suspendo. Et διαρτωμένων, perfectorum.

1 Ἀλλ' οἱ μὲν ὑμῶν μελ.] Locus hic ita scribendus & distinguendus est:

Ἀλλ' οἱ μὲν ὑμῶν, μέλανες· οἱ δὲ, τεφρώδεις·
Ἕτεροι δὲ ξανθοὶ, καὶ διάργεμοι στήθη.

Sunt enim duo Scazontes, quos ex Babrio Suidam descripsisse non dubito.

2 Ἐληλύθει] Kuhnius ad Fragmenta Æliani rescribendum censet ἐλελήθει; cujus conjecturam probo.

3 Πολύβιος] Lib. x. cap. viii. ut Jacobus Gronovius observavit.

4 Καὶ συνέχεια τῆς ἐπιφάσεως] Locum hunc ex 2 MSS. Paris. emendavi, qui in prioribus Editt. pessime sic legitur: Καὶ συνέχεια τῆς ἐπιφάσεως: ex qua lectione Portum nullum sensum elicere potuisse non miror.

5 Καρχηδόνος] Scribendũ esse Χαλκηδόνος sensus loci hujus clamat.

6 Διὰ ῥωπήϊα] Recte monuit Pearsonius, respexisse hic Suidam ad locum illum Homeri Il. ψ. v. 122.

—— Πεδίονδε διὰ ῥωπήϊα πυκνά.

Ubi Scholiasta: Διὰ ῥωπήϊα. διὰ τῶν δασέων καὶ θαμνωδῶν τόπων.

7 Πολύβιος] Lib. ii. cap. xxxiii.

8 Ὁ δὲ Ἡρακλῆς τοῖς μὲν ἴχνεσι διαρτ.] Fragmentum hoc legitur apud Dionysium Halicarnasseum lib. i. pag. 31. ut Portus etiam monuit.

9 Διαρτωμένων] Scribe, διαρτιζομένων.

Διάῤῥοια. πάθος περὶ τὰς ὗς γινόμενον. τρία δέ εἰσι πάθη, βράγχος, κραῦρα, διάῤῥοια. ἡ μὲν οὖν βράγχος, μέρους τινὸς τοῦ σώματός ἐστιν. ἡ δὲ κραῦρα, πυρετὸς σὺν κεφαλῆς πόνῳ. σημεῖον δὲ τοῦτο τὸ καταβεβλῆσθαι τὰ ὦτα, καὶ κατηφῆ εἶναι τὰ ὄμματα. ἡ μὲν οὖν διάῤῥοιά ἐστιν ἀθεράπευτος. τὴν δὲ κραῦραν οἱ νομεῖς ἐγχυματίζουσι. τοῖς δὲ βράγχοις, περιτέμνουσι τὰ σεσηπότα τῶν σαρκιδίων.

Διάῤῥοια. Ventris profluvium. Est morbus porcorum. Tres autem sunt morbi, βράγχος, κραῦρα, & διάῤῥοια. Ac βράγχος quidem parti tantum alicui corporis propria est. Κραῦρα vero est febris cum capitis dolore: cujus indicium sunt aures demissæ, & oculi languidi. Ex his διάῤῥοια sanari non potest. At κραῦραν subulci liquorum infusione curant. In morbo βράγχῳ vero putrefactas carnes resecant.

Διαῤῥυῆναι. φθαρῆναι.

Διαῤῥυῆναι. Diffluxisse. Periisse.

Διασαλακωνίσαι. [1] διαθρύψαι. [2] Ἀριστοφάνης· Ὡδὶ προβὰς τρυφερόν τι διασαλακώνισον. Σαλάκωνας γὰρ ἐκάλουν τοὺς διαθρυπτομένους· ἀπὸ τοῦ [3] σαυλοῦσθαι, ὅ ἐστιν ἁβρῶς βαίνειν, καὶ οἱονεὶ [4] σείεσθαι παρὰ τὸν σάλον. [5] οἱ δὲ νεώτεροι διαφθεῖραι καὶ βιάσασθαι ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τάττουσιν ἀδιαφόρως.

Διασαλακωνίσαι. Delicias facere. Molli gradu incedere. Molliter incedere. Aristophanes: *Huc progressus delicias fac, & mollitiem tuam ostende.* Homines enim molles & deliciis diffluentes σαλάκωνας vocabant, a σαυλοῦσθαι, quod significat molli gradu incedere, & mobilem natem versare; quod a σάλος deductum est. † Recentiores vero inter διαφθεῖραι & βιάσασθαι nullum significationis discrimen statuunt.

Διασαφηνίζειν. τὸ τῇ γλώττῃ ἀκριβοῦν.

Διασαφηνίζειν. Lingua accurate & dilucide explicare.

Διασαφῆσαι. ἑρμηνεῦσαι.

Διασαφῆσαι. Interpretari.

Διασαφούσης. ἀντὶ τοῦ φωτιζούσης. Σελήνης τὸν ζόφον διασαφούσης.

Διασαφούσης. Illuminante. Illustrante. *Luna tenebras illustrante.*

Διασείων[6] τοὺς ὑπευθύνους, εἰ πέπων, ἢ μὴ πέπων. ἀντὶ[7] τοῦ ἁπλῶς καὶ ῥαδίως διασφαλθῆναι δυνάμενος. μεταφορικῶς δὲ ἀπὸ τοῦ συκάζειν κέχρηται τοῖς ὀνόμασιν Ἀριστοφάνης. ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῶν καρπῶν, τῶν μὲν τῶν πεπόνων ἐστὶ δρέψασθαι καὶ φαγεῖν· τῶν δὲ τῶν ἀώρων οὐκέτι· οὕτω φησὶ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ὁ Κλέων διελογίζετο καὶ διέκρινε, τίς ἐπιτήδειος διασφαλθῆναι, καὶ τίς σκληρὸς καὶ δυσκαταμάχητος. ἀντὶ δὲ τοῦ εἰπεῖν, πένης ἢ πλούσιος, ἐνέμεινε τῇ μεταφορᾷ ὡς ἐπὶ σύκων.

Διασείων τοὺς ὑπ. [Aristophanes:] *Concutiens eos, qui rationibus reddendis tenentur,* [*& observans,*] *an quis maturus sit, an non.* [Scholiasta:] Sicut fructus maturos decerpere & edere licet, secus ac immaturos: sic etiam Cleon, inquit, observabat & discernebat, quis civium calumniis opportunus esset; aut contra, quis durus & expugnatu difficilis. Cum autem dicendum esset, *quis pauper, aut quis dives*; in metaphora permansit, quasi de ficubus loqueretur.

Διασείστους.[8] ἐοίκασιν ὀνομάσθαι οἱ διάσειστοι παρὰ τὸ κινεῖσθαι καὶ διασείεσθαι πρότερον, εἶτα βάλλεσθαι, ἵνα ἀκακούργητοι μᾶλλον ὦσι.

Διασείστους. [Talos] concussos. Videntur autem [tali] dicti esse διάσειστοι, quod prius moverentur & concuterentur, & deinde [in alveolum] mitterentur, ut fraudibus aleatorum minus essent obnoxii.

Διασήθειν. διαξύειν. ἀπαλείφειν. [9] παρέπεσθαι.

Διασήθειν. Abradere. Expungere. Delere.

Διασηκῶσαι.[10] βαστάσαι οὐ τὸ ἆραι δηλοῖ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ἀλλὰ τὸ ψηλαφῆσαι, καὶ διασηκῶσαι, καὶ διασκέψασθαι τῇ χειρὶ τὴν ὁλκήν.

Διασηκῶσαι. Pondus manu æstimare. Τὸ βαστάσαι non significat apud Atticos onus tollere & portare, sed contrectare, & rei alicujus pondus manu æstimare & explorare.

Διάσημος. ὁ λαμπρός. καὶ διασημότατος.

Διάσημος. Clarus. Illustris. Et διασημότατος. Clarissimus. Illustrissimus.

1 Διαθρύψαι] Imo, διαθρύψασθαι.

2 Ἀριστοφάνης] *Vespis*, pag. 514. (353. Ed. Bas. *P.*) ad quem locum vide Scholiastam, qui lectu digna habet.

3 Σαυλοῦσθαι, ὅ ἐστιν ἁβρῶς β.] Confer Etymologum v. Διασαυλούμενος.

4 Σείεσθαι] Etymologus rectius habet σαίνεσθαι.

5 Οἱ δὲ νεώτεροι διαφθεῖραι καὶ βιάσ. ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τάττ. ἀδιαφ.] Hæc non pertinent ad vocem διασαλακωνίσαι, sed alibi collocanda sunt.

6 Διασείων τοὺς ὑπευθύνους, εἰ πέπων, ἢ μὴ πέπων] Hic locus est mutilus & interpolatus, qui ex Aristophane in *Equit.* pag. 301. (203. Ed. Bas. *P.*) sic scribendus est:

——Πιέζων τοὺς ὑπευθύνους, σκοπῶν,
Ὅστις αὐτῶν ὠμός ἐστι, ἢ πέπων, ἢ μὴ πέπων.

7 Ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς καὶ ῥαδ.] Hæc, & quæ sequuntur, mire sunt confusa & mutilata, quæ in integrum restitui debent ex Scholiasta ad modo indicatum locum Aristophanis.

8 Διασείστους] Intellige ἀστραγάλους. Æschines orat. contra Timarchum, pag. 179. Πρῶτον μὲν συνέτριβον τὰ σκεύη, καὶ διεῤῥίπτουν εἰς τὴν ὁδὸν ἀστραγάλους τέ τινας διασείστους, καὶ φιμοὺς, καὶ κυβευτικὰ ἕτερα ὄργανα. Id est. *Primum quidem confringebant vasa, & foras projiciebant talos quosdam, sæpe ante concussos, & turriculas, & alia instrumenta aleatoria.* Hunc ipsum locum Æschinis Suidas (vel potius Harpocratio, ex quo Suidas) exponere voluit. Pollux etiam inter aleatoria instrumenta κύβους & ἀστραγάλους διασείστους recenset. Appellabantur autem tali διάσειστοι, quod in fritillo, sive ψηφοβόλῳ, prius concuti, & deinde per turriculam (quam Græci φιμὸν vel πύργον vocabant) in alveolum mitti solerent: idque ideo, ne fraudi & fallaciæ aleatorum ullus locus esset. Plura de hoc argumento legere licet apud Salmasium ad Flav. Vopiscum, cujus scrinia hic non compilabo. Confer etiam Valesium ad Harpocrationem v. Φιμοί.

9 Παρέπεσθαι] Quomodo hæc interpretatio voci διασήθειν convenire possit, non video.

10 Διασηκῶσαι. βαστάσαι οὐ τὸ ἆραι δηλ.] Hæc nota supra rectius ad vocem βαστάσαι refertur.

Διάσια.[1] ἑορτὴ Ἀθήνησι Μειλιχίου Διός. προσαγορεύεται δὲ Διάσια, ἀπὸ τοῦ διαφυγεῖν αὐτοὺς εὐχαῖς τὰς ἄσας. καὶ [2] Ἀριστοφάνης·

Ὅτ' ἐπριάμην σοι Διασίοις ἁμαξίδα.

Διασκανδικίσῃς.[3] ἀποδειλιάσῃς. εὐριπιδίσῃς. ἀμελήσῃς. σκώπτει δὲ τὸν Εὐριπίδην ὡς λαχανοπώλιδος υἱόν. σκάνδιξ γὰρ εἶδος λαχάνου λεπτοῦ. καὶ ἀλλαχοῦ·

Σκάνδικά μοι δὸς μητρόθεν δεδεγμένος.

Διασκεδαννύουσι. διασκορπίζουσι. λέγεται γὰρ καὶ διασκίδνησιν. [4] Ἰώσηπος· Οὔτε γὰρ ἀταξία διασκίδνησιν αὐτοὺς τῆς συντάξεως τοῦ ἐν ἔθει.

Διασκευαζόμενος.[5] Εὔπολις, Ἀθηναῖος, κωμικός, ἔγραψε τόσα καὶ ἄλλα διασκευαζόμενος. διασκευάσασθαι, ἀντὶ τοῦ συσκευάσασθαι [6] Ἴσαιος.

Διασκευή. Ἀπὸ τῆς κλίνης σοι γέγραφα, μόλις ἀνεχόμενος εἰς διασκευὴν τῶν γραμμάτων. τουτέστι, συνθήκην.

Διασκηνητέον. καταλυτέον.[7] Ξενοφῶν· Ἐδόκει διασκηνητέον εἶναι εἰς τὰς κώμας, εἰς στέγας.

Διασμώμενος. ἐρευνῶν.

Διασμύχων. διαξύων. διακαίων.

Διασπαθᾶν. ἀφειδῶς δαπανᾶν.

Διασπεύσας. διεγείρας. παρορμήσας. Τοὺς μὲν στρατιώτας διασπεύσας, τοὺς δὲ χιλιάρχους παρακαλέσας ἅψασθαι τῆς πράξεως.

Δι' [8] ἀσπιδέος πεδίοιο. οἱ μὲν, διὰ τὸ πολλὰς ἀσπίδας ἐν αὐτῷ ἐρρίφθαι. οἱ δὲ, ἀσπιδοειδοῦς, διὰ τὸ τοῦ πεδίου περιφερές. οἱ δὲ, ἀπὸ μήκους.

Διασπώμενος. συντρίβων καὶ κατακλῶν.

Διάστασις.[9] Ἀντιφῶν ἀντὶ τοῦ διακόσμησις.

Διαστελλόμενος. διαχωριζόμενος.

Διαστῆσαι.[10] ἀντὶ τοῦ διαταράξαι, καὶ οἷον ἀδύνατον ποιῆσαι.

Διαστήτην. ἐχωρίσθησαν.

Διαστείχειν. διέρχεσθαι.

Διαστείχοντας. διαπορευομένους. διαστείχουσαν, διερχομένην.

Διαστολή. διαχώρησις. ἐξοχή. Οὐ [11] χρὴ θαυμάζειν, εἰ φιλοτιμότερον ἐξηγούμεθα τὰ κατὰ τὸν Σκιπίω-

*Διάσια.* Diasia. Festum Athenis Jovis Milichii: sic dictum, quod Athenienses precibus ἄσας, i. e. mala & calamitates effugissent. Et Aristophanes: *Hoc obolo Diasiis plostellum tibi emi.*

*Διασκανδικίσῃς.* Formides. Euripidis more te geras. Negligas. Perstringit vero Euripidem, ut filium venditricis olerum. Est enim σκάνδιξ genus oleris vilis. Et alibi: *Des mihi scandicem, quam a matre accepisti.*

*Διασκεδαννύουσι.* Dissipant. Dicitur etiam διασκίδνησι, dissipat. Josephus: *Non enim ob disciplinæ neglectum ordinibus desertis hinc & inde vagantur.*

*Διασκευαζόμενος.* Emendans & refingens. Eupolis, Atheniensis, Comicus, tum has, tum etiam alias fabulas emendavit & refinxit. Διασκευάσασθαι pro συσκευάσασθαι, i. e. sarcinas & vasa colligere, posuit Isæus.

*Διασκευή.* *Ex lecto tibi scripsi, cum ad literas exarandas vix vires mihi suppeterent.* Διασκευὴ hic ponitur pro συνθήκη, i. e. compositio.

*Διασκηνητέον.* Divertendum est. Xenophon: *Ad vicos & oppida divertendum esse videbatur.*

*Διασμώμενος.* Scrutans.

*Διασμύχων.* Abradens. Abstergens. Exurens.

*Διασπαθᾶν.* Luxu prodigere & dissipare.

*Διασπεύσας.* Qui excitavit. Qui incitavit. *Cum milites incitasset, & tribunos militum adhortatus fuisset, ut manum operi admoverent.*

*Δι' ἀσπιδέος πεδίοιο.* Nonnulli [campum ab Homero ἀσπιδέα vocari putant,] quod multi clypei in eo sparsi jacerent. Alii, quod clypei instar rotundus esset. Alii vero a longitudine [eum sic appellatum putant.]

*Διασπώμενος.* Conterens & confringens.

*Διάστασις.* Antiphon posuit pro apta & concinna rerum dispositione.

*Διαστελλόμενος.* Distinctus. Sejunctus. Separatus.

*Διαστῆσαι.* Conturbare, & invalidum reddere.

*Διαστήτην.* Divisi sunt. Separati sunt.

*Διαστείχειν.* Per aliquem locum ire.

*Διαστείχοντας.* Per aliquem locum euntes. Et διαστείχουσαν, per aliquem locum euntem.

*Διαστολή.* Separatio. Eminentia. [Diligens observatio & inquisitio.] *Mirari nemo debet,*

1 Διάσια. ἑορτὴ Ἀθήνησι Μειλιχίου Διός] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Nubes* pag. 150. Vide etiam insignem de hoc festo locum apud Thucydidem lib. I. cap. CXXVI.

2 Ἀριστοφάνης] *Nubibus* pag. 174. (104. Edit. Bas. *P.*)

3 Διασκανδικίσῃς. ἀποδειλιάσῃς. εὐριπ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 289. (192. Ed. Bas. *P.*)

4 Ἰώσηπος] *De Bello Jud.* lib. III. pag. 835. ubi rem militarem veterum Romanorum describit.

5 Διασκευαζόμενος] Locum hunc Portus imperite admodum interpretatus erat, cujus hallucinationem ex versione sustulimus, & verum in ea sensum expressimus. Τὸ διασκευάζεσθαι enim dicebatur de Poetis, qui fabulas suas, quæ recto talo non steterant, emendatas & nova lima perpolitas in scena denuo exhibebant, ut erudite docet Casaubonus ad Athenæum lib. III. cap. XXVI. quem consule.

6 Ἴσαιος] Scribe Ἰσαῖος ex Harpocratione.

7 Ξενοφῶν] *De Expedit. Cyri* lib. IV. pag. 328. ut Pearsonius observavit.

8 Δι' ἀσπιδέος πεδίοιο] Homerus Il. Λ. v. 753.

Τόφρα γὰρ οὖν ἑπόμεσθα δι' ἀσπιδέος πεδίοιο.

Scholiasta ad eum locum: Δι' ἀσπιδέος πεδίοιο. ἤτοι ἐπιμήκους τοῦ μακροῦ ἢ πλατέος καὶ περιφεροῦς. ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς ἀσπίδος. ἢ ἐν ᾧ ἐρριμμέναι αἱ ἀσπίδες ἔκειντο. Confer etiam Hesychium & Etymologum.

9 Διάστασις. Ἀντιφῶν ἀντὶ τοῦ διακ.] Ex Harpocratione.

10 Διαστῆσαι. ἀντὶ τοῦ διαταρ.] Ex Harpocratione.

11 Οὐ χρὴ θαυμάζειν, εἰ φιλοτιμ.] Fragmentum hoc Fulvius Ursinus & Casaubonus ad Polybium referunt.

να, καὶ πᾶν τὸ ῥηθὲν ὑπ' αὐτοῦ [1] μετὰ διαστολῆς ἐξαγγελλομένων.

Διασφάξ.[2] διατομὴ ὄρους. καὶ διασφάγες. διεστῶσαι πέτραι.

Διασχών. διελθών. διαστήσας. Πολύβιος· Ὁ δὲ διασχὼν τῶν πολεμίων ὡς τρία στάδια, κατεστρατοπέδευσε, μεταξὺ λαβὼν τὸν ποταμόν.

Διατάγματα. Ὁ δὲ διατάγματα προθείς, ἱκέτευε τὸν δῆμον εἰς διαλλαγὰς ἐλθεῖν, καὶ αὐτοῖς ἀμνηστίαν ὑπισχνεῖτο. ἀντὶ τοῦ λήθην τῶν ἐπταισμένων.

Διαττᾶν. σήθειν.

Διαστατικώτερον. Πολύβιος· [3] Τοῦτ' ἄμεινον ὑπολαμβάνοντες εἶναι καὶ [4] διαστατικώτερον, τὸ [5] μήτε τοῦ καιροῦ, μήτε ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς καὶ παρακλητικαῖς διαθέσεσι παραγίνεσθαι τῶν ἐναντίων.

Διαταφρεύει. διασκάπτει.

Διατάχυς. ἐπίρρημα.

Διατεθάκηται. πεθρόνισται. [6] διεχώρισται.

Διατεθρυλλημένος τὰ ὦτα. οἷον κατηδολεσχημένος. ἢ οἷον πλειστάκις καὶ περὶ τῶν αὐτῶν πλεῖστα ἀκηκοώς.

Διατεθρυμμένος. διακεκλασμένος.

Διατεκμαίρεται. στοχάζεται.

Διατερσαίνω. ξηραίνω.

Διάττειν. ὁρμᾶν. τρέχειν. ἢ δάκνειν.

Διατείνεται. διαβεβαιοῦται.

Διατίθεται. πράττει.

Διατιμᾶται. δοκιμάζεται.

Διατιμητικός. δοκιμαστικός.

Διατετρᾶν. διατρυπᾶν. Ἐς τὰ ἀποκρημνότατα ἄνω διατετράναντες. Καὶ αὖθις· Μαχαιριδίοις διατετρᾶν τοὺς ἀσκούς.

Διατορηθῆναι. Δύο δὲ τῶν ὀρυγμάτων ὑπόβρυχα, καὶ κατωτέρω τοῦ χάρακος διατορηθῆναι τὴν γῆν, ὑπὸ τὸν περίβολον αὐτὸν ἐξενεχθῆναι. Διατορηθῆναι οὖν ἀντὶ τοῦ διακοπῆναι, διατρυπηθῆναι.

Διάτορον.[7] ἐξάκουστον. ὀξύτερον. μεγαλόφωνον.

Διατορώτατον. τρανώτατον.

Διὰ τοῦ τοίχου λαλεῖν. ἐπὶ τῶν ἀναισθήτως τι διαπραττομένων.

*si res Scipionis diligentiore studio narramus, & singula ejus dicta cum observatione proferimus.*

Διασφάξ. Montis hiatus & scissura. Et διασφάγες, rupes hiantes & diductæ.

Διασχών. Qui penetravit. Qui diduxit. [Item, qui distat.] Polybius: *Ille vero cum tria circiter stadia ab hoste distaret, castra posuit, fluvium munimenti loco hostibus objiciens.*

Διατάγματα. Mandata. Edicta. *Ille vero propositis edictis, populum oravit, ut pacem faceret, præteritarum injuriarum oblivionem ei pollicens.*

Διαττᾶν. Cribrare.

Διαστατικώτερον. Polybius: *Melius existimantes esse, & prudentiæ ducis magis conveniens, neque temporis opportunitatem negligere, neque ad hostes accedere, cum duces pro concione animos illorum orationibus accendissent.*

Διαταφρεύει. Perfodit. Fossam per aliquem locum ducit.

Διατάχυς. Adverbium.

Διατεθάκηται. In sede vel solio collocatus est. Vel, separatus est.

Διατεθρυλλημένος τὰ ὦτα. Cujus aures crebris aliorum sermonibus obtusæ sunt. Vel, qui sæpius eandem rem audivit.

Διατεθρυμμένος. Diffractus. Comminutus.

Διατεκμαίρεται. Conjicit. Conjecturis assequitur.

Διατερσαίνω. Sicco. Exsicco.

Διάττειν. Impetu ferri. Per aliquem locum currere. Vel, mordere.

Διατείνεται. Contendit. Affirmat. Asseverat.

Διατίθεται. Disponit. Facit.

Διατιμᾶται. Probatur. Æstimatur.

Διατιμητικός. Vim habens æstimandi.

Διατετρᾶν. Perforare. *Cum rupes maxime præruptas ad summam usque partem perforassent.* Et iterum: *Cultris utres perforantes.*

Διατορηθῆναι. Perforatum esse. *Cum autem duos cuniculos admodum profundos egissent, & sub ipso vallo terram perfodissent, intra murorum ambitum evaserunt.* Διατορηθῆναι hic significat, perfodi, vel perforari.

Διάτορον. Per aures penetrans, sive: quod clare audiri potest. Acutum. Sonorum.

Διατορώτατον. Maxime penetrans. Valde clarum.

Διὰ τοῦ τοίχου λαλεῖν. Per parietem loqui. De iis dicitur, qui clam aliquid agunt.

1 Μετὰ διαστολῆς ἐξαγγελλομένων] De hoc loco afferam verba Casauboni in Commentario ad Polybium pag. 157. "Heic διαστολή, "inquit vir magnus, est observatio sive disputatio Polybii circa "Scipionis dicta, causam & rationes, cur hoc aut illud vir tan"tus dixerit, explicans. Suidas exponit διαχώρησις & ἐξοχή, pa"rum ex mente Polybii, qui omnem diligentem tractationem & "veritatis inquisitionem vocat διαστολήν: ut libro III. Ἐγὼ ἐπὶ πλεῖ"ον διαστολὴν πεποίημαι περὶ τούτων. Et ita sæpe. Libro V. διαστο"λὰς appellat idem disceptationem ad pacis conditiones statuendas "pag. 533." Hæc Casaubonus.

2 Διασφάξ. διατομὴ ὄρ.] Vide Menagium ad Laertium lib. VIII. Segm. LX.

3 Τοῦτ' ἄμεινον ὑπολαμβάνοντες εἶναι καὶ διαστατ.] Obscurissimum hoc fragmentum, prout potui, verti: de cujus vero sensu certius nobis constare posset si integer locus Polybii hodie exstaret.

4 Διαστατικώτερον] Puto scribendum esse διαστρατηγικώτερον: quam lectionem in versione secutus sum.

5 Τὸ μήτε τοῦ καιροῦ] Casaubonus ad Polybium locum hunc mutilum esse existimat, quem sic supplet & emendat, τὸ μήτε τοῦ καιροῦ ἀμελῆσαι.

6 Διεχώρισται] Scribe διακεχώρισται, ut habet Hesychius.

7 Διάτορον] Occasione hujus vocis obiter emendo Hesychium v. Διάκτορος, ubi sic legitur: Διάκτορος. ἄγγελος. ἀπὸ τοῦ διάγειν τὰς ἀγγελίας. ἢ οἷον διακτόρος ὁ σαφῶς διαλεγόμενος. Pro διακτόρος lege διατόρος: quæ vox etiam in mendo cubat apud Scholiastam Homeri ad Il. Β. v. 104. ubi itidem male legitur διακτόρος. Recte Eustathius ad Il. Β. pag. 182. Ἔστι δὲ διάκτορος μὲν, ὡς ὁ διάτορος, ὁ ἐστι σαφὴς ἐν ταῖς ἀγγελίαις. τορὸν γὰρ τὸ τρανὲς ὃ σαφές.

Διαθρέχοντες. οἱ διάττοντες [1] ἀστέρες. οἱ ἀποσπινθηρίζοντες.

Διατριβή. τόπος, ἐν ᾧ τινες μανθάνουσιν. ἢ χρόνος, καθ' ὃν ἀναστρεφόμεθα περί τι. ἢ διάλεξις φιλόσοφος. [2] σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἐπιτήδευμα, καὶ τὸ ἀσχόλημα, δίαιταν, διαγωγήν, πρόφασιν, ἀφ' ἧς μέλλομεν περὶ τὰ πράγματα διατρίβειν. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

Εἰ μὴ φανεῖται διατριβή τις τοῦ βίου.

καὶ τὴν ἀργίαν. Ἐγίνετο δὲ αὐτοῦ ἕνεκεν ἡ διατριβή, καὶ τῆς ἐφόδου ἡ σχολαιότης, τοῦ τε ἀτάκτου ἕνεκα, καὶ τοῦ ἐς τὸ ἀποβησόμενον προμηθοῦς.

Διατροπή. συμπάθεια. οἶκτος. [3] Τῶν δὲ Καρχηδονίων πολὺν κλαυθμὸν μετὰ δακρύων προϊεμένων, διατροπὴ μεγάλη τὸ συνέδριον ἐπέσχεν.

Διατοιχεῖ. ἀντὶ τοῦ ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ τοίχου τοῦ πλοίου, ποτὲ δὲ ἐπὶ τοῦ ἀριστεροῦ γίνεται.

Διατυπῶν. διατιθέμενος ἐπὶ τὸ βέλτιον. Καὶ διατυπῶν τὸ ἀτύπωτον, καὶ μεταπλάττων πρὸς εὐσχημοσύνην τὸ ἄτακτον.

Διαυανθῆναι. ξηρανθῆναι.

Διαύγεια. ἡ ἔκλαμψις. διαυγία δέ. ὁ [4] Θεολόγος· Μὴ λίθων διαυγείαις. τοῦτο διὰ τοῦ ι γράφεται, καὶ παροξύνεται. προπαροξύνεται δὲ ἐν τῷ ἀττικίζειν. εἰ δὲ ὁ παρὼν λόγος ἀττικίζει, προπαροξύνειν ὀφείλομεν, διαύγειαν λέγοντες, ὡς ἀμέλειαν.

Διαύλειον [5] προσαυλεῖ τις. τοῦτο παρεπιγραφή. Φασὶ δὲ διαύλειον λέγεσθαι, ὅταν ἡσυχίας πάντων γινομένης, ἔνδον ὁ αὐλητὴς ᾄσῃ. Ἀριστοφάνης Βατράχοις.

Διαυλίζων. βαθύνων. ἢ μηκύνων.

Δίαυλος. [6] ὁ δίσταδος τόπος. ἢ μέτρον [7] πήχεων σ'. δίαυλος καὶ ἡ μακρὰ περίοδος. [8] Τούτους δὴ τοὺς μακροὺς διαύλους ποιεῖσθαι.

Δίαυλος. [9] ὁ διπλοῦν ἔχων τὸν δρόμον ἐν τῇ πορείᾳ, τὸ πληρῶσαι τὸ στάδιον καὶ ὑποστρέψαι. δολιχοδρόμοι δὲ οἱ ζ' τρέχοντες. διὸ καὶ δολιχοδρόμοι. οἱ γὰρ σταδιοδρόμοι [10] διπλοῦν ἐποίουν τὸν δρόμον. ὁπλίτης δὲ δρόμος, ὅταν μεθ' ὅπλων ἀγωνίζωνται. ὀκτὼ δέ εἰσιν ἀγωνίσματα, στάδιον, δίαυλος, δόλιχος, ὁπλίτης, πυγμή, παγκράτιον, πάλη, καὶ ἅλμα.

Διαυλωνίζειν. διὰ στενοῦ ῥεῖν.

Διαθρέχοντες. Stellæ trajicientes, & scintillæ instar prosilientes.

Διατριβή. Schola, sive locus, in quo literas discimus. Vel tempus, quo circa aliquam rem versamur. Vel disputatio philosophica. Significat etiam institutum, studium, certam rationem vivendi, occupationem, itemque causam, ob quam in aliqua re operam & studium posituri sumus. Aristophanes *Pluto: Nisi vita nostra in aliquo studio occupata sit.* Significat etiam otium, vel moram. *De industria autem moram nectebat, & lento agmine ad hostem ducebat, tum ut disciplinæ militaris melius haberetur ratio, tum ut caute & provide pericula omnia vitaret.*

Διατροπή. Affectio animi, per quam alienæ calamitatis sensu tangimur. Commiseratio. *Cum autem Carthaginenses ingentem ejulatum cum lacrymis ederent, vehemens commiseratio Senatum incessit.*

Διατοιχεῖ. Modo in dextro, modo vero in sinistro latere navis versatur.

Διατυπῶν. In melius fingens & formans. *Et id, quod erat rude & informe, in melius formans, & confusa antea & indigesta decenti ordine disponens.*

Διαυανθῆναι. Exsiccatum esse.

Διαύγεια. Fulgor. Splendor. At διαυγία, per ι scribitur, & acuto in penultima notatur. Theologus: *Non lapillorum splendoribus.* Attice vero cum acuto in antepenultima scribitur. Quod si igitur in præsenti loco Theologus Attice locutus est, penultimam acuere debemus, dicentes διαύγειαν, ut ἀμέλειαν.

Διαύλειον προσαυλεῖ. *Diaulium accinit.* Est parepigraphe. Ajunt autem διαύλειον vocari, cum omnibus in scena tacentibus tibicen intus canit. Aristophanes *Ranis.*

Διαυλίζων. Profunde excavans. Vel, in longum extendens.

Δίαυλος. Locus duo habens stadia. Vel, mensura ducentorum cubitorum. Item longus circuitus. *Longos hos circuitus conficere* [*videbatur.*]

Δίαυλος. Cursus, quo stadium bis decurritur; a carceribus ad metam, & a meta rursus ad carceres. Δολιχοδρόμοι vero vocantur, qui septem [stadia] decurrunt. Σταδιοδρόμοι duplicem conficiebant cursum. Cursus vero, qui ὁπλίτης vocatur, est, quo armati certant. Octo autem sunt certamina, stadium, diaulus, dolichus, cursus in armis, pugilatus, pancratium, lucta, & saltus.

Διαυλωνίζειν. Per angustum fluere.

1 Ἀστέρες] Hæc vox in prioribus Editt. desideratur, quam ex MSS. revocavi.

2 Σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἐπιτήδευμα——διατρίβειν] Ex Enarratore Comici ad *Plutum* pag. 91. (45. Ed. Bas. *P.*)

3 Τῶν δὲ Καρχηδονίων πολὺν κλ.] Fragmentum hoc Polybio tribuendum esse existimat Casaubonus in Commentar. ad Polybium pag. 160. Sed fallitur vir magnus. Verba enim ista leguntur apud Diodorum in Legationum ecloga XXVII. ut Pearsonius recte monuit.

4 Ὁ Θεολόγος] Locus Theologi, sive Gregorii Nazianzeni, ad quem Suidas respexit, exstat Orat. XVII. in S. Cyprianum, pag. 275. sed ubi nunc legitur, ἢ λίθων διαυγείαις.

5 Διαύλειον προσαυλεῖ τις. τοῦτο παρεπιγρ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Ranas* pag. 270. (179. Ed. Bas. *P.*) Cæterum, verba illa διαύλειον προσαυλεῖ τις, apud Comicum κατὰ παρεπιγραφὴν, ut Suidas hic ex Scholiasta recte monet, accipienda sunt. Nulli enim personæ tribuuntur, nec ad seriem fabulæ pertinent, sed obiter iis significatur, tibicinem tunc diaulium accinisse.

6 Δίαυλος. ὁ δίσταδος τ——περίοδος] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Aves* pag. 555.

7 Πήχεων σ'] Imo potius πήχεων ω'. i. e. cubitorum 800. Stadium enim habet pedes sexcentos, definiente ipso Suida: unde conficitur, δίαυλον, sive stadium duplicatum, habere pedes 1200. At cum cubitus sit mensura pedis unius & semis, mille & ducenti pedes erunt cubiti octingenti.

8 Τούτους δὴ τοὺς μακροὺς διαύλους π..] Hoc fragmentum legitur apud Procopium *Histor. Arc.* cap. XII.

9 Δίαυλος. ὁ διπλοῦν ἔχων τὸν δρ.——πάλη καὶ ἅλμα] Et hæc leguntur apud Scholiastam Aristophanis loco proxime ante laudato.

10 Διπλοῦν] Imo ἁπλοῦν.

Διαυχενίζεσθαι. [1]Ὁ δὲ τὰ φρονήματα καὶ τοὺς θυμοὺς τῶν στρατιωτῶν ἀνερέθιζε, καὶ διαυχενίζεσθαι πρὸς τὸ ἀγέρωχον ταῖς μελέταις ἐξεκάλει καὶ φιλοκινδύνως. ἀντὶ τοῦ, ὑψοῦ τὸν αὐχένα ἔχειν.

6 Ἐκπέμπουσι τῶν Κρητῶν τινας ὡς ἐπὶ λῃσ.] Doctissimus Jacobus Gronovius in notis ad Fragmenta Polybii a Casaub. collecta pag. 457. bene monuit, Livium hunc ipsum locum Polybii ob oculos habuisse, cum lib. XXIV. cap. XXXI. hæc scriberet: *Et Cretensium quibusdam ad itinera insidenda missis, velut interceptas literas, quas ipse composuerat, recitat.*

7 Ἦλθεν ποθ' ἑρπύζουσα σὺν δρ.] Fragmentum hoc ampliabis ex Suida supra v. Γεραιά.

8 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 104. (51. Ed. Bas. F.)

9 Τὸ σπλέκουν ἐπὶ τοῦ συνουσιάζειν τέτακται· οὐχ ὡς προηγ. τοῦ σημ.] Locus hic ex Scholiasta ad modo indicatum locum Aristophanis sic emendandus est: Τὸ σπεκλοῦν ἐπὶ τοῦ συνουσιάζειν τέτακται, οὐχ ὡς προηγουμένως τοῦτο σημαῖνον, &c.

συμβολικοῖς ὀνομαλοποιοῦντες, καὶ μάλιστα ἐν οἷς τὸ δυσφήμως εἰπεῖν ἐστι.

Διέστειλεν.[1] ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀναμφιβόλως ἐλέγξατο τοῖς λόγοις. περὶ Μωσέως δὲ ὁ λόγος. Δαβίδ· Καὶ διέστειλεν ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ.

Διεσφαιρίσθη. ὥσπερ σφαῖρα κατηνέχθη.

Διεσφηκωμένον. διαδεδεμένον.

Διέσχε. διῆλθεν. [2]Ἀρριανός· Οἱ μὲν γὰρ διέσχον τὴν φάλαγγα. (ἀντὶ τοῦ διεχώρισαν) τῶν δὲ [3]ἀσπίδων ὑπερκυλισθεῖσαι αἱ ἅμαξαι, ὀλίγα ἔβλαψαν.

Διατέτατο. Ξύλοις τέσσαρσι διατέτατο.

Δίεται. διέρχεται.

Διέτεινε. διαῤῥήδην εἶπεν.

Διετείνοντο.[4] ἰδίως Ἀντιφῶν. ἀντὶ τοῦ διὰ συντόνου σπουδῆς ἀπηρνήσαντο.

Διετοῦς. Ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω. ὁ Εὐαγγελιστής.

Διετίτρη.[5] Τῶν Λιβύων τὰ σκάφη μικρὰ ὄντα, ταῖς Ῥωμαϊκαῖς ναυσὶν ὑποτρέχοντα, διετίτρη τὰς πρύμνας, καὶ τὰ πηδάλια ἐξέκοπτεν.

Διευθετῶ. τὸ καλῶς διατίθεμαι.

Διευκρινῆ. σαφῆ. καὶ διευκρίνησις, ἡ σαφήνεια.

Διευκρινημένοι. διακρίνοντες. καὶ διευκρινήσας, καλῶς διακρίνας. Τοὺς ἀλκιμωτάτους τοῦ πλήθους διευκρινήσας.

Διέφερον. Ἀππιανός· Οἱ δὲ Κελτοὶ ἐς Ῥωμαίους τι μήνιμα ἐκ πολλοῦ διέφερον. ἀντὶ τοῦ εἶχον, ἐνεκότουν.

Διέφερον. παρὰ Θουκυδίδῃ ἀντὶ [6]τοῦ διήνυον, ἢ ὑπέμενον, ἢ ἐπιμελῶς ἐξήνυον. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τὸν πόλεμον διέφερον.

Διεφθαρμένος. τοῦ πρέποντος παρεωρακὼς τὸν νοῦν. Ἤδη γὰρ Ἀντώνιος τῷ Κλεοπάτρας ἔρωτι διεφθαρμένος, ἥττων ἦν ἐν πᾶσι τῆς ἐπιθυμίας.

Διεφορήθη. Χρημάτων δὲ ἄπιστον πλῆθος διεφορήθη. ἀντὶ τοῦ ἐξηνέχθη. ἐξεκομίσθη.

Διεφόρησαν. μετεκόμισαν. Τάς τε καταλειφθείσας ἐν τῷ χάρακι κατασκευὰς, πολλαὶ δ' ἦσαν, ὡς εἰς χρόνιον πολιορκίαν διεφόρησαν.

Δι' ἔχθρας γενήσομαι. ἀντὶ τοῦ, ἐχθρὸς ἔσομαι. Ἀριστοφάνης·[7]

sed [poetæ] nomen hoc formarunt eodem modo, quo & multa alia, quibus obscure res significatur, quando aperte aliquid eloqui pudor vetat.

Διέστειλεν. David de Mose inquit: Καὶ διέστειλεν ἐν τοῖς χ. Id est, *Et dubie ambigueque locutus est.*

Διεσφαιρίσθη. Tanquam pila delatus est.

Διεσφηκωμένον. Ligatum. Constrictum.

Διέσχε. Penetravit. Transivit. [Item, divisit, disjunxit.] Arrianus: *Illi enim phalangem diviserunt. At* [*currus*] *per clypeos devoluti, parum eis nocuerunt.*

Διατέτατο. Distentus erat. *Quatuor lignis distentus erat.*

Δίεται. Transit. Permeat.

Διέτεινε. Disertissimis verbis dixit. Contendit.

Διετείνοντο. Peculiariter hoc verbo usus est Antipho pro, constanter & acriter negarunt.

Διετοῦς. Biennis. *A bienni & infra.* Euangelista inquit.

Διετίτρη. *Afrorum scaphæ, quæ parvæ erant, Romanas naves subibant, earumque puppes perforabant, & gubernacula detergebant.*

Διευθετῶ. Apte dispono.

Διευκρινῆ. Dilucida. Perspicua. Et διευκρίνησις. Diluciditas. Perspicuitas.

Διευκρινημένοι. Distinguentes. Discernentes. Et διευκρινήσας. Qui res bene distinxit & discrevit. *Cum fortissimos quosque in populo a reliquis discrevisset.*

Διέφερον. Appianus: *Galli vero a longo jam tempore iram adversus Romanos fovebant.* Διέφερον [μήνιμα] hic significat, ἐνεκότουν: i. e. iram fovebant, infensi erant.

Διέφερον. Apud Thucydidem significat, conficiebant, vel sustinebant, vel diligenter perficiebant. *Athenienses vero bellum sustinuerunt.*

Διεφθαρμένος. [Corruptus.] Qui decorum prorsus negligit. *Jam enim Antonius amore Cleopatræ corruptus, omnibus in rebus libidini obsequebatur.*

Διεφορήθη. Elatum est. Exportatum est. *Incredibilis pecuniæ vis exportata est.*

Διεφόρησαν. Transportarunt. *Et relictas in castris machinas bellicas* (*erant autem multæ*) *ut ad diuturnam obsidionem tolerandam, inde transportarunt.*

Δι' ἔχθρας γενήσομαι. Aliquem inimicum mihi reddam. Aristophanes: *Neutrum enim i-*

1 Διέστειλεν. ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀναμφ.] Locus hic inverso ordine ita legendus est: Διέστειλεν. Δαβίδ· Καὶ διέστειλεν ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ. ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἀναμφιβόλως ἠλ. &c. Verba autem Davidis, a Suida hic citata, exstant Psalm. cv. vers. 33. ad quem locum Theodoretus: Θυμῷ δὲ λόγῳ περισχεθεὶς (Μωϋσῆς) οὐ μετὰ τῆς συνήθους ἀρετῆς τῷ θείῳ προστάγματι διηκόνησεν, ἀλλ' ἀμφιβολίαν περὶ τοῖς λόγοις ἐπεμφῆνε, τὴν πέτραν ἐπάταξε, καὶ τὸ ὕδωρ ἐξήγαγε. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, Διέστειλεν ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ· ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἀναμφιβόλως τοῖς λόγοις ἐχρήσατο. Hæc lucem fœnerantur Suidæ, quem sua ex hoc ipso loco Theodoreti hausisse apparet.

2 Ἀρριανός] Lib. 1. *de Expedit. Alex.* pag. 5.

3 Ἀσπίδων] Hæc vox in prioribus Editt. deest, quem sensus supplendi gratia ex Arriano addidi.

4 Διετείνοντο. ἰδίως Ἀντιφ.] Ex Harpocratione.

5 Τῶν Λιβύων τὰ σκάφη μικρὰ ὄντα, ταῖς Ῥωμ.] Hæc Casaubonus Polybio tribuit: sed sunt Appiani in *Libycis* pag. 125.

6 Ἀντὶ τοῦ διήνυον, ἢ ὑπέμενον, ἢ ἐπιμελῶς ἐξήνυον] Ex Scholiaste Thucydidis ad librum 1. cap. xi.

7 Ἀριστοφάνης] *Ranis*, pag. 287. (184. Ed. Bas. P.)

Οὐ

Οὐ γὰρ δι' ἔχθρας οὐδετέρῳ γενήσομαι.
Τὸν μὲν γὰρ ἡγοῦμαι σοφὸν, τῷ δ' ἥδομαι.
τὸν Αἰσχύλον, σοφόν· ἥδομαι τῷ Εὐριπίδῃ.

Διεχρήσατο. αἰτιατικῇ.

Διέχουσαν. ἀπῳκισμένην οὖσαν. Ἐς [1] Σελεύκειαν πόλιν ἐπιθαλασσίαν ἀφίκετο, Ἀντιοχείας ρʹ καὶ λʹ σταδίους διέχουσαν.

Διεψευσμένοι. ἠγνοηκότες. Πολύβιος· Πάντων τούτων ἦσαν διεψευσμένοι οἱ Αἰτωλοί. καὶ αὖθις· [2] Διεψεύσθησαν δὲ τοῖς λογισμοῖς. καταλαβὼν γὰρ αὐτοὺς Ἀννίβας, ἐξεῖλε τὴν πόλιν.

Διζημένη. καὶ διζήμενος. ζητῶν.

Διειδές. λαμπρόν. διαυγές. καὶ καθαρὸν ὕδωρ.

Διεῖλεν. ἐχώρισε.

Δίειμι. διέρχομαι.

Διεῖπε. διῴκει, διεξήρχετο.

Διειργάσατο. [3] ἐφόνευσεν. ἀπέκτεινεν. Ὁ δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἑκάτερον διειργάσατο.

Διείργω. γενικῇ. Οὔτε ἡ ἀρχὴ τῷ ἀρχὴ εἶναι τοῦ ἀνάρχου διείργεται. αἰτιατικῇ δέ· Οὐ [4] μόνον πλοῦτον διείργων τῶν ὀρεκτῶν κόλπων τοῦ Ἀβραάμ.

Διείρου.

Διείρουσι. τὸ ἐπιβάλλουσι.

Διειρωνόξενοι. [5] ἐξαπατῶντες τοὺς ξένους, καὶ ψευδόμενοι δι' εἰρωνείας καὶ ὑποκρίσεως. οἱ Λάκωνες παρ' [6] οἷς καὶ ὁ τῆς ξενηλασίας ἔκειτο νόμος. ὅτι δὲ αἰσχροκερδεῖς καὶ μικρολόγοι οἱ Λάκωνες, δηλοῖ ὁ χρησμός·
Ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν [7] ὀλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδέν.
ἦσαν δὲ καὶ περὶ τοὺς ξένους ἀπάνθρωποι· καὶ οὐκ ἐξῆν ξένῳ τινὶ ἀεὶ τῆς Σπάρτης ἐπιβαίνειν, ἀλλ' ὡρισμέναις ἡμέραις.

Διείς. ἐκτείνας. ἁπλώσας. [8] Διεὶς τὰς πτέρυγας αὐτοῦ, ἐδέξατο αὐτούς.

Δίεισι. διέρχεται.

Διῆγε. παρεξέτεινεν. [9] Ἰωάννης Ἀντιοχεύς, ὃς ἐρυμνὰ χωρία κατειληφὼς ἐπὶ πολὺ διῆγε τὸν πόλεμον, ἀμβλύνων τὴν τοῦ Ἀννίβου ὀξύτητα χρονίαις διατριβαῖς.

Διηγκυλημένον. τὸ ἀκόντιον μεταχειριζόμενον. ἀντὶ τοῦ ἐν μασχάλῃ [10] κρατοῦν τὸ δόρυ. [11] Ξενοφῶν· Ὁ

*inimicum mihi reddam. Nam alterum sapientem judico: altero vero delector.* Æschylum scilicet sapientem judico: Euripide vero delector.

Διεχρήσατο. Accusativo jungitur. Interfecit.

Διέχουσαν. Distantem. Remotam. *Seleuciam pervenit, urbem maritimam, centum & triginta stadiis Antiochia distantem.*

Διεψευσμένοι. Ignorantes. [Quos opinio vel spes fefellit.] Polybius: *Ætolos vero his omnibus in rebus spes frustrata est.* Et iterum: *Sed opinio eos fefellit. Annibal enim ipsos antevertit, & urbem exscidit.*

Διζημένη, & διζήμενος. Quærens.

Διειδές. Clarum. Perspicuum. Limpidum. Purum.

Διεῖλεν. Divisit. Separavit.

Δίειμι. Permeo. Transeo.

Διεῖπε. Administravit. Obivit.

Διειργάσατο. Confecit. Interfecit. Occidit. *Ille vero & cæterorum utrumque interfecit.*

Διείργω. Distinguo. Separo. Genitivo jungitur. *Neque imperium, quatenus est imperium, ab anarchia distinguitur.* Item accusativo: *Non solum divitias ab expetendo illo sinu Abrahami sejungens.*

Διείρου. Inquire. Interroga.

Διείρουσι. Trajiciunt. Inserunt.

Διειρωνόξενοι. Qui hospites mendaciis verbisque simulatis decipiunt. Sic autem Lacedæmonios Aristophanes vocat. Apud eos enim lex lata erat, quæ peregrinos Sparta arcebat. Eosdem etiam sordidos & avaros fuisse Oraculum hoc declarat: *Nimius lucri amor Spartam perdet, nec aliud quicquam.* Erant etiam erga peregrinos inhumani: nec licebat peregrinis quovis tempore Spartam adire, sed tantum certis & definitis diebus.

Διείς. Qui expandit. Qui extendit. *Alas suas expandens, eos suscepit.*

Δίεισι. Transit. Permeat. Penetrat.

Διῆγε. Produxit. Extraxit. Joannes Antiochensis: *Qui cum loca munita occupasset, diu bellum extraxit, Annibalis celeritatem lenta mora retundens.*

Διηγκυλημένον. Jaculum manibus tenentem. Vel, sub axilla hastam tenentem. Xenophon:

1 … ] Fragmentum hoc legitur apud Procopium lib. II. *de Bello Pers.* cap. XI.

2 … ] Hæc sunt verba Polybii lib. III. cap. XVI.

3 … ] Vide supra v. …

4 … ] Hæc sunt verba Gregorii Nazianzeni Orat. XLIV. pag. 714.

5 … ] Totus hic locus descriptus est ex Scholiasta Aristophanis ad *Pacem* pag. 668. 669. (457. Ed. Bas. P.)

6 … ] Aristophanes *Avibus* pag. 592.
——— …
…
Vide ibi Scholiastam.

7 Ὀλεῖ] Cum ad hunc locum pervenissem, incomparabilis vir Rich. Bentlejus hanc notam mecum communicavit: *In Editione Fragmentorum Poetarum Græcorum ostendam, veram lectionem esse* ἑλεῖ. *Nam ea, quæ recepta est, ne Græca quidem est.* Conjectura hæc viri doctissimi facile placebit omnibus, quibus non erunt nares obesæ.

8 … ] Hæc sunt verba Mosis *Deuteronom.* cap. XXXII. ut Portus etiam monuit.

9 … ] Locus hic ita scribendus & distinguendus est: … Ὃς &c. Significare enim vult Suidas, locum hunc ex Joanne Antiocheni depromptum esse. In 2 MSS. Paris. pro … legitur …: sed mendose.

10 … ] Potius …, ut respondeat accusativo præcedenti ….

11 … ] *De Expedit. Cyri* lib. V. pag. 347. ubi sic legitur: Ὁ δὲ … &c.

δὲ πᾶσι παρήγγειλε διηγκυλημένους ἰέναι, ὡς, ὁπόταν σημήνῃ, ἀκοντίζειν δεήσοι· καὶ τοὺς τοξότας ἐπιβεβλῆσθαι ἐπὶ ταῖς νευραῖς, ὡς, ὁπόταν σημήνῃ, τοξεύειν δεήσοι. καὶ τοὺς γυμνῆτας λίθων ἔχειν μεστὰς τὰς διφθέρας.

Διηθεῖν. διυλίζειν. καὶ διηθεῖται, ἀφυλίζεται. διήθησις καὶ ἡ διύλισις.

Διῆκαν. διέπεμψαν.

Διῆκε. διέρχεται. Ὁ δὲ εἶπεν, ἀλλὰ πιστεύω· πάνυ γάρ σου κλέος ἐπ' ἀρετῇ διῆκε.

Διήκουσαν. διελθοῦσαν. διερχομένην.

Διήκουσεν. ἠκροάσατο.

Διήλλαξεν. ἀντὶ τοῦ μετήλλαξεν. ἐτελεύτησεν. ἢ ἀντὶ τοῦ ἤμειψεν.

Διήλυσις. ὁ χωρισμός.

Διηνέγκαν. γενικῇ. ὑπέμειναν. ἐκαρτέρησαν. Προκόπιος[1]· Ῥωμαίων δὲ ἱππεῖς ἦσαν ἄρχοντες ἱππέων, οἱ τὰ πρότερον τὴν ἐς Δάρας μάχην διήνεγκαν. τουτέστιν, ὑπήνεγκαν, ἢ διεπράξαντο. Καὶ αὖθις· Ἐπ' ἐννέα διήνεγκε τὴν πολιορκίαν ἔτη.

Διηνέχθη. ἐμαχέσατο.

Διηρέθιζεν. ἀνεκίνει. ἀνετάραττεν. ἀνερρίπιζεν. Ὁ δὲ τὸ θηριῶδες καὶ ἄγριον ὑπεκίνει καὶ διηρέθιζεν, εἴ πη κύριος γένηται τοῦ χωρίου.

Διήρες πλοῖον.

Διῄρει. διέτεμε. διεμέριζεν. Ὁ δὲ πρεσβύτης ὤν, διῄρει τὰς μοίρας τῶν κρεῶν.

Διήρηκε. διεχώρισεν.

Διήρης ναῦς. ὑπὸ δύο ἐρετῶν ἐλαυνομένη.

Διήρησαι.[2] δέδεσαι. διῃρημένος εἶ.

Διηρθρωμένον. δεδηλωμένον. ἠκριβωμένον.

Διήρκεσε. διέμεινε. παρέμεινεν. Αἱ δὲ ἐντολαί, ἃς τοῖς βασιλεῦσιν ἐνετείλατο, καὶ τὰ ἐπεσταλμένα τοῖς Κελτοῖς, εἰς τοσόνδε διήρκεσεν εἰς ἐπανόρθωσιν τῶν ἀδικημάτων, ὥστε ἀπέδοσαν μὲν τὰ ἁρπαθέντα.

Διῆρξα.[3] ἀντὶ τοῦ, διὰ τέλους ἦρξα. Λυσίας.

Διϊπόλια. ἑορτὴ Ἀθηναίων, ἐπιτελουμένη Διΐ.

Διήρτησεν.[4] ἐξηπάτησεν. ἐπλάνησεν.

Διήσειν. διαφήσειν. Οὓς οὔτε δέξεσθαι, οὔτε διήσειν διὰ τῆς χώρας ὀμωμόκεισαν.

Διηύθυνεν. [5] ἐκώλυσε.

Διηυχενίζετο. ὑψαυχένει. Ἕτερα δὲ οὐ πολύ τι μείω ἀνωρθοῦτο καὶ διηυχενίζετο· ἀλλὰ τούτων βαρύτερα, καὶ κεραυνοῖς προσεμφερῆ.

*Ille vero cetratos prehensis jaculorũ amentis ingredi jussit, ut, cum signum ipse dedisset, jacula vibrarent: itidemque sagittarios nervis sagittas admovere jussit, ut ipso signum dante sagittas emitterent: velitibus denique præcepit, ut pelles haberent lapidibus plenas.*

Διηθεῖν. Percolare. Transmittere. Et διηθεῖται. Percolatur. Transmittitur. Et διήθησις, percolatio.

Διῆκαν. Transmiserunt. Dimiserunt.

Διῆκε. Transit. Pervadit. *Ille vero dixit: Equidem id credo. Gloria enim virtutis tuæ* [*multas gentes & regiones*] *pervasit.*

Διήκουσαν. Transeuntem. Pervadentem.

Διήκουσεν. Alicujus auditor fuit. Audivit.

Διήλλαξεν. Idem quod μετήλλαξεν. Obiit. Vitam finiit. Vel [simpliciter,] commutavit.

Διήλυσις. Digressio. Separatio.

Διηνέγκαν. Genitivo jungitur. Sustinuerunt. Tolerarunt. Procopius: *Romanorum vero equitatui præfecti erant iidem illi, qui ante ad Daras prælium* [*contra Persas*] *commiserant.* [Διηνέγκαν hic exponi potest,] fortiter sustinuerant, vel confecerant. Et iterum: *Obsidionem per novem annos sustinuit.*

Διηνέχθη. Contendit. Pugnavit.

Διηρέθιζεν. Irritabat. Commovebat. Excitabat. Accendebat. *Ille vero iracundum & ferocem illorum animum* [*verbis*] *irritavit & accendit, si forte loco illo potiri posset.*

Διήρες πλοῖον. Navigium bireme.

Διῄρει. Dissecuit. Divisit. *Ille vero, cum esset senior, carnium portiones distribuit.*

Διήρηκε. Divisit. Separavit.

Διήρης ναῦς. Biremis navis.

Διήρησαι. Vinctus es. Divisus es.

Διηρθρωμένον. [Articulis distinctum.] Explanatum. Accurate elaboratum.

Διήρκεσε. Mansit. Permansit. [Item, suffecit, valuit.] *Ea vero, quæ Regibus mandaverat, & Gallis imperaverat, ad hoc valuerunt, ut damna illata sarcirent, & res raptas restituerent.*

Διῆρξα. Ad finem usque magistratum gessi. Lysias.

Διϊπόλια. Festum apud Athenienses, quod Jovi celebrabatur.

Διήρτησεν. Decepit. Fefellit. In errorem induxit.

Διήσειν. Transmissurũ esse. Transitum daturũ esse. *Quibus se neque receptum neque transitum per regionem suam daturos esse juraverant.*

Διηύθυνεν. Gubernavit. Direxit.

Διηυχενίζετο. Cervicem erigebat. *Ob alia vero quædam non multo minora caput erigebat, & cervice elata incedebat: sed his graviora & fulmini similia.*

1 Προκόπιος] Lib. 1. *de Bello Pers.* cap. XVIII. ex quo sic apud Suidam scribendum est: Ἄρχοντες δὲ ἱππέων μὲν ἅπαντες ἦσαν, οἱ τὰ πρότερον τὴν ἐν Δάρας μάχην διήνεγκαν. Vocem Ῥωμαίων Suidas sensus supplendi gratia addidit. Vide etiam supra v. Δάρας.

2 Διήρησαι] Hesychius διήρτησαι.

3 Διῆρξα. ἀντὶ τοῦ, διὰ τέλους ἦρξα] Ex Harpocratione.

4 Διήρτησεν. ἐξηπ.] Vide supra v. Διαρτῆσαι, & Διαρτώμενος.

5 Ἐκώλυσε] Hæc interpretatio suspecta mihi est, de qua proinde amplius cogitandum censeo.

Διήφυσεν.[1] διέκοψεν. ἀπὸ τοῦ διαφύσσειν. ἢ ἀπὸ τοῦ ἀφύσσεσθαι, ὅ ἐστιν ἀπαντλεῖν. ὁ γὰρ ἀντλῶν διακόπτει τὸ ἀντλούμενον.

Διηυχενίζετο. τὸν αὐχένα ὄρθιον εἶχεν. Εὐνάπιος· Ὁ δὲ ἐπὶ τὰ λειπόμενα τῶν πραγμάτων διεξανιστάμενος, ἀνωρθοῦτο καὶ διηυχενίζετο πρὸς τὸν λεγόμενον Λέοντα, ὅπως αὐτὸν φονεύσειεν.

Διηχή.[2] ἡ τῶν ἤχων διαπορθμευτικὴ δύναμις, ἣ διὰ τῶν μηνίγγων καὶ τοῦ ἔνδοθεν πνεύματος ἐνεργεῖται.

Διθυραμβοδιδάσκαλοι[3] περὶ τῶν μετεώρων καὶ τῶν νεφελῶν λέγουσι πολλὰ, καὶ συνθέτους δὲ λέξεις ἐποίουν, [4]καὶ ἔλεγον, ἐνδιαέριαι ἐερινηχέτους· οἷος ἦν Ἴων ὁ Χῖος ποιητής. ἐποίησε δὲ ποίημα, οὗ ἡ ἀρχή· Ἀοῖον ἠεροφοίταν [5]ἀστέρα μείναμεν ἀελίου λευκοπτέρυγα πρόδρομον. παίζων δὲ Ἀριστοφάνης Ἀοῖον αὐτὸν ἀστέρα φησὶ κληθῆναι. περιβόητος δὲ ἐγένετο. ἔγραψε δὲ κωμῳδίας, καὶ [6]ἐπιγράμματα καταλογάδην, καὶ πρεσβευτικὸν λεγόμενον. καὶ Σωκράτους τοῦ φιλοσόφου ἐστὶ λόγος εἰς αὐτόν. καὶ Καλλίμαχος ἐν Χωλιάμβοις μέμνηται αὐτοῦ, ὅτι πολλὰ ἔγραψε.

Διθύραμβος. ὕμνος εἰς Διόνυσον. † [7]Ὁ δὲ Ἀπολλώνιος λέγει ἰδέαν ἐπέσχε, οὐ τὴν διθυραμβώδη καὶ φλεγμαίνουσαν ποιητικοῖς ὀνόμασι. καὶ Διθύραμβος, ὁ Διόνυσος· παρὰ τὸ δύο θύρας βῆναι, τήν τε τῆς μητρὸς Σεμέλης, καὶ τῶν μηρῶν τοῦ Διός.

Διθυράμβων[8] νοῦν ἔχεις ἐλάττονα. ἐπὶ τῶν ἀδιανοήτων.

Διθύροις. διπτύχοις. διπλαῖς θύραις.

Δίθυρσον. [9]Ἀῤῥιανός. Τὸ δίθυρσον τὸ λογχωτὸν, καὶ τὸ περισφύριον, οἷς ἀνέδην ἐβάχχευεν, ὅτ' ἐς Διόνυσον ἐφοίτα.

Διιέναι. διέρχεσθαι.

Διιέντα. ἐκπέμψαντα.

Διιέται. διέρχεται.

Διϊθύντης.[10] ὁ διευθύνων.

Διιείς. διαπέμψας.

Διήφυσεν. Dissecuit. Discidit. A διαφύσσειν. Vel a διαφύσσεσθαι, quod haurire significat. Qui enim haurit, dividit id, quod hauritur.

Διηυχενίζετο. Cervicem erigebat. Eunapius: *Ille autem adversus ea, quæ reliqua erant, se præparans, corpore erecto & cervice elata stabat, ut Leonem ita dictum aggrederetur, eumque interficeret.*

Διηχή. Facultas sonos transmittendi: cui membranæ & aer intra aures conclusus inserviunt.

Διθυραμβοδιδάσκαλοι. Poetæ Dithyrambici. Hi de rebus, quæ in sublimi fiunt, & nubibus multa dicere solebant, vocibusque compositis utebantur, dicentes exempli causa, ἐνδιαεριαιερινηχέτους. Talis erat Ion Chius poeta, qui poema fecit, cujus initium est, Ἀοῖον ἠεροφ. *Matutinam & aerivagam stellam expectavimus, quæ Solem candidis alis præcurrit.* Ideo Aristophanes jocans *matutinam stellam* eum vocatum fuisse ait. Fuit autem valde celebris, scripsitque comœdias, & Epigrammata, & soluto sermone orationem, quæ Πρεσβευτικὸς inscribitur. Exstat etiam Socratis philosophi in eum oratio. Callimachus etiam in *Choliambis* ejus mentionem faciens, multa eum scripsisse dicit.

Διθύραμβος. Hymnus in Bacchum. [Et διθυραμβώδης, Dithyramborum instar tumidus & inflatus.] *Apollonius vero non usus est genere dicendi dithyrambico & poeticis nominibus tumente.* Et Διθύραμβος appellatur Bacchus, quod per binas quasi fores in lucem prodierit, & uteri matris Semeles, & femorum Jovis.

Διθυράμβων νοῦν ἔχεις ἐλ. *Minus mentis habes quam Dithyrambi.* Dicitur de hominibus stolidis & inconsideratis.

Διθύροις. Biforibus. Geminas fores habentibus.

Δίθυρσον. Agathias [in Epigrammate:] *Et geminum hunc thyrsum hastæ instar cuspide munitum, & talorum fasciam, quibus* [*Porphyris*] *effuse bacchabatur, cum ad Bacchi sacra itaret.*

Διιέναι. Permeare. Transire.

Διιέντα. Illum, qui transmisit. Qui emisit.

Διιέται. Permeat. Transit.

Διϊθύντης. Director. Gubernator.

Διιείς. Qui transmisit.

1 Διήφυσεν. διέκοψεν] Ex Scholiasta Homeri ad Odyss. Τ. v. 450.

2 Διηχή. ἡ τῶν ἤχων διαπορθμ.] Ex Philopono in lib. II. Aristotel. *de Anima.* Vide etiam infra v. Μῆνιγξ.

3 Διθυραμβοδιδάσκαλοι περὶ τῶν μετεώρων καὶ τῶν νεφ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Scholiasta Aristoph. ad *Pacem* pag. 685. 686.

4 Καὶ ἔλεγον ἐνδιαέριαι ἐερινηχ.] Aristophanes loco laudato:
——Ξυνελέγοντ' ἀναβολὰς ποτώμενοι
Τὰς ἐνδιαεριαυερινηχέτους τινάς. Sic etiam apud Suidam legendum est.

5 Ἀστέρα μείναμεν] Emenda ex Enarratore Comici, ἀστέρα μείναμεν.

6 Καὶ Ἐπιγράμματα καταλογάδην] Pessime. Quis enim unquam Epigrammata pedestri sermone scripta viderit vel legerit? Omnino hæc sunt ἀσύστατα; nec dubium est, quin scribi debeat, καὶ Ἐπιγράμματα, καὶ καταλογάδην Πρεσβευτικόν: ut recte habet Scholiasta Aristophanis loco laudato.

7 Ὁ δὲ Ἀπολλώνιος λέγει ἰδέαν ἐπέσχε, οὐ τὴν διθ.] Fragmentum hoc legitur apud Philostratum *de Vita Apoll.* lib. I. cap. XIII. idemque repetitur infra v. Κατεβλακευμένην. Vide etiam Photium in Bibliotheca pag. 1020.

8 Διθυράμβων νοῦν ἔχεις ἐλ.] Una syllaba addita versum hunc sic complebis: Καὶ Διθυράμβων νοῦν ἔχεις ἐλάττονα. Apud Enarratorem Comici ad *Aves* pag. 606. legitur: Διθυραμβοποιῶν νοῦν ἔχεις ἐλάττονα. Sed lectioni isti metrum refragatur. Syllaba enim prima in Διθυραμβοποιῶν, uti & in Διθυράμβων, longa est.

9 Ἀῤῥιανός] Scribendum est Ἀγαθίας. Verba enim, quæ sequuntur, decerpta sunt ex Epigrammate Agathiæ in Baccham, quod exstat Antholog. lib. VI. cap. V. ut Portus etiam monuit. Ibi autem locus hic recte sic legitur & distinguitur:
——Καὶ τὸ δίθυρσον
Τοῦτο τὸ λογχωτὸν, καὶ τὸ περισφύριον·
Οἷς ἀνέδην βάκχευσεν, ὅτ' ἐς Διόνυσον ἐφοίτα, &c.

10 Διϊθύντης] Hesychius rectius, ἰθυντής.

Διίημι.



Digitized by Google

Διΐημι. διέρχομαι. καὶ διΐησι.

Διϊκνείσθω. φθασάτω. καὶ διϊκνούμενος, διερχόμενος.

Διΐος ὀργή. καὶ Διΐος βωμός.

Διΐχθαι. διέρχεσθαι.

Διϊππασία, καὶ ἀντιππασία. τὴν ἵππων ἅμιλλαν. ὥσπερ δὴ διωμοσία καὶ ἀντωμοσία τὸ αὐτὸ ἄμφω δηλοῦσι.

Διϊπετής.[1] τοῦ ὑπὸ Διὸς πληρουμένου.

Διϊπόλια. ἑορτή τις Ἀθήνησι τὰ Διϊπόλια.

Καὶ [2] Διϊπολιώδη καὶ τεττίγων ἀνάμεστα.

Διϊπόλια, τὰ λεγόμενα Διάσια. ἑορτὴ οὕτως ἐλέγετο, διότι τῷ Πολιεῖ Διῒ ἐθύετο.

Διϊσθμίσαντα.[3] τὸν Ἰσθμὸν διαβιβάσαντα. [4] Παρεκάλει αὐτὸν βοηθεῖν, τοὺς λέμβους διϊσθμίσαντα.

Διϊσθμεῖσαι.[5] τὸ διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ ἕλκειν τὴν ναῦν. ὅπερ ἐποίουν ἐν τῷ Ἰσθμῷ οἱ Κορίνθιοι.

Διϊστάς. διαχωρίζων.

Διΐσταται. διαχωρίζεται.

Διϊσχύω σου, καὶ διϊσχύω. γενικῇ. τὸ κρατῶ σου, καὶ ἄρχω σου.

Διϊσχυρίζομαι. ἀνθίσταμαι. ἀμφιβάλλω. Περὶ τούτων οὐδὲν διϊσχυρίζομαι.

Διϊτρέφης ἀνεπτέρωκεν. ἐπὶ τῶν ἀναπειθόντων ἐπί τι πρᾶγμα. [6] Ἀριστοφάνης· Δεινῶς τέ μου τὸ μειράκιον ἀνεπτέρωκεν, ὥσθ' ἱππηλατεῖν. οὗτος γὰρ πρότερον πυτινοπλόκος ὢν ἔπειτα ἐγένετο φύλαρχος καὶ ἵππαρχος.

Διϊτρέφης [7] πυτιναῖα ἔχων πτερά. οὗτος πολυπράγμων ἐγένετο· ὃς θάλλινα ποιῶν ἀγγεῖα, ἐπλούτησε καὶ ἱππάρχησε καὶ ἐφυλάρχησε. Εὐφρόνιος δὲ τὰ περὶ τῷ τραχήλῳ τῆς πυτίνης κρεμάμενα ἱμαντάρια ἑκατέρωθεν, πτερὰ καλεῖσθαι· καὶ ὅτι οὗτος πυτίνας ἔπλεκε. τινὲς δὲ εἰς πένητα εἰρῆσθαι, διὰ τὸ ἀνυπόκριτον. ὡς εἰ ἔφη, μηδὲν ἄλλο ἔχων, ἀλλ' ἢ πίθου πόδας καὶ χύτρας ὀμφαλούς. οὗτος δὲ ἦν νεόπλουτος, καὶ ἅρπαξ, καὶ πονηρός. Πλάτων ἐν Ἑορταῖς·

Τὸν μαινόμενον, τὸν Κρῆτα, τὸν μόγις Ἀττικόν.

πυτίνη δέ ἐστι πλέγμα. Ὃς ᾑρέθη φύλαρχος, ἵππαρχος, εἶτ' ἐξ οὐδενὸς μεγάλα πράττει, κἆτι νῦν

Διΐημι. Permeo. Transeo. Et διΐησι. Permeat. Transit.

Διϊκνείσθω. Perveniat. Et διϊκνούμενος, permeans, transiens, penetrans.

Διΐος ὀργή. Jovialis (Jovis) ira. Et Διΐος βωμός. Jovis ara.

Διΐχθαι. Transiisse. Permeasse. Penetrasse.

Διϊππασία, & ἀνθιππασία. Certamen equestre. Sic etiam διωμοσία & ἀντωμοσία idem ambo significant.

Διϊπετής. [Fluvii,] qui a Jove repletur.

Διϊπόλια. Festum quoddam Athenis ita vocatum. [Aristophanes:] *Et Diipoliorum instar antiqua, & cicadis plena.* Διϊπόλια autem, quæ etiam dicebantur Διάσια, sic appellata fuerunt, quod Jovi Polieo (i. e. Urbis Præsidi) celebrarentur.

Διϊσθμίσαντα. Illum, qui Isthmum trajecit. *Hortabatur eum, ut lembis per Isthmum trajectis opem [Achæis] ferret.*

Διϊσθμεῖσαι. Navem per Isthmum trahere, (trajicere) quod in Isthmo Corinthii faciebant.

Διϊστάς. Dividens. Separans.

Διΐσταται. Dividitur. Separatur.

Διϊσχύω σου, & διϊσχύω σου. Genitivo jungitur. Potentia te supero. Impero tibi.

Διϊσχυρίζομαι. Contendo. Affirmo. *De his nihil affirmo.*

Διϊτρέφης. *Diitrephes spe injecta [adolescentem] impulit.* Dicitur de iis, qui aliquem ad aliquid faciendum inducunt. Aristophanes: *[Diitrephes] adolescentis mei animo mirificum equitandi amorem injecit.* Hic enim, cum ante esset victor, postea factus est phylarchus & magister equitum.

Διϊτρέφης πυτιν. *Diitrephes vimineas habens alas.* Hic erat homo intempestive curiosus, & vasa ex viminibus contexebat: ex quo quæstu cum ditatus esset, phylarchus & magister equitum creatus est. Euphronius dicit lora viminea ex collo utrinque pendentia alas vocari: & Diitrephem hunc vimina plexuisse. Quidam vero hoc in pauperem dictum putant, propter vitæ genus a simulatione alienum. Idem enim est, ac si dixisset, nihil aliud habens nisi dolii pedes & ollæ umbilicos. Hic autem ex paupere dives factus est; eratque idem rapax & improbus. Plato in *Festis*: *Et peregrinum, & furiosum, & Cretensem illum, & vix Atticum.* Πυτί-

1 Διϊπετής. τοῦ ὑπὸ Διὸς κτλ.] Ex Scholiasta Homeri ad Iliadem Ρ. v. 263.

2 Καὶ Διϊπολιώδη γε κτλ.] Aristophanes *Nubibus* pag. 179. (109. Ed. Bas. P.)

Ἀρχαῖά γε, καὶ Διϊπολιώδη, καὶ τεττίγων ἀνάμεστα,
Καὶ Κηκείδου, καὶ Βουφονίων.

Vide ibi Scholiastam.

3 Διϊσθμίσαντα] Cum verbum hoc active a Suida hic exponatur, scribendum est διϊσθμίσαντα, per ι. a διϊσθμίζω. Τὸ διϊσθμήσαντα enim est verbum neutrum, ut Grammatici loquuntur, a διϊσθμέω: quod huc non facit.

4 Παρεκάλει αὐτὸν βοηθεῖν, τοὺς λέμβους διϊσθμ.] Fragmentum hoc legitur apud Polybium lib. IV. cap. XIX.

5 Διϊσθμεῖσαι. τὸ διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ ἑλκ.] Vide infra v. Ἰσθμός, ubi locus Aristophanis affertur, ad quem Suidas hic respexit.

6 Ἀριστοφάνης] *Avibus* pag. 608. (422. Ed. Bas. P.) ubi locus hic ita legitur & distinguitur:

Δεινῶς τί μου τὸ μειράκιον ὁ Διϊτρέφης
Λέγων ἀνεπτέρωκεν, ὥσθ' ἱππηλατεῖν.

7 Διϊτρέφης πυτιναῖα ἔχων κτλ.] Aristophanes *Avibus*, pag. 578 (399. Ed. Bas. P.)

Ὡς Διϊτρέφης γε πυτιναῖα μόνον ἔχων πτερά,
Ἡρέθη φύλαρχος, εἶθ' ἵππαρχος, εἶτ' ἐξ οὐδενὸς
Μεγάλα πράττει, κἆτι νυνὶ ξουθὸς ἱππαλεκτρυών.

Vide ibi Scholiastam, cujus verba Suidas hic descripsit.

ξουθὸς

ξυθὸς ἱππαλεκτρυών. ἀντὶ τοῦ, ἤδη μέγας ὄρνις γέγονε, καὶ οὐχ ὁ τυχών. ἡ βυλευτής. ὁ γὰρ ἀλεκτρυὼν ἐν τοῖς ὄρνισιν εὐτιμότερος.

ὴ vero eſt vas ex vitilibus plexum. [Ariſtophanes:] *Qui creatus eſt phylarchus, & deinde magiſter equitum, & poſtea ex nullo ad res magnas gerendas provectus eſt, & nunc flavus & ingens gallus gallinaceus evaſit.* Id eſt, Senator factus eſt. Gallus enim inter aves eſt honoratior & præſtantior.

Δικάζεσθαι [1] Βίαντος τοῦ Πριηνέως κρείσσων. καὶ, Πριηνὴ [2] δίκη. ἐπὶ τῶν ἰσχὺν ἐχόντων ἐν τῷ δικάζεσθαι.

Δικάζεσθαι Βίαντ. Judex Biante Prienenſi præſtantior. Et, Judicium Prienenſe. Dicitur de iis, qui facultate dijudicandi lites excellunt.

Δικαϊκόν. Τρέχε ἐπὶ τὸ σεαυτοῦ ἡγεμονικὸν, ἵνα τῶν δικαϊκὸν αὐτὸ ποιήσῃς.

Δικαϊκόν. Judicialem. Juris dicendi peritum. *Recurre ad mentem tuam, ut juſtitiæ amantem eam efficias.*

Δικασπόλοι. δικασταί.

Δικασπόλοι. Judices.

Δίκας πραττόμενοι. ἀντὶ τοῦ, τιμωρίαν ἐπιζητοῦντες.

Δίκας πραττόμενοι. Qui pœnas exigunt.

Δικασταὶ αἱρετοί. ἐν τῷ Ἀμφικτυόνες.

Δικασταὶ αἱρετοί. Judices electi. Vide in v. Ἀμφικτυόνες.

Δικαιάρχεια. πόλις. Δικαιαρχία δὲ, ἡ δικαίως ἄρχουσα.

Δικαιάρχεια. Dicæarchia. Urbs. Δικαιαρχία vero, imperium juſtum.

Δικαίαρχος, [3] Φειδίου, Σικελιώτης, ἐκ πόλεως Μεσσήνης, Ἀριστοτέλους ἀκουστής, φιλόσοφος, καὶ ῥήτωρ, καὶ γεωμέτρης. Καταμετρήσεις τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ὀρῶν. [4] Ἑλλάδος βίον ἐν βιβλίοις γ΄. οὗτος ἔγραψε τὴν πολιτείαν Σπαρτιατῶν· καὶ νόμος ἐτέθη ἐν Λακεδαίμονι, καθ' ἕκαστον ἔτος ἀναγινώσκεσθαι τὸν λόγον εἰς τὸ τῶν Ἐφόρων ἀρχεῖον, τοὺς δὲ τὴν ἡβητικὴν ἔχοντας ἡλικίαν ἀκροᾶσθαι. καὶ τοῦτο ἐκράτησε μέχρι πολλοῦ.

Δικαίαρχος. Dicæarchus, Phidiæ F. Siculus, Meſſenius, Ariſtotelis auditor, philoſophus, orator, & geometra. Scripſit dimenſiones montium, qui ſunt in Peloponneſo. Vitam Græciæ libris tribus. Rempublicam Spartanorum. Hic liber ut quotannis in Ephororum prætorio puberibus auſcultantibus legeretur, lege ſancitum fuit apud Lacedæmonios, & longo tempore obſervatum.

Δικαίαρχος, Λακεδαιμόνιος, γραμματικὸς, ἀκροατὴς Ἀριστάρχου.

Δικαίαρχος. Dicæarchus, Lacedæmonius, Grammaticus, auditor Ariſtarchi.

Δικαιογένης. ὄνομα κύριον. ὃς τραγῳδίας καὶ διθυράμβους ἔγραψεν.

Δικαιογένης. Dicæogenes. Nomen proprium viri, qui Tragœdias & Dithyrambos ſcripſit.

Δικαιοδοσία. Πολύβιος· Ὅταν ᾖ τὸ δίκαιον ἀναλαβεῖν παρὰ τῶν ἀδικησάντων, ἢ κατὰ νόμους, ἢ κατά τινας ἄλλας ὑποκειμένας δικαιοδοσίας. [5] ἀντὶ τοῦ, εὐλόγους ἀφορμάς.

Δικαιοδοσία. Polybius: *Cum jus ſuum repetere licet ab iis, qui injuriam nobis fecerunt, vel ſecundum leges, vel ſecundum alias moribus hominum receptas rationes ſarciendæ injuriæ.*

Δικαιοδότης. ὁ δικαστής.

Δικαιοδότης. Judex.

Δικαιόπολις. πόλις ἐν Θρᾴκῃ, πλησίον Ἀβδήρων.

Δικαιόπολις. Dicæopolis, urbs in Thracia prope Abdera.

Δικαιοπραγεῖν. [6] Καὶ μηδὲν δικαιοπραγεῖν παρὲξ τῶν προσταττομένων.

Δικαιοπραγεῖν. *Et ne quid niſi ducum juſſu proprio conſilio facerent.* [Lege ἰδιοπραγεῖν.]

Δίκαιον πρᾶγμα. ὅ, τι τοῖς νόμοις ἐστὶ σύμφωνον, καὶ κοινωνίας ποιητικόν.

Δίκαιον πρᾶγμα. Juſtum eſt id, quod eſt legi conſentaneum, & ſocietatem [inter homines] conſervat.

Δίκαιος. [7] Κατὰ τὸν Αἰσχύλον, οὐ δοκεῖν δίκαιος,

Δίκαιος. Juſtus. *Secundùm Æſchylum,*

1 Δικάζεσθαι Βίαντος τοῦ Πρ.] Vide ſupra v. Βίαντος τοῦ Πριηνέως δίκη.
2 Πριηνὴ δίκη] Lege Πριηνία δίκη, ut apud Laertium in *Biante.*
3 Δικαίαρχος] De hoc Dicæarcho vide omnino Voſſium in egregio opere *de Hiſtor. Græcis,* qui multa de eo docte & diligenter collegit. Quibus addo, Dicæarchum etiam citari ab Enarratore Apollonii Rhodii ad lib. IV. 272. his verbis: Φησὶ δὲ Δικαίαρχος ἐν δευτέρῳ, καὶ Ἑλληνικοῦ βίου Σεσόγχωσιδι μεμελημένας [illegible] αὐτὸν [illegible] λέγει, ὥστε μηδένα καταλιπεῖν τὴν πατρῴαν τέχνην. τοῦτο γὰρ ὑπεῖν ἀρχὴν εἶναι πλεονεξίας. Hæc Dicæarchum in opere περὶ Βίου Ἑλλάδος memoriæ prodidiſſe mihi quidem dubium non eſt. Et ad verſ. 276. ejuſdem libri: Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ, μετὰ τὸν Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος Ὧρον, βασιλέα γεγονέναι Σεσόγχωσιν λέγει. Præterea Dicæarchus ἐν τῷ περὶ Μουσικῶν ἀγώνων laudatur a Scholiaſta Ariſtophanis ad *Ranas* pag. 273. & ἐν τῷ περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων ab ejuſdem Comici Enarratore ad *Aves* pag. 606. Plura de eo Jonſius l. I. c. XVI.
4 Ἑλλάδος βίον ἐν βιβλίοις γ΄] Hujus operis luculentum fragmentum hodie adhuc exſtat. Primum ejus librum citat Stephanus Byzantius v. Χαλδαῖοι: ubi tamen Salmaſius pro ἐν πρώτῳ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου reponendum putat, ἐν πρώτῳ περὶ τῆς Ἑλλάδος βιβλίων, omnino male. Titulum enim operis illius fuiſſe Ἑλλάδος βίον non ſolum ex hoc loco Suidæ patet, ſed etiam ex Athenæo, qui Dicæarchum duobus in locis ἐν τῷ περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος βίου citat. Præterea, Jaſon etiam Βίον Ἑλλάδος olim ſcripſerat, teſte Stephano Byzantio v. Ἀλεξάνδρεια, & Suida infra v. Ἰάσων: quod ideo moneo, ne quis titulum hunc ſuſpectum habeat.
5 Ἀντὶ τοῦ εὐλόγους ἀφορμάς] Perperam. Senſus enim vocis δικαιοδοσίας in loco allegato Polybii eſt is, quem verbis Caſauboni in verſione expreſſi.
6 Δικαιοπραγεῖν. Καὶ μηδὲν δικ.] Doctiſſimus Jac. Gronovius recte monuit, Suidam corruptam lectionem ſecutum fragmentum hoc ſumpſiſſe ex Polyb. lib. VIII. cap. XXI. ubi legitur ἰδιοπραγεῖν.
7 Κατὰ τὸν Αἰσχύλον] Locus Æſchyli, ad quem auctor anonymus, unde fragmentum hoc excerpſit Suidas, reſpexit, exſtat in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβ. v. 598.



Digitized by Google

ἀλλ' εἶναι θέλων, βαθεῖαν τῇ ἄλοκα διὰ φρενῶν καρπούμενος. † [1] Ἡ κωμῳδία τὸν δίκαιον οὐ πολιτικὸν, οὐδ' ἥμερον καλεῖ.

non videri justus, sed esse volens, ex profundo mentis sulco fructum capiebat. † Comicus virum justum vocat rusticum & agrestem.

Δίκαιος. Δοκῶ δὲ ἐγὼ τοῦτον δειλιᾶν, τῷ ξυνειδέναι οὐ δίκαιος ἂν περὶ τὸν βασιλέα· ὧν ἐπάξιος τὴν τυχεῖν, ταῦτα ὡς καὶ πεισόμενος ἤδη δειμαίνει.

Δίκαιος. Justus. *Ego autem existimo, eum, cum sibi conscius sit, se in Regem fuisse injurium, pœnam, quam meruit, metuere, tanquam jam jam eam passurus sit.*

Δίκαιος. ἔφη τις τῶν ὁσίων· Ἄλλους γὰρ οὐ πάντες ἀπαιτούμεθα σῶσαι· ἑαυτοὺς δὲ πάντες πάντως. καὶ ἄλλος· Σώζων σῶζε τὴν σαυτοῦ ψυχήν. [2] καὶ ὁ Προφήτης ὡς ἐκ Θεοῦ· Ἐν τῷ ἀποστρέψαι δίκαιον ἐκ τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, τοῦ ποιῆσαι ἀδικίαν, πᾶσαι αἱ δικαιοσύναι αὐτοῦ, ἃς ἐποίησεν, οὐ μὴ μνησθῶσιν· ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτοῦ ἀποθανεῖται. καὶ δικαιοσύνη δικαίου, οὐ μὴ ἐξέληται αὐτὸν, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ πλανηθῇ.

Δίκαιος. Dixit quidam ex sanctis: *Non enim a nobis omnibus requiritur, ut alios servemus: sed ut nos ipsi servemus, a nobis omnino exigitur.* Et alius: *Animam tuam omni studio serva.* Et Propheta Dei nomine dixit: *Cum justus a justitia sua se averterit, ut injustitiam committat, omnia, quæ antea juste fecit, oblivioni mandabantur, & in peccato suo morietur: nec justitia justi eum eripiet, quo die a recta via aberraverit.*

Δικαιοσύνη. [3] ἐπιστήμη ὧν αἱρετέον, καὶ εὐλαβητέον, καὶ οὐδετέρων. † Δικαιοσύνη ἐν ἡ κοινὴ ἀρετὴ, καὶ ἡ ἀντιδιαιρουμένη ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς ὁμωνύμως. διαφέρει δὲ ἀνδρεία καὶ δικαιοσύνη, ὁμογενεῖς οὖσαι ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος τὴν ἀρετήν· οἷον, ἄλλως μὲν ἡ ἀνδρία μεσότης, ἄλλως δὲ ἡ δικαιοσύνη. ἡ μὲν γὰρ δύο κακιῶν, θρασύτητος, καὶ δειλίας. ἡ δὲ, πλεονεξίας, καὶ μειονεξίας· ἐξ ὧν ἡ ἀδικία. ἐν γὰρ τούτοις τῇ ἀδικίᾳ τὸ εἶναι. καὶ περὶ ἄλλα μὲν ἡ ἀνδρία· περὶ γὰρ τὰς τῶν κινδύνων ὑπομονάς· περὶ ἄλλα δὲ ἡ δικαιοσύνη. περὶ γὰρ τὸ ἴσον, τό, τε ἐν τῇ διανομῇ, καὶ ἐν τοῖς συναλλάγμασι. καὶ οὕτω μὲν τὰ ὁμογενῆ.

Δικαιοσύνη. Justitia est scientia rerum expetendarum, & fugiendarum, & neutrarum. Justitia igitur est virtus communis, & quæ ab aliis virtutibus æquivoce distinguitur. Differunt autem fortitudo & justitia, quamvis sub eodem virtutis genere collocentur. Nam aliter fortitudo est mediocritas; aliter vero justitia. Illa enim inter duo vitia, audaciam & timiditatem, media est. Hæc vero inter excessum illum & defectum, per quem quis vel plus vel minus suo habet. Hæc est enim origo injustitiæ, & in eo essentia ejus consistit. Præterea, in aliis versatur fortitudo; in aliis vero justitia. Illa enim in periculis tolerandis versatur: hæc vero in servanda paritate; quæ tam in rerum distributione, quam in contractibus spectatur. Et sic comparata sunt ea quæ idem genus habent.

Δικαιοσύνη. οὐχ ἡ πολιτικὴ ἀρετὴ, ἀλλ' ἡ μείζων, τῷ δὲ αὐτῷ ὀνόματι λεγομένη. [4] Δικαιοσύνην δὲ τὴν ἑκάστη τῶν λοιπῶν ἀρετῶν οἰκειοπραγίαν ἀρχῆς πέρι, καὶ τοῦ ἄρχεσθαι. καὶ δικαιοσύνη, ἀποχὴ τῶν κερδῶν.

Δικαιοσύνη. Justitia, non civilis illa, sed major & nobilior virtus; quamvis eodem nomine appellata. Justitia vero continet cujusque cæterarum virtutum proprium munus in imperando & parendo. † Justitia est abstinentia a lucris.

Δικαιοσύνη. καὶ ἡ τελεία ἀρετὴ, καὶ ἡ δικαία αἴτησις· ὡς ὁ Ψάλλων· [5] Εἰσάκουσον, Κύριε, δικαιοσύνης μου.

Δικαιοσύνη. Justitia. Est & perfecta virtus; & justa petitio: ut Psaltes dicit: *Exaudi Domine justitiam meam.*

Δικαιότερον σταχάνης. ἐπὶ τῶν τὰ δίκαια ἀγαπώντων. σταχάνην γὰρ οἱ Δωριεῖς τὴν τρυτάνην καλοῦσιν. ἴσως παρὰ τὴν στάσιν. καὶ ἑτέρα παροιμία· Δικαιότερος τρυτάνης.

Δικαιότερον σταχάνης. *Trutina justius.* De iis, qui justitiam diligunt. Dorienses enim trutinam vocant σταχάνην: fortasse a nomine στάσις. Et aliud proverbium: Δικαιότερος τρυτάνης: quod idem significat.

Δικαιούμενος. κολαζόμενος. δίκης τυγχάνων.

Δικαιούμενος. Qui punitur. Qui pœnas dat.

Δικαιοῦν. [6] δύο δηλοῖ τό, τε κολάζειν, καὶ τὸ δίκαιον νομίζειν. οὕτως Ἡρόδοτος· Δικαιῶν τοῖς αὐτοῖς τοὺς Σκύθας ἀμύνασθαι, οἷς δὴ καὶ αὐτοὶ ἐς Ἀθηναίων τοὺς ἐνδόντας τὴν ἄκραν ὑπῆρξαν παρασπονδήσαντες. Καὶ αὖθις Ἀππιανός· Ξυμβάσεις ποιεῖν, ἐφ' οἷς ἂν Γάβιοι δικαιῶσιν. ἀντὶ τοῦ, δίκαιον εἶναι νομίζωσι. Καὶ Ἰώσηπος· Οἱ δὲ ἐφ' ὕβρει τὴν δικαίωσιν λογιζόμε-

Δικαιοῦν. Duo significat: & punire, & justum censere. Sic Herodotus: *Justum esse censens, iisdem malis ulcisci Scythas, quibus ipsi priores contra fœdus affecerant Athenienses illos, qui arcem dediderant.* Et iterum Appianus: *Pacem facere iis conditionibus, quas Gabii justas esse censuissent.* Et Josephus: *Illi vero animadversionem contumeliæ*

1 Ἡ κωμῳδία] Intelligit Aristophanem, apud quem hæc me legisse memini, quamvis locus nunc non succurrat.

2 Καὶ ὁ Προφήτης] Ezech. III. 20.

3 Δικαιοσύνη. ἐπιστήμη ὧν αἱρετέον, καὶ εὐλαβητέον, καὶ ἄλλ.] Sic Stoici Justitiam definiebant, ut testatur Laertius lib. VII. Segm. XCII.

4 Δικαιοσύνην δὲ τὴν ἑκάστη τῶν λοιπ.] Locum hunc ita lego: Δικαιοσύνην δὲ φησι τὴν ἑκάστης τῶν λοιπῶν ἀρετῶν &c.

5 Εἰσάκουσον, Κύριε, δικ.] Psalm. XVI. 1.

6 Δικαιοῦν] Vide infra v. Ἐδικαίου & Ἐδικαιώθησαν: itemque Paul. Leopardum *Emend.* lib. V. cap. IX. & Gatakerum in Dissertat. *de Stylo Nov. Instr.* cap. VIII.

‡

νοι,

ται, καταςπάσαντες τῶν ὅπλων πολλά, ᾤχοντο εἰς τι χωρίον.

causa factam esse putantes, armis dereptis, ad locum aliquem [occupandum] iverunt.

Δικαιῶσαι. καταδικάζουσαι. [1] Ὑπὲρ δὴ τούτων τὴν Ἄρτεμιν μηνίσαι, καὶ μέλλειν δικαιῶσαι αὐτοὺς τῆς γῆς ἀγονίᾳ.

Δικαιῶσαι. Condemnantem. [Punientem.] *Hac de causa Dianam iratam esse, & terræ sterilitate eos ulcisci.*

Δικαίωμα. [2] Ὅτι οὐδὲν δικαίωμα τῶν ὅπλων ἰσχυρότερον. πᾶς γὰρ ὁ δυνάμει προέχων, δικαιότερα ἀεὶ καὶ πράττειν καὶ λέγειν δοκεῖ. † Ἀρχέλαος, ὁ Φυσικὸς τὴν αἵρεσιν ἐπικληθεὶς, ἐδόξασε τὸ δίκαιον καὶ αἰσχρὸν οὐ φύσει εἶναι, ἀλλὰ νόμῳ.

Δικαίωμα. Jus. *Nullum jus armis est potentius. Quisquis enim potentia præstat, justiora semper & facere & dicere videtur.* † Archelaus, a secta, quam sequebatur, Physicus appellatus, censuit, nihil esse justum vel turpe natura, sed instituto.

Δικαιώματα, νόμος, ἐντολαί, κρίματα. [3] Νόμον καλεῖ, τὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Μωσέως δεδομένον. Ἐντολὰς δὲ καὶ προστάγματα πάλιν τὸν αὐτὸν, ὡς βασιλικῶς ἐνταλθέντα καὶ προσταχθέντα. Δικαιώματα, ὡς δικαιοῦν τὸν κατορθοῦντα δυνάμενον. Κρίματα δὲ, ὡς τὰς θείας ψήφους ὑποδεικνύντα καὶ τὰς ἀξίας ἀντιδόσεις τῶν τε ἐννόμως καὶ παρανόμως βιούντων. Μαρτύρια δὲ, ὡς διαμαρτυρόμενον καὶ ὑποδεικνύντα, οἵαις ὑποβληθήσονται ποιναῖς οἱ ταῦτα παραβαίνοντες. Δικαιώματα δὲ, καὶ αἱ κατακρίσεις.

Δικαιώματα, νόμος, ἐντολαί, κρίματα. Jura, Lex, Præcepta, Judicia. Legem vocat eam, quæ per Mosen a Deo data est. Præcepta vero & mandata eandem Legem vocat, ut regio more latam & imperatam. Δικαιώματα vero, ut quæ justum reddere possit eum, qui recte facit. Κρίματα vera, ut judicia hominibus ostendentem, & digna præmia eorum, qui vel a criminibus vacuam, vel impiam vitam egerunt. Μαρτύρια denique, ut interminantem & declarantem, quas pœnas subituri sint, qui eam violaverint. Δικαιώματα etiam vocantur condemnationes, [sive pœnæ.]

Δικαιώματα. εὐλόγους ἀφορμάς. Ἐάν τι γὰρ νικῶμεν ἡμεῖς, ἕξεις παρ' ἐμὲ δικαιώματα μεγάλα, διότι κεκοινώνηκας ἡμῖν τῶν μεγίστων κινδύνων.

Δικαιώματα. Jura. Privilegia. *Si enim vincamus, magna a me consequeris privilegia, quia maximorum periculorum socius nobis fuisti.*

Δικαίως κἀδίκως. ἀντὶ τοῦ παντὶ τρόπῳ. [4] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

--- Ἡ γὰρ οἰκία
Αὕτη 'στὶν, ἣν δεῖ χρημάτων σε τήμερον
Μεστὴν ποιῆσαι, καὶ δικαίως κἀδίκως.

τουτέστι, πάσῃ τέχνῃ.

Δικαίως κἀδίκως. Per fas nefasque. Sive, quovis modo. Aristophanes *Pluto*: *Hæc enim est domus, quam te hodie per fas nefasque pecunia replere oportet.* Sive, omni arte, & quavis ratione.

Δικαίωσις. κατάκρισις. Οὐ γάρ τι που μετὰ μακρὸν ἐκολάσθη δικαιώσει. † Δικαιωθέντων πάντων τῶν ἀδελφῶν Ἀρισταίου τοῦ Γίγαντος δικαίωσιν τὴν πρεπωδεστάτην.

Δικαίωσις. Condemnatio. Pœna. *Haud enim diu post justa pœna affectus est.* † *Cum omnes fratres Aristæi Gigantis dignas [impietatis suæ] pœnas dedissent.*

Δικαιώσεις. [5] Λυσίας τὰς δικαιολογίας. Θουκυδίδης δὲ τὰς κολάσεις λέγει.

Δικαιώσεις. Sic Lysias vocat causarum defensiones in Judicio. Thucydides vero pœnas & supplicia.

Δικαιωτήρια. ἤγουν δικαστήρια.

Δικαιωτήρια. Loca, in quibus exercentur judicia.

Δίκελλα. γεωργικὸν ἐργαλεῖον. Οὐ βουσὶ καὶ δικέλλῃ πορίζομένοις τὸν βίον, ἀλλ' ἵππῳ καὶ μαχαίρᾳ. καὶ δικελλίτης.

Δίκελλα. Instrumentum rusticum. Ligo. *Non bobus & ligone, sed equo & gladio victum sibi parantibus.* Et δικελλίτης, qui ligone terram fodit.

Δικέρων. δύο κέρατα ἔχουσαν. ἐν [6] Ἐπιγράμματι·

Δέρμα δὲ, καὶ δικέρων ἀπὸ στόρθυγγα μετώπων
Σπασάμενος, κέρα θῆκε παρ' ἀγρότιδι.

Δικέρων. Bicornem. In Epigrammate: *Pellem vero, & bina hæc cornua, a frontibus avulsa, Dianæ venatrici dedicavit.*

Δίκη. ἡ ὑπὲρ ἰδιωτικῶν ἀδικημάτων συνισταμένη κατηγορία, καὶ ἧς τὸ τίμημα ὥρισται τοῖς νόμοις. Ὁ δὲ δίκην [7] ἄδικον δικάσας, καὶ διαφυγὼν μὴ ἀπλέ-

Δίκη. Accusatio, quæ de privatis delictis instituitur, & cujus æstimatio legibus definita est. *Ille vero de causa semel jam judicata*

1 Ὑπὲρ δὴ τούτων τὴν Ἄρτεμιν μηνίσαι, καὶ μελλ.] Idem fragmentum legitur etiam supra v. Ἀγονία.

2 Ὅτι οὐδὲν δικαίωμα τῶν ὅπλ.] Eadem recitat Suidas supra v. Γνώμη.

3 Νόμον καλεῖ τὸν ὑπὸ τοῦ Μωσ.] Totum hunc locum descripsit Suidas ex Theodoreto ad Psalm. CXVIII. v. 2. pag. 879. ut Pearsonius observavit.

4 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 24. (13. Ed. Bas. P.)

5 Δικαιώσεις. Λυσίας τὰς δικαιολ.] Ex Harpocratione.

6 Ἐν Ἐπιγράμματι] Antholog. lib. VI. cap. XV. pag. 568. ut Portus etiam monuit.

7 Δίκην ἄδικον] Legendum esse ἀνάδικον ex sequentibus patet. Est autem δίκη ἀνάδικος judicium, quod rescissa priore sententia de re aliqua de integro instituitur. Vide Hesychium v. Ἀνάδικος, & Harpocrationem v. Ἀναδικάσασθαι.

σθαι πρότερον, τούτων πάλιν καὶ δίκην γενέσθαι ἄδικον. αἱ τοιαῦται δίκαι οὕτω λέγονται, αἱ εἰς [1]ἄκαιρον ἀποκαθιστάμεναι, ἤτοι διὰ πολιτικὴν αἰτίαν, ἢ τῶν μαρτύρων ἁλόντων [2]ψευδοκατηγορίων.

Δίκη.[3] κρίσις. σημαίνει μὲν καὶ ἄλλα· ἰδίως δὲ ἐπὶ τῶν ἰδιωτικῶν ἐγκλημάτων λέγεται, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος δῆλον ποιεῖ.

Δίκη δίκην ἔτικτε, καὶ βλάβη βλάβην. παροιμία ἐπὶ τῶν φιλοδίκων καὶ συνειρόντων δίκας δίκαις. καὶ

Δίκην ὑφέξει, κἂν ὄνος δάκῃ κύνα.

ἐπὶ τῶν ἐπὶ μικροῖς συκοφαντουμένων.

Δίκην. τρόπον. [4]Καὶ ὁ μὲν ἐξετρίβη πίτυος δίκην, ῥιφεὶς εἰς θάλασσαν, καὶ δίδωσι δίκας αὐτῷ γένει.

Δίκης. δικαιοσύνης. ἢ τιμωρίας. [5]Ἥξομεν κομιούμενοι παρ' ἀνδρῶν ἀνοσίων καὶ ψευδόρκων δίκας. † Ὅτι τὴν δίκην φασὶν οἱ παλαιοὶ ὀρθίαν τε εἶναι, καὶ ἀκλινῆ, καὶ ἄτρεπτον· καὶ τοῦτο ᾄδουσι μὲν πλεῖστοι. ἤδη δὲ καὶ ἀνάγκη. φύσιν γὰρ δήπου τὸ δίκαιον τοιαύτην εἴληχεν. Ἡσίοδος δὲ αὐτὴν λέγει καὶ παρθένον, καὶ ἀδιάφθορον, τῇ τε ἄλλῃ, καὶ μέντοι καὶ ὑπ' εὐνῆς Ἀφροδισίου αἰνιττόμενος, ὅτι μὴ χρὴ δολοῦν τὸ δίκαιον, μήτε ἄλλως πεισθέντα, μήτε λέχει παραδελεασθέντα. Φησὶ δὲ καὶ μελετᾶν αὐτὴν τιμωρουμένην τούτους, οἷσπερ ἂν ὕβρεις μέμηλε κακὴ καὶ σχέτλια ἔργα. τοῖς γε μὴν ἐκείνην σέβουσι τήν τε γῆν τὰ οἰκεῖα βρύειν φησὶν ἀγαθὰ, καὶ τὴν θάλατταν χορηγεῖν ὅσα τίκτει καὶ τρέφει μάλ' ἀφθόνως. ἀκούω δὲ αὐτὴν καὶ παρ' αὐτοῦ Διὸς καθῆσθαι θρόνῳ, καὶ κοινωνὸν τῶν ἀρίστων βουλευμάτων εἶναι. καὶ Ὅμηρος δὲ μέγα αὐτῆς τὸ κράτος ὑμνεῖ, καὶ λέγει, τοῖς ἀτιμάζουσιν αὐτὴν μηνιεῖν τὸν Θεὸν, καὶ λάβρους καταντλεῖν ὑετοὺς[6] αὐτὴν, καὶ χειμάρρους ἐπ' αὐτοὺς ὠθεῖσθαι, καὶ ἀφανίζειν πόλεις αὐτῶν καὶ ἔργα καὶ ποίμνας. καὶ ταύτῃ κολάζεσθαι τῇ τιμωρίᾳ ὕβρεως καὶ ἀτασθαλίας [7]ἔργα ὑπομένοντας πρεπωδέστερα, καὶ ἕτερα ἄττα.

Δίκης[8] ἀνάκρισις. οὐ πάσας δίκας κελεύουσιν οἱ νόμοι εἰσάγεσθαι, ἀλλ' ὅταν ὁ φεύγων ἀντιλέγῃ καὶ

*denuo disceptans, cum condemnationem effugisset, effecit, ut de re eadem denuo judicium institueretur.* Δίκαι ἀνάδικοι vero dicuntur judicia, quæ rescissa priore sententia de re aliqua de integro instituuntur; vel propter causam aliquam civilem; vel testibus falsi testimonii convictis.

Δίκη. Hæc vox tum alia significat; tum peculiariter de privatis criminibus dicitur: ut Demosthenes in oratione contra Cononem declarat.

Δίκη δίκην ἔτικτε. *Lis litem parit, & noxa noxam.* Proverbium hoc dicitur in homines contentiosos, & qui lites ex litibus nectunt. Et, *Pœnas dabit, vel si asinus canem momorderit.* Dicitur de iis, qui ob res parvi momenti calumniis litium vexantur.

Δίκην. Instar. In modum. *Ille quidem pinus instar extirpatus est, in mare projectus; pœnasque cum toto genere suo dedit.*

Δίκης. Justitiæ. Vel, pœnæ. *De viris nefariis & perjuris pœnas sumpturi venimus.* † Justitiam veteres esse dicunt rectam & rigidam & talem quæ flecti nesciat: idque plurium Poetarum testimonio proditum est. Nec aliter sese res habere potest, cum Jus eam naturam sortitum sit. Hesiodus vero eam virginem esse dicit, & incorruptam, tum quod ad alia, tum etiam quod ad concubitum venereum attinet; innuens scilicet, non oportere nos justitiam adulterare, nec aliis rationibus inductos, nec amore corruptos. Dicit etiam, eam ulcisci & punire eos, qui injuriæ & impiis facinoribus studeant. Illis vero, qui eam colant, terram fructus largiter producere, & mare abunde suppeditare omnia, quæ parit & alit. Quinetiam audio, eam Jovis throno assidere, & optimorum consiliorum esse participem. Præterea, Homerus magnam ejus potentiam canit, dicens, contemptoribus ejus Deum irasci, violentosque imbres in eos effundere & torrentes immittere, qui urbes, arva, & greges illorum perdant & deleant. Et hanc quidem pœnam illorum esse dicit, quibus injuria & scelera cordi sint.

Δίκης ἀνάκρισις. Non omnes causæ per leges in Judicium introduci possunt, sed cum

1 Εἰς ἄκαιρον ἀποκαθιστάμεναι] Pessime. Scribendum enim est, εἰς ἀκέραιον ἀπάγουσαι. quam lectionem in versione secutus sum. Apud Hesychium quoque v. Ἀνάδικοι pro εἰς ἀκαιρίαν ἐξακαθιστάμεναι, scribere præstat εἰς τὸ ἀκέραιον ἀποκαθιστάμεναι.

2 Ψευδοκατηγόρων] Hanc lectionem, quam etiam agnoscit Hesychius v. Ἀνάδικοι, Portus frustra suspectam habet. Uti enim, exempli causa, apud Græcos dicitur ἁλοὺς κλέπτης, i. e. *convictus furti*; & ἁλοὺς μοιχὸς, *convictus adulterii*: sic etiam recte dicas, ἁλοὺς ψευδοκατήγορος, pro ψευδοκατηγορίας.

3 Δίκη. κρίσις. σημαίνει μὲν καὶ ἄλλα· ἰδίως δὲ ἐπὶ τῶν ἰδ.] Ex Harpocratione.

4 Καὶ ὁ μὲν ἐξετρίβη πίτυος δ.] Videtur fragmentum hoc depromptum esse ex libro Æliani *de Providentia*, ex quo non pauca loca Suidam in Lexicum suum transtulisse constat. Certe idem Ælianus phrasi hac usus est *Var. Histor.* lib. VI. cap. XIII. ubi sic inquit: Καλῶς τὸ δαιμόνιον ἐπὶ τετράγωνον τυραννίδας μὴ ἄγειν, ἀλλ' ἢ παραχρῆμα ἐκτρίβειν τοὺς τυράννους πίτυος δίκην &c. i. e. *Recte Deus tyrannides ad tertiam usque generationem durare non sinit, sed aut confestim tyrannos tanquam piceas extirpat*, &c. Vide ad eum locum doctissimos interpretes. Eleganter autem illi, qui funditus intereunt, piceæ instar extirpari dicuntur, quod arbor illa semel excisa nunquam renasci & repullulare credatur. Eustath. ad Il. A. pag. 42. Τινὲς δὲ ἐκτριβῆναί φασι τὸ ἐκτρίβεσθαι, ἐκ μεταφορᾶς τῆς πίτυος ἡ βλαστοῦσα δίκην πίτυος· ὡς ἐκτμηθεῖσα οὐκέτι ἀναβλαστάνει. Lege ibi & sequentia. Parœmiographi: Πίτυος τρόπον. αὕτη τίθεται κατὰ τῶν παντελῶς ἀπολλυμένων· παρόσον ἡ πίτυς κοπεῖσα οὐκ ἐκφύεται.

5 Ἥξομεν κομιούμενοι παρ' ἀνδρ.] Totum hunc locum Kuhnius Æliano adscribit: sed qui duo diversa fragmenta miscuit & in unam quasi massam compegit. Verba enim illa priora, Ἥξομεν ——— ψευδόρκων δίκας, distinguenda sunt a sequentibus, quippe quæ ex alio auctore excerpta esse, vel saltem novam esse παράγραφον, non solum sensus, sed etiam particula ὅτι declarant.

6 Αὐτήν] Sensus requirit αὐτοῖς: quod & Kuhnius monuit.

7 Ἔργα ὑπομένοντας πρεπ.] Locum hunc corruptum vel mutilum esse existimo, quoniam non satis cohærere mihi videtur cum iis, quæ præcedunt.

8 Δίκης ἀνάκρισις] Vide Harpocrationem v. Ἀνάκρισις, & ibi Valesium: itemque supra v. Διαμαρτυρία.

παρα-

παραγραφῇ), λέγων, εἰσαγώγιμον μὴ εἶναι αὐτὴν, πρότερον ἐπὶ τούτῳ γίνεται κρίσις, ἥτις δίκης ἀνάκρισις λέγεται.

Δίκης δικαιότερος. καθ' ὑπερβολὴν ἐπὶ τῶν σφόδρα δικαίων.

Δίκης ὀφθαλμός. [1] Ὡς καὶ πάντας ἀνθρώπους ὁμολογῆσαι, διότι, κατὰ τὴν παροιμίαν, [2] ἔστι δίκης ὀφθαλμὸς, ἧς μηδέ ποτε καταφρονεῖν ἀνθρώπους ὑπάρχοντας.

Δίκηλα. [3] μιμήματα. εἰκάσματα. τὸ δὲ διὰ διφθόγγου. κυρίως τὸ ὁμοίωμα καὶ εἴκελον τοῦ Διΐ· καταχρηστικῶς δὲ, πᾶν ὁμοίωμα.

Δικηλιστῶν, [4] καὶ μιμηλῶν. εἶδος ἐστὶ κωμῳδίας, ὥς φησι Σωσίβιος ὁ Λάκων.

Δικοῤῥοπεῖ. φυγαδεύει.

Δικιδίοις. ὑποκοριστικῶς, ταῖς δίκαις.

Δικλίς. δίθυρον. [5] ἐν Ἐπιγράμματι·

Δικλίδας ἀμφεπίαξεν ἐμοῖς Γαλάτεια προσώποις.

Δικοῤῥαφεῖν. [6] δίκας συῤῥάπτειν. ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀναστρέφεσθαι.

Δίκορος. ὅτι Ἀναστάσιος ὁ τῶν Ῥωμαίων βασιλεὺς Δίκορος ἐλέγετο.

Δίκορσον. δικόρυφον.

Δικραές. δικέφαλον.

Δίκραια. Παρεσκεύαστο δὲ καὶ δίκραια, ὥστε ἀπωθεῖσθαι τὴν τῶν λεγομένων σκαλῶν προσαγωγήν.

Δίκραιρος.

Δικραίρῳ [7] δικέρωτα· δασυκνάμῳ δασυχαίταν. ἐν Ἐπιγράμματι.

Δίκροτα. διήρη. [8] Πλοῖα μονήρη, ἔστιν ἃ καὶ δίκροτα κατεσκευάσαντο. τινὰ δὲ καὶ ἐκ τῆς πρύμνης καὶ ἐκ τῆς πρώρας ἑκατέρωθεν πηδαλίοις ἤσκηντο, ὅπως αὐτοί τε μὴ μεταστρεφόμενοι καὶ ἐπιπλέωσι, καὶ ἀναχωρῶσι, καὶ τοὺς ἐναντίους ἐν τῷ προσπλῷ καὶ ἀπόπλῳ αὐτῶν σφάλλωσιν.

Δικροῖς. διφυέσι ξύλοις. δικεραίοις. [9] Ἀριστοφάνης·

Δικροῖς ἐώθει τὴν Θεὸν κεκράγμασι.

τὴν εἰρήνην λέγων. ἔδει δὲ εἰπεῖν ξύλοις, καὶ εἶπε κεκράγμασι. ἐπειδὴ οἱ ῥήτορες δημηγοροῦντες τῇ κραυγῇ ἔπειθον μὴ ποιῆσαι εἰρήνην.

reus exceptione utitur, negans, litem ab actore sibi intendi posse, tunc ea de re prius instituitur judicium, quod δίκης ἀνάκρισις dicitur.

Δίκης δικαιότερος. Justitia justior. Per hyberbolen de hominibus valde justis dicitur.

Δίκης ὀφθαλμός. Justitiæ oculus. *Adeo ut omnes faterentur, esse quendam, ut proverbio dicitur, justitiæ oculum, quem quidem ab hominibus sperni haudquaquam fas sit.*

Δίκηλα. Simulacra. Effigies. Syllaba prima per diphthongum ει scribitur. Proprie significat simulacrum & imaginem Jovis: quasi dicas Διῒ εἴκελον. Abusive vero quamlibet imaginem.

Δικηλιστῶν, & μιμηλῶν. Dicelistarum, & mimorum. Genus est Comœdiæ, ut ait Sosibius Laco.

Δικοῤῥοπεῖ. In exilium pellit.

Δικιδίοις. Diminutive. Liticulis.

Δικλίς. Fores. In Epigrammate: *Fores Galatea coram me subito clausit.*

Δικοῤῥαφεῖν. Lites consuere. In judiciis frequenter versari.

Δίκορος. Anastasius Romanorum Imperator Dicorus vocabatur.

Δίκορσον. Quod geminum habet verticem. Bivertex.

Δικραές. Biceps.

Δίκραια. Furcæ. *Paratas etiam habebant furcas, quibus scalæ muris admotæ dejicerentur.*

Δίκραιρος. Biceps. In Epigrammate: *Bicipiti [Pani] bicornem; & hirsuta crura habenti hirsutam [capram donat.]*

Δίκροτα. Biremes. *Naves uniremes, quasdam etiam biremes confecerunt. Nonnullæ & a puppi & a prora gubernaculis utrinque instructæ erant, ut nec, cum in hostem vela darent, nec cum se reciperent, se convertere necesse haberent, sed tam in accessu quam recessu hostem eludere possent.*

Δικροῖς. Bifurcis. Bicipitibus. Bifidis. Aristophanes: *Bifurcis Deam expellebant clamoribus.* Pacem intelligit. Cum autem dicere oporteret [δικροῖς] ξύλοις, i. e. bifurcis lignis, [præter expectationem δικροῖς] κεκράγμασι dixit: idque ideo, quia oratores magno cum clamore in concionibus populo persuadebant, ne pacem faceret.

1 Ὡς καὶ πάντας ἀνθρώπους ὁμολ.] Hæc sunt verba Polybii apud Constantinum in Collectaneis a Valesio editis pag. 117.

2 Ἔστι δίκης ὀφθαλμός] Diphilus apud Theodoretum Θεραπ. pag. 564. Ἔστι δὲ δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ. Eusebius orat. de Laud. Constant. pag. 661. Καὶ δίκης ὀφθαλμὸν ὑπάρχειν, ἔφορον τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων. Anthol. lib. III. cap. VI. pag. 301.

Ὄμμα δίκης καθορᾷ πάντα τὰ γιγνόμενα.

Vide etiam Stobæum in Eclog. Phys. lib. I. cap. VII.

3 Δίκηλα] Scribe δείκηλα, per ει diphthongum, ut recte supra.

4 Δικηλιστῶν] Vide omnino Athenæum lib. XIV. pag. 621.

5 Ἐν Ἐπιγράμματι] Antholog. lib. VII. pag. 593.

6 Δικοῤῥαφεῖν] Voce hac usus est Aristophanes *Avibus* pag. 607. ad quem locum nota hæc Suidæ referenda est.

7 Δικραίρῳ δικέρ.] Hexameter hic est pars Epigrammatis, quod integrum extat Anthol. lib. VI. cap. XXIV. ut Portus monuit.

8 *Πλοῖα μονήρη. ἔστιν ἃ καὶ δίκρ.*] Fragmentum hoc apud Dionem, vel potius Xiphilinum in Epit. Dionis pag. 402. paulo auctius sic legitur: Καὶ πλοῖα δὲ τοῖς Βυζαντίοις πεντακόσια, τὰ μὲν πλεῖστα μονήρη, ἔστι δ' ἃ καὶ δίκροτα κατεσκευάσθη ἐμβόλους ἔχοντα· καί τινα αὐτῶν ἑκατέρωθεν καὶ ἐκ τῆς πρύμνης καὶ ἐκ τῆς πρώρας πηδαλίοις ἤσκητο, καὶ κυβερνήτας ναύτας τε διπλοῦς εἶχεν, ὅπως αὐτοί μὴ ἀναστρεφόμενοι (melius Suidas μεταστρεφόμενοι) καὶ ἐπιπλέωσι καὶ ἀναχωρῶσι, καὶ τοὺς ἐναντίους ἐν τῷ προσπλῷ καὶ ἐν τῷ ἀπόπλῳ σφῶν σφάλλωσι. Narrat ibi Dio historiam de urbe Byzantio a Severo Imperatore per triennium obsessa, & tandem capta.

9 Ἀριστοφάνης] *Pace* 668. (457. Ed. Bas. P.) ubi sic legitur:

Τὴνδ' ἐμὲ δικροῖς ἐώθουν τὴν Θεὸν κεκράγμασι.

Scholiasta ad eum locum: Δικροῖς. δικεραίοις. ἔδει εἰπεῖν ξύλοις δικεραίοις, τουτέστι διφυέσι. ὁ δὲ εἶπε, δικροῖς κεκρ. &c. Sic & apud Suidam scribendum est.

Δικτατωρεία. ἀρχὴ ἀνυπεύθυνος.

Δικτάτωρ. ὁ διπλασίαν τὴν ἀρχὴν ἔχων. [1] ὃς παρὰ Ῥωμαίοις καὶ δισύπατος καλεῖται. ἀρχὴ δ' ἦν πρόσκαιρος, οὐ διὰ βίου, καὶ ἀνεύθυνος. ἢ ὁ μονάρχης πάντων κρατῶν.

Δικτάτωρ. Ἐπειδὴ [2] Μάλλιος, ἀνὴρ Λατῖνος μὲν γένος, καὶ μέγα παρὰ τοῖς ὁμοφύλοις δυνάμενος, ἀναστήσας πανδημεὶ τὸ Λατίνων γένος, χεῖρά τε μισθοφόρων πολλὴν ἀγείρας, τιμωρεῖν τοῖς κηδεσταῖς ἀτίμως παρωσμένοις ἔξω τῆς δυναστείας, ἡ βουλὴ καταδείσασα τὸ πλῆθος τοῦ πολεμίου νέφους, καινὸν ἡγεμονίας εὑρίσκει γένος, προχειρισαμένη τότε πρῶτον Δικτάτωρα, [3] ὃς καθ' Ἑλλάδα γλῶτταν κληθείη ἂν εἰσηγητὴς τῶν λυσιτελῶν· ὑπερέχων μὲν τῆς τῶν ὑπάτων ἀρχῆς, τοῖς δὲ βασιλεῦσι προσφερέστατος. ἀνυπεύθυνόν τε γὰρ τῶν ὅλων εἶχε τὸ κράτος, καὶ ἰσοτύραννον ἐν τῷ καθεστηκότι χρόνῳ τὴν ἐξουσίαν. [4] τοιγαροῦν Γάϊος Καῖσαρ πρότερος, καὶ μετὰ τοῦτον Αὔγουστος Ὀκτάβιος, ὧν ὕστερον κατὰ τοὺς οἰκείους χρόνους μνημονεύσομεν, ὑπὸ τῷδε ὀνόματι τῆς μοναρχίας ἀντελαμβάνεσθαι διέγνωσαν.

Δικταῖον σπήλαιον.

Δικτυεύς. ὁ ἁλιεύς.

Δίκτυον. καὶ παροιμία· Δικτύῳ ἄνεμον θηρᾷς. ἐπὶ τῶν μάτην καὶ ἀνοήτως τι ποιούντων. καὶ, Δίκτυον φυσᾷς. ἐπὶ τῶν ὁμοίως ἀνοήτων.

Δικτυωτή. καγκελωτή. καὶ δικτυωτός. ὁ πολύπλοκος.

Δίκτυς, ἱστορικός. ἔγραψεν Ἐφημερίδα. [5] ἔστι δὲ Τὰ μεθ' Ὅμηρον καταλογάδην ἐν βιβλίοις θ'. Ἰταλικά. Τρωϊκοῦ διακόσμου. οὗτος ἔγραψε τὰ περὶ τῆς ἁρπαγῆς, καὶ περὶ Μενελάου, καὶ πάσης Ἰλιακῆς ὑποθέσεως.

Δίκτυς. Ἐπὶ Κλαυδίου τῆς Κρήτης ὑπὸ σεισμοῦ καταβληθείσης, καὶ πολλῶν τάφων ἀνεῳχθέντων, εὑρέθη ἐν ἑνὶ τούτων [6] τὸ σύνταγμα τῆς ἱστορίας Δίκτυος, τὸν Τρωϊκὸν περιέχον πόλεμον, ὅπερ λαβὼν Κλαύδιος ἐξέδωκε γράφεσθαι.

Δικῦμα. τὰ διδυμοτόκα πρόβατα.

Δίλημμα. τὸ διττῶς λαμβανόμενον φρόνημα.

Διλήμματον. διχῶς νοούμενον.

Διλιμνῖται. [7]

Δικτατωρεία. Dictatura. Magistratus summus: quo qui fungitur, nemini rationes reddere tenetur.

Δικτάτωρ. Dictator. Geminum habens magistratum: qui apud Romanos etiam Bisconsul appellatur. Magistratus autem ille ad tempus tantum durabat, nec erat perpetuus: & qui eo fungebatur, a rationibus reddendis immunis erat.

Δικτάτωρ. Dictator. Cum Manlius, homo Latinus, & apud suos magnæ auctoritatis, omne Latinum nomen concitasset, & magnam mercenariorum manum coegisset, ut injuriam affinibus suis factam, qui per ignominiam regno pulsi erant, ulcisceretur, Senatus hostium multitudine territus, novum imperii genus excogitat, creato tunc primum Dictatore, quem Græce dicas εἰσηγητὴν τῶν λυσιτ. i. e. suasorem rerum utilium. Hic & Consulibus erat superior, & Regibus simillimus: quippe qui nemini rationes reddere teneretur, & potestatem haberet ad tempus regiæ parem. Quamobrem etiam Cajus Cæsar, & post eum Octavius Augustus, quorum deinceps suis locis mentionem faciemus, sub hoc nomine imperium susceperunt.

Δικταῖον σπήλαιον. Dictæum antrum.

Δικτυεύς. Piscator.

Δίκτυον. Rete piscatorium. Et proverbium: *Reti ventos venaris.* De iis, qui frustra & stulte aliquid faciunt. Et, *Rete inflas.* Itidem de stultis dicitur.

Δικτυωτή. Reticulata. Cancellata. Et δικτυωτός, reticulatus, multos nexus habens.

Δίκτυς. Dictys, Historicus. Scripsit Epheméridē. Item, Rerum, post id tempus gestarum, in quo Homerus desinit, libros novem, oratione prosa. Res Italicas. Ad hæc, opus, quod Τρωϊκὸν Διάκοσμον inscripsit. Præterea, de raptu Helenæ, & Menelao, & omnibus historiæ Trojanæ partibus.

Δίκτυς. Dictys. Cum sub Claudio [Imperatore] Creta terræ motu quassata fuisset, & multis in locis terra discessisset, in sepulcri cujusdam hiatu opus historicum Dictyis de bello Trojano repertum fuit: quod Claudius cum accepisset, describendum curavit.

Δικῦμα. Oves gemelliparæ.

Δίλημμα. Dilemma. Sententia anceps.

Διλήμματον. Quod ancipitem habet sensum.

Διλιμνῖται. Diliminitæ.

1 Ὃς παρὰ Ῥωμαίοις καὶ δισύπατος καλ.] Hæ sunt germanæ nugæ, & merum Græculi cujusdam somnium, qui in historia Romana plane hospes erat.

2 Μάλλιος ἀνὴρ Λατ.] Imo Μαμίλιος, ut ex Livio & Dionysio Halicarnassensi constat.

3 Ὃς καθ' Ἑλλάδα γλῶτταν κλ. ἂν εἰσηγ.] Inepte. Quid enim commune habet hæc interpretatio cum voce *Dictator*?

4 Τοιγαροῦν Γάϊος Καῖσαρ πρ.] Eutropius in *Breviario*: *Nec quicquam similius potest dici, quam Dictatura antiqua huic imperii potestati, quam nunc Tranquillitas vestra habet: maxime cum Augustus quoque Octavianus, de quo postea dicemus, & ante eum Cajus Cæsar sub Dictatura nomine atque honore regnaverint.* Idem plane dicit, quod hic Suidas.

5 Ἔστι δὲ] In codice Vaticano, teste Pearsonio, legitur ἔτι δέ: quod fortasse verum est. Videntur enim Ἐφημερίς, & Τὰ μεθ' Ὅμηρον, opera diversa fuisse.

6 Τὸ σύνταγμα τῆς ἱστορίας Δικτ.] Intelligit ipsam illam historiam belli Trojani, quæ hodie adhuc exstat, & Dictyis nomen mentitur. Nec de alio opere & scriptore accipiendus videtur Eustathius ad Il. Γ. pag. 1192. ubi τὰ τοῦ Δικτυακὰ μελετήματα laudat. Cæterum, fabulam de reperta in Creta insula Dictyis Historia Trojana Joannes Malala quoque pag. 322. his verbis refert. Τῷ δὲ ιγ' ἔτει τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοῦ Κλαυδίου Καίσαρος ἔπαθεν ὑπὸ θεομηνίας ἡ Κρήτη νῆσος πᾶσα. ἐν οἷς χρόνοις εὑρέθη ἐν τῷ μνήματι τοῦ Δίκτυος ἐν κασσιτερίνῳ κιβωτίῳ ἡ Ἔκθεσις τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου, μετὰ ἀληθείας παρ' αὐτοῦ συγγραφεῖσα πᾶσα. Ἔκειτο δὲ πρὸς κεφαλὰς τοῦ λειψάνου τοῦ Δίκτυος. καὶ νομίσαντες τὸ αὐτὸ κιβώτιον θησαυρὸν εἶναι, προσήνεγκαν αὐτὸ τῷ βασιλεῖ Κλαυδίῳ· καὶ ἐκέλευσε μετὰ τὸ ἀνοῖξαι, καὶ γνῶναι, τί ἐστι, μεταχαράξαι αὐτά, καὶ ἐν τῇ δημοσίᾳ βιβλιοθήκῃ ἀποτεθῆναι αὐτά.

7 Διλιμνῖται] Est nomen gentis, de qua vide Agathiam l. III. p. 93.

Διλο-

Διλοχία. δύο λόχοι. καὶ ὁ ἡγούμενος αὐτῶν διλοχίτης.

Διμήτωρ. ὁ Διόνυσος.

Διμίτριος. ὁ ἔχων δύο μίτρας. Δημήτριος δὲ, διὰ τοῦ η, ὄνομα κύριον.

Διμοιρίτης. τοῦτο οὕτω τετρώβολον ἀποδεδώκασιν, ἐπειδὴ τοῦτο διμοιρόν ἐστι τῆς δραχμῆς. ὁ οὖν τοῦτο λαμβάνων στρατιώτης, διμοιρίτης ἐλέγετο. ἔστι δέ τις καὶ στρατιωτικὴ ἀρχὴ, ὡς λοχαγὸς, διὰ τὸ παρ' ἄλλους στρατιώτας δύο μοίρας λαμβάνειν. [1] οἱ δὲ διμοιρίαν καὶ ἡμιλοχίαν ταυτό φασι. καὶ διμοιρίτης, καὶ ἡμιλοχίτης ὁ ἄρχων τῆς διμοιρίας, καὶ τῆς ἡμιλοχίας.

Διδύμοις. οἱ ἐν Διδύμοις τῆς Μιλησίας οἰκοῦντες, Ξέρξῃ χαριζόμενοι, τὸν ναὸν τοῦ ἐπιχωρίου Ἀπόλλωνος τοῖς βαρβάροις προὔδοσαν. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Βραγχίδαι.

Δῖναι. αἱ τῶν ὑδάτων συστροφαί. καὶ δίνης, τῆς συστροφῆς τῶν ὑδάτων.

Δινεύοντες. στρέφοντες.

Δινήεντος. δίνας ἔχοντος. συστροφὰς ὕδατος περιφερεῖς τινας [2] πεποιημένας.

Δινήσας. στρέψας. Ἀρριανός· Δῖναί τε εἰσιν ὅποι ἀτόπως ἐπιστρέφουσαι, ὡς μὴ πρόσθεν ἐμπίπτειν χρῆναι τὴν ἑπομένην τῇ προπλευσάσῃ νηΐ, ἢ τὴν φθάνουσαν τῇ ἄγαν εἰρεσίᾳ ἐκ τῆς δίνης ἐξελαθεῖσαν εἰς εὐθὺ τοῦ πλοῦ καταστῆναι.

Δῖνος. ἡ περιδίνησις ἡ αἰθερία. ἡ συστροφή. [3] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Ἀλλ' αἰθέριος δῖνος. οἱ δὲ, ὅτι κεραμεοῦν ἐστιν ἀγγεῖον. τουτέστι, βαθὺ ποτήριον, ὃ καλεῖται δῖνος. Δῖνόν φησι Ἀριστοφάνης, καὶ τὰς νεφέλας θεάς.

Δινωτήν. περιφερῆ.

Δινωτοῖς. λιθοστρώτοις.

Διό. σύνδεσμος.

Διόβλητος. ὁ ὑπὸ κεραυνοῦ βληθείς. Ὁ δὲ τοῦ τολμήματος ἡγεμὼν διόβλητος γενόμενος, εἶτα κατεπρήσθη.

Διόβλητοι. οὐρανόθεν βαλλόμενοι. Σκηπτοί τε κατελίσθανον καὶ ἐγένοντο διόβλητοι ἅπαντες.

Διογενής. εὐγενέστατος.

Διογενειανὸς, Ἡρακλείας Πόντου, γραμματικὸς, γεγονὼς αὐτὸς ἐπὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως. ἐπισκεπτέον δὲ, μή ποτε ἐστὶν ὁ ἐκ τῆς Ἀλβάκης Ἡρακλείας τῆς ἐν Καρίᾳ ἰατρός. ἦν γὰρ καὶ οὗτος [4] παντοίοις λόγοις. οὐ γὰρ εὗρον ῥητῶς τὸ ἐξ Ἡρακλείας αὐτὸν εἶναι τῆς ἐν Πόντῳ· ἀλλ' οὕτω παρά τισι δεδέχαται. ἔστι δὲ αὐτοῦ βιβλία ταῦτα. [5] Λέξεις παντοδαπαὶ κατὰ στοιχεῖον, ἐν βι-

Διλοχία. Duo manipuli. Et διλοχίτης appellatur eorum dux.

Διμήτωρ. Bimater. Eſt epithetum Bacchi.

Διμίτριος. Qui duas mitras habet. Δημήτριος vero, per η, eſt nomen proprium.

Διμοιρίτης. Sic appellabatur miles, qui tres obolos accipiebat. Illi enim dimidiam partem drachmæ conſtituunt. Διμοιρίτης etiam vocabatur dux quidam ordinum militarium, ut λοχαγός; quod præ cæteris militibus duas [ſtipendii] partes acciperent. Alii vero διμοιρίαν & ἡμιλοχίαν idem eſſe dicunt. Et διμοιρίτης vocatur dux Dimœriæ; ut ἡμιλοχίτης, dux Hemilochiæ.

Διδύμοις. Dindymis. *Qui Dindymis in Mileſia habitabant, Xerxi gratificantes, templum Apollinis, qui iſthic colebatur, Barbaris prodiderunt.* Vide in v. Βραγχίδαι.

Δῖναι. Vortices. Et δίνης. Vorticis.

Δινεύοντες. Verſantes. Contorquentes.

Δινήεντος. Vortices habentis. Aquam in gyrum torquentis.

Δινήσας. Qui contorquet. Arrianus: *Vortices erant rapidiſſimi, ita ut navis, quæ præcedentem ſequebatur, non prius in eos impellenda eſſet, quam altera ſumma remorum vi inde eluctata recto curſu rurſus pergeret.*

Δῖνος. Vortex ætherius. Turbo. Ariſtophanes *Nubibus: Sed vortex ætherius.* Alii dicunt, τὸ δῖνος hic ſignificare vas fictile, ſive poculum profundum. Ariſtophanes vorticem [cœleſtem] & nubes Deas vocat.

Δινωτήν. Tornatam. Rotundam.

Δινωτοῖς. Teſſellatis.

Διό. Conjunctio. Quamobrem.

Διόβλητος. Fulmine ictus. *Facinoris vero illius dux & auctor fulmine ictus poſtea conflagravit.*

Διόβλητοι. De cœlo tacti. Fulmine icti. *Et omnes fulminibus, quæ e cœlo cadebant, percuſſi perierunt.*

Διογενής. Nobiliſſimus. Jove genitus.

Διογενειανός. Diogenianus Heracleota, Ponticus, Grammaticus, qui ſub Adriano vixit. Videndum autem an non forte ſit medicus ille, qui ex Albace Heraclea, urbe Cariæ, oriundus erat. Erat enim omni doctrinæ genere eruditus: neque expreſſe a quoquam traditum reperi, eum eſſe ex Heraclea Ponti, ſed ita nonnulli opinantur. Libri ejus hi

1 Οἱ δὲ διμοιρίαν καὶ ἡμιλ.] Ælianus Tactic. cap. v. Τὰς δὲ δύο ἐνωμοτίας διμοιρίαν ἐκάλεσαν· καὶ τὸν ἡγούμενον αὐτῆς διμοιρίτην. ὅτι τὸ ἡμιλόχιον καὶ διμοιρίαν καλοῦσι· καὶ τὸν ἡμιλοχίτην, διμοιρίτην.

2 Πεποιημένας] Scribe ποιοῦντας. Scholiaſta Homeri ad Il. B. pag. 877. Δινήεντος. Δίνας καὶ συστροφὰς ποιοῦντος ἐν τῷ καταφέρεσθαι.

3 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 148. (82. Ed. Baſ. P.)

4 Παντοίοις λόγοις] Deeſt πεπαιδευμένος, vel ſimile quid: ut Portus etiam monuit.

5 Λέξεις παντοδαπαὶ κατὰ στοιχ.] De hoc opere audiendus eſt Heſychius in Epiſtola ad Eulogium: Διογενιανὸς δέ τις μετὰ τούτους γεγονὼς, ἀνὴρ σπουδαῖος καὶ φιλόκαλος, τά τε προειρημένα βιβλία, καὶ πάσας τὰς σποράδην παρὰ πᾶσι κειμένας λέξεις συναγαγὼν ὁμοῦ πάσας, καθ' ἕκαστον στοιχεῖον συντέθεικε· λέγω δὲ τάς τε Ὁμηρικὰς, καὶ Κωμικὰς, καὶ Τραγικὰς, τάς τε παρὰ τοῖς Ῥήτορσι κειμένας. Lege ibi & ſequentia. Ad hoc opus Diogeniani procul dubio reſpexit Scholiaſta Nicandri ad *Theriaca* pag. 15. ubi inquit: Διογενιανὸς δὲ χλοάοντι,

βλίοις

Digitized by Google

βλίοις ε΄. ἐπιτομὴ δὲ τῶν ἐπὶ τοῦ Παμφίλου λέξεων βιβλίων ε΄ καὶ [1]τετρακοσίων. καὶ τῶν Ζωπυρίωνος ἐπιγραμμάτων Ἀνθολόγιον. Περὶ ποταμῶν, λιμνῶν, κρηνῶν, ὀρῶν, ἀκρωρειῶν. Περὶ [2]ποταμῶν κατὰ στοιχεῖον, ἐπίτομον[3] ἀναγραφήν. Συναγωγὴν καὶ πίνακα τῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ πόλεων. καὶ τὰ λοιπά.

sunt. Omnis generis vocabula ordine alphabetico libris v. exposita. Est autem epitome vocabulorum, quæ Pamphilus & Zopyrion libris ccccv. exposuerant. Florilegium Epigrammatum. De fluminibus, lacubus, fontibus, montibus, & promontoriis. Fluminum brevis recensio secundum ordinem alphabeticum. Collectio & tabula omnium totius terræ urbium: & alia.

Διογένης. ὄνομα φιλοσόφου, ὃ καὶ Κυνός. Ὅτι χρὴ περὶ τῆς ἀνδρείας Διογένους λέγειν, τῆς πρᾳότητος Ξενοκράτους, τῆς Ἀριστοτέλους εὐμουσίας, τῆς Θεοφράστου βαρύτητος, Ζήνωνος αὐστηροῦ καὶ γενναίου τρόπου, Πλάτωνος σεμνότητος, Πολέμωνος ἐγκρατείας. τούτων γὰρ οὐκ ἔστιν ὅστις οὐ πάντα ἀγαθὸς ὤν, διέφερεν ὅμως τοῦ πλησίον κατὰ πολύ. Φέρεται καὶ Ἐπίγραμμα[4] εἰς αὐτόν·

Διόγενες, ἄγε, λέγε, τίς ἔλαβέ σε μόρος
Ἐς ἅιδος; ἔλαβέ με κυνὸς ἄγριον ὀδάξ.

τὸ δὲ Ἐπίγραμμα διὰ βραχέων.

Διογένης. Diogenes. Nomen Philosophi, qui & Canis appellatus fuit. *Oportet dicere de Diogenis fortitudine, de Xenocratis mansuetudine, de Aristotelis varia eruditione, de Theophrasti gravitate, de Zenonis austeris ac virilibus moribus, de Platonis majestate, de Polemonis continentia. Horum enim nemo est, qui quamvis non in omni virtutum genere excelleret, aliis tamen non longe præstaret.* Circumfertur etiam epigramma hoc in Diogenem: *Diogenes, age, dic, quonam correptus fato ad Orcum descendisti? Sævo morsu canis interii.* Epigramma hoc syllabis brevibus constat.

Διογένης, ἢ Οἰνόμαος, Ἀθηναῖος, τραγικός. γέγονεν ἐπὶ τῆς τῶν λ΄ καταλύσεως. δράματα αὐτοῦ, Ἀχιλλεύς, Ἑλένη, Ἡρακλῆς, Θυέστης, Μήδεια, Οἰδίπους, Χρύσιππος, [5]Σεμέλη.

Διογένης. Diogenes, vel Oenomaus, Atheniensis, Tragicus: vixit eo tempore, quo xxx Tyranni sublati fuerunt. Fabulæ ejus sunt, *Achilles, Helena, Hercules, Thyestes, Medea, Oedipus, Chrysippus, Semele.*

Διογένης, Ἱκεσίου υἱός, τραπεζίτου, Σινωπεύς. ὃς φυγὼν τὴν πατρίδα διὰ τὸ παραχάραξαι νόμισμα, ἦλθεν εἰς Ἀθήνας, καὶ Ἀντισθένει παραβαλὼν τῷ Κυνικῷ, ἠράσθη τοῦ ἐκείνου βίου, καὶ τὴν Κυνικὴν φιλοσοφίαν ἠσπάσατο, πολλῆς οὔσης αὐτῷ ὑπεριδὼν οὐσίας. γηραιὸς δὲ ὢν ὑπὸ [6]πειρατοῦ Σκιρτάλου ἐλήφθη, καὶ πραθεὶς ἐν Κορίνθῳ Ξενιάδῃ τινί, παρὰ τῷ πριαμένῳ διέμενεν, οὐχ ἑλόμενος λυθῆναι ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, ἢ τῶν οἰκείων φίλων. ἐπὶ δὲ τῆς [7]ριγ΄ Ὀλυμπιάδος κατέστρεψε τὸν βίον, δηχθεὶς ὑπὸ κυνὸς τὸ σκέλος, καὶ θεραπείας ὑπεριδών, κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν, ὅτε καὶ ὁ Μακεδὼν Ἀλέξανδρος ἐν Βαβυλῶνι ἀπέθανεν.

Διογένης. Diogenes, Hicesii trapezitæ filius, Sinopensis; qui, cum monetam adulterasset, ex patria profugus Athenas venit, & Antisthenem Cynicum sectari cœpit; cujus vivendi rationem cum valde probaret, Cynicam philosophiam amplexus est, magnis opibus, quas habebat, contemptis. Senex vero a Scirtalo pirata captus, & Xeniadæ cuidam Corinthio venditus, apud eum permansit, nec ab Atheniensibus nec ab amicis suis redimi volens. Obiit Olympiade cxiii. cum curationem cruris a cane admorsi neglexisset; eodem die, quo Alexander Babylone obiit.

Διογένης, Ἀντισθένους ὁμιλητής· ὃς πρῶτος Κλέων[8] ἐπεκλήθη. ἐν πίθῳ δὲ διέτριβεν. ἐρομένῳ δὲ αὐτῷ, πῶς ἂν προέλθοιεν, ἐπολιτεύετο γάρ, ὁ Θεὸς ἀνεῖλεν, εἰ παραχαράξειεν. ὁ δὲ τὸ νόμισμα παραχάραξεν· ἐφ᾽ ᾧ φυγὼν, ἦλθεν εἰς Ἀθήνας. ἐντυχὼν δὲ

Διογένης. Diogenes, Antisthenis discipulus, primum Cleon cognominatus, in dolio habitavit. Huic sciscitanti, quo pacto principatum [inter cives suos] consequi posset, (Rempubl. enim gerebat) Deus respondit: Si [numisma] adulteraret. Is igitur mone-

καλῶς αὔξειν καὶ βλαστάνειν. Item auctor Lexici Rhetorici apud Eustathium ad Odyss. E. pag. 1533. Διογενιανὸς οἴακας λέγει, εἰς τὰ πηδάλια ἐπιστρέφουσιν. ἤγουν κανόνας καὶ κρίκους, δι' ὧν ἱμάντες διείρονται. Vide etiam Harpocrationem v. Ἀειστοί, & Suidam ead. v. itemque Etymologum v. Ἀπαλαίστρος, & v. Βρότειον.

1 Τετρακοσίων. καὶ τῶν Ζωπυρ.] Locus hic prava interpunctione laborat, quem Reinesius *Var. Lect.* lib. ii. cap. i. pag. 128. sic distinguendum esse recte monuit: τετρακοσίων, καὶ τῶν Ζωπυρίωνος. Ἐπιγραμμάτων Ἀνθολόγιον. Non enim Zopyrion Epigrammata scripserat, ut priores interpretes putarunt; sed varias λέξεις a litera α usque ad δ digesserat; reliquas κατὰ στοιχεῖον usque ad ω Pamphilus adjecerat, teste Suida infra v. Πάμφιλος. Hujus igitur operis a Zopyrione inchoati, & a Pamphilo absoluti epitomen Diogenianum confecisse, Suidas Lectorem hic docere vult: cujus tamen mens propter pravam interpunctionem a plerisque hactenus intellecta non fuit.

2 Περὶ ποταμῶν] Cum τὸ ποταμῶν jam ante præcesserit, assentior Andreæ Schotto, qui in Præfat. ad Paroemiographos a se editos hic legendum censet παροιμιῶν. Exstat enim adhuc hodie brevis Collectio Proverbiorum, a Diogeniano secundum ordinem alphabeticum digesta: quam ipsam Suidam hic designare voluisse puto. Antequam Diogenianum linquam, moneo Lectorem, Eusebium *de Præpar. Evang.* lib. iv. cap. iii. ex Diogeniano quodam fragmentum contra μαντικῆς; & l. vi. c. viii. ex eodem fragmentum de Fato contra Chrysippum producere: qui Diogenianus an idem sit cum eo, de quo hic Suidas agit, videant eruditi.

3 Ἐπίτομον ἀναγραφήν] Scribendum est in casu recto, ἐπίτομος ἀναγραφή; & deinceps, συναγωγὴ καὶ πίναξ. Præcesserat enim, ἔστι δὲ αὐτοῦ βιβλία ταῦτα.

4 Ἐπίγραμμα] Epigramma hoc in Diogenem legitur etiam apud Diogenem Laertium lib. vi. Segm. lxxix. & supra v. Ἄγε.

5 Σεμέλη] Hujus fabulæ meminit Athenæus.

6 Ὑπὸ πειρατοῦ Σκιρτάλου] Vide Menag. ad Laert. lib. vi. Segm. lxxiv.

7 Ριγ΄ Ὀλυμπ.] Meursius *Lect. Att.* lib. ii. cap. xxii. legendum monet ριδ΄ Ὀλυμπιάδος.

8 Κλέων] Forte Κλύων, inquit Menagius ad Laert. lib. vi. Segm. xx.

Ἀντισθένει

ἀνεῖλεν εἰκῇ τὰ κατὰ δόξης διαλεγομένῳ, ἐφιλοσόφησε. πλέων δὲ ὑπὸ καταποντιστῶν ληφθεὶς, ἐπράθη. κηρυττόμενος δὲ, καὶ ἐρωτώμενος, τί εἰδείη, ἄρχειν ἀνθρώπων, ἔφη. καὶ θεασάμενος Κορίνθιον πλούσιον ἄνθρωπον, καὶ ἄσωτον, τούτῳ με, ἔφη, πώλησον. δεσπότου γὰρ δεῖται. ὁ δὲ ὠνεῖται, καὶ εἰς Κόρινθον ἄγει, καὶ τῶν παίδων ἀποδείκνυσι παιδαγωγόν. ἔλεγε δὲ δαίμονα ἀγαθὸν εἰς τὴν οἰκίαν εἰσεληλυθέναι.

tam adulteravit, eaque de causa ex patria profugus Athenas venit: cumque Antisthenem contra gloriam disserentem forte audivisset, ad philosophiam animum adjunxit. Idem mare navigans a piratis captus & venditus est. Cumque præco eum venalem pronuntiaret, interrogatus, quam artem sciret? Hominibus se imperare nosse respondit. Et Corinthium quendam divitem, qui & prodigus erat, conspicatus, huic, inquit, me vende. Domino enim indiget. Is igitur eum emptum & Corinthum ductum liberorum suorum pædagogum constituit, dixitque, bonum Genium ædes suas ingressum esse.

Διογένης. [1] Ὅτι Διογένης εἶχεν ἐρῶντα παῖδα, καὶ πικρὸς ὢν πατὴρ, οὐ συνεγίνωσκε νέῳ ῥαθυμίαν, ἀλλὰ ἀνείργων αὐτὸν καὶ ἀνατέλλων τοῦ πόθου, μᾶλλον οἱ τὸ πάθος παρώξυνε. καὶ ἦν τοῦ κακοῦ δεινὴ ἐπίτασις. ἐξεῤῥιπίζετο γὰρ ὁ ἔρως, ἐμποδὼν ἱσταμένου τοῦ Διογένους, καὶ ἐς τὴν παροῦσαν νόσον μᾶλλον ἐξήπτετο ὁ νέος. ἧκεν οὖν εἰς Δελφοὺς, ὡς ἑώρα φιλόνεικον ὂν τὸ κακὸν, καὶ δυσανασχετῶν τε ἅμα καὶ περιαλγῶν, ἐρωτᾷ, εἴ οἱ πέπαυται νοσῶν ποτε ὁ παῖς. ὁ δὲ, ὡς εἶδεν οὐ πάνυ φρονήρη γέροντα, οὐδὲ ἐρωτικαῖς συγγνώμονα ἀνάγκαις, λέγει ταῦτα·

Λήξει παῖς σὸς ἔρωτος, ὅταν κούφη νεότητι
Κύπριδος ἱμερόεν καταφλεχθῇ φρένας οἴστρῳ.
Ὀργὴν οὖν πραΰνων ἀμίθεα, μηδ᾽ ἐπιτείνειν
Κωλύων. πράσσεις γὰρ ἐναντία σοῖσι λογισμοῖς.
Ἢν δ᾽ ἐφ᾽ ἡσυχίην ἔλθῃς, λήθην τάχος ἕξεις
Φίλτρων, καὶ νήψας αἰσχρᾶς καταπαύσεται ὁρμῆς.

Ἀκούσας τοίνυν ὁ Διογένης ταῦτα, τὸν μὲν θυμὸν κατεπράϋνεν, ἐλπίδος δὲ ὑπεπλήσθη χρηστῆς, ἔχων τῆς τοῦ παιδὸς σωφροσύνης ἐγγυητὰς ἀξιοχρέως· καὶ ἐν ταυτῷ βελτίων ἐγένετο πατὴρ, ἡμερωθεὶς τε καὶ πραϋνθεὶς τὸν τρόπον. τοῦτό τοι καὶ ὁ τραγικὸς Αἵμων, ὁ τοῦ Σοφοκλέους, ἀπεδείξατο, τῆς Ἀντιγόνης ἐρῶν, καὶ πικρῷ ζυγομαχῶν πατρὶ τῷ Κρέοντι· καὶ γάρ τοι καὶ ἐκεῖνος ὁμοίως ἐλαυνόμενος, ξίφει πρὸς τὸν ἔρωτα καὶ τὸν πατέρα τὴν νόσον διελύσατο.

Διογένης. Diogenes. Hic filium habebat amantem: cumque, ut durus pater, adolescenti minime indulgeret, sed eum identidem coerceret & ab amore revocaret, morbum magis irritavit & auxit. Amor enim quasi flabello incendebatur, obsistente Diogene, & præsentis morbi vis in adolescentis animo vehementius exardescebat. Diogenes igitur, ut vidit malum esse pertinax, Delphos proficiscitur, & indignationis dolorisque plenus interrogat oraculum, an filius suus aliquando desiturus esset hoc morbo laborare. Deus autem, cum parum cordatum senem videret, nec amatoriis aliquid dantem necessitatibus, hæc respondit: *Desinet filius tuus amare, cum levi juventute veneris amabili conflagraverit animus œstro. Iram igitur tempera tristem, neque intende prohibendo. Tuis enim ipse contraria facies cogitationibus. Si vero mitior esse cœperis, celeriter obliviscetur amorum, & resipiscens turpi cessabit a libidine.* His auditis Diogenes iram compressit, & bona spe repletus est, idoneos quippe habens sponsores, filium suum ad bonam frugem rediturum esse: simulque melior evasit pater, moribus mitior & lenior factus. Idem & tragicus Hæmon apud Sophoclem demonstravit, Antigones amore flagrans, & cum duro parente Creonte conflictans. Nam & ille simili modo vexatus, gladio morbum abrupit, ut amoris simul & parentis sævitiam effugeret.

Διογένης, ἢ Διογενιανὸς, Κυζικηνὸς, γραμματικός. ἔγραψε πάτρια [2] Κυζίκου. Περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις [3] σημείων. Περὶ ποιητικῆς. Περὶ στοιχείων.

Διογένης. Diogenes, vel Diogenianus, Cyzicenus, Grammaticus: scripsit Origines Cyzici. De notis librorum. De Poetica. De Elementis.

Διόγνητος. ὄνομα κύριον.

Διόγνητος. Diognetus. Nomen proprium.

Διοδεία. ἡ διέλευσις.

Διοδεία. Transitus.

Διόδωρος μονάζων, ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουλιανοῦ καὶ Οὐάλεντος ἐπισκοπήσας Ταρσοῦ τῆς Κιλικίας. οὗτος ἔγραψεν, ὥς φησι Θεόδωρος Ἀναγνώστης ἐν τῇ Ἐκκλησιαστικῇ Ἱστορίᾳ, διάφορα. εἰσὶ δὲ τάδε. Ἑρμηνείαι εἰς τὴν παλαιὰν πᾶσαν· Γένεσιν, Ἔξοδον, καὶ ἑφεξῆς. καὶ εἰς Ψαλμοὺς καὶ εἰς τὰς δ΄ Βασιλείας. εἰς τὰ ζητούμενα τῶν Παραλειπομένων. εἰς τὰς Παροιμίας. Τίς διαφορὰ [4] θεωρίας καὶ ἀλληγορίας. εἰς

Διόδωρος μονάζων. Diodorus monachus, Juliani & Valentis temporibus vixit, & Tarsi in Cilicia Episcopus fuit. Scripsit varia, ut Theodorus Lector in historia Ecclesiastica tradit. Sunt autem hæc: Interpretationes in totum vetus Testamentum; Genesin, Exodum, & reliqua. In Psalmos. In quatuor libros Regum. In loca difficiliora Paralipomenorum. In Proverbia. Quomodo inter se dif-

1 Ὅτι Διογένης εἶχεν ἐρῶντα π.] Totum hoc fragmentum Kuhnius ad Ælianum refert; sed qui id male cum alio fragmento conjungit, in quo non de Diogene, sed de Dionysio quodam mercatore agitur.

2 Πάτρια Κυζίκου] Hoc opus septem libris constitisse discimus ex Stephano Byzantio v. Βέσβικος.

3 Σημείων] Intellige notas Criticorum, quales erant *obelus, antisigma, diple, ceraunium*, & similes. Confer cum hoc loco, quæ diximus supra v. Ἀρίσταρχος.

4 Θεωρίας] Θεωρία hic significat sensum abstrusiorem & mysticum: cui opponitur τὸ ῥητὸν, sive sensus literalis. Sozomenus *Histor. Eccles.* lib. VIII. cap. 2. de Diodoro nostro: Ὃν ἰσχυ-

τὸν Ἐκκλησιαστήν. εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων. εἰς τοὺς Προφήτας. Χρονικὸν, διορθούμενον τὸ σφάλμα Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου περὶ τῶν χρόνων. εἰς τὰ δ' Εὐαγγέλια. εἰς τὰς Πράξεις τῶν Ἀποστόλων. εἰς τὴν ἐπιστολὴν Ἰωάννου τοῦ Εὐαγγελιστοῦ. Περὶ τοῦ, εἷς Θεὸς ἐν Τριάδι. Κατὰ Μελχισεδεκιτῶν. Κατὰ Ἰουδαίων. Περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως. [1] Περὶ ψυχῆς. Κατὰ διαφόρων περὶ αὐτῆς αἱρέσεων. Πρὸς Γρατιανὸν κεφάλαια. Κατὰ ἀστρονόμων καὶ ἀστρολόγων καὶ εἱμαρμένης. Περὶ σφαίρας, καὶ τῶν ζ' ζωνῶν, καὶ τῆς ἐναντίας τῶν ἀστέρων πορείας· Περὶ τῆς Ἱππάρχου σφαίρας. Περὶ προνοίας. Κατὰ Πλάτωνος περὶ Θεοῦ καὶ Θεῶν. Περὶ φύσεως καὶ ὕλης, ἐν ᾧ, τί τὸ δίκαιόν ἐστι. Περὶ Θεοῦ καὶ ὕλης Ἑλληνικῆς [2] πεπλασμένης. ὅτι αἱ ἀόρατοι φύσεις οὐκ ἐκ τῶν στοιχείων, ἀλλ' ἐκ μηδενὸς μετὰ τῶν στοιχείων ἐδημιουργήθησαν. Πρὸς Εὐφρόνιον φιλόσοφον, κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν. Κατὰ Ἀριστοτέλους περὶ σώματος οὐρανίου. Πῶς θερμὸς ὁ ἥλιος. Κατὰ τῶν λεγόντων ζῶον τὸν οὐρανόν. Περὶ τοῦ, πῶς ἀεὶ μὲν ὁ δημιουργὸς, οὐκ ἀεὶ δὲ τὰ δημιουργήματα. Πῶς τὸ θέλειν καὶ τὸ μὴ θέλειν ἐπὶ Θεοῦ ἀϊδίου ὄντος. Κατὰ Πορφυρίου περὶ ζώων καὶ θυσιῶν.

Διόδωρος, [3] ὁ Οὐαλέριος ἐπικληθεὶς, φιλόσοφος, μαθητὴς Τηλεκλέους, Ἀλεξανδρεὺς, υἱὸς [4] Πολίωνος τοῦ φιλοσόφου, τοῦ γράψαντος τὴν Ἀττικὴν λέξιν· γεγονὼς ἐπὶ τοῦ Καίσαρος Ἀδριανοῦ.

Διόδωρος Σικελιώτης, ἱστορικός. ἔγραψε Βιβλιοθήκην. ἔστι δὲ ἱστορία Ῥωμαϊκή τε καὶ ποικίλη ἐν βιβλίοις μ'. γέγονε δὲ ἐπὶ τῶν χρόνων Αὐγούστου Καίσαρος, καὶ ἐπάνω.

Διόδωρος, καὶ αὐτὸς κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν, Αὐλητρὶς, ὡς Ἀθήναιος ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν Δειπνοσοφιστῶν λέγει. ἐν δὲ τῷ ιβ' φησὶν, ὅτι Ἐπίκληρος, καὶ Πανηγυρισταί.

Δίοδοι. αἱ ὁδοί. ἀπὸ τοῦ διοδεύειν. [5] Ἀριστοφάνης·

Αἱ δὲ γυναῖκες κατὰ τὰς διόδους
Προσπίπτουσαι τοῖς ἀπὸ τοῦ δείπνου,
Τάδε λέξουσι· Δεῦρο παρ' ἡμᾶς·
Ἐνθάδε μεῖραξ ἔσθ' ὡραία.

Διοκαισάρεια, ἡ νῦν λεγομένη Ἀνάζαρβα, πόλις ἐν Κιλικίᾳ. πρότερον δὲ Κύϊνδα ἐλέγετο. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἀνάζαρβα.

Διοκλῆς, Ἀθηναῖος, ἢ Φλιάσιος, ἀρχαῖος κωμικὸς, σύγχρονος Σαννυρίωνι καὶ Φιλυλλίῳ. δράμα-

ferant theoria & allegoria. In Ecclesiasten. In Canticum Canticorum. In Prophetas. Chronicon, in quo errata ab Eusebio Pamphili in chronologia admissa emendantur. In IV Euangelia. In Acta Apostolorum. In Epistolam Joannis Euangelistæ. De eo, quod sit unus Deus in Trinitate. Contra Melchisedecitas. Contra Judæos. De resurrectione mortuorum. De anima. Contra diversas de ea hæreticorum opiniones. Ad Gratianum capita. Contra Astronomos, & Astrologos, & Fatum. De Sphæra, & VII Zonis, & contrario astrorum motu. De Hipparchi sphæra. De providentia. Contra Platonem de Deo & Diis. De natura & materia: in quo opere tractatur de eo, quod justum est. De Deo, & falsa Græcorum materia. Naturas invisibiles non ex elementis, sed una cum elementis ex nihilo factas esse. Ad Euphronium philosophum per interrogationem & responsionem. Contra Aristotelem de corpore cœlesti. Quomodo Sol sit calidus. Contra eos qui cœlum animal esse dicunt. De eo, quomodo opifex quidem semper, opera vero ejus non semper [permaneant.] Quomodo velle & nolle sit in Deo æterno. Contra Porphyrium de animalibus & sacrificiis.

Διόδωρος. Diodorus, cognomento Valerius, Philosophus, Teleclis discipulus, Alexandrinus, filius Polionis Philosophi, qui de vocibus Atticis scripsit. Vixit sub Adriano Cæsare.

Διόδωρος. Diodorus Siculus, Historicus, scripsit *Bibliothecam*, quæ historiam Romanam & variam libris XL complectitur. Vixit sub Imperatore Augusto, & ante illum.

Διόδωρος. Diodorus, Comicus. Hujus comœdiis ab Athenæo lib. X. *Dipnosophistarum* accensetur *Tibicina*: & lib. XII. *Epiclerus* & *Panegyristæ*.

Δίοδοι. Viæ, per quas itur. A διοδεύειν, per aliquem locum ire. Aristophanes: *Fœminæ vero in viis accedentes ad eos, qui a cœna redibunt, hæc dicent: Huc veni: hic enim adolescentula adest formosa.*

Διοκαισάρεια. Diocæsarea, nunc Anazarba dicta, urbs Ciliciæ, quæ ante Cyinda vocabatur. Vide in v. Ἀνάζαρβα.

Διοκλῆς. Diocles, Atheniensis, aut Phliasius, Comicus antiquus, æqualis Sannyrionis &

μένον ἰδίων συγγραμμάτων πολλὰς καταλιπεῖν βίβλους· περὶ δὲ τὸ ῥητὸν τῶν ἱερῶν λόγων τὰς ἐξηγήσεις ποιήσασθαι, τὰς θεωρίας ἀποφεύγοντα. Id est: *Quem accepi multos libros a se scriptos posteris reliquisse, & sacram scripturam ad literam exposuisse, omisso sensu mystico.* Et Socrates lib. VI. cap. III. Διόδωρος δὲ αὐτῶν ὕστερον Ἐπίσκοπος Ταρσοῦ γενόμενος, πολλὰ βιβλία συνέγραψε, ψιλῷ τῷ γράμματι τῶν θείων προσέχων γραφῶν, τὰς θεωρίας αὐτῶν ἐκτρεπόμενος. *Diodorus vero postea ad Episcopatum Tarsi promotus, multos conscripsit libros, simplicem tantum atque obvium scripturarum sensum inquirens, mysticam vero earum interpretationem refugiens.* Θεωρία igitur quid significet, hinc patet. Ab ea differt *allegoria*; quod hæc in inferioribus subsistat, nec in tam sublimi argumento versetur, quam *theoria*: quæ ratio est, quare Diodorus, ut Suidas hic testatur, de differentia *theoriæ* & *allegoriæ* scripserit.

1 *Περὶ ψυχῆς. Κατὰ διαφ.*] Lego, περὶ ψυχῆς, καὶ διαφόρων &c. Κατὰ enim cum καὶ, & vice versa, a librariis sæpe confundi solere, non ignorant, qui in studio Critico vel leviter versati sunt.

2 Πεπλασμένης] Priores Editt. habent πεπλανημένης. Sed magis placet πεπλασμένης, quod in 2 MSS. Paris. reperi.

3 Διόδωρος] De variis Diodoris egit Meursius ad Chalcidium pag. 20. & 21. quem vide. Omisit autem Diodorum Megaricum, cujus mentio exstat apud Eustathium ad Odyss. A. pag. 1397. 34. & Diodorum Aristophanium, quem idem laudat ad Odyss. Δ. pag. 1480. 24. & Athen. lib. IV. pag. 180.

4 Υἱὸς Πολίωνος] Vide infra v. Πολίων.

5 Ἀριστοφάνης] *Ecclesiazusis* pag. 745. (500. Ed. Bas. P.)

τῶν

τα αὐτοῦ, [1] Θάλαττα, Μέλιτται, Ὄνειροι, [2] Βάκχαι, Θυέστης β'. τοῦτον [3] δέ φασιν εὑρεῖν καὶ τὴν ἐν τοῖς ὀξυβάφοις ἁρμονίαν, ἐν ὀστρακίνοις ἀγγείοις, ἅπερ ἔκρουεν ἐν ξυλυφίῳ. τὸ δὲ Θάλαττα ἑταίρας ὄνομά ἐστιν, [4] ὡς Ἀθήναιός φησιν.

Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς, βασιλεῖς Ῥωμαίων. Ἐπὶ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ διωγμὸς κατὰ Χριστιανῶν ἐκινήθη φρικωδέστατος. προσέταξαν γὰρ κατὰ χώραν καὶ πόλιν τὰς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας καταστρέφεσθαι, καὶ τὰς θείας αὐτῶν γραφὰς κατακαίεσθαι. τοὺς δὲ Χριστιανοὺς εὑρισκομένους ἀναγκάζεσθαι θύειν τοῖς δαίμοσιν. ἡττηθέντες δὲ τῷ πλήθει τῶν ἀναιρουμένων Χριστιανῶν, ἐξέθεντο δόγμα, ὥστε τοὺς εὑρισκομένους Χριστιανοὺς ἐξορύττεσθαι τὸν δεξιὸν ὀφθαλμόν· οὐ μόνον διὰ τὸ ὀδυνηρὸν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ἄτιμόν τε καὶ πρόδηλον, καὶ τῆς τῶν Ῥωμαίων πολιτείας ἀλλότριον· οὓς ἡ θεία δίκη ἐνδίκως μετελθοῦσα, δικαίως ἐξέκοψε. καὶ ὁ μὲν ἐσφάγη ὑπὸ τῆς συγκλήτου· ὁ δὲ ἀπήγξατο. Οὗτος ὁ ἄνους καὶ μισόχριστος [5] μήνιμι καὶ ὀργῇ τῇ περὶ τὴν ἀρχὴν νεωτερισθεῖσαν περὶ τὴν Αἴγυπτον, οὐ μετρίως οὐδὲ ἡμέρως τῷ κρατεῖν ἀπεχρήσατο, ἀλλὰ προγραφαῖς τε καὶ φόνοις τῶν ἐπισήμων μιαίνων ἐπῆλθε τὴν Αἴγυπτον. ὅτε δὴ καὶ τὰ περὶ [6] χυμείας ἀργύρου καὶ χρυσοῦ τοῖς παλαιοῖς αὐτῶν γεγραμμένα βιβλία διερευνησάμενος ἔκαυσε, πρὸς τὸ μηκέτι πλοῦτον Αἰγυπτίοις ἐκ τῆς τοιαύτης περιγίνεσθαι τέχνης, μηδὲ χρημάτων αὐτοὺς θαρροῦντας περιουσίᾳ, τοῦ λοιποῦ Ῥωμαίοις ἀνταίρειν. ἦν δὲ τὸ ἦθος ποικίλος τις καὶ πανοῦργος· τῷ δὲ λίαν συνετῷ καὶ ὀξεῖ τῆς γνώμης ἐπεκάλυπτε πολλάκις τὰ τῆς οἰκείας φύσεως ἐλαττώματα, πᾶσαν σκληρὰν πρᾶξιν ἑτέροις ἀνατιθείς. ἐπιμελὴς δὴ ὅμως καὶ ταχὺς ἐν ταῖς τῶν πρακτέων ἐπιβολαῖς. καὶ πολλὰ τῶν τῆς βασιλικῆς θεραπείας ἐπὶ τὸ αὐθαδέστερον παρὰ τὰ καθεστηκότα Ῥωμαίοις πάτρια μετεσκεύασεν. † Ὅτι Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς τὴν βασιλείαν ἀφέντες, τὸν ἰδιώτην μετῆλθον βίον. καὶ ὁ μὲν ἐς Σαλῶνας, πόλιν Ἰλλυρικήν· ὁ δὲ ἐς τὴν Λευκανῶν ἀφίκετο. καὶ ὁ μὲν Μαξιμιανὸς πόθῳ τῆς ἀρχῆς ἐς μεταμέλειαν ἦλθε. Διοκλητιανὸς δὲ ἐν ἡσυχίᾳ κατεγήρασεν ἔτεσι τρισὶν, ὑπερβάλλουσαν ἀρετὴν ἐνδειξάμενος· τῆς δὲ Ἑλληνικῆς θρησκείας οὐδ' ὅλως ἀποστάς.

Διακωχή. ἀνακωχὴ λέγεται. Ἐν μάχαις ποιν αὐτοὺς νικήσας, καὶ διακωχὴν αἰτήσασιν, ἔδωκε.

Διολισθαίνω. καὶ διολισθεῖν, ἐκφυγεῖν. [7] Ὥστε τοὺς χρήστας διολισθεῖν. τουτέστι, τοὺς δανειστὰς ἐκφυγεῖν.

Philyllii. Fabulæ ejus sunt, *Thalatta. Apes, Somnia, Bacchæ, Thyestes secundus.* Hunc ajunt invenisse harmoniam quandam musicam, ex sono acetabulorum & vasorum fictilium constantem, quæ bacillo percutiebat. Thalatta autem meretricis erat nomen, ut ait Athenæus.

Διοκλητιανός. Diocletianus, & Maximianus, Imperatores Romanorum. Sub Diocletiano, & Maximiano ipsius genero, atrocissima persecutio contra Christianos exorta est. Jusserunt enim in singulis provinciis & urbibus Christi Ecclesias everti, & divinas earum scripturas comburi, & omnes Christianos, quotquot invenirentur, cogi, ut dæmonibus immolarent. Sed victi multitudine Christianorum, qui occidebantur, decretum promulgarunt, ut omnibus Christianis, quotquot invenirentur, dexter oculus effoderetur; idque non solum propter dolorem, sed etiam manifestam ignominiam, & [modum supplicii] a moribus Romanorum abhorrentem. Sed hos vindicta divina non sivit impunitos, sed merito perdidit. Alter enim a Senatu jugulatus est: alter vero se ipse suspendit. † Hic [Diocletianus] amens & Christi inimicus, infensus Ægyptiis ob tumultum, quem concitaverant, victoria acerbe usus est, totamque Ægyptum gravibus proscriptionibus cædibusque fœdavit. Sed & libros a veteribus Ægyptiis de Chemia auri & argenti conscriptos cum perquisivisset, igni tradidit, ne ex hujusmodi arte opes, & ex opibus fiducia atque animus ad rebellandum posthac suppeterent Ægyptiis. Erat porro Diocletianus versutus & callidus, sed qui sagacitate ac subtilitate ingenii naturæ vitia velaret, in alios culpam semper conferens, si crudelius quoddam facinus admisisset. Idem tamen diligentissimus fuit & solertissimus, & imperialem habitum ac cultum primus ad insolentiorem formam præter Romanam consuetudinem mutavit. † Diocletianus & Maximianus, cum imperio se abdicassent, privatam vitam egerunt: quorum ille Salonas urbem Illyrii se contulit; hic vero in Lucanos abiit. Et Maximianum quidem & desiderium imperii & pœnitentia facti subiit. Diocletianus vero tranquille consenuit, & per triennium eximiæ virtutis specimina dedit: quamvis ethnicæ religionis cultor strenuus semper permanserit.

Διακωχή. Induciæ. *Cum ipsos in aliquot prœliis vicisset, inducias, quas petierunt, iis dedit.*

Διολισθαίνω. Elabor. Effugio. Et διολισθεῖν. Elabi. Effugere. *Ut creditores effugiam.*

1 Θάλαττα] Hujus fabulæ meminit Athenæus: ut & sequentis Μέλιτται.

2 Βάκχαι] Hæc fabula laudatur a Suida infra v. Κακὰ κακῶς.

3 Τοῦτον δὲ φασιν εὑρεῖν καὶ τὴν ἐν τοῖς ὀξυβ.] Vide de hoc loco Casaubonum ad Athenæum lib. v. cap. iv.

4 Ὡς Ἀθήναιός φησιν] Lib. xiii. pag. 567.

5 Μήνιμι καὶ ὀργῇ τῇ περὶ τὴν ἀρχ.——πάτρια μετεσκεύασεν] Hæc omnia αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Joannem Antiochenum in Collectaneis Constantini a Valesio editis, pag. 834. unde Suidas ea descripsit.

6 Χυμείας] Lege potius Χημείας, ut apud Joannem Antiochenum. Vide etiam infra v. Χημεία. ubi locus hic repetitur.

7 Ὥστε τοὺς χρήστας διολισθεῖν] Aristophanes *Ranis* 152. ubi vide Scholiastam, cujus interpretationem Suidas more suo hic secutus est.

Διολκή.

Διόμεια.[1] δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς ἀπὸ Διόμου ἐρωμένου τοῦ Ἡρακλέους. Ἀριστοφάνης·

---Ἐφρόντισα,

Ὁπόθ' Ἡράκλεια τὰ 'ν Διομείοις γίνεται.

τὸ δὲ Ἡράκλειον, ἱερὸν Ἡρακλέους. καὶ [2] διομειαλαζόνας λέγει, ἀπὸ Διομείων τοῦ δήμου· ὃς ὠνόμασται οὕτως ἀπό τινος Διόμου.

Διομήδεια. ἡ νῆσος.

Διομήδειον ἔπος. τὸ τοῦ Διομήδους.

Διομήδειος [3] ἀνάγκη. παροιμία· ἀπὸ τοῦ Τυδέως, ἢ ἀπὸ τοῦ Θρακός· ὃς ἠνάγκαζε τοὺς ξένους αἰσχραῖς οὔσαις ταῖς θυγατράσιν αὐτοῦ μίγνυσθαι, (ἃς καὶ ἵππους ἀλληγορεῖ) εἶτα ἀνῄρει. οἱ δὲ, ὅτι Διομήδης καὶ Ὀδυσσεὺς τὸ Παλλάδιον κλέψαντες, νυκτὸς ἐπανῄεσαν. ἑπόμενος δὲ Ὀδυσσεὺς τὸν Διομήδην ἐβουλήθη ἀποκτεῖναι. ἐν τῇ σελήνῃ δὲ ἰδὼν τὴν σκιὰν τοῦ ξίφους ὁ Διομήδης, δείσας, τὸν Ὀδυσσέα ἐποίησε προάγειν, παίων αὐτοῦ τῷ ξίφει τὸ μετάφρενον. τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν κατ' ἀνάγκην τι πραττόντων. διὰ τοῦτο λέγεται, ὅτι ἵππους ἀνθρωποφάγους εἶχεν ὁ Διομήδης. † Διομήδης εἰς τὸν ἀπόπλουν χαλασθεὶς εἰς τὰ ἴδια, οὐκ ἐδέχθη· ἀλλὰ διωχθεὶς ἀπῆλθεν εἰς Καλαβρίαν, καὶ κτίζει πόλιν, ἣν ἐκάλεσεν Ἀργυρίππην, τὴν μετονομασθεῖσαν Βενεβέντον.

Διόμνυται. ὀμνύει.

Δῖον. ἔνδοξον.

Διονύσια. ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις. καὶ [4] παροιμία· Ἐξ αὐτοῦ σχεδὸν τοσοῦτον, ὅσον ἐκ Διονυσίων. ἔθος ἦν Ἀττικοῖς λέγειν τὰ ἔτη καὶ τὸν ὑπερπίπτοντα ἀριθμὸν ἀπὸ τῶν Διονυσίων. Καὶ αὖθις·

——————[5] Ὦ Διονύσια·

Αὗται μὲν ὄζουσ' ἀμβροσίας καὶ νέκταρος.

εἴρηται ἐπὶ τῶν ἀποδοχῆς ἀξίων. προσδοκῶν εἰρήνης οὔσης τῶν Διονυσίων τὴν πανήγυριν ἔσεσθαι. ἀντὶ τοῦ ἥδισται· ἄξιαι τῶν Διονυσίων. Διονύσια οὖν ἑορτὴ Διονύσου, ἣν ἦγον Ναυπάκτιοι.

Διονύσιος, ὁ Ἀρεοπαγίτης, Ἐπίσκοπος Ἀθηνῶν, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, καὶ τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας εἰς ἄκρον ἐληλακώς· ἀκουστὴς Παύλου, πρὸς τὴν τοῦ Χριστιανισμοῦ θρησκείαν, καὶ ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθεὶς εἰς αὐτὰς Ἀθήνας Ἐπίσκοπος. Οὗτος ὁ Ἀρεοπαγίτης κατὰ τὴν ἀρχὴν Τιβερίου Καίσαρος ἀπῆρεν εἰς Αἴγυπτον, τοῖς ἐκεῖσε σοφοῖς ὁμιλήσων. συνῆν δὲ αὐτῷ καὶ Ἀπολλοφάνης ὁ σοφιστὴς, οὗ Πολέμων ὁ Λαοδικεὺς

Διολκή. Distractio.

Διόμεια, Diomea, populus tribus Ægeidis, a Diomo Herculis amasio sic dictus. Aristophanes: *Cogitabam, quando festum Herculis apud Diomenses celebraretur.* Ἡράκλειον vero est festum Herculis. [Idem Aristophanes] διομειαλαζόνας vocat [homines jactabundos & gloriosos:] a Διόμεια, quod est nomen populi Attici, a Diomo quodam sic appellati.

Διομήδεια. Diomedia, insula.

Διομήδειον ἔπος. Diomedis verbum.

Διομήδειος ἀνάγκη. Diomedea necessitas. Proverbium, [ductum vel a Diomede] filio Tydei, vel a [Diomede] Thrace; qui hospites, postquam eos cum filiabus suis deformibus, quæ allegorice equæ vocabantur, concumbere coegisset, occidebat. Alii vero dicunt, cum Ulysses & Diomedes noctu furati Palladium [in castra] redirent, Ulyssem pone sequentem stricto gladio interficere voluisse Diomedem: qui conspecta ad Lunam ensis umbra territus, Ulyssem præcedere coegerit, ense tergum ejus verberans. Proverbium autem hoc dicitur de illis, qui necessitate coacti aliquid faciunt. Hinc orta est fabula, Diomedem habuisse equos, qui homines devorarent. † Diomedes [ab Ilio] domum reversus, a suis receptus non fuit: sed ab iis expulsus in Calabriam abiit; ubi Argyrippam condidit, postea Beneventum vocatam.

Διόμνυται. Jurat.

Δῖον. [Divinum.] Illustrem. Clarum.

Διονύσια. Dionysia. Festum apud Athenienses. Et proverbium: *Ex eo fere tantum [effluxit temporis,] quantum a Dionysiis.* Mos enim erat Atticis, annos & dies excedentes a Dionysiis numerare. Et iterum: *O Dionysia! Hæc quidem [fœdera] ambrosiam & nectar redolent.* Dicitur de rebus vehementer expetendis. Sperans, si pax esset, spectacula Dionysiis celebratum iri. Vel, [fœdera] jucundissima, & Dionysiis digna. Dionysia igitur festum erat Bacchi, quod Naupactii celebrabant.

Διονύσιος. Dionysius Areopagita, Episcopus Athenarum, vir celeberrimus, & doctrinæ Græcorum longe peritissimus, cum Paulo audito ad religionem Christianam conversus esset, ab eo Athenarum Episcopus constitutus est. Hic Areopagita imperante Tiberio in Ægyptum abiit, ut cum sapientibus illius regionis colloqueretur: eratque cum eo Apollophanes Sophista, quem Polemo

1 Διόμεια. δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φ.] Ex Enarratore Comici ad *Ranas* pag. 243. (156. Ed. Bas. P.) Confer etiam Harpocrationem v. Ἐν Διομείοις Ἡρ. & Meursium in *Græc. Fer.* v. Ἡράκλεια.

2 Διομειαλαζόνας] Vox hæc legitur apud Aristophanem *Acharnensibus* pag. 399. (285. Ed. Bas. P.) ad quem locum Suidas respexit. Etymologus: Διομειαλαζόνας τοὺς ὑπερηφάνους εἶπεν Ἀριστοφάνης. ἀπὸ τῶν Διομείων, πάγου τῆς Ἀττικῆς, ὅπου ἠλαζονεύοντο οἱ ἐκεῖ οἰκοῦντες. Hæc Suidam egregie illustrant.

3 Διομήδειος ἀνάγκη] Meminit hujus proverbii Aristophanes *Ecclesiaz.* pag. 754.

Καὶ ταῦτ' ἀνάγκη μοὐστὶ Διομήδεια γ.

Scholiasta ad eum locum: Διομήδεια. Ὅτι Διομήδης ὁ Θρᾷξ πόρνας ἔχων θυγατέρας, τοὺς παριόντας ξένους ἠνάγκαζεν αὐταῖς συνεῖναι, ἕως οὐ κόρον σχῶσι, καὶ ἀναλωθῶσιν οἱ ἄνδρες. ὡς καὶ ὁ μῦθος ἵππους ἀνθρωποφάγους εἶχεν.

4 Καὶ παροιμία· Ἐξ αὐτοῦ χ.] Vide Henr. Steph. in Animadvers. ad Adag. Erasmi, pag. 29. & Paul. Leopardum *Emendat.* lib. XII. cap. ult.

5 Ὦ Διονύσια. αὗται μὲν ὄζ.] Fragmentum hoc legitur apud Aristophanem *Acharnens.* pag. 380. (269. Ed. Bas. P.)

οἱ

ἐν Σμύρνῃ διήκουσεν, ὁ διδάσκαλος Ἀριστείδου. κατὰ γοῦν τὸν καιρὸν τοῦ σωτηρίου πάθους [1] ἄμφω ἦσαν ἐν Ἡλίου πόλει τῇ ἐν Αἰγύπτῳ. καὶ δὴ τῆς ἡλιακῆς ἐκλείψεως οὐ κατὰ φύσιν γεγενημένης· οὐ γὰρ ἦν συνόδου καιρός· ἀλλὰ παραδόξως τῷ ἡλίῳ τῆς σελήνης συμπεσούσης, καὶ ἀπὸ τῆς ἕκτης ὥρας ἄχρι τῆς ἑσπέρας εἰς τὸ τοῦ ἡλίου διάμετρον ὑπερφυῶς ἀντικαταστάσης. ἦν γὰρ ἡ ἔμπλασις αὐτῆς ἐξ ἀνατολῶν ἀρξαμένη, καὶ μέχρι τοῦ ἡλιακοῦ πέρατος ἐλθοῦσα, εἶτα ἀναποδίσασα· καὶ αὖθις οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἡ ἔμπλασις καὶ ἡ ἀνακάθαρσις, ἀλλ' ἐκ τοῦ κατὰ διάμετρον ἐναντίου γεγενημένη· ἃ οὐκ ἔξεστιν ἄλλως γενέσθαι, εἰ μὴ ὁρισμῷ καὶ οἰκονομίᾳ μόνου τοῦ παντοδυνάμου. τούτων τῶν ὑπερφυῶν οὕτω τότε καινουργηθέντων, ἔφη ὁ σοφιστὴς Ἀπολλοφάνης, ὥσπερ προφητευσάμενος· Ὦ καλὲ Διονύσιε· ἀμοιβαὶ θείων πραγμάτων. ὁ αὐτὸς Διονύσιος ἔφη· Ἢ τὸ θεῖον πάσχει, ἢ τῷ πάσχοντι συμπάσχει. ἔγραψε δὲ ὁ αὐτὸς τάδε· Πρὸς Τιμόθεον Ἐπίσκοπον Ἐφέσου, καὶ αὐτὸν μαθητὴν Παύλου, περὶ θείων ὀνομάτων [2] βιβλία ιβ'. περὶ ἡνωμένης καὶ διακεκριμένης θεολογίας. περὶ τοῦ, τίς ἡ τῆς εὐχῆς δύναμις. περὶ τοῦ μακαρίου Ἱεροθέου. περὶ εὐλαβείας καὶ συγγραφῆς θεολογικῆς. περὶ ἀγαθοῦ, φωτὸς, καλοῦ, ἔρωτος, ἐκστάσεως, ζήλου· καὶ ὅτι τὸ κακὸν οὔτε ὂν, οὔτε ἐξ ὄντων. περὶ τοῦ ὄντος. περὶ ζωῆς. περὶ σοφίας, νοῦ, λόγου, ἀληθείας, πίστεως. περὶ δυνάμεως, δικαιοσύνης, σωτηρίας, ἀπολυτρώσεως. περὶ μεγάλου καὶ μικροῦ, ταυτοῦ, ἑτέρου, ὁμοίου, ἀνομοίου, στάσεως, κινήσεως, ἰσότητος. περὶ παντοκράτορος, παλαιοῦ ἡμερῶν. περὶ αἰῶνος, καὶ χρόνου. περὶ εἰρήνης. περὶ ἁγίου ἁγίων, βασιλέως βασιλέων, Κυρίου Κυρίων, Θεοῦ Θεῶν. Περὶ ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας. Περὶ τῆς οὐρανίου ἱεραρχίας. Περὶ μυστικῆς θεολογίας. Περὶ τῶν οὐρανίων ταγμάτων, καὶ ὅσα τῷ ἀριθμῷ. Οὗτος πλήρης ἡμερῶν γεγονὼς, τῷ τοῦ πνεύματος μαρτυρίῳ τελευτᾷ ἐπὶ Τραϊανοῦ Καίσαρος, ὅτε καὶ ὁ θεοφόρος Ἰγνάτιος. Οὗτος, ἡνίκα ἐν τῷ καιρῷ τοῦ σωτηρίου πάθους μεσούσης ἡμέρας ὁ ἥλιος ἐκρύπτετο, ἔφη· Ἄγνωστος πάσχει Θεὸς, δι' ὃν τὸ πᾶν ἐζόφωται καὶ σεσάλευται. ὃ καὶ ἐτεκμηριώσατο, σημειωσάμενος τὸν καιρόν.

Laodicensis, magister Aristidis, Smyrnæ audivit. Hi igitur tempore passionis Dominicæ ambo erant Heliopoli in Ægypto: quo tempore defectus Solis præter naturam accidit. Non enim tunc erat interlunium, sed luna mira quadam ratione cum sole coiens, ab hora sexta usque ad vesperam contra naturæ leges diametro ejus opposita stabat. Ab oriente autem in Solem primum incidens, totum ejus orbem pervadebat, & deinde regrediebatur: nec ab eadem parte Sol & obscurari & lucem recipere incipiebat, sed locis e diametro oppositis; quod profecto fieri non potest, nisi jubente & moderante illo, qui solus est omnipotens. Cum hæc igitur miracula præter solitum naturæ ordinem acciderent, Apollophanes Sophista velut vaticinans dixit: *O bone Dionysi! vices sunt rerum divinarum.* Idem Dionysius dixit: *Vel Deus patitur: vel patientis vicem dolet.* Scripta ejus hæc sunt: Ad Timotheum Episcopum Ephesi, qui & ipse Pauli discipulus erat, De divinis nominibus libri XII. [quorum argumenta hæc sunt:] De conjuncta & distincta Theologia. De viribus orationis. De beato Hierotheo. De religione & verecundia, qua libri Theologici scribendi sint. De Bono, Lumine, Pulchro, Amore, Ecstasi, Zelo; & quod malum neque ens sit, neque ex entibus. De eo, quod est. De Vita. De Sapientia, Mente, Ratione, Veritate, Fide. De potentia, Justitia, Salute, redemptione. De Magno & Parvo, Eodem, Alio, Simili, Dissimili, Quiete, Motu, Paritate. De Omnipotente, & Antiquo dierum. De Ævo & Tempore. De Pace. De Sancto Sanctorum, Rege Regum, Domino Dominorum, Deo Deorum. De Ecclesiastica Hierarchia. De cœlesti Hierarchia. De Mystica Theologia. De ordinibus cœlestibus, eorumque numero. Hic plenus dierum Spiritus S. martyrio consummatus est sub Trajano Imperatore: quo tempore & divinus Ignatius [martyrii coronam adeptus est.] Hic, cum tempore passionis Dominicæ Sol ipso meridie deficeret, dixit: *Ignotus Deus patitur, propter quem Universum hoc obscuratum & concussum est:* id quod [vere] tunc conjecit, observato [Solaris defectus] tempore.

Διονύσιος [3] Ἁλικαρνασσεὺς, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ Καίσαρος, σοφιστὴς, καὶ Μουσικὸς κληθεὶς, διὰ τὸ πλεῖστον ἀσκηθῆναι τὰ τῆς μουσικῆς. ἔγραψε δὲ ῥυθμικῶν ὑπομνημάτων βιβλία κδ'. Μουσικῆς ἱστορίας βιβλία λϛ'. ἐν δὲ τούτοις αὐλητῶν, καὶ κιθαρῳδῶν, καὶ ποιητικῶν παντοίων μέμνηται. Μουσικῆς παιδείας, ἢ διατριβῶν, βιβλία κβ'. Τίνα μουσικῶς εἴρηται ἐν τῇ Πλάτωνος Πολιτείᾳ, βιβλία ε'.

Διονύσιος Ἁλικαρνασσεύς. Dionysius Halicarnasseus, qui vixit sub Hadriano Imperatore, Sophista, cognominatus *Musicus*, quod in arte musica valde exercitatus esset. Scripsit commentariorum Rhythmicorum libros XXIV. in quibus tibicinum & citharœdorum & poetarum omnis generis mentionem facit. Doctrinæ Musicæ, sive Diatribarum libros XXII. De iis, quæ in Republica Platonis musice dicta sunt, libros V.

1 Ἄμφω ἦσαν ἐν ἡλίου πόλει τῇ ἐν Αἰγ.——ἐναντίου γεγενημένη] Hæc leguntur apud Michaelem Syncellum in Encomio S. Dionysii, pag. 214. 215. unde Suidas ea descripsit.

2 Βιβλία ιβ'] Capita pro libris hic accepit Suidas. Opus enim Dionysii Areopagitæ *de Divinis Nominibus*, quod & hodie exstat, non quidem XII, sed XIII capitibus constat; quorum argumenta Suidas hic recenset: omisso tamen argumento capitis ultimi, quod est περὶ τελείου καὶ ἑνός.

3 Διονύσιος] De variis Dionysiis vide Meursium in peculiari libello, quem de hoc argumento conscripsit: & Jonsium *de Script. Hist. Phil.* lib. III. cap. VIII. ubi LIV hujus nominis scriptores recenset. Cæterū, hic articulus, & qui proxime sequitur, deest in Edit. Mediol.



Digitized by Google

Διονύσιος [1] Ἀλεξανδρεύς, Θρᾷξ δὲ ἀπὸ τοῦ πατρὸς Τήρου, Τῆρος τοὔνομα κληθεὶς, Ἀριστάρχου μαθητὴς, γραμματικός. ὃς ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Πομπηΐου τοῦ μεγάλου, καὶ ἐξηγήσατο Τυραννίωνι τοῦ προτέρου. συνέταξε δὲ πλεῖστα γραμματικά τε, καὶ συνταγματικὰ, καὶ ὑπομνήματα.

Διονύσιος Ἀλεξανδρεύς, ὁ Γλαύκου υἱὸς, γραμματικός· ὅς τις ἀπὸ Νέρωνος συνῆν, καὶ τοῖς μέχρι Τραϊανοῦ, καὶ τῶν βιβλιοθηκῶν προέστη, καὶ τῶν ἐπιστολῶν καὶ πρεσβειῶν ἐγένετο, καὶ ἀποκριμάτων. ἦν δὲ καὶ διδάσκαλος Παρθενίου τοῦ γραμματικοῦ· μαθητὴς δὲ Χαιρήμονος τοῦ φιλοσόφου· ὃν καὶ διεδέξατο ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.

Διονύσιος [2] ὁ Ἀρεωπαγίτης, Ἐπίσκοπος Ἀθηνῶν, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, καὶ τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας εἰς ἄκρον ἐληλακὼς, ἀκουστὴς Παύλου, πρὸς τὴν τοῦ Χριστιανισμοῦ θρησκείαν, καὶ ὑπ' αὐτοῦ καταστα-θεὶς εἰς αὐτὰς τὰς Ἀθήνας Ἐπίσκοπος. πρὸς δὲ τὴν πάτριον τῶν Ἑλληνικῶν μαθημάτων ἄσκησιν πάντων προύχειν ἐδόκει. ἑκάστης γὰρ ὡς εἰπεῖν αἱρέσεως, τῆς ὑπ' αὐτῶν πρεσβευομένης, ἐν πολλῇ καθειστήκει τῇ πείρᾳ. οὗτος ἤκουσε Παύλου δημηγοροῦντος ἐν Ἀθήναις, καὶ τὸν Χριστὸν καὶ τὴν ἀνάστασιν μετὰ παῤῥησίας τοῖς Ἕλλησιν εὐαγγελιζομένου. καὶ πιστεύσας τῷ Παύλου κηρύγματι, ὑπ' αὐτοῦ καὶ τῆς πόλεως ἐπισκοπεῖν τάττεται. κατὰ γοῦν τὴν ἀρχὴν Τιβερίου Καίσαρος, ὅτε δὴ καὶ τὴν ἡλικίαν ἤκμαζεν, ἀπῆρεν εἰς Αἴγυπτον, τοῖς ἐκεῖσε σοφοῖς ὁμιλῆσαι γλιχόμενος. συνῆν δὲ αὐτῷ καὶ Ἀπολλοφάνης ἐκεῖνος ὁ σοφιστὴς, οὗ Πολέμων ὁ Λαοδικεὺς ἐν Σμύρνῃ διήκουσεν, ὁ διδάσκαλος Ἀριστείδου. κατὰ γοῦν τὸν καιρὸν τοῦ σωτηρίου πάθους τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, ἄμφω ἤστην ἐν Ἡλιουπόλει τῇ ἐν Αἰγύπτῳ. καὶ δὴ τῆς ἡλιακῆς ἐκλείψεως οὐ κατὰ φύσιν γεγενημένης, οὐ γὰρ ἦν συνόδου καιρὸς, εἰπεῖν λέγεται πρὸς τὸν μακάριον Διονύσιον τὸν σοφιστὴν Ἀπολλοφάνην ταῦτα· Ὦ καλὲ Διονύσιε· ἀμοιβαὶ θείων πραγμάτων. Μνημονεύει δὲ τούτων ὁ αὐτὸς Διονύσιος [3] ἐν τῇ πρὸς Πολύκαρπον τὸν μέγαν ἐπιστολῇ, τὸν Σμύρνης Ἐπίσκοπον. ἦν γὰρ ὁ Ἀπολλοφάνης τῷ Διονυσίῳ τοῦ Χριστιανισμοῦ ἕνεκα διαλοιδορούμενος, καί φησι· Σὺ δὲ φὴς λοιδορεῖσθαί μοι τὸν σοφιστὴν Ἀπολλοφάνην, καὶ πατραλοίαν ἀποκαλεῖν, ὡς τοῖς Ἑλλήνων ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας οὐχ ὁσίως χρωμένῳ. καί τοι πρὸς αὐτὸν ἡμᾶς ἦν ἀληθέστερον εἰπεῖν, ὡς Ἕλληνες τοῖς θείοις οὐχ ὁσίως ἐπὶ τὰ θεῖα χρῶνται, διὰ τῆς σοφίας τοῦ Θεοῦ τὸ θεῖον ἐκβάλλειν πειρώμενοι σέβας. Καὶ μετὰ μικρόν· Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς Ἀπολλοφάνης οὐχ ὁσίως τοῖς θείοις ἐπὶ τὰ θεῖα χρῆται. τῇ γὰρ τῶν ὄντων γνώσει καλῶς λεγομένῃ πρὸς αὐ-

Διονύσιος Ἀλεξανδρεύς. Dionysius Alexandrinus, (Thrax vero a patre Tero) Terus cognominatus, Aristarchi discipulus, Grammaticus: qui Romæ docuit Pompeji M. tempore, & Tyrannionis prioris magister fuit. Plurima scripsit Grammatica, & Syntagmatica: itemque Commentarios.

Διονύσιος Ἀλ. Dionysius Alexandrinus, Glauci F. Grammaticus, qui tempore Neronis & sequentium Imperatorum usque ad Trajanum vixit, & Bibliothecis præfuit, & ab epistolis, responsis, legationibusque fuit. Idem etiam Parthenii Grammatici magister fuit; discipulus vero Chæremonis Philosophi: cui etiam Alexandriæ successit.

Διονύσιος. Dionysius Areopagita, Athenarum Episcopus, vir clarissimus, ad summum Græcæ disciplinæ fastigium provectus, auditor Pauli, ad Christianismi cultum [ab eo adductus, & Athenarum Episcopus constitutus. In patria vero Græcarum disciplinarum exercitatione [excellebat, & ideo] omnibus anteponebatur. Unius enim cujusque (ut ita loquar) sectæ, quæ ab ipsis [Græcis] honorifice celebratur, magnam habebat peritiam. Hic Paulum Athenis concionantem audivit, & Christum, & mortuorum resurrectionem liberrime Græcis annuntiantem. Et Pauli præconio fide adhibita ab ipso etiam Athenarum Episcopus est constitutus. Hic igitur sub Tiberii Cæsaris imperio, quo tempore etiam ætate florebat, in Ægyptum abiit, cum illius loci sapientibus colloqui cupiens. Cum ipso autem erat Apollophanes Rhetor, quem Polemo Laodicensis Smyrnæ audivit, ille Aristidis præceptor. Salutaris igitur passionis tempore, quo Dominus Christus patiebatur, ambo fuerunt in urbe Heliopoli, quæ est in Ægypto. Cum autem solaris defectus non secundum naturam factus fuisset (neque enim [solaris & lunaris] congressus erat tempus) Apollophanes Rhetor hæc beato Dionysio dixisse fertur: *O præclare Dionysi, rerum divinarum sunt vices!* Horum autem omnium idem Dionysius mentionem facit in Epistola ad Magnum Polycarpum, Smyrnæ Episcopum. Nam Apollophanes Dionysium propter Christianismum conviciis insectabatur. Sic autem [ad Polycarpum scribit:] *Tu vero dicis, me ab Apollophane Rhetore conviciis peti, & parricidam vocari, quod Græcorum [argumentis] adversus ipsos Græcos impie utar. Atqui nos adversus illum verius dicere possemus, Græcos divinis adversus divina non pie uti, quod per divinam sapientiam divinum cultum evertere conentur.* Et paulo post: *Quinetiam ipse Apollophanes divinis adversus divina non religiose utitur. Nam per ip-*

1 *Διονύσιος Ἀλεξανδρ.*] Vide Meursium in *Rhodo* pag. 95. 96.

2 *Διονύσιος ὁ Ἀρεωπ.*] Huc usque versionem Porti, invitis sane Musis elaboratam, totam fere induxi, aliamque in ejus locum substitui: sed cum propter magnitudinem laboris & temporis angusti am eodem tenore ulterius pergere non possim, interpretationem ejus qualemcunque, saltem in articulis longioribus, retinere deinceps constitui: quod ideo moneo, ne quis forte hallucinationes & peccata Porti mihi tribuenda putet.

3 *Ἐν τῇ πρὸς Πολύκαρπον τὸν μέγαν Ἐπισ.*] Hæc Epistola inter opera S. Dionysii hodie adhuc exstat, estque inter reliquas ejus epistolas ordine & numero septima.

τῇ φιλοσοφίᾳ, καὶ πρὸς τοῦ θείου Παύλου σοφία Θεοῦ κεκλημένη, πρὸς τὸν αἴτιον καὶ αὐτὸν τῶν ὄντων, καὶ τῆς γνώσεως αὐτῶν, ἐχρῆν ἀνάγεσθαι τοὺς ἀληθεῖς φιλοσόφους. Καὶ μετὰ βραχέα· Ἔδει συνιδεῖν Ἀπολλοφάνην σοφὸν ὄντα, μὴ ἂν ἄλλως ποτὲ δυνηθῆναι τῆς οὐρανίας τι παραλλάττεσθαι τάξεως καὶ κινήσεως, εἰ μὴ τὸν τοῦ εἶναι αὐτὴν καὶ συνοχέα καὶ αἴτιον ἔσχεν, εἰς τοῦτο κινοῦντα, τὸν ποιοῦντα πάντα, καὶ μετασκευάζοντα, κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον. Καὶ αὖθις μετὰ μικρόν· Εἶπε δὲ αὐτῷ, τί λέγεις περὶ τῆς ἐν τῷ σωτηρίῳ σταυρῷ γεγονυίας ἐκλείψεως; ἀμφοτέρω γὰρ τότε κατὰ Ἡλιούπολιν ἅμα παρόντε καὶ συνεστῶτε παραδόξως τῷ ἡλίῳ τὴν σελήνην ἐμπίπτουσαν ἑωρῶμεν. οὐ γὰρ ἦν συνόδου καιρός. αὖθίς τε αὐτὴν ἀπὸ [1] τῆς ἐνάτης ὥρας ἄχρι τῆς ἑσπέρας εἰς τὸ τοῦ ἡλίου διάμετρον ὑπερφυῶς ἀντικαταστᾶσαν. ἀνάμνησον δέ τι καὶ ἕτερον αὐτόν. οἶδε γὰρ ὅτι καὶ τὴν ἔμπτωσιν αὐτὴν ἐξ ἀνατολῶν ἑωράκαμεν ἀρξαμένην, καὶ μέχρι τοῦ ἡλιακοῦ πέρατος ἐλθοῦσαν, εἶτα ἀναποδίσασαν· καὶ αὖθις οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ καὶ τὴν [2] ἔμπτωσιν, καὶ τὴν ἀνακάθαρσιν, ἀλλ' ἐκ τοῦ κατὰ διάμετρον ἐναντίου γεγενημένην. τοσαῦτα τοῦ τότε καιροῦ τὰ ὑπερφυῆ καὶ μόνῳ Χριστῷ τῷ παναιτίῳ δυνατά, τῷ ποιοῦντι μεγάλα καὶ ἐξαίσια, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. ταῦτα εἴ σοι θεμιτόν, εἰπέ, καὶ δυνατόν, Ἀπολλόφανες, ἐξέλεγχε καὶ πρὸς ἐμὲ τὸν τότε συμπαρόντα σοι, καὶ συνεωρακότα, καὶ συνανακρίναντα πάντα, καὶ συναγάμενον. ἀμέλει καὶ μαντείας τότε, οὐκ οἶδ' ὅθεν, ὁ Ἀπολλοφάνης ἀπάρξασθαι, καὶ πρὸς ἐμέ, ὥσπερ τὰ γινόμενα συμβάλλων, ἔφη ταῦτα· Ὦ καλὲ Διονύσιε, θείων ἀμοιβαὶ πραγμάτων. Τοσαῦτα ὡς κατ' ἐπιστολὴν εἴρηκεν ὁ μέγας Διονύσιος πρὸς τὸν θεοφόρον Πολύκαρπον. Τῆς δέ γε σοφίας αὐτοῦ καὶ τῆς εὐγλωττίας ἔνδειξις ἀκριβὴς ἡ τῶν παρ' αὐτοῦ γραφεισῶν βίβλων ἀντιπαράβλητος φράσις. τῇ γὰρ παρὰ τῆς ἔξωθεν καλουμένῃ παιδείᾳ, τῇ τε θείᾳ, καὶ ἡμετέρᾳ, πολλὴν εἶχε τὴν ἐπιστήμην ἐν ἑκατέρᾳ. εἰ γάρ τις ἀπίδοι πρὸς τὰ κάλλη τῶν αὐτοῦ λόγων, καὶ τὰ βάθη τῶν νοημάτων, οὐκ ἀνθρωπίνης φύσεως ταῦτα νομίσοι γεννήματα, ἀλλά τινος ἀκηράτου καὶ θείας δυνάμεως. καὶ τοίνυν αὐτῷ γέγραπται τάδε· Πρὸς Τιμόθεον Ἐπίσκοπον Ἐφέσου, καὶ αὐτὸν μαθητὴν Παύλου τυγχάνοντα, περὶ θείων ὀνομάτων, βιβλία ιβ΄. [3] περὶ ἡνωμένης καὶ διακεκριμένης θεολογίας. περὶ τοῦ, τίς ἡ τῆς εὐχῆς δύναμις, καὶ περὶ τοῦ μακαρίου Ἱεροθέου. περὶ εὐλαβείας καὶ συγγραφῆς θεολογικῆς. περὶ ἀγαθοῦ, φωτός, καλοῦ, ἔρωτος, ἐκστάσεως, ζήλου· καὶ ὅτι τὸ κακὸν οὔτε ὄν, οὔτε ἐξ ὄντος,

*sam rerum cognitionem, quæ ab ipso philosophia recte vocatur, & a divino Paulo sapientia Dei nominatur, ad ipsum auctorem & rerum naturæ & cognitionis ipsarum veros Philosophos oportebat adscendere.* Et paulo post: *Oportebat igitur Apollophanem, cum sapiens esset, illud perspicere, nunquam quidquam in ordine motuque cœlesti temere mutari potuisse, nisi ab ipso [ordinis & motus] auctore & conservatore, qui in hoc [ordine motuque res omnes arbitratu suo] movet: ille scilicet, qui omnia facit & mutat, ut oracula sacra testantur.* Item rursus paulo post: *Dixit autem ipsi: Quid dicis de illo Solis defectu, qui in ipsa salutari cruce factus est? Nos enim ambo tunc Heliopoli simul eramus præsentes, & simul stabamus, quum præter omnem expectationem vidimus Lunam incidentem in Solem. Haud enim Lunaris & Solaris congressus erat tempus. Et rursus eandem ab hora sexta usque ad vesperam præter naturam Solis diametro oppositam stare vidimus. Aliquid etiam aliud ipsi in memoriam revoca. Scit enim quomodo [Lunæ in Solem] incursionem ab oriente viderimus incipientem, & usque ad solarem terminum progressam, & deinde regressam: nec ex eadem parte Solem obscurari & lucem recipere cœpisse, sed locis e diametro sibi oppositis. Hæc sunt, quæ tunc temporis acciderunt præter naturam, & quæ solus Christus omnium rerum creatarum auctor facere potuit: qui res magnas & admirabiles facit, quarum non est numerus: Hæc, si tibi fas est, Apollophanes, redargue, & apud me [refelle,] qui tunc tecum fui præsens, & tecum vidi & tecum accurate examinavi omnia, & simul sum admiratus. Quinetiam Apollophanes tunc nescio quo instinctu quasi vaticinans, & conjiciens ea, quæ fiebant, hæc ad me dixit: O præclare Dionysi! rerum divinarum sunt vices.* Hæc in epistola magnus ille Dionysius ad Deo plenum Polycarpum scripsit. Ipsius vero sapientiæ & eloquentiæ manifestum est indicium librorum ab ipso scriptorum incomparabilis dictio. Nam utriusque doctrinæ, tam profanæ quam sacræ, valde erat peritus. Si quis enim spectet elegantiam ipsius orationum, & sententiarum profunditatem, ea non humani ingenii, sed alicujus cœlestis & divinæ facultatis fœtus judicabit. Scripta vero ejus sunt: Ad Timotheum Ephesi Episcopum, qui & ipse Pauli erat discipulus, de Divinis Nominibus libri XII. De conjuncta & distincta Theologia. De viribus precationis. De beato Hierotheo. De verecundia & scriptione theologica. De Bono;

1 Ἀπὸ τῆς ἐνάτης ὥρας] Sic etiam legitur apud ipsum Dionysium Tom. II. Oper. ejus p. 91. sed minus recte. Scribendum enim potius est ἀπὸ τῆς ἕκτης ὥρας; propter auctoritatem Euangelistarum, qui tempore passionis Dominicæ ab hora sexta usque ad nonam orbi tenebras offusas fuisse referunt.

2 Ἔμπτωσιν] Sic non solum in MSS. Paris. sed etiam apud ipsum Dionysium in epistola ad S. Polycarpum recte legitur. At Editt. Basil. & Genev. male habent ἔκπτωσιν: quam lectionem Portus secutus, locum hunc pessime sic verterat: *Et rursus non ex eadem loco & excursionem & repurgationem, sed ex contrario per diametrum esse factam.* Hæc sane nemo intelligat. Quæ ratio est, quare iis inductis, aliam loci hujus interpretationem dederim.

3 Περὶ ἡνωμένης καὶ διακεκρ——— τῶν Θεοῦ Θείων] Recenset hic Suidas capita operis *de Divinis Nominibus*; omisso tamen ultimo, quod est περὶ τελείου & ἑνός: ut diximus etiam paulo ante. Id autem ideo hic iterum moneo, ne quis forte argumenta ista capitum pro titulis integrorum operum accipiat.

ὅτι

ὄντι ἐν τοῖς οὖσι. περὶ τοῦ ὄντος· ἐν ᾧ καὶ περὶ παραδειγμάτων. περὶ ζωῆς. περὶ σοφίας, νοῦ, λόγου, ἀληθείας, πίστεως. περὶ δυνάμεως, δικαιοσύνης, σωτηρίας, ἀπολυτρώσεως. περὶ μεγάλου καὶ μικροῦ, ταυτοῦ, ἑτέρου, ὁμοίου, ἀνομοίου, στάσεως, κινήσεως, ἰσότητος. περὶ παντοκράτορος, παλαιοῦ ἡμερῶν· ἐν ᾧ καὶ περὶ αἰῶνος καὶ χρόνου. περὶ εἰρήνης· καὶ τί βούλεται αὐτὸ τὸ αὐτοεῖναι. περὶ ἁγίου ἁγίων, βασιλέως βασιλέων, καὶ Κυρίου Κυρίων, καὶ Θεοῦ Θεῶν. Ἑτέρα βίβλος πρὸς τὸν αὐτὸν Τιμόθεον, περὶ Ἐκκλησιαστικῆς Ἱεραρχίας, περιέχουσα κεφάλαια ιέ. Ἑτέρα βίβλος πρὸς τὸν αὐτὸν Τιμόθεον, περὶ τῆς οὐρανίου Ἱεραρχίας, περιέχουσα καὶ αὐτὴ κεφάλαια ιέ. Ἄλλη πρὸς τὸν αὐτὸν Τιμόθεον βίβλος, περὶ μυστικῆς θεολογίας, περιέχουσα κεφάλαια πέντε. Φέρονται δὲ αὐτοῦ καὶ ἐπιστολαὶ πρὸς Γάϊον θεραπευτὴν δ'. πρὸς Δωρόθεον λειτουργὸν ά. πρὸς Σώπατρον ἱερέα, ά. πρὸς Πολύκαρπον ἱεράρχην Σμύρνης, ά. πρὸς Δημόφιλον θεραπευτὴν, ά. πρὸς Ἰωάννην τὸν Θεολόγον, τὸν Ἀπόστολον καὶ Εὐαγγελιστὴν, ά. Ἰστέον δὲ, ὥς τινες τῶν ἔξω σοφῶν, καὶ μάλιστα Πρόκλος, θεωρήμασι πολλάκις τοῦ μακαρίου Διονυσίου κέχρηται, καὶ αὐταῖς δὲ ξηραῖς ταῖς λέξεσι. καὶ ἔστιν ὑπόνοιαν ἐκ τούτου λαβεῖν, ὡς οἱ ἐν Ἀθήναις παλαιότεροι τῶν φιλοσόφων, σφετερισάμενοι τὰς αὐτοῦ πραγματείας, ὧν αὐτὸς μνημονεύει πρὸς Τιμόθεον γράφων, ἀπέκρυψαν, ἵνα πατέρες αὐτοὶ ὀφθῶσι τῶν θείων αὐτοῦ λόγων. ὁ τοίνυν θεοφάντωρ Διονύσιος, ἤδη που μακρὸν ἐλάσας χρόνον, καὶ πλήρης ἡμερῶν γεγονὼς, τῷ τοῦ πνεύματος μαρτυρίῳ τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ τελευτᾷ ἐπὶ Τραϊανοῦ Καίσαρος· ὅτε καὶ ὁ θεοφόρος Ἰγνάτιος τὸν τῆς ἀθανασίας διήθλησεν ἀγῶνα. Οὗ [1] εἰς τὸν μέγαν Διονύσιον ἔγραψεν ἐγκώμιον Μιχαὴλ Σύγκελλος Ἱεροσολύμων, ἐν ᾧ φησιν· Ὅσα δὲ δι' ἀγράφου παραδόσεως, ἢ ἐγγράφως παρειλήφαμεν, ἥκομεν ὑμῖν τοῖς φιλακροάμοσι παραθησόμενοι. [2] Τοιοῦτος οὖν εἰς ἡμᾶς κατήντηκε λόγος, ἀνέκαθεν πρὸς πατρὸς παιδὶ παραδιδόμενος, ὡς ὁ μέγας Διονύσιος οὗτος κατὰ τὸν τοῦ σωτηρίου πάθους καιρὸν, ἡνίκα μεσούσης ἡμέρας ὁ ἥλιος ἐκρύπτετο, ἐπὶ τῷ παραδόξῳ σφόδρα τεθηπὼς, καὶ τὴν ἀνθρωπείαν ὑπερβεβηκὼς γνῶσιν, κατανοήσας τὸ γεγονὸς, Ἄγνωστος, ἔφη, πάσχει Θεὸς, δι' ὃν τόδε τὸ πᾶν ἐζόφωταί τε καὶ σεσάλευται. καὶ παραχρῆμα τὸν χρόνον, καθ' ὃν τουτὶ τὸ παγκόσμιον ἐπετέλεστο τερατούργημα, τεκμηριωσάμενος, ἐτήρει παρ' ἑαυτῷ, τοὐντεῦθεν διαγγελλόμενον καραδοκῶν. μέμνηται μέν τοι καὶ αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Πολύκαρπον ἐπιστολῇ τῆς ἡλιακῆς ἐκλείψεως ἐκείνης τῆς φρικωδεστάτης. Ἀπολλοφάνης γὰρ, ἀνδρὸς φιλοσόφου, τὴν θρησκείαν Ἕλλην τυγχάνοντος, νεμεσῶντός τε καὶ λοιδορουμένου τῷ τρισολβίῳ τούτῳ, ὡς ἑταίρῳ δῆθεν ὄντι φιλτάτῳ καὶ ὁμογενεῖ, τὰ πατρῷα μὲν μυ-

Lumine, Pulchro, Amore, Ecstasi, Zelo; & malum nec esse ens, nec ex entibus, nec in entibus. De Ente: in quo etiam de exemplaribus [agitur.] De Vita. De Sapientia, Mente, Oratione, Veritate, Fide. De Potentia, Justitia, Salute, Redemptione. De Magno & Parvo, Eodem, Alio, Simili, Dissimili, Statu, Motu, Paritate. De Omnipotente. De Antiquo dierum; in quo & de ævo & temporibus. De pace, & quid sibi velit τὸ per se esse. De Sancto Sanctorum, Rege Regum, Domino Dominorũ, Deo Deorum. Alter liber ad eundem Timotheum, de Ecclesiastica Hierarchia, xv. capita continens. Alius liber ad eundem Timotheum, de cœlesti Hierarchia, continens & ipse xv. capita. Alius liber ad eundem Timotheum, de Mystica Theologia, continens quinque capita. Circumferuntur etiam ejus epistolæ ad Cajum Monachum quatuor. Ad Dorotheum publicum ministrum una. Ad Sopatrum sacerdotem una. Ad Polycarpum Episcopum Smyrnæ una Ad Demophilum Monachum una. Ad Joannem Theologum, Apostolum, & Euangelistam, una. Sciendum autem est, quosdam ex profanis sapientibus, præcipue vero Proclum, sæpe theorematis beati Dionysii, & interdum nudis ejus verbis usos esse. Hinc autem suspicari licet, vetustiores Philosophos, qui Athenis erant, ipsius opera (quorum ipse meminit ad Timotheum scribens) sibi vendicasse, eaque occultasse, ut ipsi divinorum ipsius sermonum auctores esse viderentur. Hic igitur Dei præco Dionysius, jam ætate provectus, & plenus dierum, spiritus martyrio propter Christum consummatur sub Trajano Cæsare: quo tempore etiam ille Deo plenus Ignatius immortalitatis certamine defunctus est. Michael Syncellus Hierosolymitanus in magnum Dionysium scripsit encomium, in quo [inter alia] dicit: *Quæcunque vero per traditionem nullis scriptis mandatam, vel ex aliorum scriptis accepimus, ea vobis audiendi cupidis exposituri venimus. Talis igitur sermo ad nos pervenit, antiquitus a patre filio per manus traditus: Magnum illum Dionysium salutaris passionis tempore, cum Sol ipso meridie deficeret, miraculo illo vehementer attonitum, & humana cognitione superata, animadvertentem id, quod acciderat, dixisse: Ignotus Deus patitur, propter quem hæc rerum universitas tenebris obducta & concussa est. Eundem etiam tempus, quo prodigium hoc toti orbi conspicuum accidit, protinus notatum memori mente servasse, ut eventum, qui consecuturus esset, expectaret. Meminit & ipse in epistola ad Polycarpum illius supra modum horrendæ solaris eclipsis. Nam cum Apollophanes Philosophus, religione Græcus, indignaretur, & huic beatissimo viro convicia diceret, quod nimirum, cum ejus charissimus amicus esset & popularis, patrios tamen ritus aversaretur, & Christianorum fidem illis*

1 Εἰς τὸν μέγαν Διονύσιον ἔγραψεν ἐγκώμιον Μιχαὴλ Σύγκ.] Hoc Encomium S. Dionysii, a Mich. Syncello conscriptum, hodie adhuc exstat, editumque est Tom. II. Oper. S. Dionysii, p. 207. & seqq.

2 Τοιοῦτος οὖν εἰς ἡμᾶς κατ.——— καὶ σεσάλευται] Hæc leguntur etiam supra v. Ἀνέκαθεν.

σαττομένῳ

ἀποτιθεμένῳ σεβάσματα, τὴν δὲ τῶν Χριστιανῶν προτιμῶντι καὶ ἀσπαζομένῳ πίστιν, καὶ ταύτης ἀγωνιστικώτατα ὑπερασπίζοντι, καὶ τοῖς Ἕλλησι κατὰ τῶν Ἑλλήνων χρωμένῳ, τὴν λοιδορίαν καὶ τὴν μέμψιν ἀνασκευάζειν πειρώμενος, μᾶλλον δὲ ὑποτιθέμενος τῷ Πολυκάρπῳ, πρὸς ὃν καὶ ὁ συστρατιώτης ἐποιεῖτο τὰ σκώμματα, τάδε φησί· Σὺ δὲ φὴς λοιδορεῖσθαί μοι τὸν σοφιστὴν Ἀπολλοφάνην, καὶ πατραλοίαν ἀποκαλεῖν, καὶ τὰ ἑξῆς.

Διονύσιος,[1] Ἀλεξάνδρου, Ἁλικαρνασσεύς, ῥήτωρ, καὶ παντοίως λόγιος· γέγονεν ἐπὶ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, πρόγονος τοῦ ἐπὶ Ἀδριανοῦ γεγονότος [2] Ἀττικιστοῦ.

Διονύσιος Μιτυληναῖος, ἐποποιός. οὗτος ἐκλήθη Σκυτοβραχίων, καὶ Σκυτεύς. Τὴν Διονύσου καὶ Ἀθηνᾶς στρατείαν. Ἀργοναύτας ἐν βιβλίοις ἕξ. ταῦτα δέ ἐστι πεζά. Μυθικὰ πρὸς Παρμένοντα.

Διονύσιος Βυζάντιος, ἐποποιός. [3] Περιήγησιν τοῦ ἐν τῷ Βοσπόρῳ ἀνάπλου. Περὶ θρήνων. ἔστι δὲ ποίημα μεστὸν ἐπικηδείων.

Διονύσιος Κορίνθιος, ἐποποιός. Ὑποθήκας. Αἴτια ἐν βιβλίῳ ά. Μετεωρολογούμενα. καὶ καταλογάδην ὑπόμνημα εἰς Ἡσίοδον. Οἰκουμένης περιήγησιν δι' ἐπῶν. ταῦτα δὲ εὗρον καὶ ἐν [4] Διονυσίῳ τῷ τὰ Λιθιακὰ γράψαντι. πότερος οὖν αὐτῶν οὐκ οἶδα.

Διονύσιος, Σικελίας τύραννος ἔγραψε τραγῳδίας, καὶ κωμῳδίας, καὶ ἱστορικά. Οἱ καὶ ἕτεροι ἐτυράννησαν· ἀλλ' ἡ τελευταία καὶ μεγίστη κάκωσις πάσαις ταῖς πόλεσιν ἡ Διονυσίου τυραννὶς ἐγένετο.

Διονύσιος, υἱὸς τοῦ Σικελίας τυράννου, καὶ αὐτὸς τύραννος καὶ φιλόσοφος. Ἐπιστολάς καὶ περὶ τῶν ποιημάτων Ἐπιχάρμου.

Διονύσιος[5] Μιλήσιος, ἱστορικός. Τὰ μετὰ Δαρεῖον ἐν βιβλίοις έ. Περιήγησιν οἰκουμένης. Περσικά, Ἰάδι διαλέκτῳ. Τρωϊκῶν βιβλία γ΄. Μυθικά. Κύκλον ἱστορικὸν ἐν βιβλίοις ζ΄.

Διονύσιος Μουσωνίου, Ῥόδιος, [6] ἢ Σάμιος, ἱστορικός. ἦν δὲ καὶ ἱερεὺς τοῦ ἐκεῖσε ἱεροῦ τοῦ ἡλίου. Ἱστορίας τοπικὰς, βιβλία ἕξ. Οἰκουμένης περιήγησιν. Ἱστορίας παιδευτικῆς βιβλία ι. † [7] Ὑπολαμβάνω, ὅτι Διονύσιος ὁ Περιηγητὴς [8] Βυζάντιος ἦν, διὰ τὸν ποταμὸν Ῥήβαν.

Διονύσιος,[9] ἐξ Ἀλεξανδρείας· οὗ εὗρον ὑπόμνη-

*anteponeret ac amplecteretur, eamque acerrime defenderet, & Græcorum rationibus contra Græcos uteretur; ea convicia eamque criminationem refutare studens, vel potius Polycarpo defensionem suggerens, apud quem etiam ille, qui olim commilito ipsius fuerat, convitia ista jactaverat, hæc scribit: Tu vero dicis, Apollophanem sophistam mihi maledicere, meque parricidam vocare,* &c.

Διονύσιος. Dionysius, Alexandri F. Halicarnasseus, orator, & omni doctrinæ genere excultus: sub Cæsare Augusto vixit. Ex hujus posteris fuit [Dionysius] Atticista, qui sub Adriano vixit.

Διονύσιος. Dionysius Mitylenæus, poeta Epicus: qui Scythobrachion & Sutor dictus fuit. [Scripsit] Bacchi & Minervæ expeditionem. Argonautica libris sex, oratione soluta. Mythica ad Parmenontem.

Διονύσιος. Dionysius Byzantius, poeta Epicus. Descriptionem navigationis per Bosporum. De Threnis. Est autem poema refertum Epicediis.

Διονύσιος. Dionysius Corinthius, poeta Epicus. Scripsit præcepta morum. Causarum librum unum. Meteorologica. Item oratione soluta commentarium in Hesiodum. Orbis terrarum descriptionem versibus. Hæc autem reperi etiam in Dionysio, qui *Lithiaca* scripsit. Uter tamen horum sit auctor, ignoro.

Διονύσιος. Dionysius, Siciliæ Tyrannus: scripsit tragœdias & comœdias & historica. † *Quamvis autem & alii fuerint [Siciliæ] tyranni, ultima tamen & maxima vexatio, qua omnes [illius insulæ] urbes afflictæ fuerunt, Dionysii tyrannis fuit.*

Διονύσιος. Dionysius, filius Siciliæ tyranni, & ipse tyrannus & philosophus. Scripsit epistolas; & de poematibus Epicharmi.

Διονύσιος. Dionysius Milesius, historicus, res post Darium gestas quinque libris descripsit. Orbis descriptionem. Persica, Ionica dialecto. Rerum Trojanarum libros tres. Fabulas. Circuli historici libros septem.

Διονύσιος. Dionysius, Musonii F. Rhodius, aut Samius, historicus: qui etiam sacerdos fuit templi Solis, quod illic erat. Scripsit locorum historias libris sex. Orbis descriptionem. Historicæ institutionis libros decem. † Existimo Dionysium, qui orbem descripsit, Byzantium fuisse, propter fluvium Rhebam.

Διονύσιος. Dionysius Alexandrinus: cujus

1 Διονύσιος, Ἀλεξ.] Hic est Dionysius ille Halicarnassensis, cujus historia Romana, aliaque nonnulla opera Rhetorica hodie adhuc exstant: de quo viri docti abunde.

2 Ἀττικιστοῦ] De hoc Dionysio Atticista vide Suidam paulo ante; itemque Photium in *Bibliotheca*; & Meursium in notis ad Helladii Besant. *Chrestomathiam.*

3 Περιήγησιν τοῦ ἐν τῷ Βοσπ.] Hoc opus citat Stephanus v. Χρυσόπολις.

4 Διονυσίῳ, τῷ τὰ Λιθιακὰ γρ.] Eustathius in Epistola ad Joannem Ducam τῶν Λιθιακῶν auctorem facit Dionysium illum, cujus Περιήγησις hodie exstat.

5 Διονύσιος Μιλήσιος] Alius est Dionysius Milesius, cujus vitam describit Philostratus lib. 1. *de Vit. Soph.*

6 Ἢ Σάμιος] Eustathius in Epistola ante laudata huic Dionysio etiam tribuit Βασσαρικά: de quibus Suidas hic tacet.

7 Ὑπολαμβάνω, ὅτι Διονύσιος ὁ Περ.] Hæc alieno loco posita sunt, & referri debent ad v. Διονύσιος Βυζάντιος.

8 Βυζάντιος ἦν, διὰ τὸν ποταμὸν Ῥήβαν] Cum Rhebas Bithyniæ fluvius fuerit, ut ex antiquis Geographis constat; pro Βυζάντιος hic apud Suidam legendum videtur Βιθυνός: ut jam olim etiam monuit Vossius *de Hist. Gr.* lib. II. cap. III. quem consule.

9 Διονύσιος, ἐξ Ἀλεξ.] De hoc Dionysio vide Hieronymum in *Catalogo.*

μα εἰς τὸν Ἐκκλησιαστὴν Σολομῶντα, λίαν εὐφραδές.

Διονυσίων σκωμμάτων. [1]Ποτὲ μὲν βάλλων καὶ σκώπτων τοῖς ἐν Διονυσίων σκώμμασι. ἑορτὴ δὲ ἦν τὰ Διονύσια. † Ὃς λοξὰ βλέπων καὶ δεδορκὼς, ἄλλο μὲν ἔκευθε φρεσὶν, ἄλλο δὲ ἔφασκεν. οὗ στόμα ἀρᾶς, καὶ πικρίας, καὶ δόλου τὸ στόμα ἔγεμεν. ἐν ἐνδίκως ἡ δίκη δικάσασα κατεδίκασεν. ὃς, κατὰ τὸν ποιητὴν, ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης ἐτύγχανεν ὤν. ἀλλ' ἐς κόρακας βέβληται, καὶ οἴχεται ἄϊστος, ἄπυστος· γιγλύμου πολυστροφώτερος ἐν τοῖς πρακτέοις ἀποδεικνύμενος. ἐῤῥώσθω, οἰχέσθω, [2]μηδ' ἐν περιδείπνῳ ἐπαινεθησόμενος ὁ τρισβδέλυκτος, καὶ κυκῶν, καὶ φύρων καὶ μίγδην ἅπαντα ποιῶν τὸ Κυκλώπειον τέρας· ὁ εἰδεχθὴς καὶ ἐμβρόντητος, καὶ πλουτίνδην ἠρημένος βιῶναι, Θεοῦ ὄπιν οὐκ ἀλέγων, οὐδὲ χαλεπῆναι ἀδράστειαν ἄφυκτον. ὁ βωμολοχεύων ἀεὶ, καὶ πέρπερα γλισχρευόμενος. ὁ κυνῶν κύντερος, καὶ δαιμόνων χαλεπώτερος.

inveni commentarium valde disertum in Ecclesiasten Solomonis.

Διονυσίων σκωμμάτων. Dionysiacorum dicteriorum. *Modo quidem convitiis & dicteriis Bacchanalium* [eum] *incessens.* Bacchanalia autem festum erat. † *Qui torvum cernens, aliud in ore promptum, aliud vero in pectore clausum habebat: cujus os imprecationibus & acerbitate & dolo plenum erat: quem ipsa justitia justo judicio condemnavit: qui, secundum Poetam, telluris inutile pondus erat. Sed in malam rem abiit & obscura prorsus morte periit: qui in rebus gerendis cardine versatilior fuit. Valeat, pereat, impurissimus homo, & ne in silicernio quidem laudandus: qui omnia miscuit, confudit, & turbavit: Cyclopicum monstrum: homo turpi vultu præditus, & stupidus: qui vitæ genus divitiis abundans est sectatus, Dei vindictam non curans, neque reformidans inevitabilem Adrastiam: semper scurriliter agens, & sordide avarus, canibus impudentior, dæmonibus sævior.*

Διονυσόδωρος. ὄνομα κύριον.

Διονυσόδωρος. Dionysodorus. Nomen proprium.

Διόνυσος, ὁ Σεμέλης υἱός. [3]παρὰ τὸ διανύειν ἑκάστοις τὸν ἄγριον βίον ζῶσιν. ἢ [4]παρὰ τὸ διανοῦν ἕκαστα τοῖς τὸν ἄγριον βίον ζῶσι.

Διόνυσος. Bacchus, Semelæ filius. [Sic appellatus,] quod hominibus agrestem vitam viventibus omnia expediat.

Δι' ὀξείας δραμεῖν. ἐπὶ τῶν διακινδυνευόντων. ὀξεῖαν γὰρ λέγουσι τὴν λόγχην.

Δι' ὀξείας δραμεῖν. Per hastæ cuspidem currere. De iis, qui periclitantur. Ὀξεῖαν enim vocant hastæ cuspidem.

Διοπετές. ἐξ οὐρανοῦ κατερχόμενον. [5]Οἱ παρ' Ἕλλησι τὰ ξόανα κατασκευάζοντες, φόβον ἐμποιῆσαι βουλόμενοι τοῖς ὁρῶσιν, ἔφασκον, ὅτι τὸ ἄγαλμα παρὰ τοῦ Διὸς ἐπέμφθη καὶ κατέπεσε, κρεῖττον ὑπάρχον πάσης ἀνθρωπίνης χειρὸς καὶ ἀναλώματος. ὅθεν καὶ Διοπετὲς αὐτὸ καὶ οὐράνιον βρέτας ἐκάλουν, παρὰ τὸ βροτῷ ἐοικέναι. τοῦτο δὲ οὕτως ἐνήργουν, τοὺς ἀγαλματοποιοὺς ἢ ἀποκτείνοντες, ἢ φυγαδεύοντες, ἵνα μὴ λέγοιεν, ὅτι χειροποίητον τὸ ξόανον. φήμην πλάσαντες ἐν ταῖς ἀκοαῖς τῶν πεφενακισμένων ἠφίεσαν, ἥτις καὶ τὴν Ἐφεσίων ἐπλάνα πόλιν. καὶ μαρτυρεῖ τοῦτο τὸ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἄγαλμα. Πτολεμαῖος γὰρ συναγαγὼν τεχνίτας, ὥστε τὸν τῆς Ἀρτέμιδος ἀνδριάντα ποιῆσαι, μετὰ τὸ ἔργον βόθρον μέγαν ὀρύξας, καὶ τὸν δόλον κρύψας, ἐκέλευσε τοὺς τεχνίτας ἐν αὐτῷ δειπνῆ-

Διοπετές. A Jove delapsum. De cœlo descendens. Qui apud Græcos simulacra conficiebant, terrorem hominibus ea spectantibus incutere volentes, dicebant, hocvel illud simulacrum a Jove demissum, & omni humano artificio sumptuque præstantius de cœlo devolasse. Quamobrem etiam id & a Jove delapsum, & cœleste βρέτας, (i. e. simulacrũ) vocabant, quod homini simile esset. Hoc autem ita per præconis vocem promulgabant, statuariis vel occisis, vel in exilium pulsis, ne simulacrum illud manu factum esse dicerent. Famam autem fictam spargebant per aures illorum, qui [falsis ipsorum rumoribus] decipiebantur: quæ ipsam quoque Ephesiorum urbem decepit. Ejus autem, quod dixi, argumentũ est Alexandrinũ simulacrum. Ptolemæus enim artificibus ad conficiendam Dianæ sta-

1 Ποτὲ μὲν βάλλων καὶ σκώπτων τοῖς ἐν Διον. σκ.] Fragmentum hoc excerptum est ex Synesii *Dione*, ut monuimus etiam supra v. Βάλλων, ubi hic ipse locus auctior legitur.

2 Μηδ' ἐν περιδείπνῳ] Sic recte habent 2 MSS. Paris. At priores Editt. male, μηδὲ περὶ δεῖπνα.

3 Παρὰ τὸ διανύειν ἑκάστοις τὸν ἄγ.] Locus hic ad somniorum interpretationem pertinet, ut patet ex Artemidoro, apud quem lib. II. cap. XLII. pag. 134. ubi de Baccho agitur, inter alia sic legitur: Ἀγαθὸς δὲ καὶ τοῖς ἐν περιστάσει καὶ φόβῳ. πολλὰς γὰρ καὶ ἀπαλλαγὰς τῶν δεινῶν σημαίνει, δι' αὐτὸ τὸ ὄνομα· ἔστι γὰρ Διόνυσος παρὰ τὸ διανύειν ἕκαστα. τοῖς δὲ τὸν ἀθρόον βίον ζῶσι, καὶ μάλιστα παισὶ, ταραχὰς —— σημαίνει. Hinc Suidas sua descripsit: quamvis sensum & verba Artemidori turbaverit & corruperit.

4 Ἢ παρὰ τὸ διανοῦν ἕκαστα τ.] Hæc nihil aliud sunt, quam interpretationis præcedentis diversa lectio.

5 Οἱ παρ' Ἕλλησι τὰ ξόανα κατασκ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Isidori Pelus. lib. IV. epist. CCVII. apud quem tamen locus hic plenior sic legitur. Οἱ παρ' Ἕλλησι τὰ ξόανα κατασκευάσαντες, φόβον ἐμποιῆσαι τοῖς ὁρῶσι βουλόμενοι, ἔφασκον, ὅτι ἐξ οὐρανοῦ παρὰ τοῦ Διὸς ἐπέμφθη ἢ κατέπεσε, κρεῖττον ἁπάσης ἀνθρωπίνης χειρός. διὸ καὶ Διοπετὲς αὐτὸ καὶ οὐράνιον βρέτας ὠνομάζετο. βρέτας δὲ, παρὰ τὸ βροτῷ ἐοικέναι. τὸ γὰρ ὁ τεχνίτης ἢ ἄλλοι τινὲς ἀγαλματοποιοὶ ἢ φυγαδεύονται, ἢ ἀποκτείνονται, ἵνα μηδεὶς εἰπεῖν ἔχῃ, ὅτι χειροποίητόν ἐστι τὸ ξόανον, ταύτην τὴν φήμην πλασάμενοι ἐν ταῖς ἀκοαῖς τῶν ἀνθρώπων ἐφίεσαν· ἥτις καὶ τὴν Ἐφεσίων ἐπλάνα πόλιν. διὸ καὶ ὁ γραμματεὺς αὐτῶν τοῦτο αὐτοῖς ἔφη. τίς μὲν ἄν φασιν, ὅτι περὶ τοῦ τῆς Ἀρτέμιδος ἀγάλματος εἴρηται, τοῦτο τῆς μεγάλης Ἀρτέμιδος. ὅτι δὲ ἀληθές ἐστι τὸ ἢ ἀποκτείνεσθαι τοὺς ἀγαλματοποιοὺς, ἢ φυγαδεύεσθαι, μαρτυρεῖ τὸ χθὲς καὶ πρώην ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ πρὸς Αἰγύπτῳ γεγενημένον· Πτολεμαῖος γὰρ συναγαγὼν τοὺς τεχνίτας, ὥστε τὸν τῆς Ἀρτέμιδος ἀνδριάντα δημιουργῆσαι, μετὰ τὸ ἔργον βόθρον μέγαν κελεύσας ὀρυχθῆναι, καὶ σανίδα μηχανησάμενος, καὶ κρύψας τὸν δόλον, ἐκέλευσεν αὐτοὺς δειπνεῖν. οἱ δὲ δειπνοῦντες, εἰς τὸ χάσμα ἐκεῖνο κατενεχθέντες, ἀπέθανον, δικαίαν, ὥς γε μοι δοκεῖ, δίκην δεδωκότες, ὅτι πλάττειν ἐπεχείρουν ξόανα πρὸς ἀπάτην τῶν ἐνδεξαμένων, ὅμως δ' οὖν ἐκεῖνος βουλόμενος ἐκποδὼν ποιῆσαι τοὺς τεχνίτας, ἵνα ὁ χειροποίητος δόξῃ οὐρανοπετὴς θεὸς, ὃν καὶ ἀχειροποίητον κέκληκε, τοῦτο δέδρακε. Locus est insignis & lectu dignus. Vide etiam Photium in *Bibliotheca*, Cod. CCXV.

σαι.

σαι· οἵ τινες δειπνοῦντες ἐκεῖσε, κατεχώσθησαν καὶ ἀπέθανον, ἄξιον μισθὸν κομισάμενοι.

Διοπείθης. κύριον. καὶ κλίνεται εἰς ους. Αἰλιανὸς περὶ Διοπείθους· Οὗτος [1] νόμον εἰσάγει, τὸν ἀπὸ τοῦ ἄστεος ἐν Πειραιεῖ μείναντα, τοῦτον τεθνάναι. οὗτος οὖν ὠψίσθη ποτὲ ἄκων, καὶ κατέμεινεν ἐν τῷ Πειραιεῖ· καὶ αὐτὸν οἱ ἐχθροὶ εἰς δίκην ὑπάγουσι.

Διοπομπεῖσθαι. ἀποδιοπομπεῖσθαι, καὶ ἀποκαθαίρεσθαι. καὶ ἀποδιοπομπεῖσθαι.

Δίοπος. ὁ διέπων καὶ ἐποπτεύων. ὁ τῆς νεὼς ἐπιμελητής. καὶ δίοποι, οἱ βασιλεῖς. παρὰ τὸ διοπεῖν, ἢ διοπτεύειν.

Διοπτεύσων. διοψόμενος. κατασκοπήσων.

Διοπτῆρα. κατάσκοπον. οἰκονόμον. Διοπτὴρ καὶ μηχανικόν τι ὄργανον, δι' οὗ ἐστοχάζοντο τὸ ὕψος τῶν ἐπάλξεων. ἢ διόπτρα.

Διοπτῆρες. οἱ ἐπιτηρηταί. οἱ προφύλακες. Καταχεομένου τοῦ ἐξ ἐπιτεχνήσεως ὄμβρου τῶν Ἀβάρων, καὶ συννεφοῦς ὄντος τοῦ ἀέρος, καὶ ἔτι σκοτώδους, οὐχ οἷοί τε ἐγένοντο οἱ διοπτῆρες διαγνῶναι ἐπιόντας τοὺς δυσμενεῖς.

Διόπτης.

Ὦ [2] Ζεῦ διόπτα καὶ κατόπτα πανταχῆ.

ταῦτά φησιν, ἐπειδὴ πολύτρητα ἦν τὰ ῥάκη, δι' ὧν ἦν πάντα ἐπισκοπῆσαι. ἀντὶ τοῦ πανεπόπτα.

Διόπτρα. μηχανικὸν τεχνούργημα, δι' οὗ οἱ γεωμέτραι ἀπηκρίβουν τὴν τῶν ἐπάλξεων ἐκ διαστήματος ἀναμέτρησιν. Πισίδης

Ταῦτα πρὸ πολλοῦ τῇ διόπτρᾳ σὺ βλέπεις.

Διορία. προθεσμία. εἰ δὲ διὰ τοῦ ω μεγάλου, χρόνον δηλοῖ, διωρία γραφόμενον.

Διοριστέον. διαχωριστέον.

Διορυγή. ἡ ὄρυξις. διῶρυξ δὲ, διώρυγος. καὶ διορωρυγμένος.

Δῖος. ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν. ὁ νέος δὲ καὶ ὁ ἔνδοξος. ἡ κλητικὴ, ὦ δῖε. σημαίνει δὲ καὶ ὄνομα τόπου.

Διὸς [3] ἄνθος. φυτὸν ἀκανθῶδες.

Διὸς ἐγκέφαλος. τὸ κάλλιστον βρῶμα. οὕτω λέγουσιν οἱ Πέρσαι ἐπὶ τῶν ἡδυπαθούντων. ἢ, βασιλέως ἐγκέφαλος.

Διοσημία. [4] θεομηνία. [5] Παρῆσαν δὲ οἱ δισχίλιοι Σκύθαι, πάσης ὀξύτεροι διοσημίας, ἤτοι ἀστραπῆς, ἢ πρηστῆρος, ἢ κεραυνοῦ, ἢ σκηπτοῦ, ἢ διάττοντος ἀστέρος.

tuam convocatis, opere jam perfecto, magna fossa effossa, doloque occultato, artifices in illo loco cœnare jussit: qui cœnantes illic ruina oppressi perierunt, dignam [suis laboribus] mercedem reportantes.

Διοπείθης. Diopithes. Nomen proprium. Declinatur Διοπείθους. Hic, ut Ælianus scribit, legem tulerat, ut civi in Pyreæo pernoctare capitale esset. Cum igitur ipse aliquando opprimente vespera in Pyreæo noctem mansisset, inimici cum lege sua capitis accusarunt.

Διοπομπεῖσθαι. Averruncari. Lustrari. Expiari. Et ἀποδιοπομπεῖσθαι. Idem.

Δίοπος. Administrator. Inspector. Curator navis. Et δίοποι, Reges: a διοπεῖν, vel διοπτεύειν.

Διοπτεύσων. Inspecturus. Speculaturus. Exploraturus.

Διοπτῆρα. Speculatorem. Inspectorem. Dispensatorem. Διοπτὴρ etiam, vel διόπτρα, erat mechanicum quoddam instrumentum, cujus ope [Geometræ] propugnaculorum altitudinem æstimabant.

Διοπτῆρες. Speculatores. Excubitores. *Cum autem imber factitius in Abares effunderetur, & aer nubilosus esset & tenebrosus, excubitores hostes adventantes dignoscere non potuerunt.*

Διόπτης. Inspector. *O Jupiter, qui omnia inspicis & despicis.* Hæc ideo dicit, quia vestes [Telephi] erant laceræ, & foraminibus plenæ, per quæ omnia cernere licebat. Διόπτα igitur hic idem significat, quod πανεπόπτα.

Διόπτρα. Dioptra. Instrumentnm mechanicum, cujus ope Geometræ ex intervallo propugnaculorum dimensionem æstimabant. Pisides: *Hæc multo ante dioptra tua cernis*:

Διορία. Dies præscriptus. Dies præstitutus. Si vero per ω scribatur, διωρία, significat spatium duarum horarum.

Διοριστέον. Distinguendum. Separandum.

Διορυγή. Fossio. Διῶρυξ vero, fossa, canalis. Et διορωρυγμένος, perfossus.

Δῖος. Dius. Nomen mensis apud Macedones. Item, illustris. Vocativus est ὦ δῖε. Significat etiam nomen loci.

Διὸς ἄνθος. Jovis flos. Planta spinosa.

Διὸς ἐγκέφαλος. Jovis cerebrum. Id est, cibus lautissimus. Proverbio hoc Persæ utuntur de iis, qui delicate vivunt. Vel, Regis cerebrum.

Διοσημία. Ostentũ. Tempestas solito gravior. *Aderant autem illi bis mille Scythæ, omni velociores tempestate, vel fulgure, vel fulmine, vel*

1 Οὗτος νόμον εἰσάγει, τὸν ἀπ.] Vide supra v. Γοργόν, & infra v. Ὠψίσθη.
2 Ὦ Ζεῦ διόπτα καὶ κατόπτα πανт.] Senarius hic legitur apud Aristoph. *Acharnens.* pag. 392.
3 Διὸς ἄνθος] Vide Bodæum a Stapel ad Theophr. *Hist. Plant.* lib. vi. pag. 667.
4 Διοσημία] Unus MS. Paris. habet διοσημεία, per ει.
5 Θεομηνία] Unus MS. Paris. θεοσημία.



Digitized by Google

Ἡ διοσημία ἐστὶν ὁ παρὰ καιρὸν χειμών. [1]Ἀριστοφάνης·

Διοσημί' ἐστί· καὶ ῥανὶς βέβληκέ με.

Τοὺς Θρᾷκας ἀπιέναι, παρεῖναι δ' εἰς ἔνην.

οἱ γὰρ Πρυτάνεις λύουσι τὴν ἐκκλησίαν. ἐπὶ τῶν ἀναβαλλομένων. παρεφυλάττοντο δὲ Ἀθηναῖοι τὰς διοσημίας, καὶ διέλυον τὰς ἐκκλησίας, διοσημίας γενομένης, ἢ ἄλλο τι μέλλοντες ἀνύειν. καὶ Εὐνάπιός φησι περὶ Καρίνου τοῦ βασιλέως· Καὶ [2]πάντα ἦν αὐτοῦ βαρύτερα διοσημίας, καὶ ἐλύττα ἐν μέσοις τοῖς ὑπηκόοις.

Διοσκουρίδης[3] Ἀναζαρβεύς, ἰατρός· ὁ [4]ἐπικληθεὶς Φακᾶς, διὰ τοὺς ἐπὶ τῆς ὄψεως φακούς. [5]συνῆν δὲ Κλεοπάτρᾳ ἐπὶ Ἀντωνίου. γέγραπται αὐτῷ βιβλία κδ'· τὰ πάντα ἰατρικὰ περιβόητα.

Διὸς[6] Κόρινθος. ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ λεγόντων παροιμία. ἐρρέθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Μεγαρεῖς ὑπακούοντες Κορινθίοις, ἐβαροῦντο τοῖς ἐπιτάγμασι, καὶ φανεροὶ δυσανασχετοῦντες ἦσαν ἐπὶ τούτῳ. Κορινθίων δὲ πρέσβεις ἦλθον εἰς τὰ Μέγαρα, καὶ τοῦ δήμου [7]προσέχοντος αὐτοῖς, ἀγανακτοῦντες ἐβόων· Οὐκ ἀνέξεται ταῦτα ὁ Διὸς Κόρινθος. φασὶν οὖν τοὺς Μεγαρεῖς ἐκβάλλοντας αὐτοὺς παίειν, καὶ λέγειν, Παῖε τὸν Διὸς Κόρινθον.

Διοσκόριος,[8] Μυραῖος, γραμματικός, ὕπαρχος πόλεως καὶ πραιτωρίων· ὁ διδάξας τὰς θυγατέρας Λέοντος τοῦ βασιλέως ἐν Βυζαντίῳ.

Διόσκουροι. Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης. Αἰλιανός· Καὶ μέντοι καὶ Διοσκούρων ἦν ἀγάλματα δύο· νεανίαι μεγάλοι, γυμνοὶ τὰς παρειὰς ἑκάτεροι, ὅμοιοι τὸ εἶδος, καὶ χλαμύδας ἔχοντες ἐπὶ τῶν ὤμων, ἐφημμένην ἑκατέραν· καὶ ξίφη ἔφερον τῶν χλαμύδων ἠρτημένα, καὶ λόγχας εἶχον παρεστώσας, ἐν αἷς ἠρείδοντο, ὁ μὲν κατὰ δεξιάν· ὁ δὲ κατὰ λαιάν.

Διὸς[9] κῴδιον. οὗ τὸ ἱερεῖον Διῒ τέθυται. θύουσί τε τῷ Μειλιχίῳ καὶ τῷ Κτησίῳ Διΐ. τὰ δὲ κῴδια τούτων φυλάσσουσι, Δία προσαγορεύοντες. χρῶνται δ' αὐτοῖς οἵ τε Σκιροφορίων τὴν πομπὴν στέλλοντες, καὶ ὁ δᾳδοῦχος ἐν Ἐλευσῖνι· καὶ ἄλλοι τινὲς πρὸς τοὺς καθαρμοὺς ὑποστρωννύοντες αὐτὰ τοῖς ποσὶ τῶν ἐναγῶν.

*emicante stella.* Vel διοσημία est tempestas, quæ insolito tempore contingit. Aristophanes: *Tempestas mala ingruit: & jam gutta me percussit. Thraces abire jubeo, & adesse trigesimo die mensis.* Prytanes enim concionem dimittunt. Dicitur hoc autem de illis, qui rem in aliud tempus rejiciunt. Athenienses enim observabant ostenta, & conciones dimittebant, si quod ostentum ipsis apparuisset: vel si quid aliud agere decrevissent. Et Eunapius de Carino Imperatore inquit: *Et omnia, quæ faciebat, quavis tempestate graviora erant; & in medio subjectorum suorum furebat.*

Διοσκουρίδης. Dioscorides Anazarbensis, medicus; qui cognomento vocatus est Phacas, ob lentes, quas in facie habebat. Vixit apud Cleopatram sub Antonio: scripsitque libros XXIV, omnes de re medica, eosque celeberrimos.

Διὸς Κόρινθος. Corinthus Jovis. Dicitur de iis, qui eadem semper inculcant. Proverbium hoc inde ortum est, quod Megarenses, cum Corinthiis parerent, imperium illorum iniquo animo ferentes, indignationem suam manifeste ostenderent. Cum igitur hac de re legati Corinthiorum Megara missi, populum dicto audientem non haberent, indignabundi exclamarunt: *Non feret hæc Jovis Corinthus.* Ajunt igitur Megarenses legatos [ex urbe] expulisse, verberaque iis ingerentes dixisse: *Feri, feri Jovis Corinthum.*

Διοσκόριος. Dioscorius, Myræus, Grammaticus, Præfectus urbi & Prætorio: qui Leonis Imperatoris filias Byzantii docuit.

Διόσκουροι. Dioscuri. Id est, Castor & Pollux. Ælianus: *Erant autem Dioscurorum duo simulacra: adolescentes proceri, nudi genas, ambo simili figura, & chlamyde induti ex humeris dependente. Enses etiam gestabant ex chlamydibus suspensos: hastæque juxta eos stabant, quibus innitebantur; alter ad dextram, & alter ad sinistram.*

Διὸς κῴδιον. Pellis Jovis. Sive pellis victimæ, quæ Jovi immolabatur. Immolabant autem victimas Jovi Milichio & Ctesio: quarum pelles servabant, Jovis nomine eas appellantes. His utebantur illi, qui Scirophoriorum pompam instruebant: itemque Daduchus Eleusine, & alii quidam lustrationis gratia, substernentes eas pedibus eorum, qui piaculo polluti erant.

1 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* pag. 379. (268. Ed. Bas. P.)

2 Καὶ πάντα ἦν αὐτοῦ βαρύτερα διοσ.] Locus hic multo auctior legitur infra v. Καρῖνος.

3 Διοσκουρίδης Ἀναζ.] De variis hujus nominis scriptoribus vide Jonsium *de Scriptor. Hist. Phil.* lib. II. cap. VI. Omisit autem Dioscoridem quendam, quem ἐν σταθμοῖς καὶ μέτροις citat Tzetzes Chil. XIII. cap. CDLXXIX.

4 Ὁ ἐπικληθεὶς Φακᾶς] Confundit hic Suidas duos Dioscorides. Anazarbensis enim Dioscorides, cujus hodie adhuc *de Materia Medica* & *Alexipharmacis* scripta exstant, diversus erat ab eo, qui Φακᾶς cognominabatur, ut monuit etiam Jonsius loco laudato, quem consule.

5 Συνῆν δὲ Κλεοπάτρᾳ ἐπὶ Ἀντ.] De ætate Dioscoridis Anazarbensis videndus est Marsilius Cagnatus *Var. Observ.* lib. II. cap. XXVIII. qui recte quidem contra Suidam ostendit, eum post Cleopatræ & Antonii tempora vixisse; sed in eo non habet assentientes eruditos, quod eundem Plinio juniorem faciat: cum vel paulo eo antiquior fuerit, ut existimat Salmasius in *Exercitat. Plin.* vel saltem eodem, quo ille, tempore vixerit, ut contendit Jonsius loco ante laudato.

6 Διὸς Κόρινθος] Proverbium hoc fusius enarrat Scholiasta Aristophanis ad *Ranas* pag. 232. quem omnino confer.

7 Προσέχοντος] Addita negatione, οὐ προσέχοντος legendum esse, sensus manifesto flagitat.

8 Διοσκόριος, Μυραῖος, κ.] Hæc repetuntur infra v: Θυγάτηρ: sed loco alieno.

9 Διὸς κῴδιον] Confer Hesychium h. v.

Δίσομος.

Δίοσμος.[1] ἡ διαπορθμευτικὴ δύναμις τῶν ὀσφραντῶν παρὰ Θεοφράστῳ. οὐκ [2] ἔστι δὲ ἡ ῥὶς τὸ αἰσθητήριον, ἀλλ' ἡ μαστοειδὴς τοῦ ἐγκεφάλου ἀπόφυσις.

Διὸς φήμη. ἡ μαντεία. ὁ γὰρ Ἀπόλλων ὑποφήτης τοῦ πατρός, καὶ παρ' ἐκείνου λαμβάνει τὰς μαντείας, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐκφέρει. καὶ [3] Ὅμηρος·

Διὸς ἄγγελος ὄσσα δεδήει.

Διὸς [4] ψῆφος. οὕτως [5] καλεῖται, ἐν ᾧ Ἀθηνᾶ καὶ Ποσειδῶν ἐκρίθησαν. Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις·

Ἔνθα Διὸς μεγάλου θᾶκος πεσσοί τε καλοῦνται.

ὁ γὰρ τόπος, ἐν ᾧ ἐκρίθησαν, Διὸς ψῆφος καλεῖται. τάττεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἱερῶν καὶ ἀθίκτων.

Διότι. ἔσθ' ὅτε καὶ ἀντὶ τοῦ ὅτι λαμβάνεται. οὕτω γὰρ ἄλλοι τε πολλοί, καὶ Ἱεροκλῆς. † Κατὰ [6] τρεῖς δὲ τρόπους τὸ σαφέστερον ἡμῖν θεωρεῖται. καθ' ἕνα μὲν, τὸ ὅτι τοῦ διότι. σαφέστερον μὲν γὰρ, καὶ πρῶτον εἰς γνῶσιν. καὶ γὰρ ὅτι ἔχομεν ψυχὴν, καὶ ὅτι ἀθάνατος, προχειρότερον εἰς νόησιν τοῖς πολλοῖς μᾶλλον, ἢ τὸ παραχωρῆσαι,[7] καὶ ἐπιβάλλειν τῷ λόγῳ, τῷ ταῦτα κατασκευάζοντι. δεύτερον, τὸ [8] καθόλου καὶ συγκεχυμένον τοῦ μερικοῦ καὶ διηρημένου. οἷον τὸ εἰδέναι ἁπλῶς, ὅτι σῶμα, ἢ ὅτι τοιόνδε σῶμα, τουτέστιν οὐράνιον, ἢ γήϊνον, ἢ τοιῶσδε ἢ τοιῶσδε κεκραμένον. τρίτον, τὸ ὡς πρὸς ἡμᾶς μὲν πρῶτον, ὕστερον δὲ τῇ φύσει. τῶν γὰρ ἁπλουστέρων, ἅπερ ἐστὶ τῇ φύσει πρῶτα ἡμῖν, τὰ συνθετώτερα γνωριμώτερα.

Διότιμος. ὄνομα κύριον.

Διοτρεφής. ὑπὸ Διὸς τεθραμμένος.

Διοφάνης.[9] οὗτος Μεγαλοπολίτης ἦν. ὃς μεγάλην ἕξιν εἶχεν ἐν τοῖς πολεμικοῖς, διὰ τὸ πολυχρόνιον γεγονότος τοῦ πρὸς Νάβιν πολέμου τοῖς Μεγαλοπολίταις ἀστυγείτονος, πάντα συνεχῶς τὸν χρόνον ὑπὸ τὸν Φιλοποίμενα τεταγμένος, τριβὴν ἐσχηκέναι τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων ἀληθινήν. χωρίς τε τούτων, κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ κατὰ τὴν σωματικὴν χρείαν, ἦν ὁ ἀνὴρ δυνατὸς καὶ καταπληκτικός. τὸ δὲ κυριώτερον, πρὸς πόλεμον ὑπῆρχεν ἀνὴρ ἀγαθὸς, καὶ τοῖς ὅπλοις ἐχρῆτο διαφερόντως.

Διόφαντος. ὄνομα κύριον.

Δι' ὄχλου. ἐπιβαρές. [10] Ἀριστοφάνης·

Κεἰ γὰρ δι' ὄχλου τοῦτ' ἐστὶ τοῖς θεωμένοις,
Ὅμως ἔχει τερπνόν τι καὶ κωμῳδικόν.

Διώβολον, καὶ τριώβολον, καὶ ἡμιωβόλιον ὁμοίως.

Δίοσμος. Facultas transmittendi odores ad nares, apud Theophrastum. Non est autem ipse nasus instrumentum odoratus, sed pars cerebri mammæ instar extuberans.

Διὸς φήμη. Oraculum Jovis. Apollo enim est patris minister in oraculis edendis, & ab illo oracula accepta hominibus reddit. Et Homerus:

*Jovis nuncia fama percrebescebat.*

Διὸς ψῆφος. Jovis suffragium. Sic locus vocatur, in quo de Minerva & Neptuno judicium factum est. Cratinus Archilochis: *Illic Jovis magni sedes calculique vocantur.* Locus enim, in quo [de Minervæ Neptunique controversia] judicium factum est, *Jovis suffragium* vocatur. Hoc autem proverbium de rebus sacris & non tangendis usurpatur.

Διότι. Interdum sumitur pro ὅτι, tum apud multos alios, tum etiam Hieroclem. † Tribus modis id, quod notius nobis est, consideratur. Primum enim, rem esse, notius nobis est, & prius a nobis cognoscitur, quam cur sit. Etenim, habere nos animam, eamque esse immortalem, facilius vulgo intelligitur, quam rationes, quibus istud confirmatur & demonstratur. Deinde res universalis & confusa notior est particulari & distincta: ut, scire simpliciter esse corpus, quam esse tale corpus: id est, cœleste, vel terrestre, vel hoc aliove modo temperatum. Tertio loco, id, quod respectu quidem nostri prius est, at natura posterius. Nam simplicibus, quæ prima sunt natura, composita nobis sunt notiora.

Διότιμος. Diotimus, Nomen proprium.

Διοτρεφής. A Jove nutritus.

Διοφάνης. Diophanes. Hic Megalopolitanus fuit, & magno usu rei militaris instructus. Bello enim adversus Nabidem tyrannum diuturno, & Megalopolitanis finitimo, sub Philopœmenis disciplina assidue militans, veram bellicarum rerum peritiam collegerat. Præterea, ipsa specie & corporis robore conspicuus ac formidabilis erat: quodque est præcipuum, strenuus bellator, & tractandorum inprimis armorum peritus.

Διόφαντος. Diophantus. Nomen proprium.

Δι' ὄχλου. Molestum. Grave. Aristophanes:

*Quamvis enim molestũ hoc sit spectatoribus,*
*Tamen habet aliquid jucundum & comicum.*

Διώβολον, & τριώβολον, & ἡμιωβόλιον, [per ω scribuntur.]

1 Δίοσμος. ἡ διαπορθμευτικὴ δύναμις τῶν ὀσφρ.] Vide Philoponum in lib. II. Aristot. *de Anima* M. III. b. & Suidam infra v. Κογχύλη.

2 Οὐκ ἔστι δὲ ἡ ῥὶς τὸ αἰσθητήριον, ἀλλ' ἡ μασ.] Hæc apud Philoponum in lib. II. Aristot. *de Anima*, M. 4. 2. paulo plenius sic leguntur: Ἔστι δὲ τὸ ὀσφρητικὸν αἰσθητήριον ἡ κατὰ τὰ ἐμπρόσθια τοῦ ἐγκεφάλου μαστοειδὴς αὐτοῦ ἀπόφυσις. Sed pro ἀπόφασις legendum est ἀπόφυσις: uti etiam hic apud Suidam pro ἀπόθεσις rescribi debet.

3 Ὅμηρος] Il. B. v. 93.

4 Διὸς ψῆφος. οὕτως καλ.] Huc spectant ea, quæ habet Hesychius v. Διὸς θᾶκοι, cujus verba hic adscribam, ut emendem: Διὸς θᾶκοι καὶ πεσσοί. τοῖς χάρφεσι ψῆφοι. φασὶ δὲ ἐν τῷ τῶν Ἀθηναίων διαψήφισιν (lege διαψηφίσει) ὅτι ἠμφισβήτει Ἀθηνᾶ καὶ Ποσειδῶν, τὴν Ἀθηναίων Διὸς διαθεῖναι ὑπὲρ αὐτῆς τὴν ψῆφον ἐνεχεῖν. καὶ ὑπέχειν αὐτὸ τούτου τὸ τοῦ Πολιέως ἱερὸν (lege ἱερεῖον) πρῶτον θύεσθαι ἐπὶ βωμοῦ.

5 Καλεῖται] Adde τόπος.

6 Κατὰ τρεῖς δὲ τρόπους τὸ σαφ.] Hæc, & quæ sequuntur, apud Alexandrum Aphrod. in *Topica* me legisse memini; quamvis locus nunc non succurrat.

7 Παραχωρῆσαι] Wolfius recte monuit, legendum esse προχειρίσασθαι.

8 Τὸ καθόλου καὶ συγκεχ.] Vide. Aristotel. *Physic.* lib. 1. cap. 1.

9 Διοφάνης. οὗτος Μεγαλοπ.] Hæc, & quæ sequuntur, leguntur apud Polybium in Excerptis a Valesio editis pag. 110.

10 Ἀριστοφάνης] *Ecclesiaz.* pag. 750.

Διωγκωμένον. πεφυσημένον.

Διῴδει. ἐφλέγμαινε.

Διῳδηκότα. ἐξωγκωμένον. Ὅσοι γὰρ ἐκ τῆς αὐτῆς σπορᾶς γεγόνασι, κάτω τὸν πόδα τὸν δεξιὸν ἔχουσι διῳδηκότα, καὶ βάδισιν ἀσθενῆ τε καὶ νωθῆ. καὶ διῳδηκώς, ὁμοίως.

Διωθεῖτε. ἀποστρέφετε. καὶ διωθούμενοι. ἀναστρεπόμενοι. ἐκβαλλόμενοι.

Δίωκε ἀρετήν. ζήλου. ἐπιτήδευε.

Διώκειν. εἰς ἀγορὰν ἄγειν. τοῦτο λέγεται, ὅταν προυποφύγῃ τις. τάττεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ συντόνως ἐλαύνειν. καὶ διωκόμεθα, ἀντὶ τοῦ κατηγορούμεθα.

Διώκειν. ἀντὶ τοῦ ἄγειν εἰς κρίσιν, καὶ κατηγορεῖν. καὶ ἐπὶ τοῦ ἐπιθυμεῖν καὶ ὀρέγεσθαι. διώκειν γὰρ φαμὲν ἀρετήν. καὶ ἐπὶ τοῦ διελθεῖν. Αἱ δὲ νῆες ἐς φυγὴν καταστᾶσαι, πολλοὺς μετεδίωξαν τόπους. αἱ μὲν γὰρ εἰς Ἰόνιον κόλπον ἐξέπλευσαν· αἱ δὲ ἄλλῃ.

Διῳκίσατο. διεχώρισεν. ἀπ' ἀλλήλων ἐποίησε. Καὶ διῳκίσατο τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ Θεοῦ ἡ ἀνοσιότης. ὅστις δὲ δι' ἀρετῆς καὶ ὁσιότητος ἀπάγων ἑαυτὸν ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων καὶ σπουδασμάτων ἐπ' αὐτὸν τὸν Θεόν, καὶ ζῶν τυγχάνει παρόντος, καὶ τελευτήσας μετῳκίσατο πρὸς αὐτόν.

Διῳκισμένος. γενικῇ. κεχωρισμένος.

Διώκω σε. ἐλαύνω σε. τὸ δὲ κατηγορῶ, γενικῇ. Ὁ γὰρ διώκων τοῦ ψηφίσματος.

Διωλύγιον. μέγα. καὶ παροιμία· [1] Διωλύγιον κακόν. ἐπὶ τῶν μέγα τι καὶ δεινὸν ὑφισταμένων. Διωλύγιον γάρ ἐστι τὸ μέγα καὶ ἐπὶ πολὺ διῆκον. [2] Οὕτω διοπαλίζεις διωλύγιος φλυαρία. [3] Πλάτων δέ. καὶ Δαμάσκιος· Ταῦτα οὖν διωλύγιος φλυαρία δόξειεν ἂν εἶναι; καὶ δικαίως οὐ κατὰ γραῶν ὕθλον λεγόμενον, ἀλλὰ πέρα τοῦ μεγίστου φληνάφου.

Διωμοσία. ὅρκοι οἱ ὑπὸ τῶν δικαζομένων γινόμενοι· τοῦ μὲν ὀμνύντος, ὅτι παθὼν ἐγκαλεῖ· τοῦ δὲ ἄρα, ὅτι οὐκ ἐποίησε.

Διωμοσία, καὶ [4] ἀντωμοσία. ὅταν οἱ κατηγοροῦντες ὀμνύωσιν, ὡς ἀληθῶς κατηγοροῦσι, τοῦτο διωμοσία. ὅταν δὲ οἱ κατηγορούμενοι ὀμνύωσι τὸν αὐτὸν ὅρκον, διαλυόμενοι τὰ ἐγκλήματα, τοῦτο ἀντωμοσία.

Διώμοτος. [5] Διωμότους συνίστασθαι τοῖς διαφερομένοις ἐκέλευε τοὺς ῥήτορας. τουτέστι τοὺς συνηγόρους. † Ὅτι ὁ Σιμόκατος ἐπὶ τοῦ ὅρκου ἐχρήσατο τῷ διωμοσία, λέγων· [6] Οἱ Μαυρούσιοι διωμοσίαν κατὰ τῶν Ῥωμαίων ἐποιήσαντο.

Διωγκωμένον. Inflatum. Tumens.

Διῴδει. Tumebat.

Διῳδηκότα. Tumentem. Inflatum. Tumidum. *Quotquot enim ab eadem origine procreati sunt, inferne dextrum pedem tumidum habent, & gressum infirmum & tardum.* Et διῳδηκώς. Inflatus. Tumidus.

Διωθεῖτε. Propellite. Avertite. Et διωθούμενοι. Repulsi. Ejecti.

Δίωκε ἀρετήν. Sectare virtutem. Stude virtuti. Virtutis studio da operam.

Διώκειν. Aliquem in jus rapere. Vel, reum judicio persequi. Dicitur etiam de eo, qui magna contentione aliquem persequitur. Et διωκόμεθα, accusamur.

Διώκειν. In judicium adducere, & accusare. Item, concupiscere, desiderare, & optare. Dicimus enim διώκειν ἀρετήν: sectari virtutem. Id est, desiderare, optare, ejusque consequendæ desiderio teneri. Item, transire. *Naves vero in fugam versæ, per multa loca transiverunt. Aliæ enim in sinum Ionium; aliæ vero alio enavigarunt.*

Διῳκίσατο. Disjunxit. Sejunxit. Alios ab aliis separavit. *Et impietas homines a Deo disjunxit. Quisquis vero per virtutem & sanctitatem a rebus & studiis humanis sese ad ipsum Deum convertit, & vivens præsentia ejus fruitur, & mortuus ad ipsum commigrat.*

Διῳκισμένος. Genitivo jungitur. Disjunctus.

Διώκω σε. Persequor te. At cum significat accuso, genitivo jungitur. *Ille vero ob decretum eum accusans.*

Διωλύγιον. Magnum. Ingens. Et proverbium: Διωλύγιον κακόν. Quod de iis dicitur, qui magnum aliquod & grave malum sustinent. Διωλύγιον enim dicitur magnum, & quod longe penetrat. * * * * * Plato [dixit διωλύγιος φλυαρία: i. e. Nugæ maximæ.] Et Damascius: *Hæccine nugæ immanes esse videantur? Imo, non solum anilibus fabulis similia sunt, sed maximam etiam futilitatem superant.*

Διωμοσία. Jusjurandum de calumnia, quod a litigantibus juratur: quorum alter quidem jurat, se ab eo, quem accusat, injuria affectum esse: alter vero negat, se id, [quod ipsi objicitur,] fecisse.

Διωμοσία, & ἀντωμ. Cum actores jurant, se bona fide & non animo calumniandi alterum accusare, id vocatur διωμοσία. Cum vero rei idem jusjurandum jurant, crimina diluentes, id vocatur ἀντωμοσία.

Διώμοτος. Juratus. *Oratores ligantium patrocinium juratos suscipere jussit.* † Simocatta voce διωμοσία pro jurejurando usus est, cum dicit: *Maurusii contra Romanos conjurarunt.*

1 Διωλύγιον κακόν] Synesius *de Providentia* pag. 106. Typhonis uxorem διωλύγιον κακὸν, id est, *immane malum* vocat. Vide etiam Parœmiographos.

2 Οὕτω διοπαλίζεις διωλ. φλ.] In fragmento hoc nil nisi tenebras cerno, quas aliis discutiendas relinquo.

3 Πλάτων δὲ] Plato in Theæteto pag. 122. διωλύγιος φλυαρία dixit: ad quem locus Suidas procul dubio respexit. Sed mirum est, cum ipsa verba Platonis non adduxisse, absque quibus sensus hujus loci mutilus est, nec scias, quid Suidas hic sibi velit.

4 Ἀντωμοσία] Vide supra h. v.

5 Διωμότους συνίστασθαι τοῖς διαφερομένοις ἐκέλ. τοὺς ῥήτ.] Hæc sunt verba Procopii *Hist. Arcan.* cap. xxvi.

6 Οἱ Μαυρούσιοι διωμοσίαν κατὰ τῶν Ῥωμ.] Ad oram Suidæ mei hic notaveram, *Ex Simocatt.* lib. vii. cap. vi. Sed ad Simocattam rediens, locum istum ibi non inveni: unde suspicor, me in numero libri vel capitis errasse.

Δίων,[1] Ἱππαρίνου, Συρακούσιος, φιλόσοφος Πλατωνικὸς, τοῦ Σικελίας τυράννου Διονυσίου τοῦ προτέρου τῆς γαμετῆς Ἀριστομάχης ἀδελφός· ὃς καὶ ἐκράτησε τῆς Σικελίας τυραννίδος, ἐκβαλὼν τὸν τοῦ προτέρου Διονυσίου υἱὸν Διονύσιον· οὗ πάλιν ἀδελφὸς Νισαῖος ἐξέβαλε Δίωνα τοῦτον. ἔγραψεν ἐπιστολὰς πρὸς Πλάτωνα, καὶ ἄλλους τινάς.

Δίων. Dion, Hipparini filius, Syracusanus, Philosophus Platonicus, Aristomachæ, uxoris Dionysii prioris, Siciliæ tyranni, frater, qui Siciliæ tyrannide potitus est, ejecto Dionysio, Dionysii prioris filio; cujus frater Nisæus vicissim hunc Dionem ejecit. Scripsit epistolas ad Platonem, & alios quosdam.

Δίων, ὁ [2] Κάσσιος χρηματίσας, ὁ ἐπίκλην Κοκκήϊος· οἱ δὲ, Κοκκηϊανός· Νικαεὺς, ἱστορικὸς, γεγονὼς ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμαίας. ἔγραψε Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν ἐν βιβλίοις π'. διαιρεῖται δὲ κατὰ δεκάδας. Περσικά. [3] Γετικά. Ἐνόδια. Τὰ κατὰ Τραϊανόν. Βίον Ἀῤῥιανοῦ τοῦ φιλοσόφου.

Δίων ὁ Κάσσιος. Dion, Cassius vulgo dictus, cognomento Coccejus, vel, ut alii, Coccejanus, Nicenus, Historicus: qui vixit temporibus Alexandri Mammææ filii. Scripsit historiæ Romanæ libros LXXX. qui in Decades distributi sunt. Item, Persica: Getica: Enodia: Res a Trajano gestas: Vitam Arriani Philosophi.

Δίων, ὁ Πασικράτους, Προυσαεὺς, σοφιστὴς, καὶ φιλόσοφος· ὃν Χρυσόστομον ἐκάλεσαν. [4] ἀντεποιεῖτο δὲ σεμνότητος, ὡς καὶ λεοντῆν φορῶν προϊέναι. ἦν δὲ λεπτὸς τὸ σῶμα, καὶ διέτριψε τὸ πλεῖστον παρὰ Τραϊανῷ Καίσαρι, ὡς καὶ συγκαθέζεσθαι ἐν τῷ βασιλικῷ ὀχήματι. [5] ἔγραψεν, εἰ φθαρτὸς ὁ κόσμος. Ἐγκώμιον Ἡρακλέους, καὶ Πλάτωνος. Ὑπὲρ Ὁμήρου πρὸς Πλάτωνα δ'. Περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἀρετῶν, η'.

Δίων. Dion, Pasicratis filius, Prusaensis, Sophista, & Philosophus: quem Chrysostomum appellarunt. Hic gravitatem adeo affectabat, ut & leonina pelle indutus prodiret. Corpore fuit tenui & gracili, maximamque ætatis partem apud Trajanum Imperatorem exegit, ut etiam in curru imperatorio cum eo sederet. Scripsit, An mundus interire possit. Encomium Herculis & Platonis. Pro Homero adversus Platonem libros quatuor. De Alexandri virtutibus libros VIII.

Διώνασα. ὄνομα κύριον.

Διώνασα. Dionasa. Nomen proprium.

Διωναία.[6] ἡ Ἀφροδίτη. καὶ Διώνη. ἡ αὐτή.

Διωναία. Dionæa. Venus. Eadem & Dione vocatur.

Διώνυμον. διαβόητον. ὀνομαστόν. περίφημον. Διώνυμοι ἐν τοῖς Ἕλλησι. † [7] Διώνυμοι κόλακες περιηχοῦσιν ἡμᾶς, Κλεισόφοι τε, καὶ Στρουθίαι, καὶ Θήρωνες, καὶ οἱ περὶ τὴν Διονυσίου βομβοῦντες τράπεζαν, καὶ οἱ περὶ τὴν δαῖτα Ἀλεξάνδρου μεμηνότες.

Διώνυμον. Celebrem. Clarum. Famosum. *Celebres inter Græcos.* † *Celebres assentatores nos circumsonant, Clisophi, Struthiæ, & Therones, & illi, qui Dionysii mensam circumstrepunt, & circa epulas Alexandri insaniunt.*

Διωξικέλευθα[8] κέντρα.

Διωξικέλευθα κέντρα. Stimuli, vel calcaria, quibus equus ad cursum incitatur.

Διώξιππος, Ἀθηναῖος, κωμικός. δράματα αὐτοῦ, [9] Ἀντιπορνοβοσκὸς, Φιλάργυρος, Ἱστοριογράφος, Διαδικαζόμενοι.

Διώξιππος. Dioxippus, Atheniensis, Comicus. Ejus fabulæ sunt, *Antipornoboscus, Philargyrus, Historiographus, Litigantes.*

Διώξομαί σε δειλίας. ἀντὶ τοῦ κατηγορήσω σου. Ἐς δικαστὰς αὐτὸν ἀγαγόντες, ἐδίωξαν κατηγορήσαντα τυραννίδος.

Διώξομαί σε δειλίας. Timiditatis te accusabo. *Ad judices adductum accusarunt, quod in tyrannidem invectus fuisset.*

Διώρης. ὄνομα κύριον.

Διώρης. Diores. Nomen proprium.

Διωρία.[10] ἀνακωχή. Δόξαν δ' ἐπανεῖναι τὴν πολιορκίαν, καὶ διωρίαν βουλῆς τοῖς στασιασταῖς παρασχεῖν.

Διωρία. Induciæ. Intermissio. Temporis intervallum. *Cum autem obsidionem remittere visum fuisset, & spatium deliberandi seditiosis præbere.*

1 Δίων] Hujus Dionis vitam prolixe describit Plutarchus, quem vide.

2 Δίων, ὁ Κάσσιος χρ.] De eo vide Vossium *de Hist. Gr.* lib. II. cap XV.

3 Γετικά] Imo Dionem Cassium cum Dione Chrysostomo Suidas hic confudit. Posteriori enim *Getica* tribuenda esse discimus ex Philostrato, qui lib. II. *de Vit. Soph.* pag. 491. expresse refert, Dionem Chrysostomum de isto argumento scripsisse.

4 Ἀντεποιεῖτο δὲ σεμνότητος, ὡς καὶ λεοντῆν φορ. πρ.] Idem testatur Photius in *Bibliotheca*, Cod. CCIX. ubi plura de hoc Dione legere licet.

5 Ἔγραψεν] Mirum est, Suidam hic nullam mentionem facere orationum, quas Dio scripsit: quarum argumenta recenset Photius loco laudato. Cæterum a Dionibus, quos Suidas hic recenset, diversus fuisse videtur ille, quem noster infra v. Οὐδὲ Ἡρακλῆς citat ἐν δευτέρῳ τῆς δευτέρας συντάξεως; & Scholiasta Nicandri pag. 29. ἐν τῷ πρώτῳ τῆς πρώτης συντάξεως.

6 Διωναία. ἡ Ἀφροδ.] Epithetum hoc Veneri procul dubio tributum fuit a Διωνία, quæ erat urbs Cypri, teste Stephano Byzantio.

7 Διώνυμοι κόλακες περιηχ.] Fragmentum hoc ampliabis ex ipso Suida infra v. Κλεισόφος.

8 Διωξικέλευθα κέντρα] Ex Anthol. lib. VI. cap. 2. Epigr. I. Vide etiam infra v. Κημός.

9 Ἀντιπορνοβοσκὸς, Φιλ.] Harum fabularum, excepta ultima, meminit Athenæus.

10 Διωρία] Vide supra v. Διορία: ubi oblitus sum monere, Phrynichum τὸ διορία pro προθεσμία prorsus damnare. Verba ejus hæc sunt: Διωρία (scribe διορία, per ο) ἐσχάτως ἀδόκιμον. ἀντ' αὐτοῦ δὲ προθεσμίαν ἐρεῖς.

Διώρο-

Διώροφον. τὸ οἴκημα τὸ δύο ἔχον στέγας.

Διώρυξ,[1] διώρυγος.

Διωρυχή. διόρυξις τοίχων, ἢ χωμάτων. Διωρυγὴ δὲ, ἡ ὄρυξις.

Διωσόμεθα. ἀπωσόμεθα, καὶ ἀποπεμψόμεθα.

Διωστῆρσιν. ἀναφορεῦσι τοῖς ἀναβαστάζουσι.

Δίπαλτος. ἀμφοτέραις ταῖς χερσίν. οἷον[2] περιδεξίοις. παντὶ σθένει. [3] Σοφοκλῆς· Πᾶς δὲ στρατὸς δίπαλτος ἄν με χειρὶ φονεύοι. ἢ οὕτως· Ὁ στρατός με φονεύοι, λαβὼν τὰ δίπαλτα δοράτια.

Διπλασιάσαι.[4] διχῶς λέγεται. ἢ γὰρ τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἡ φάλαγξ, μένοντος τοῦ πλήθους τῶν ἀνδρῶν· ἢ τὸν ἀριθμὸν αὐτόν. γίνεται δὲ ἑκάτερον διχῶς. ἢ κατὰ λόχους, ἢ κατὰ ζυγά. ταυτὸν δὲ εἰπεῖν, κατὰ μῆκος ἢ κατὰ βάθος. κατὰ μῆκος μὲν οὖν γίνεται διπλασιασμὸς ἀνδρῶν, ὅταν μεταξὺ τῶν προϋπαρχόντων λόχων παρεμβάλωμεν, ἢ [5] παρεμπλέκωμεν ἄλλους αὐτοῖς ἀριθμοὺς, τὸ μῆκος φυλάττοντες τὸ αὐτὸ τῆς φάλαγγος. ὥστε πύκνωσιν γενέσθαι μόνον ἐκ τῆς τῶν ἀνδρῶν διπλασιάσεως. κατὰ βάθος δὲ, ὅταν μεταξὺ τῶν προϋπαρχόντων ζυγῶν παρεμβάλωμεν, ἢ παρεμπλέκωμεν ἄλλα αὐτοῖς ἰσάριθμα· ὥστε κατὰ βάθος πύκνωσιν εἶναι μόνον. κατὰ μῆκος δὲ τόπου γίνεται διπλασιασμὸς, ὅταν τὴν προειρημένην κατὰ μῆκος πύκνωσιν μανότητι μεταθῶμεν· ἢ οἱ παρενθέντες ἐξελίξωσι κατὰ βάθος. ἔνιοι δὲ τοὺς τοιούτους ἀποδοκιμάζουσι· καὶ μάλιστα, ἐγγὺς ὄντων τῶν πολεμίων. ἐφ' ἑκάτερα δὲ τῶν κεράτων τοὺς [6] ψιλοὺς καὶ [7] τοὺς ἵππους ἐπεκτείναντες, τὴν ὄψιν τοῦ διπλασιασμοῦ χωρὶς ταραχῆς τῆς φάλαγγος ἀποδιδόασι.

Διπλαῖ. τὸ θηλυκὸν πληθυντικόν. ὅτι τὸ ἁπλᾶ, καὶ διπλᾶ, καὶ πολλαπλᾶ, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα περισπῶσιν οἱ Ἀττικοί. ἀργυρᾶ, χρυσᾶ, κεραμεᾶ· ἀπὸ τοῦ κεραμεοῦν· καὶ φοινικᾶ, ἀπὸ τοῦ φοινικοῦν.

Διπλόη. ἡ ἀπάτη.

Διπλόη. ἡ ἔξωθεν ἀρετὴ φαινομένη· ἔσωθεν δὲ γέμουσα κακίας. καὶ οἱ φιλίαν μὲν ὑπισχνούμενοι, προϊέμενοι δὲ αὐτὸν τοῖς πολεμίοις. Πισίδης·

Ἐπέσχεν ὑμῶν τὴν βολὴν ὑπηγμένην
Ἡ τοῦ χιτῶνος ἐμπεσοῦσα διπλόη.

τάττεται δὲ ἡ λέξις καὶ ἐπὶ τῶν σκολιῶν τοὺς τρόπους.

Διπλοῦν κάππα. ἀντὶ τοῦ διπλοῦν κακόν. καὶ, Τρία κάππα κάκιστα· Καππαδοκία, Κρήτη, καὶ Κιλικία.

Διποδία.[8] εἶδος ὀρχήσεως. Ἀριστοφάνης·

Διώροφον. Domus geminum tectum habens.

Διώρυξ. Fossa.

Διωρυχή. Perfossio parietum & aggerum. Διωρυγὴ vero, fossio.

Διωσόμεθα. Repellemus, & amandabimus.

Διωστῆρσιν, Vectibus, quibus aliquid portamus.

Δίπαλτος. Ambabus manibus. Vel, dextre & prompte. Totis viribus. Sophocles: *Totus exercitus utraque manu tela conjiciens me interficiet.* Vel sic: Exercitus me interficiet, correptis hastis, quæ utraque manu vibrantur.

Διπλασιάσαι. Conduplicare. Bifariam dicitur: aut locum, in quo est phalanx, manente virorum eadem multitudine; aut ipsum numerum. Fit autem utrumque bifariam; vel manipulatim, vel jugatim: id est, vel secundum longitudinem, vel secundum latitudinem. Ac secundum longitudinem fit conduplicatio virorum, cum inter eos manipulos, qui adsunt, interseruerimus aut implicuerimus alios numeros, eadem servata phalangis longitudine, ut ex ista virorum conduplicatione densitas tantum aciei accedat. Secundum profunditatem vero, cum inter priora juga interseruerimus aut implicuerimus alia numero eis paria, ut in profunditate modo fit densitas. In longitudine vero fit conduplicatio loci, cum supra dictam in longitudine densitatem raritate transferimus: aut cum ii, qui intersiti sunt, secundum profunditatem se explicant. Nonnulli vero hos improbant, præsertim vicinis hostibus. In utroque autem cornu velitibus & equitibus extensis, conspectum conduplicationis absque perturbatione phalangis efficiunt. *Wolf.*

Διπλαῖ. Fœmininum pluralis numeri. Duplices. Hæc autem nomina ἁπλᾶ, διπλᾶ, πολλαπλᾶ, & omnia hujus generis, Attici circumflectunt. Sic & ἀργυρᾶ, χρυσᾶ, κεραμεᾶ, a κεραμεοῦν; & φοινικᾶ, a φοινικοῦν.

Διπλόη. Fraus.

Διπλόη. Virtus, quæ extrinsecus quidem ita apparet: sed intrinsecus vitiis referta est. Dicitur etiam hæc vox de illis, qui se amicos quidem aliorum fore pollicentur, sed tamen hostibus eos produnt. Pisides: *Teli vestri clam in me contorti ictum repressit opposita vestis duplicata.* Idem vocabulum etiam dicitur de iis, qui non sunt moribus simplicibus & apertis, sed dolosis.

Διπλοῦν κάππα. Duplex cappa. Id est, duplex malum. Et, Tria cappa pessima. Cappadocia, Creta, & Cilicia.

Διποδία. Genus saltationis. Aristophanes:

1 Διώρυξ, διώρυγος] Phrynichus: Διώρυγος, διώρυχα, διὰ τοῦ γ' κακῶς. οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ταῦτα διὰ τοῦ χ λέγουσι, διώρυχος, διώρυχα.

2 Περιδέξιοις] Lege περιδεξίως, ut apud Scholiastam Sophoclis ad *Ajacem* pag. 25. unde Suidas hæc descripsit.

3 Σοφοκλῆς] In *Ajace* pag. 25. ut Portus observavit.

4 Διπλασιάσαι. διχῶς λ.] Vide Æliani *Tactica* cap. XXVIII. XXIX. Cæterum, versionem Wolfii in hoc articulo retinui, iis tantum in locis interpolatam & mutatam, ubi & textum Græcum mutavi.

5 Παρεμπλέκωμεν] Sic habet MS. Paris. A. At priores Editt. minus recte παρεμπλέκομεν.

6 Ψιλούς] Sic recte 2 MSS. Paris. At priores Editt. male, πολεμίους. Vide Arcerium in notis ad Æliani *Tactica* cap. XXVIII.

7 Τοὺς ἵππους] Potius, τοὺς ἱππέας

8 Διποδία] In prioribus Editt. non solum male excusum est διποδίη; sed etiam totus hic articulus alieno loco inter Διπλοΐς & Διπάλαστον legitur, unde eum in sedem hanc retraxi, quam duo

Ἰν'

Ἵν' ἐγὼ ¹ διποδιάξω γε, καλλίστω καλὸν
Ἐς τὼς Ἀσαναίως τε καὶ ἡμᾶς ἅμα.
ἀντὶ τοῦ Ἀθηναίους.

Διπλύχια.² δύο περιβόλαια ἔχοντα· ὡς τὸ μὲν ὑποστρῶσθαι, τὸ δὲ ἕτερον ὑποβεβλῆσθαι.

Δίπυρος ἄρτος. ὁ παρὰ Ῥωμαίοις λεγόμενος παξαμᾶς.³ Σισύρας⁴ ἐπὶ τῶν ὤμων φέροντες, ἐν αἷς δὴ ἄλλο οὐδὲν, ὅτι μὴ διπύρους ἄρτους οἴκοθεν ἐμβεβλημένοι ἀφίκοντο.

Δίρκη. ἡ πηγή. καὶ κύριον ὄνομα. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἀντιόπη.

Δὶς ἑπτὰ πληγαῖς ⁵ πολύπους πληγείς. ἐπὶ τῶν κολάσεως ἀξίων. παρόσον ὁ πολύπους θλιβεὶς τύπτεται πολλάκις πρὸς τὸ πίων γενέσθαι. καὶ ἑτέρα παροιμία· Δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν. οὕτω χρὴ τὸ καλὸν πολλάκις λέγειν. καὶ, Δὶς παῖδες οἱ γέροντες. ἐπὶ τῶν πρὸς τὸ γῆρας εὐηθεστέρων εἶναι δοκούντων. καὶ,

Δὶς ⁶ πρὸς τὸν αὐτὸν αἰσχρὸν προσκρούειν λίθον.

ἐπὶ τῶν ἐκ δευτέρου τοῖς ἁμαρτήμασι περιπιπτόντων.

Δισκεύων. ἐκδεχόμενος. ἢ κυλίων. καὶ ἐν Ἐπιγράμματι· Καὶ νῦν δίσκος ἐμοὶ κρόταλον.

Δίσκος. ὁ ⁷ σόλος.

Διτάλαντον. Καταστήσαντες διτάλαντον πετροβόλον, τὰ μὲν κατέβαλλον τῶν τειχῶν, τὰ δὲ διέσειον.

Δὶς κράμβη θάνατος.

Διοιγνύντες. ἀνοίγοντες.

Διοιδούντων. ἐκφυσώντων.

Διοιδοῦσα. ἀντὶ τοῦ ὀγκουμένη.

Διοικεῖν. ἀντὶ τοῦ διαιρεῖσθαι· ὥστε μὴ ἐν ταυτῷ πάντας οἰκεῖν, ἀλλὰ χωρὶς, καὶ κατὰ μόνας.

Διοικίζω. τὸ διαχωρίζω. καὶ διοικίζεσθαι. χωρίζεσθαι. διοικῶ δὲ, τὸ τελειῶ.

Διοιμώζειν.

Διοίσασα. διαπεράσασα.

Διοίσεται. διαφορὰν ἕξει.

Διοίσεται. ⁸ Σοφοκλῆς·

Τροφῆς στερηθεὶς σοῦ διοίσεται μόνος.

ἀντὶ τοῦ, διάξει, βιώσεται.

Διοίσειν. διαφέρειν, ἢ διαφορὰν ἔχειν. ⁹ Πίστεις τε ἔδοσαν, ὡς καὶ προθύμως σφίσι τὸν πόλεμον διοίσαντες. ἀντὶ τοῦ συνδιενεγκόντες. † Τὸν πίθον οὔτ' ἐπει-

*Ut ego ſaltem, & pulchrum in Athenienſes & nos ſimul carmen canam.* Ἀσαναίως enim hic [Dorice] dictum eſt pro Ἀθηναίους.

Διπλύχια. Duplicem veſtem ſtragulam habentia: ita ut altera ſit ſubſtrata, altera vero ſuperſtrata.

Δίπυρος ἄρτος. Panis bis coctus: qui apud Romanos Paxamas vocatur. *Pelles humeris portantes, in quibus nihil aliud quam panes bis coctos domo diſcedentes ſecum tulerant.*

Δίρκη. Dirce. Fons. Item nomen proprium. Vide in voce Ἀντιόπη.

Δὶς ἑπτὰ πλ. *Bis ſeptem plagis polypus contuſus.* De iis dicitur, qui pœna digni ſunt. Polypus enim captus ſæpe cæditur, ut pinguis fiat. Et aliud proverbium: *Bis & ter, quod pulchrum eſt.* Oportet enim id, quod pulchrum eſt, ſæpe iterare. Et, *Senes bis pueri.* Dicitur de iis, qui ob ſenectutem ſimpliciores eſſe videntur. Et, *Bis ad eundem lapidem impingere turpe eſt.* De iis, qui in eoſdem errores iterum incidunt.

Δισκεύων. Diſco ludens. Vel, volvens. Et in Epigrammate. *Et nunc diſcus mihi eſt crepitaculum.*

Δίσκος. Diſcus. Globus ferreus.

Διτάλαντον. Duorum talentorum pondus habens. *Cum autem catapultam, duorum talentorum ſaxa jaculantem, [eo loco] conſtituiſſent, muros partim proſtraverunt, partim vero concuſſerunt.*

Δὶς κράμβη. Crambe bis [cocta] mors eſt.

Διοιγνύντες. Aperientes.

Διοιδούντων. Inflatorum. Tumidorum.

Διοιδοῦσα. Tumens. Inflata. Tumida.

Διοικεῖν. Disjuncturum eſſe: ita ut non in eodem loco omnes habitent, ſed ſeparatim & ſingulatim.

Διοικίζω. Disjungo. Separo. Et Διοικίζεσθαι. Disjungi. Separari. Διοικῶ vero, perficio. [Adminiſtro.]

Διοιμώζειν. Lamentari.

Διοίσασα. Quæ trajecit.

Διοίσεται. Differet.

Διοίσεται. Vivet. Deget. Sophocles: *Te nutritio orbatus ſolus vitam deget.*

Διοίσειν. Differre. Diverſum eſſe. [Item, tolerare, ſuſtinere.] *Et fidem dederunt, ut qui prompte & alacriter cum ipſis bellum ſuſtinuiſ-*

MSS. recte ei aſſignant. Pro διποδία autem ſcribendum eſſe διποδία non ſolum probatur auctoritate MStorum, itemque Pollucis & Heſychii: ſed idem etiam patet ex verbo διποδιάζω, quod inde formatum legitur apud Ariſtophanem *Lyſiſtrata* pag. 910. (569. Ed. Baſ. *P.*)

1 Διποδιάξω] Lege διποδιάξω, ut apud Ariſtophanem loco laudato.

2 Διπλύχια] Legendum potius δίπτυχα, ut habet Heſychius. Et deinde ἐπιβεβλῆσθαι pro ὑποβεβλῆσθαι.

3 Παξαμᾶς] Vide de hac voce Dufrenium in Gloſſario Græco.

4 Σισύρας ἐπὶ τῶν ὤμων φέροντες.] Fragmentum hoc legitur apud Procopium *Hiſt. Arc.* cap. VI. idemque repetitur infra v. Σισύρα.

5 Πολύπους] Metri gratia ſcribendum eſt πουλύπους.

6 Δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν] Senarius hic in legem metri peccat, quem præeunte Scaligero in Collectione proverbiorum ſic legerim:

Δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν αἰσχρὸν εἰσκρούειν λίθον.

7 Ὁ σόλος] Editt. Baſil. & Genev. inepte habent ὁ σόλος.

8 Σοφοκλῆς] *Ajace*, pag. 31. ut Portus monuit.

9 Πίστεις τε ἔδοσαν] In hoc exemplo, & eo, quod proxime ſequitur, τὸ διαφέρειν, vel διοίσειν, nihil facit ad ſignificationem illam, quam Suidas ei hic tribuit. Quare ſuſpicor, duo iſta loca non eſſe ab ipſo Suida, ſed ab alio, qui ea primum ad oram libri annotaverat: unde poſtea in textum irrepſiſſe videntur. Tolle enim iſta, & ſuccedet ῥῆσις hæc, Οὐδὲν διοίσεις Χαιρ. in qua τὸ διοίσειν ex mente Suidæ *differre* ſignificat. Sane, exploratum nobis eſt, Suidam eo, quo diximus, modo, ſæpiſſime interpolatum eſſe, eamque eſſe rationem, quare ῥήσεις ex auctoribus excerptæ tot in locis Lexici hujus a mente & interpretatione Suidæ diſcrepent.

κὲς διοῖσαι, οὔτε ἀσφαλὲς καινὸν οἶνον. ἀντὶ τοῦ ἀνοῖξαι. καὶ παροιμία·

Οὐδὲν [1] διοίσεις Χαιρεφῶντος τὴν φύσιν.

ἐπὶ τῶν ὠχρῶν καὶ ἰσχνῶν. ἐπεὶ τοιοῦτος ὁ Χαιρεφῶν τὴν φύσιν καὶ τὴν ἰδέαν, ἅτε σοφίᾳ [2] συντετηκώς. ὅθεν καὶ νυκτερὶς ἐκαλεῖτο. καὶ [3] Ἀριστοφάνης·

— Οὐδὲν διοίσοντ' ἄντικρυς
Τῶν Ἡρακλειδῶν, οὐδ' ὁτιοῦν τῶν Παμφίλου.

οὗτος τραγῳδοποιὸς ἐγένετο, καὶ ἔγραψε τὰ συμβάντα τοῖς Ἡρακλείδαις.

Διοίσομαι. ἀμφιβαλῶ. Οὐ μὴν κατὰ τοῦτο διοίσομαι οὐδέν.

Δίυγρος. ὁ ἀσθενής.

Διύλισις.[4] ἡ διήθησις.

Διυπνίζω. ἐξανιστῶ. καὶ διύπνισεν, ἐξύπνισεν.

Διφαλαγγία[5] ἀντίστομος. ἥτις μὲν ἡγεμόνας ἔχει μέσους τεταγμένους· τοὺς δὲ οὐραγοὺς ἔξω ἔχουσα ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν ἐν παραγωγαῖς τεταγμένους, οὓς μὲν ἐν δεξιᾷ, οὓς δὲ ἐν εὐωνύμῳ. τοὺς δὲ οὐραγοὺς ἐν μέσῳ τεταγμένους. καὶ διφαλαγγίαι, αἱ δύο φαλαγγαρχίαι· ἄνδρες ὀκτακισχίλιοι ἑκατὸν ἐνενήκοντα δύο. τοῦτο δὲ καὶ μέρος ὑπ' ἐνίων καλεῖται. ἀλλὰ καὶ κέρας. καὶ ὁ ἡγούμενος, κεράρχης.

Διφασία. ἡ [6] διχομολογία, καὶ διχονοσύνη.

Διφάσια. [7] Ἐν τοῖσι τρώματα μεγάλα διφάσια Μιλησίοισι ἐγένετο, ἔν τε Λιμενηΐῳ χώρης τῆς σφετέρης μαχεσαμένων, καὶ ἐν Μαιάνδρου πεδίῳ.

Διφθέρα. ποιμενικὸν περιβόλαιον ἐκ δερμάτων. † Ὅτι [8] ἀσκώματα λέγεται τὰ ἐν ταῖς κώπαις σκεπαστήρια ἐκ δερμάτων, οἷς χρῶνται ἐν ταῖς τριήρεσι, καθ' ὃ τρῆμα ἡ κώπη βάλλεται. εἰς διφθέρας γὰρ τὰς διανοίας ἑαυτοῦ γράψας ὁ [9] Θωρυκίων, ἔπεμπε τοῖς πολεμίοις ἐν τῇ Λακωνικῇ.

Διφρεία. ἡ τοῦ ἅρματος περιφέρεια.

Διφρηλατῶν. [10] Σοφοκλῆς·

Σὺ δ' ὦ τὸν αἰπὺν οὐρανὸν διφρηλατῶν
Ἥλιε, πατρῴαν τὴν ἐμὴν ὅταν χθόνα
Ἴδῃς, ἐπισχὼν χρυσόνωτον ἡνίαν,
Ἄγγειλον ἄτας τὰς ἐμὰς, μόρον τ' ἐμόν.

ὁ Αἴας φησί. καὶ διφρηλάτης.

Διφρίσκος.[11] τὸ σκεῦος, ἐν ᾧ ἐφεστῶτες οἱ ἡνίοχοι ἐλαύνουσιν. ὑποκοριστικῶς δὲ εἶπε, διὰ τὸ κούφους εἶναι καὶ μικροὺς τοὺς ἀγωνιστικούς.

ſent. † *Nec æquum eſt, nec tutum, dolium novum aperire.* Διοῖσαι enim hic poſitum eſt pro ἀνοῖξαι. Et proverbium : *Specie oris & corporis nihil a Chærephonte differes.* Dicitur de hominibus pallidis & macilentis. Tali enim corpore & vultu erat Chærephon, ut qui ſtudio philoſophiæ impalluiſſet. Unde etiam *Veſpertilio* appellabatur. Et iterum Ariſtophanes : *Qui nihil prorſus differt ab Heraclidis Pamphili.* Hic fuit poeta Tragicus, & de Heraclidis eorumque fatis fabulam ſcripſit.

Διοίσομαι. Ambigam. Dubitabo. *Haud tamen hac de re ullo modo dubitabo.*

Δίυγρος. [Humidus. Mollis.] Infirmus.

Διύλισις. Percolatio.

Διυπνίζω. Ex ſomno excito. Expergefacio. Et διύπνισεν. Expergefecit. Excitavit.

Διφαλαγγία ἀντ. Phalanx duplex, frontem fronti oppoſitam habens. Hæc cum inſtruitur, duces in medio collocantur ; tergiductores vero extrinſecus ab utraque aciei obliquæ parte : alii quidem ad dextram, alii vero ad ſiniſtram. Et διφαλαγγίαι ſunt duæ phalangarchiæ, ſive viri 8192. Idem autem & μέρος a quibuſdam appellatur ; ut & κέρας : ejuſque dux κεράρχης.

Διφασία. Sermo duplex, & ſecum non conſentiens.

Διφάσια. Gemina. Bina. [Herodotus:] *Quibus annis Mileſii binas magnas clades acceperunt, prælio & in Limenio, regionis ſuæ loco, & in Mæandri planitie commiſſo.*

Διφθέρα. Pellicea paſtorum veſtis. † Ἀσκώματα vocantur remorum tegumenta ex pellibus confecta, quibus [nautæ] utuntur in eo foramine, cui remus inſeritur. Thorycion enim conſilia ſua in pellibus ſcripta cum hoſtibus in Laconia communicabat.

Διφρεία. Aurigatio.

Διφρηλατῶν. Currum agitans. Curru invectus. Sophocles : *Tu vero, qui per altum cœlum currum agis, Sol, cum patriam meam aſpexeris, aureo fræno inhibens equos, infelix fatum meum annuntia.* Sic Ajax inquit. Et διφρηλάτης, auriga.

Διφρίσκος. Locus in curru, ubi aurigæ ſtantes aurigantur. Diminutive vero [διφρίσκος] dixit, quia currus, quibus ad certamina utuntur, ſunt leves & parvi.

1 Οὐδὲν διοίσεις Χαιρ.] Senarius hic legitur apud Ariſtophanem *Nubibus*, pag. 155. (88. Ed. Baſ. *P.*) Vide etiam infra v. Χαιρεφῶν.

2 Συντετηκώς] Apud Scholiaſtam ad modo indicatum locum Comici hodie male legitur συντετηκώς.

3 Ἀριστοφάνης] *Pluto* pag. 41. (22. Ed. Baſ. *P.*)

4 Διύλισις] Sic recte MS. Pariſ. A. At priores Editt. male διύλησις, per η.

5 Διφαλαγγία ἀντίστομος] Confer omnino Ælianum in *Tacticis* cap. XL. ubi Lectori ſchema διφαλαγγίας ἀντιστόμου exhibetur. Notandum autem eſt, pro διφαλαγγία ἀμφίστομος ibi legendum eſſe διφαλ. ἀντίστομος, ut hic apud Suidam.

6 Διχομολογία] Scribe διλογία: ut recte habet Heſychius. Sequens vero vox διχονοσύνη profus inducenda eſt, quoniam eam ineptus aliquis ſciolus adjecit, qui non videbat, præcedens διχομολογία corruptum eſſe.

7 Ἐν τοῖσι τρώματα μεγάλα διφ.] Fragmentum hoc legitur apud Herodotum lib. 1. pag. 5. ut Portus obſervavit.

8 Ὅτι ἀσκώματα λέγεται τὰ ἐν ταῖς κώπ.] Hæc, & quæ ſequuntur, ſunt verba Scholiaſtæ Ariſtophanis ad *Ranas* pag. 230. eademque leguntur ſupra v. Ἀσκώματα. Vide etiam Enarratorem ad *Acharnenſ.* pag. 376.

9 Θωρυκίων] Sic habet MS. Pariſ. A. a quo leviter diſcrepat Ariſtophanes, apud quem *Ranis* pag. 230. idem vocatur Θωρυκίων. Priores vero Editt. male habent Ἑρμίων.

10 Σοφοκλῆς] *Ajace* pag. 51. ut Portus monuit.

11 Διφρίσκος. τὸ σκεῦος, ἐν ᾧ ἐφεσ.] Ex Scholiaſta Ariſtophanis ad *Nubes* pag. 124. (60. Ed. Baſ. *P.*)

Δίφρον. σελλίον. ἅρμα. ἢ καθιστήριον. καὶ διφρηφόρος, ἡ τὸ σελλίον βαστάζουσα. [1] Ἀριστοφάνης· Δίφρων διφροφόρος. ταῖς γὰρ κανηφόροις σκιάδιον καὶ δίφρον ἠκολούθει τις ἔχουσα. καὶ διφροφορουμένους, φορείοις φερομένους.

Διφροφόροι. Στράττις ἐν Ἀταλάνταις. [2] Ἡρόδοτος· Διφροφορουμένους παρὰ Πέρσαις. Φορείοις φερομένους. † Καὶ τεθέντος αὐτῷ δίφρου τινὸς, ἱζήσας, κήρυκας διεπέμπετο, τοὺς ἐν τῷ τείχει σφᾶς ἐκδιδόναι παραινῶν.

Δίφρος. καὶ τὸ ἅρμα. παρὰ τὸ δύο φέρειν· τὸν παραβάτην, καὶ τὸν ἡνίοχον. ἐξ οὗ καὶ διφρηλάτης.

Διφυᾶ. δύο φύσεις ἔχοντα.

Διφῶν. ζητῶν. ἐρευνῶν.

Δίχα. διχῶς.

Διχαζούσης. κλινούσης. Ἤδη δὲ τοῦ καύματος ἀκμάζοντος, καὶ διχαζούσης τῆς ἡμέρας.

Διχῆ. διχῶς.

Δίχηλα ζῶα. βοῦς, ἔλαφος, δόρκων· οἷς συμβέβηκεν ἐν τοῖς ὀπισθίοις ποσὶν ἀστραγάλους ἔχειν.

Διχομηνία. τοῦ μηνὸς τὸ ἥμισυ. καὶ διχομηνιαία, πεντεκαιδεκαταία τοῦ μηνὸς, ἢ τῆς σελήνης.

Διχόθεν. ἀπὸ τῶν δύο μερῶν.

Διχοτομία [3] φάλαγγος. ἡ εἰς δύο ἴσα τομή. ταύτης δὲ τὰ μέρη καλεῖται κέρατα· ἂν τὸ μὲν εὐώνυμον κέρας λέγεται καὶ οὐρά· τὸ δὲ ἕτερον, δεξιὸν κέρας, καὶ κεφαλὴ, καὶ δεξιὸν ἀκρωτήριον, καὶ δεξιὰ ἀρχή. ἄραγος, καὶ ὀμφαλὸς, καὶ συνοχὴ, φράγμα, ὡς ἔνιοι, καὶ στόμα, ὡς ἕτεροι, ἡ διχοτομία καλεῖται.

Δίψα. τῷ δίψει, καὶ τὸ δίψος, καταχρηστικώτερον εὑρίσκεται, ὅπερ ἡ δίψα. δίψη δὲ τότε γράφεται διὰ τοῦ η, ὅταν ἔχῃ ἐπαγόμενον θηλυκὸν ἐπισημαῖνον αὐτό. ὡς ἂν δίψῃ τῇ ἐπιγινομένῃ. εἰ δὲ μὴ οὕτως εἴη, διὰ διφθόγγου τῷ δίψει.

Διψάς. εἶδος ὄφεως. ἔστι δὲ ἔχεως ὀλιγωτέρα, ἀποκτείνει δὲ ὀξυτέρα. οἱ δὲ δηχθέντες ἐξ αὐτῆς, ἐξάπτονται εἰς δίψος, ὥστε ῥήγνυσθαι. λευκὴ δέ ἐστι, καὶ ἔχει ἐν τῇ οὐρᾷ γραμμὰς β΄. πρηστῆρα δὲ αὐτήν τινες καλοῦσι. καύσωνα δὲ ἄλλοι. γίνεται δὲ ἐν Λιβύῃ καὶ Ἀραβίᾳ μᾶλλον. καλοῦσι δὲ αὐτὴν καὶ μελάνουρον, καὶ ἀμμοάτιν, καὶ κεντρίδα.

Διψῶ. [4] αἰτιατικῇ. τὸ ἐπιθυμῶ. Θεῷ γὰρ βούλομαι ἀρέσκειν, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ὁρᾶν, καὶ τῇ ἐκείνου βουλήσει ἕπεσθαι· τῷ οἴακι τῷ ἐκείνου.

Δίφρον. Sella. Currus. Sedes. Et διφροφόρος, sellam gestans. Aristophanes: *Ubi est sellifera.* Canistriferas enim quædam sequebatur, umbellam & sellam ferens. Et διφροφορουμένους, qui sellis vel lecticis gestantur.

Διφροφόροι. Selliferi. Strattis in *Atalantis.* Et Herodotus: *Illos, qui apud Persas sellis gestabantur.* † *Cum autem sella quadam ipsi posita sedisset, præconibus missis, illis, qui intra urbem erant, suasit, ut se dederent.*

Δίφρος. Sic etiam currus dicitur: quod duos vehat; militem & aurigam. Hinc διφρηλάτης, auriga.

Διφυᾶ. Duas naturas habentia.

Διφῶν. Quærens. Scrutans. Investigans.

Δίχα. Bifariam. Dupliciter.

Διχαζούσης. Inclinante. Vergente. *Cum æstus esset maximus, & dies jam inclinare cœpisset.*

Διχῆ. Bifariam. Bipartito. Duobus modis.

Δίχηλα. Animalia bisulca: ut bos, cervus, caprea; quæ in posterioribus pedibus talos habent.

Διχομηνία. Dimidia mensis pars. Et διχομηνιαία, quæ decimo quinto die mensis aliquid facit.

Διχόθεν. A duabus partibus.

Διχοτομία φάλαγγος. Phalangis in duas partes æquales divisio. Hæ autem partes vocantur *cornua*: quorum alterum quidem sinistrum cornu appellatur, & cauda; alterum vero dextrum cornu, & caput, & dextra aciei extremitas, & dextrum principium. Præterea, dimidia illa phalangis pars appellatur etiam ἄραγος, & ὀμφαλὸς, & συνοχὴ, & secundum nonnullos, φράγμα, vel, ut alii, στόμα.

Δίψα. Sitis. Τῷ δίψει & τὸ δίψος abusive positum reperitur pro ἡ δίψα. Δίψη vero, sequente nomine fœminino, quod ad præcedens illud referatur, scribitur per η. Ut, δίψῃ τῇ ἐπιγ. *Siti, quæ secuta est.* Sin secus, scribitur per diphthongum ει, δίψει.

Διψάς. Genus serpentis, vipera minus, sed celerius [veneno suo] necans: a quo morsi tanta siti exardescunt, ut rumpantur. Est autem hæc dipsas alba, & caudam habet duabus lineis distinctam; nasciturque præcipue in Libya & Arabia. Eandem etiam quidam vocant presterem: alii vero causonem; itemque melanurum, & ammoatin, & centridem.

Διψῶ. Accusativo jungitur. Cupio. Concupisco. *Deo enim placere volo, & illum intueri, & ejus voluntutem sequi, illiusque ductu regi.*

1 Ἀριστοφάνης] *Ecclesiazusis* pag. 746. (501. Ed. Bas. P.) ubi tamen non legitur, δίφρων διφροφόρος: sed, Ποῦ 'σθ' ἡ διφροφόρος; Διφροφόροι autem appellabantur apud Athenienses pedissequi vel pedissequæ, quæ viros vel fœminas opulentiores sequi solebant, sellas plicatiles, quas ὀκλαδίας vocabant, ferentes. Ælianus *Var. Hist.* lib. IV. cap. XXII. Καὶ ὀκλαδίας αὐτοῖς δίφρους οἱ παῖδες ὑπέφερον, ἵνα μὴ καθίζωσιν ἑαυτοὺς εἰκῇ, ὡς ἔτυχε. Loquitur ibi de Atheniensibus.

2 Ἡρόδοτος] Lib. III. pag. 137. ubi sic legitur: Τῶν Περσέων τοὺς διφροφορευμένους.

3 Διχοτομία φάλαγγ.] Huc egregie faciunt verba Æliani in *Tact.* cap. VII. Διαιρεῖται δὲ ἡ φάλαγξ οὕτως. εἰς μὲν ὁλοσχερῆ μέρη δύο, κατὰ τὴν μετώπου διχοτομίας δι' ὅλου τοῦ βάθους· ὧν τὸ μὲν ἥμισυ δεξιὸν καλεῖται κέρας καὶ κεφαλή· τὸ δὲ λοιπὸν, εὐώνυμον λέγεται κέρας, καὶ οὐρά. Αὕτη δὲ ἡ διχοτομία τοῦ μήκους ὀμφαλὸς προσαγορεύεται, καὶ στόμα, καὶ ἄραρος. Pro voce ultima ἄραρος Suidas hic habet ἄραγος: quarum lectionum neutra suspicione mendi apud me caret.

4 Διψῶ. τὸ ἐπιθυμῶ] Artemidorus lib. I. cap. LXVIII. pag. 56. Τὸ μὲν γὰρ διψᾶν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ ἐπιθυμεῖν. Vide etiam Athen. lib. X. pag. 433. qui pluribus exemplis significationem istam verbi διψῆν confirmat.

Διψῶν. καὶ δίψα, ἡ ἐπιθυμία. Δημοσθένης. Διψῶ τοῦ κωνείου.

Δμηθέντα. [1] δαμασθέντα. ὑπείξαντα.

Δεδμηκότες. δαμάσαντες.

Δμῆσις. ἡ δάμασις.

Δμωΐς. ἡ δούλη.

Δμώς. ὁ δοῦλος. καὶ δμωός.

Δνοπαλίζω. [2] Οὕτω δνοπαλίζεις διαλύγιος φλυαρία.

Δνοπαλίξεις. τουτέστι, διὰ τῶν χειρῶν κινήσεις, καὶ ἐκτινάξεις. ἡ εὐθεῖα, ἡ δνοπάλιξις.

Δνοφερόν. μέλαν, σκοτεινόν.

---[3] Ὀλοφύρατο χερσὶν ἀμήσας
Ἀνδροφόνοις δνοφερὴν κρατὸς ὕπερθε κόνιν.

Δοάζω. [4] ἀμφιδοξῶ.

Δόβηρα. ὄνομα πόλεως.

Δογματίζει. θεολογεῖ. [5] φυσιοῦται. δογματίζειν ἐστὶ, τὸ δόξαν τίθεσθαι· ὡς τὸ νομοθετεῖν, νόμους τίθεσθαι.

Δόγματα [6] ἑκατέρως καλεῖται· τό, τε δοξαζόμενον, καὶ ἡ δόξα αὐτή. τούτων δὲ τὸ μὲν δοξαζόμενον, πρότασίς ἐστιν· ἡ δὲ δόξα, ὑπόληψις. ὁ τοίνυν Πλάτων, περὶ μὲν ὧν κατείληφεν, ἀποφαίνεται· τὰ δὲ ψευδῆ διελέγχει· περὶ δὲ τῶν ἀδήλων ἐπέχει. καὶ περὶ τῶν αὐτῷ δοκούντων ἀποφαίνεται διὰ τεσσάρων προσώπων, Σωκράτους, Τιμαίου, [7] ξένου. εἰσὶ δ᾽ οἱ ξένοι, οὐχ ὥς τινες ὑπέλαβον, Πλάτων καὶ Παρμενίδης, ἀλλὰ πλάσματά ἐστιν ἀνώνυμα. περὶ δογμάτων. Οἱ μὲν γεννητὸν, οἱ δὲ ἀγέννητον· καὶ οἱ μὲν ἔμψυχον, οἱ δὲ ἄψυχον. Ἀναξαγόρας δὲ καὶ Πυθαγόρας εἰς Αἴγυπτον ἀφικόμενοι, καὶ τοῖς Αἰγυπτίων καὶ Ἑβραίων αὐτόθι σοφοῖς ὁμιλήσαντες, τὴν περὶ τῶν ὅλων γνῶσιν ἠκριβώσαντο. ὕστερον δὲ καὶ Πλάτων, ὥς Πλούταρχος ἐν τοῖς Παραλλήλοις φησίν. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ Θεοὺς [8] Αἰγύπτιοι πρῶτοι τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην ὠνόμασαν· καλέσαντες τὸν μὲν ἥλιον, Ὄσιριν· τὴν δὲ σελήνην, Ἶσιν· ἀπὸ [9] ὁρῶντες αὐτοὺς δρόμῳ ἰόντας, Θεοὺς ἐκ τοῦ θεῖν καὶ ἰέναι ὠνόμασαν.

Δοθιῆνι. [10] σκοροδῷ ἠμφιεσμένῳ ἔοικεν.



Διψῶν. [Sitiens. Vehementer cupiens.] Et δίψα. Cupiditas. Desiderium. Demosthenes. *Cicutam concupisco.*

Δμηθέντα. Domitum. Victum. Cedentem.

Δεδμηκότες. Qui domuerunt.

Δμῆσις. Subactio. Ipse domandi actus.

Δμωΐς. Serva.

Δμώς, & δμωός. Servus.

Δνοπαλίζω. [Manu moveo. Quatio. Tundo.] *Sic* [*aures nostras*] *ingenti garrulitate obtundis.*

Δνοπαλίξεις. Motiones & agitationes, quæ manibus fiunt. Casus rectus est δνοπάλιξις.

Δνοφερόν. Nigrum. Atrum. Obscurum. [In Epigrammate:] *Luxit, manibus bellicosis atrum supra caput pulverem accumulans.*

Δοάζω. Ambigam. Dubitabo.

Δόβηρα. Dobera. Nomen urbis.

Δογματίζει. De Deo vel natura disserit, & dogma aliquod tradit. Δογματίζειν est, dogma vel opinionem aliquam proponere: ut νομοθετεῖν, leges ponere.

Δόγματα ἑκατ. Dogmata duplici sensu dicuntur: & id quod opinamur; & opinio ipsa. Ex his id, quod opinamur, est propositio: opinio vero, persuasio de aliqua re. Plato igitur, quæ percepit, ea enuntiat: falsa vero coarguit, & de incertis assensum inhibet. Atque de his quidem, quæ ipsi vera videntur, quatuor personas loquentes inducit: Socratem, Timæum, hospitem [Atheniensem, & hospitem Eleatam.] Sunt autem hospites, non, ut quidam putarunt, Plato & Parmenides; sed fictæ quædam personæ, quæ nomine carent. De dogmatibus. Philosophorum alii [mundum] ortum habuisse, alii vero ortu caruisse dicunt. Item alii animatum, alii vero inanimatum eum statuunt. Anaxagoras vero & Pythagoras in Ægyptum profecti, & Ægyptiorum & Hebræorum usi consuetudine, rerum cognitionem ab illis hauserunt. Postea vero & Plato, ut Plutarchus in *Parallelis* refert. Quinetiam Ægyptii primi Solem & Lunam Deos vocarunt: Solem quidem Osirin; Lunam vero Isidem nominantes. Vocarunt autem eos Θεοὺς, i. e. Deos; a θεῖν currere: quod eos currere & ire viderent.

Δοθιῆνι. *Similis est furunculo, qui allio vestitus est.*

1 Δμηθέντα] Hæc vox in prioribus Editt. desideratur, quam ex MSS. revocavi.

2 Οὕτω δνοπαλίζεις διαλ.] Idem fragmentum legitur supra v. Διαλύγιον.

3 Ὀλοφύρατο χερσὶν ἀμ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate, quod integrum exstat Antholog. lib. III. cap. VII. pag. 319.

4 Ἀμφιδοξῶ] Potius ἀμφιδοξῶ, vel ἀμφιδοξέω. Præsens enim est ἀμφιδοξεῖν.

5 Φυσιοῦται] Hoc nihil ad rem facere videtur; nisi forte consequens pro antecedenti positum esse dicas: quod doctores & magistri sæpe cum fastu aliquo dogmata sua tradere soleant. Sed & sic interpretatio illa est frigida, & ineptæ proxima.

6 Δόγματα ἑκατέρως κτλ. —— πλάσματά ἐστιν ἀνώνυμα] Hæc sunt verba Laertii Lib. III. Segm. LII.

7 Ξένου] Supple ex Laertio, τοῦ Ἀθηναίου ξένου, τοῦ Ἐλεάτου ξένου.

8 Θεοὺς Αἰγύπτιοι πρῶτοι τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελ.] Diodorus Siculus lib. I. pag. 10. Τοὺς δ᾽ οὖν κατ᾽ Αἴγυπτον ἀνθρώπους τὸ παλαιὸν γενομένους, ἀναβλέψαντας εἰς τὸν κόσμον, καὶ τὴν τῶν ὅλων φύσιν καταπλαγέντας καὶ θαυμάσαντας, ὑπολαβεῖν εἶναι δύο Θεοὺς ἀϊδίους τε καὶ πρώτους, τόν τε ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, ὧν τὸν μὲν Ὄσιριν, τὴν δὲ Ἶσιν ὀνομάσαι. Id est, *Vetustissimos igitur in Ægypto mortales, mundum supra se contemplatos, & non sine stupore demiratos universi naturam, duos esse Deos existimasse æternos & primos, Solem & Lunam, quorum illum Osirin, hanc vero Isidem appellarint.* Hunc locum Diodori ad verbum transscripsit Eusebius lib. I. *Præp. Evang.* cap. IX. Vide præterea Diogenem Laertium in *Proœmio*, qui idem de Ægyptiis testatur.

9 Ἀπὸ ὁρῶντες αὐτοὺς δρόμῳ ἰόντας. Θεοὺς ἐκ τοῦ θεῖν καὶ ἰέναι ὠνόμασαν] His gemina habet Plato in *Cratylo* pag. 263. quem Suidas, vel potius auctor anonymus, ex quo Suidas, secutus fuisse videtur. Verba Philosophi hæc sunt: Ἅτε οὖν αὐτὰ (scilicet ἄστρα) ὁρῶντες πάντα ἀεὶ ἰόντα δρόμῳ καὶ θέοντα, ἀπὸ ταύτης τῆς φύσεως τῆς τοῦ θεῖν, Θεοὺς αὐτοὺς ἐπονομάσαι. Idem etiam verbis Platonis tradit Eusebius *Præp. Evang.* lib. I. cap. IX. pag. 29.

10 Δοθιῆνι. σκοροδῷ ἠμφ.] Non miror Portum loco huic notam suam solitam N. L. qua sibi non liquere fatetur, appinxisse. Nesciebat enim, unde locus hic excerptus esset: quem Suidas descripsit ex Aristoph. *Vespis* pag. 514. ubi sic legitur:

Δο-

Δοθίαν.[1] Φῦμα φλυκταινῇ ἐοικός. Ἔχουσα δοθίηνα νεοφυόμενον ἄρτι.

Δόκανα.[2] τάφοι τινὲς ἐν Λακεδαιμονίᾳ· παρὰ τὸ δέξασθαι τοὺς Τυνδαρίδας.

Δοκεύει. ἐπιτηρεῖ.

Δόκησις. ὑπόνοια. ἢ τὸ μὴ ὄν, νομιζόμενον δέ. ὅ ἐστι φαντασία, καὶ σκιά, καὶ ὄναρ.

Δόκησις ἀληθείας. περιφραστικῶς ἡ ἀλήθεια παρὰ Θουκυδίδῃ.

Δοκησίσοφος. ἀντὶ τοῦ φρόνιμος. [3] Ἀριστοφάνης· Νεανίας δοκησίσοφος.

Δοκίδες. ἀστέρων ὀνόματα.

Δοκιμάζας. ἀντὶ τοῦ κρίνας. καὶ δοκιμασθείσαις. κριθείσαις. βεβαιωθείσαις. Μαθὼν ὡς ταῖς ἤδη ὑπὸ Ζαχαρίου δοκιμασθείσαις σπονδαῖς οὐ στέργουσι Ῥωμαῖοι, ἐπαφίησι τὸν [4] Χοσδρόω κατὰ τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας.

Δοκιμασθείς.[5] Δημοσθένης μὲν ἀντὶ τοῦ [6] εἰς ἄνδρας ἐγγραφείς. λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀρχόντων τὸ δοκιμασθῆναι. ἐλέγετο δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ πολιτευομένου τὸ δοκιμασθῆναι, εἰ καὶ μηδ' ἥντινα [7] ἦρχεν ἀρχήν. ἐνίοτε δὲ καὶ αὐτῶν ἐξητάζετο ὁ βίος. Λυκοῦργος δὲ τρεῖς δοκιμασίας φησὶ κατὰ τὸν νόμον γίνεσθαι. καὶ γὰρ μία μὲν ἐστιν, [8] ἣν οἱ ἐννέα ἄρχοντες δοκιμάζονται. ἄλλην [9] δὲ, ἣν οἱ ῥήτορες. τρίτη δὲ, ἣν οἱ στρατηγοί. λέγει [10] δὲ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ καὶ [11] ἱππέων δοκιμασίαν.

Δοκιμασίαν ἐπαγγεῖλαι. τὸ [12] δίκην ἑταιρήσεώς τι-

Δοθίαν. Furunculus, vel pustula, phlyctænæ similis. *Habens furunculum recens enatum.*

Δόκανα. Sepulchra quædam in Laconia: in quibus Castor & Pollux conditi fuerunt.

Δοκεύει. Observat.

Δόκησις. Opinio. Sive id, quod non est, quamvis esse putetur. Hoc est, phantasia, & umbra, & somnium.

Δόκησις ἀληθείας. Sic apud Thucydidem periphrastice ipsa veritas dicitur.

Δοκησίσοφος. Qui sapiens sibi videtur. Aristophanes: *Adolescens, qui sapiens sibi videtur.*

Δοκίδες. Stellarum nomina.

Δοκιμάσας. Qui judicavit. Qui exploravit. Et δοκιμασθείσαις, judicatis, confirmatis. *Cum intellexisset, Romanos non esse contentos fœdere a Zacharia jam confirmato, Chosdroum [ cum exercitu ] in ditionem Romanorum mittit.*

Δοκιμασθείς. Apud Demosthenem significat eum, qui in virorum album relatus est. Dicebatur vero etiam τὸ δοκιμασθῆναι de magistratibus: itemque de iis, qui Reipubl. negotia tractabant, etiamsi nullo magistratu fungerentur. Interdum vero etiam illorum vita & mores examinabantur. Lycurgus autem dicit, tria examina secundum leges fieri solita fuisse. Unum, quo novem Archontes: alterum, quo Oratores; & tertium, quo belli Duces examinarentur. In eadem oratione Equites etiam examinatos fuisse dicit.

Δοκιμασίαν ἐπαγγεῖλαι. Impudicitiæ crimine

Ἰδὼν θεοῦ τὸ χῆμα, καὶ σκέψαι μ' ὅτῳ
Μάλισ' ἔοικε τὴν βάδισιν τῆς πάσχων.
Ὅτῳ δοθιῆνι σκόροδον ἠμφιεσμένῳ.

Sic etiam apud Suidam scribendum est. Sensum autem hujus loci ex ipso Comico, ejusque interpretibus Lector petat. Nobis enim sufficit digitum ad fontes intendere, & Lectorem docere, unde Suidas sua depromserit: quod tamen si quis leve putet, & tale, quod a quovis facile præstari possit, non parum fallitur.

1 Δοθίαν] Idem quod δοθιήν. Nescio tamen an solius Suidæ auctoritas sufficiat, ad vocem istam civitate Græca donandam: præsertim, cum apud Enarratorem Comici ad *Vespas* pag. 515. unde noster hæc descripsit, legatur δοθιήν. Certe & alii scriptores Græci id, quod Latinis est *furunculus*, δοθιῆνα vocant, non δοθίανα, ut ex Lexicis vulgatis notum est. Hesychius tamen δοθίαν pro δοθιῆν etiam agnoscit: dummodo locum, ubi vox illa exstat, a mendo prius liberes. Hodie enim apud eum in serie sua sic legitur: Δολίαν, ὁ δοθιήν. At certum est, τὸ δολίαν mendo laborare, ejusque loco scribendum esse δοθίαν: quamvis Henricus Stephanus in Thesauro suo mendosam lectionem Hesychii, uti sæpe alibi, ita & hic, bona fide secutus sit. Cæterum, apud eundem Hesychium δοθιῆν habes non solum loco laudato, sed etiam v. Ἀμφίσερις, & v. Ὀλοφυκτίς.

2 Δόκανα. τάφοι τινὲς ἐν Λακεδ.] Miror, quo auctore hæc Suidas tradat. Alii enim scriptores δόκανα apud Spartanos vetusta quædam Castoris & Pollucis simulacra appellata fuisse docent. Plutarchus ἐν τῷ περὶ φιλαδελφίας pag. 478. Τὰ παλαιὰ τῶν Διοσκούρων ἀφιδρύματα οἱ Σπαρτιᾶται δόκανα καλοῦσιν. ἔστι δὲ δύο ξύλα παράλληλα δυσὶ πλαγίοις ἐπεζευγμένα. Ad hunc locum Plutarchi respexit Eustathius ad Il. P. pag. 1125. 60. ubi ait: Παρέρχεται δὲ δοκὸς καὶ τὰ παρὰ τοῖς παλαιοῖς δόκανα, ὧν χρῆσις καὶ παρὰ Πλουτάρχῳ. ἦσαν δὲ αὐτὰ Διοσκούρων ἀφιδρύματα, ὡς ἐκεῖνος καὶ ἱστορεῖ καὶ σαφηνίζει.

3 Ἀριστοφάνης] *Pace* pag. 627. (436. Ed. Bas. *P.*)

4 Τὸν Χοσδρόω] Lege una voce Ταγχοσδρώ. Est enim nomen proprium ducis Persarum, qui Tanchosdro appellabatur. Vide infra v. Ἐμβολάδην, & v. Ταγχοσδρώ.

5 Δοκιμασθείς. Δημοσθένης μὲν ἀντὶ τοῦ, εἰς ἄνδρ.] Ex Harpocratione: ad quem vide Valesium.

6 Εἰς ἄνδρας ἐγγραφείς] Hinc ille, qui nondum in virorum album relatus erat, appellabatur ἀδοκίμαστος. Harpocratio: Ἀδοκίμαστος. Δοκιμασθῆναι λέγεται, τὸ εἰς ἄνδρας ἐγγραφῆναι. καὶ ἀδοκίμαστος ὁ μήπω ἐγγεγραμμένος. Appellationis autem istius ratio est, quod apud Athenienses nemo virorum albo inscriberetur, antequam populares habito examine cognovissent, aliquem parentibus civibus Atticis natum, vel secundum leges adoptatum fuisse. Vide Petitum *de Leg. Att.* lib. II. cap. IV. pag. 152.

7 Ἦρχεν ἀρχήν] Sic MSS. Paris. & Harpocratio. At priores Editt. εἶχεν ἀρχήν.

8 Ἣν οἱ ἐννέα ἄρχοντες δοκιμ.] De hac Novemvirorum apud Athenienses δοκιμασίᾳ prolixe agit Petitus in Commentario ad *Leges Att.* pag. 237. 238. quem vide.

9 Ἄλλην δὲ, ἣν οἱ ῥήτορες] Et hunc locum illustrat idem Petitus pag. 260. 261.

10 Λέγει δὲ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ] Scilicet Lycurgus ἐν τῷ περὶ τῆς διοικήσεως, ut ex Harpocratione constat.

11 Ἱππέων δοκιμασίαν] Equites olim apud Athenienses examinatos fuisse, discimus etiam ex oratione Lysiæ κατὰ Ἀλκιβιάδου λειποταξίου, pag. 140.

12 Τὸ δίκην ἑταιρήσεώς τινα καλέσαι.] At latius patebat actio illa, nec impudicitiam solum persequebatur, sed etiam alia quædam crimina, ut expresse nos docet Æschines orat. contra Timarchum, pag. 174. 175. cujus verba, quoniam sunt lectu digna, & apprime huc faciunt, hic describere non gravabor. Τίνας δ' οὐκ ᾤετο (ὁ νομοθέτης) δεῖν λέγειν; τοὺς αἰσχρῶς βεβιωκότας. τούτους οὐκ ἐᾷ δημηγορεῖν. καὶ ποῦ τοῦτο δηλοῖ; δοκιμασία φησὶ ῥητόρων· Ἄν τις λέγῃ ἐν τῷ δήμῳ, τὸν πατέρα τύπτων ἢ τὴν μητέρα, ἢ μὴ τρέφων, ἢ μὴ παρέχων οἴκησιν, τοῦτον οὐκ ἐᾷ λέγειν.——καὶ τίσι δεύτερον ἀπεῖπε μὴ λέγειν; ἢ τὰς στρατείας, φησί, μὴ ἐστρατευμένος, ὅσαι ἂν αὐτῷ προσταχθῶσιν, ἢ τὴν ἀσπίδα ἀποβεβληκώς.——τρίτον τίσι διαλέγεται; εἰ πεπορνευμένος, φησίν, ἢ ἡταιρηκώς——τέταρτον τίσι διαλέγεται; εἰ τὰ πατρῷα, φησί, κατεδήδοκεν, ἢ ὧν ἂν κληρονόμος γένηται.——τούτους ἂν ἐξείργει τοῦ βήματος. τούτοις ἀπαγορεύει μὴ δημηγορεῖν. ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα μὴ μόνον λέγῃ, ἀλλὰ καὶ συκοφαντῇ καὶ ἀσελγαίνῃ, καὶ μηκέτι τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον δύνηται φέρειν ἡ πόλις, ΔΟΚΙΜΑΣΙΑΝ μέν φησιν, ΕΠΑΓΓΕΙΛΑΤΩ Ἀθηναίων ὁ βουλόμενος, οἷς ἔξεστι. Locus est insignis: ex quo discimus, actionem, quæ δοκιμασία vocabatur, institutam fuisse contra oratores, non solum eos, qui impudici fuissent, sed etiam qui patrem vel matrem verberassent, aut non aluissent, aut tectum ad habitandum non præbuissent: vel qui militiæ nomina non dedissent, vel clypeum in prœlio abjecissent; vel patrimonium dilapidassent. Hæc paucis complexus est Pollux lib. VIII. cap. VI. pag. 387. Δοκιμασία τοῖς δημηγοροῦσιν ἐπηγγέλλετο, εἰ ἡταιρηκότες εἶεν, ἢ τὰ πατρῷα κατεδηδοκότες, ἢ τοὺς γονέας κεκακωκότες, ἢ ἄλλως κακῶς βεβιωκότες· ἀτίμους αὐτοὺς ἐχρῆν εἶναι, καὶ μὴ λέγειν.

κε χαλαγγέλλειν. γίνεται δὲ ἡ τῆς ἑταιρήσεως δοκιμασία οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ πολιτευομένοις ῥήτορσι, καὶ ψηφίσματα γράφουσι.

Δοκιμαστῆρες. [1] οἱ ἐπόπται. [2] Ὁ δὲ ὢν καὶ πρότερον ἔν γε Ἰταλιώταις πᾶσι δόκιμος, μείζων, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ κλέος ἀπηνέγκατο.

Δοκιμώταται τῶν πόλεων.

Δοκός. τὸ μέγα ξύλον.

Δοκοῦντα. ἀντὶ τοῦ ἀρέσκοντα. Πολλὰ λέγει παράδοξα, καὶ δοκοῦντα τοῖς φιλοσόφοις, πολλὰ τῶν καθ' ᾅδου, ὥσπερ τινὰ ἀκοὴν φέροντι τῇ Ἴσιδι τοσούτων ἀκουσμάτων.

Δολίων. ὄνομα κύριον.

Δολιχά. μακρά. πολλά. [3] Δόλιχος, τὸ ἱπποδρόμιον. ἀπὸ τοῦ κάμπτειν. Στάδιον δὲ, ὁ ὀρθὸς δρόμος.

Δολιχεύουσι. περιοδεύουσιν. Αἰλιανός· [4] Διονύσιος τοὔνομα, ἔμπορος τὸ ἐπιτήδευμα, δολιχεύσας πολλοὺς πολλάκις πλοῦς, περιβάλλεται πλοῦτον εὖ μάλα ἁδρόν.

Δολιχόν. μακρόν. ἢ πολύ. Ἔχειν δὲ δόρυ, οὐ κατὰ τὸ ἐξ ἵππου μαχόμενον δολιχόν, ἀλλ' ὅπη μόνον τὸ ἐπιδορατίδα ὑπερέχειν ἐς ὕψος.

Δόλιχος. τὸ ὄσπριον. καὶ τὸ ὄνομα τοῦ δρόμου προπαροξυτόνως. δολιχὸς δὲ, τὸ ἐπίθετον, ὁ μακρὸς, ὀξυτόνως. ἔστι δὲ ὁ δόλιχος [5] κδ' στάδια.

Δολιχόσκιον. τὸ [6] μακροπορεῦον.

Δολοβέλλας. ὄνομα κύριον.

Δολόμητις. δολιόβουλος.

Δόλος. ἡ ἐπὶ λύμῃ τῶν ἀδελφῶν ἐπιβουλή τε καὶ μηχανὴ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ.

Δόλοψ. ὄνομα κύριον.

Δόλοπες. ἔθνος Θετταλικόν.

Δόλων. οὕτω καλεῖται ὁ παρὰ τοῖς Κυζικηνοῖς τὴν Ἄρτεμιν θεραπεύων γυναικεῖος θίασος, ὥς φησιν Αἰλιανός. καὶ Δόλων, ὁ παρὰ Ὁμήρῳ. καὶ φυτόν.

Δόλωνες. τὰ μικρὰ ἱστία. [7] Χαλάσαντες τὰ μεγάλα ἄρμενα, τοῖς μικροῖς, ἃ δὴ δόλωνας καλοῦσιν, ἕπεσθαι. καὶ αὖθις· Προβαλόμενος τοῦ παντὸς στόλου ναῦς ὀλίγας, ταύταις, τοὺς δόλωνας ἐκπετάσας, ἔπλει. † Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πλησίον γενόμενοι καθεῖλον τοὺς δόλωνας.

aliquem accusare. Actio autem illa impudicitiæ non adversus quosvis instituebatur, sed oratores negotia publica tractantes, & decreta scribentes.

Δοκιμαστῆρες. Examinatores. Censores. [Et δόκιμος. Laudatus. Probatus.] *Ille vero cum jam ante apud omnes Italos magno in pretio haberetur, majorem etiam, ut par est, ob humanitatem consecutus est gloriam*

Δοκιμώταται τῶν πόλεων. Omnium urbium laudatissimæ & præstantissimæ.

Δοκός. Trabs.

Δοκοῦντα. Placita. *Multa dicit relatu mira, quæ a Philosophis statuuntur: multa item eorum quæ apud Inferos fiunt* * * *

Δολίων. Nomen proprium.

Δολιχά. Longa. Multa. Δόλιχος, curriculum. A κάμπτειν, i. e. flectere. Stadium vero est cursus rectus.

Δολιχεύουσι. Multas terras mariaque obeunt. Ælianus: *Dionysius quidam nomine, mercator, cum multas longasque navigationes sæpe confecisset, ingentes divitias sibi comparavit.*

Δολιχόν. Longum. Vel multum. *Habere hastam, non longam, qualem habere solet is, qui ex equo pugnat; sed talem, cujus summa tantum cuspis promineat.*

Δόλιχος. Nomen leguminis. Item, nomen cursus, cum acuto in antepenultima. Δολιχὸς vero adjectivum, [significat] longus, habetque accentum in ultima. Continet autem dolichus XXIV stadia.

Δολιχόσκιον. Longe se extendens.

Δολοβέλλας. Dolobella. Nomen proprium.

Δολόμητις. Dolosis consiliis instructus. Dolosus.

Δόλος. Apud Apostolum ita vocantur insidiæ & machinæ, quæ in fratrum perniciem parantur.

Δόλοψ. Dolops. Nomen proprium.

Δόλοπες. Dolopes. Gens Thessalica.

Δόλων. Apud Cyzicenos ita vocatur muliebris cœtus, qui Dianam colit, ut ait Ælianus. Dolon etiam est nomen viri, cujus meminit Homerus. Item, planta.

Δόλωνες. Parva vela. *Jussit eos majora vela demittere, & minoribus, quæ dolones vocant, expansis, sequi.* Et iterum: *Cum ante totam classem paucas quasdam naves [hostibus] objecisset, cum his præcessit, minoribus velis expansis.* † *Romani vero, cum propius accessissent, dolones demiserunt.*

1 Δοκιμαστῆρες] Sic apud Lacedæmonios magistratus quidam appellabatur. Vide infra v. Χαίρειν.

2 Ὁ δὲ ὢν καὶ πρότερον ἔν γε Ἰταλ.] Hoc exemplum non pertinet ad vocem Δοκιμαστῆρες, sed δόκιμος, quæ incuria librariorum excidit.

3 Δόλιχος, τὸ ἱπποδρόμιον. ἀπὸ τοῦ κ.] Nescio, an hæc Lector absque censura dimissurus sit. Certe mihi non probantur.

4 Διονύσιος τοὔνομα, ἔμπορος τὸ ἐπιτ.] Fragmentum hoc auctius legitur infra v. Κέρδος.

5 Κδ' στάδια] Sic habent omnes editi, & unus MS. Paris. At in duobus aliis codicibus MSS. exaratum reperi κ' στάδια, i. e. viginti stadia. Quomodo autem hæc concilies cum iis, quæ Suidas habet supra v. Δίαυλος, ubi Dolicho septem tantum stadia tribuuntur? Confer loca & examina.

6 Τὸ μακροπορεῦον] Secundum hanc interpretationem τὸ δολιχόσκιον non fuerit compositum ex δολιχὸς, & σκιὰ umbra; sed ex δολιχὸς, & κίω, eo, vado: quasi dicas δολιχόκιον. Vide Etymologum.

7 Χαλάσαντες τὰ μεγάλα ἄρμ.——ἕπεσθαι] Fragmentum hoc legitur apud Procopium lib. 1. *Vandal.* cap. XVII.

Δολώ-

Δολώνια. πόλις.

Δόμα. τὸ διδόμενον δῶρον.

Δόμεν, ὅσκεν δῷ· καὶ μὴ δόμεν, ὅσκεν μὴ δῷ. Ἡσίοδός[1] φησιν. ἀντὶ τοῦ, δόμεναι καὶ μὴ δόμεναι.

Δομέστικοι.[2] οἱ τῶν Ῥωμαίων ἱππεῖς. οἱ κατὰ Ῥωμαίους οἰκειακοὶ στρατιῶται.

Δομετιανὸς,[3] βασιλεὺς Ῥωμαίων, ἀδελφὸς Τίτου νεώτερος, Νέρωνι, καὶ Καλλιγόλᾳ, καὶ Τιβερίῳ, τοῖς αἴσχιστα καὶ φαυλότατα προστᾶσι τῆς ἡγεμονίας, ἤπερ τῷ πατρὶ καὶ τἀδελφῷ προσεοικὼς τὸν τρόπον. μετρίοις γὰρ δὴ τοῖς ἀρχῆς προοιμίοις χρησάμενος, εὐθὺς εἰς πλεῖστά τε καὶ ἄτοπα γνώμης ἐκπίπτει πλημμελήματα. πλεονεξίαν τε νοσῶν ἄμετρον καὶ ἀσέλγειαν, θυμοῦ τε ἀκρατὴς ὤν, καὶ ἀπαραίτητος ἐν ταῖς κολάσεσι, φιλαπεχθήμων τε καὶ φιλάργυρος, εἰ καί τις ἕτερος. ταχέως γοῦν πρὸς ἅπαντας μῖσος ἐφελκύσατο, ὥστε τό, τε τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τοῦ πατρὸς ἀποσβέσαι κλέος. σφαγαῖς τε γὰρ τῶν ἐπισήμων τῆς βουλῆς ἑκάστης ἡμέρας ἐμίαινε τὴν πόλιν. τάς τε ἴσας τοῖς κρείττοσι μεταδιώκων τιμὰς, οὐχ ὑπέμεινεν ἑτέρων αὐτοῦ γενέσθαι κατὰ τὸ Καπιτώλιον ἀνδριάντων στάσιν ἐκ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου πεποιημένων. ἀπείχετο δὲ οὐδὲ τοῦ τῶν συγγενῶν φόνου, ἀλλ' ἐπὶ πάντας τοὺς ἀφ' αἵματος τὴν ἀνοσίαν ἤγαγε δεξιάν· οὔτε Θεοὺς ὁμογνίους, οὔτε δίκην αἰδούμενος· ἀλλ' ὁμοῦ τά τε θεῖα περιφρονῶν, καὶ τὰ ἀνθρώπινα.

Δομετιανὸς,[4] βασιλεὺς Ῥωμαίων, ἀδελφὸς Τίτου· οὗ διάδοχος γενόμενος, οὐ τὴν πατρικὴν καὶ ἀδελφικὴν ἐζήλωσεν ἀρίστην πολιτείαν, ἀλλὰ τὴν Τιβερίου καὶ Νέρωνος ἀνοσιουργίαν ἐκ διαμέτρου. καὶ δὴ πᾶν εἶδος κακίας ἐπελθὼν, μιαιφονίας τε καὶ γυναικομανίας ἅμα καὶ ἀνδρομανίας ἀνάπλεως γενόμενος, αὐτὸν ὁ ἄθεος τελευταῖον ἀπεθέωσε. κἀντεῦθεν οὖν ἔχθιστον ἅπασι καὶ ἀπόβλητον, διὰ τὸ φονικόν τε καὶ θηριῶδες τῆς μιαρᾶς γνώμης, ἑαυτὸν ὁ τάλας ἀποφήνας, εἰκότως μάλα τὰ ἐπίχειρα τῆς οἰκείας δυσμενείας κομισάμενος, αἰσχίστῳ μόρῳ τὸν μυσαρὸν καὶ βέβηλον καταστρέφει βίον. οὗτος οὖν τῷ βασκάνῳ δαίμονι νεμεσήσας τῷ ἀδελφῷ, τοῦτον ἀναιρεῖ φαρμάκῳ, ἐρῶν τῆς ἀρχῆς. καὶ πονηρῶς πράγματα Ῥωμαίων διαθεὶς, οὐδὲν ὠμότητος, οὐδὲ πλεονεξίας, οὐδὲ φονικῆς ἐνεργείας, ἢ ἑτέρου τινὸς παραλέλοιπεν εἶδος ἢ σπούδασμα, μετὰ καὶ τοῦ ἀκρατὴς εἶναι καὶ ἀκόλαστος τὰ περὶ τὸ σῶμα. οὗτος καὶ Νέρβαν μετέστησεν, ὡς ἐπιβουλεύοντα τῇ βασιλείᾳ. καὶ Ἀπολλώνιον τὸν Τυανέα, ὡς φίλον Νέρβα, συλλαβὼν ἀπέκειρε, καὶ δέσμιον εἰς δικαστήριον ἤγαγεν. καὶ ἐπεὶ ὁ φιλόσοφος οὐκ ἐνεδίδου,[5] ἐπεγγελῶν τὰ γινόμενα παρ'



Δολώνια. Dolonia. Urbs.

Δόμα. Donum, quod datur.

Δόμεν. Pro δόμεναι, dare. Hesiodus: *Da ei, qui dedit: non vero da ei, qui non dedit.*

Δομέστικοι. Equites, vel milites apud Romanos, qui vulgo *Domestici* vocantur.

Δομετιανός. Domitianus, Romanorum Imperator, Titi frater natu minor, Neroni, & Caligulæ, & Tiberio, qui turpissime & pessime imperio præfuerunt, quam patri aut fratri moribus similior. Moderatis enim imperii principiis usus, confestim in plurima & gravissima animi vitia incidit, immoderata pluris habendi cupiditate & libidine [luxuque] laborans, & iræ impotens, & inexorabilis in animadversionibus, & inimicitiarum gerendarum amans, & pecuniæ cupidus, si quis alius. Celeriter autem omnium odium in se attraxit [sibique conciliavit,] ita ut & fratris & patris gloriam extinxerit. Nam & cædibus insignium Senatorum quotidie urbem polluebat, & præstantioribus pares honores sectans, non patiebatur aliorum, præter suas, ex auro & argento factas statuas in Capitolio collocari. Ac ne a cognatorum quidem cæde abstinuit, sed in omnes consanguineos impiam injecit dextram, neque Deos gentilitios, neque Justitiam veritus: sed simul & divina & humana jura contemnens. *Port.*

Δομετιανός. Domitianus, Romanorum Imperator, frater Titi, cujus successor cum fuisset, nec paternam, nec fraternam, optimam administrandæ Reipubl. formam est æmulatus, sed Tiberii & Neronis impietatem, ex diametro [illi oppositam.] Quamobrem etiam omne vitiorum [& scelerum genus] persequutus, & cædium pollutione, & mulierum amatarum insania, simul etiam virorum amatorum furore repletus, se ipsum atheus [ac impius] ille in Deorum numerum retulit. Hinc igitur ille miser, cum ob ingenii cædibus addicti crudelitatem & impuræ mentis feritatem se omnibus inimicissimum & dignum, qui ab omnibus rejiceretur, ostendisset, jure optimo præmia sui hostilis animi, [quo omnes persequebatur,] consequutus, fœdissima morte impuram & profanam vitam finivit. Hic imperii cupiditate [flagrans,] ac æstuans invidia adversus fratrem, eum veneno tollit, & Romanorum res male administrans, nullum crudelitatis, nullum avaritiæ, nullum sanguinarii facinoris, aut alicujus alius [impietatis ac inhumanæ feritatis] genus aut studium prætermisit. Huc adde, quod & impotens esset, & intemperans in corporis voluptatibus. Hic

1 Ἡσίοδος] *Oper. & Dier. v.* 354
Καὶ δόμεν, ὅς κεν δῷ, καὶ μὴ δόμεν, ὅς κεν μὴ δῷ.

2 Δομέστικοι] Vide Ducangium in utroque Glossario.

3 Δομετιανὸς, βασιλεὺς Ῥωμ.] Totus hic locus αὐτολεξεὶ etiam legitur apud Joannem Antiochenum in Excerptis a Valesio editis, pag. 817. unde Suidas ista descripsit. Joannes Antiochenus autem eadem vel ipse ex Eutropio vertit, vel, quod potius crediderim, a Græco aliquo istius scriptoris interprete, qui olim exstabat, mutuatus est. Latina enim Eutropii Græcis Joannis Antiocheni mire respondent.

4 Δομετιανὸς, βασιλεὺς Ῥωμ.——καταστρέφει βίον] Hæc αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Cedrenum pag. 244.

5 ἐπεγγελῶν τὰ γινόμενα παρ' αὐτῷ, αἰσχ.] Duo MSS. Paris. plenius: Ἐπεγγελῶν τὰ γινόμενα παρ' αὐτοῦ, καὶ ἐπιπλήττων τοῖς στρατευομένοις, αἰσχυνθεὶς &c.

αὐτοῦ,

αὐτοῦ, αἰσχυνθεὶς ἀφῆκεν αὐτόν. [1]τότε φασὶ καὶ τὸ πολυθρύλλητον ἔπος εἰπεῖν τὸν Ἀπολλώνιον·

Οὐ μέν με κτενέεις, ἐπεὶ οὔτοι μόρσιμός εἰμι·

καὶ ἄφαντον γενέσθαι παραχρῆμα. οὗτος καὶ τοὺς φιλοσόφους καὶ μαθηματικοὺς ἐφυγάδευσεν ἀπὸ Ῥώμης. ἐπὶ τούτου καὶ Ἰωάννης ὁ Εὐαγγελιστὴς εἰς Πάτμον ἐξορίζεται. καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ γένους Δαβὶδ ἀναιρεῖσθαι προσέταξε· καὶ Χριστιανοὶ πολλοὶ ἐπ' αὐτοῦ μαρτυροῦσι. Νέρβας δὲ ἀπολύει τῆς ἐξορίας τὸν Θεολόγον Ἰωάννην. Ἀδριανὸς δὲ πολλὰ ἀνορθώσας, καὶ Λαζοῖς, ἤτοι Κόλχοις, βασιλέα ἐπέστησεν. οὐκ εὐβούλως δὲ τῆς Μεσοποταμίας παραχωρεῖ Πέρσαις δεηθεῖσιν αὐτοῦ, κτηθείσης ὑπὸ Τραϊανοῦ Ῥωμαίοις, καὶ τὸν Εὐφράτην ὅρον ποιεῖται τῆς ἀρχῆς. οὗτος διὰ τὸ φονικὸν καὶ τὸ θηριῶδες ἔχθιστος ὤν, πρὸς τῶν οἰκείων συστάντων ἐπ' αὐτῷ κατακλεῖναι, καὶ [2]παρασκευασαμένους εἰσπέμψαι σὺν ξιφιδίῳ Στέφανον τὸν ἀπελεύθερον· καὶ τοῦτον προσπεσόντα Δομετιανῷ καθεύδοντι τὸ μεσημβρινόν, πατάξαι μέν, οὐ μὴν καιρίαν, ἀναπηδήσαντος ἐκείνου.

etiam Nervam, ut imperio inſidiantem, amovit: & Apollonium Tyaneum, ut Nervæ amicum, comprehenſum totondit, & vinctum in judicium adduxit. Cum vero Philoſophus illi non cederet, deridens ejus acta, verecundia motus, eum dimiſit. Tunc autem ajunt Apollonium illud valde celebre carmen dixiſſe: *Nequaquam me occides, quia non eſt in fatis, ut a te interficiar.* Atque e veſtigio ipſum evanuiſſe ferunt. Hic & Philoſophos & Mathematicos Roma expulit. Sub hoc & Joannes Euangeliſta in Patmum relegatur. Idem etiam Davidici generis homines interfici juſſit: multique ſub eo Chriſtiani Martyres facti ſunt. Sed Nerva Joannem Theologum illa relegatione liberavit. Adrianus vero multis rebus emendatis [atque correctis,] Lazis etiam, ſeu Colchis, Regem præfecit. Non prudenter tamen Meſopotamiam a Trajano Romanis partam, Perſis orantibus conceſſit, & imperii [Romani] terminum Euphratem conſtituit. Hic Domitianus cum ob ſuam crudelitatem & feritatem omnibus odioſiſſimus eſſet, a ſuis, qui conſpirationem in ipſum fecerant, interficitur. Nam ex compoſito [in ejus cubiculum] immiſerant cum pugione Stephanum ejus libertum: qui in Domitianum meridianis horis dormientem irruens, ipſum percuſſit quidem, at non letali plaga, quod ille [ex ſuo lecto ſtatim] exiluiſſet. *Port.*

Δομήτιος. ὄνομα κύριον.

Δομιτία. ὄνομα κύριον.

Δομνῖνος,[3] φιλόσοφος, Σύρος τὸ γένος, ἀπό τε Λαοδικείας καὶ Λαρίσσης πόλεως Συρίας, μαθητὴς Συριανοῦ, καὶ τοῦ Πρόκλου συμφοιτητής, ὥς φησι Δαμάσκιος. ἐν μὲν τοῖς μαθήμασιν ἱκανὸς ἀνήρ· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις φιλοσοφήμασιν ἐπιπολαιότερος. διὸ καὶ πολλὰ τῶν Πλάτωνος δοξάσμασιν οἰκείοις [4]διέστρεψε. καὶ διαλυμηνάμενος, ἀποχρώσας ὅμως εὐθύνας τῷ Πρόκλῳ δέδωκε, γράψαντι πρὸς αὐτὸν ὅλην πραγματείαν, καθαρτικήν, ὥς φησιν ἡ ἐπιγραφή, τῶν δογμάτων τοῦ Πλάτωνος. ἦν δὲ οὐδὲ τὴν ζωὴν ἄκρος, οἷον ἀληθῶς φιλόσοφον εἰπεῖν. ὁ γὰρ Ἀθήνησιν Ἀσκληπιὸς τὴν αὐτὴν ἴασιν ἐχρησμῴδει Πλουτάρχῳ τε τῷ Ἀθηναίῳ, καὶ τῷ Σύρῳ Δομνίνῳ. τούτῳ μὲν αἷμα ἀποπτύοντι πολλάκις, καὶ τοῦτο φέροντι τῆς νόσου τὸ ὄνομα· ἐκείνῳ δὲ οὐκ οἶδα ὅ, τι νενοσηκότι. ἡ δὲ ἴασις ἦν ἐμπίπλασθαι χοιρείων κρεῶν. ὁ μὲν δὴ Πλούταρχος οὐκ ἠνέσχετο τῆς τοιαύτης ὑγιείας, καίτοι οὐκ ὄντος αὐτῷ παρανόμου κατὰ τὰ πάτρια· ἀλλ' ἀναστὰς ἀπὸ τοῦ ὕπνου, καὶ [5]διαγκωνισάμενος ἐπὶ τοῦ σκίμποδος, ἀποβλέπων εἰς τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἀσκληπιοῦ, (καὶ γὰρ ἐτύγχανεν ἐγκαθεύδων τῷ προδόμῳ τοῦ ἱεροῦ) Ὦ δέσποτα, ἔφη, τί δὲ ἂν προσέταξας Ἰουδαίῳ νοσοῦντι ταύτην τὴν νόσον; οὐ γὰρ ἂν κἀκείνῳ ἐμφορεῖσθαι χοιρείων κρεῶν προσέταξας. ταῦτα εἶπεν. ὁ δὲ Ἀσκληπιὸς αὐτίκα ἀπὸ τοῦ ἀγάλμα-

Δομήτιος. Domitius. Nomen proprium.

Δομιτία. Domitia. Nomen proprium.

Δομνῖνος. Domninus Philoſophus, natione Syrus, ex Laodicæa, vel Lariſſa, urbe Syriæ, Syriani diſcipulus, & Procli condiſcipulus, ut ait Damaſcius. In mathematicis quidem diſciplinis vir fuit exercitatus, ſed in aliis Philoſophiæ partibus longe exercitatior. Quamobrem etiam multa Platonica [dogmata] ſuis ſententiis pervertit. Cumque ea corrupiſſet, ſufficientes tamen juſtaſque pœnas Proclo perſolvit, qui ſcripſit adverſus ipſum integrum librum, Platonicorum dogmatum, ut fert inſcriptio, purgatorem. Sed ne in ipſa quidem vita fuit adeo exquiſitus, ut vere Philoſophus dici poſſet. Nam Æſculapius Athenienſis eandem medicinam præſcripſit & Plutarcho Athenienſi, & Domnino Syro; huic quidem ſanguinem ſæpe expuenti, & hoc morbi nomen ferenti: illi vero, neſcio quo morbi genere laboranti. Medicina vero hæc fuit, ut ſuillis carnibus replerentur. Plutarchus tamen talem recuperandæ ſanitatis rationem non tulit, quamvis ea non eſſet ipſi legibus patriis interdicta: ſed ſomno excitatus, & ulnis in lectulo diductis, Æſculapii ſtatuam intuens, (in templi enim veſtibulo dormiebat) O Domine, inquit: Quid ſi Judæo, hoc morbo laboranti, [idem remedium] præſcripſiſſes? Neque enim illi imperaſſes, ut ſuillis carnibus ſe repleret. Hæc cum dixiſ-

1 Τότε φασὶ καὶ τὸ πολυθρύλλητον ἔπος εἰπεῖν τὸν Ἀπολλ.] Confer Philoſtratum lib. VIII. cap. 2. & Cedrenum pag. 245.

2 Παρασκευασαμένους] Cum Porto legere malim, παρασκευασαμένων, propter præcedens συστάντων.

3 Δομνῖνος, φιλόσοφος, Σύρος τὸ γ.] Totum hunc articulum deſcripſit Suidas ex Damaſcii Hiſtoria Philoſophica, ut & ſtilus & argumentum ſuadent.

4 Διέστρεψε] Sic habet MS. Pariſ. A. cujus loco in prioribus Editt. legitur διέτρεψε; quod minus placet.

5 Διαγκωνισάμενος] Vide ſupra h. v

τος

τος ἐμμελέστατον δή τινα [1] φθόγγον, ἑτέραν ὑπηγόρευσατο θεραπείαν τῷ πάθει. Δομνῖνος δὲ οὐ κατὰ θέμιν πιστεύσας τῷ ὀνείρῳ, θέμιν τοῖς Σύροις πάτριον, οὐδὲ παραδείγματι τῷ Πλουτάρχῳ χρησάμενος, ἔφαγε τότε καὶ ἤσθιεν ἀεὶ τῶν χρεῶν. λέγεται γοῦν, μίαν εἰ διέλειπεν ἡμέραν ἄγευστος, ἐπιτίθεσθαι τὸ πάθημα πάντως, ἕως ἀνεπλήσθη. τούτῳ οὖν ἤδη γεγηρακότι νεώτερος ὢν ἐντυχεῖν ὁ Ἀσκληπιάδης λέγεται, ἰδεῖν δὲ ἄνθρωπον ἔχοντά τι περιττὸν καὶ ἀστεμφὲς, οὐκ ἀξιοῦντα λόγου πολλοῦ τοὺς ἐντυγχάνοντας ἰδιώτας, ἢ ξένους, ἄλλως τε καὶ τοὺς τῷ διαφέρειν αὐχοῦντας. ἀμέλει καὶ αὐτῷ προσενεχθῆναι τραχύτερον. ἐπεὶ δὲ περὶ ἀριθμητικοῦ ὅτου δὴ θεωρήματος οὐκ ἠξίου ὁμολογεῖν πρὸς αὐτὸν, οἷα δὲ νέος ὤν, οὐδὲ ἐνδιδόναι τὸ μαλθακὸν, ἀλλὰ διελέγχειν τὸν λόγον οὕτω θρασέως, ὥστε τὸν Δομνῖνον μηκέτι προσίεσθαι αὐτὸν εἰς ὁμιλίαν.

Δόμνος. ὄνομα κύριον.

Δόμος. οἶκος.

Δόνακες. κάλαμοι ἁλιευτικοί. ἢ αὐλοί. ἡ εὐθεῖα, δόναξ.

Δονάτος. ὄνομα κύριον.

Δονεῖται. κλονεῖται. σαλεύεται. [2] Ἀριστοφάνης

Πάνυ γάρ τις ἔρως με δονεῖ
Τῶνδε τῶν σῶν βοστρύχων.

ἀντὶ τοῦ κινεῖ, ἐρεθίζει.

Δόξα. ὑπόνοια. ὑπόληψις. Δόξα δὲ ἐστιν, ὁ παρὰ τῶν πολλῶν ἔπαινος. εἰ δὲ τῶν πολλῶν, ὅτι τῶν οὐκ εἰδότων.

Δόξα. [3] τὸ λογικὸν καὶ γνωστικὸν μέρος τῆς ψυχῆς διαιρεῖται εἰς νοῦν, διάνοιαν, δόξαν. ἡ μὲν οὖν δόξα καταγίνεται περὶ τὸ καθόλου, τὸ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς. οἶδε γὰρ ὅτι τὸ λευκὸν διακριτικὸν ὄψεως· καὶ ὅτι πᾶς ἄνθρωπος δίπους. ἔτι γε μὴν τῶν διανοητῶν οἶδεν ἄνευ λόγου τὰ συμπεράσματα. οἷον, ὅτι ἡ ψυχὴ ἀθάνατος, οἶδε. διὰ τί δὲ, οὐκέτι. ὥστε [4] δοξαστά ἐστι τὸ, τι ἐν τοῖς αἰσθητοῖς καθόλου, καὶ τῶν διανοητῶν τὰ [5] συμπεράσματα. ὅθεν καὶ καλῶς ὁρίζεται τὴν δόξαν [6] Πλάτων ἐν τῷ Σοφιστῇ, διανοίας λέγων ἀποτελεύτησιν. τῆς γὰρ διανοίας συλλογισαμένης, ὅτι ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, τὸ συμπέρασμα μόνον οἶδεν ἡ δόξα. διανοίας δέ ἐστι τὸ οἷον ὁδόν τινα διανύειν, μεταβαίνουσαν ἀπὸ προτάσεως εἰς συμπέρασμα· ἐξ οὗ καὶ τὴν κλῆσιν εἵλκυσε.

Δόξα. [7] Σοφοκλῆς

Τί δῆτα δόξης, ἢ τί κληδόνος καλῆς

fet, Æſculapius ſtatim ex ſtatua ſonum ſuaviſſimum edens, alteram curandi morbi rationem ipſi præſcripſit. Domninus vero, cum nec ſecundum patrias Syrorum leges ſomnio paruiſſet, nec Plutarchi exemplum ſequutus fuiſſet, tunc ſuillas carnes comedit, & iis ſemper veſcebatur. Fertur autem, ſi forte diem unum intermiſiſſet, nec ſuillas carnes comediſſet, ille morbus ipſum omnino invaſiſſe, donec iis impleretur. Hunc igitur jam ætate provectum Aſclepiades adoleſcens conveniſſe fertur, & vidiſſe hominem illum habere quiddam eximium & conſtans; qui cum idiotis aut peregrinis non multum colloqui vellet, præcipue vero cum illis, qui ſe cæteris præſtare gloriarentur. Quinetiam ſe ab ipſo dicebat tractatum aſperius, quum de neſcio quo arithmetico theoremate contenderet cum ipſo, &, ut adoleſcens, ipſi nullo modo cedere vellet: at ipſius rationem adeo audacter redargueret, ut Domninus ipſum ad colloquium admittere noluerit. *Port.*

Δόμνος. Domnus. Nomen proprium.

Δόμος. Domus. Ædes.

Δόνακες. Calami piſcatorii. Vel, tibiæ. Rectus caſus eſt, δόναξ.

Δονάτος. Donatus. Nomen proprium.

Δονεῖται. Turbatur. Agitatur. Quaſſatur. Et δονεῖ, movet, laceſſit. Ariſtophanes: *Plane enim me amor quidam cincinnorum tuorum movet.*

Δόξα. Opinio. Gloria. Gloria autem eſt laus, quæ a populo tribuitur. Si vero a populo, manifeſtum eſt, eam ab illis tribui, qui ſunt imperiti.

Δραστήριον. Τὸ κόσμιον καὶ ἡσύχιον μετὰ τοῦ δραστηρίου αὐτῷ ἐτέτακτο, καὶ τοῦ ἀνδρώδους. ἐπιεικὴς γὰρ ὤν, καὶ πρός γ' ἔτι ἀπράγμων, ὅμως εἰς ἀγῶνα πραγμάτων ἐμβεβηκὼς ἐξ ἀνάγκης, οὐδενὸς ἐλείπετο τῶν περὶ ταῦτα καλινδουμένων.

Δραστήριος. ὁ περίεργος.

Δραστηρίοις. πρακτικωτάτοις.

Δραχαρνεῦ. [9] δρύινε Ἀχαρνεῦ. ἀναίσθητε. [10] Ἐκωμῳδοῦντο γὰρ οἱ Ἀχαρνεῖς, ὡς ἄγριοι καὶ σκληροί. Ποτάμιοι δὲ, ὡς ῥᾳδίως δεχόμενοι τοὺς παρεγγράφους. Θυμαιτάδαι, καὶ Προσπάλτιοι, ὡς δικαστικοί.

Δραχμή. ἔστιν ἐν τῷ Τάλαντον. αἱ ρ' δραχμαὶ

*bulam aliquam ingentem & tristem non minore hoc episodio Musoniano Deus interpolavit.*

Δραματουργήσας. Qui aliquid machinatus est.

Δρᾶος καὶ Σάος. Dravus & Savus fluvii, Pannoniam secundam utrinque alluentes, in fluvium Istrum se exonerant.

Δραπετεύσας. Qui aufugit.

Δραπέτης. Qui ex servitute aufugit. Servus fugitivus. Δραπέτης syllabam δρα longam habet.

Δραπέτης κλῆρος. Sors fugitiva. Sive sors, cui fraus subest. Hoc autem referendũ est ad historiam de Cresphonte & Aristodemi liberis. Cresphontes enim, homo callidus & fraudulentus, madidam glebam in urnam injecit, cum de Messene sors jaceretur. Sophocles: *Haud deponens in medio sortem illam fugitivam, [humidam terræ glebam;] sed talem, quæ levi saltu ex cristata galea primum exitura erat.*

Δραπετίνδα. Genus lusus.

Δράπων. Drapon. Nomen proprium.

Δράσας. Qui fecit. Et δρᾶσαι, fecisse.

Δρασείεις. Facere cupis. Facere cogitas. *O Jupiter! Quid tandem populo nostro facturus es?*

Δρασμός. Fuga.

Δρᾶσον. Fac. Aristophanes *Avibus: At scis quid sis facturus? crure tunde saxum.* Attice hoc dictum est.

Δραστήριον. [Efficax. Strenuum.] *Modestia & tranquillitas in illo conjuncta erat cum strenuitate & fortitudine. Cum enim modestus esset, & vitæ quietæ amans; idem tamen, cum necessitate cogente ad negotia accederet, nullo erat inferior eorum, qui in illis assidue versati erant.*

Δραστήριος. [Strenuus. Industrius.] Curiosus.

Δραστηρίοις. Efficacissimis. Maxime strenuis.

Δραχαρνεῦ. Querne Acharnensis. Id est, stupide. Acharnenses enim a Comicis carpebantur, ut agrestes & duri. Potamii vero, ut qui facile reciperent homines falso in civitatem adscriptos. Thymœtadæ vero & Prospaltii, ut litium amantes.

Δραχμή. Drachma. Vide in v. Τάλαντον.

1 Καὶ τοῦτο ὥσπερ δρ.] Hoc fragmentum repetitur infra v. Ἐπεισόδιον.

2 Συνεὶς] Scribe συνθείς: ut Portus etiam ex Hesychio reponendum esse monuit.

3 Παιονίας] Cum Dravus & Savus sint fluvii Hungariæ, olim dictæ Pannoniæ; forsan erunt, qui putabunt, mendum in hunc locum irrepsisse, & pro Παιονίας scribendum esse Παννονίας: quod tamen secus est. Solent enim Græci scriptores Pannoniam passim vocare Παιονίαν: quod multis exemplis demonstrare facile mihi foret, si quenquam ea de re dubitare existimarem. Fateor tamen consuetudinem illam primum ortam fuisse ex errore illorum, qui Pæoniam cum Pannonia confundebant, ut discimus ex hoc loco Dionis lib. XLIX. Τῶν δὴ Ἑλλήνων πολλοὶ τὸ ἀληθὲς ἀγνοήσαντες, Παίονας σφᾶς (Παννονίους nempe) προσεῖπον, ἀρχαῖον μέν πω τὸ προσρῆμα ὄν, οὐ μέντοι καὶ ἐκεῖ, ἀλλ' ἔν τε τῇ Ῥοδόπῃ πρὸς αὐτῇ τῇ Μακεδονίᾳ τῇ νῦν μέχρι τῆς θαλάσσης. ὅθεν περ καὶ ἐγὼ ἐκείνους μὲν Παίονας, τούτους δὲ Παννονίους, ὥσπερ που καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς, καὶ Ῥωμαῖοι σφᾶς καλοῦσι, προσαγορεύσω. Locus est notatu dignus: ex quo patet, jam ante Dionis tempora, eam quam Latini Pannoniam vocant, a Græcis nonnullis scriptoribus Παιονίαν appellatam fuisse.

4 Ποταμὸν] Sic recte habent 2 MSS. Parif. At in prioribus Editt. male legitur πατρί: quod mendum ex scripturæ compendio natum est. Solet enim vox ποταμὸς in libris MSS. breviate sæpe sic scribi, πο, addito τ super ο: quæ captiosa scribendi ratio librarios in errorem facile inducere potuit. Sane in uno MS. Parif. vocem illam eo, quo dixi, modo exaratam reperi, non solum hoc loco, sed etiam infra v. Ἐπὶ πολὺ; ubi priores Editt. Suidæ itidem πατρὶ pro ποταμοῦ male exhibent, ut Lectorem ibi docemus. Idem etiam mendum, quod obiter noto, irrepsit hodie in Stephanum Byzantium v. Αἰγαῖον πέλαγος, ubi pro παρὰ αἶγα πατρὶ, ut vulgatæ Editt. exhibent, Salmasius in MSS. Palatinis recte scriptum invenit παρὰ Αἶγας ποταμόν: ut Berkelius ad locum illum monuit.

5 Δραπέτης κλῆρος. ὁ μετὰ πανουργίας γιν.] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Ajacem* pag. 70. ut Portus monuit.

6 Οὐ δραπέτην τὸν κλῆρον εἰς μ.] Locus hic ex Sophocle sic supplendus & distinguendus est:

Οὐ δραπέτην τὸν κλῆρον εἰς μέσον καθεὶς,
Ὑγρᾶς ἀρούρας βῶλον· ἀλλ' ὃς εὐλόφου
Κυνῆς ἔμελλε πρῶτος ἅλμα κουφιεῖν.

7 Ἀριστοφάνης] Pace pag. 618. (436. Ed. Baf. P.) sed ubi pro ποθ' ἡμῶν recte legitur ποθ' ἡμῶν.

8 Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν] Pag. 544. (370. Ed. Baf. P.)

9 Δραχαρνεῦ] Scribe Δρυαχαρνεῦ, eamque vocem suo loco redde. Vide Hesychium & Etymologum v. Δρυαχαρνεῦ.

10 Ἐκωμῳδοῦντο γὰρ οἱ Ἀχαρ.] Vide supra v. Ἀχαρνεῖς.

πᾶσαι μίαν μνᾶν. [1]δραχμὴ δὲ ὁλκὴ νομίσματος εἰς ἀργυρίου δραχμὰς ι.

Δραχμή. ἓξ ὀβολῶν. καὶ [2]Ἀριστοφάνης· Εἰς χοιρίδιον δάνεισόν μοι τρεῖς δραχμάς. ἐπὶ τῶν μελλόντων ἀποθνήσκειν, ἢ μυεῖσθαι. ἐπεὶ οἱ μυούμενοι χοῖρον ἔθυον. ἐδόκουν δὲ οἱ μυούμενοι ἐς τοὺς εὐσεβεῖς τάττεσθαι.

Δραχμῆς μὲν αὐλεῖ, τεττάρων δὲ παύεται. ἐν τῷ Ἀράβιος ἄγγελος.

Δρεπανηφόρα τέθριππα. [3]Ἦν δὲ τῷ Δαρείῳ ὑπ' Ἀλεξάνδρου πολεμουμένῳ τέθριππα δρεπανηφόρα κατεσκευασμένα τῷδε τῷ τρόπῳ. τῶν τροχῶν ἦσαν εἰς τὸν κύκλον περικεχαλκευμένα δρέπανα· συνέβαινέ τε ἐπερχομένων τὰς τάξεις ἀναιρεῖσθαι, καὶ τοὺς ἐμπίπτοντας οἰκτρῶς ἀπόλλυσθαι. ἐλαυνομένων γὰρ δρεπάνων, οἱ μὲν τῶν ποδῶν, οἱ δὲ τῶν χειρῶν, οἱ δὲ ἐκ τῶν ὅπλων κρατούμενοι ἐσύροντο ἐπὶ πολύ, καὶ ἀνῃροῦντο.

Δρεπανηφόρος. ξιφηφόρος. καὶ δρεπανηφόροι. Ξενοφῶν·[4] Τὰ δὴ δρεπανηφόρα καλούμενα, εἶχον δρέπανα ἐκ τῶν ἀξόνων εἰς πλάγιον ἀποτεταμένα, καὶ ὑπὸ τοῖς δίφροις εἰς γῆν βλέποντα, ὡς διακόπτειν, ὅτῳ ἐντύγχανον.

Δρέπεται. θερίζεται. ἀπανθίζεται. τρυγᾶται.

--- Ἐφ'[5] ἧς μνηστῆρες ἀγαυοὶ
Πλείονες, ἢ νύμφης εἵνεκα Τυνδαρέου
Δρεπόμενοι χάριτάς τε, καὶ ὠνητὴν ἀφροδίτην.

Δρέπομαι. γενικῇ. Τῶν αὐτῶν σοι λόγων ἐδρεψάμην κἀγώ. αἰτιατικῇ δέ. Πονηρὸν πονηρᾶς δόξης καρπὸν δρεπόμενος. καὶ, Τὰ κάλλιστα δρεπόμενος τῆς φιλίας ἄνθη.

Δρέπου. τρύγα. [6]Ἡρόδοτος· Τῶν δένδρων φλοιὸν περιλέποντες, καὶ τὰ φύλλα καταδρέποντες ἤσθιον.

Δρεφθῆναι. ἀποδρεπανισθῆναι.

Δρῆσος. ὄνομα κύριον. καὶ ὄνομα ποταμοῦ.

Δρῆσται. οἱ οἰκέται.

Δρηστοσύνη.

Δριμέα. τὰ δριμύτατα. καὶ δριμεῖα, ἡ δριμυτάτη.

Δριξίπαρος. πόλις τῆς Θρᾴκης.

Δριμώ. μία τῶν Ἀλκυονίδων. καὶ ζήτει ἐν τῷ Ἀλκυονίδες.

Δρίος. σύνδενδρος τόπος.

Οὐκέτ' ἂν ὕλην δρίος εὔσκιον, ἀγρότα [7] πέρδιξ,
Ἠχήσεις, ἀντὶς γῆρυν ἀπὸ στόματος.

Centum drachmæ faciunt minam unam. Drachma [auri,] pondus nummi, qui valet decem drachmas argenti.

Δραχμή. Drachma, quæ sex obolos continet. Et Aristophanes: *Ad porcellum emendum mutuo mihi da tres drachmas.* Dicitur de iis, qui morti erant proximi; vel, qui initia suscepturi erant. Ii enim porcellum immolabant. Initiati autem in piorum numerum referebantur.

Δραχμῆς. *Si ei drachmam dederis, tibia canit: sin quatuor, tacet.* Vide in v. Ἀράβιος ἄγγελος.

Δρεπανηφόρα τέθριππα. Quadrigæ falcatæ. *Habebat autem Darius, cum Alexander ei bellum faceret, currus falcatos, hoc modo fabricatos. Summis rotarum orbibus falces erant affixæ: quibus, cum currus in hostem emitterentur, obvii quique lacerati misere peribant. Falcibus enim circumactis, alii ex pedibus, alii ex manibus, alii ex armis prehensi, & diu raptati, tandem necabantur.*

Δρεπανηφόρος. Falcifer. Ensifer. Et δρεπανηφόροι. Falciferi. Ensiferi. Xenophon: *Currus autem, qui falcati vocabantur, falces habebant ab axibus oblique protensas, & sub curruum sellis terram versus directas, ut obvios quosque dissecarent.*

Δρέπεται. Metit. Decerpit. Vindemiat. [In Epigrammate:] *Quæ plures habebat procos illustres, quam ipsa Helena, fruentes ejus forma & venali venere.*

Δρέπομαι. Genitivo jungitur. *Ex eadem, qua tu, doctrina, partem aliquam decerpsi.* Item accusativo. *Malum malæ gloriæ fructum percipiens.* Et, *Pulcherrimos amoris flores decerpens.*

Δρέπου. Vindemia. Decerpe. Herodotus: *Cortices arboribus detractos, & folia decerpta edebant.*

Δρεφθῆναι. Falce resectum fuisse.

Δρῆσος. Dresus. Nomen proprium [viri.] Item, nomen fluvii.

Δρῆσται. Famuli. Servi.

Δρηστοσύνη. Strenuitas in agendo.

Δριμέα. Acria. Et δριμεῖα, acris.

Δριξίπαρος. Drixiparus. Urbs Thraciæ.

Δριμώ. Drimo. Una Alcyonidum. Quære in voce Ἀλκυονίδες.

Δρίος. Locus nemorosus. Sylva. [In Epigrammate:] *Non amplius, agrestis perdix, in densa & opaca sylva vocem ore emittes.*

1 Δραχμὴ δὲ ὁλκὴ νομ.] Supple ex Hesychio: *Δραχμὴ χρυσίου, ὁλκὴ νομίσματος εἰς ἀργυρίου λόγον δραχμῶν ι.* Sic recte se res habet. Sensus enim est, aurum ad argentum eandem habere proportionem, quam habet unus ad decem: quod olim quidem ita sese habebat, ut ex veteribus scriptoribus colligere licet. Hodie vero pretium auri crevit, & proinde major est ejus ad argentum proportio.

2 Ἀριστοφάνης] *Pace* p. 647. (446. Ed. Bas. P.) ubi sic legitur:
*Εἰς χοιρίδιόν μοι νῦν δάνεισον τρεῖς δραχμάς.*
Sic etiam apud Suidam scribendum est.

3 Ἦν δὲ τῷ Δαρείῳ ὑπ' Ἀλεξάνδρου κτλ.] Hæc nec apud Arrianum, nec Diodorum Siculum reperio. Quare miror unde ea Suidas sumpserit.

4 Ξενοφῶν· Τὰ δὴ δρεπανηφόρα κτλ.] Fragmentum hoc legitur apud Xenophontem lib. I. *De Expedit. Cyri*, pag. 264. ut Pearsonius etiam observaverat.

5 Ἐφ' ἧς μνηστῆρες ἀγαυοὶ κτλ.] Fragmentum hoc est pars Epigrammatis in Laudem meretricem, quod integrum exstat Anthol. lib. III. cap. XII. Epigr. VIII. sed ubi pro ἐφ' ἧς rectius legitur ἐφ' ἧ; & pro δρεπόμενοι, δρεπτόμενοι: quæ lectio propter metrum præferenda est.

6 Ἡρόδοτος] Lib. I. pag. 317. ut Portus monuit.

7 Πέρδιξ] Portus reponendum putabat πέρδιξ: sed male. Nam πέρδιξ etiam legitur Anthol. lib. III. cap. XXIV. Epigr. XIX. unde locus hic depromptus est: quod Portum fugiebat.

Δρογ

Δρογγύλον. χωρίον Θρᾳκικόν.

Δρογγύλον. Drongylum. Locus, vel oppidum Thraciæ.

Δρομαῖος. ἐπιῤῥηματικόν. ἐπὶ ἑνικοῦ. Δρομαίως δὲ, ἐπιῤῥηματικῶς πληθυντικῶς. ὡς τὸ, Δρομαίως ἦλθον οἱ ἄνδρες. Δρομαῖος δὲ ἦλθεν ὁ ἀνήρ. δρομεὺς δὲ, δρομέως.

Δρομαῖος. Est nomen, adverbii significationem habens, & de uno tantum dicitur. Δρομαίως vero est adverbium, & de pluribus etiam dicitur. Ut, *Viri cursim venerunt*. Et, *Vir cursim venit*. Δρομεὺς vero, cursor.

Δρομιχαίτης. ὄνομα κύριον. ὁ βασιλεὺς τῶν Ὀδρυσσῶν.

Δρομιχαίτης. Dromichætes. Nomen proprium. Odryssarum Rex.

Δρομοκήρυκες. οἱ ἀγγελιαφόροι παρὰ Δίωνι.

Δρομοκήρυκες. Nuncii apud Dionem.

Δρόμοις. τοῖς γυμνασίοις, κατὰ Κρῆτας.

Δρόμου¹ δ' ἰσώσας τῇ φύσει τὰ πράγματα,
Νίκης ἔχων ἐξῆλθε πάντιμον γέρας.

περὶ Ὀρέστου φησίν. οἷον, οὐκ ἐλλείπων κατὰ τὰ τέρματα, ἀλλ' ἴσος φανεὶς τοῖς τέρμασιν. ἀντὶ τοῦ ἴσος, καὶ πεθαυμασμένος ἐν τῷ ἀγωνίσματι, ὡς ἐπὶ τῇ μορφῇ. τουτέστιν ὡς θαυμαστὸς ἐπὶ τῇ μορφῇ, οὕτω καὶ ἐπὶ τῷ ἔργῳ ἐφάνη. ὡς ἐπὶ τῷ εἴδει, οὕτω καὶ ἐπὶ τῷ ἔργῳ.

Δρόμοις. [Cursibus.] Exercitiis, secundum Cretenses. [Sophocles:] *Cum cursus sui terminos æquasset naturæ terminis, præmium victoriæ, cum maximo honore conjunctum, reportavit.*

Δρώμενα. πραττόμενα. ἐνεργούμενα. καὶ δρωμένων. πραττομένων.

Δρώμενα. Quæ geruntur. Quæ fiunt. Et δρωμένων. Eorum, quæ fiunt.

Δρώντων.² ἀντὶ τοῦ δράτωσαν. λεγέσθων, ἀντὶ τοῦ λεγέσθωσαν.³ Ἀττικὴ δὲ ἐστιν ἡ σύνταξις· ὥσπερ ποιούντων ἐκεῖνοι· ἀντὶ τοῦ ποιείτωσαν· φροντιζόντων, ἀντὶ τοῦ φροντιζέτωσαν· καὶ ποιούντων, ποιείτωσαν.

Δρώντων. Pro δράτωσαν, faciant. Et λεγέσθων, pro λεγέσθωσαν. Sic Attici dicunt. Ut ποιούντων, pro ποιείτωσαν: φροντιζόντων, pro φροντιζέτωσαν: & ποιούντων pro ποιείτωσαν.

Δρωπακίζειν. παρ' ἡμῖν τὸ μετ' ἀλοιφῆς τινος χρίεσθαι τὸ σῶμα, πρὸς ψίλωσιν τῶν τῆς σαρκὸς τριχῶν, καὶ μελικήν τινα κένωσιν τῶν ταύτῃ προσγινομένων αἰτιῶν ἀπὸ τοῦ μυζᾶν αὐτάς.

Δρωπακίζειν. Apud nos significat, aliquo unguento ungere corpus, quo pilis vulsis cutis glabra reddatur. * * * * *

Δρωπακίζω. συνάγω. τρυγῶ. δρεπανὰ γὰρ,⁴ τὰ δρεπανὰ, τὰ δρέπανα.

Δρωπακίζω. Colligo. Vindemio. Δρεπανὰ enim, vel δρεπανὰ, sunt falces.

Δρώπαξ. ὁ κεκαλλωπισμένος ἀνήρ. Πολλοὺς ὁρῶ διὰ τὴν ὑγίειαν ἐπὶ τὸν ξυρὸν καὶ δρώπακα καταφεύγοντας.

Δρώπαξ. Vulsus. Glaber. Comptus. *Multos video sanitatis gratia ad novaculam & dropacem confugere.*

Δρώπτης. πλανήτης. πτωχός.

Δρώπτης. Erro. Mendicus.

Δρωπίδης. ὄνομα κύριον.

Δρωπίδης. Dropides. Nomen proprium.

Δρύϊνος. ξύλινος. ὡς ἂν τις εἴποι λίθινος. πᾶν γὰρ ξύλον δρῦς καλεῖται κατὰ τὸ γενικὸν ἀπὸ τούτου. καὶ τὰ ἀκρόδρυα, καὶ δρύφακτοι, καὶ δρυμὸν, καὶ δόρατα.

Δρύϊνος. Ligneus. Eodem modo formatum est, quo λίθινος. Nam omne lignum vocatur δρῦς, a genere ejus præcipuo. Hinc etiam deducta sunt nomina ἀκρόδρυα, & δρύφακτος, & δρυμὸς, & δόρατα.

Δρυΐδαι.⁵ παρὰ Γαλάταις οἱ φιλόσοφοι, καὶ Σεμνόθεοι.

Δρυΐδαι. Druidæ. Apud Gallos ita vocantur Philosophi, & Semnothei.

Δρυμός. ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας Δημοσθένους. πόλις ἐστὶ μεταξὺ Βοιωτίας καὶ τῆς Ἀττικῆς.

Δρυμός. Drymus. Urbs inter Bœotiam & Atticam; cujus meminit Demosthenes in orat. de falsa legatione.

Δρυμός.⁶ ὁ σύνδενδρος τόπος. Ἐν τοῖς δρυμοῖς αὐτόματος ἐξάπτεται φλὸξ, τῶν δένδρων ὑπὸ σφοδροῦ πνεύματος κινουμένων καὶ ἀλλήλοις ἐντριβομένων.

Δρυμός. Sylva. Nemus. *In sylvis ultro accenditur flamma, arboribus a vehementi vento agitatis, & inter se collisis.*

Δρυοκοίτης.

Ἀκρίδι⁷ τῇ κατ' ἄρουραν ἀηδόνι, καὶ δρυοκοίτῃ

Δρυοκοίτης. In arboribus sedens. Vel, in sylvis commorans. [In Epigrammate:] *Locu-*

1 Δρόμου δ' ἰσώσας τῇ φύσει τὰ πρ.] Scribe, Δρόμου δ' ἰσώσας τῇ φύσει τὰ τέρματα. Sic enim legitur apud Sophoclem *Electra* pag. 112. unde locus hic depromptus est, ut Portus observavit. Vide ibi Triclinium, qui mentem Tragici melius mihi assecutus videtur, quam vetus Scholiasta: cujus interpretatio obscurior est ipsis verbis Sophoclis.

2 Δρώντων] Sic MSS. At priores Editt. male, δρώντων.

3 Ἀττικὴ δὲ ἐστιν ἡ σύνταξις. ὥσπερ ποιούντων ἐκ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Nubes* pag. 152. (85. Ed. Bas. P.)

4 Τὰ δρεπανὰ] Hanc vocem agnoscunt 2 MSS. Paris. At eadem deest in prioribus Editt.

5 Δρυΐδαι. παρὰ Γαλάταις οἱ φιλ.] Laertius in procemio: Γεγενῆσθαι παρά τε Κελτοῖς καὶ Γαλάταις τοὺς καλουμένους Δρυΐδας καὶ Σεμνοθέους. Huc Suidam respexisse puto.

6 Δρυμός. ὁ σύνδενδρος τ.] Scholiasta Nicandri ad *Theriaca* p. 7. Δρυμοὶ δὲ οἱ συμπεφυκότες τόποι. πᾶν γὰρ δένδρον ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι δρῦν.

7 Ἀκρίδι τῇ κατ' ἄρουραν ἀηδ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate, quod integrum legitur Anthol. lib. III. cap. XXIV. pag. 382.

Τέττιγι ξυνὸν τύμβον ἔτευξε Μυρὼ,
Παρθένιον στάξασα κόρη δάκρυ.

*stæ, quæ in agris lusciniæ instar est, & cicadæ arboribus insidenti, commune hoc sepulcrum fecit Myro, virgineam puella fundens lacrymam.*

Δρύοπες. [1] ἔθνος περὶ τὴν Πυθῶνα ἄδικον, [2] ὃ Ἡρακλῆς μετῴκισεν. ὅτε γὰρ τὸν Ἐρυμάνθιον κάπρον ἔφερεν, ἐζήτει αὐτοὺς τροφήν. οἱ δὲ οὐκ ἔδωκαν.

Δρύοπες. Dryopes. Gens injusta circa Pythonem, quam Hercules in alias sedes migrare jussit. Cum enim Erymanthium aprum ferret, victum ab ipsis petiit, sed non impetravit.

Δρύοχοι. πάσσαλοι, οἱ ἐντιθέμενοι ναυπηγουμένης νεώς. [3] καταχρηστικῶς δὲ τὰ προοίμια. [4] Ἀριστοφάνης·

Ἀγάθων ἔρχεται,
Δρυόχους τιθέναι δράματος ἀρχάς.
Κάμπτει δὲ νέας ἁψῖδας ἐπῶν·
Τὰ δὲ τορνεύει· τὰ δὲ [5] κωλομελεῖ,
Καὶ γνωμοτυπεῖ, κἀντονομάζει,
Καὶ κηροχυτεῖ, καὶ γογγύλλει,
Καὶ [6] χιανεύει.

ἐν Ἐπιγράμματι·

--- Τὸν δ' ἐπὶ θείης
Εὔαγρον ἐν πόντῳ, τὸν δὲ κατὰ δρυόχους.

Δρυόχους [7] Πλάτων ἐν Τιμαίῳ καλεῖ τὰ στηρίγματα τῆς πηγνυμένης νεώς. Στόλου δ' ἐκ δρυόχων ναυπηγουμένου, καθ' ἕνα χρόνον λαθεῖν ἀδύνατον.

Δρύοχοι. Ligni clavi, quibus naves compinguntur. Abusive vero sic vocantur procemia. Aristophanes: *Agatho venit, clavis compacta fabulæ fundamenta positurus. Novos autem fornices verborum curvat, eorumque alia tornat, alia vero concinne conglutinat. Idem & sententias format, & antonomasiis utitur, & ex cera quasi fusas [dictiones] fingit, easdemque conflat, & rotundat.* Et in Epigrammate: *Hunc etiam prædæ compotem reddas in mari; illum vero in sylvis.* Plato in *Timæo* δρυόχους vocat statumina sive fundamenta navis. *Dum autem classis navium a fundamentis ædificatur, fieri non potest, ut toto tempore [res illa hostes] lateat.*

Δρύππα. [8]

———Ἀτ' ἰφιυλλίς
Δρύππα, καὶ τυροῦ δρύψια κυκλιάδος.

τουτέστιν, ἐλαία, καὶ τυροῦ ξύσματα περιφεροῦς.

Δρύππα. Drupa. Olivæ genus. [In Epigrammate:] *Et cœnæ additamentum drupa, & casei rotundi ramenta.*

Δρυπέπης. [9] ὁ πέπειρος καρπὸς τῶν δένδρων. ἡ ἐπὶ τῶν δένδρων πεπανθεῖσα ἐλαία· ὡσαύτως καὶ ἡ ἰσχὰς, καὶ δρύπεπα. [10] Τὴν θ' ἁλίπαστον [11] δρύπεπα. τουτέστιν, ἐλαίαν.

Δρυπέπης. Maturus arborum fructus. Oliva, quæ in arbore maturuit. Item ficus sic dicitur. Et δρύππα. *Et sale conspersam drupam.* Id est, olivam.

Δρυπολεῖν. τὸ ξύλοις πολιορκεῖν.

Δρυπολεῖν. Lignis urbem obsidere.

Δρῦς. ἔστι μὲν πόλις ἐν Ἠπείρῳ. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα ἐν Θρᾴκῃ. δρῦς, τὸ δένδρον· τὸ δρυ βραχύ.

Οὐκέτι [12] θελγομένας, Ὀρφεῦ, δρύας, οὐκέτι πέτρας
Ἄξεις. ———————

καὶ [13] Ὅμηρος·

Ἢ δρυὸς, ἢ πεύκης, τὸ μὲν οὐ καταπύθεται ὄμβρῳ.

Δρῦς. Drys. Est urbs in Epiro: itemque in Thracia. Δρῦς, quercus, [syllabam] δρυ [in casibus obliquis] brevem habet. *Non amplius, Orpheu, quercus & rupes cantu tuo delinitæ te sequentur.* Et Homerus: *Aut quercus, aut piceæ: quod arborum genus non computrescit ab imbre.*

Δρυτόμος. ὑλοτόμος. δενδροτόμος.

Δρυτόμος. Qui ligna cædit. Qui arbores cædit.

Δρύφακτοι. ξύλινοι θώρακες. τὰ διαφράγματα. τὰ περιτειχίσματα. ἢ κιγκλίδες. περιφράγματα. τὰ [14] νῦν ταυλωτὰ καλούμενα. τὰ τῶν οἰκοδομημάτων ἐξέχοντα ξύλα. Ὁ δὲ τετρακοσίας Φοςτίδας νῆας

Δρύφακτοι. Ligneæ loricæ. Sepimenta. Vel cancelli. Septa. Item ea, quæ nunc ταυλωτὰ, i. e. tabulata, vocantur. Et prominentia ædificiorum ligna. *Cum autem quadrin-*

1 Δρύοπες, ἔθνος περὶ τὴν Πυθ.] Hæc ecloga repetitur infra v. Κάπρος.

2 Ὁ Ἡρακλῆς μετ.] Vide Pausaniam lib. IV. pag. 283.

3 Καταχρηστικῶς δὲ τὰ προοίμια] Inepte. Non enim sola vox δρύοχοι in subjuncto loco Aristophanis ponitur pro προοίμια, sed conjuncta cum ἀρχαί.

4 Ἀριστοφάνης] *Thesmophor.* pag. 768. (513. Ed. Bas. P.)

5 Κωλομελεῖ] Apud Aristophanem rectius hodie legitur κολλομελεῖ: a κολλᾶν, conglutinare.

6 Χιανεύει] Scribe χοανεύει, ut apud Aristophanem.

7 Πλάτων ἐν Τιμαίῳ] Pag. 547.

8 Δρύππα] Sic legitur in MS. Paris. A. cujus loco priores Editt. minus recte habent δρύπτα. Δρύππα autem est Latinorum *drupa*. Glossæ Græco-Latinæ: Γεργέριμος. ἐλαία μέλαινα. *Drupa*. Athenæus lib. II. pag. 56. Δρυπεπεῖς τ' ἐλαίας. ταύτας Ῥωμαῖοι δρύππας λέγουσι. Cæterum, vox *drupa* detorta est ex Græco δρυπέπης, vel δρυπεπής: de cujus significatione vide Suidam voce sequenti.

9 Δρυπέπης] Sic MS. Paris. A. At priores Editt. δρυπέτης: cui lectioni alteram prætuli, ut interpretationi Suidæ magis convenientem. Cæteroqui fateor, τὸ δρυπέτης, vel δρυπετὴς, quod proprie significat *ab arbore decidens*, passim etiam in veterum libris occurrere, & itidem dici de fructibus maturis, quod, qui tales sunt, ab arboribus decidere soleant. Confer Athen. lib. II. pag. 56.

10 Τήν θ' ἁλίπαστον δρύπεπα] Verba hæc sunt pars Epigrammatis, quod integrum exstat Anthol. lib. VI. cap. VII. pag. 555.

11 Δρύπεπα] In Anthologia loco laudato legitur δρύππα. Sed neutra lectio sana est. Scribendum enim est δρύππαν, i. e. drupam: de qua voce vide quæ diximus paulo ante.

12 Οὐκέτι θελγομένας, Ὀρφ.] Integrum Epigramma, ex quo verba hæc deprompta sunt, exstat Anthol. lib. III. cap. XXV. ut Portus etiam monuit.

13 Ὅμηρος] Il. Ψ. v. 328.

14 Τὰ νῦν ταυλωτὰ κτλ.] Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 328. Τοὺς δρυφάκτους. τὰ νῦν ταυλώματα καλούμενα. τὰ τῶν οἰκοδομημάτων ἐξέχοντα ξύλα. ἢ τὰ κάγκελλα. δρυόφρακτός τις ὤν. οἱ γὰρ ἀρχαῖοι τοῖς δένδροις δρυὸς ἐκάλουν.

συναγαγὼν, δρυφάκτοις τε ταύταις πηξάμενος ἐν κύκλῳ.

Δρύφη. ξέσματα.

Δρύψαι. ἀποξέσαι.

Δοιά. δύο. Δοιὰ δὲ θέατρα ἄροτρα ποιησάμενος.

Δοιδυκοποιός. ὁ τὰ κοχλιάρια ποιῶν.

Δοῖδυξ. κοχλιάριον. παρὰ τὸ δαδίσσω, τὸ ταράσσω.

Δοῖδυξ. ὁ ἀλετρίβανος. [1] Ἀριστοφάνης·

Ὡς εἰ μὴ γένοιθ' οὗτος ἐν
Τῇ πόλει μέγας, οὐκ ἂν ἤ-
στην σκεύη δύο χρησίμω,
Δοῖδυξ [2] καὶ ἀλετρίβανος.

ζήτει ἐν τῷ Ἀλετρίβανος.

Δοίημεν. παράσχοιμεν.

Δοιοί. ἀντὶ τοῦ δύο. ὡς τὸ

Δοιοὶ [3] γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει.

Δυάζει. φλυαρεῖ. ἀλογεῖ.

Δυεῖν. Πολύβιος· Ἀπελθεῖν εἰς πόλιν, ἣ δυεῖν μὲν ἡμερῶν ἀπεῖχε. καὶ αὖθις· Δυεῖν προελέσθαι θάτερον, ἢ τὸ, ἢ τό.

Δυερόν. βλαβερόν. ἐπιβλαβές.

Δύη. ἡ κακοπάθεια. ἡ δυστυχία. ὅθεν καὶ δοῦλος· δυηλός τις ὤν. Καλλίμαχος· [4] Δύην ἄποθεν τ' ἀλάλκοι, ἣν οὐδεὶς ποθεῖ. ἐν Μύθοις·

Τοὔνεκα τὴν ἰδίην οὔτις ὄπωπε δύην.

Δυηπαθής. ὁ καρτερικός.

Αὐτοῦ [5] σοὶ παρ' ἄλωνι, δυηπαθὲς ἐργάτα μύρμηξ,
Ἠρίον ἐκ βώλου διψάδος ἐκλισάμαν.

Δῦθι. ἔνδυσαι.

Δύμας, ὁ Φρὺξ, ὁ πατὴρ Ἑκάβης, εἰς Ἴλιον Πριάμῳ τὴν ἑαυτοῦ ἐξέδοτο θυγατέρα. ὁ δὲ Πρίαμος καὶ Φρυξὶ συμμαχεῖ.

Ἤδη [6] καὶ Φρυγίην εἰσήλυθον ἀμπελόεσσαν.

Ὅμηρος.

Δύμη. πόλις. καὶ Δυμαῖος, ὁ πολίτης.

Δύναμις. ὁ στρατός. Συναχθείσης δυνάμεως θαυμαστῆς ἡλίκης τὸ μέγεθος. ἀντὶ τοῦ, πλείστης ὅσης, κατ' Ἀττικὴν σύνταξιν. ἢ πολλῆς τὸ πλῆθος. Δύναμις λέγεται καὶ ἰσχὺς, καὶ ὁ στρατός. Τῷ ἀνὰ τοὺς ἑῴους πολέμους τὰς Ῥωμαίων [7] τετρίφθαι δυνάμεις.

Δύναμις. καὶ ἡ ἰσχύς. Δαμάσκιος περὶ Ἰσιδώρου· Ὁ δὲ ἐμελέτα ἄττα τῶν ποιητικῶν, οὐχ ὅσον δυνάμεως, ἀλλ' ὅσον ὀρέξεως εἶχε.

Δύναμις. εἴ τις τῶν φευκτῶν τινος τὴν δύναμιν ἀποδοίη· οἷον, ἄν τις τὸν κλέπτην ἢ σοφιστὴν ἢ διάβο-

*gentas naves onerarias in unum coegisset, & septis ligneis eas circumdedisset.*

Δρύφη. Ramenta.

Δρύψαι. Abrasisse. Abradere.

Δοιά. Duo. Bina. *Bina vero aratra facere conatus.*

Δοιδυκοποιός. Qui cochlearia facit.

Δοῖδυξ. Cochleare. A verbo δαδίσσω, turbo, agito.

Δοῖδυξ. Pistillum. Aristophanes: *Nisi iste magnus in urbe vir evasisset, non forent in ea duo instrumenta utilia, pistillum & cochleare.* Vide in v. Ἀλετρίβανος.

Δοίημεν. Demus. Præbeamus.

Δοιοί. Duo. Bini. Ut, *Duo namque dolia jacent in Jovis atrio.*

Δυάζει. Nugatur. Ineptias loquitur.

Δυεῖν. Duorum, vel duarum. Polybius: *Abiisse in urbem, quæ duorum dierum spatio aberat.* Et iterum: *Alterum duorum elegisse, vel hoc, vel illud.*

Δυερόν. Damnosum. Noxium.

Δύη. Calamitas. Infelicitas. Unde etiam servus appellatur δοῦλος: quasi dicas δυηλός. Callimachus: *Calamitatem longe propulset, quam nemo optat.* In Fabulis: *Idcirco suum nemo vidit malum.*

Δυηπαθής. Ærumnæ patiens. Laboriosus. *Hic tibi juxta aream, laboriosa formica, tumulum ex gleba sicca condidi.*

Δῦθι. Indue. Subi.

Δύμας. Dymas, Phryx, pater Hecubæ, filiam suam Priamo, Ilii Regi, in matrimonium dedit. Priamus vero Phrygibus opem in bello tulit. *Jam & Phrygiam intravi vitibus abundantem.* Homerus.

Δύμη. Dyme, urbs. Et civis ejus, Dymæus.

Δύναμις. Exercitus. *Coacto exercitu longe maximo.* Hanc enim significationem habet θαυμαστῆς ἡλίκης τὸ μέγεθος: quæ est constructio Attica. Δύναμις tam significat potentiam, quam copias, sive exercitum. *Quod in bellis orientalibus copiæ Romanorum diu multumque versatæ essent.*

Δύναμις. Vires. Potentia. Damascius de Isidoro inquit: *Carmina etiam quædam scribebat, non pro ea, qua præditus erat, ingenii facultate, sed quantum desiderio ejus satis esset.*

Δύναμις. Potestas. Facultas. Si quis alicujus rei fugiendæ facultatem tradat: ut, si

1 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 346. (243. Ed. Bas. *P.*)

2 Δοῖδυξ καὶ ἀλετρ.] Apud Aristophanem loco laudato rectius hodie legitur, δοῖδυξ οὐδὲ τορύνη.

3 Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακ.] Est notissimus versus Homericus Il. Ω. v. 527.

4 Δύην ἄποθεν τ' ἀλ.] Lege & distingue:
——— Δύην ἄποθεν τ' ἀπαλάλκοι
Ἣν οὐδεὶς ποθεῖ.

Sic enim legendum esse recte monuit vir πολυμαθέστατος Richardus Bentlejus ad Fragm. Callim. CCCII.

5 Αὐτοῦ σοὶ παρ' ἄλωνι, δυηπ.] Distichum hoc decerptum est ex Epigrammate, quod integrum exstat Anthol. lib. III. cap. XXIV. pag. 383.

6 Ἤδη καὶ Φρυγίην εἰσήλυθον ἀμπ.] Est versus Homericus Il. Γ. v. 184. sed qui nihil ad rem facit.

7 Τετρίφθαι] Malim τετρῖφθαι. i. e. usu exercitatum esse, vel multum in aliqua re versatum esse.

λον ὁριζόμενος, λέγοι, τὸν μὲν διάβολον, τὸν δυνάμενον [1]βάλλειν καὶ ἐχθροὺς ποιεῖν τοὺς φίλους· τὸν δὲ κλέπτην, τὸν δυνάμενον λάθρα τὰ ἀλλότρια ἀφαιρεῖσθαι· τὸν δὲ σοφιστὴν, τὸν δυνάμενον ἀπὸ φαινομένης σοφίας χρηματίζεσθαι. οὐδεὶς γὰρ τούτων τοιοῦτός ἐστι τῷ δύνασθαι, ἀλλὰ τῷ προαιρεῖσθαι τοιαῦτα. δύναμιν μὲν γὰρ καὶ οἱ ἀγαθοὶ ἔχουσι τοῦ τὰ φαῦλα δρᾷν, ἀλλ' οὐ δρῶσιν αὐτὰ, τῷ μὴ προαιρεῖσθαι. ἔστι δὲ δύναμις ὀργανικὸν ἀγαθὸν δι' ἄλλο αἱρετὸν, δυνάμει, ἢ ἐνεργείᾳ, ἢ ἐντελεχείᾳ. [2]ἀντὶ μὲν τοῦ σώματος ἐχρήσατο ὁ Ἀριστοτέλης τῇ δυνάμει· ἀντὶ δὲ τοῦ ἀσωμάτου τῇ ἐντελεχείᾳ, περὶ ψυχῆς τὸν λόγον διαιρῶν. καὶ γὰρ τῶν σωμάτων τὰ μὲν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ, δυνάμει ἐστὶ, καὶ κατ' οὐσίαν, καὶ κατὰ ποιότητα, καὶ κατὰ ποσότητα, καὶ τὴν ἐκ τόπου εἰς τόπον μεταβολήν. δυνάμει γὰρ ἐσμὲν ἄνθρωποι ἐν τῷ σπέρματι, καὶ ἐν τῷ καταμηνίῳ. καὶ δυνάμει παῖδες ὄντες, ἔχομεν τὸ τοῦ ἀνδρὸς μέγεθος. ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ ποιοῦ. δυνάμει ψυχροὶ θερμοὶ ὄντες, καὶ δυνάμει κινούμεθα καθήμενοι. τὰ δὲ οὐράνια ἐν τῇ κατὰ τόπον μεταβολῇ μόνον ἔχουσι τὸ δυνάμει. ἀνατέλλων γὰρ ὁ ἥλιος δυνάμει μεσουρανεῖ καὶ μεσουρανῶν, δυνάμει δύνει. καὶ ἐπὶ τῆς ἄλλης αὐτοῦ κινήσεως, καὶ τῶν ἄλλων ἀστέρων, ἐν τῇ κατὰ τόπον μεταβολῇ τὸ δυνάμει ἔστι θεωρεῖν. † Ὅτι αἱ δυνάμεις τῷ χρόνῳ μὲν τῶν ἐνεργειῶν πρότεραι· τῷ δὲ λόγῳ, δεύτεραι. πρότεραι μὲν γὰρ τῇ διδασκαλίᾳ, καὶ σαφέστεραι ἡμῖν εἰσὶν εἰς γνῶσιν αἱ ἐνέργειαι τῶν δυνάμεων, τῇ τελειότητι. τελειότης γὰρ τοῦ δυνάμει ἡ ἐνέργεια. ταύτης γὰρ ἕνεκα ἡ δύναμις. τὸ δὲ οὗ ἕνεκα, πρότερον τοῦ ἕνεκά του. καὶ παντὸς δὲ τὸ μὲν τέλος τῷ χρόνῳ ὕστερον, τῷ δὲ λόγῳ, πρότερον. προτιθέμενοι γὰρ τῷ λόγῳ τὸ τέλος, οὕτω τὰ πρὸς αὐτὸ ζητοῦμεν καὶ παρασκευαζόμεθα.

Δυνάμεις γεωμετρικαὶ πέντε. Πισίδης:

Τὰς πέντε δυνάμεις Ἀρχιμήδης εἰς μίαν
Συνάψας[3] ὅλην, εἰς τὸ κινῆσαι μόλις
Τῶν δυσραχήλων ἐξοχῶν τὰ φορτία.

Ὅτι Φίλων ἔφη, δύο δυνάμεις εἰς πᾶσαν ψυχὴν συνέρχεσθαι, σωτήριόν τε καὶ φθοροποιόν. οὐδ' ὄναρ οὗτος τῆς σωτηρίου ἐπῄσθετο, ἀλλ' ὅλος ἄκρατος ἐκ τῆς φθοροποιοῦ ὑπέστη.

quis furem, vel sophistam, vel calumniatorem definiens, dicat, calumniatorem esse illum, qui criminari alios, & ex amicis inimicos facere possit: furem, qui aliena clam surripere: sophistam, qui ex falsa sapientiæ specie quæstum facere possit. Nullus enim horum talis est facultate, sed voluntate. Nam & boni facultatem habent mala faciendi: sed ea non faciunt, quia non volunt. Est autem facultas instrumentale bonum propter aliud expetendum, facultate, vel actu, vel perfectione. Aristoteles autem usus est voce τῆς δυνάμεως, eam corpori tribuens; & voce τῆς ἐντελεχείας, eam incorporeo tribuens, de anima disserens. Nam corpora, quæ in ortu & interitu versantur, facultate sunt, & substantia, & qualitate, & quantitate, & loci mutatione, quæ fit ex uno in alterum. Facultate enim sumus homines in semine & menstruo: & facultate, dum pueri sumus, viri magnitudinem habemus. Sic etiam in qualitate [sese res habet.] Facultate frigidi sumus, quum calidi sumus. Et quum sedemus, facultate movemur. Cœlestia vero corpora in sola loci mutatione hanc facultatem habent. Sol enim oriens, facultate medium cœli spatium occupat; & quum in medio cœlo jam est, facultate occidit. In reliquis etiam ipsius & cæterorum astrorum motionibus facultas in loci mutatione cerni potest. Facultates autem tempore quidem sunt actionibus priores; ratione vero posteriores. Nam actiones doctrina quidem sunt facultatibus priores, & nobis magis perspicuæ ad cognitionem, propter perfectionem. Actio enim est perfectio illius, quod est facultate. Hujus enim causa facultas est. Illud vero, cujus causa aliquid est, est prius eo, cujus causa illud est. Atque adeo rerum omnium finis tempore quidem posterior est; ratione vero prior. Finem enim ratione nobis proponentes, ea, [quæ ad finem illum spectant, postea] quærimus, & nobis comparamus. † Facultates Geometricæ sunt quinque. Pisides: *Cum Archimedis quinque facultates in unam contraxisset, ut machinis quibusdam gravissima onera moverentur.* Philo dixit, duas facultates in omnem animam convenire; unam quidem, salutarem; alteram vero, pernitiosam. Hic tamen ne in somnis quidem illam salutarem sensit: sed totus ac merus ex illa pernitiosa conflatus est. *Port.*

Δυναστεύω. τὸ ἄρχω. γενικῇ.

Δυναστεύω. Impero. Genitivo jungitur.

Δυναστεία. ἡ ἰσχύς.

Δυναστεία. Potentia. Potestas.

Δυνάστην.[4] ἡ θεία γραφὴ τὸν Διάβολον ἐκάλεσε. φησὶ γὰρ ὁ Δαβίδ· Ὅτι ἐρρύσατο πτωχὸν ἐκ δυνάστου. τουτέστιν, ἀνθρωπείαν φύσιν, ὡς ἔρημον γεγενημένην τηνικαῦτα Θεοῦ.

Δυνάστην. Dynastam. Sic sacra Scriptura Diabolum appellat. Ait enim David: *Eripuit pauperem ex manibus Dynastæ.* Id est, humanam naturam, ut tunc temporis a Deo desertam.

Δυνατήν. ἐνδεχομένην. Ξενοφῶν ἔφη· Ἡγεῖ-

Δυνατήν. Eam, quæ fieri potest. Xeno-

1 Βάλλειν] Cum Porto malim διαβάλλειν.

2 Ἀντὶ μὲν τοῦ σώματος ἐχρήσατο —— τὸ δυνάμει ἔστι θεωρεῖν] Hæc omnia αὐτολεξεὶ pene leguntur apud Philoponum in lib. 1. Aristot. *de Anima*, A. 8. 2. ut Pearsonius recte observavit. Hinc ergo Suidam sua descripsisse puto.

3 Συνάψας ὅλην] Metri gratia scribendum est, Ὅλην συνάψας, ut Portus etiam monuit.

4 Δυνάστην. ἡ θεία γραφὴ τὸν Διάβολον ἐκάλ.] Locum hunc excerpsit Suidas ex Theodoreto ad Psalmum lxxi. pag. 680. ut Pearsonius monuit.

σθαι

ϑαι δυνατὴν ὑποζυγίοις περιβάλεσθαι ὁδόν.

Δῦναι. καθελθεῖν. ἢ εἰς δύσιν ἀπελθεῖν.

Δύνωμαι. γίνεται ἐκ τοῦ δύνημι, δύναμαι. τὸ ὑποτακτικὸν, ἐὰν δύνωμαι. πᾶν δὲ ὑποτακτικὸν ἔχον ἐνεργητικὸν περισπώμενον, περισπᾶται· ἱστῶ, ἐὰν ἱστῶμαι. ἐὰν δὲ οὐκ ἔχῃ ἐνεργητικὸν, προπαροξύνεται· δύνωμαι, δύνωνται. καὶ Ὅμηρος·

Εἰ δύναμαι τελέσαι γε, καὶ εἰ τετελεσμένον ἐστί.

† Περιώρικε γὰρ τὸν ἐπιδεχόμενον τελέσαι δυνατὸν εἶναι δεῖν· καὶ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα εὔθετον εἶναι πρὸς τὴν τελείωσιν.

Δυοκαιδεκάτη. καὶ δυοκαιδέκατος. δυωδεκάτη δὲ, καὶ δυώδεκα.

Δύο τοίχους ἀλείφεις. λέγεται ἐπὶ τῶν ἐπαμφοτεριζόντων, καὶ διὰ μέσου χωρούντων ἐν μάχαις, ἢ φιλίαις. εἴρηται δὲ ἴσως ἀπὸ τῶν δύο τοίχους εὐφεγγέας ποιούντων.

Δύο ἐτῶν ἐν τοῖς Ἕλλησι καταμείνας τῆς ἀδίκου φυγῆς ὤνητο.

Δυοῖν. ἀντὶ τοῦ δύο.

Δυοῖν ἀπεκέσας κακοῖν

Ἢ γῆς ἀπῶσαι πατρίδος, ἢ κτεῖναι λαβών.

ἀντὶ τοῦ, ἓν τῶν δύο ποιήσας.

Δυῤῥάχιον. πόλις, τὸ πάλαι Ἐπίδαμνος καλουμένη· νῦν δὲ πάλιν καλουμένη Δυῤῥάχιον, κατὰ τὸν τόπον περιεχούσης ἄκρας γεωλόφου, ὅπου τὸ κῦμα προσπίπτον καὶ σχιζόμενον ῥαχίαν ποιεῖ μεγάλην. ὅθεν καὶ διὰ τὴν ῥαχίαν δύσορμον, Δυῤῥάχιον ὠνόμασαν τὸν τόπον.

Δυσάλγητος. ἀσυμπαθής.

Δυσαλθές. δυσίατον.

Δυσάλωτον. δυσάληπτον.

Δυσανάγωγος. δυσχερής. ἀπειθής.

Δυσανασχετοῦσι. βαρέως οἴσουσι. παραιτοῦνται. Δυσανασχετῶν δὲ τῇ συμφορᾷ, ἐκ Καλυδῶνος ἐξεχώρει μετὰ τῆς Δηϊανείρας.

Δυσανασχέτως. ὀκνηρῶς. ἀπειθῶς. Ὁ δὲ δυσανασχέτως εἶχε δέξασθαι τὰ βασιλικὰ δῶρα.

Δυσάνιος.[1] Ἀντιφῶν. ὁ ἐπὶ παντὶ ἀνιώμενος, κἂν μικρὸν καὶ εὐκαταφρόνητον ᾖ.

Δυσαῶν ἀνέμων. τῶν σφοδρῶς πνεόντων. Πνευμάτων ἐπελαυνόντων δυσαῶν αὐτοῖς ἀνδράσι κατέδυσαν.

Δυσάντητον. δυσχερές. δυσαπάντητον.

Δυσαρεστούμενος. μὴ ἀρεσκόμενος. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἔφασαν, τὴν σύγκλητον δυσαρεστεῖσθαι τῇ τῶν ἐν Λακεδαίμονι τειχῶν καθαιρέσει. Καὶ αὖθις·

Χαλεπὸν μὲν οὖν ἄνδρας δυσαρέστους νουθετεῖν,

phon dixit: *Existimare eum, viam esse talem, quam jumenta ingredi possint.*

Δῦναι. Descendere. Vel, occidere.

Δύνωμαι. A verbo δύνημι, fit δύναμαι; & subjunctivus modus, ἐὰν δύνωμαι, si possim. Omne autem verbum subjunctivi modi, quod habet activum circumflexum, circumflexo in penultima notatur: ut, ἱστῶ, ἐὰν ἱστῶμαι. Nisi vero habeat activum [circumflexum,] acuto notatur in antepenultima: ut, δύνωμαι, possim: δύνωνται, possint. Et Homerus: *Si modo possim hoc perficere, & perfici [a quoquam] possit.* † Descripsit enim illum, qui recipit in se aliquid perficiendum, oportere præditum esse facultate rem perficiendi: & simul rem ipsam talem esse debere, ut facile effici possit.

Δυοκαιδεκάτη, & δυοκαιδέκατος, [per ο scribuntur.] At δυωδεκάτη, & δυώδεκα, [per ω.]

Δύο τοίχους ἀλείφεις. *Duos parietes illinis.* Dicitur de illis, qui inter duas partes ancipitem animum gerunt, & in inimicitiis vel amicitiis medios se præbent.

Δύο ἐτῶν ἐν τ. *Biennium inter Græcos commoratus, injusti exilii fructum cepit.*

Δυοῖν. Pro, δύο. Duorum. *Cum e duobus malis alterum delegisset: vel ex patrio solo ejicere; vel comprehensum interficere.* Id est, cum ex duobus unum fecisset.

Δυῤῥάχιον. Dyrrhachium. Urbs, quæ olim Epidamnus vocata, nunc rursus Dyrrhachium appellatur. [Est autem sita] eo loco, ubi rupes in mare procurrit, quæ littus scopulosum reddit, ad quod fluctus allisi franguntur. Quare etiam a littore importuoso locus ille vocatus est Δυῤῥάχιον.

Δυσάλγητος. Qui non facile dolore & miseratione movetur.

Δυσαλθές. Sanatu difficile.

Δυσάλωτον. Captu difficile.

Δυσανάγωγος. Contumax. Inobediens.

Δυσανασχετοῦσι. Graviter ferunt. Recusant. *Illam vero calamitatem iniquo animo ferens, Calydone cum Deianira excessit.*

Δυσανασχέτως. Iniquo animo. Gravate. *Ille vero dona regia gravate accipiebat.*

Δυσάνιος. Antiphon. Qui ob quamlibet rem, licet levissimam & nullius momenti, dolore afficitur.

Δυσαῶν ἀνέμων. Ventorum vehementer spirantium. *Vehementi vento in eos irruente, naves una cum viris submersæ sunt.*

Δυσάντητον. Difficile. Cui difficulter occurri potest.

Δυσαρεστούμενος. Cui aliquid displicet. Qui rem aliquam iniquo fert animo. *Romani vero dixerunt, murorum Lacedæmonis demolitionem Senatui displicere.* Et iterum:

*Molestum enim profecto est, viros morosos monere,*

[1] Δυσάνιος. Ἀντιφῶν. ὁ ἐπὶ παντὶ ἀν.] Ex Harpocratione: ex quo pro δυσάνιος, ut priores Edit. male exhibent, reposui δυσάνιος.

Εἰ τοὺς φιλεῖν μὲν βουλομένους δέδοικατε,

Τοὺς δ' οὐκ ἐθέλοντας ἀντιβολεῖτ' ἑκάστοτε.

Δυσαριστοτόκεια.[1] δυστυχῶς ἄριστον τεκοῦσα. ἢ διὰ τὴν ἀριστείαν δύστηνον.

Δυσαύλης.[2] οὗτος αὐτόχθων μὲν ἦν, συνῴκησε δὲ Βαυβοῖ, καὶ ἔσχε παῖδας Πρωτονόην τε καὶ [3]Νῆσαν.

Δυσαχθές. βαρύ. δυσβάστακτον.

Δυσβῆρες.[4] οἱ δύσβατοι τόποι.

Δυσβουλία. κακοβουλία.

Δυσβράχανος.[5] δυσκατάληπτος. βράχανα γὰρ, ἄγρια λάχανα δύσπλυτα.

Δυσγάργαλις.[6] δυσυπότακτος. γαργαλίζειν γὰρ, τὸ εἰς γέλωτα ἄγειν, καὶ πείθειν.

Δυσγενής. ὁ ἐκ κακοῦ γένους. καὶ δυσγένεια, ὁμοίως.

Δυσδιάλλακτον.[7] δυσθεράπευτον.

Δυσδιάφευκτον. δυσχερῶς λανθάνον.

Δυσδιόρθωτος. ὁ ἀδιόρθωτος.

Δυσαιάκτου. δυσθρηνήτου.

Δυσεκλογίστων. δυσευρέτων. δυσδιαγνώστων. Ἀδήλων δὲ ὄντων καὶ δυσεκλογίστων τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων.

Δυσέκλυτα. δυσχερῶς λυόμενα.

Δυσέλλων. δυσγνώμων.

Δυσέμβολος. δυσεπιχείρητος. καὶ δυσεμβολώτατον. Φρούριον Ἀρμενίας ἀπόρθητον ὑπάρχειν δοκοῦν, διὰ τὸ δυσεμβολώτατον.

Δυσέντευκτος. δυσομίλητος.

Δυσέξιτος. τόπος ἀδιόδευτος.

Δυσέξοιστον. δυσεκκόμιστον.

Δυσεπίβολος. [8]Ἀγάπιος φιλόσοφος ἐθαυμάζετο ἐπὶ φιλομαθίᾳ καὶ ἀπορημάτων προβολῇ δυσεπιβόλων.

Δύσεργον. δυσχερές. δύσκολον. Ἐπ' ἄμφω τὰ πλευρὰ τοῦ δόρατος μεταλαμβανομένου, ὃ δὴ δύσεργον ἦν τοῖς ἀρρωστοτέραν ἔχουσι τὴν ἑτέραν.

Δύσερι. φιλόνεικον.

Δυσερμίας.[9] κακῆς ἀποτυχίας. [10]εὐερμίαν γὰρ τὴν ἐπιτυχίαν καλοῦσι.

*Si illos quidem, qui vos amare volunt, timetis,*

*Illos vero, qui [vos amare] nolunt, suppliciter semper oratis.* Port.

Δυσαριστοτόκεια. Quæ malo fato fortissimum peperit. Vel, quæ peperit filium, propter fortitudinem suam infelicem.

Δυσαύλης. Dysaules. Hic indigena fuit, & Babonem uxorem habuit, ex qua filias Protonoen & Nesam suscepit.

Δυσαχθές. Grave. Quod difficulter ferri potest.

Δυσβῆρες. Loca transitu difficilia.

Δυσβουλία. Malum consilium.

Δυσβράχανος. Difficilis intellectu. Βράχανα enim sunt olera agrestia, quæ difficulter lavari possunt.

Δυσγάργαλις. Contumax. Refractarius. Γαργαλίζειν enim significat, risum alicui movere, & verbis flectere.

Δυσγενής. Ignobilis. Et δυσγένεια, generis obscuritas.

Δυσδιάλλακτον. Difficile reconciliatu.

Δυσδιάφευκτον. Quod difficulter vitari potest.

Δυσδιόρθωτος. Qui difficulter emendari potest.

Δυσαιάκτου. Valde lugubris. Valde tristis.

Δυσεκλογίστων. Rerum, quæ difficulter cognosci & conjici possunt. *Cum casus belli incerti sint, & conjectu difficiles.*

Δυσέκλυτα. Quæ difficulter solvuntur.

Δυσέλλων. Malum animum habentium.

Δυσέμβολος. Accessu difficilis. Quem quis difficulter aggredi potest. Et δυσεμβολώτατον, [superlativus.] *Castellum Armeniæ nunquam captum videri, quod sit accessu difficillimum.*

Δυσέντευκτος. Qui non facile sui conveniendi copiam alteri facit. Non affabilis.

Δυσέξιτος. Locus transitu difficilis. Impervius.

Δυσέξοιστον. Quod difficulter exportari potest.

Δυσεπίβολος. Conjectu difficilis. Difficilis explicatu. *Agapium philosophum omnes admirabantur ob studium discendi, & quod quæstiones obscuras & difficiles in promptu semper haberet.*

Δύσεργον. Difficile factu. Difficile. *Cum hasta ab utroque latere prehenderetur, quod erat difficile illis, qui alteram manum infirmiorem habebant.*

Δύσερι. Litigiosum. Contentiosum.

Δυσερμίας. Infelicis successus. Εὐερμίαν enim felicem successum vocant.

1 Δυσαριστοτόκεια] Usus est hac voce Homerus Il. Σ. v. 54.

2 Δυσαύλης. οὗτος αὐτ.] Ex Harpocratione.

3 Νῆσαν.] Harpocratio habet Νίσαν. Sed ipse Suidas infra Νῆσσαν, per duplex σ.

4 Δυσβῆρες] Hesychius: Δυσβηρές. δύσβατον, δυσχερές. Hinc & apud Suidam scribendum puto, Δυσβηρεῖς. οἱ δύσβατοι τόποι.

5 Δυσβράχανος] Sic etiam Hesychius. At Psellus in Synopsi inedita, versibus politicis scripta, cujus & alibi mentionem feci, habet δυσβάρχανος. Sic enim ille:

Δυσβάρχανος, ὁ δύσληπτος. οἱ δυσεῖς, δυσπολίδες.

6 Δυσγάργαλις] Sic etiam Etymologus. At Hesychius, δυσγάργαλος.

7 Δυσδιάλλακτον. δυσθ.] Ex interpretatione, quam Suidas huic voci addidit, patet, legendum esse δυσαιάκτου. Recte Suidas paulo post: Δυσαιάκτου. δυσθρηνήτου. Apud Hesychium pro δυσαιάκτου male legitur δυσδιάλλακτου; ut viri docti jam ante monuerunt.

8 Ἀγάπιος φιλόσοφος ἐθαυμ.] Fragmentum hoc, quod ex Damascio deprompturn esse existimo, legitur etiam supra v. Ἀγάπιος.

9 Δυσερμίας] Sic recte habent MSS. Paris. itemque Hesychius & Etymologus. At priores Editt. mendose δυσεργίας. Dictum est autem δυσερμία, a δύς, & Ἑρμῆς, Mercurius. Deus enim ille sortium præses habebatur: & proinde, qui eum minus faventem haberent, iis sortes male cadere existimabantur. Hinc igitur factum, ut δυσερμία latiori significatione quemvis infelicem successum denotaret.

10 Εὐερμίαν] Vide infra h. v.

Δύσερμος. ὁ δύσελπις.

Δύσερως. ὁ σφόδρα κακῶς ἐρῶν. ἢ ὁ ἐπὶ κακῷ ἐρῶν. Ἀποσφαγεῖσαν γὰρ αὐτὴν ὑπὸ ἐραστοῦ δυσέρωτος.

Δύσζηλοι. φθονερώτατοι.

Δυσειδής. ὁ ἄμορφος.

Δυσείκαστον. ἀπρεπῶς εἰκασθέν.

Δυσείμων. ὁ ἀχίτων.

Δυσηρεσία. τὸ κακῶς ἐρέττειν.

Δυσηλεγής. κακόηχος. χαλεπός.

Δυσήνεμον. τὸ κακοὺς ἀνέμους ἔχον. δυσάρεστον.

Δυσήνιος. δυσπειθεῖς. ἀνυπότακτος. δυσαγωγος. δυσμετάχος. ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἵππων. ἡνία γὰρ τὰ λῶρα.

Δυσήνυτον.[1] δυσκατόρθωτον.

Δυσῆρες. δυσχερές.

Δυσηχής. ὁ κακόηχος. ἐν Ἐπιγράμματι·

[2] Ῥυσαμένη Πύθωνα δυσηχέος ἐκ πολέμοιο
Ἀσπὶς, Ἀθηναίης ἐν τεμένει κρέμαται.

Δυσίατον. ἀθεράπευτον.

Δυσθάλασσα. τὰ εἰς τὴν θάλασσαν ἐμβαλλόμενα. Καὶ [3] δίκτυα δυσθάλασσα.

Δυσθανατοῦντα. βιαίως τὸν βίον καταστρέφοντα. Ἐν δέ τινι μοίρᾳ τῆς ἀτραποῦ δυσθανατοῦντα στρατιώτην Ῥωμαίων περιεβλέψαντο, τέτρασι βολαῖς τὸ σῶμα κοσμούμενον.

Δύσθεος. ἀσεβής.

[4] Ὦ δύσθεον μίσημα, σοὶ μόνῃ πατὴρ
Τέθνηκε;

Δυσθετήσας. [5] Ὁ δὲ Νάβις δυσθετήσας ταῖς συνθήκαις, οὐ προσεῖχε τοῖς γραφεῖσιν. ἀντὶ τοῦ, μὴ στέρξας ταῖς συνθήκαις. μὴ ἐμμείνας. καὶ δυσθετούμενοι, ἀντὶ τοῦ κακῶς διατιθέμενοι. Καὶ δυσθετούμενοι τοῖς συμβαίνουσιν, ἀποδυσπετοῦσι.

Δυσθήρατος. ὁ δυσεύρετος.

Δύσθυμος. κακόβουλος. [6] Σοφοκλῆς

Ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ εἰμὶ τοῖς πεπραγμένοις
Δύσθυμος. εἰ δέ σοι δοκῶ φρονεῖν κακῶς,
Γνώμην δικαίαν σχοῦσα, τοὺς πέλας ψέγε.

Δυσκάθεκτον. δυσνόητον. ἀκατάληπτον.

Δυσκελάδου. κακοήχου.

Δυσκίνητε. ἀμείλικτε. δυσμετάθετε.

[7] Ἅιδη δυσκίνητε, τί τὴν ἐπέραστον ἑταίραν
Ἥρπασας; ἢ καὶ σὴν Κύπρις ἔμηνε φρένα.

Δυσκλέα. [8] Ὅμηρος κατὰ συστολὴν ἐκφέρει τὰ τοιαῦτα. Δυσκλέα Ἄργος ἱκέσθαι. καὶ ἀκλέα, ἀν-

Δύσερμος. Cui mala spes est.

Δύσερως. Qui infeliciter amat. Vel, cujus amor alteri malum adfert. *Ipsam enim ab infelici amatore jugulatam esse.*

Δύσζηλοι. Valde invidi.

Δυσειδής. Turpis aspectu. Deformis.

Δυσείκαστον. Quod difficulter conjici potest.

Δυσείμων. Male vestitus. Veste carens.

Δυσηρεσία. Difficilis vel mala remigatio.

Δυσηλεγής. Malum habens sonum. Molestus.

Δυσήνεμον. Malis ventis expositum. A ventis turbatum.

Δυσήνιος. Refractarios. Contumaces. Intractabiles. Frænis repugnantes. Translatio ducta est ab equis. Ἡνία enim significat lora sive habenas.

Δυσήνυτον. Quod difficulter perfici potest.

Δυσῆρες. Difficile. Molestum.

Δυσηχής. Horrisonus. In Epigrammate:

*Qui servavit Pythonem horrisono ex bello*
*Clypeus, jam in delubro Minervæ pendet.*

Δυσίατον. Curatu difficile. Sanatu difficile.

Δυσθάλασσα. Quæ in mare demittuntur. *Et retia, quæ in mare demittuntur.*

Δυσθανατοῦντα. Eum, qui vitam violenta morte finit. Vel, cum morte conflictantem. *In quadam autem semitæ parte viderunt militem Romanum cum morte conflictantem, corpore ejus quatuor ictibus vulnerato.*

Δύσθεος. Impius. [Sophocles:] *O Diis hominibusque invisa! tibi ne soli pater mortuus est?*

Δυσθετήσας. Qui in aliqua re non acquiescit. *Nabis vero, cum in conditionibus pacis non acquiesceret,* (vel, *iis non staret,*) *literarum ad se scriptarum nullam rationem habuit.* Et δυσθετούμενοι, male affecti. Ægre ferentes. *Et casus ægre ferentes, animum despondent.*

Δυσθήρατος. Captu, vel inventu difficilis.

Δύσθυμος. Quem pœnitentia facti subit. Sophocles: *Me quidem eorum, quæ feci, non pœnitet. Quod si autem tibi videor male judicare, cum recte sentiam, vicinos vitupera.*

Δυσκάθεκτον. Intellectu difficile. Quod comprehendi nequit.

Δυσκελάδου. Malum sonū edentis. Horrisoni.

Δυσκίνητε. Inexorabilis. Præfracti. *Pluto inexorabilis, quid amabilem amicam rapuisti? An & tuam Venus mentem amore replevit?*

Δυσκλέα. Inglorium. Homerus hujusmodi nomina corripit. *Inglorium Argos adire.* Et

1 Δυσήνυτον] Rectius Hesychius δυσήνυτον.
2 Ῥυσαμένη Πύθωνα δυσηχ.] Epigramma hoc Anacreonti tribuitur in Anthologia inedita.
3 Καὶ δίκτυα δυσθάλασσα] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate, quod integrum legitur Anthol. lib. VI. cap. III. Epigr. XI. ut Portus observavit.
4 Ὦ δύσθεον μίσημα, σοὶ μ.] Hæc sunt verba Sophoclis *Electra* pag. 95. ut Portus monuit.
5 Ὁ δὲ Νάβις δυσθετ.] Casaubonus fragmentum hoc ad Polybium refert.
6 Σοφοκλῆς] *Electra* pag. 107. *Port.*
7 Ἅιδη δυσκίνητε, τί τὴν ἑταίρ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis, quod integrum legitur Anthol. lib. III. cap. XII. Epigr. X. ut Portus monuit.
8 Ὅμηρος] Il. Β. v. 115.

 τι

τὶ τοῦ ἀδόξου. εἰ δὲ Ἀττικοὶ ἐκτείνουσι.

Δυσκλεές. ἄδοξον. ἄτιμον. ἀπρεπές. Μὴ γὰρ οὕτως ὑφ' ἡλίῳ δυσκλεὴς εἴην, ὥστε τὸν ἐμὲ σώσαντα μὴ ἀντισῶσαι.

Δυσκληδόνιστον. δυσφήμιστον. Δυσκλυδώνιστον δὲ, δυσέκβατον, διὰ τοῦ υ ψιλοῦ.

Δυσκολαίνει. [1]λέγει Ἀριστοτέλης· Δυσκολαίνει γὰρ, ὁ μὴ [2]παρὰ προσηκούσας ἀποκρίσεις φθείρων καὶ κωλύων γίνεσθαι συλλογισμόν. Δυσκολία δ' ἐστὶν ἀπόκρισις παρὰ τὰς διαλεκτικὰς ἀποκρίσεις, συλλογισμοῦ φθαρτική.

Δυσκολοκάμπτους ᾠδάς. τὰς κεκλασμένας. [3]Ἀριστοφάνης·

Εἰ δέ τις ἐπικάμψειέ τινα καμπὴν,
Οἵας οἱ νῦν τὰς κατὰ Φρύνιν ταύτας τὰς δυσκολοκάμπτους,
[4]Ἐπετρίβετο τυπτόμενος πολλὰς, ὡς τὰς μούσας ἀφανίζων.

Δύσκωφος. ὁ ἐκ μέρους ἀκούων.

Δύσλοφα. χαλεπῶς φερόμενα.

Δυσλυτότατος. ὁ πάνυ δύσλυτος.

Δυσμαῖς βίου. τοῖς τέλει τῆς ζωῆς.

Δυσμεναίνω. δοτικῇ. καὶ δυσμενῶς ἔχω. δοτικῇ.

Δυσμένεια. ἔχθρα. κακόνοια. καὶ δυσμενὴς, ὁ πολέμιος.

Δύσμηνις. βαρύθυμος. ὀργίλος. μνησίκακος.

Δύσμητις. ὁ κακόβουλος.

Δυσμικῶν. τῶν τῆς δύσεως. Προνοήσας δὲ καὶ τὰς τῶν δυσμικῶν ὁμαιχμίας, [4]ἔπεισε κατοπτεύσας τινὰς τῶν δυναστῶν.

Δυσμίσητος. ὁ πάνυ ἀπεχθανόμενος.

Δένδρεα [5]δυσμίσητα, καὶ ἤν ποτε τεῖχος ἴδωσι
Τρώϊον, αὐαλέαν φυλλοχοοῦσι κόμην.

Δύσμορος. δυστυχής. κακοθάνατος.

Ἢν [6]δὲ θάνης παλάμῃσιν ἐμαῖς, μήτηρ μὲν ἀκούσω
Δύσμορος, ἀλλ' ἐν ἐμῇ πατρίδι σωζομένη.

Δύσνους. ἐχθρός. Ὁ δὲ ἦν δύσνους βασιλεῖ καὶ Ῥωμαίοις.

ἀκλέα, obscurum, ignobilem. Attici vero eadem producunt.

Δυσκλεές. Inglorium. Inhonoratum. Indecorum. Infame. *Absit enim, ut, dum vivo, infamiæ hujus reus sim, ut eum, qui me servavit, non vicissim servem.*

Δυσκληδόνιστον. Quod est mali ominis. Male ominatum. Δυσκλυδώνιστον vero, per υ, ex cujus fluctibus egredi quis difficulter potest.

Δυσκολαίνει. Aristoteles inquit: *Ille vero difficilem in disputando & iniquum se præbet, qui responsionibus instituto non convenientibus syllogismum corrumpit, ejusque conclusionem impedit.* Δυσκολία *vero est responsio a more & modo Dialecticarum responsionum abhorrens, & syllogismum corrumpens.*

Δυσκολοκάμπτους ᾠδάς. Cantiones fractas: sive tales, in quibus cantandis vox varie inflectitur. Aristophanes. *Quod si quis illorum in cantando vocem varie inflecteret, secundum difficilem illam modulandi rationem, quam Phrynnis introduxit; multis cædebatur verberibus, ut qui artem musicam corrumperet.*

Δύσκωφος. Surdaster.

Δύσλοφα. Quæ difficulter portantur.

Δυσλυτότατος. Qui difficulter solvi potest.

Δυσμαῖς βίου. Fine vitæ.

Δυσμεναίνω. Dativo jungitur. Infensus sum. Et δυσμενῶς ἔχω. Itidem dativo jungitur. Hostili & infenso sum animo.

Δυσμένεια. Inimicitia. Odium. Et δυσμενὴς, hostis.

Δύσμηνις. Qui diu & graviter irascitur. Iracundus. Injuriarum acceptarum memor.

Δύσμητις. Qui mala consilia animo volvit.

Δυσμικῶν. Occidentalium. *Cum autem occidentalium etiam gentium fœdera provide sibi conciliasset, Dynastis quibusdam persuasit, ut societatem secum inirent.*

Δυσμίσητος. Exosus. Vehementer odiosus. [In Epigrammate:] *Arbores invisæ si quando murum viderint Trojanum, arida amittunt folia.*

Δύσμορος. Infelix. Qui mala morte perit. *Si vero manibus meis mortem tibi consciscam, mater quidem vocabor infelix, at in patria mea salva [& incolumis vixero.]*

Δύσνους. Inimicus. *Ille vero erat inimicus Regi & Romanis.*

1 Λέγει Ἀριστοτέλης] Sensum non verba Aristotelis Suidas hic retulit. Verba enim Philosophi lib. VIII. *Topic.* cap. III. hæc sunt: Τὸ γὰρ αὐτὸ ἐστιν ὥσπερ ἢ ὅπως ἂν δυνάμενος, κωλύειν τὸν λόγον, δυσκολαίνειν ἐστιν. Et paulo post: Ἔστι γὰρ ἡ ἐν λόγοις δυσκολία, ἀπόκρισις παρὰ τοὺς εἰρημένους τρόπους, συλλογισμοῦ φθαρτική.

2 Παρά] Sic recte MSS. Paris. & Aristoteles loco laudato. At priores Editt. male, περί.

3 Ἀριστοφάνης] *Nubibus* pag. 178. (108. Ed. Bas. P.) ubi primus versus rectius sic legitur:

Εἰ δέ τις αὐτῶν βωμολοχεύσαιτ', ἢ κάμψειέ τινα καμπήν.

Vide etiam supra v. Βωμολοχεύσαιτο, & infra v. Κάμπτω.

4 Ἔπεισε] Sic 2 MSS. Paris. At priores Editt. minus recte ἐποίησε.

5 Δένδρεα δυσμίσητα, καὶ ἤν π.] Distichum hoc est pars Epigrammatis in Protesilaum, quod integrum exstat Anthol. lib. III. cap. XIV. pag. 343. Sed ibi pro δυσμίσητα male hodie legitur δυσμίσητα: pro quo Brodæus scribendum conjiciebat δυσμίσητα; & Vincent. Obsopœus, δυσμείλικτα. Sed lectionem Suidæ, quæ viros illos doctos latebat, veram esse dubitari non debet. Cæterum, in Anthologia inedita in eundem Protesilaum exstat Epigramma Philippi, quod propter argumenti affinitatem cum Lectore curioso hic communicabo. Φιλίππου εἰς Πρωτεσίλαον, ἐν Τροίᾳ στρατεύσαντα, τελευτήσαντα. ὅτι ἐν τῷ τούτου τάφῳ, ὅσα φυτὰ βλέπει εἰς τὸ Ἴλιον, ξηραίνονται καὶ τὰ φύλλα τὰς κόμας ἀποβάλλουσι.

Ἥρως Πρωτεσίλαε, σὺ γὰρ πρώτην ἐμόνησας
Ἴλιον Ἑλλαδικοῦ θυμὸν ἰδεῖν δόρατος.
Καὶ περὶ σοῖς τύμβοις ὅσα δένδρεα μακρὰ τέθηλε
Παίζει τὴν εἰς Τροίην ἐκκεχύμενα χόλον.
Ἴλιον ἢν ἐσίδῃ γὰρ, ἐπ' ἀκρεμόνων κορυφαῖον
Καρφοῦται, πετάλων κόσμον ἀποσπόρεσα.
Θυμὸν ἐπὶ Τροίῃ πόσον ἔζεσας, ἡνίκα τὸν σὸν
Σώζει ἐν στελέχει μῆνιν ἐπ' ἀντιπάλους.

Idem Epigramma ante nos etiam publici juris fecit Bodæus a Stapel ad Theophrastum pag. 492.

6 Ἢν δὲ θάνης παλάμῃσιν ἐμ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis, quod integrum legitur Anthol. lib. I. cap. V. pag. 10.

Δυσζυμ-

Δυσξύμβολα. δυσνόητα.

Δυσοδία. ἡ κακὴ ὁδός.

Δύσοδος, καὶ δυσόδης ὁδός. τραχεῖα. δυσχερῆ διάβασιν ἔχουσα.

Δυσόμοια. ἀνόμοια. Στράττις.

Δύσοργος. ὀξύχολος. Σοφοκλῆς[1]

Τοιαῦτ' ἀνὴρ δύσοργος, ἐν γήρᾳ βαρὺς
Ἐρεῖ, πρὸς οὐδὲν εἰς ἔριν θυμούμενος.

πρὸς οὐδὲν, ἀντὶ τοῦ πρὸς οὐδὲν ἀληθές· ἢ αἴτιον ἐμοί. καὶ αὖθις·

Ὁ δ' ἐνθάδ' ἥκων, καίπερ οὐ δύσοργος ὤν,
Δηχθεὶς, πρὸς ἃ 'ξήκουσεν, ὧδ' ἠμείψατο.

Δυσόρφναια. μέλαινα.

Δύσοσμος. δυσώδης.

Δυσοδία. ἡ φαύλη ὀδμὴ, καὶ κακὴ πνοή.

Δυσωδίαν[2] νόμιζε τὴν ἀηδίαν.

Δυσώνυμος. κακώνυμος.

Δυσωπεῖσθαι. ὑφοράσθαι, καὶ ὑπόπτως ἔχειν. φοβεῖσθαι μεθ' ὑπονοίας. Ὁρῶν δὲ τὸν ἀδελφὸν πάντα δυσωπούμενον, καὶ οὐδὲν ἐπὶ τῶν ὄψων οὐχ ὑφορώμενον. καὶ ἐπὶ τοῦ κακῶς πάσχειν ὑπὸ τοῦ ἡλίου τὰς ὄψεις. Ὡς ἂν καταλαμπόμενος τοῦ ἡλίου, δυσωπεῖν τοὺς ἐχθρούς. ἔνιοι δὲ, εἰ καὶ μὴ τῶν Ἀττικῶν, ἀντὶ τοῦ αἰδεῖσθαι. ἡ δὲ συνήθεια καὶ ἐπὶ τοῦ ἱκετεύειν καὶ παρακαλεῖν κέχρηται.

Δυσωποῦμαι.[3] Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς, καὶ Ξενοφῶν ἐν Ἀπομνημονεύμασιν, ἀντὶ τοῦ φοβοῦμαι.

Δυσωπῶ. αἰτιατικῇ. ἱκετεύω. Δυσωπῶ καὶ ἐπὶ τοῦ παρακαλῶ. καὶ ἐπὶ τοῦ ἐντρέπομαι. Τοὺς Ἰουδαίους ἐλπίσας δυσωπήσειν ἐν τῷ κακοῦν ἐξὸν μὴ θέλειν.

Δυσωρήσονται. δυσφυλακτήσουσι.

Δύσωρον. ὄνομα ὄρους.

Δυσπάλαιστος. δυσκαταγώνιστος. οὕτως Εὐριπίδης. καὶ δυσπαλές. δυσχερές. δυσκαταγώνιστον.

Δύσπαρι.[4] ἐπὶ κακῷ Πάρι ὠνομασμένε. οἷον ζήσας ὡς Πάρις. δυσώνυμε.

Δυσπάριτον. δυσπόρευτον. Ξενοφῶν· Ἐρωτώμενος δ', εἰ εἴη δυσπάριτόν τι χωρίον. τὸ ἄβατον.

Δυσπέμφελον. δυσάερχον.

Δυσπαίπαλος. τραχεῖα.

Δυσπετής. δυσχερής.

Δυσπετοῦντα. κακῶς πάσχοντα.

Δυσπινῆ.[5] τὰ ἐρρυπωμένα. τὰ ῥυπαρά. πίνος γὰρ, ὁ ῥύπος. Ἀριστοφάνης·

Δυσξύμβολα. Conjectu difficilia. Intellectu difficilia.

Δυσοδία. Malum iter.

Δύσοδος, & δυσόδης ὁδός. Via aspera & salebrosa.

Δυσόμοια. Dissimilia. Strattis.

Δύσοργος. Iracundus. Sophocles: *Talia vir iracundus & ob senectutem morosus dicet, nulla de causa iratis verbis me incessens.* Et iterum: *Ille autem huc veniens, quamvis non sit iracundus, verbis tamen illis animum ejus mordentibus, ad ea sic respondit.*

Δυσόρφναια. Nigra. Obscura.

Δύσοσμος. Malum odorem spirans. Fœtidus.

Δυσωδία. Malus odor. Malus halitus. Fœtor.

Δυσωδίαν νόμ. Fœtorem existima molestiam.

Δυσώνυμος. Mali nominis. Infaustus. Detestabilis.

Δυσωπεῖσθαι. Suspectum habere. Suspicacem esse. Cum suspicione formidare. *Videns autem fratrem omnia suspecta habere, & a nullis non cibis sibi timere.* Dicitur etiam de iis, quorum visus a sole perstringitur. *Ut splendore solis oculi hostium perstringerentur.* Quidam vero, quamvis non sint Attici, vocem hanc accipiunt pro, pudore & verecundia moveri. At vulgo verbum hoc accipi solet pro, supplicibus precibus aliquem orare & rogare.

10 Αἴθωνος] Id est, Erysichthonis. Eum enim ob βουλιμίαν & inexplebilem esuriem Αἴθωνα dictum fuisse veteres scriptores testantur. Athen. lib. X. pag. 416. Ἑλλάνικος Ἐρυσίχθονα φησὶ τὸν Μυρμιδόνος, ὅτι ἄπληστος ἦν βορᾶς, Αἴθωνα κληθῆναι. Eustath. ad Il. A. pag. 862. 7. Ἐκλήθη δὲ ἰδίως Αἴθων καὶ Ἐρυσίχθων ὁ Μυρμιδόνος, διὰ τὸ εἶναι, φασὶ, βορᾶς ἄπληστος. Ælianus *Var. Hist.* lib. I. cap. XXVII. Ἀδηφάγους λέγουσι ἀνθρώπους γενέσθαι Πιτυρέα τὸν Φρύγα ——— καὶ Ἐρυσίχθονα τὸν Μυρμιδόνος. οὗτος τοι καὶ Κάθων ἐκλήθη ὅτι. Pro Κάθων, ut hodie apud Ælianum excusum est, in codice quodam MSto Αἴθων se reperisse testatur Brodæus ad Anthol. Epigr. lib. II. pag. 227. quam veram esse lectionem ex locis auctorum proxime ante citatis patet.

11 Ἡλίου] Non displicet conjectura Reinesii, qui *Var. Lect.* lib. III. pag. 370. Θετταλοῦ hic apud Suidam scribendum esse existimat. Erat enim Æthon, sive Erysichthon, Thessalus; testibus Palæphato, Ovidio, & aliis. At filium Solis eundem fuisse, quis veterum memoriæ prodidit?



Digitized by Google

πιός· ὃς τὸ Δήμητρος ἄλσος κατέκοψε, καὶ τιμωρίαν ὑπέστη ἀξίαν, καὶ διὰ τοῦτο ἐλιμώττεν αἰεί.

Αἰθωνίδης. ὄνομα κύριον.

Αἴθρει.[1] χειμάζει.

Αἴθρη. ὄνομα κύριον.

Αἰθρηγενέτης.

Αἰθρία. ἔξω ὑπὸ τὸν ἀέρα. λέγεται δὲ καὶ ὕπαιθρον. καὶ ἡ εὐδία. Ξενοφῶν· Οἱ δὲ τὰς οἰκίας ἐμπρήσαντες, δίκην ἔδοσαν, ὑπὸ τῆς αἰθρίας κακῶς σκηνοῦντες.

Αἴθρια[2] στέφη. τὰ ἐξ Ὑπερβορέων κομιζόμενα· ὡς ἀεὶ ἐν ὑπαίθρῳ τιθέμενα.

Αἰθριαίνης. ὄνομα κύριον.

Αἴθριξ. ὄνομα κύριον.

Αἴθριον. καὶ αἴθριος. ὁ ὑπὸ τὸν ἀέρα.

Αἰθρίπτος. ὁ ταχύς.

Αἶθρον.[3] τὸ καῦμα.

Αἴθυια. ἡ ἴγδη. καὶ ἡ θαλαττία ὄρνις. [4] Αἰθυίης ὑπὸ πτερύγεσσιν ἔλυσαν πείσματα νηός. αἱ γὰρ αἴθυιαι ὅταν δύνωσι, κάκιστος οἰωνὸς ὑπάρχει τοῖς πλέουσι. τὴν δὲ αἰτίαν λέγουσιν, ὅτι γαλήνης οὔσης οὐ τολμᾷ περιϊέναι, φοβουμένη τὰ θαλάσσια ζῶα. χειμῶνα δὲ προορωμένη, περιέρχεται, τῶν ἄλλων ζώων ἐν ταῖς καταδύσεσιν ὄντων.

Αἴθυγμα. ὅρμημα. Ὁ δὲ βασιλείαν ὠνειροπόλει, καὶ αἴθυγμα ἀμηγέπῃ καὶ φαντασίαν κενὰ ἀπετέλει μοναρχίας. ταύτῃ καὶ [5] ἐκποδὼν ἐγένετο τῷ ἀνδρὶ ὑπάτῳ γενέσθαι.

Αἴθυγμα. ἐπὶ πυρός.

Αἰθύξασα. κινήσασα.

Αὐτόθεν ἐξ εὐνῆς ὀλίγον ῥάκος αἰθύξασα.

Αἰθύσσω. τὸ θερμαίνω. ἐκτείνω.

Οὐδ'[6] ὑπὸ μαρμαρυγαῖς θαλερώπιδος ἠριγενείης
Ἄκρα παραιθύσσεις θαλπομένων πτερύγων.

καὶ αἰθύσσων, διαλάμπων. ἐν [7] Ἐπιγράμματι εἰς Ἀνακρέοντα·

Αἰθύσσον λιπαρῆς ἄνθος ὕπερθε κόμης.

Αἰκάλλει. θωπεύει. κινεῖ. περιέρχεται. Τὴν βασιλέως θεραπεύων καὶ ὑπαικάλλων δάφνην. λέγεται καὶ ὑπαικάλλειν. Τὴν Ἀντωνίου θεραπεύων καὶ ὑπαικάλλων ἅμα φάτνην.

Αἰκάλλει.[8] σαίνει. [9] Αἰκάλλει τι καρδίαν ἐμήν.

Αἰκανός. ὄνομα ὄρους.

Αἰκατερίνα. ὄνομα κύριον.

Αἴκεν πως. ἐάν πως.

Αἴκε [10] πάθοι τά κ' ἔρεξε, δίκη δ' ἰθεῖα γένοιτο.

ab Æthone quodam Solis filio, qui, cum lucum Cereris excidisset, dignas impietatis suæ pœnas dedit, & fame semper laboravit.

Αἰθωνίδης. Æthonides. Nomen proprium.

Αἴθρει. Sub dio versatur.

Αἴθρη. Æthra. Nomen proprium.

Αἰθρηγενέτης. Serenitatem inducens.

Αἰθρία. Sub dio versans. Item, locus subdialis. Aer serenus. Xenophon: *Illi vero, cum ædificia incendissent, pœnas dederunt, male in tentoriis sub dio habitantes.*

Αἴθρια στέφη. Coronæ subdiales. Sive coronæ, quæ ab Hyperboreis afferuntur: quod sub dio semper ponantur.

Αἰθριαίνης. Æthriænes. Nomen proprium.

Αἴθριξ. Æthrix. Nomen proprium.

Αἴθριον. Subdiale. Et αἴθριος. Subdialis.

Αἰθρίπτος. Celer. Velox.

Αἶθρον. Fervor. Æstus.

Αἴθυια. Pila. Mortarium. Item, avis marina. Mergus. *Mergo volante solverunt funes navis.* Cum enim mergi mare subeunt, id pessimum navigantibus omen est. Caussam autem hanc esse dicunt, quod mergus mari tranquillo prodire non audeat, belluas marinas metuens: tempestatem vero præsentiens, progrediatur, quod aliæ belluæ tunc in latebris suis lateant.

Αἴθυγμα. Impetus. [Umbra.] *Ille vero regnum somniabat, & umbram quasi & inanem quandam monarchiæ speciem sibi fingebat, eamque ob caussam impedimento fuit viro illi, ne Consul fieret.*

Αἴθυγμα. Splendor vel calor ignis.

Αἰθύξασα. Quæ movit. *Cum statim ex lecto exiguum & lacerum pannum sustulisset.*

Αἰθύσσω. Calefacio. Extendo. [In Epigrammate:] *Non amplius rosea aurora illucescente summas tepidarum alarum partes explicabis.* Et αἰθύσσων, splendens. In Epigrammate in Anacreontem: *Splendentem nitida florem in coma.*

Αἰκάλλει. Blanditur. Assentatur. Movet. Impellit. Adhortatur. *Regis laurum colens, eique assentans.* Dicitur & ὑπαικάλλειν. *Antonii præsepe colens, eique simul blandiens.*

Αἰκάλλει. Blanditur. Assentatur. [Demulcet.] *Demulcet quiddam cor meum.*

Αἰκανός. Æcanus. Nomen montis.

Αἰκατερίνα. Nomen proprium.

Αἴκεν πως. Si quo modo.

Αἴκε πάθ. *Si patiatur, quæ fecit, justissi-*

1 Αἴθρει] Hesychius rectius, ut puto, αἰθρεῖ.

2 Αἴθρια στέφη] Sic MSS. Paris. itemque Hesychius, & ipse Suidas infra v. Στέφη. At priores Editt. minus recte, αἴθρεια στέφη.

3 Αἶθρον. τὸ καῦμα] Contra Etymologus ψύχος exponit. Et sic brevis Scholiasta Homeri ad Odyss. Κ. v. 318.

4 Αἰθυίης ὑπὸ πτ.] Si præpositionem ὑπὸ deleas, erit versus hexameter.

5 Ἐκποδὼν] Portus malebat ἐμποδών: quod non damno.

6 Οὐδ' ὑπὸ μαρμαρυγαῖς θαλερ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis in perdicem, quod integrum legitur Anthol. lib. III. cap. XXIV. pag. 380.

7 Ἐν Ἐπιγράμματι εἰς Ἀνακρ.] Anthol. lib. III. cap. XXV. ut Portus monuit.

8 Αἰκάλλει] Hoc verbum proprie de canibus dicitur, qui cauda alicui blandiuntur. Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 291. Αἰκάλλειν ἐστὶ τὸ τὴν κύνα τοῖς ὠσὶ καὶ τῇ οὐρᾷ σαίνειν τὰς ἡδονάς.

9 Αἰκάλλει τι καρδίαν ἐμ.] Aristophanes *Thesmophor.* pag. 814.
Ἀλλ' ὥσπερ αἰκάλλει τι καρδίαν ἐμήν.
Hinc Suidæ verba deprompta sunt.

10 Αἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε. δίκη δ' ἰθ.] Hæc, & quæ sequuntur, in prioribus Editt. male cum præcedentibus cohærent, quæ inde separanda esse & sensus & series literarum suadent.

Αἰκισμὸς

χρησμὸς δοθεὶς περὶ τῶν Αὐρηλιανοῦ φόνων καὶ ἀδικιῶν. [1] Ἀριστοφάνης·

Ἀθηναίων πᾶς τις εἰσιὼν,
Κέκραγε πρὸς τοὺς οἰκέτας·
Ζητεῖτε ποῦ 'στιν ἡ χύτρα;
Τίς τὴν κεφαλὴν ἀπεδήδοκε
Τῆς μαινίδος; τὸ τρυβλίον
Τὸ περυσινὸν τέθνηκέ μοι;
Ποῦ τὸ σκόροδον τὸ χθεσινόν;
Τίς τὰς ἐλάας παρέτραγε,

ταῦτα μικροπρεπῆ πάντα. τὸ δὲ τέθνηκεν, ἀντὶ τοῦ κέκλασται.

Αἴκε ποθί. ἐάν ποτε.

Αἰκία. ὕβρεις ἔμπληγος. Καὶ μὴν ἡ ἄλλη αἰκία, καὶ ἰσομοιρία τῶν κακῶν, ἔχουσά τινα ὅμως τὸ μετὰ πολλῶν κοῦφον, οὐδ' ὡς ῥᾳδία οὐδ' ἐν τῷ παρόντι ἐδοξάζετο.

Αἰκία. ἡ τρῶσις. [2] Αἰκία εἶδος δίκης ἐστὶν ἰδιωτικῆς, ἐπὶ πληγαῖς λαγχανομένης· ἧς τὸ τίμημα ἐν τοῖς νόμοις οὐκ ἔστιν ὡρισμένον, ἀλλ' ὁ μὲν κατήγορος τίμημα ἐπιγράφεται ὁπόσου δοκεῖ ἄξιον εἶναι τὸ ἀδίκημα· οἱ δὲ δικασταὶ ἐπικρίνουσιν.

Αἰκίζει. κακοῖ. τύπτει. καθυβρίζει.

Αἰκίστρια. ἡ αἰκίζουσα. καὶ αἰκίστριος.

Αἶκλος. ὄνομα κύριον.

Αἶκλον.[3] τὸ σύνδειπνον.

Αἴκολος. ὄνομα κύριον. καὶ ὄνομα ὄρους.

Αἱ λαχάνων προσθῆκαι. ἐπὶ τῶν μὴ μίαν ὄνησιν ἐμποιούντων.

Αἰλία. ὄνομα πόλεως. ἡ Ἱερουσαλήμ.

Αἰλιανός,[4] ἀπὸ Πραινέστου τῆς Ἰταλίας, ἀρχιερεὺς, καὶ σοφιστὴς, ὁ χρηματίσας Κλαύδιος· ὃς ἐπεκλήθη μελίγλωσσος, ἢ μελίφθογγος, καὶ ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ αὐτῇ, [5] ἐπὶ τῶν μετὰ Ἀδριανὸν χρόνων.

Αἰλιανός.[6] οὗτος ἐπὶ Οὐάλεντος ἐστρατήγησεν. ἦν δὲ ἐκ [7] Συέδρων, ἐλεύθερος ἄγαν, καὶ ἀνεστηκὼς ἐκ παιδὸς τὴν ψυχὴν γενόμενος, ἀφθόνως ἐχορηγήθη τὰ παρὰ τοῦ σώματος. τὰ γὰρ ὄργανα συνεπεπήγει, καὶ ἐνέτρεχε τοῖς τῆς ψυχῆς κινήμασιν ὥσθ' ἅμα τι πρᾶξαι [8] ἐδέδοκτο, καὶ ἐπέπρακτο. καὶ παιδείας [9] οὔτε ἐκτὸς ἦν, οὔτε ἄμοιρος, ἀλλ' ἦν ἀγροι-

*mam luet pœnam.* Oraculum redditum de Aureliani cædibus & injustis facinoribus. Aristophanes: *Atheniensium unusquisque domum ingressus, magno clamore servos rogat: Ubi est olla? Quis caput devoravit mænidis? An patella, anno superiore empta, fracta est? Ubi est allium hesternum? Quis olivas arrosit?* Hæc omnia in homines sordidos conveniunt. Τέθνηκε vero hic positum est pro κέκλασται, fractum est.

Αἴκε ποθί. Sicubi. Si quando. Si forte.

Αἰκία. Injuria cum verberibus conjuncta. *Atqui cæteræ injuriæ cum verberibus conjunctæ, & malorum æqualitas, quamvis aliquod levamentum haberent, quod cum multis* [*aliis hæc mala tolerarentur,*] *tamen ne sic quidem in præsentia faciles esse videbantur* [*hæ injuriæ.*] *Port.*

Αἰκία. Vulneratio. Verberatio. Αἰκία est genus actionis, quæ ob verbera illata contra aliquem instituitur: cujus æstimatio quidem legibus definita non est, sed actor in libello suo injuriam æstimat, & Judices ea de re cognoscunt.

Αἰκίζει. Male tractat. Verberat. Injuria vel contumelia afficit.

Αἰκίστρια. Quæ male aliquem tractat. Injuria afficiens. Et αἰκίστριος, [est masculinum.]

Αἶκλος. Æclus. Nomen proprium.

Αἶκλον. Convivium. Cœna.

Αἴκολος. Æcolus. Nomen proprium [viri.] Item nomen montis.

Αἱ λαχάνων προσθῆκαι. Olerum additamenta. [Proverbium] de iis, qui nullam utilitatem adferunt.

Αἰλία. Ælia. Nomen urbis. Hierusalem.

Αἰλιανός. Ælianus, ex Italiæ urbe Prænestе, summus Pontifex & Sophista, Claudius dictus, qui [ob melleam eloquentiam] cognomen *Meliglossi* vel *Meliphthongi* habuit. Docuit in ipsa urbe Roma post tempora Adriani.

Αἰλιανός. Ælianus, sub Valente copiarum dux, ex urbe Syedris, valde liber, & a puero animo erecto, corporisque dotibus a natura abunde instructus. Membra enim corporis habebat firma & robusta, quæque motum & impetum animi facile sequerentur: adeo ut, simul ac aliquid facere decrevisset, id statim ab eo perficeretur. Idem doctrinæ nec peri-

1 Ἀριστοφάνης] *Ranis* pag. 258. (169. Ed. Bas. P.) sed cujus verba nihil omnino ad institutum Suidæ faciunt.

2 Αἰκία. εἶδος δίκης ἐστὶν ἰδ.] Ex Harpocratione: vel Scholiasta Aristophanis ad *Ecclesiaz.* pag. 745. Apud utrumque enim hæc leguntur.

3 Αἶκλον] Alii αἴκλον. Vide Casaub. ad Athen. lib. IV. cap. VI. & VIII.

4 Αἰλιανός] De hoc vide Philostrat. *de Vit. Soph.* lib. II. circa finem.

5 Ἐπὶ τῶν μετὰ Ἀδρ.] De ætate hujus Æliani legendus omnino est eruditissimus Perizonius in præfatione ad Ælianum, ubi docte ostendit, scriptorem illum ad tempora Alexandri Severi referri debere, eundemque diversum esse ab altero Æliano, *Tacticorum* scriptore; quem tamen omnes viri docti cum priore illo antea confuderant.

6 Αἰλιανός. οὗτος ἐπὶ Οὐάλεντος ἐστ.] Totum hunc locum ex historia deperdita Eunapii depromptum esse discimus ex Suida supra v. Ἀνεστηκώς· ubi fragmenti hujus pars addito scriptoris istius nomine adducitur.

7 Ἐκ Συέδρων] Sic recte 2 MSS. Paris. & ipse Suidas infra v. Συέδραι. At priores Editt. male συνέδρων; quod Portus plane ἀσύγχως verterat, *ex assessoribus*: non animadvertens scilicet, voce hac patriam Æliani designari. Est enim Σύεδρα nomen urbis, in Isauria olim sitæ, teste Stephano Byzantio: ex qua Ælianum hunc oriundum fuisse Suidas Lectorem hic docere vult.

8 Ἐδέδοκτο] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. male ἐδέδοτο.

9 Οὔτε ἐκτὸς ἦν] Sic habent MSS. Paris. At priores Editt. ὅτι ἐκτὸς ἦν: quæ lectio propter ταυτολογίαν admitti non potest. Sequitur enim ὅτι ἄμοιρος ἦν, quod idem plane significat, ac præcedens illud ὅτι ἐκτὸς ἦν: cum tamen particula ὅτι requirat aliquid, quod a priore diversum sit.



Digitized by Google

κότερος, ἐστὶ θυμοειδέστερος, καὶ τὸ θηριῶδες τοῦ θυμοῦ καὶ ἄγριον οὐκ ἐξημέρωτο καὶ κατείργαστο ὑπὸ τοῦ λόγου.

Αἴλινον. εἶδος θρήνου καὶ ᾠδῆς.

Αἴλινον[1] ὠκυμόρῳ με λεχωΐδι τοῦτο κεκόφθαι
Τῆς Διοδωρείου γράμμα λέγει σοφίης.

Αἴλινον. κοινῶς καὶ ἐπὶ θρήνου καὶ ἐπὶ ὕμνου ἐστὶν ἀπὸ Αἰλίνου τοῦ Καλλιόπης.

Αἴλινος. ὀδυρτική. θρηνητική.

Οὐκ ἐμάλαξε τὸν θράσος αἴλινος αὐδή.

Αἴλιος Ἀδριανός. ἐν τῷ Βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως.

Αἴλιος. ὄνομα ἐθνικόν.

Αἴλουρος. τὸ ζῶον.

Αἷμα. τὸ ζωτικὸν τοῦ ἀνθρώπου.

Αἷμα. τὸ γένος.

Ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι. καὶ τὸ ἐν ἡμῖν τεσσάρων χυμῶν τὸ κυριώτατον. Σοφοκλῆς δ' ἐν Ἠλέκτρᾳ τὴν μάχαιραν αἷμά φησιν.

Αἱμαλέας.

——Ὀκτὼ [2] ὑφαντοὺς
Θώρηκας, τόσας δ' αἱμαλέας κοπίδας.

Αἱμασιά. τὸ ἐκ χαλίκων ᾠκοδομημένον τειχίον ἄνευ πηλοῦ παρὰ Ἡροδότῳ· ἥν τινες ἥρπαζον. καὶ Ἴωνες οὕτω χρῶνται. δηλοῖ δὲ Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ. φαύλως δὲ οἱ πολλοὶ τὸ χωρίον τὸ ὑπὸ αἱμασιῶν περιεχόμενον, αἱμασιὰν καλοῦσι.

Αἱμασιαῖς. τοῖς φραγμοῖς. κυρίως τοῖς ἠκανθωμένοις.

Αἵματι κλαίειν. καθ' ὑπερβολήν, οὐ δάκρυσιν. ἐφ' ὧν μὴ δύναιτο πεῖσαι πάντα πράττοντες, οὕτως ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι. Οὐκ ἂν πείσῃ αὐτόν, οὐδ' αἵματι κλαίων. λέγουσι δὲ καί, Οὐδ' ἂν αἵματι στένων πείσειεν.

Αἱματόεντα. αἱματώδη.

Αἱματοπότης.[3] ὁ φονεύς. οἰκείως δὲ ἐπὶ τοῦ δράκοντος. αἱματοποτεῖ γὰρ τὸ ζῶον. καὶ ἐπὶ τοῦ ἀλλαντοπώλου. τὰ γὰρ ἔντερα καὶ τοὺς ἀλλᾶντας μετὰ αἵματος καὶ πιμελῆς καὶ ἀλφίτων φυρῶντες πληροῦσιν. αἱματοπότην οὖν τὸν τὸ αἷμα καταναλίσκοντα, καὶ ὥσπερ ἐκροφοῦντα.

Αἵματος [4] ἆσαι Ἄρηα. αἵματος κορέσαι. ἢ αἵματι μολῦναι καὶ χρῶσαι. ἄση γὰρ ἡ ῥυπαρία. ὅθεν καὶ ἀσάμινθος, ἐν ᾗ τὴν ἄσιν μινύθοντες ἐλούοντο· ὅ ἐστι, τὴν ῥυπαρίαν μειοῦντες.

Αἱματωπός. ὁ τοὺς ὦπας ᾑμαγμένους ἔχων.

tus valde, nec omnino expers erat; agrestior tamen & iracundior, insita quadam ingenio ejus ferocia & feritate, quæ rationis cultura non esset mitigata vel subacta.

Αἴλινον. Genus lamentationis & carminis. *Lamento hoc obitum puerperæ præmaturo fato exstinctæ defletum fuisse, viri sapientis Diodori inscriptio testatur.*

Αἴλινον. Communiter & de lamentatione & de hymno dicitur. Ab Ælino Calliopes filio.

Αἴλινος. Lugubris. Luctuosus. *Non mollivit ferociam tuam lamentatio & fletus.*

Αἴλιος Ἀδρ. Ælius Adrianus. Quære in v. Βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως.

Αἴλιος. Nomen gentile.

Αἴλουρος. Felis. Catus.

Αἷμα. Sanguis: sive id, quo hominis vita continetur.

Αἷμα. Genus. [Homerus:] *Hoc genere & sanguine me ortum esse glorior.* Item [proprie] sanguis, qui est quatuor humorum corporis præstantissimus. Sophocles vero in *Electra* gladium vocat αἷμα, i. e. sanguinem.

Αἱμαλέας. Sanguineas. Cruentas. [In Epigrammate:] *Octo textos thoraces, totidemque cruentas bipennes.*

Αἱμασιά. Sic apud Herodotum vocatur murus ex parvis lapidibus sine luto constructus: quem nonnulli ἥρπαζον appellant. Sic Iones vocabulum hoc accipiunt, ut declarat Herodotus libro primo. Male autem vulgo locus maceriis septus αἱμασιὰ appellatur.

Αἱμασιαῖς. Sepibus. Proprie iis, quæ spinis munitæ sunt.

Αἵματι κλαίειν. Sanguine flere. Per hyperbolen: non lacrymis. Hoc de iis dicebant antiqui, qui, cum omnia tentarent, frustra tamen aliquem flectere conabantur. *Non flectes ipsum, ne sanguine quidem flens.* Dicunt etiam, *Ne sanguine quidem gemens illum flectet.*

Αἱματόεντα. Sanguinea. Cruenta.

Αἱματοπότης. Interfector. Homicida. Proprie autem de dracone dicitur. Animal enim istud sanguinem bibit. Et de allantopola. Illi enim intestina & exta cum sanguine, pinguedine, & farina miscent. Αἱματοπότην igitur vocat illum, qui homines occidit, & sanguinem quodammodo exsorbet.

Αἵματος ἆσαι Ἄρ. Sanguine satiare Martem. Vel, polluere, & cruentare. Ἄση enim significat sordes. Unde etiam solium balneatorium dicebatur ἀσάμινθος, quod illi, qui in eo lavabantur, sordes corporis minuerent.

Αἱματωπός. Qui oculos sanguine cruentatos habet.

1 Αἴλινον ὠκυμόρῳ με λεχ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis hactenus inediti, quod ex Anthologia MS. integrum hic cum Lectore communicabo. Διοδώρου.

Αἴλινον ὠκυμόρῳ με λεχωΐδι τοῦτο κεκόφθαι
Τῆς Διοδωρείου γράμμα λέγει σοφίης.
Κοῦρον ἐπὶ τίκτουσα κατέφθιτο, παῖδα δὲ Μάλας
Δεξάμενος θάλερον κλαίει Ἀθηναΐδα.

Λεσβιάδαισιν ἄχος δ' ἐς Ἰσσόν πατρὶ λιποῦσα,
Ἄρτεμι, σοὶ δὲ κενὸν θρεπτήριον ἤμελλες.

2 Ὀκτὼ ὑφαντοὺς θώρ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate, quod integrum exstat Anthol. l. vi. c. xxv. ut Portus etiam monuit.

3 Αἱματοπότης. ὁ φονεύς. οἰκείως δὲ ἐπὶ τοῦ δρ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 298. (200. Ed. Bas. P.)

4 Αἵματος ἆσαι Ἄρηα.] Hæc sunt verba Homeri Il. E. v. 189.

‡

Αἱματηρόν.

Αἱμηρόν. αἵματος πλῆρες.

Αἱμηρόν. Sanguine plenum.

Αἰμιλία,[1] Σκιπίωνος τοῦ μεγάλου γυνή· ἣ συνέβαινε μεγαλοπρεπῆ τὴν περίστασιν ἔχειν ἐν ταῖς γυναικείαις ἐξόδοις, ἅτε συνηκμακυῖαν τῷ βίῳ καὶ τῇ τύχῃ τοῦ Σκιπίωνος. χωρὶς γὰρ τοῦ περὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ἀπήνην κόσμου, καὶ τὰ κανᾶ καὶ τὰ ποτήρια καὶ τἄλλα τὰ πρὸς θυσίαν ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ πάντα συνεξηκολούθει κατὰ τὰς ἐπιφανεῖς ἐξόδους αὐτῆς. τό, τε τῶν παιδισκῶν καὶ τῶν οἰκετῶν παρεπομένων πλῆθος, ἀκόλουθον ἦν τούτοις. ταύτην δὲ τὴν περικοπὴν ἅπασαν (τουτέστι τὴν ὕπαρξιν) εὐθέως μετὰ τὸν Αἰμιλίας τάφον ἐδωρήσατο τῇ μητρί. ᾗ συνέβαινε κεχωρίσθαι μὲν ἀπὸ τοῦ Λευκίου πρότερον ἤδη πολλοῖς χρόνοις, τὴν δὲ τοῦ βίου χορηγίαν ἐλλειπεστέραν ἔχειν τῆς κατ' εὐγένειαν φαντασίας. διὸ τοῦ περὶ τοῦ χρόνου ἀνακεχωρηκυίας αὐτῆς ἐκ τῶν ἐπισήμων ἐξόδων, τότε κατὰ τύχην οὔσης ἐπιφανοῦς καὶ πανδήμου θυσίας, ἐκπορευομένης αὐτῆς ἐν τῇ τῆς Αἰμιλίας περικοπῇ καὶ χορηγίᾳ, καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τῶν ὀρεωκόμων καὶ τοῦ ζεύγους καὶ τῆς ἀπήνης τῆς αὐτῆς ὑπαρχούσης, συνέβη τὰς γυναῖκας θεωμένας τὸ γεγονός, ἐκπλήττεσθαι τὴν Σκιπίωνος χρηστότητα καὶ μεγαλοψυχίαν.

Αἰμιλία. Æmilia, Scipionis majoris uxor. Hæc magnifico omnis generis apparatu in solenni matronarum pompa uti solebat, ut quæ in Scipionis Africani matrimonio & fortuna vixisset. Nam præter muliebrem mundum, pilentique ipsius ornatum, & canistra & pocula & cætera ad sacrificium necessaria, partim aurea, partim argentea, in maximis solennitatibus circumferebat. Ancillarum quoque ac servorum comitatus haud quaquam dispar erat. Universum hunc apparatum statim ab obitu Æmiliæ Scipio matri suæ donavit; quæ jampridem a L. Æmilio repudiata, arctiorem quam pro splendore generis rem familiarem habebat. Proinde cum antea a solenni pompa abesse consuevisset, tum forte publico ac celebri sacrificio progressa cum apparatu Æmiliæ, iisdem pilento, bigis ac mulionibus, reliquas mulieres advertit: quæ Scipionis pietatem animique magnitudinem admiratione & laudibus prosequutæ sunt.

Αἰμιλιανός. ὄνομα κύριον.

Αἰμιλιανός. Æmilianus. Nomen proprium.

Αἰμίλιος,[2] ὁ ὕπατος, ὁ τὸν Περσέα τὸν τῶν Μακεδόνων βασιλέα χειρωσάμενος. οὗτος ἀνὴρ ἦν σώφρων, καὶ φέρειν εὐπραγίας εἰδὼς καὶ ἱκανὸς ὤν. ἅμα γὰρ βασιλικῇ θεραπείᾳ τὸν ἄνδρα ὑπεδέξατο, πεσεῖν τε βουληθέντα πρὸς τοῖς γόνασιν αὐτοῦ, ἀναστήσας, καὶ ἐπειπών, Ἄνθρωπε, τί μου καταβάλλεις τὸ κατόρθωμα; ἐπί τινος βασιλικοῦ θρόνου πάρεδρον ἑαυτῷ καθεστήσατο. Μακεδόνας δὲ καὶ Ἰλλυριοὺς τῆς πρόσθεν δουλείας ἀπηλλαγμένους, ἐλευθέρους εἶναι καὶ αὐτονόμους προσέταττε τὸ συνέδριον, δασμόν τε φέρειν βραχύν, καὶ πολλῷ τινι τοῦ πάλαι κομιζομένου τοῖς ἑκατέρων βασιλεῦσι καταδεέστερον· ὡς ἂν ὁμολογοῖτο πρὸς ἁπάντων, Ῥωμαίους τῶν ὑπαρξάντων εἰς αὐτοὺς ἀδικημάτων, ἤπερ ἐφέσει τῆς Μακεδονικῆς ἡγεμονίας, ἐξενηνοχέναι τὸν πόλεμον.[3] ὁ γὰρ Αἰμίλιος ἐς τὴν ἁπάντων τῶν παρόντων ἀκοὴν (ἦσαν δὲ πολλοὶ ἐκ πολλῶν ἐθνῶν συνειλεγμένοι) τὸ τῆς βουλῆς ἐξενεγκὼν δόγμα, ἐλευθέρους εἶναι τοὺς ἄνδρας ἀπεφήνατο· τούς τε πρὸς αὐτὸν ἀφικομένους τῶν Εὐρωπαίων πρέσβεις εἱστία πολυτελῶς, τῇ λαμπρότητι τοῦ συμποσίου φιλοτιμούμενος. ἔλεγε γάρ, τῶν αὐτῶν ἀνδρῶν εἶναι, τῷ τε πολέμῳ κρατεῖν, καὶ ταῖς παρασκευαῖς τῶν συμποσίων ἐπιμελεῖς τε καὶ φιλοτίμους φαίνεσθαι.

Αἰμίλιος. Æmilius Consul, is, qui Persem Macedonum Regem superavit, vir fuit inprimis modestus, & qui secundam fortunam præclare ferret. Nam & regio cultu & honore excepit Persem, submittentemque se ad pedes sustulit, additis hisce verbis: Miser, quid victoriæ meæ decus labefactas? & juxta se in sella collocavit. Macedones vero & Illyrios priore servitute liberatos sui juris esse Senatus jussit, modicumque tributum pendere, & longe minus, quam olim Regibus suis præstitissent: ut omnes confiterentur, Romanos injuriarum potius ulciscendarum causa, quam regni Macedonici cupiditate inductos bellum illud suscepisse. Itaque Æmilius omnibus præsentibus & audientibus (multi autem ex variis gentibus collecti aderant) recitato Senatusconsulto, Macedones & Illyrios liberos esse jussit. Post hæc legatos, qui ex variis Europæ populis ad eum venerant, magnificentissimo convivio excepit. Gloriabatur enim hujusmodi apparatu, dicens, eorundem virorum esse & bello vincere, & convivium scite & magnifice apparare.

Αἴμιλλος. ὄνομα κύριον.

Αἴμιλλος. Hæmillus. Nomen proprium.

Αἵμνιον. τὸ ἄγγος τὸ αἱμοδόχον.

Αἵμνιον. Vas, quo [victimarum] sanguis excipitur.

Αἱμοβόρος. ὁ αἷμα ἐσθίων.

Αἱμοβόρος. Qui sanguinem vorat.

Αἷμος. ὄρος Θρᾴκης. Αἷμος δέ, υἱὸς Βορέου· ἀφ' οὗ καὶ τὸ ὄρος.

Αἷμος. Hæmus, mons Thraciæ. Hæmus etiam Boreæ filius, a quo & mons ita dictus est.

1 Αἰμιλία. Σκιπίωνος τοῦ μεγάλου γυν.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Polybii apud Constantinum in Collectaneis a Valesio editis, pag. 154. unde ea Suidas excerpsit. Vide etiam supra v. Ἀπήνη.

2 Αἰμίλιος, ὁ ὕπατος, ὁ τὸν Περ.] Totus hic locus αὐτολεξεὶ legitur in Excerptis Joh. Antiocheni a Valesio editis, pag. 790. unde Suidas eum descripsit.

3 Ὁ γὰρ Αἰμίλιος ἐς τὴν ἁπάντ.] Hæc, & quæ sequuntur, expressa videntur ex Eutropio, qui idem plane refert.

Αἱμωνία. ὄνομα κύριον.

Αἱμόνιος, Ῥωμαῖος, κατὰ τὸν Περσῶν πρὸς Ἀθηναίους πόλεμον τραυματίας δραμὼν εἰς Ἀθήνας, καὶ εἰς τοὺς πρυτάνεις εἰσελθὼν, εἶπεν αὐτοῖς· Χαίρετε, καὶ χαίρομεν· καὶ πεσὼν ἀπέθανεν.

Αἱμόῤῥους. γένος ἔχεως ἐν τοῖς πετρώδεσι χηραμοῖς ἔχον τὰς διατριβάς.

Αἱμοπότης.[1] ὁ φονεύς.

Αἷμυς. τὰς δρόσους φησὶν ὁ Αἰσχύλος.

Αἱμωδεῖν. τὸ αἱμωδιᾷν, καὶ τοὺς ὀδόντας ὀδυνᾶσθαι.

Αἱμωπούς. αἱματοχαρεῖς.

Ἃ[2] πάρος αἱμωποὺς ἐστυφέλιξε λύκους.

Αἱμύλος. κόλαξ. ἀπατεών. Τῶν μέν τινες αἱμύλων καὶ κομψῶν ἡγήσονταί με παίζειν. παροξυτόνως τὸ αἱμύλος, ὡς Τερτύλος, Ῥωμύλος, Αἰσχύλος.

Αἰμύλιος. ὄνομα κύριον.

Αἰναρέτης.[3] ὁ ἐπὶ κακῷ τῇ ἀρετῇ κεχρημένος.

Αἰνέας. ὄνομα κύριον.

Αἰνείας. οὗτος [4]ἔγραψε περὶ πυρσῶν, ὥς [5]φησι Πολύβιος. καὶ [6]περὶ στρατηγημάτων ὑπόμνημα.

Αἰνειάδαι. οἱ ἐκ τοῦ Αἰνείου καταγόμενοι. Αἰνιᾶνες δὲ, ὄνομα ἔθνους. καὶ Αἰνιεῖς, πληθυντικόν.

Αἰνή. ἡ δεινή. Αἴτνη δὲ, τὸ τῆς Σικελίας ὄρος.

Αἱ νῆτται. αἱ νῆσσαι. Αἰνῖται δὲ, οἱ ἀπὸ τῆς Αἴνου.

Αἰνίζω, καὶ αἰνίσσω. τὸ ἐν παραβολαῖς λαλῶ.

Αἰνίγματα. ζητήματα.

Αἴνικος,[7] Ἀθηναῖος, κωμικός. ἔστι δὲ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας. δρᾶμα αὐτοῦ Ἄντεια. ἔστι δὲ καὶ Αἴνειος σοφιστὴς, οὗτινος βιβλία αἱ Μεταβολαί.

Αἰνικτά. ἄγνωστα. κεκρυμμένα. Ὡς [8]πάντα γ' αἰνικτὰ κἀσαφῆ μοι λέγεις.

Αἴνιον, καὶ Αἰνία. πόλις. [9]Συνέβαινε δὲ τοὺς Αἰνίους πάλαι μὲν στασιάζειν, προσφάτως δὲ ἀποκλίνειν τοὺς μὲν πρὸς Εὐμένη, τοὺς δὲ πρὸς Μακεδονίαν.

Αἶνος. πόλις ἐστὶ τῆς Θρᾴκης· ἣν οἱ Ἕλληνες τὰ πρῶτα Ἀλωπεκοννησίοις κατῴκισαν, ὕστερον δὲ ἐκ

Αἱμωνία. Hæmonia. Nomen proprium.

Αἱμόνιος. Hæmonius, Romanus, in bello Persarum contra Athenienses vulneratus, Athenas cursu contendit, & ad Prytanes ingressus, eis dixit: *Salvete, & salvi sumus.* Quibus dictis, mortuus concidit.

Αἱμόῤῥους. Hæmorrhus. Genus serpentis, quod in saxosis cavernis degit.

Αἱμοπότης. Qui sanguinem bibit. Interfector.

Αἷμυς. Sic Æschylus rores vocat.

Αἱμωδεῖν. Idem quod αἱμωδιᾷν. Dolere dentibus. Stupore dentium laborare.

Αἱμωπούς. Sanguine gaudentes. Sanguinarios. *Quæ (clava) antea sanguinarios percussit lupos.*

Αἱμύλος. Adulator. Assentator. Impostor. *Assentatorum igitur ac festivorum hominum aliqui me jocari putabunt.* Scribendum vero est αἱμύλος, cum acuto in penultima, ut Τερτύλος, Ῥωμύλος, Αἰσχύλος.

Αἰμύλιος. Æmylius. Nomen proprium.

Αἰναρέτης. Cui sua virtus obest, vel nocet.

Αἰνέας. Æneas. Nomen proprium.

Αἰνείας. Æneas. Hic scripsit de facibus, quæ in speculis accenduntur, ut inquit Polybius. Item commentarium de stratagematibus.

Αἰνειάδαι. Qui ab Ænea genus ducunt. Αἰνιᾶνες vero, nomen gentis. Et Αἰνιεῖς, pluralis, Ænienses.

Αἰνή. Gravis. Ætne vero, Siciliæ mons.

Αἱ νῆτται. Anates. Αἰνῖται vero, qui sunt ex urbe Æno.

Αἰνίζω, & αἰνίσσω. Per parabolas loquor.

Αἰνίγματα. Ænigmata. Quæstiones [obscuræ.]

Αἴνικος. Ænicus, Atheniensis, Comicus Comœdiæ antiquæ. Ex fabulis ejus est Antia. Est & Αἴνειος Sophista, qui librum scripsit, Μεταβολαί vocatum.

Αἰνικτά. Ignota. Obscura. Abstrusa. *Ut omnia abstrusa & obscura mihi dicis.*

Αἴνιον, & Αἰνία. Ænium, & Ænia, urbs. *Accidit autem, ut Ænii jamdudum ante seditione laborantes, tunc pars ad Eumenem, pars vero ad Macedones vergere inciperent.*

Αἶνος. Ænus, urbs Thraciæ, in quam Græci primum quidem ex Alopeconneso; dein-

1 Αἱμοπότης] Vide supra v. Αἱματοπότης.

2 Ἃ πάρος αἱμωπ.] Distichum hoc legitur Antholog. lib. VI. cap. XXIV. Epigr. 2. ut Portus etiam observavit.

3 Αἰναρέτης. ὁ ἐπὶ κακῷ τῇ ἀρ.] Ex Scholiasta Homeri ad Il. Π. v. 31.

4 Οὗτος ἔγραψε περὶ πυρσ.] Cum hoc loco confer, quæ notavimus infra ad v. Κλεόξενος.

5 Ὥς φησι Πολύβιος] Lib. X. cap. XL.

6 Περὶ στρατηγημάτων] Imo περὶ στρατηγικῶν, (id est, de iis, quæ ad artem imperatoriam pertinent) ut recte monuit Casaubonus in Præfat. ad Æneam Tacticum. Pro emendatione hac stat auctoritas Polybii, qui lib. X. cap. XL. Αἰνείας δὲ, inquit, βουληθεὶς διορθώσασθαι τὴν τοιαύτην ἀπορίαν, ὁ τὰ περὶ τῶν ΣΤΡΑΤΗΓΙΚΩΝ ὑπομνήματα συντεταγμένος, &c. Hunc locum Polybii Suidas in animo habuit, sed qui vel errore μνημονικῷ deceptus, vel fidem exemplaris sui secutus, στρατηγημάτων pro στρατηγικῶν scripsit. Præter Polybium, Ælianus quoque *De instruenda acie* cap. 1. Æneam *Strategica* scripsisse expresse testatur his verbis: Ἐξειργάσατο τε δὲ τὴν θεωρίαν τὴν Τακτικὴν, Αἰνείας τε διὰ πλειόνων, ὁ ΣΤΡΑΤΗΓΙΚΑ βιβλία ἱκανῶς συνταξάμενος· ὧν ἐπιτομὴν ὁ Θετταλὸς Κινέας ἐποίησεν. i. e. *Tacticum argumentum perpolivit pluribus scriptis Æneas; is, qui libros de arte imperatoria non paucos composuit: quorum epitomen Thessalus Cineas confecit.* Satin' jam planum & certum est, Æneam non περὶ Στρατηγημάτων, (ut Suidas hic ait,) sed περὶ Στρατηγικῶν scripsisse?

7 Αἴνικος] A Polluce lib. X. cap. XXIV. citatur Εὔνικος ἐν Ἀντείᾳ: quam ipsam fabulam Suidas hic Ænico tribuit. Quare vel apud Pollucem Αἴνικος pro Εὔνικος ex Suida reponendum est; vel, quod potius existimo, ex Polluce apud Nostrum scribendum est Εὔνικος: quamvis vox ista non hic, sed alibi, propter literarum seriem collocanda sit. Videtur autem Suidas ad huncipsum locum Pollucis respexisse, sed codice quodam usus fuisse, in quo Αἴνικος pro Εὔνικος exaratum erat. Eam enim diversæ hujus lectionis veram originem & causam esse existimo.

8 Ὡς πάντα γ' αἰν.] Est versus Jambicus, sed luxatus, qui apud Sophoclem *Oedip. Tyran.* pag. 170. recte sic legitur:

Ὡς πάντ' ἄγαν γ' αἰνικτὰ κἀσαφῆ λέγεις.

9 Συνέβαινε δὲ τοὺς Αἰνίους π.] Fragmentum hoc Casaubonus Polybio assignat.

Μιτυλήνης

Μιτυλήνης καὶ Κύμης ἐπηγάγοντο ἐποίκους. καὶ ἐξ αὐτῶν Αἰνίτης, ὁ πολίτης.

Αἰνίττεται. ἀντὶ τοῦ δηλοῖ. Ἀριστοφάνης·

Δοκέω μὲν ὡς Κλέωνα τοῦτ᾽ αἰνίττεται.

καὶ αἰνίττεσθαι, τὸ λεληθότως περί τινος λέγειν.

Αἰνοβίας. πολεμικός.

[1] Ἀβδήρων προθανόντα τὸν αἰνοβίην Ἀγάθωνα

Πᾶσ᾽ ἐπὶ πυρκαϊῆς ἥδ᾽ ἐβόησε πόλις.

Αἰνόθεν. αἰνῶς. λίαν. δεινῶς.

Αἰνόμορος. ὁ κακόμορος.

Αἶνος. λόγος παροιμιώδης. ἢ ἔπαινος, καὶ ἐγκώμιον. Αἶνός τίς ἐστιν, ὡς [2] ἀνήρ τε κοὐκ ἀνήρ, ὄρνιθα κοὐκ ὄρνιθα δ᾽ ὅμως, ἐπὶ ξύλου κοὐ ξύλου καθημένην, λίθῳ τε κοὐ λίθῳ βαλὼν διώλεσεν.

Αἶνος διαφέρει μύθου, τῷ τὸν αἶνον μὴ πρὸς παῖδας, ἀλλὰ πρὸς ἄνδρας πεποιῆσθαι, καὶ μὴ πρὸς ψυχαγωγίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ παραίνεσιν ἔχειν τινά. βούλεται γὰρ ἐπικρυπτόμενος παραινεῖν τι καὶ διδάσκειν ὅπερ Ἡσίοδος φαίνεται πεποιηκώς. Αἰνὸς δὲ, ὀξυτόνως, ὁ δεινὸς ἄνθρωπος. καὶ αἶνος. ἔπαινος, ὕμνος, δόξα.

Αἶνος. πόλις Θρᾴκης, Ἀψύνθος καλουμένη. ἑτέρα δέ ἐστιν ἡ ἀπὸ τοῦ Αἴνου τοῦ Γουνέως ἀδελφοῦ.

Αἰνῶ. [3] παραιτοῦμαι. Σοφοκλῆς.

Αἰνών. ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου. [4] Ἦν δὲ καὶ Ἰωάννης βαπτίζων ἐν Αἰνὼν ἐγγὺς τοῦ Σαλήμ.

Αἰνοῦσα. ἀντὶ τοῦ συγκατέθετο.

Αἴνυτο. ἀφῄρητο. ἐλάμβανε.

Αἴξ, αἰγός. καὶ παροιμία· [5] Ἡ αἴξ δοῦσα τὴν μάχαιραν. Κορινθίων γὰρ Ἥρᾳ [6] Ἀκραίᾳ θυόντων, ἣν λέγεται ἱδρύσαι Μήδειαν, οἱ ἐν τῇ παρόχῳ μεμισθωμένοι, γῇ κρύψαντες τὴν μάχαιραν, ἐσκήπτοντο ἐπιλελῆσθαι. ἡ δὲ αἴξ αὐτὴν τοῖς ποσὶν ἀνεσκάλευσεν.

Αἴξ οὐρανία. τὰ τοῦ λευκοῦ κυάμου γένη, ᾧ ἐπεψήφιζον καὶ ἐχειροτόνουν. ὁ δὲ Κρατῖνος καθάπερ τοῦ Διὸς αἶγα Ἀμαλθείαν τροφὸν, οὕτω καὶ τὴν δωροδοκοῦσαν αἶγα οὐρανίαν. οἱ δὲ τὰ εἰς τὸ ἀργυρίζεσθαι πᾶσιν ἀφθόνως ἀφορμὴν παρέχοντα, οὕτως εἰώθασι λέγειν κωμῳδοῦντες, καὶ καταλαμβάνειν. Αἴξ οὖν οὐρανία, ἐπὶ τοῦ τυγχάνοντος ὅσων βούλεται. τὴν γὰρ αἶγα τὴν Διὸς τροφὸν καταστερίσθαι φασί. καὶ φασὶ τὸν ἐπιφθασάμενον [7] ἐπιτέλλουσαν αὐτὴν, ἐπιτυγχάνειν ὅσα ἂν εὔξηται.

de vero ex Mitylene & Cuma colonos deduxerunt. Ejus civis dicitur Αἰνίτης.

Αἰνίττεται. Indicat. Innuit. Aristophanes: *Existimo in Cleonem id obscure dictum esse* Et αἰνίττεσθαι, obscure de re aliqua loqui.

Αἰνοβίας. Bellicosus [In Epigrammate:] *Bellicosū Agathonē, qui pro Abderis mortē oppetiit, tota civitas rogo impositum clara voce luxit.*

Αἰνόθεν. Graviter. Valde. Atrociter.

Αἰνόμορος. Infelix. Qui mala morte perit.

Αἶνος. Oratio proverbialis [& symbolica. Ænigma.] Vel laus & encomium. Ænigma quoddam circumfertur, virū non virum, avem non avem, in arbore non arbore sedentem, lapide non lapide percussam necasse.

Αἶνος differt a μῦθος: quod αἶνος non puerorum sed virorum gratia factus sit, nec tantum animum oblectet, sed etiam præcepta virtutum contineat. Propositum enim ei est, occulte aliquid suadere & docere: quod ab Hesiodo factum videmus. Αἰνὸς vero, cum acuto in ultima, homo sævus & atrox. Et αἶνος, laus, hymnus, gloria.

Αἶνος. Ænus, urbs Thraciæ, Absynthus vocata. Est & altera, ab Æno Gunei fratre sic dicta.

Αἰνῶ. Recuso. Sophocles.

Αἰνών. Ænon. Ex Euangelio. *Joannes autem baptizabat in Ænon prope Salem.*

Αἰνοῦσα. Annui. Assensus sum. Comprobavi.

Αἴνυτο. Abstulit. Cepit.

Αἴξ. Capra. Et proverbium: *Capra præbens gladium.* Cum enim Corinthii Junoni Acrææ (cujus statua a Medea fertur dedicata) rem divinam facerent, qui ad præbendam victimam cæterasque res ad sacrificium necessarias conducti fuerant, gladio sub terra occultato, se ejus oblitos esse simulabant. Capra vero eum pedibus eruit. *Port.*

Αἴξ οὐρανία. Capra cœlestis. Albarum fabarum genera, quibus in suffragiis, & sententiis ferendis olim utebantur. Cratinus vero, ut capram Amaltheam Jovis nutricem fuisse dicit; sic etiam capram cœlestem illorum, qui dona accipiebant. Alii vero ea, quæ aliquibus pecuniæ parandæ facultatem copiose præbent, ita comice dicere & usurpare solent. Capra igitur cœlestis dicitur de illo, qui rerum omnium fit compos, quascunque cupit. Capram enim Jovis nutricem in astra translatam fuisse ferunt. Ajunt autem illum, qui ipsam orientem conspexerit, omnium votorum compotem fieri. *Port.*

1 Ἀβδήρων προθανόντα τὸν αἰνοβ.] Distichum hoc legitur Anthol. lib. III. cap. v. Epigr. III.

2 Ὡς ἀνήρ τε κοὐκ ἀν.] Sensus hujus ænigmatis est, vespertilionem sambuco insidentem ab eunucho pumice percussum fuisse.

3 Αἰνῶ. παραιτ.] Græci, cum beneficium aliquod oblatum recusabant, vel sibi eo opus non esse significare volebant, dicere solebant αἰνῶ, vel ἐπαινῶ: ut non solum ex hoc loco Suidæ, sed etiam ex aliis Grammaticis constat. Eodem etiam sensu interdum adhibere solebant vocem καλῶς, ut discimus ex Suida infra h. v. Item, ἔχε καλῶς; ut observavit Casaubonus *Lect. Theocr.* cap. XVI. Sic Latini *benigne:* ut apud Horatium lib. I. Epist. VII. & VIII.

4 Ἦν δὲ καὶ Ἰωάννης βαπτ.] Joh. cap. III. v. 23.

5 Ἡ αἴξ δοῦσα τὴν μάχ.] De proverbio hoc plenius Hesychius.

6 Ἥρᾳ Ἀκραίᾳ] Junonis Ἀκραίας meminit etiam Zenobius in hoc ipso proverbio; & Pausanias lib. II. pag. 128. Hoc autem ideo moneo, ut obiter emendem Hesychium, apud quem in serie sua hodie legitur. Ἀκρέα, ἡ Ἀθηνᾶ —————— ιοι δὲ καὶ ἡ Ἥρα καὶ Ἄρτεμις καὶ Ἀφροδίτη. Dicit Ἀκρέα esse epithetum Minervæ, Junonis, Dianæ, & Veneris: sed male. Scribendum enim est Ἀκραία; quæ vox deducta est ab ἄκρα, i. e. mons, vel arx urbis. Dii enim, quorum simulacra vel templa in montibus vel arcibus urbium dedicata erant, appellabantur Ἀκραῖοι. Pollux lib. IX. cap. v. Τὰ δὲ δημόσια, ἀκρόπολις· ἣν καὶ ἄκραν ἂν εἴποις, καὶ πόλιν. καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ Θεοὺς, Ἀκραίους. Apud eundem Hesychium alibi legas: Ἀκρέα, ἡ Ἀθηνᾶ καὶ Ἀφροδίτη. Sed & ibi scribendum est Ἀκραία per αι. Diphthongus enim αι cum vocali ε sexcentis in locis apud Grammaticos confundi solet.

7 Ἐπιφθασάμενον] Alii ἐπιθεασάμενοι: quod non displicet.



Digitized by Google

Αἲξ Σκυρία. ἐπὶ τῶν τὰς εὐεργεσίας ἀναστρεπόντων. Φασὶ γὰρ αὐτὰς πολὺ γάλα ἐχούσας, ἐπειδὰν ἀμελχθῶσιν, ἀνατρέπειν τὸ ἀγγεῖον.

Αἰξωνεύεσθαι. τὸ κατηγορεῖν βλασφημοῦντα. μετῆκται δὲ ἀπὸ τοῦ δήμου τῶν Αἰξωνέων. βλάσφημοι γὰρ κωμῳδοῦνται.

Αἰξωνεύς. ὁ βλάσφημος. σημαίνει δὲ καὶ τὸν τὰς αἶγας ὠνούμενον.

Αἰξωνεία. ἡ βλασφημία.

Αἰξωνεῖς.[1] δῆμός ἐστι φυλῆς Κεκροπίδος. ἐκωμῳδοῦντο δὲ ὡς βλάσφημοι. ἀφ' οὗ καὶ τὸ κακῶς λέγεσθαι αἰξωνεύεσθαι ἔλεγον.

Αἰξωνίδα τρίγλην. δοκοῦσιν αὗται κάλλισται εἶναι, καὶ τῶν ἄλλων διαφέρειν ταύτῃ.

Αἰόλαν. ποικίλην. [2] Αἰόλαν χορείαν ἐφθεγξάμεθα βρεκεκέξ.

Αἰόλαν. σκοτεινήν.

Αἰόλλει. ποικίλλει. τρέφει. πλανᾷ.

Αἰόλη[3] νύξ. ἤτοι μέλαινα. ἢ ποικίλη διὰ τὰ ἄστρα.

Αἰόλιος ὄνομα κύριον.

Αἰολοκένταυρος.

Αἰολομίτρης.[4] ποικίλην ἔχων μίτραν.

Αἰολόπωλος.[5] ποικίλους ἵππους ἔχων.

Αἴολος. ὄνομα κύριον.

Αἰόλος. εὐκίνητος. ποικίλος. ἢ ταχύς. παρὰ τὴν ἄελλαν, ἥτις ἀπὸ τοῦ ἄειν καὶ εἰλεῖν.

Αἰονῶ. τὸ βρέχω.

Αἰών. ὁ νωτιαῖος μυελός. ἢ χρόνος ἀΐδιος. Αἰὼν δὲ καὶ ὁ παρὼν βίος. [6] Δαβίδ· Ὁ αἰὼν ἡμῶν εἰς φωτισμὸν τοῦ προσώπου.

Αἰῶνα. ζωήν. βίον. [7] Σοφοκλῆς·

Ὡς οὐκ ἂν αἰῶν' ἐκμάθοις βροτῶν, πρὶν ἂν
Θάνοι τις, οὔτ' εἰ χρηστός, οὔτ' εἴ τῳ κακός.
Ἐγὼ δὲ τὸν ἐμόν, καὶ πρὶν εἰς ᾅδου μολεῖν,
Ἔξοιδ' ἔχουσα δυστυχῆ τε καὶ βαρύν.

Αἰωνίζει. διὰ παντὸς μένει.

Αἰωνίου μακαριότητος.

Αἰωνόδειος. ὁ Ἰανουάριος μήν. οὕτω Λογγῖνος αὐτὸν ἑρμηνεῦσαι βιάζεται, ὡσανεὶ αἰῶνος πατέρα.

Αἰῶνος ἄγαλμα. ἐν τῷ Διαγνώμων.

Αἰώρα.[8] ἀγχόνη. ὕψωσις. ἔπαρσις.

Ὡς[9] δ' οὐκ ἐφικνεῖτ', ἀλλ' ἔκαμνε πηδῶσα,
Οὐδὲν κρεμαστῆς οὖσα πλεῖον αἰώρας,
Παρῆλθεν οὕτω βουκολοῦσα τὴν λύπην.

Αἲξ Σκυρία. Capra Scyria. De iis, qui beneficia sua irrita faciunt. Ajunt enim eas multum habere lactis: sed cum [pastores] eas mulserint, evertere mulctram.

Αἰξωνεύεσθαι. Maledicere. Maledictis insectari. Translatio ducta est a populo Æxonensium, qui ut maledici a Comicis perstringuntur.

Αἰξωνεύς. Maledicus. Significat etiam caprarum emptorem.

Αἰξωνεία. Maledicentia.

Αἰξωνεῖς. Populus tribus Cecropiæ. Æxonenses vero ut maledici a Comicis perstringebantur: unde etiam αἰξωνεύεσθαι ponebatur pro maledicere.

Αἰξωνίδα τρίγλην. Mullum Æxonensem. [Id est, optimum.] Mulli enim hi pulcherrimi, & reliquis præstantiores esse putantur.

Αἰόλαν. Saltatricem. *Choream lusimus, accinentes brececex.*

Αἰόλαν. Obscuram.

Αἰόλλει. Variat. Vertit. Decipit.

Αἰόλη νύξ. Nox atra. Vel, variis stellis distincta.

Αἰόλιος. Æolius. Nomen proprium.

Αἰολοκένταυρος. Centaurorum instar agilis.

Αἰολομίτρης. Variam zonam habens.

Αἰολόπωλος. Varios equos habens.

Αἴολος. Æolus. Nomen proprium.

Αἰόλος. Agilis. Varius. Vel, velox. Ab ἄελλα, procella: sic dicta ab ἄειν, spirare, & εἰλεῖν, convolvere.

Αἰονῶ. Rigo. Irrigo.

Αἰών. Medulla dorsi. Vel, tempus perpetuum. Ævum. Item, vita præsens. David: *Vita nostra a vultu tuo illuminetur.*

Αἰῶνα. Ævum. Vitam. Sophocles: [*Vulgo quidem dici solet,*] *neminem mortalium scire posse, utrum quis felicem, an vero infelicem vitam egerit, antequam moriatur. Ego vero, vel antequam ad inferos descenderim, de vitæ meæ infelicitate satis persuasa sum.*

Αἰωνίζει. In æternum durat.

Αἰωνίου μακαρ. Beatitudinis æternæ.

Αἰωνόδειος. Mensis Januarius. Sic enim Longinus mensem illum dictum esse contendit, quasi patrem ævi.

Αἰῶνος ἄγαλμα. Ævi simulacrum. Vide in v. Διαγνώμων.

Αἰώρα. Suspensio. In altum sublatio. Elevatio. [Babrius:] *Cum autem eo pertingere non posset, sed saltando defatigata frustra pendentia [in arbore pira] spectaret, abiit, hoc modo animi sui dolorem fallens.*

1 Αἰξωνεῖς. δῆμός ἐστι φυλ.] Ex Harpocratione: sed apud quem pro Αἰξωνεῖς rectius legitur Αἰξωνεύς.

2 Αἰόλαν χορείαν ἐφθ.] Aristoph. *Ranis* pag. 223. (140. Ed. Bas. P.)

3 Αἰόλη νύξ. ἤτοι μέλαινα. ἢ ποικ.] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Trachin.* pag. 334. ut Pearsonius observavit.

4 Αἰολομίτρης] Est vox Homerica Il. E. v. 707.

5 Αἰολόπωλος] Et hac voce usus est Homerus Il. Γ. v. 185. sed quam brevis Scholiasta ibi exponit ἱπποκόμος, i. e. equiso.

6 Δαβίδ] Psalm. LXXXIX. v. 8.

7 Σοφοκλῆς] Initio *Trachin.*

8 Αἰώρα] Vide infra v. Ἑώρα.

9 Ὡς δ' οὐκ ἐφικν.] Fragmentum hoc ex Babrio depromptum est, idque pertinere videtur ad fabulam de vulpe, quæ cum mala vel pira in arbore conspecta frustra appeteret, neque se eorum compotem fieri posse videret, se eadem contemnere simulabat. Fabula exstat apud Æsopum.

Αἰωρη-

Digitized by Google

Αἰωρηθέντες. ἀντὶ τοῦ μετεωρισθέντες.

Αἰωρήσεις. κρεμάσεις.

Αἰωροῦνται. κρέμανται. Εἰς ὃν τὰ τῶν Καρχηδονίων αἰωρεῖται πράγματα.

Αἶτερ. ὥσπερ.

Αἴπει. τῷ ὑψηλῷ. ἡ εὐθεῖα, αἶπος, οὐδετέρως.

Αἴπεια. ὄνομα κύριον.

Αἰπεινή. ὑψηλή.

Αἰπεινὴν ἐλάτην ἔρις ἄγριον αἴσυλα φᾶσα.

Αἰπειναῖς. ὑψηλαῖς. μακραῖς. ἐν μύθῳ·

Αἰπειναῖς ἐλάταις ἔρισεν βάτος. ἡ δὲ ἔπειπε,
Καὶ ναῦς καὶ νηοὺς τιμιοεργέην πελέειν.

Αἰπεινός. ὁ χαλεπός.

Αἰπήεσσα. ὑψηλή.

Αἰπόλια. αἰγονόμια. καὶ αἰπόλος, αἰγονόμος. καὶ αἰπολῶ, ὁδοιπορῶ.

Αἰπύ. ὑψηλόν. μέγα.

Λευκάδος[1] αἰπὺν ἔχων ναύταις τηλέσκοπον ὄχθον.

Σὺ[2] δ' ὦ τὸν αἰπὺν οὐρανὸν διφρηλατῶν
Ἥλιε, πατρῴαν τὴν ἐμὴν ὅταν χθόνα
Ἴδῃς, ἐπισχὼν χρυσόνωτον ἡνίαν,
Ἄγγειλον ἄτας τὰς ἐμάς.

Αἰπύκερως ἔλαφος. ὑψηλὰ κέρατα ἔχων.

Αἰπύς. ὁ ὀλέθριος.

Αἰπύ[3] οἱ ἐσσεῖται μάλα περ μεμαῶτι μάχεσθαι. μεταφορικῶς, ἀντὶ τοῦ δυσπρόσβατον, δυσχερές.

Αἶρα. ἡ τοῦ σίτου διαφθορά· διὰ διφθόγγου. Ἔρα δὲ ἡ γῆ, διὰ τοῦ ε ψιλοῦ. σημαίνει δὲ καὶ τὴν [4] σφαῖραν. καὶ ὄνομα πόλεως.

Αἴρεσθαι. προσενέγκασθαι. Κρατῖνος Τροφωνίῳ.

Οὐ σῖτον αἴρεσθ', οὐχ ὕπνου λαχεῖν μέρος.

Αἶρε. προσφέρε. Ὅμηρος· Μή μοι οἶνον ἄειρε. καὶ [5] Ἀριστοφάνης·

Αἶρ', αἶρε μᾶζαν ὡς τάχιστα κανθάρῳ.

Αἶρε δάκτυλον. τίθεται ἐπὶ τῶν ἀπαγορευόντων ἐν τῇ [6] ἀγωνίᾳ. ἐπαίρεσθαι γὰρ τὴν χεῖρα, σύμβολον τοῦ νενικῆσθαι. καὶ Πολύβιος· Ὁ δὲ προσπεσών, αἴρεται νίκην εὐτυχεστάτην.

Αἱρετόν. θελητόν.

Αἶρε[7] μασχάλην. ἐπὶ τοῦ ὀρχήσασθαι.

Αἰωρηθέντες. In altum sublati. Suspensi. Pendentes.

Αἰωρήσεις. Elevationes. Suspensiones.

Αἰωροῦνται. Pendent. Suspensa sunt. *Ex quo res Carthaginensium pendent.*

Αἶτερ. Quemadmodum.

Αἴπει. Altitudini. Rectus est αἶπος: idque generis neutrius.

Αἴπεια. Æpea. Nomen proprium.

Αἰπεινή. Excelsa. Alta. Procera. *Procera abies, contentionis studio impulsa, protervis verbis [rubum] lacessivit.* Et αἰπειναῖς, altis, proceris. In Fabula: *Altis cum abietibus contendit rubus: cui abies dixit, ex lignis suis & naves & templa ædificari.*

Αἰπεινός. Gravis. Molestus.

Αἰπήεσσα. Excelsa. Alta.

Αἰπόλια. Greges caprarum. Et αἰπόλος, caprarius, sive pastor caprarum. Et αἰπολῶ, capras pasco.

Αἰπύ. Altum. Magnum. [In Epigrammate:] *Qui altum & nautis longe conspicuum Leucadis promontorium tenes.* [Et Sophocles:] *Tu vero, qui per altum cælum currum agis, Sol, cum terram meam patriam conspexeris, aureo fræno adducto, calamitates meas annuntia.*

Αἰπύκερως ἔλαφος. Excelsa cornua habens cervus.

Αἰπύς. Perniciosus.

Αἰπύ. Arduum. Accessu difficile. Difficile. Per metaphoram. *Arduum hoc ipsi erit & difficile, quamvis pugnandi valde cupido.*

Αἶρα. Per αι diphthongum, lolium. Ἔρα vero, per ε, terra. Significat etiam malleum. Item, nomen urbis.

Αἴρεσθαι. Sumere. Capere. Cratinus *Trophonio: Nec cibum nec somnum capere.*

Αἶρε. Admove. Affer. Præbe. Homerus: *Ne mihi vinum præbe.* Et Aristophanes: *Præbe, præbe quam citissime scarabæo mazam.*

Αἶρε δάκτυλον. Tolle digitum. De iis dicitur, qui in certamine succumbunt. Qui enim manum tollebant, victos se esse significabant. Et Polybius: *Ille vero hostem adortus, insignem victoriam reportavit.*

Αἱρετόν. Quod quis sponte elegit, vel voluit.

Αἶρε μασχάλην. Tolle axillam. De saltatione dicitur.

1 Λευκάδος αἰπὺν ἔχ.] Hexameter hic est pars Epigrammatis, quod ex cod. MS. Anthologiæ ineditæ integrum publici juris fecimus supra v. Βραχυφεγγής.

2 Σὺ δ' ὦ τὸν αἰπ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Sophoclis *Ajace* pag. 51. ut Portus quoque monuit. Vide etiam supra v. Διφρηλατῶν, ubi idem fragmentum legitur.

3 Αἰπύ οἱ ἐσσ.] Est versus Homericus Il. N. v. 317.

4 Σφαῖραν] Sic habent omnes Editt. itemque Etymologus: sed male. Scribendum enim est σφῦραν. Recte Hesychius: Αἶρα. σφῦρα. ἀξίνη. Quæ vero apud eundem sequuntur, fœde corrupta sunt: Αἱ ῥαί. σφυραί. αἵ τινες δὲ ἀρχαιότης. Scribe absque novo principio, ἡ ῥαιστήρ: idque refer ad vocem præcedentem αἶρα. Significat enim ῥαιστήρ malleum, æque ac αἶρα: cui proinde τὸ ῥαιστήρ interpretationis loco recte jungitur. Quid vero facias illis: Αἵτινες δὲ ἀρχαιότης? Equidem, lituram ea mereri existimo, quoniam a librariis nescio quid somniantibus temere in textum intrusa videntur. Saltem fateor, me non videre, quomodo verba ista instituto Hesychii convenire queant: & proinde liberum cuivis Lectori de hoc loco judicium relinquo.

5 Ἀριστοφάνης] Initio *Pacis*.

6 Ἀγωνίᾳ] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. male, γωνίᾳ. Ἀγωνία autem idem significat, quod ἀγών, i. e. certamen.

7 Αἶρε μασχάλην] Aliter proverbium hoc interpretantur Zenobius Centur. v. Adag. VII. & ipse Suidas infra v. Μασχάλη: quæ loca confer.



Digitized by Google

Αἶρε[1] πλῆκτρον. τουτέστιν, ὅπλον ἀμυντήριον. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἀλεκτρυόνων. κἀκεῖνοι γὰρ ἔχουσι πλῆκτρα, ἐν οἷς μάχονται· ἃ ἡμεῖς κέντρα λέγομεν τῶν ὀρνίθων· οἱ δὲ, πλῆκτρα. πλῆκτρα δέ εἰσι, τὰ ἐμβαλλόμενα τοῖς πλήκτροις τῶν ἀλεκτρυόνων τὰ χαλκᾶ.

Αἶρε πλῆκτρον. Tolle calcar. Id est, telum, quo vis hostilis propulsatur. Translatio ducta est a gallis gallinaceis, qui ferreis stimulis armati pugnare solent. Eos autem stimulos nos κέντρα; alii vero πλῆκτρα vocant. Πλῆκτρα vero sunt ferrei illi stimuli, qui calcaribus gallorum addi solent.

Αἵρεσις. καταστροφή. κατάλυσις. Διὸ καὶ πρώτῳ τῶν ἄλλων ἐπέθεντο δι᾽ ἐπιβουλῆς, ἵνα σφίσι, τὸ λεγόμενον, ἐξ ἄκρας ἡ αἵρεσις γένηται τῶν θεοφιλῶν καὶ ἀρχαιονόμων ἠθῶν τε καὶ ἐπιτηδευμάτων.

Αἵρεσις. Eversio. Destructio. *Quamobrem etiam illum primum omnium per insidias aggressi sunt, ut Deo grata & antiqua instituta moresque funditus, quod ajunt, everterent.*

Αἵρεσις.[2] ἡ λόγῳ τινὶ κατὰ τὸ φαινόμενον ἀκολουθοῦσα, ἢ δοκοῦσα ἀκολουθεῖν. Ἱππόβοτος δὲ θ᾽ φησὶν αἱρέσεις εἶναι τῶν φιλοσόφων καὶ ἀγωγάς· Μεγαρικὴν, Ἐρετριακὴν, Κυρηναϊκὴν, Ἐπικούρειον, Ἀννικέρειον, Θεοδώρειον, Ζηνώνειον, τὴν καὶ Στωϊκὴν, Ἀκαδημαϊκὴν, Περιπατητικήν. οὔτε δὲ Κυνικὴν, οὔτε Ἠλιακὴν, οὔτε Διαλεκτικήν. τὴν γὰρ Πυῤῥώνειον οὐδ᾽ οἱ πλείους προσποιοῦνται διὰ τὴν ἀσάφειαν. εἰ γὰρ αἵρεσιν νοοῦμεν [3]πρόσκλισιν ἐν δόγμασιν, ἀκολουθίαν ἔχουσαν, οὐκέτ᾽ ἂν προσαγορεύοιτο αἵρεσις ἡ Πυῤῥώνειος. οὐ γὰρ ἔχει δόγματα. ἔτι δὲ καὶ Ἐκλεκτική τις εἰσῆλθεν ὑπὸ Ποτάμωνος τοῦ Ἀλεξανδρέως, ἐκλεξαμένου τὰ ἀρέσαντα ἐξ ἑκάστης τῶν αἱρέσεων. [4] Κριτήρια δέ φησιν εἶναι τἀληθῆ· τὸ μὲν ὡς ὑφ᾽ οὗ γίνεται ἡ κρίσις· τουτέστι, τὸ ἡγεμονικόν· τὸ δὲ, ὡς δι᾽ οὗ, οἷον τὴν ἀκριβεστάτην φαντασίαν. ἀρχάς τε τῶν ὅλων τήν τε ὕλην καὶ τὸ ποιοῦν· ποίησίν τε καὶ τόπον. ἐξ οὗ γὰρ, καὶ ὑφ᾽ οὗ, καὶ ποίῳ, καὶ ἐν ᾧ. τέλος δὲ εἶναι, ἐφ᾽ ὃ πάντα ἀναφέρεται, ζωὴν κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν τελείαν, οὐκ ἄνευ τῶν τοῦ σώματος κατὰ φύσιν ἀγαθῶν, καὶ τῶν ἐκτός.

Αἵρεσις. Secta, quæ rationem aliquam probabilem sequitur, aut sequi videtur. Hippobotus dicit novem esse sectas, sive disciplinas Philosophorum: Megaricam, Eretriacam, Cyrenaicam, Epicuream, Anniceriam, Theodoriam, Zenoniam (quam & Stoicam vocant) Academicam, Peripateticam. Cynicæ autem & Eliacæ atque Dialecticæ nullam mentionem facit. Nam Pyrrhonia quidem propter obscuritatem a plerisque repudiatur. Si enim sectam intelligimus propensionem ad dogmata, quæ aliquam habent consequentiam; Pyrrhonia non poterit appellari secta. Nulla enim habet dogmata. Præterea vero secta quædam Eclectica introducta est a Potamone Alexandrino, qui ex singulis sectis ea, quæ sibi placerent, eligebat. Hic criteria veritatis duo esse dicebat: unum, a quo fiat judicium, id est, mentem: alterum, per quod; id est, phantasiam claram & certam. Principia vero omnium rerum idem statuebat, materiam, efficiens, effectionem, & locum. Ex quo enim fiant omnia [inquirimus,] & a quo, & quali, & in quo. Finem vero, ad quem omnia referantur, dicebat esse vitam, omni virtute perfectâ, bonisque corporis naturalibus & externis instructâ.

Αἰρέσιος. ὄνομα κύριον.

Αἰρέσιος. Hæresius. Nomen proprium.

Αἱρετίζω. τὰ τῶν αἱρετικῶν φρονῶ. σημαίνει καὶ τὸ προαιροῦμαι. ἐξ οὗ καὶ αἱρετισάμενος, καὶ ᾑρετίσατο.

Αἱρετίζω. Cum Hæreticis sentio. Hæreticorum opinionem sequor. Item, eligo. Hinc αἱρετισάμενος, & ᾑρετίσατο.

Αἱρετόν. ἐπιθυμητόν. [5] τοῦτο τριχῶς λέγεται. τὸ καλὸν, τὸ ἡδὺ, καὶ τὸ συμφέρον. ᾧ δὴ ταῦτα πάντα ὑπάρχει, καὶ διὰ πάντα αἱρετὸν, τοῦτο τῶν μὴ πάντα ἐχόντων αἱρετώτερον· οἷον ἡ φρόνησις. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ [6] Αὐρηλιανὸς ὁ βασιλεὺς μᾶλλον ἀναγκαῖος ἦν στρατηγὸς, ἤπερ αἱρετὸς βασιλεὺς, ἐν παντὶ καιρῷ δυσχερὴς ὢν, καὶ ἀπρόσιτος, ὡς μηδὲ τῶν οἰκείων αἵματος διαμεῖναι καθαρός.

Αἱρετόν. Expetendum. Hoc triplex est: Honestum, jucundum, & utile. Cui igitur hæc omnia insunt, & quod ob omnia ista expetendum est, præferendum utique est illis, quibus ea omnia non insunt: ut prudentia. Et iterum: *Aurelianus vero magis necessarius erat belli dux, quam Imperator amabilis, trux omni tempore, & accessu difficilis, & qui ne a necessitudinum quidem cæde abstineret.*

Αἱρετώτερος. προκριτότερος. Οὐκ ἐκ παραλλήλου κεῖται τὸ αἱρετώτερον τοῦ βελτίονος, ἀλλ᾽ ἐπὶ

Αἱρετώτερος. Magis expetendus. Anteponendus. Τὸ αἱρετώτερον, & τὸ βέλ-

1 Αἶρε πλῆκτρον. τουτέστιν, ὅπλ. ἀμ.] Totum hunc locum descripsit Suidas ex Scholiasta Aristophanis ad *Aves* pag. 577. Vide etiam infra v. Πλῆκτρον.

2 Αἵρεσις. ἡ λόγῳ τινὶ κατὰ τὸ φ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Laertii lib. 1. segm. XIX. XX.

3 Πρόσκλισιν] Sic recte MS. Paris. A. At priores Editt. male πρόσκλησιν.

4 Κριτήρια δὲ φησιν εἶναι τἀληθῆ] Locus hic ex Laertio sic emendandus est: Κριτήρια δὲ φησιν εἶναι τῆς ἀληθείας δύο, &c.

5 Τοῦτο τριχῶς λέγεται——ἡ φρόνησις] Locus hic ex Alexandro Aphrodisæo in *Topica* pag. 140. sic supplendus & ampliandus est: Λέγεται δὲ τὸ αἱρετὸν τριχῶς. τό τε γὰρ καλὸν, καὶ τὸ ἡδὺ, καὶ τὸ συμφέρον αἱρετόν. ᾧ δὲ πάντα ταῦτα ὑπάρχει, καὶ διὰ πάντα ἐστὶν αἱρετὸν, τοῦτο τῶν μὴ πάντα ἐχόντων αἱρετώτερον. καὶ ᾧ τὰ πλείω τῶν ὡς τὰ ἐλάττω, ἂν τὸ ὁμοίως αὐτοῖς ὑπάρχῃ. ἐπειδὴ δύναταί γε τὸ κατά τι ἓν σφόδρα αἱρετὸν, τοῦ κατὰ πάντα μὲν μὴ μέντοι σφόδρα αἱρετοῦ αἱρετώτερον εἶναι. Ἡ γοῦν φρόνησις δι᾽ αὐτὴν μόνον οὖσα αἱρετὴ, αἱρετωτέρα ἐστὶν ἰσχύος διὰ πάντα οὔσης αἱρετῆς, &c.

6 Ὁ δὲ Αὐρηλιανὸς ὁ βασιλεὺς μᾶλλον ἀναγκ.] Fragmentum hoc exstat in Excerptis Joannis Antiocheni a Valesio editis pag. 834. idemque legitur supra v. Αὐρηλιανός.

πλεῖον τὸ βέλτιον τοῦ αἱρετωτέρου. τὸ μὲν γὰρ αἱρετώτερον ἐν τοῖς αἱρετοῖς καὶ μόνοις· τὸ δὲ βέλτιον καὶ ἐν ἄλλοις. καὶ γὰρ ἐν θεωρητικοῖς, καὶ φυσικοῖς, καὶ λογικοῖς ἡ ζήτησις ἡ τοῦ βελτίονος. ὁ γὰρ ζητῶν, πότερα βελτίων οὐσία, ἡ κινουμένη, ἢ ἀκίνητος· φυσικὸν μεταχειρίζεται πρόβλημα. λογικὸς δὲ, ὁ ζητῶν, πότερον βέλτιον, ἐπαγωγὴ, ἢ συλλογισμός. θεωρητικὸς δὲ, ὁ ζητῶν, πότερον ἡ φρόνησις πρακτικώτερον, ἢ θεωρητικώτερον.

pon melius, non sunt synonyma, nec ejusdem plane significationis: sed τὸ βέλτιον latius patet quam τὸ αἱρετώτερον. Nam τὸ αἱρετὸν in rebus expetendis, iisque solis versatur: τὸ βέλτιον vero etiam in aliis. Nam & in Theoreticis & Physicis & Logicis quæstio de eo, quod est melius, locum habet. Qui enim quærit, utra substantia sit melior, mobilisne, an vero immobilis; is quæstionem physicam tractat. Logicus vero quærit, utrum Inductio, an vero Syllogismus præstet. Theoreticus vero quærit, utrum prudentia in actione, an vero in contemplatione potius versetur.

Αἱρούμενος. ἀφαιρούμενος.

Αἱρούμενος. Auferens.

Αἱραί. πόλις Μακεδονίας. τὸ ἐθνικὸν, Αἱραῖος.

Αἱραί. Æræ. Urbs Macedoniæ. Gentile est, Αἱραῖος.

Αἱρεῖ. ἀναιρεῖ. φονεύει. [1] Σοφοκλῆς
——Πόλεμος οὐδέν' ἄνδρ' ἑκὼν
Αἱρεῖ πονηρὸν, ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς ἀεί.

Αἱρεῖ. Cædit. Occidit. E medio tollit. Sophocles: *In bello vix unquam homines mali, sed semper boni e medio tolluntur.*

Αἱρεῖ. καταλαμβάνει. καὶ αἱρεῖν, κατακράτος τι λαμβάνειν.

Αἱρεῖ. Capit. Occupat. Et αἱρεῖν, per vim aliquid occupare, vel expugnare.

Αἴρειν. αὔξειν. Ἢ τράπεζαν παρατεθεῖναι, ἢ αἴρειν.

Αἴρειν. Augere. [De medio tollere.] *Vel mensam apponere, vel tollere.*

Αἴρειν ἔξω πόδα πηλοῦ. ἐπὶ τῶν βουλομένων μὴ ἐν πράγμασιν εἶναι. λέγεται δὲ καὶ αἴρειν ἔξω πόδα αἰτίας.

Αἴρειν ἔξω πόδα π. Pedem ex luto extrahere. De iis, qui negotia fugiunt. Dicitur etiam, pedem extra crimen habere.

Αἴρειν. καὶ τὸ προσφέρειν δηλοῖ.
Αἶρ', αἶρε μᾶζαν ὡς τάχιστα κανθάρῳ.
Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ. καὶ μετὰ τῆς προθέσεως, Φερεκράτης Πετάλῃ·
Πρόσαιρε τὸ κανοῦν. εἰ δὲ βούλει, πρόσφερε.
[2] ἐτίθεσαν δὲ τὴν λέξιν, ὡς καὶ ἡμεῖς, ἐπὶ τοῦ παρακειμένην ἀφελεῖν τὴν τράπεζαν. Μένανδρος Κεκρυφάλῳ·
Εἶτ' εὐθὺς ὑπὸ τὰς τραπέζας αἴρετε.
Μύρα, στεφάνους ἑτοίμασον, σπονδὰς ποίει.
καὶ Συναριστώσαις·
Ἂν ἔτι πιεῖν μοι δῷ τις. ἀλλ' ἡ βάρβαρος
Ἅμα τῇ τραπέζῃ καὶ τὸν οἶνον ᾤχετο
Ἄρασ' ἀφ' ἡμῶν.

Αἴρειν. Significat etiam admovere, vel præbere. Aristophanes *Pace: Præbe, præbe quam celerrime mazam scarabæo.* Et cum præpositione πρὸς, Pherecrates *Petale: Admove canistrum: vel, si vis, affer.* Significabat etiam hæc vox apud veteres, uti & apud nos, mensam positam removere. Menander *Cecryphalo: Deinde mensas confestim removete. [Tu vero] unguenta & coronas para, & libationes perage.* Idem *Synaristosis: Adhuc mihi [vinum] aliquis bibendum det. Sed hæc barbara abiit, ablato cum mensa & vino.*

Αἱρεῖς. δοξάζεις. ἡγῇ. ἐκ τοῦ Θεολόγου· καὶ ὁ λόγος αἱρεῖ, μὴ τιθέναι πρόσκομμα.

Αἱρεῖς. Opinaris. Existimas. Ex Theologo: *Et ratio convincit, non oportere cuiquam præbere offendiculum.*

Αἱρεῖσθαι. ἐργάζεσθαι.

Αἱρεῖσθαι. Operari. Opus facere.

Αἱρῇ. βούλει. Ἐπείπερ αὐτὸς αἱρῇ λέγειν.

Αἱρῇ. Vis. *Quandoquidem ipse dicere vis.*

Αἱρησαμένων. βουλευσαμένων.

Αἱρησαμένων. Illorum qui consultarunt.

Αἱρήσασθαι. λαβεῖν.

Αἱρήσασθαι. Cepisse. Capere.

Αἱρήσεται. λήψει.

Αἱρήσεται. Capiet. Vel, capietur.

Αἱρήσειν. κρατήσειν, συλλαβεῖν, ἑλκύσαι, χειρώσασθαι, πορθῆσαι.

Αἱρήσειν. Capturum, comprehensurum, tractum, subacturum, direpturum esse.

Αἱρήσω τάχα. οἱ πειρώμενοι μετελθεῖν τινας, εἰώθασι τοῦτο λέγειν. καὶ, Αἱροῦντες ᾑρήμεθα. ἐπὶ τῶν ἐλπισάντων κρατήσειν τινῶν, καὶ ὑπ' ἐκείνων ἁλόντων. Αἱροῦντες οὖν ᾑρήμεθα· δοκοῦντες κρατεῖν ἐλήφθημεν.

Αἱρήσω τάχα. Capiam fortasse. Qui aliquos persequuntur, hoc dicere consueverunt. Et, *Captantes capti sumus.* Dicitur de illis, qui, cum sperarent, se alios capturos esse, ipsi ab illis capiuntur.

1 Σοφοκλῆς] *Philoctete* pag. 401.

2 Ἐτίθεσαν δὲ τὴν λέξιν, ὡς καὶ ἡμ.] Hæc, & quæ sequuntur, ex Athenæo procul dubio descripsit Suidas, quamvis ea apud scriptorem istum hodie non reperias. Ratio ejus rei est, quod duorum priorum librorum Athenæi epitomen tantum hodie habeamus, quibus integris Suidam usum fuisse ex multis apud eum eclogis colligere licet. Existimo autem locum hunc descriptum esse ex libro primo *Dipnosophistarum*, quoniam illic Athenæus ex veterum scriptis congesserat, quæ ad morem apponendi & removendi mensas pertinent, ut colligi potest ex iis, quæ hodie adhuc in Epitome istius libri pag. 11. & 12. leguntur.

image
not
available

σίας ἐν τῷ πρὸς Ἀλκιβιάδην φησίν· Οἶμαι μὲν τοίνυν καὶ ἐκεῖνο ὑμᾶς αἰσθάνεσθαι, ὅτι Ἀλκιβιάδης οὐκ ἄλλο τι ἐζήτει κομίσασθαι, ἀλλὰ τῶν ἐμῶν ἠμφισβήτει. Ἔταξαν δὲ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ εἰδέναι. Ἰσαῖος· Τὰ δὲ τοιούτων δὴ μαρτυριῶν οἱ δικάζοντες τὰ μὲν αὐτοὶ συνειδότες, ὅτι ὑγίανεν ὁ παῖς, τῶν ἑωρακότων αἰσθανόμενοι μαρτυρούντων· τὰ δὲ ἀκοῇ πυνθανόμενοι.

tione adversus Alcibiadem: *Arbitror igitur & illud vos sentire, Alcibiadem nil aliud hinc consequi studuisse; sed de bonis meis contendere voluisse.* Idem tamen vocabulum etiam pro *scire* [nonnulli] adhibuerunt. Isæus: *Hæc vero testimonia partim ipsi Judices norunt, sibi conscii puerum tunc bene valuisse, (testes enim ipsi audiverunt;) partim vero fama acceperunt.*

Αἰσθήσεις ε΄. ὅτι τρανοτέρα ἡ ὄψις τῆς ἀκοῆς, καὶ αὕτη τῆς ὀσφρήσεως· ἡ ὄσφρησις τῆς γεύσεως, καὶ τῆς ἁφῆς. ἡ[1] μέν τοι ἁφὴ δοκεῖ μηδὲ αἴσθησις εἶναι. ἑκάστη γὰρ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων περὶ μίαν τινὰ τῶν αἰσθητῶν τὴν ἀντίθεσιν ἐνεργεῖ, καὶ τὰ ταύτης μεταξύ· οἷον, ὄψις μὲν περὶ τὸ μέλαν, καὶ τὸ λευκόν, καὶ τὰ τούτων μεταξὺ χρώματα. ἀκοὴ δέ, περὶ τὸν βαρὺν καὶ τὸν ὀξὺν φθόγγον, καὶ τοὺς μεταξύ. ὄσφρησις περὶ τὸ εὐῶδες καὶ τὸ δυσῶδες. γεῦσις περὶ τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν, καὶ τὰ τούτων μεταξύ. ἡ μέν τοι ἁφὴ περὶ πλείους ἀντιθέσεις ἔχει, οὐκ οὔσας ὑπ' ἀλλήλους. περί τε γὰρ τὸ θερμόν, καὶ τὸ ψυχρόν καὶ τὸ ὑγρόν, καὶ τὸ ξηρόν· καὶ τὸ σκληρόν, καὶ μαλακόν· καὶ τὸ βαρὺ καὶ τὸ κοῦφον· καὶ τὸ μανόν, καὶ τὸ πυκνόν· ἅπερ ὑπάλληλα εἶναι οὐ δύναται. † Ὅτι αἱ[2] αἰσθήσεις τῶν μειζόνων αἰσθητῶν ἀντιλαμβανόμεναι, οὐκέτι μετ' ἐκείνων τῶν ἡττόνων ἀντιλαμβάνεσθαι δύνανται. ὁ γὰρ πληκτικωτέρων χυμῶν γευσάμενος, τῶν ἠρεμαιοτέρων οὐκ ἐπαισθάνεται. καὶ ὁ μεγάλων ψόφων ἀκηκοώς, πρὸς τοὺς ἥττους ἐστὶν ἀνεπαίσθητος. καὶ ὁ πρὸς ἥλιον ἀτενίσας, ἀναγνῶναι οὐ δύναται, οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀκριβῶς ὁρατῶν ἀντιλαμβάνεσθαι. ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῆς ἁφῆς. ὁ δὲ νοῦς τούτοις ἐναντίως ἔχει. ὅσῳ γὰρ τῶν μειζόνων νοητῶν ἀντιλαμβάνεται, τοσοῦτον καὶ ἀκριβέστερός ἐστι πρὸς τὴν ἀντίληψιν τῶν ἡττόνων. καὶ τὰς μὲν αἰσθήσεις ὑπερβολαὶ τῶν αἰσθητῶν φθείρουσιν. ὑπερβολὴ γὰρ φωτός, ἢ ζόφου, ἔφθειρε τὴν ὄψιν. ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. τὸν δὲ νοῦν, τῶν μειζόνων νοητῶν ἡ ἀντίληψις ὀξυδερκέστερον ποιεῖ. † Ὅτι[3] κοινὰ αἰσθητὰ ε΄. κίνησις, ἠρεμία, ἀριθμός, σχῆμα, μέγεθος. κοινὰ δὲ ταῦτα εἶναι λέγονται, οὐχ ὅτι ἓν ἕκαστον αὐτῶν πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν ὑποπίπτει, ἀλλ' ὅτι ἕκαστον πλείοσι, καὶ οὐ μιᾷ· τινὰ δὲ καὶ πάσαις ἅμα. τὸ μὲν γὰρ μέγεθος κοινόν ἐστιν αἰσθητὸν ὄψεως καὶ ἁφῆς. ὁρῶμεν γάρ, ὅτι μέγας ἐστὶ τυχὸν ὁ ἄνθρωπος· καὶ ἁπτόμενοι αἰσθανόμεθα, ὅτι μέγας ἢ μικρὸς ὁ προσπεσὼν ὄγκος, καὶ τὸ διάστημα. ἤδη δὲ καὶ ψόφου λέγομεν ἠσθῆσθαι μεγάλου, ἢ μικροῦ. ἀλλ' ἐνταῦθα τὸ μέγεθος κατ' ἀναλογίαν εἴληπται, οὐ κυρίως. μέγεθος γὰρ λέγομεν τὸ συνεχὲς τῶν κοινῶν εἶναι αἰσθητῶν. ὁ μέν τοι μέγας ψόφος, ποιότητός ἐστιν ἐπιτεταμένης καὶ ἀνει-

Αἰσθήσεις πέντε. Quinque sunt sensus. Ex his visus clarior & distinctior est auditu; auditus olfactu; olfactus gustatu & tactu. Tactus tamen ne sensus quidem esse videtur. Nam cæterorum sensuum quilibet in una tantum rerum sensilium oppositione, & in intermediis versatur: veluti visus in albo & nigro, & interjectis coloribus: auditus in sono gravi & acuto, & interjectis: olfactus in odoribus & fœtoribus: gustatus in dulci & amaro, & interjectis saporibus. Tactus autem in pluribus oppositionibus cernitur, non subalternis; ut in frigido & calido; humido & sicco; duro & molli; gravi & levi; raro & denso: quæ subalterna esse non possunt. † Sensus majoribus sensilibus perceptis, postea minora sentire non possunt. Nam qui acriores sapores gustavit, is remissiores non percipit: & qui magnos strepitus audivit, minores non sentit: itemque qui solem intuitus est, legere non potest, aut alia quævis visu dignoscere. Idem etiam de tactu dicendum est. Mentis vero contraria est ratio. Quo enim majora intellectilia comprehenderit, eo expeditior est ad minora comprehendenda. Et sensum quidem immoderata sensilium vis corrumpit. Nimia enim lux vel obscuritas visui nocet: idemque de reliquis sensibus dicendum est. Mentem vero majorum intellectilium comprehensio acutiorem facit. † Communia sensilia sunt quinque: motus, quies, numerus, figura, magnitudo. Communia vero dicuntur, non quod eorum quodlibet sub omnes sensus cadat: sed quod singula sub plures, non unum tantum, quædam vero etiam sub omnes simul cadant. Nam magnitudo quidem est commune sensile visus & tactus. Videmus enim ex. gr. magnum esse hominem; & tangendo sentimus magnam aut parvam esse objectam molem & intervallum. Quinetiam strepitum magnum vel parvum nos audivisse dicimus. Sed tunc magnitudo secundum proportionem quandam sumitur, non autem proprie. Magnitudinem enim dicimus esse id, quod est continuum in rebus sensilibus. Magnus vero [vel parvus] strepitus qualitatem intensam vel remissam significat. Quare lenis aut vehemens strepitus magis proprie dicetur. Figura autem tam sub visum quam ta-

1 Ἡ μέν τοι ἁφὴ δοκεῖ μηδὲ αἰσθ.—— ἅπερ ὑπάλληλα εἶναι οὐ δύνανται] His similia leguntur apud Philoponum in lib. II. Aristot. *de Anima*, M. 7. b. Non tamen Suidæ verba inde desumpta sunt. *Pears.*

2 Ὅτι αἱ αἰσθήσεις τῶν μειζόνων αἰσθ.——ὀξυδερκέστερον ποιεῖ] Totus hic locus ad verbum descriptus est ex Philopono in lib. II. Arist. *de An.* H. 5. a.

3 Ὅτι κοινὰ αἰσθητὰ ε΄. κίνησις, ἠρεμ.] Hæc, & omnia quæ sequuntur usque ad finem articuli, itidem deprompta sunt ex modo laudato Philopono in lib. II. Aristot. *de An.* I. 8. 2. b. ut Pearsonius recte observavit.

μένης δηλωτικός. διὸ τὸ ἀμυδρὸν ἢ σφοδρὸν κυριώτερον ἐπὶ τῆς ψόφων ἁρμόζει λέγειν. τὸ δὲ σχῆμα κοινὸν ὄψεως καὶ ἁφῆς. σχῆμα δὲ, οὐ τὸ τετράγωνον, ἢ ὀκτάγωνον (τοῦτο γὰρ λόγου ἐστὶ τὸ εἰπεῖν, ὅτι σχῆμά ἐστι τὸ ὑπὸ μιᾶς γραμμῆς περιεχόμενον, ἢ ὑπὸ τριῶν, ἢ ὅσων δήποτε) ἀλλ' ὅ, τι ἁπλῶς περιγέγραπται. πᾶσα δὲ περιγραφὴ κατά τι τῶν σχημάτων γίνεται. καὶ τὰ ἄλογα γοῦν, ὅταν ἐπὶ μικρὸν ὕψος καὶ ἐπανάστημα γῆς ἐμπέσωσιν, ἐπιβαίνουσι διελθεῖν, ἅτε δὴ ἐπιστάμενα, ὡς περιγέγραπται τὸ μέγεθος, καὶ οἷά τε ἐστὶ διελθεῖν. εἰς δὲ ὑψηλὸν καὶ ἀποκρημνὸν ἐμπεσόντα, οὐκ ἐπιχειρεῖ παρελθεῖν, συναισθόμενα τοῦ μεγέθους τοῦ σχήματος. ὁ δὲ ἀριθμὸς κοινὸν ἐστὶν αἰσθητὸν πασῶν. [1]ὁρῶμεν γὰρ, ὅτι ε τυχὸν ἄνθρωποι ἀλλὰ καὶ ψηλαφῶντες τοῦτο αὐτὸ ἴσμεν, καὶ μὴν ἀκούοντες.

Αἴσθομαί σου. τὸ αἰσθήσεως ἐπιλαμβάνομαι.

Αἰσθόμενοι. νοήσαντες. Οἱ δὲ τὴν προθυμίαν τοῦ Καίσαρος ἰδόντες, καὶ τὰ ἔργα ὁμολογοῦντα ταῖς ἐλπίσιν αἰσθόμενοι.

Αἴσθων. αἰσθόμενος, καὶ βασανιζόμενος ἢ ἐκπνέων.

Αἰσούρ. ὄνομα κύριον.

Αἰσώπειον αἷμα. ἐπὶ τῶν ἀδίκως ἀναιρουμένων. οὐ γὰρ ἐνδίκως ἀπέκτειναν τὸν Αἴσωπον οἱ Δελφοί. Αἰσώπειον οὖν αἷμα, ἐπὶ τῶν [2]δυσαπορρύπτοις ἐνείδεσι καὶ κακοῖς συνεχομένων. Δελφοῖς γὰρ συνέβη τὸ δαιμόνιον ὀργισθῆναι, ἀδίκως ἀνελοῦσιν Αἴσωπον.

Αἴσωπος, Μιθριδάτου ἀναγνώστης. [3]ἔγραψε περὶ Ἑλένης ἐν ᾧ φησί, [4]πᾶνα ἰχθὺν καλεῖσθαι κητώδη. ἐν τούτῳ δὲ ἀστερίτην λίθον εὑρίσκεσθαι, ὃς ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἀνάπτεται. ποιεῖ δὲ πρὸς φίλτρα. ἔγραψε καὶ Μιθριδάτου ἐγκώμιον.

Αἴσωπος, Σάμιος, ἢ Σαρδιανός. Εὐγείτων δὲ [5]Μεσημβριανὸν εἶπεν. ἄλλοι, Κοτυαέα Φρύγα. ἐγένετο δὲ λογοποιὸς, ὅ ἐστιν εὑρετὴς λόγων καὶ ἀποκριμάτων. διέτριψε δὲ παρὰ Κροίσῳ φιλούμενος, τοῖς χρόνοις πρὸ Πυθαγόρου· ὃς [6]μεσοῦν ἐπὶ τῆς μ' Ὀλυμπιάδος. ἔγραψε τὰ ἐν Δελφοῖς αὐτῷ συμβάντα ἐν βιβλίοις β'. μᾶλλον δὲ τινές φασὶ τὸν Αἴσωπον ἀποκρίματα γεγραφέναι μόνον. [7]ἐν γὰρ Δελφοῖς ἀδίκως ἀπολέσθαι, ὑπ' αὐτῶν καταχρημνισθέντα ἀπὸ τῶν Φαιδριάδων καλουμένων πετρῶν, κατὰ τὴν νδ' Ὀλυμπιάδα. οἰκέτην δὲ γενέσθαι Ξάνθου τοῦ Λυδοῦ. ἄλλοι, ἀνδρός τινος Σαμίου [8]Ἰάδμονος, ὕστερος καὶ ἡ Ῥο-



ctum cadit: figura inquam, non quadrangula, aut octangula; (rationis enim est dicere, figuram linea una, aut duabus, aut tribus, aut quotcunque tandem, circumscriptam esse) sed simpliciter circumscripta. Omnis autem circumscriptio fit secundum aliquam figuram. Itaque & brutæ animantes, cum ad tumulum aliquem vel collem modice editum pervenerunt, adscendere non dubitant, quippe scientes, magnitudinem esse circumscriptam, eamque a se transiri posse. Sin in locum nimis altum & præcipitem inciderint, transire non audent, animadversa figuræ magnitudine. Numerus vero sensuum omnium commune est sensile. Nam quinque homines ex. gr. in aliquo loco esse videmus: idemque tactu atque auditu cognoscere possumus.

Αἴσθομαί σου. Sentio te. Sensu te percipio.

Αἰσθόμενοι. Qui senserunt. Qui animadverterunt. *Illi vero, cum Cæsaris alacritatem vidissent, & facta spei respondere animadvertissent.*

Αἴσθων. Sentiens. Animadvertens. Item, examinans. Vel, expirans.

Αἰσούρ. Æsur. Nomen proprium.

Αἰσώπειον αἷμα. Æsopeus sanguis. De iis, qui injuste occiduntur. Delphi enim Æsopum injusta morte affecerunt. Æsopeus igitur sanguis dicitur de illis, qui criminibus & piaculis obstricti sunt, quæ difficulter elui queunt. Deum enim Delphis iratum fuisse ferunt, quod Æsopum injuste interfecissent.

Αἴσωπος. Æsopus, Mithridatis Anagnosta. Scripsit de Helena: in quo opere dicit, esse piscem quendã cetacei generis, Pana vocatum, in quo reperiatur lapis Asterites, qui a Sole accendatur, & ad amores conciliandos aptus sit. Idem etiam scripsit Encomium Mithridatis.

Αἴσωπος. Æsopus, Samius, aut Sardianus. Eugiton vero Mesembrianum fuisse dicit. Alii Cotyaensem Phrygem. Fuit autem inventor fabularum, vixitque apud Crœsum, a quo in deliciis habebatur. Idem Pythagora antiquior fuit, utpote qui vixit circa Olympiadem quadragesimam. Scripsit historiam eorum, quæ Delphis sibi acciderant, libris duobus. Vel potius, ut alii dicunt, [fabulas tantum, & arguta] responsa scripsit. Apud Delphos autem injusta morte periit, præcipitatus ab illis a rupibus, quæ Phædriades appellantur, Olympiade LIV. Servum fuisse ajunt Xanthi Lydi. Alii vero, Samii cujusdam Iadmo-

1 Ὁρῶμεν γὰρ, ὅτι ε τυχὸν ἀνθρ.] Plenius Philoponus loco laudato: Ὁρῶμεν γὰρ, ὅτι ε τυχὸν οἱ ἄνθρωποι. ἀλλὰ καὶ ψηλαφῶντες τὸ αὐτὸ τοῦτο ἴσμεν. καὶ ἀκούοντες δὲ ἴσμεν, ὅτι πλειόνων ἢ ἐλαττόνων ἡ εἰσὶν ἐκ [illegible] φωνή.

2 Δυσαπορρύπτοις] In prioribus Editt. legitur δυσαπορρίπτοις: quod mendum esse librarii facile cuivis patet. Zenobius habet δυσαπονίπτοις; lectione quidem diversa, sed sensu eodem.

3 Ἔγραψε περὶ Ἑλένης ἐν ᾧ φ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Hesychio Milesio: eademque repetuntur infra v. Πάν.

4 Πᾶνα ἰχθὺν καλεῖσθαι κητώδη. ἐν τούτῳ δὲ ἀστερ.] Huc apprime faciunt ea, quæ refert Photius ex Hephæstione cod. cxc. in fine: Πᾶνα δέ φησιν ἰχθὺν εἶναι θαλάσσιον, κητώδη, ὅμοιον τῷ Πανὶ κατὰ τὴν ὄψιν. ἐν τούτῳ λίθον εὑρίσκεσθαι τὸν Ἀστερίτην, ὃν εἰς ἥλιον τεθέντα ἀνάπτεσθαι. ποιεῖν δὲ καὶ πρὸς φίλτρον. τοῦτον δὲ τὸν λίθον εἶχεν Ἑλένη, γλυφὴν ἔχοντα αὐτὸν τὸν ἰχθὺν τὸν Πᾶνα, καὶ ταύτῃ ἐσφράγιζε τῇ σφραγῖδι. Hæc Hephæstionis verba adeo gemina & affinia sunt iis, quæ Suidas hic habet, ut non dubitem, quin utriusque ecloga ex eodem fonte, id est, ex libro Æsopi de Helena, deprompta sit.

5 Μεσημβριανόν] Unus MS. Paris. habet, Μεσημβρινόν. Sed duo reliqui cum excusis consentiunt.

6 Ὃς μεσοῦν ἐπὶ τῆς μ' Ὀλ.] Sensus hujus loci clarus est: quamvis verba sint mendosa. Docere enim vult Suidas, Æsopum Olymp. XL. vixisse. Quare pro ὃς μεσοῦν legi poterit, ὅτι βιοῦν αὐτὸν; vel simile quid.

7 Ἐν γὰρ Δελφοῖς ἀδίκως ἀπολέσθ.] De morte Æsopi, ejusque causa, videndus omnino est Scholiasta Aristophanis ad *Vespas* p. 524.

8 Ἰάδμονος, ὕστερος καὶ ἡ Ῥοδ.] Eadem leguntur infra v. Ἰάδμων.

δῶπις

δῶπις δούλη ἦν· ἣν ἑταίραν γενομένην, Θρᾷσσαν τὸ γένος, Χάραξος ὁ ἀδελφὸς Σαπφοῦς ἔλαβε γυναῖκα, καὶ ἐξ αὐτῆς ἐγέννα.

Αἴσωπος,[1] ὁ τῶν μύθων ποιητὴς, [2]Σάμιος, δοῦλος, ὢν τὴν τύχην μᾶλλον, ἢ τὴν προαίρεσιν οὐκ ἄφρων[3] μὲν, οὐδὲ [4]κατ' αὐτὸ τοῦτο ἀνήρ. ᾧ γὰρ ὁ νόμος οὐ μεταδίδωσι παῤῥησίας, τούτῳ προσῆκον ἦν, [5]ἐσκιαγραφημένας τὰς συμβουλὰς καὶ πεποικιλμένας ἡδονῇ καὶ χάριτι προσφέρειν· ὥσπερ καὶ τῶν ἰατρῶν οἱ μὲν ἐλεύθεροι τὸ δέον ἐπιτάττουσιν· ἐὰν δέ τις οἰκέτης γένηται τὴν τύχην, καὶ τὴν τέχνην ἰατρὸς, πράγματα ἔχει, κολακεύειν ἅμα καὶ θεραπεύειν τὸν δεσπότην ἀναγκαζόμενος.

> Αἴσωπον[6] ἀπὸ δείπνου βαδίζονθ' ἑσπέρας,
> Θρασεῖα καὶ μεθύση τις ὑλάκτει κύων.
> Κἄπειτ' ἐκεῖνος εἶπεν· Ὦ κύον, κύον,
> Εἰ νὴ Δί' ἀντὶ τῆς κακῆς γλώττης ποθὲν
> Πυροὺς πρίαιο, σωφρονεῖν ἄν μοι δοκοῖς.

Τὸν[7] Αἴσωπόν φασί τινες τοσοῦτον ἄρα θεοφιλῆ γενέσθαι, ὡς καὶ ἀναβιῶναι αὐτὸν, [8]καθάπερ οὖν τὸν Τυνδάρεων, καὶ τὸν Ἡρακλέα, καὶ τὸν Γλαῦκον. [9]καὶ Πλάτων φησὶν ὁ κωμικός· Καὶ νῦν ὀμοσόν μοι μὴ πεθνάναι τὸ σῶμα. ἐγὼ ψυχὴ δ' ἀπὸ νίκης ὥσπερ Αἰσώπου ποτέ.

Αἴσωρ.[10] ὁ ἁγνός.

Αἰσυητῆρι. χοιροβοσκῷ.

Αἴσυλα. παράνομα. ἄδικα. ἐν Μύθοις·

> Αἰπεινὴν[11] ἐλάτην ἔρις ὤρορεν αἴσυλα φάσθαι.

Αἰσύμη. πόλις. καὶ Αἰσύμνη, πόλις.

Αἰσυμνητήρ. ὁ βασιλεύς.

Αἰσυμνῆται. οἱ ἀγωνοθέται. οἱ τοῦ ἀγῶνος προεστῶτες. ἢ οἱ νεανίαι. ἢ οἱ κριταί. ὅ ἐστι, βραβευταί.

Αἰσυμνῆτις. ἡ δέσποινα.

Αἴσυμνος. ὄνομα κύριον.

Αἰσύφηλος. ὁ δειλός.

Αἰσχίνης,[12] Χαρίνου, ἀλλαντοποιοῦ, φιλόσοφος Σωκρατικός. τινὲς δὲ Λυσανίου παῖδά φασιν, Ἀθηναῖον, Σφήττιον. Διάλογοι δὲ αὐτοῦ, Μιλτιάδης, [13]Καλλίας,

nis; cujus & Rhodopis ancilla fuit, quam, corpore quæstum facientem, & gente Thraciam, Charaxus Sapphonis frater uxorem duxit, liberosque ex ea suscepit.

Αἴσωπος. Æsopus, fabularum scriptor, non fortuna magis quam voluntate servus: non ille quidem insipiens, neque ideo vituperandus. Nam cui lex libertatem ademerat, huic consentaneum erat consilia sua & monita adumbrata quasi, & voluptate leporeque condita, in medium proferre. Quemadmodum e medicis ingenui quique, quod facto opus est, [palam & aperte] præscribunt. Sin quispiam sit conditione servus, & professione medicus, haud mediocriter laborat, dum eodem tempore hero suo & adulari & mederi cogitur. [Aristophanes:] *Æsopum vesperi a cœna redeuntem audax & ebria allatrabat canis. Cui ille dixit: O canis canis, si loco maledictorum frumentum tibi alicunde comparares, sapere mihi videreris.* † Æsopum quidam ajunt Diis adeo charum fuisse, ut mortuus revixerit, sicut & Tyndareus, & Hercules, & Glaucus. Et Plato Comicus inquit: *Et nunc jura mihi, corpus quidem interiisse, animam vero redituram esse [in vitam,] ut quondam Æsopi.*

Αἴσωρ. Castus. Purus.

Αἰσυητῆρι. Subulco.

Αἴσυλα. Iniqua. Injusta. In Fabulis: *Excelsam abietem contentio impulit, ut protervis verbis [rubum] lacesseret.*

Αἰσύμη. Æsyme. Urbs. Et Æsymne, pariter.

Αἰσυμνητήρ. Rex.

Αἰσυμνῆται. Agonothetæ. Certaminum ac ludorum præsides. Vel, juvenes & adolescentes. Vel, præmiorum victoriæ arbitri.

Αἰσυμνῆτις. Domina.

Αἴσυμνος. Æsymnus. Nomen proprium.

Αἰσύφηλος. Ignavus. Improbus.

Αἰσχίνης. Æschines, Charini fartoris filius, Philosophus Socraticus. Quidam vero ipsum Lysaniæ filium, Atheniensem, Sphettium,

1 *Αἴσωπος, ὁ τῶν μύθων ποιητ.——τὸν δεσπότην ἀναγκαζόμενος*] Hæc omnia αὐτολεξεὶ leguntur apud Julianum Orat. VII. pag. 388. unde ea Suidas descripsit. Eadem etiam occurrunt apud Scholiastam Aristophanis ad *Vespas* pag. 521. unde tamen Suidas sua non descripsit. Contra enim potius existimo, locum hunc, uti & multa alia, a Musuro, vel alio quopiam, ex Suida in Scholia Aristophanis translatum esse: qua de re alibi accuratius & prolixius a nobis agetur.

2 *Σάμιος, δοῦλος*] Hæ duæ voces in prioribus Editt. desiderantur, quas ex Juliano, & a MSS. Paris. loco huic restitui.

3 *Ἄφρων μὲν*] Sic recte Julianus, & MSS. Paris. At priores Editt. male, *ἄφρων μόνον*.

4 *Οὐδὲ κατ' αὐτὸ τοῦτο ἀνήρ*] Apud Julianum hoc loco lacuna occurrit. Nec lectionem Suidæ satis sanam vel integram esse puto, sed ei mendum aliquod subesse suspicor, quoniam sensum planum frustra quis inde elicere conetur.

5 *Ἐσκιαγραφημένας*] Hæc vox apud Julianum hodie desideratur; quæ proinde ex hoc loco Suidæ ei restituenda est.

6 *Αἴσωπον ἀπὸ δείπνου βαδ.*] Quinque hi senarii Jambici leguntur apud Aristophanem *Vespis* pag. 530. (361. Ed. Bas. P.)

7 *Τὸν Αἴσωπόν φασί τινες τοσ.*] Hæc, & quæ sequuntur, leguntur etiam supra v. *Ἀναβιῶναι*.

8 *Καθάπερ οὖν τὸν Τυνδάρ.*] Vide Apollodorum lib. III. cap. 2. §. 3.

9 *Καὶ Πλάτων φησὶν ὁ κωμικός. Καὶ ν.*] Eundem locum Platonis Comici adducit Scholiasta Aristophanis ad *Aves* pag. 563. Ὁ δὲ Κωμικὸς Πλάτων τὴν ἀναβίωσιν αὐτοῦ φησιν ἐν τοῖς Λάκωσιν οὕτως· Καὶ μὴν ὀμοσόν μοι μὴ τεθνάναι ψυχὴν δ' αὖ ἥκειν ὥσπερ Αἰσώπου ποτέ. Sed tam apud Scholiastam, quam Suidam, locus hic Platonis in mendo cubat, nec metri ratio ei constat, qui sic in integrum restitui potest:

> *Καὶ νῦν ὄμοσόν μοι, μὴ τεθνάναι τὸ σῶμ'. Ἐγώ.*
> *Ψυχὴν δ' ἐπανήκειν ὥσπερ Αἰσώπου ποτέ.*

Vel sic:

> *Καὶ νῦν ὄμοσον τὸ σῶμα μὲν μοι τεθνάναι,*
> *Ψυχὴν δ' ἐπανήκειν ὥσπερ Αἰσώπου ποτέ.*

10 *Αἴσωρ. ὁ ἁγνός*] Scribendum puto, Ἄϊστος. ὁ ἀγνώς. Id est, homo ignotus & obscurus. Lectio enim vulgata meis saltem auribus nova prorsus est & inaudita.

11 *Αἰπεινὴν ἐλάτ.*] Idem fragmentum legitur etiam supra v. *Αἰπεινή*.

12 *Αἰσχίνης*] De eo vide Laertium lib. II. & Meursium in *Bibliotheca Attica*.

13 *Καλλίας*] Quodnam fuerit Dialogi hujus argumentum, docet Athenæus lib. V. cap. ult. pag. 220. Ὁ δὲ Καλλίας αὐτοῦ (Αἰσχίνου) περιέχει τὴν τοῦ Καλλίου πρὸς τὸν πατέρα διαφοράν, καὶ τὴν Προδίκου καὶ Ἀναξαγόρου τῶν σοφιστῶν διαμώκησιν, &c.



Ῥίνων,

Ῥίνων, [1] Ἀσπασία, [2] Ἀξίοχος, [3] Τηλαύγης, Ἀλκιβιάδης, καὶ οἱ καλούμενοι Ἀκέφαλοι, Φαίδων, Πολύαινος, Δράκων, Ἐρυξίας, περὶ ἀρετῆς, Ἐρασίστρατος, [4] Σκυθικοί.

Αἰσχίνης, [5] Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, υἱὸς Ἀτρομήτου καὶ Γλαυκοθέας, μαθητὴς κατὰ τὴν ῥητορικὴν Ἀλκιδάμαντος τοῦ Ἐλεάτου. τινὲς δὲ καὶ δούλους τοὺς γονεῖς αὐτοῦ γεγραφήκασιν. οὗτος ἐπειδὴ συναίρων ἐν δίκῃ τινὶ διέφθειρε τοὺς δικαστάς, ἐμβληθεὶς ἅμα αὐτοῖς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, καὶ κώνειον πιὼν, ἀπέθανε, καὶ τὰ πράγματα αὐτῶν ὡς ἀτέκνων ἐδημοσιώθη. ᾤκησε μέντοι ἐν Ῥόδῳ, καὶ ἐπαίδευσεν, ἡττηθεὶς ὑπὸ Δημοσθένους τὸν περὶ τοῦ στεφάνου ἀγῶνα. πρῶτος δὲ πάντων τὸ θείως λέγειν ἤκουσε, διὰ τὸ σχεδιάζειν, ὡς ἐνθουσιῶν.

Αἰσχίνης, Ἀθηναῖος, Ἀτρομήτου γραμματοδιδασκάλου, καὶ Γλαυκοθέας τῆς τελεστρίας, αὐτὸς ὑποκριτὴς, εἶτα γραμματεὺς, εἶτα ῥήτωρ, προδότης, ὁ Κερσοβλέπτην καὶ Φωκέας προδούς. γραψάμενος δὲ παρανόμων Κτησιφῶντα, στεφανοῦν γράψαντα Δημοσθένην, ἡττήθη, καὶ ἔφυγεν εἰς Ῥόδον, καὶ ἐπαίδευσεν ἐκεῖ.

Αἰσχίνης, ὁ τοῦ Λυσανίου. [6] οὗτος παρὰ Διονύσιον εἰς Σικελίαν ὑπὲρ χρημάτων ᾤχετο. Πλάτων δὲ τρὶς ἀναμετρῆσαι λέγεται τὴν Χάρυβδιν ὑπὲρ πλούτου Σικελικοῦ. Ἀρίστιππος δὲ ὁ Κυρηναῖος, καὶ Ἑλίκων ἐκ Κυζίκου, καὶ [7] Φοίτων, ὅτε ἔφευγε Ῥήγιον, οὕτω τι ἐς τοὺς Διονυσίου κατέδυσαν θησαυροὺς, ὡς μόγις ἀναχεῖν ἐκεῖθεν. καὶ μὴν καὶ τὸν Κνίδιόν φασιν Εὔδοξον ἐς Αἴγυπτόν ποτε ἀφικόμενον, ὑπὲρ χρημάτων τε ὁμολογεῖν ἥκειν, καὶ διαλέγεσθαι τῷ βασιλεῖ ὑπὲρ τούτου. καὶ ἵνα μὴ πλείους διαβάλλω, Σπεύσιππον τὸν Ἀθηναῖον οὕτω τι ἐρασιχρήματον γενέσθαι φασὶν, ὡς ἐπὶ τὸν Κασσάνδρου γάμον ἐς Μακεδόνας κωμάσαι, καὶ ποιήματα ψυχρὰ ξυνθέντα, δημοσίᾳ ταῦθ' ὑπὲρ χρημάτων ᾆσαι.

Αἰσχίους ἄνδρας. ἀμόρφους.

Αἰσχίω. χείρω.

Αἶσχος. ἀτιμία.

Αἰσχρὰ γυνή. ἄμορφος. καὶ αἰσχρὸν, ἐπὶ κακοῦ. Ταῦτα αἰσχρὰ μὲν οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἐγίνωσκον, καὶ τὴν ἀποχώρησιν ὅτι ἐν τῷ παραυτίκα δυσπρεπῆ, ὅτι ἀσφαλῆ ἐς τὰ μέλλοντα.

Αἰσχρίων, [8] Μιτυληναῖος, ἐποποιὸς, ὃς συνεξεδήμει Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλίππου. ἦν δὲ Ἀριστοτέλους

fuisse dicunt. Ejus Dialogi sunt, Miltiades, Callias, Rhinon, Aspasia, Axiochus, Telauges, & Alcibiades. Item illi, qui vocantur Acephali; ut, Phædon, Polyænus, Dracon, Eryxias, De virtute, Erasistratus, Scythici.

Αἰσχίνης. Æschines, Atheniensis, orator, Atrometi & Glaucotheæ filius, in arte dicendi discipulus Alcidamantis Eleatæ: quem nonnulli etiam servis parentibus natum fuisse scripserunt. Hic cum causæ alicujus patrocinio suscepto Judices corrupisset, una cum ipsis in carcerem conjectus, hausta cicuta obiit: eorumque bona publicata sunt, ac si sine liberis obiissent. Rhodi habitavit & docuit, victus a Demosthene in causa de Corona. Primus autem divinitus dicere dictus est, quod tanquam divino numine afflatus ex tempore diceret.

Αἰσχίνης. Æschines, Atheniensis, Atrometi ludimagistri & Leucotheæ sacrificulæ filius, histrio, deinde scriba, postea orator: proditor, qui Cersobleptem, & Phocenses prodidit. Hic cum Ctesiphontem legum violatarum accusasset, quod [aurea] corona donandum Demosthenem decreto suo censuisset, [a Demosthene] victus Rhodum fugit, ibique docuit.

Αἰσχίνης. Æschines, Lysaniæ filius, in Siciliam ad Dionysium pecuniæ causa profectus est. Plato vero Sicularum opum causa Charybdim ter emensus fuisse fertur. Item Aristippus Cyrenæus, & Helicon Cyzicenus, & Phyton, cum Rhegio exularet, ita Dionysii thesauris se immerserunt, ut vix inde emergere possent. Quin etiam Eudoxum Cnidium pecuniæ causa in Ægyptum olim profectum, idque etiam fateri ausum, & cum Rege ea de re collocutum fuisse ferunt. Et ne plures criminer, Speusippum Atheniensem adeo pecuniæ cupidum fuisse dicunt, ut ad Cassandri nuptias in Macedoniam profectus, frigida poemata a se composita pecuniæ causa publice caneret.

Αἰσχίους ἄνδρ. Viros deformes & turpe.

Αἰσχίω. Turpiora. Deteriora.

Αἶσχος. Turpitudo. Ignominia. Dedecus.

Αἰσχρὰ γυνή. Mulier deformis, vel fœda. Et αἰσχρὸν, malum, turpe. *Et amici quidem ejus hæc mala esse norant, & discessum ejus nec in præsens honestum, nec in posterum tutum [fore videbant.]*

Αἰσχρίων. Æschrion, Mitylenæus, poeta Epicus: qui Alexandro Philippi filio itine-

1 Ἀσπασία] Athenæus ibidem: Ἐν δὲ τῇ Ἀσπασίᾳ Ἱππονίκου μὲν τὸν Καλλίου [illegible] (Αἰσχίνης) τὰς δ' ἐκ τῆς Ἰωνίας γυναῖκας συλλήβδην μοιχάδας καὶ κερδαλέας.

2 Ἀξίοχος] Vide Suidam supra v. Ἀξίοχος: itemque Athenæum loco laudato, & Menag. ad Laert. lib. II. segm. LXI.

3 Τηλαύγης] Quodnam fuerit argumentum hujus Dialogi, dodocet Athenæus eodem loco: quem proinde consule.

4 Σκυθικοί] Hunc Dialogum quidam Phædoni olim tribuerunt, teste Laertio in *Phædone*: ubi vide quæ notavit Menagius.

5 Αἰσχίνης, Ἀθην.] De eo præter veteres vide Meursium in *Bibliotheca Attica*.

6 Οὗτος παρὰ Διονύσιον εἰς Σικελίαν ὑπὲρ χρ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, ad verbum descripta sunt ex Philostrato *de Vit. Apoll.* lib. I. cap. XXII.

7 Φοίτων] De hoc Phœtone, vel, ut alii eum vocant, Phytone, vide omnino Diodorum Siculum lib. XIV. cui cum Philostrato (ex quo, ut diximus, locum hunc excerpsit Suidas) non bene convenire videtur.

8 Αἰσχρίων, Μιτυλην.] Vide Jonsium *de Scriptor. Histor. Philos.* lib. II. cap. II. ubi plures Æschriones recenset. Omisit autem Æschrionem Grammaticum, cujus mentionem facit Eustathius ad Il. A. pag. 841. 24.

γνώριμος

γνώριμος καὶ ἐρώμενος, ὡς Νίκανδρος ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀριστοτέλους μαθητῶν.

Αἰσχρόν. [1] Σοφοκλῆς·
Αἰσχρὸν γάρ ἐστι τοῦ μακροῦ χρῄζειν βίου
Κακοῖσιν ὅστις μηδὲν ἐξαλλάσσεται.
Τουτέστιν, ὅστις ἀεὶ ἐν κακοῖς ἐξετάζεται.

Αἰσχροῦ [2] εἴδη δʹ. Ἄδικον, δειλὸν, ἄκοσμον, ἄμορφον.

Αἰσχύλος, Ἀθηναῖος, τραγικός, [3] υἱὸς μὲν Εὐφορίωνος, ἀδελφὸς δὲ Ἀμεινίου, Εὐφορίωνος, καὶ Κυναιγείρου, τῶν εἰς Μαραθῶνα ἀριστευσάντων ἅμα αὐτῷ. ἔσχε δὲ καὶ υἱοὺς τραγικοὺς δύο, Εὐφορίωνα καὶ [4] Βίωνα. ἠγωνίζετο δὲ αὐτὸς ἐν [5] τῇ θʹ Ὀλυμπιάδι, ἐτῶν ὢν κεʹ. οὗτος πρῶτος εὗρε προσωπεῖα δεινὰ καὶ [6] χρώμασι κεχρισμένα ἔχειν τοὺς τραγικοὺς, καὶ ταῖς ἀρβύλαις τοῖς καλουμένοις ἐμβάταις κεχρῆσθαι. ἔγραψε δὲ ἐλεγεῖα, καὶ [7] τραγῳδίας ἐνενήκοντα. νίκας δὲ εἷλεν κηʹ. οἱ δὲ, τρισκαίδεκά φασι. φυγὼν δὲ ἐπὶ Σικελίαν, διὰ τὸ πεσεῖν τὰ ἴκρια ἐπιδεικνυμένου αὐτοῦ, χελώνης ἐπιρριφείσης αὐτῷ ὑπὸ ἀετοῦ φέροντος κατὰ τῆς κεφαλῆς, ἀπώλετο, ἐτῶν νηʹ γενόμενος.

Αἰσχύνει. αἰκίζεται. λυμαίνεται. αἶσχος περιτίθησιν.

Αἰσχύνη πόλεως, πολίτου ἁμαρτία.

Αἰσχύνομαι. αἰτιατικῇ. καί,
Αἰσχύνομαί [8] τοι ταῖς προτέραις ἁμαρτίαις.

Αἴτημα. ἡ ἐπιθυμία. Δαβίδ· Καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς τὸ αἴτημα αὐτῶν.

Αἰτήσασθαι. [9] τὸ χρήσασθαι. [10] Ἀνδρὸς τίτθη, ἐὰν ἄν τις ὑμῶν παιδίον ᾐτήσατο, ἢ κέχρηκεν ἄνδρες γλυκύτατοι. Μένανδρος Ὑμνίδι·
Οὐ [11] πῦρ γὰρ αἰτῶν, οὐδὲ λοπάδ' αἰτούμενος.

Αἴτησις. παρὰ Ἀριστοτέλει αἴτησίς ἐστι τοῦ ἐναντίου ἡ ἐν λόγοις παραγωγή, τὸ λαμβάνειν τι παρὰ τοῦ ἀποκρινομένου, καὶ μετὰ ταῦτα πειρᾶσθαι τὸ ἀντικείμενον αὐτῷ παρ' αὐτοῦ λαμβάνειν, καὶ διὰ τούτου τοῦ τρόπου δεῖξαι τὴν ἐναντιολογίαν τῶν ἀποκρίσεων.

ris comes fuit. Eundem Aristotelis discipulum & amasium fuisse scribit Nicander in libro de Aristotelis discipulis.

Αἰσχρόν. Turpe. Sophocles: *Turpe enim est, longæ cupidum esse vitæ, cum quis malis semper vexatur.* Vel, cum quis cum malis semper conflictatur.

Αἰσχροῦ εἴδη δʹ. Turpitudinis species sunt quatuor: Injuria, ignavia, immodestia, deformitas.

Αἰσχύλος. Æschylus, Atheniensis, Tragicus, Euphorionis filius, & frater Aminiæ, Euphorionis, & Cynægiri, qui una cum ipso in pugna Marathonia fortiter dimicarunt. Filios habuit duos Tragicos, Euphorionem & Bionem. Certavit Olympiade IX, natus annos XLV. Primus auctor fuit, ut Tragici personis terribilibus & pictis, arbylisque calceis ita vocatis, uterentur. Scripsit Elegias & Tragœdias XC. Vicit octies & vicies: vel, ut alii, decies ter. Cum autem in Siciliam fugisset, quod eo tragœdiam agente tabulata theatri cecidissent, testudine ab aquila in caput ejus dejecta obiit, anno ætatis LVIII.

Αἰσχύνει. Male tractat. Lædit. Dedecore & ignominia afficit.

Αἰσχύνη πόλ. Peccatum civis est civitatis dedecus.

Αἰσχύνομαι. Pudore afficior. Erubesco. Accusativo jungitur. [Item dativo. Ut,] *Priorum peccatorum me pudet.*

Αἴτημα. Petitio. Quod petitur. Quod desideratur. David: *Et dedit eis id, quod cupiebant.*

Αἰτήσασθαι. Utendum rogasse. Commodato accepisse. Menander *Nutrice*: *Si quis vestrum, viri suavissimi, puerum utendum rogaverit, vel commodaverit.* Idem *Hymnide*: *Neque enim ignem [ab aliquo] petens, neque patinam commodato accipiens.*

Αἴτησις. Petitio. Apud Aristotelem αἴτησις est contrarii in disputationibus productio. Quod fit, quum aliquid a respondente accipimus, & postea conamur id, quod est ipsi contrarium, ab ipso accipere, atque hoc modo responsionum contradictionem demonstramus. *Port.*

1 Σοφοκλῆς] *Ajace* pag. 28. ut Portus monuit.

2 Αἰσχροῦ εἴδη δʹ. ἄδικον, δειλ.] Hæc sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Sophoclis.

3 Υἱὸς μὲν Εὐφορίωνος, ἀδελφὸς δὲ Ἀμεινίου, Εὐφορ. καὶ Κυν.] Locum hunc ex 2 MSS. Paris. supplevi, qui in prioribus Editt. mutilus sic legitur: Υἱὸς μὲν Εὐφορίωνος καὶ Κυναιγείρου. τῶν &c. Confer vitam Æschyli, ab Anonymo conscriptam quæ operibus ejus præfixa est.

4 Βίωνα] Sic excusi omnes. At in 2 MSS. Paris. exaratum est, Εὐαίωνα; & in tertio, Εὐαίωνα.

5 Ἐν τῇ θʹ Ὀλυμπ.] In numero hic erratum esse, vel pueri videant. Quis enim nescit, Æschylum diu post Olymp. IX. vixisse? Quare vel dicendum est, excidisse hic numerum majorem, qui præcedebat minorem, scribique debere. ἐν τῇ ξθʹ Ὀλυμπιάδι; quæ est sententia Casauboni in libello *de Satyrica Poesi* lib. I. cap. V. Vel simpliciter dici potest, numerum esse corruptum, & pro θʹ reponendum esse οʹ, i. e. LXX: ut censent Meursius *de Archont.* lib. II. cap. 2. & Sam. Petitus *Misecllan.* lib. III. cap. XIV.

6 Χρώμασι] Vocem hanc ex 2 MSS. Paris. revocavi, quæ in prioribus Editt. deest.

7 Τραγῳδίας ἐνεν.] De fabulis Æschyli singularem libellum conscripsit Meursius, quem consule. Confer etiam Stanlejum ad Vitam Æschyli ab Anonymo conscriptam.

8 Αἰσχύνομαί τοι ταῖς πρ.] Senarius hic, legitur apud Aristophanem *Equit.* pag. 363. (257. Ed. Bas. P.)

9 Αἰτήσασθαι. τὸ χρήσ.] Ut locum hunc recte intelligas, videndus est Noster paulo post v. Αἰτούμενος. Huc adde Ammonium: Αἰτεῖν καὶ αἰτεῖσθαι διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ αἰτεῖν, ἐπὶ τοῦ ἅπαξ τι λαβεῖν, καὶ μὴ ἀποδοῦναι. τὸ δὲ αἰτεῖσθαι, ἐπὶ τοῦ χρήσασθαι εἰς ἀπόδοσιν. Μένανδρος ἐν τῷ Ὑμνίδι διαστέλλει·
Οὐ πῦρ γὰρ αἰτῶν, οὐδὲ λοπάδ' αἰτούμενος.
Sic enim versus iste legendus est. Confer etiam Harpocrationem v. Ἠτησάμην.

10 Ἀνδρὸς τίτθη] Sic habent libri tam scripti quam excusi: sed pessime. Scribendum enim est, Μένανδρος Τίτθῃ; i. e. Menander in fabula, Τίτθη vel *Nutrix* vocata: quomodo locum hunc emendandum esse jam ante etiam recte monuerunt Meursius in *Bibliotheca Attica*, & Valesius in notas Maussaci ad Harpocrationem v. Ἠτησάμην.

11 Οὐ πῦρ γὰρ αἰτῶν, οὐδὲ λοπ.] Fragmentum hoc Menandri citat etiam Ammonius loco laudato; itemque Harpocratio v. Ἠτησάμην, & Suidas paulo post v. Αἰτούμενος.

Αἰτήσιος,

Αἰτήσιος. ὁ αἰτῶν.

Αἰτηταί. οἱ παρά τινος τι αἰτοῦντες. Οἱ δὲ Ῥόδιοι τῷ Περσεῖ οὐκ αἰτηταὶ τῆς εἰρήνης μᾶλλον, ἢ δόται ὄντες, ὑπερήφανα τοῖς Ῥωμαίοις διελέχθησαν.

Αἰτία. ἡ παραιτία.

Αἰτίζων. ποιητικῶς.

Αἰτίζων[1] ἀκόλους, οὐκ ἄορας, οὐδὲ λέβητας.

Αἴτιον. τετραχῶς τὰ αἴτια· ὡς ὕλη, ὡς εἶδος, ὡς τέλος, ὡς ποιητικόν. καὶ τῶν αἰτίων τὰ μὲν, προκαταρκτικά· τὰ δὲ, συνεργά, ἢ συναίτια· τὰ δὲ, τελικά.

Αἰτιῶδες[2] ψεῦδος. ἤτοι, ὃ ἀπὸ ψεύδους ἄρχεται, ἢ μὴ εἰς ἀκόλουθον λήγει, ἢ ἔχει τὴν λῆξιν τὸ ἀρχόμενον[3] ἀνακόλουθον. οἷον, διότι νὺξ ἐστι, Δίων περιπατεῖ.

Αἰτιῶμαι. δοτικῇ. Τί ἡμῖν αἰτιᾷ, ὡς αἰτίοις; Αἰτιατικῇ δέ· Εἰ μὴ καὶ τὸν ἰατρὸν αἰτιῷτό τις.

Αἰτναία πῶλος. ἡ μεγάλη.[4] Αἰτναίας ἐπὶ πώλου βεβῶσαν.

Αἰτναῖον πῦρ. τὸ Σικελικὸν πῦρ, ἐκ τοῦ ὄρους τοῦ λεγομένου Αἴτνα.

Αἴτνη. ὄρος Σικελίας.

Αἰτναῖος[5] κάνθαρος. ὁ μέγας. διὸ καὶ τὸ ὄρος μέγα. † [6]Ἀρισταῖον μόνον τὸν γίγαντα περισωθῆναί φασι, καὶ οὔτε πῦρ οὐράνιον ἐπ' αὐτὸν ἦλθεν, οὔτε Αἴτνη πιέζει αὐτόν.

Αἰτούμενος.[7] κιχράμενος. Μένανδρος Ὑμνίδι·

Οὐ πῦρ γὰρ αἰτῶν, ἀλλὰ λοπάδ' αἰτούμενος.

τὸ μὲν αἰτῶν, εἰσαεὶ ἔχειν· τὸ δὲ αἰτούμενος, λαβὼν, καὶ αὖθις ἀποδοῦναι.

Αἰτωλία. χώρα. Αἰτωλὸς, ὁ ἀπὸ Αἰτωλίας.

Αἱ [8] Οἰδίποδος ἀραί. ἐπὶ τῶν μεγάλως δυστυχούντων.

Αἴφνης. ἐξαίφνης.

Αἰφνίδιον. αἰφνιδίως.

Αἱ Χάριτες γυμναί. δεῖ ἀφελῶς καὶ φανερῶς χαρίζεσθαι. ἢ ὅτι οἱ ἀχάριστοι τὸν ἑαυτῶν κόσμον περιῄρηνται.

Αἰχμάσουσι. δορατομαχήσουσιν.

Αἰχμή. ἡ ἐπιδορατίς. ὁ σίδηρος τοῦ δόρατος.

Αἰχμητής. πολεμικός.

Αἶψα. θᾶττον.

Αἰτήσιος. Qui petit.

Αἰτηταί. Qui aliquid ab aliquo petunt. *Rhodii vero, qui pacem a Perseo non tam petebant, quam ei dabant, superbe cum Romanis egerunt.*

Αἰτία. Causa.

Αἰτίζων. Poetice, [pro αἰτῶν.] Petens. Mendicans. *Mendicans panis frustula, non enses, nec lebetes.*

Αἴτιον. Causa. Quatuor sunt causæ, materia, forma, finis, efficiens. Et causarum aliæ sunt procatarcticæ; aliæ, adjuvantes; aliæ vero finales.

Αἰτιῶδες ψεῦδος. Falsum causale. Id est, quod a falso incipit; vel, quod definit in id, quod non est consequens; vel, quod habet initium fini non respondens. Ut, Quia nox est, Dion deambulat.

Αἰτιῶμαι. Dativo jungitur. Accuso. Criminor. *Quid nos accusas, ut [harum rerum] auctores?* Item accusativo. *Nisi quis etiam ipsum medicum accuset.*

Αἰτναία πῶλος. Ætnæa equa. Id est, magna. [Sophocles:] *Equa Ætnæa vectam.*

Αἰτναῖον πῦρ. Ignis, quem Ætna, mons in Sicilia, eructat.

Αἴτνη. Ætna, Siciliæ mons.

Αἰτναῖος κάνθαρος. Scarabæus Ætnæus. Id est, magnus. Nam Ætna est mons ingens. † *Aristæum Gigantem solum evasisse salvum ferunt: eumque nec ignis cœlestis feriit, nec Ætna pondere suo premit.*

Αἰτούμενος. Utendum rogans. Vel, utendum accipiens. Menander in *Hymnide: Non enim ignem petens, sed patinam utendam rogans.* Et quidem αἰτῶν dicitur de eo, qui, quod ab altero accepit, id semper retinet: αἰτούμενος vero de eo, qui rem commodato ab altero accipit.

Αἰτωλία. Ætolia. Regio. Et Αἰτωλὸς, Ætolus.

Αἱ Οἰδίπ. Oedipis imprecationes. Dicitur de hominibus valde infelicibus.

Αἴφνης. Idem ac ἐξαίφνης. Repente. Statim.

Αἰφνίδιον, & αἰφνιδίως. Repente. Statim.

Αἱ Χάριτες γυμναί. Gratiæ nudæ. Simpliciter enim & aperto animo aliis gratificari oportet. Vel, quia ingrati ornamento suo spoliati sunt.

Αἰχμάσουσι. Hasta pugnabunt.

Αἰχμή. Hastæ cuspis. Hastæ mucro.

Αἰχμητής. Bellicosus. Bellator.

Αἶψα. Celeriter. Confestim. [In Epigram-

1 Αἰτίζων ἀκόλους, οὐκ ἄορας. οὐδὲ λέβ.] Est versus Homericus Odyss. P. v. 222.

2 Αἰτιῶδες ψεῦδος. ἤτοι, ὃ ἀπὸ ψ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Laertii lib. VII. segm. LXXIV.

3 Ἀνακόλουθον] Sic recte Laertius. At priores Editt. male ἀκόλουθον.

4 Αἰτναίας ἐπὶ πώλου βεβ.] Sophocles *Oedip. Colon.*

——————Γυναῖχ' ὁρῶ
Στείχουσαν ἡμῖν ἆσσον, Αἰτναίας ἐπὶ
Πώλου βεβῶσαν.

Hinc Suidæ verba deprompta sunt, ut Portus etiam monuit.

5 Αἰτναῖος κάνθαρος. ὁ μ.] Hæc nota referenda est ad locum illum Aristophanis *Pace* pag. 629. (436. Ed. Bas. *P.*)

Εἰσήγαγ' Αἰτναῖον μέγιστον κάνθαρον

Vide ibi Scholiastam.

6 Ἀρισταῖον μόνον τὸν γίγ.] Fragmentum hoc legitur etiam supra v. Ἀρισταῖος.

7 Αἰτούμενος. κιχρ.] Vide quæ diximus paulo ante ad v. Αἰτήσασθαι. Iis adde Tzetzem Chil. XII. cap. CD.

8 Αἱ Οἰδίποδος ἀρ.] Locum hunc fide 2 MSS. Paris. suppleri & a capite reposui, qui in prioribus Editt. omissa vocula αἱ, male cum præcedentibus cohæret.

Λάζεο,[1] τιμήεσσα Κυθηρειάς, ὑμνοπόλοιο
Αἶψα τάδε κλυτὰ δῶρα Λεωνίδεω.

Αἶψα. ἀντὶ τοῦ ταχέως. καὶ [2] Ὅμηρος·
Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσιν.

Αἰψηρήν. ἀντὶ τοῦ αἰψηρῶς, ταχέως. [3] Λῦσαν δ' ἀγορὴν αἰψηρήν. οὐκ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς. καὶ αἰψηρός, ὁ ταχύς. ἀπὸ τοῦ ψαίρειν, ὃ σημαίνει, ταχύνειν.

mate:] *Accipe cito, veneranda Venus, insignia hæc dona poetæ Leonidæ.*

Αἶψα. Confestim. Celeriter. Et Homerus: *Celeriter enim in miseriis mortales consenescunt.*

Αἰψηρήν. Pro αἰψηρῶς. Celeriter. Cito. *Concionem autem cito dimiserunt.* Hic τὸ αἰψηρήν non est epithetum vocis ἀγορήν: [sed adverbialiter accipitur.] Et αἰψηρός, velox. A ψαίρειν, quod accelerare significat.

## E A.

Ἔα. [4] συγχώρει.
Ἐάγη. ἐθραύσθη. ἐκλάσθη.
Ἔα δή. ἄγε δή.
Ἑαδότα. ἀρέσκοντα. [5] Ἡρόδοτος· Τοῖσι δὲ ἕαδε μὲν βοηθέειν, ἀδύνατα δέ σφι ἦν.

Ἐακότες. παρῃτημένοι. ἀποπεπαυκότες.

Ἐάλη.[6] συνεστράφη. παρὰ τὸ ἀλῶ, τὸ ἐκκλίνω, καὶ πλανῶ.
Ἑάλω. ἥλω. ἐκρατήθη. ἑάλωκεν, ἐλήφθη.

Ἑανόν.[7] τὸ λεπτόν, καὶ ποικίλον.

Ἑανῷ[8] λιτί. οὕτω κέκληκε τὸ λεπτόν. καὶ αὖθις·
Ἁ [9] μεγάλα δ' Αἴγυπτος ἑανῷ διάψαιτο χαίται.

Ἔαρ. εὐκρασία τοῦ ἀέρος. ὥρα τοῦ ἔτους, κατὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς τοῦ ἡλίου πορείαν. κλίνεται δὲ ἔαρος, καὶ κρᾶσει, ἦρος. καὶ ἡ δοτικὴ ἔαρι, καὶ κρᾶσει, ἦρι. ἔαρ λέγεται καὶ τὸ αἷμα, διὰ τὸ ἐν τῷ ἔαρι πλεονάζειν.
——— Ἧχι [10] κονίστραι
Ἄξεινοι λύθρῳ τε καὶ εἴαρι πεπλήθασι.

Ἔαρος δεῖται. ἐπειδὴ παλαιὸν χιτῶνα ἔχει. καὶ Ἀριστοφάνης·[11]
Δεῖσθαι δ' ἔοικεν οὐκ ὀλίγων χελιδόνων.
μία γὰρ χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ.
Ἐαρινός. ὁ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ ἔαρος.
Ἕαται. Ἰωνικῶς. καὶ πλεονασμῷ, εἴαται.

Ἑαυτῷ. ἐπὶ γ' προσώπου. οἱ Ἀττικοὶ δὲ καὶ ἐπὶ β' προσώπου κέχρηνται.

Ἑαυτούς. ἀντὶ τοῦ ἀλλήλους οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν.

Ἑάφθη. ἐπηκολούθησεν. ἕπω, ἕψω, ἧφα, ἧμμαι, ἥφθην, καὶ ἐν διαλύσει, ἑάφθην. τὸ τρίτον, ἑάφθη.

## E A.

Ἔα. Sine. Concede. Permitte.
Ἐάγη. Ruptus est. Fractus est.
Ἔα δή. Age igitur.
Ἑαδότα. Placentia. Grata. Herodotus: *Illis quidem placuit opem ferre [Atheniensibus,] sed in præsentia id facere illis non licebat.*
Ἐακότες. Qui recusarunt. Qui cessarunt, vel siverunt.
Ἐάλη. Convolutum est. Contortum est. Ab ἀλῶ, declino, vito, erro.
Ἑάλω. Captus est. Comprehensus est. Et ἑάλωκεν, idem.
Ἑανόν. Tenue, simplex, nec coloribus variis distinctum.
Ἑανῷ λιτί. Tenui velo, vel peplo. Et iterum: *Magna vero Ægyptus suam vulsit & laceravit comam.*
Ἔαρ. Ver. Sive tempus anni, quo Sol ad nos accedit. Declinatur ἔαρος, & per crasin, ἦρος. Et dativus ἔαρι, & per crasin ἦρι. Ἔαρ etiam dicitur sanguis, quod vere corpus nostrum eo abundet. *Ubi palæstræ inhospitales cruore & sanguine repletæ sunt.*

Ἔαρος δεῖται. Veris indiget. Veterem enim & attritam tunicam habet. Et Aristophanes: *Non paucis vero hirundinibus indigere videtur.* Una enim hirundo non facit ver.
Ἐαρινός. Vernus. Qui est veris tempore.
Ἕαται. Sedent. Ionice, [pro ἧνται.] Et per pleonasmum inserto ι, εἴαται.
Ἑαυτῷ. Sibi. De tertia persona dicitur. Attici vero etiam de secunda persona vocem illam usurpant.
Ἑαυτούς. Apud Atticos significat ἀλλήλους, i. e. se invicem.
Ἑάφθη. Sequutus est. Ab ἕπω fit ἕψω, ἧφα, ἧμμαι, ἥφθην, & per dissolutionem ἑάφθην, & in tertia persona, ἑάφθη.

1 Λάζεο, τιμήεσσα Κυθηρ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis, quod integrum legitur Anthol. lib. VI. cap. VII. pag. 555.
2 Ὅμηρος] Odyss. Τ. v. 360.
3 Λῦσαν δ' ἀγορὴν αἰψ.] Homerus Odyss. Β. v. 257.
4 Συγχώρει] In Cod. MS. qui est Antwerpiæ, post hanc vocem additur, ἄφες. ἢ σχετλιαστικὸν ἐπίρρημα.
5 Ἡρόδοτος] Lib. VI. pag. 233. ut Portus monuit.
6 Ἐάλη. συνεστράφη. παρὰ τ.] Articulus hic deest in Cod. MS. Antwerpiensi.
7 Τὸ λεπτὸν καὶ ποικ.] Scribe & supple, τὸ λεπτὸν ἢ ἀποίκιλον ὕφασμα. Vide Scholiastam Homeri ad Il. Σ. v. 352.
8 Ἑανῷ λιτί] Homerus Il. Σ. v. 352.
Ἐν λεχέεσσι δὲ θέντες ἑανῷ λιτὶ κάλυψαν.
Scholiasta ad eum locum: Ἑανῷ. λεπτῷ πέπλῳ. παρὰ τὸ ἐννύναι. Hinc & apud Suidam hic scribendum est, οὕτω κέκληκεν Ὅμηρος τὸ λεπτὸν πέπλον.
9 Ἁ μεγάλα δ' Αἴγυπτος ἑανῷ δ.] Fragmentum hoc haud leviter corruptum est, quod sic emendari debet:
Ἁ μεγάλα δ' Αἴγυπτος ἑὰν διελέψατο χαίταν.
Vide nos supra ad v. Διέψατο, ubi rationem hujus emendationis reddimus, & simul Lectorem docemus, unde Suidas locum hunc deprompserit.
10 Ἧχι κονίστραι ἄξεινοι λ.] Idem fragmentum poetæ anonymi citat etiam Eustathius ad Odyss. Σ. pag. 1851. 44.
11 Ἀριστοφάνης] *Avibus* pag. 607. (422. Ed. Bas. P.)



Digitized by Google

Ἔβα με. κατέλαβέ με. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις[1]

Τί λοιπόν ἔβα με μετὰ τὸν Πασίαν;

Ἐβαρύνετο. ἐχαλέπαινεν. οὐ δεῖ γὰρ λέγειν ἐβαρεῖτο, ἢ βαρεῖμαι, ἢ βαρούμενος, οὐδὲ ἄλλην τινὰ κλίσιν ποιεῖσθαι τοῦ βαρεῖμαι ῥήματος· ἀλλὰ βαρύνομαι καὶ βαρυνόμενος. Ὁρῶν δὲ τοῦτο βαρυνομένην τὴν σύγκλητον.

Ἐβαρυώπησαν. βαρεῖς ἔσχον τοὺς ὀφθαλμούς.

Ἔβασον.[2] ἔασον.

Ἐβάστασεν.[3] ἀντὶ τοῦ ἐδοκίμασεν. Πάσας δ' ἰδέας ἐξήτασε, πάντα δ' ἐβάστασε φρενὶ, πυκινῶς τε καὶ ποικίλως τοὺς λόγους ἀνεῦρεν.

Ἐβδελύχθησαν. ἀπερρίφησαν.

Ἐβδομάτη. ἑβδόμη.

Ἑβδομαῖος. ἕβδομος.

Ἑβδομευόμενα.[4] τοῖς ἀπογενηθεῖσι παιδίοις τὰς ἑβδομάδας καὶ τὰς δεκάτας ἦγον, καὶ τὰ γε ὀνόματα ἐτίθεντο αὐτοῖς, οἱ μὲν, τῇ ἑβδόμῃ, οἱ δὲ, τῇ δεκάτῃ. † [5]Ἐπὶ ἓξ σελήναις βοῦν ἕβδομον ἔπεττον, κέρατα ἔχοντα κατὰ μίμησιν τῆς πρωτοφαοῦς σελήνης· Ἕβδομον οὖν βοῦν, ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων.

Τὸν ἕβδομον βοῦν ἡ σοφὴ παροιμία.

Ἔβενος. τὸ μέλαν ξύλον. καὶ ἔβελος, ὁμοίως.

Ἐβιάζοντο. καὶ ἐπὶ τοῦ πάσχοντος Θουκυδίδης.

Ἐβίσκος. κατὰ ἰατροὺς ἡ μαλάχη, ἡ καὶ ἀλθαία λεγομένη.

Ἐβληχῶντο. ἐπὶ τῶν προβάτων.

Ἐβόησεν. ἐφώνησεν.

Ἐβόμβησεν. ἤχησεν.

Ἐβόων. ἔκραζον. καὶ ἔβωσεν. ἔκραγεν. ἔκραξεν.

Ἐβουλιμίασαν. λίαν ἐπείνασαν. καὶ ἴσθι ἐν τῷ Βουλιμιᾷν.

Ἐβραγχίασε. κεκοπίακεν. ἐβρόντησεν.

Ἔβρασεν. ἐκ τῆς θαλάσσης εἰς τὴν γῆν ἔρριψεν.

Μυριόπουν[6] σκολόπενδραν ὑπ' Ὠρίωνι κυκηθεὶς

Πόντος Ἰαπύγων ἔβρασ' ἐπὶ σκοπέλους.

Ἑβραῖοι. ἀπὸ Ἔβερ υἱοῦ Σάλα, ὃς ἐμέρισε τοῖς ἔθνεσι τὴν γῆν, τοὺς προσοίκους ὀνομάσας Ἑβραίους. οὗτος οὐ συνεπόνησε τοῖς πυργοποιοῖς, καὶ διέμεινεν ἡ διάλεκτος αὐτοῦ ἀμετάβλητος.

Ἐβρόμησεν. ἤχησεν.

Ἐβρόντησεν. ἤχησεν.

Ἔβα με. Invasit me. Comprehendit me. Aristophanes *Nubibus*: *Quod debitum mihi restat post Pasiam.*

Ἐβαρύνετο. Gravabatur. Sic enim dicere oportet, non ἐβαρεῖτο, vel βαρεῖμαι, vel βαρούμενος, nec ulla inflexione uti, a verbo βαρεῖμαι deducta: sed dicendum est βαρύνομαι, & βαρυνόμενος, &c. *Videns autem Senatum hoc graviter ferentem.*

Ἐβαρυώπησαν. Graves oculos habuerunt.

Ἔβασον. Pro ἔασον. Sine.

Ἐβάστασεν. Examinavit. Exploravit. *Omnes vero formas examinavit, omniaque prudenter mente perpendit, multasque & varias rationes excogitavit*

Ἐβδελύχθησαν. Tanquam abominanda rejecta sunt.

Ἐβδομάτη. Idem quod ἑβδόμη. Septima.

Ἑβδομαῖος. Septimus.

Ἑβδομευόμενα. Celebratio diei septimi. Septimos enim & decimos a nativitate infantū dies veteres celebrabant, nominaque eis imponebant, alii septimo, alii vero decimo die. † Post sex lunas bovem septimum pinsebant, habentem cornua ad imitationem lunæ primum apparere incipientis. Septimus igitur bos proverbii loco dicebatur de hominibus stupidis. *Septimum bovem sapiens proverbium* [*celebrat.*]

Ἔβενος. Ebenus. Lignum nigrum. Et ἔβελος, pariter.

Ἐβιάζοντο. Apud Thucydidem passive accipitur. Vim patiebantur.

Ἐβίσκος. Sic a medicis vocatur malva, quæ & althæa dicitur.

Ἐβληχῶντο. Balabant. De ovibus dicitur.

Ἐβόησεν. Vociferatus est.

Ἐβόμβησεν. Bombum edidit. Sonum edidit.

Ἐβόων. Clamabant. Et ἔβωσεν, [pro ἐβόησεν,] clamavit, vociferatus est.

Ἐβουλιμίασαν. Valde esurierunt. Gravi fame laborarunt. Vide in v. Βουλιμιᾷν.

Ἐβραγχίασε. Laboravit. Intonuit.

Ἔβρασεν. Ex mari in terram ejecit. [In Epigrammate:] *Multos pedes habentem scolopendram ab Orione turbatus pontus Iapygum ejecit in scopulos.*

Ἑβραῖοι. Hebræi, sic dicti ab Hebero, filio Salæ, qui terram gentibus distribuit, & accolas vocavit Hebræos. Hic turris conditores non adjuvit, & ideo lingua ejus confusionis & mutationis expers permansit.

Ἐβρόμησεν. Strepitum edidit. Insonuit.

Ἐβρόντησεν. Intonuit. Fragorem edidit.

1 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 124. (60. Ed. Bas. P.)
2 Ἔβασον. ἔασον] Vide supra v. Δαρεικός.
3 Ἐβάστασεν. ἀντὶ τοῦ ἐδοκ.] Vide supra v. Βαστάσας.
4 Ἑβδομευόμενα. τοῖς ἀπογ.——οἱ δὲ τῇ δεκάτῃ] Ex Harpocratione: ad quem vide Maussacum. Confer etiam Nostrum supra v. Ἀμφιδρομία, & v. Δεκατεύειν.
5 Ἐπὶ ἓξ σελήναις βοῦν κτλ.] Vide supra v. Βοῦς ἕβδομος.
6 Μυριόπουν σκολόπενδραν ὑπ' Ὠρ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis, quod ex cod. MS. Anthologiæ ineditæ integrum hic cum Lectore communicabo. Θεοδωρίδα εἰς σκολόπενδραν.

Μυριόπουν σκολόπενδραν ὑπ' Ὠρίωνι κυκηθεὶς

Πόντος Ἰαπύγων ἔβρασ' ἐπὶ σκοπέλους,

Καὶ τόδ' ἀπὸ βλοσυροῦ σπλάγχνου μέγα τέλσον ἀνῆψαν

Δαίμοσι, βυθοφόρτων ναύταις εἰκοσόρων.

In Pentametro primo pro Ἰαπύγων metri gratia scribendum existimem Ἰαπυγίας. Syllaba enim tertia in Ἰαπύγων brevis est. Vide præterea Suidam supra v. Βυθοφόρτων, & infra v. Κυκῶ, ubi itidem fragmenta Epigrammatis hujus adducuntur.

Ἕβρος, ποταμὸς Θρᾴκης, τὰ ῥεύματα ἔχων ἐκ Ῥοδόπης τοῦ Θρᾳκικοῦ ὄρους.

Ἐβρυάζοντο. εὐφραίνοντο.

Ἐβύουν.[1] ἐπλήρουν. ἔφραττον. [2]Ἀριστοφάνης· Χρυσίῳ τούτων ἐβύουν τὸ στόμα. τουτέστι, τῶν ῥητόρων.

Ἐγανώθην.[3] ἐχάρην. εὐφράνθην. ἀπὸ τοῦ γάνυμαι. Ὅμηρος· Γάνυται δέ τε φρένα ποιμήν. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν λαμπρυνομένων χαλκωμάτων.

Ἐγγαστρίμυθος. ἐγγαστρίμαντις· ὃν νῦν τινες πύθωνα. Σοφοκλῆς δὲ στερνόμαντιν. Πλάτων ὁ φιλόσοφος [4]Εὐρυκλέα· ἀπὸ Εὐρυκλέους τοιούτου μάντεως. Ἀριστοφάνης Σφηξί·

Μιμησάμενος τὴν Εὐρυκλέους μαντείαν καὶ διάνοιαν.

Φιλόχορος δ' ἐν γ' περὶ μαντικῆς, καὶ γυναῖκας ἐγγαστριμύθους. αὗται τὰς τῶν τεθνηκότων ψυχὰς ἐξεκαλοῦντο. μιᾷ δὲ αὐτῶν ἐχρήσατο Σαοὺλ, ἥτις ἐξεκαλέσατο τὴν ψυχὴν Σαμουὴλ τοῦ προφήτου.

Ἐγεγήθει. ἔχαιρεν.

Ἐγγελῴη. γελάσοι.

Ἐγένετο. ἐγεγόνει. Ἐγεγώνει δὲ, διὰ τοῦ ω μεγάλου, ἀντὶ τοῦ ἐβόησεν.

Ἐγένετο καὶ Μάνδρωνι συκίνη ναῦς. λέγεται ἐπὶ τῶν παρ' ἐλπίδα καὶ παρ' ἀξίαν εὐτυχησάντων, εἶτα θρυπτομένων ἐπὶ τοῖς παροῦσι. ὁ γὰρ [5]Μάνδρων παρ' Ἀθηναίοις ναύαρχος ᾑρέθη, ἀνάξιος ὢν τῆς ἀρχῆς. ἡ δὲ συκίνη ναῦς τὸ εὐτελὲς δηλοῖ.

Ἐγενήθη. ἐπὶ τῆς ποιήσεως, δι' ἑνὸς ν. ἐπὶ δὲ τῆς γεννήσεως, διὰ δύο. καὶ Δαβίδ· Ἐγενήθη τὰ δάκρυά μου ἐμοὶ ἄρτος. τουτέστιν, οἱονεί τινα τροφὴν ποιοῦμαι τὰ δάκρυα.

Ἔγγεον.[6] τὸ ἀσφαλές.

Ἔγεστα.[7] πολεμικὸν μηχάνημα, ἐκ λίθων καὶ ξύλων καὶ χοὸς ἐγειρόμενον.[8] τοῦτο δὲ οἱ ἐργαζόμενοι περικάλυμμα τιθέασιν ἐξ αἰγείων τειχῶν, τῶν λεγομένων κιλικίων· ἃ δὴ πάχους τε καὶ μήκους διαρκοῦς ἔχοντα ἀναρτήσαντες ἐκ ξύλων μακρῶν, ἐπίπροσθεν ἐτίθεντο. ἐνταῦθα γὰρ οὔτε πυρφόροι οἰστοὶ, οὔτε ἄλλα βέλη ἐξικνεῖσθαι εἶχεν, ἀλλ' αὐτοῦ ἐπὶ τῶν περικαλυμμάτων ἔμενεν. οἱ δὲ διὰ τοῦ α, ἄγεστά φασι τὸ τοιοῦτον μηχάνημα.

Ἐγεύσαντο. Καὶ πού τινες ἀλλήλων ἐγεύσαντο. ἀν-

Ἕβρος. Hebrus, Thraciæ fluvius, qui ex Rhodope monte Thraciæ oritur.

Ἐβρυάζοντο. Delectabantur. Voluptate afficiebantur.

Ἐβύουν. Replebant. Obturabant. Aristophanes: *Auro illorum obturabant os.* Hoc est, oratorum.

Ἐγανώθην. Gavisus sum. Lætatus sum. A γάνυμαι. Homerus: *Lætatur autem animo pastor.* Metaphora ducta est ab æreis vasis, quæ splendent & nitent.

Ἐγγαστρίμυθος. Engastrimythus. Qui ex ventre vocem reddit. Sive, qui dæmonem in ventre habet, interrogantibus responsa dantem. Hunc quidam nunc Pythonem vocant. Sophocles vero στερνόμαντιν appellat. At Plato Philosophus Εὐρυκλέα: ab Eurycle, qui hujusmodi vates fuit. Aristophanes *Vespis: Imitans Euryclis divinationem & mentem.* Philochorus libro tertio *de divinatione* mulieres etiam ventriloquas fuisse dicit. Hæ mortuorum animas evocabant: quarum una usus est Saulus, quæ Samuelis Prophetæ animam evocavit.

Ἐγεγήθει. Gaudebat. Lætabatur.

Ἐγγελῴη. Irrideat. Rideat.

Ἐγένετο. Idem quod ἐγεγόνει. Fuit. Ἐγεγώνει vero, per ω, significat, clamavit.

Ἐγένετο καὶ Μάνδρ. *Fuit & Mandroni ficulna navis.* Dicitur de iis, qui præter spem & meritum rem ex sententia gerunt, & præsenti felicitate insolescunt. Mandron enim apud Athenienses prætor classis creabatur, cum honore illo indignus esset. Navis vero ficulna significat rei alicujus vilitatem & contemptum.

Ἐγενήθη. Cum significat, factum est, per unum ν scribitur: cum vero, natum est, per duo. Et David: *Lacrymæ meæ mihi fuerunt panis.* Id est, lacrymis pro cibo utor.

Ἔγγεον. Firmum. Tutum.

Ἔγεστα. Agger ex lapidibus & lignis & terra excitatus. Hunc autem qui moliebantur, tegumenta justæ crassitudinis & longitudinis, ex pilis caprinis, quæ cilicia vocantur, contexta, & ex longis perticis suspensa, sibi prætendebant: quo facto nec igniferæ sagittæ, nec alia tela ad ipsos pervenire poterant, sed omnia, cum in tegmina incidissent, in illis hærebant. Quidam etiam per α scribunt, Ἄγεστα.

Ἐγεύσαντο. Gustarunt. Comederunt. *Quin-*

1 Ἐβύουν] Scribe ἐβύνουν; ut recte legitur apud Scholiastam Aristoph. ad *Pacem* pag. 670. (458. Ed. Bas. P.) unde notam hanc Suidas descripsit.

2 Ἀριστοφάνης· Χρυσίῳ τούτ.] Apud Aristophanem loco laudato versus integer sic legitur:

Χρυσίῳ τῶν τοιούτων πτώσσων ἐβύνουν τὸ στόμα.

3 Ἐγανώθην. ἐχάρην. εὐφρ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Acharnens.* pag. 370.

4 Εὐρυκλέα] Pearsonius ad hunc locum sequentia notaverat: "Henr. Stephanus legit Εὐρυκλείτην, vel Εὐρυκλείτας: sed perperam. Quamvis enim hi ab aliquibus Εὐρυκλεῖται dicantur, non "tamen ita eos nominavit Plato; cujus verba in *Sophista* hæc sunt: "Ἐντὸς ὑποφθεγγόμενον, ὥσπερ τὸν ἄτοπον Εὐρυκλέα. Hæc Pearsonius: cujus observatio recte se habet.

5 Μάνδρων παρ' Ἀθηναίοις] Hæc verba ex MSS. revocavi: quæ in prioribus Editt. desunt.

6 Ἔγγεον] Imo ἔγγειον. Vide Salmasium *de Modo Usur.* p. 88.

7 Ἔγεστα] Id est, agger, ex humo aggesta exstructus: quem Procopius (unde locum hunc depromptum esse in nota sequente docebimus) rectius vocat ἄγεστα; a voce Latina *aggestus.* Vide etiam Suidam supra v. Ἄγεστα.

8 Τοῦτο δὲ οἱ ἐργαζόμενοι περικαλ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Procopii lib. II. *de Bello Pers.* cap. XXVI.

τὶ τοῦ ἑαυτῶν. οὕτως Εὐριπίδης καὶ Θουκυδίδης.

Ἐγγείνωνται. γεννήσωσιν. [1] Ὅμηρος·

Εὐλὰς ἐγγείνωνται, ἀεικίσσωσι δὲ νεκρόν.

Ἔγγειον. χέρσον. [2] ξηράν. Πισίδης·

Ταύτην, κράτιστε, τὴν ἀπεξενωμένην
Ὁδὸν περάσας, ὥσπερ ἔγγειον δρόμον.

Ἔγγειον. [3] Ὁ δὲ κατεκληρούχει τὴν χώραν, διδοὺς ἑκάστῳ ταλάντιον κλῆρον, οὕτως ὑπολαμβάνων στῆναι τὰ κατὰ τὴν πόλιν, προσδεθέντων τῶν ἀνθρώπων ταῖς ἐγγείοις κτήσεσι. τινὲς ἐπὶ τοῦ ἐγγυτέρω. οὐχ οὕτω δὲ οἱ ῥήτορες ἔταττον, ἀλλ' ὅταν τὸ ἐν γῇ θέλωσι δηλῶσαι· ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Ἀπατούριον· Οὐκ ὄντος ἐμοὶ πρὸς τοῦτον οὔτε ναυτικοῦ, [4] οὔτε ἐγγείου συμβολαίου. καὶ Λυσίας· Τοῦ νόμου κελεύοντος τοὺς ἐπιτρόπους τοῖς ὀρφανοῖς ἔγγειον τὴν οὐσίαν καθιστάναι· οὗτος δὲ ναυτικοὺς ἡμᾶς ἀποφαίνει. Ἔγγιον δὲ, διὰ τοῦ ι, τὸ ἐγγύτερον.

Ἔγγειον κτῆσιν. τὴν ἐπὶ γῆς.

Ἐγείρεται τῆς νυκτός. οὕτως οἱ Ἀττικοί.

Ἐγήγαρτος. ὁ ἐπιχαρής.

Ἐγηγερμένος. διαναστάμενος.

Ἐγκάθετος. δόλιος. κατάσκοπος. καὶ ἐγκάθηνται, ἀντὶ τοῦ ἐγκεκρυμμένοι εἰσίν. οἱ γὰρ κρυπτόμενοι ὑποκάθηνται.

Μὴ τοῖς [5] τρίβωσιν ἐγκάθηνταί που λίθοι.

καὶ ἐγκάθηται, ἐνεδρεύει.

Ἐγκαθειργνύντες. ἀποκλείοντες.

Ἐγκάθηται. ἐνεδρεύει. [6] Δαβίδ· Ἐγκάθηται ἐνέδρᾳ μετὰ πλουσίων. ἢ ἐν ἕδρᾳ.

Ἐγκαθιέμενοι. ἀφιέντες.

Ἐγκαθίζουσιν. ἐνεδρεύουσι. Οἱ δὲ ἐγκαθίζουσι λόχους ἐν τοῖς ἐπικαίροις τῶν χωρίων τόποις.

Ἐγκαλῶ. δοτικῇ. Ἐγκαλῶ σοι ῥαθυμίαν. ἐγκαλοῦμαι δὲ, αἰτιατικῇ. Ἡμεῖς τὰς αἰσχίστας σχεδὸν ὡς πράξεις ἐγκαλούμεθα.

Ἐγκαλλωπισαμένου. ἐναβρυνομένου. Εἴτε τοῦ βασιλέως τῷ ψεύσματι ἐγκαλλωπισαμένου.

Ἐγκάναξον. ἔνσεισον. προσένεγκε. ἔγχεον. πεποίηται δὲ ἡ λέξις. [7] Ἀριστοφάνης·

Ἴθι νῦν ἄκρατον ἐγκάναξόν μοι πολύν.

ἕλκυσον, ἐκρόφησον, ἔκπιε.

Ἔγκαρπον. ἔγκυον. Ὁ δὲ Φίλιππος Ἀρσινόῃ ὁμιλήσας, εἶτα ἐξ αὐτοῦ κατέλιπεν ἔγκαρπον, καὶ ὅγε τὴν Ὀλυμπιάδα ἄγεται.

Ἐγκάρσιον. πλάγιον.

1 Ὅμηρος] Il. T. v. 26.

2 Ξηράν] Sic MSS. Paris. At priores Editt. ξηρόν: minus recte. Ξηρὸν enim est adjectivum: at ξηράν, substantive capitur, subintelligendo γῆν; quæ vox proinde recte ἐκ παραλλήλου jungitur τῷ χέρσον.

3 Ἔγγειον] Vide Salmasium *de Mod. Usur.* pag. 83.

*etiam nonnullis in locis se ipsi comederunt.* Ἀλλήλων enim hic positum est pro ἑαυτῶν. Sic Euripides & Thucydides.

Ἐγγείνωνται. Generent. Homerus: *Vermes generent, ejusque cadaver fœdent.*

Ἔγγειον. [Terrestre. Vel,] terram. Continentem. Pisides: *Hoc, optime, ignotum iter cum confeceris, velut cursum terrestrem.*

Ἔγγειον. Terrestre. *Ille vero regionem viritim divisit, unicuique assignans possessionem talenti pretio æstimandam, sic sperans res civitatis constitui & stabiliri posse, si homines fundis & agris affixi forent.* Quidam autem vocem illam accipiunt pro ἐγγυτέρω, i. e. propius. At apud oratores vox illa significabat quicquid in terra possidetur vel habetur. Demosthenes in oratione adversus Apaturium: *Cum nullus mihi cum hoc homine contractus sit, sive nauticus, sive terrestris.* Et Lysias: *Cum jubeat lex tutores pecuniam pupillorum in agros collocare, hic nos navicularios & mercatores reddit.* Ἔγγιον vero, per ι, significat, propius.

Ἔγγειον κτῆσιν. Possessionem terrestrem. Id est, prædium, fundum.

Ἐγείρεται τῆς νυκτός. Noctu excitatur. Ita Attici.

Ἐγήγαρτος. Lætus. Hilaris.

Ἐγηγερμένος. Excitatus.

Ἐγκάθετος. Insidiator. Explorator. Et ἐγκάθηνται, in insidiis latent. Insidiatores enim in occultis locis delitescere solent. *Ne in viis alicubi lateant lapides.* Et ἐγκάθηται, insidiatur.

Ἐγκαθειργνύντες. Includentes. Coercentes.

Ἐγκάθηται. Insidiatur. David: *Cum opulentis in insidiis latet.* Vel scribendum est, ἐν ἕδρᾳ, duabus vocibus.

Ἐγκαθιέμενοι. Immittentes. Dimittentes.

Ἐγκαθίζουσιν. In insidiis collocant. *Illi vero in opportunis illarum regionum locis insidias collocant.*

Ἐγκαλῶ. Dativo jungitur. Accuso. *Socordiæ te accuso.* Ἐγκαλοῦμαι vero, accusativo. *Nos turpissimorum prope flagitiorum accusamur.*

Ἐγκαλλωπισαμένου. Illius, qui re aliqua gloriatur, & ideo delicias facit. *Sive quod Rex illo mendacio gloriaretur.*

Ἐγκάναξον. Immitte. Adfer. Infunde. Est autem vocabulum fictum. Aristophanes: *Age, multum nunc merum mihi infunde.* Vel, hauri, sorbe, ebibe.

Ἔγκαρπον. Gravidam. Prægnantem. *Philippus vero, postquam cum Arsinoe rem habuisset, eam gravidam ex se reliquit, & Olympiadem uxorem duxit.*

Ἐγκάρσιον. Obliquum. Transversum.

4 Οὔτε ἐγγείου συμβ.] Legendum esse οὔτε ἐγγύου συμβολ. ostendit Salmasius *de Modo Usur.* pag. 88. quem de hoc loco vide.

5 Μὴ τοῖς τρίβωσιν] Portus legendum suspicabatur, μὴ τοῖς τρίβοισιν: quod non aspernor.

6 Δαβίδ] Psalm. IX. 30. ubi hodie rectius legitur, ἐν ἐνέδρᾳ.

7 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 294. (197. Ed. Bas. *P.*)

Ἔγκασιν. ἐγκάτοις. ἐντέροις.

Ἐγκαταλελέγησαν[1] λίθοι. ἀντὶ τοῦ ἐγκατῳκοδόμησαν. καὶ Ὅμηρος· Αἱμασιάς τε λέγων.

Ἐγκατῳκοδόμησεν.[2] Ὁ δὲ πατὴρ μηνίσας τὸν παῖδα ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ παλλακῇ, ἐπήρωσεν αὐτὸν, καὶ ἐγκατῳκοδόμησεν. ἱστορεῖ Ἱερώνυμος ἐν τῷ περὶ τραγῳδοποιῶν.

Ἐγκαταζεύξας. συνθείς. συναρμόσας.

Νέας βουλὰς νέοις ἐγκαταζεύξας τρόποις.

Σοφοκλῆς.[3]

Ἐγκατέσκηψαν. ἐφώρμησαν. ἐπέδραμον. ἐπεδράξαντο. Τὰ Αἰγυπτίων κακὰ, τὰ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ πόλει, ἐγκατέσκηψε καὶ τῇ Ῥώμῃ. Οὐάρρων φησίν.

Ἐγκατειλημμένην. ληφθεῖσαν.

Ἐγκατειλεγμένος. τεταγμένος.

Ἔγκαφος. τὸ ἐλάχιστον. Εὔπολις

Οὐ γὰρ λέλειπται τῶν ἐμῶν οὐδ' ἔγκαφος.

παρὰ τὸ ἐγκάπτω, ἔγκαφος. τὸ μηδὲ ἐγκάψαι ἀρκοῦν.

Ἐγκαίνια. ἑορτὴ καθ' ἣν ἐκαινουργήθη τι.

Ἐγκαινίδες. μέρος τι τοῦ πλοίου. [4]Ξύλα ἰθυτενῆ καθάπερ ζυγὰ, καὶ ἐγκαινίδας ὕπερθε κατὰ τὸ ἐγκάρσιον ἐνθέντες, οὐ διὰ παντὸς, ἀλλὰ μόνον ἀμφὶ τὰ ἄκρα καὶ τὸ μεσαίτατον δεσμοῖς περισφίγξαντες.

Ἐγκεκορδυλημένος.[5] ἐντετυλιγμένος, ἐγκεκαλυμμένος, καὶ συνεστραμμένος, ὥστε μηδ' ἀνθρώπου σχῆμα δηλοῦν, ἀλλ' ἐξοχὴν φαίνεσθαι τῶν στρωμάτων. κορδύλη γὰρ ἰδίως λέγεται τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ ἐξέχον οἴδημα, ὑπὸ πληγῆς εἰς ὕψος καὶ ὄγκον ἀρθὲν, ὃ καλοῦμεν κόνδυλον. Κρέων δὲ ἐν τῷ ά τῶν ῥητορικῶν, κορδύλην φησὶ καλεῖσθαι παρὰ Κυπρίοις τὸ περὶ τῆς κεφαλῆς περιείλημα· ὃ δὴ παρ' Ἀθηναίοις καλεῖται κρώβυλον· παρὰ δὲ Πέρσαις [6]κιδάριον. ὅτι δὲ νῦν παρὰ Ἀριστοφάνει ἐγκεκορδυλημένος, ἀντὶ τοῦ ἐνειλημένος, καὶ ἐγκρύψας ἑαυτὸν, δῆλον ἐκ τῶν ἐπιφερομένων·

Ἀλλ', εἰ δοκεῖ, ῥέγκωμεν ἐγκεκαλυμμένοι.

ψῦχος γὰρ ἦν, ὡς εἰκὸς, καὶ περιεκαλύπτοντο. ὅθεν καὶ πέντε περιβόλαια περιβεβλῆσθαι τὸν υἱὸν εἶπεν.

Ἐγκεκοισυρωμένην.[7] ἀντὶ τοῦ περιττῶς κεκοσμημένην. τὰ Κοισύρας φρονοῦσαν. ἔστι δὲ Ἐρετριακὸν τὸ ὄνομα. οὗτοι δὲ εἰς τρυφὴν διαβάλλονται. αὕτη δὲ ἐγαμήθη Πεισιστράτῳ, ἐπιχειρήσαντι τυραννεῖν. λέγει δὲ τὴν περιεργίαν τῆς κομμωτικῆς. πολλοῖς γὰρ, ὡς εἰκὸς, ἐκέχρητο καλλωπίσμασι· τουτέστι νίμμασι, καὶ

Ἔγκασιν. Visceribus. Intestinis.

Ἐγκαταλελέγησαν λίθοι. Lapides ædificio inserti fuerunt. Et Homerus: *Maceriasque struens.*

Ἐγκατῳκοδόμησεν. In muro conclusit. Parietibus struxit. *Pater autem filio iratus, quod cum pellice rem habuisset, eum parietibus struxit.* Hoc refert Hieronymus in libro de poetis Tragicis.

Ἐγκαταζεύξας. Conjungens. Componens. Adaptans. Sophocles: *Nova consilia novis modis adaptans.*

Ἐγκατέσκηψαν. Irruerunt. Incurrerunt. Invaserunt. Corripuerunt: *Mala urbis Alexandrinæ in Ægypto Romam etiam invaserunt.* Ita Varro inquit.

Ἐγκατειλημμένην. Interceptam. Correptam. Captam.

Ἐγκατειλεγμένος. In aliquem ordinem allectus.

Ἔγκαφος. Minimum frustum. Eupolis: *Ne minima quidem rerum mearum pars relicta est.* A κάπτω, fit ἔγκαφος. Id est, quod adeo parvum est, ut edi vel deglutiri non possit.

Ἐγκαίνια, Encænia, sive festum, quo nova aliqua res solenniter dedicatur.

Ἐγκαινίδες. Encænides. Pars quædam navigii. [Agathias:] *Perticas in longum porrectas tanquam juga vel transtra, & super eas encænides transversim positas, easque non totas, sed tantum circa extrema & media majoribus vinculis circumligatas, [inter se committebant & coaptabant.]*

Ἐγκεκορδυλημένος. Involutus. Tectus, ita ut ne hominis quidem figura appareat, sed summæ tantum stragulorum partes conspiciantur. Κορδύλη enim proprie dicitur tuber capitis, a plagis & verberibus ortum, & tumore inflatum: quod κόνδυλον vocamus. Creon vero libro 1. *Rhetoricorum* inquit, κορδύλην apud Cyprios vocari fasciam capitis; quæ apud Athenienses vocatur κρώβυλον, & apud Persas κιδάριον. Ἐγκεκορδυλημένος igitur significat involutus, vel se ipse involvens: id quod ex sequentibus patet. *Sed, si ita videatur, stertamus stragulis involuti.* Frigus enim erat, ut credibile est, eamque ob causam stragulis se involvebant. Quare & filium quinque stragulis involutum fuisse dicit.

Ἐγκεκοισυρωμένην. Nimio studio ornatam & comptam. Eadem mente præditam, qua Cœsyra. Est autem vocabulum Eretriacum. Eretrienses enim ob luxum & delicias male audiebant. Hæc Cœsyra Pisistrato tyrannidem affectanti nupsit. Intelligit autem nimium formæ ornandæ studium. Multis e-

1 Ἐγκαταλέγησαν λίθοι] Respexit Suidas ad locum illum Thucydidis lib. I. cap. XCIII. Πολλαί τε στῆλαι ἀπὸ σημάτων καὶ λίθοι εἰργασμένοι ἐγκατελέγησαν. Vide ibi Scholiastam, cujus interpretationem Suidas hic secutus est.

2 Ἐγκατῳκοδόμησεν] Vide infra v. Κατῳκοδόμησεν.

3 Σοφοκλῆς] *Ajace* pag. 44. ut Portus monuit.

4 Ξύλα ἰθυτενῆ καθάπερ ζυγ.] Fragmentum hoc legitur apud Agathiam lib. v. pag. 167. ex quo post περισφίγξαντες sensus supplendi gratia addendum est, ξυνῆπτον ἀλλήλοις αὐτὰς καὶ συνηρμόζοντο.

5 Ἐγκεκορδυλημένος. κ.τ.λ.] Nota hæc referenda est ad locum illum Aristophanis initio *Nubium:*

Ἐν πέντε σισύραις ἐγκεκορδυλημένος.

Confer ibi Scholiastam, apud quem pro περὶ κεφαλῆς περιείλημα rectius legitur κεφαλῆς περιείλημα.

6 Κιδάριον] An potius κιδάρεις? Vide Hesychium v. Κίδαρις.

7 Ἐγκεκοισυρωμένην] Aristophanes pag. 126.

Σεμνὴν, τρυφῶσαν, ἐγκεκοισυρωμένην.

Vide ibi Scholiastã: itemque Nostrũ infra v. Κοισυρῶσαι, & v. Κοισύρα.



Digitized by Google

τοῖς τῆς κεφαλῆς πλέγμασι, καὶ τοῖς ἄλλοις, οἷς κοσμεῖσθαι γυναῖκας ἔθος. Ἐγκεκοισυρωμένη οὖν, ὅτι ἦν τρυφῶσα· ἀπὸ Κοισύρας γυναικὸς πλουσίας, [1]Ἀλκμαίωνος γαμετῆς.

Ἐγκεράσαι. ἐγχέαι.

Ἐγκεκύκλησαι. ἀνέστραψαι. [2]Ἀριστοφάνης· Οὐκ οἶδ' ὅπη ἐγκεκύκλησαι.

Ἐγκέλευσοι. μετὰ προστάξεως. [3]Ξενοφῶν· Προσῆγον τῷ Κυαξάρει δῶρα, οἱ μὲν καθ' ἑαυτοὺς, οἱ δὲ ὑπὸ Κύρου ἐγκέλευσοι.

Ἐγκεντρωθείς. ἀσφαλισθείς.

Ἐγκέχοδα. ἀπεπάτησα διὰ φόβον τινά. ἔχεσα. Ἀριστοφάνης [4] Βατράχοις· Ἐγκέχοδα. κάλει Θεὸν εἰς βοήθειαν.

Ἔγκειται. ἐπίκειται. λίαν ἐπιθυμητικῶς ἔχει. Λαχάρης δὲ, ὁπηνίκα ἀπέδρα, ἁλίσκεσθαι μέλλων, τῶν δαρεικῶν κατ' ὀλίγον τοὺς ἐγκειμένους μεθεὶς, πλείστοις τοῖς δελεάμασι ἐξέφυγε τὸ δυσμενές.

Ἐγκιλικίζεται. [5] κακοηθεύεται. κακοποιεῖ. διεβέβληντο γὰρ ἐπὶ πονηρίᾳ οἱ Κίλικες. ἐντεῦθεν λέγεται καὶ Κιλίκιος ὄλεθρος. ἐγκιλικίζειν γὰρ, τὸ κακοηθίζεσθαι.

Ἐγκισσήσωσι. συλλάβωσιν. ἐπιθυμήσωσιν. Ἐγκίσσησις, ἡ ὄχευσις.

Ἔγκλητον [6] λέγονται δικαστήριον, καὶ δίκην ἔγκλητον, ἐγκαλέσασθαι οὐ λέγουσι.

Ἔγκλισιν. [7] Ἀναξαγόρας φησὶν, ὥστε κατὰ κορυφὴν τῆς γῆς τὸν ἀεὶ φαινόμενον εἶναι πόλον· ὕστερον δὲ τὴν ἔγκλισιν λαβεῖν. τουτέστι, παρατροπήν.

Ἐγκολεώσατο. καθῆκεν εἰς τὸν κολεὸν τὸ ξίφος.

Ἐγκολπίζονται. [8] Οἱ δὲ Βάρβαροι τὸ πόλισμα ἐγκολπίζονται, προσχωρήσειν Ῥωμαίοις ὑποκρινάμενοι, οἱ υ' [9] τὸν ἀριθμόν.

Ἔγκομμα. τὸ πρόσκομμα.

Ἐγκομβώσασθαι. [10] Ἀπολλόδωρος Καρυστίοις ἀ-

nim, ut verisimile est, pigmentis, & fucis, formæque lenociniis, & capillorum nexibus, aliisque ornamentis mulierum utebatur. Ἐγκεκοισυρωμένη igitur significat, delicias faciens: a Cœsyra, muliere opulenta, Alcmæonis uxore.

Ἐγκεράσαι. Infundere.

Ἐγκεκύκλησαι. Conversus es. Aristophanes: *Nescio, quo conversus sis.*

Ἐγκέλευσοι. Jussi. Xenophon: *Attulerunt autem Cyaxari dona, alii quidem sua sponte; alii vero a Cyro jussi.*

Ἐγκεντρωθείς. Aculeis munitus.

Ἐγκέχοδα. Præ metu cacavi. Cacavi. Aristophanes *Ranis: Cacavi. Dei opem implora.*

Ἔγκειται. Imminet. Urget. Valde cupit. *Lachares autem, cum fugeret, & jam jam capiendus esset ab illis, qui ipsum insequebantur, Daricos* [*aureos*] *subinde humi spargens, his illecebris hostes inescatos effugit.*

Ἐγκιλικίζεται. Improbo ingenio præditus est. Maleficia admittit. Cilices enim ob improbitatem male audiebant. Hinc etiam dictum est *Cilicium exitium.* Et ἐγκιλικίζειν, improbis moribus præditum esse.

Ἐγκισσήσωσι. Concipiant. Concupiscant. Et ἐγκίσσησις, coitus venereus.

Ἔγκλητον. Quamvis dicatur ἔγκλητον δικαστήριον, (i. e. Judicium, ad quod a reo provocatur) & δίκη ἔγκλητος (i. e. lis, de qua ad alios Judices provocatur) non tamen ἐγκαλέσασθαι dicitur [pro, ad alios Judices provocare.]

Ἔγκλισιν. Inclinationem. Anaxagoras ait, polum, qui semper apparet, [initio] supra verticem terræ constitutum fuisse: postea vero inclinationem accepisse.

Ἐγκολεώσατο. Gladium in vaginam recondidit.

Ἐγκολπίζονται. In potestatem suam redigunt. *Barbari vero oppidum in potestatem suam redigunt: illi nempe* cccc. *qui defectionem ad Romanos simulaverant.*

Ἔγκομμα. Offendiculum. Offensio.

Ἐγκομβώσασθαι. Induere. Constringere.

1 Γαμετῆς] Hæc vox non tam deest in prioribus Editt. quam culpa librariorum in locum alienum, post διὰ φόβον τινὰ in v. Ἐγκέχοδα, rejecta est, quam fide 2 MSS. Paris. in sedem suam reposui.

2 Ἀριστοφάνης] *Vespis* pag. 480. (335. Ed. Bas. *P.*)

3 Ξενοφῶν· Προσῆγον τῷ Κυαξ.] Sensum, non ipsa verba Xenophontis Suidas hic retulit. Apud Xenophontem enim lib. v. *de Instit. Cyri.* pag. 147. locus hic ita legitur: Οἱ δὲ Μῆδοι, ὅσοι χρήματα ... ὁ Κυαξάρης, ... αὐτοὶ ἀφ' ἑαυτῶν, οἱ δὲ πλεῖστοι ὡς κεκέλευστο ὑπὸ Κύρου, δῶρα ἄγοντες &c. Notanda hic est diversitas lectionis. Nam pro ἐγκέλευσοι, cujus vocis gratia locum hunc attulit Suidas, apud Xenophontem hodie legitur ὡς κεκέλευστο: cui lectioni tamen τὸ ἐγκέλευσοι prætulerim.

4 Ἀριστοφάνης Βατράχοις] Pag. 234. (149. Ed. Bas. *P.*) ubi versus integer sic legitur:

Οὗτος τί δέδρακας; Ἐγκέχοδα. κάλει Θεόν.

5 Ἐγκιλικίζεται. κακοηθ.] Vide infra v. Κιλίκιος.

6 Ἔγκλητον] Rectius Ἔκκλητον. Vide Suidam infra v. Ἔφεσις.

7 Ἀναξαγόρας φησὶν, ὥστε κατὰ κορυφ.] Hæc sunt verba Laertii *Anaxagora* segm. IX.

8 Οἱ δὲ Βάρβαροι τὸ πόλισμα ἐγκολπ.] Fragmentum hoc consarcinavit Suidas ex Theophyl. Simoc. lib. III. cap. v. ubi quæ scriptor ille prolixius refert, Noster in pauciora hic contraxit.

‡

9 Οἱ υ' τὸν ἀριθμόν] Sic Simocatta, & 2 MSS. Paris. At priores Editt. mendose, οἱ ὑπὸ τὸν ἀριθμόν.

10 Ἀπολλόδωρος Καρυστίοις ἀπολιπούσῃ] Joannes Crojus in *Observat. in Nov. Test.* pag. 281. legit, Ἀπολλόδωρος Καρυστίοις, ἢ Ἀπολιπούσῃ: quippe existimans, Apollodorum fabulam scripsisse, quæ Καρύστιοι vel Ἀπολιποῦσα appellata fuerit. Sed subscribo potius Thomæ Gatakero, qui *Cinn.* Part. I. cap. IX. legendum monet, Ἀπολλόδωρος Καρύστιος Ἀπολιπούσῃ. Verba viri doctissimi hæc sunt: "Apud Suidam pro Καρυστίοις Ἀπολιπούσῃ, Καρύστιος Ἀπολιπούσῃ omnino legendum. Apollodori scilicet Comici duo fuerunt; Carystius alter, alter Gelous: a patria uterque sic dictus. Ex utroque excerpta exstant adhuc in veterum monumentis, apud Athenæum, Hesychium, Pollucem, Ammonium, Eustathium, Suidam, Donatum, alios. Utriusque disertim distinctimque eodem loci meminit Pollux lib. X. cap. XXXI. Ἀπολλόδωρος ὁ Γελῷος ἐν Ψευδαίαντι.—— Ὁ δ' Ἀπολλόδωρος Καρύστιος Ἀντιγραφομένῃ. Nec me movet, quod Ἀπολιποῦσα non Carystio, sed Geloo ab Athenæo adscribitur. Siquidem pari modo, quod & Casaubonus observavit, fabulam alteram, cui titulus Γραμματειδιοποιός, Carystio Athenæus lib. VII. Geloo Pollux lib. X. cap. XXIII. attribuit. Alterius itaque, prout istic, ita illius fuerit σφάλμα μνημονικόν: nisi de auctore, hoc an illo, variæ fuerint Criticorum sententiæ; quod in multis, & Apollodori alterius inter alios, contigisse, ex Athenæo & Polluce (alios ut taceam) liquido patet." Hæc Gatakerus

πολιπούσῃ·

πολιπῦσι· [1] Τὴν ἐπωμίδα πτύξασα διπλῆν ἄνωθεν ἐπεκομβωσάμην. Ἐπίχαρμος· Εἴγε μὲν ὅτι κεκόμβωται καλῶς. [2] Ἀμύκῳ.

Ἐγκονέουσα. διεγείρουσα. ἐποτρύνουσα.

Δεινὸν [3] μαιμώσαις ἐγκονέουσα κυσίν.

Ἐγκόνει. [4] ἀντὶ τοῦ σπεῦδε. μελλούσας γὰρ ἐσθίειν ἐπέχεις δειπνεῖν. καὶ κατακωλύεις πάλαι. καὶ ἐγκονεῖν. ἐνεργεῖν.

Ἐγκονεῖτε. [5] ἐνεργεῖτε. ταχύνατε. ἢ ἐπεὶ οἱ τρέχοντες κόνεως πληροῦνται. ἢ ἀπὸ τῶν ἀθλητῶν. ἐν κόνει γὰρ ἐκεῖνοι τὸ ἔργον. ἢ ὅτι πρὸ τοῦ τῆς κόνεως ἅψασθαι, νικῶσι. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

Ἴτ', ἐγκονεῖτε, σπεύδεθ', ὡς ὁ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν,
Ἀλλ' ἔστ' ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀκμῆς.

Ἐγκονίδες. αἱ ὑπηρέτιδες.

Ἐγκοπεύς. ἐργαλεῖον λιθοξόον.

Ἐγκοπή. [6] ἔνεδρον. ἐμπόδιον. Χωρὶς ἐγκοπῶν καὶ [7] κλημακτήρων οὐκ ἦν ἐπιβῆναι τῆς πέτρας.

Ἐγκορδυλῶ. δοτικῇ.

Ἐγκοτῶ σοι. Ἐνεκότει Ἡσαῦ Ἰακὼβ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ.

Ἐγκώμιον. ἔνδημον. κῶμαι γὰρ τὰ τοῦ δήμου συστήματα.

Ἐγκώμιον ἐπαίνου διαφέρει. ἔπαινος μὲν γάρ ἐστι λόγος ἐπαινετικός, μίαν πρᾶξιν ἐπαινῶν. ἐγκώμιον δὲ, λόγος ἐγκωμιαστικός, πολλὰς ἐν ἑαυτῷ πράξεις περιλαμβάνων. καὶ ἐπιστολὴ, ἡ μίαν πρᾶξιν ἐπαινοῦσα τινὸς, ἐπαινετικὴ καλεῖται. ἡ δὲ πολλὰς, ἐγκωμιαστική.

Ἔγκοτον. ἐχθρόν. ἐνδιάθετον. καὶ ἐγκότως, ὀργίλως.

--- Τίς [8] φθόνος αἰὲν
Θησείδαις ἀγαθῶν ἔγκοτος αἰὲν ἔχει;

ἔγκοτος οὖν, ἡ ἐπίμονος ὀργή.

Ἐγκωμπώσασθαι. [9] στολίσασθαι.

Ἐγκώπαια. τὰ περιδέραια.

Ἐγκραγάνειν. ἐμβοᾶν.

Ἐγκραγών. [10] λόγοις καὶ ἐξαναστάς. διαλοιδορησάμενος. δοτικῇ συντάσσεται.



Apollodorus Caryſtius Ἀπολιποῦσι: *Epomida duplicem cum complicaſſem, eam deſuper conſtrinxi.* Epicharmus *Amyco: Si modo recte conſtrictus eſt.*

Ἐγκονέουσα. Excitans. Incitans. *Mirum in modum prædæ cupidos ad curſum incitans canes.*

Ἐγκόνει. Propera. [Ariſtophanes:] *Feſtina. Iampridem enim cœnare volentes moraris.* Et ἐγκονεῖν, feſtinare. Propere aliquid facere.

Ἐγκονεῖτε. Properate. Feſtinate. Urgete opus. [A κόνις, pulvis.] Vel quia, qui currunt, pulvere replentur. Vel tranſlatio ducta eſt ab athletis. Illi enim in pulvere ſe exercere ſolent. Vel quia, antequam pulverem attigerint, adverſarios vincunt. Ariſtophanes *Pluto: Ite, properate. Non enim tempus eſt cunctandi, ſed maxime opportuna nunc ſeſe offert rei gerendæ occaſio.*

Ἐγκονίδες. Ancillæ. Famulæ. Miniſtræ.

Ἐγκοπεύς. Inſtrumentum, quo lapides ſecantur & inciduntur.

Ἐγκοπή. Inſidiæ. Impedimentum. [Inciſura.] *Sine inciſuris & ſcalis rupes adſcendi non poterat.*

Ἐγκορδυλῶ. Involvo. Dativo jungitur.

Ἐγκοτῶ σοι. Iraſcor tibi. *Eſau iraſcebatur Jacob fratri ſuo.*

Ἐγκώμιον. Quod eſt in aliquo pago vel populo. Κῶμαι enim ſunt partes minores populi.

Ἐγκώμιον. Encomiū. Ἐγκώμιον differt ab ἔπαινος. Nam ἔπαινος eſt oratio, quæ unicam tantū rem vel actionem laudat. Ἐγκώμιον vero oratio, multarum actionum laudes complectens. Sic epiſtola, quæ unicam tantum alicujus actionem laudat, vocatur ἐπαινετική: quæ vero plures, ἐγκωμιαστική.

Ἔγκοτον. Inimicum. Pertinaciter infeſtum. Et ἐγκότως, irate, animo infenſo. [In Epigrammate:] *Quæ invidia bonis infeſta Athenienſes ſemper tenet?* Ἔγκοτος ὀργὴ igitur eſt ira pertinax.

Ἐγκωμπώσασθαι. Veſtire. Amicire.

Ἐγκώπαια. Monilia collum circundantia.

Ἐγκραγάνειν. Inclamare. Vociferari.

Ἐγκραγών. Qui verbis & clamore in aliquē invehitur. Qui maledictis inſectatur. Dativo jungitur.

1 Τὴν ἐπωμίδα πτύξασα διπλ.] Idem fragmentum Apollodori citat etiam Etymologus v. Ἐγκόμβωμα: ſed apud quem legitur, τὴν ἐπωμίδα πτύξας διπλῆν &c. Hanc lectionem ſi ſequamur, (ſequendam autem eſſe metrum ſuadet) locus hic ita diſtingui poterit:

———Τὴν ἐπωμίδα
Πτύξας διπλῆν ἄνωθεν ἐπεκομβωσάμην.

2 Ἀμύκῳ] Vox hæc ſede ſua mota eſt, quæ reponi debet poſt Ἐπίχαρμος; ut legatur, Ἐπίχαρμος Ἀμύκῳ. Scripſerat enim Epicharmus fabulam *Amycus* vocatam, cujus meminit Enarrator Sophoclis ad *Ajacem* pag. 44. & ex eo Suidas infra v. Κυδάζεται.

3 Δεινὸν μαιμώσαις ἐγκον.] Pentameter hic eſt pars Epigrammatis, quod ex cod. MS. Anthologiæ ineditæ integrum exhibemus infra v. Εὐκαίσφακτον.

4 Ἐγκόνει. ἀντὶ τοῦ σπεῦδε] Ariſtophanes *Acharnenſ.* pag. 423. (303. Ed. Baſ. P.)

Ἀλλ' ἐγκόνει· δειπνεῖν κατακωλύεις πάλαι.

Huc Suidas reſpexit.

5 Ἐγκονεῖτε. ἐνεργεῖτε. ταχ.] Ex Scholiaſta Ariſtophanis ad *Plutum* pag. 28. (14. Ed. Baſ. P.)

6 Ἔνεδρον. ἐμπόδιον] Hæ interpretationes nihil faciunt ad mentem ſcriptoris anonymi, ex quo fragmentum, quod ſtatim ſubjungitur, Suidas excerpſit. Ibi enim vox ἐγκοπὴ non ſignificat impedimentum, ſed inciſuram in rupe, ut ex ſenſu manifeſtum eſt.

7 Κλημακτήρων] Scribe κλιμακτήρων, per ι. Infra v. Κλημακτήρων, ubi locus hic repetitur, Suidas vocem iſtam exponit ὀχλήσεων: inepte ſane. Τὸ κλιμακτήρων enim (ſic namque & ibi ſcribendum eſt) nihil affine habet cum ὀχλήσεων. ſed notat, ut proprie notare conſuevit, *ſcalas*. Compilator autem ſubodorari ſibi viſus eſt interpretationem τοῦ κλιμακτήρων ex adjuncta voce ἐγκοπῶν, quæ, etſi hic minime, ſed alibi ſæpe idem ſignificat quod ὀχλήσεις, i. e. moleſtiæ, impedimentum. Heſychius: Ἐγκοπαί, ὀχλήσεις.

8 Τίς φθόνος αἰὲν Θησ.] Locus hic repetitur infra v. Θησείδαις.

9 Ἐγκωμπώσασθαι] Rectius ſupra ἐγκομβώσασθαι.

10 Ἐγκραγών] Sic recte e MSS. Pariſ. At priores Editt. male, ἐγκρατῶν.

Ἐγκρα-

Ἐγκρατέστερος. [1]Θουκυδίδης· Τήν τε ἀρχὴν ἐγκρατεστέραν ἐποίησαν καὶ κατεστήσαντο, καὶ αὐτοὶ ἐπὶ μέγα δυνάμεως ἐχώρησαν.

Ἐγκρατέστερος. Firmior. Potentior. Thucydides: *Et imperium magis firmarunt & ſtabiliverunt, & ipſi magnam potentiam adepti ſunt.*

Ἐγκράτεια.[2] Διάθεσις ἀνυπέρβατος τῆς κατ' ὀρθὸν λόγον. ἢ ἕξις ἀήττητος ἡδονῶν. † [3]Ὅτι ἔστι δεικνύναι, ὡς ποτὲ μὲν σπουδαῖος οὐ σώφρων, μεταλαβόντας τὸν σώφρονα εἰς τὸν ἐγκρατῆ. εἰ γὰρ τοῦ μὲν ἐγκρατοῦς οὐ συμφωνεῖ τὰ μέρη τῆς ψυχῆς πρὸς ἄλληλα, τοῦ δὲ σπουδαίου συμφωνεῖ, οὐκ ἂν εἴη ὁ σπουδαῖος ἐγκρατής. ὥστε οὐδὲ σώφρων, εἰ ταυτὸν ἡ σωφροσύνη τῇ ἐγκρατείᾳ. πάλιν δ' αὖ δύναταί τις δεικνύναι τὸν σπουδαῖον ἐγκρατῆ, μεταλαβὼν τὴν ἐγκράτειαν εἰς τὴν σωφροσύνην. εἴγε ὁ μὲν σπουδαῖος ἐν ὁμολογίᾳ τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων πρὸς ἀλλήλας εἴη· ἡ δὲ τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων ὁμολογία πρὸς ἀλλήλας σωφροσύνη. οὕτω καὶ ὁ Δημοσθένης κατασκευάσαι βουληθεὶς, μὴ δεῖν χάριν ἔχειν Φιλίππῳ, ὑπὲρ ὧν ἔδωκεν, μετέλαβε τὸ ἔδωκεν εἰς τὸ ἀποδέδωκεν. καὶ ὁ Θουκυδίδης βουληθεὶς παροξῦναι τοὺς Ἀθηναίους πρὸς τοὺς Μιτυληναίους, τὴν ἀπόστασιν αὐτῶν εἰς τὴν ἐπανάστασιν μετέλαβε. καὶ ἡ συνήθεια δὲ πλήρης τῆς τοιαύτης χρήσεως, μεταλαμβάνοντες ἀεὶ τὰ ὀνόματα πρὸς τὰ ἐμφατικώτατα· τὸ τέμνειν, τὸ ἐσθίειν, εἰς τὸ κατατέμνειν, καὶ κατεσθίειν· τὸ μειδιᾷν, εἰς τὸ γελᾷν. μεταλαμβάνουσι δὲ καὶ τὸν πανοῦργον εἰς τὸν φρόνιμον, τὸν δὲ τολμηρὸν εἰς τὸν ἀνδρεῖον, τὸν πρᾶον εἰς τὸν ἀργὸν καὶ ἀκίνητον, τὸν ἐλευθέριον εἰς τὸν ἄσωτον, τὸν οἰκονομικὸν εἰς τὸν ἀνελεύθερον. οὕτω καὶ Καλλικλῆς ἐν τῷ Γοργίᾳ παρὰ Πλάτωνι, τοὺς σώφρονας εἰς ἠλιθίους μεταλαμβάνει. [4]Δεῖξαι δὲ θέλοντες, ὅτι ὁ σώφρων οὐκ ἔστιν ἐγκρατὴς, μεταληψόμεθα τὸν ἐγκρατῆ εἰς τὸν [5]αὐτοκρατοῦντα, (τοῦτο δὲ σημαίνει τὸ ὄνομα) καὶ δείξαντες, ὅτι ἔνθα τὸ κρατοῦν, ἐνταῦθα καὶ κρατούμενόν τι ἔσται· τὸ δὲ κρατούμενον ἀντισπῶν καὶ μαχόμενον κρατεῖται· ἔνθα δὲ τὸ μὲν κρατοῦν, τὸ δὲ κρατούμενον ἔσται τῆς ψυχῆς, οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα ὁμολογία. ὁ δὲ σώφρων ὁμολογοῦντα ἔχει τὰ τῆς ψυχῆς μέρη πρὸς ἄλληλα. ὁ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τοῦ ἀκρατοῦς, καὶ ἀκολάστου.

Ἐγκράτεια. Continentia. Eſt affectio animi, quæ rectam rationem non tranſcendit. Vel, habitus a voluptatibus invictus. Demonſtrari autem poteſt, ſi nominibus abutamur, facta eorum permutatione, quomodo interdum vir bonus non ſit temperans, ſi temperantis nomine abutamur pro continente. Si enim continentis inter ſe non conſentiunt partes animi; boni vero viri, conſentiunt; vir bonus non erit continens. Quare ne temperans quidem erit, ſi temperantia idem ſit, quod continentia. Rurſus vero demonſtrare quis poteſt, virum bonum eſſe continentem, ſi continentiæ nomine quis abutatur pro temperantia. Bonus enim vir facultates animi inter ſe conſentientes habet: & ipſa illa facultatum animi inter ſe conſenſio eſt temperantia. Sic Demoſthenes confirmare volens, Philippo nullam gratiam habendam eſſe pro iis, quæ dederat: facta verbi permutatione dixit, ἀποδέδωκεν (reddidit,) pro, δέδωκεν, (dedit.) Thucydides etiam, cum Athenienſes adverſus Mitylenæos irritare vellet, facta nominum permutatione, ipſorum defectionem non vocavit ἀπόστασιν, ſed ἐπανάστασιν. Conſuetudo autem eſt plena hujuſmodi uſus, ſemper ſignificantiſſima quæque nomina per iſtam nominum permutationem uſurpantis. Nam pro τέμνειν & ἐσθίειν dici ſolet κατατέμνειν & κατεσθίειν; & pro μειδιᾷν, γελᾷν. Sic etiam facta nominum permutatione accipiunt callidum pro prudente, audacem pro forti, lenem pro ignavo & ſtupido, liberalem pro prodigo, & frugalem pro illiberali & ſordido. Sic etiam Callicles in Gorgia apud Platonem facta nominum permutatione modeſtos homines vocat fatuos. Si vero velimus demonſtrare, temperantem non eſſe continentem, facta nominum permutatione ſumemus continentem pro eo, qui ſe ipſe vincit. Hoc enim ſignificat hæc vox. Et poſtquam demonſtrarimus, ubi eſt id quod vincit, illic etiam fore aliquid, quod vincatur; & id, quod vincitur, reluctans & repugnans vinci. Ubi vero eſt id, quod vincit, itemque id, quod vincitur, illic non eſſe conſenſionem animi. Temperans vero animi partes inter ſe conſentientes habet. Eadem eſt & incontinentis & intemperantis ratio. *Port.*

Ἐγκράτεια[6] σωφροσύνης διαφέρει. ἡ μὲν γὰρ σωφροσύνη ἠρεμαίας ἔχει τὰς ἐπιθυμίας. ἡ δὲ ἐγκράτεια, σφοδράς. † [7]Ἐγκρατὴς λέγεται, οὐ κατὰ ἀπάθειαν, ἀλλὰ διὰ τὸ πάσχειν μὲν, μὴ ἄγεσθαι δὲ ὑπὸ τῶν παθῶν. καὶ ἐγκρατὴς, ὁ ἐπικρατέστερος.

Ἐγκράτεια. Continentia differt a temperantia. Temperantia enim habet remiſſas cupiditates: continentia vero, vehementes. Continens autem quis dicitur non propter affectuum vacuitatem; ſed quia affectibus quidem afficitur, non tamen ab ipſis abripitur. Et ἐγκρατὴς, potens, ſuperior.

1 Θουκυδίδης] Lib. 1. cap. CXVIII.

2 Ἐγκράτεια. Διάθεσις ἀνυπ.——ἡδονῶν] Hæc ſunt verba Laertii lib. VII. ſegm. XCIII.

3 Ὅτι ἔστι δεικνύναι——εἰς ἠλιθίους μεταλαμβάνει] Hæc omnia ad verbum deſcripta ſunt ex Alexandro Aphrodiſeo in *Topica* Ariſtot. pag. 84. 85.

4 Δεῖξαι δὲ θέλοντες, ὅτι ὁ σώφρων οὐκ ἔστιν ἐγκρ.] Hæc, & quæ ſequuntur uſque ad finem articuli, excerpta ſunt ex eodem Alexandro Aphrod. in *Top.* Ariſtot. pag. 94. ut Pearſonius etiam monuit.

5 Αὐτοκρατοῦντα] Scribe ἑαυτοῦ κρατοῦντα, ut habet Alexander Aphrod. loco laudato.

6 Ἐγκράτεια σωφροσ.——σφοδράς] Et hæc ſunt verba Alexandri Aphrod. in *Top.* Ariſt. pag. 65

7 Ἐγκρατὴς λέγεται——ὑπὸ τῶν παθῶν] Hæc itidem deprompta ſunt ex Alexandro Aphrod. in *Top.* Ariſt. pag. 176.

Ἐγκράτεια. ἡ τῶν κακῶν ἀποχή.

Ἐγκρατής. Ὁ δὲ πολλάκις ἐνόσησε· καὶ ἀνέῤῥωσεν αὐτὸν ὁ Θεός. ἐπεὶ δὲ ἐγκρατὴς ἐγένετο ἑαυτοῦ καὶ τῆς ὑγιείας, τοῦ σωτῆρος οὐδεμίαν ὤραν ἐπέθετο. Καὶ αὖθις· Ἔλεγεν ὁ Λεωργὸς τῶν φθανουσῶν ἰάσεων τύχῃ μᾶλλον, ἢ βουλήσει Θεοῦ ἐγκρατὴς γεγονέναι.

Ἐγκρίνει. συντάττει. Οὔτι που τοὺς μὲν ἐγκρίνει, τοὺς δὲ ἀποκρίνει.

Ἐγκρίς. γλύκασμα ἐξ ἐλαίου ὑδαρές.

Ἔγκρισις. ἱερὸς ἀγών.

Ἐγκρυφίας ἄρτος. ἐν σποδῷ κεκρυμμένος. τὰ δὲ γʹ [1] μέτρα τῆς σεμιδάλεως, ἐξ ὧν ὁ ἐγκρυφίας ἐγένετο, τὴν τριήμερον τοῦ ἄρτου τῆς ζωῆς ταφὴν ὑπαινίττεται.

Ἐγκυκλήθητι. [2] Εἰ μὴ σχολὴν ἔχεις καταβῆναι, ἐγκυκλήθητι. τουτέστι, [3] συστράφηθι. Ἐγκύκλημα δὲ λέγεται μηχάνημα ξύλινον, τροχοὺς ἔχον, ὅπερ περιστρεφόμενον τὰ δοκοῦντα ἔνδον ὡς ἐν οἰκίᾳ πράττεσθαι, καὶ τοῖς θεαταῖς ἐδείκνυεν. λέγει οὖν, ὅτι κἂν φανερὸς γενοῦ.

Ἐγκύκλιον. ἀπαιτητικὸν καθολικόν. Εὐνάπιος περὶ Καρίνου φησίν· [4] Ἀλλ' ἦν ἐγκύκλιον αὐτῷ καὶ συνῆχθεν, τὸ τὰ τοιαῦτα ἁμαρτάνειν. τουτέστιν, εἰς παῖδας ὑβρίζειν. † [5] Οἱ δὲ ἀξιώματος ἀντιποιούμενοι, τὴν ἐγκύκλιον ἐπαιδεύοντο παιδείαν. ἡ δὲ ἐγκύκλιος παιδεία διὰ πάσης ἐχώρει παιδεύσεως, καὶ ῥυθμοῦ, καὶ παντὸς κινήματος.

Ἐγκύκλιος. ἡ ἐτήσιος τῶν χρημάτων δόσις. [6] Τοῦ δὲ Χαγάνου τοῦ ἡγεμόνος τῶν Ἀβάρων ἐξαιτοῦντος τὸν ἐγκύκλιον πλοῦτον, ὃν ἀν' ἔτος ἕκαστον παρὰ Ῥωμαίων ἐλάμβανον. Καὶ αὖθις· Ὁ [7] δὲ στρατηγὸς τὰς ἐγκυκλίους διανομὰς τῶν χρημάτων αὐτοῖς ἐποιήσατο. Θεοφύλακτος Σιμοκάττης. Καὶ αὖθις· Ἡ [8] ἐγκύκλιος τῶν χρημάτων ἐπίδοσις τῷ Ῥωμαϊκῷ ἐχεῖτο συντάγματι. Ἐγκύκλια λέγεται καὶ τὰ ποιητικά.

Ἔγκυκλον. ἱμάτιον. [9] Ἀριστοφάνης· Ἐγὼ γ' ἂν εἴ μοι χρεὶ' ἦ τοὔγκυκλον τουτὶ καταθεῖσαν. καὶ ἀλλαχοῦ·

Φέρ' [10] ἔγκυκλον τουτί. λάμβαν' ἀπὸ τῆς κλινίδος.

καὶ δῆλον, ὡς τὸ μὲν ἔγκυκλόν ἐστιν ἱμάτιον· [11] ὁ δὲ κροκωτὸς, ἔνδυμα.

Ἐγκράτεια. Continentia. Abstinentia a malis.

Ἐγκρατής. Alicujus rei compos. *Illum vero sæpe ægrotantem Deus pristinæ valetudini restituit. Postquam autem ex morbo convaluisset, servatoris sui nullam rationem habuit.* Et iterum: *Leorgus dicebat, se casu potius quam voluntate Dei ante sanatum fuisse.*

Ἐγκρίνει. Numero vel ordini alicui aliquem inserit. *Non alios quidem in ordinem hunc recipit, alios vero repudiat.*

Ἐγκρίς. Libum ex oleo melle & aqua confectum.

Ἔγκρισις. Sacrum certamen.

Ἐγκρυφίας ἄρτος. Panis subcinericius. Tres autem mensuræ similaginis, ex quibus subcinericius panis fiebat, triduanam panis vitæ sepulturam obscure denotant.

Ἐγκυκλήθητι. Conspiciendum te præbe. *Si tibi otium non est descendendi, at saltem conspiciendum te præbe.* Ἐγκύκλημα vero dicebatur machina lignea, rotas habens, quæ conversa, ea, quæ intus, ut in ædibus geri videbantur, spectatoribus ostendebat. Dicere igitur vult: Saltem conspiciendum te nobis præbeas.

Ἐγκύκλιον. Orbiculare. Universale. [Perpetuum. Continuum.] Eunapius de Carino dicit: *Sed ipsi quotidianum & maxime consuetum erat hujusmodi flagitia admittere.* Id est, pueros subigere. † *Qui vero ad dignitatem aliquam adspirabant, encyclopædiæ studebant. Encyclopædia vero per omnem disciplinam & rhythmum & motum ibat.*

Ἐγκύκλιος. In orbem rediens. Annuus. *Cum vero Chaganus, Abarorum dux, annuam pensionem postularet, quam Abari quotannis a Romanis accipiebant.* Et iterum: *Imperator exercitus vero annua stipendia ipsis distribuit.* Theophylactus Simocatta. Et iterum: *Annua stipendia Romanorum exercitui numerabantur.* Ἐγκύκλια etiam dicuntur poemata Cyclica.

Ἔγκυκλον. Encyclum. Vestimentum muliebre. Aristophanes: *Ego vero* [*idem fieri volo,*] *quamvis me oporteat encyclum hoc oppignorare.* Et alibi: *Affer encyclum hoc, e lectulo sumptum.* Illud vero constat, τὸ ἔγκυκλον esse vestimentum exterius; crocotum vero, interius.

1 Μέτρα] Sic habent 2 MSS. Paris. At priores Editt. minus recte μέρη.

2 Ἐγκυκλήθητι] Scribe ἐκκυκλήθητι; & paulo post ἐκκύκλημα, pro ἐγκύκλημα, ut recte legitur apud Scholiastam Aristophanis ad *Acharnenses*, pag. 392. unde hæc Suidas descripsit. Vide etiam infra v. Ἐκκυκλεῖ.

3 Συστράφηθι] Inepte. Τὸ ἐκκυκλεῖν enim, (sic namque scribendum esse paulo ante diximus) hic & alibi significat ἐκκαλύπτειν, i.e. ostendere, conspiciendum præbere, vel in medium proferre: per translationem ductam a machina theatrali, cujus versatione res oculis spectatorum exhibebantur. Vide infra v. Ἐκκυκλήθητι, & v. Ἐξεκύκλησε; & Casaubonum ad Athen. lib. VIII. cap. XV.

4 Ἀλλ' ἦν ἐγκύκλιον αὐτῷ & c.] Vide infra v. Ὕβρις.

5 Οἱ δὲ ἀξιώματος ἀντιπ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 297.

6 Τοῦ δὲ Χαγάνου τοῦ ἡγεμόνος τῶν Ἀβ.——Ῥωμαίων ἐλάμβ.] Fragmentum hoc consarcinavit Suidas ex Theophylacto Simocatta lib. I. cap. VIII. ubi inter alia & hæc leguntur: Παραγγυμνοῦται ὁ πόλεμος, ἔτι Σεργίου τοῦ βασιλικοῦ ἐπιβαίνοντος ἄστεος ἐν περιόδοις μοίραις, καὶ τὸ ΕΓΚΥΚΛΙΟΝ πλοῦτον παρὰ Ῥωμαίων ἀπηγγελκότος, ὃν αἱ συνθῆκαι τῷ Χαγάνῳ ἀν' ἔτος ἐδίδοσαν ἱερεῖν. τοῦτο τι καὶ βασιλικὸν ἀπὸ πρώτου ἀρχῆς ἀπερείδηζεν, οὐχ ἥκιστα φρονηματισθεὶς ὑπὸ τῶν Ἀβάρων διαπυνθανομένων τὸ μὴ ἐξαιτοῦντος τὸν ΕΓΚΥΚΛΙΟΝ πλοῦτον, καὶ τὰς εἰρηναίας σπονδὰς &c. Hinc Suidæ verba deprompta esse manifestum est.

7 Ὁ δὲ στρατηγὸς τὰς ἐγκυκλίους διαν.] Fragmentum hoc itidem mutuatus est Suidas a Theophyl. Simocatta, quem vide lib. VI. cap. VI.

8 Ἡ ἐγκύκλιος τῶν χρημάτων ἐπίδ.] Et hic locus exstat apud eundem Simocattam lib. I. cap. VIII.

9 Ἀριστοφάνης· Ἐγὼ γ' ἂν εἴ μοι &c.] Apud Aristophanem *Lysistr.* pag. 842. (543. Ed. Bas. P.) locus hic ita legitur & distinguitur:

Ἐγὼ δέ γ' ἂν κἂν εἴ μοι χρεὶ ἦ τοὔγκυκλον
Τουτὶ καταθεῖσαν ἐκπιεῖν αὐθημερόν.

Sic etiam apud Suidam scribendum est.

10 Φέρ' ἔγκυκλον τουτί. λάμβ.] Senarius hic legitur apud Aristophanem *Thesmophor.* pag. 781. (518. Ed. Bas. P.)

11 Ὁ δὲ κροκωτὸς, ἔνδυμα] Cum ista scriberet Suidas, respexit procul dubio ad versum illum Aristophanis, qui exstat in eadem fabula, pag. 780.

Ὁ, πῶς τὸν κροκωτὸν πρῶτον ἐνδῦναι λαβεῖν.

Ἐγκύμων. ἐγκύου οὔσης.

Ἐγκυρῆσαι. ἀντὶ τοῦ ἐντυχεῖν. οὕτω Κρατῖνος.

Ἐγκύρτια. τὰ ἐν τοῖς κύρτοις ἐνυφάσματα. [1] Πλάτων δὲ λέγεται ἐν Τιμαίῳ ἐπὶ τῆς φάρυγγος τῇ λέξει.

Ἐγκαρσίχολοι.[2] ὀξύχολοι. χολὴν ἐν τῇ κεφαλῇ ἔχοντες. οἱ γὰρ ἰχθύες ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὴν χολὴν ἔχουσιν.

Ἐγκυσίχωλος.[3] εἴρηται παρὰ τὸν κύσον. ὁ ἀπὸ τοῦ κύσου χωλὸς καὶ τῆς κοτύλης. κύσον γὰρ εἰώθασιν οἱ κωμικοὶ καὶ τὸν πρωκτὸν καλεῖν, περὶ ὃν ἡ κοτύλη ἐστίν.

Ἐγκυτί.[4] ἀντὶ τοῦ ἐγγύς. οὕτω Καλλίμαχος.

Ἐγλιξάμην. ἐπεθύμησα. οὕτω Πλάτων.

Ἐγγλωττογάστωρ. [5] Ἐγγλωττογάστορες, οἱ ἀπὸ τῆς γλώττης βιοτεύοντες· ὡς ἐγχειρογάστορες, οἱ ἀπὸ τῶν χειρῶν.

Ἐγγλωττοτυπεῖν.[6] τὴν γλῶτταν ψοφεῖν τὰ κατορθώματα, καὶ σεμνολογεῖν τὰ ἐκείνων κατορθώματα, καὶ ἀεὶ ἐπὶ τῆς γλώττης ἔχειν.

Ἔγνω. ἀντὶ τοῦ ἔκρινεν. Ἔγνω οὖν ὁ βασιλεὺς αὐτοὺς ἀδικεῖν. οἱ δὲ φεύγουσιν. καὶ ἔγνωσαν. ἀντὶ τοῦ ἔκριναν. † Καὶ τὸν Μάγκινον ἐκδοθῆναι τοῖς Νομάνταις ἔγνωσαν.

Ἐγνωμάτευεν. Ὁ δὲ τῶν βαρβάρων ἡγούμενος ἐγνωμάτευε ξὺν τῷ ἀδελφῷ, καὶ ἔλεξεν, ὡς ἐγὼ μὲν ἐνέδραν ποιήσομαι· σὺ δὲ χρῶ ἀκροβολισμοῖς καὶ τοξεύμασιν. ἀντὶ τοῦ, βουλὰς ἐδίδου καὶ γνώμας. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ ἐγνωμάτευε πάντῃ ἀξύμφορον εἶναι Πέρσαις, φιλίαν θέσθαι ὡς πρὸς Τούρκους.

Ἐγνωσμένον. βεβουλευμένον. Ὁ δὲ φράζει, ὡς ἐγνωσμένον αὐτῷ εἴη, ἔτι νυκτὸς ἐμβαλεῖν εἰς τοὺς πολεμίους.

Ἐγνωσμένον. κεκριμένον. Ἀρριανός· Ἐγνωσμένον δὲ εἶναι σφίσιν, ἐπειδὰν ἐλάσωσιν οἱ Μαυρούσιοι εἰς αὐτοὺς, τοὺς μὲν κατὰ πρόσωπον αὐτῶν φεύγειν, ὡς πεφοβημένους· τοὺς δὲ ἐφ' ἑκάτερα τεταγμένους, ἐς τὰ πλάγια ἐμβάλλειν τῶν διωκόντων.

Ἔγωγε. κατὰ έ τρόπους διαιρεῖται σύνθεσις ἀπὸ παραθέσεως· κατὰ τόνον, κατὰ γραφὴν, κατὰ πνεῦμα, κατὰ εἰσβολὴν μορίου, κατὰ διάλεκτον. κατὰ τόνον, ὥσπερ τὸ πάροδος. κατὰ γραφὴν, ὥσπερ τειχίλιοι. κατὰ πνεῦμα, ὡς ἔνεστι, καὶ ἔξεστι. κατὰ εἰσβολὴν μορίου, ὡς τὸ, ὡστὶ χοῦς. κατὰ διάλεκτον, ὥσπερ ἔγωγε.

Ἐγώγυον.[7] ἀρχαῖον. Ὠγύγιον. τὸ ἀρχαῖον.

Ἐγῷδα. ἐγὼ γινώσκω. περὶ Αἰσχύλου·

Ἐγῷδα[8] τοῦτον, καὶ διέσκεμμαι πάλαι
Ἄνθρωπον ἀγριοποιόν.

Ἐγκύμων. Gravidæ. Prægnantis.

Ἐγκυρῆσαι. Incidiſſe. Ita Cratinus.

Ἐγκύρτια. Ea quæ ſagenis intexta ſunt. Plato vero in *Timæo* hac voce uſus eſt pro gutture, vel faucibus.

Ἐγκαρσίχολοι. Iracundi. Bilem in capite habentes. Piſces enim in capite bilem habent.

Ἐγκυσίχωλος. A podice uſque claudus. Vox enim iſta compoſita eſt ex κύσος [& χωλός.] Κύσον autem Comici vocare ſolent podicem, circa quem eſt κοτύλη, i.e. cavitas coxæ.

Ἐγκυτί. Prope. Ita Callimachus.

Ἐγλιξάμην. Concupivi. Sic Plato.

Ἐγγλωττογάστωρ. Ἐγγλωττογάστορες vocantur, qui lingua victum ſibi quærunt: ut ἐγχειρογάστορες, qui manibus victum ſibi parant.

Ἐγγλωττοτυπεῖν. Magno verborum ſtrepitu præclara aliquorum facinora prædicare & extollere, eaque in ore ſemper habere.

Ἔγνω. Judicavit. Decrevit. *Rex igitur eos injuſte facere judicavit. Illi vero fugiunt.* Et ἔγνωσαν, cenſuerunt. *Et Mancinum Numantinis dedendum eſſe cenſuerunt.*

Ἐγνωμάτευεν. Conſultabat. Cenſebat. *Barbarorum vero dux conſultabat cum fratre, dicens: Ego quidem hoſtibus inſidias ſtruam; tu vero velitationibus & ſagittis hoſtem laceſſe.* Et iterum: *Ille vero cenſebat haud e re fore Perſarum, amicitiam cum Turcis inire.*

Ἐγνωσμένον. Statutum. Decretum. *Ille vero dicit, apud ſe ſtatutum eſſe, noctu adhuc hoſtes adoriri.*

Ἐγνωσμένον. Judicatum. Statutum. Decretum. Arrianus: [*Dixerunt autem*] *id ſibi viſum eſſe faciendum, ut, poſtquam Mauruſii ſe invaſerint, alii quidem terga dent, tanquam timore perculſi; alii vero, ab utraque aciei parte collocati, hoſtem perſequentem ex tranſverſo aggrediantur.*

Ἔγωγε. Quinque modis diſtinguitur ſyntheſis a paratheſi: Tono, ſcriptura, ſpiritu, additione alicujus particulæ, dialecto. Tono, ut, πάροδος. Scriptura, ut τειχίλιοι. Spiritu, ut ἔνεστι, & ἔξεστι. Additione particulæ, ut, ὡστὶ χοῦς. Dialecto, ut ἔγωγε.

Ἐγώγυον. Antiquum. Vetuſtum.

Ἐγῷδα. [Pro ἐγὼ οἶδα.] Novi. Scio. [Euripides apud Ariſtophanem] de Æſchylo dicit: *Ego novi hunc & perſpexi jampridem, ut hominem, qui Heroes truces & crudeles in ſcenam introducit.*

1 Πλάτων δὲ λέγεται ἐν Τιμαίῳ] Pag. 549.

2 Ἐγκαρσίχολοι] Hæc vox extra ſeriem ſuam poſita eſt, quæ proinde alibi collocanda eſt. Confer Etymologum, apud quem legitur ἐγκεφαλίχολοι.

3 Ἐγκυσίχωλος. εἴρηται παρὰ τὸν κ.] Eadem habet Etymologus.

4 Ἐγκυτί] Vide infra v. Ἐν χρῷ.

5 Ἐγγλωττογάστορες] Voce hac uſus eſt Ariſtophanes *Avibus* pag 617. ad quem locum Suidas hic reſpexit.

6 Ἐγγλωττοτυπεῖν. τὴν γλῶτταν ψοφ.] Ex Scholiaſta Ariſtophanis ad *Equit.* pag. 335. (233. Ed. Baſ. P.)

7 Ἐγώγυον] Mendoſe pro ὠγύγιον.

8 Ἐγῷδα τοῦτον, καὶ διέσκ.] Hæc ſunt verba Ariſtophanis *Ranis* pag. 251. (163. Ed. Baſ. P.)

‡

Ἐγὼ

Ἐγὼ δὲ καὶ σὺ ταυτὸν ἕλκομεν ζυγόν. ἐπὶ τῶν ὅμοια καὶ παραπλήσια πασχόντων.

Ἐγῷμαι. ἀντὶ τοῦ ἐγὼ οἶμαι.

Ἐγὼ [1] μὲν ἐκ τοῦ καλοῦ εἰς καλὸν μετήνεγκα. ἐκ τοῦ κιθαρῳδικοῦ καλοῦ ὄντος εἰς τὸ τραγικόν. ἐπὶ τῶν ὁμοίως τι πραττόντων.

Ἐγὼ μιμήσω πάντα κατὰ Νικόστρατον. ὁ Νικόστρατος οὗτος κωμῳδίας ἦν ὑποκριτής, δοκῶν κάλλιστα ὑποκεκρίσθαι.

Ἐγώ σου ὀναίμην. ἐγώ σου ἀπολαύσω.

Ἐγγώνιος τράπεζα. ἡ μὴ στρογγύλη, καὶ μὴ ἄγαν περιφερής. Ἐν τῷ συνδείπνῳ τοῦ Μαικήνα τράπεζα ἐγγώνιος ἦν ὑπὸ τῇ κλισίᾳ, τὸ μέγεθος μεγίστη, καὶ κάλλος ἄμαχος, καὶ οἷα εἰκὸς ἐπῄνουν ἄλλοι ἄλλως αὐτήν. ὁ δὲ Ἴερος, οὐκ ἔχων ὅτι παρ᾽ ἑαυτοῦ [2] τερατεύσασθαι, σιγῆς γενομένης, Ἐκεῖνο δὲ οὐκ ἐνοεῖτε, ὦ φίλοι συμπόται, ὡς στρογγύλη ἐστὶ καὶ ἄγαν περιφερής. ἐπὶ τοίνυν τῇ ἀκράτῳ κολακείᾳ, ὡς τὸ εἰκὸς, γέλως κατερράγη. Πλούταρχος.

Ἐγρήγορεν. ἔνηφεν. ἐγρήγορος. ὁ νηφάλεος.

Ἐγρήγοροι. Ἄγγελοι, οἱ τοῦ Σὴθ υἱοί.

Ἐγρηγορώς. ἄγρυπνος διατελῶν.

Ἔγρυπε. Σεισμὸς, φησὶ, γέγονε, καὶ ἔγρυπεν ἡ γῆ. Μελάνθιος. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Γρυπάνιον.

Ἐγγύη. ἡ ἀσφαλὴς ἀντιποίησις, καὶ σταθερά. ἀπὸ τοῦ γῆ, γύη, καὶ ἐγγύη. καὶ γὰρ ἡ γῆ τῶν ἄλλων στοιχείων παγιωτέρα.

Ἐγγύη. ἡ περί τινος ἀναδοχή.

Ἐγγυήσασθαι. μνηστεύσασθαι. καὶ ἐγγυητὴ γυνὴ, ἡ μεμνηστευμένη. [3] Προκόπιος· Ἡ δὲ ἐγγυητὴ ὕστερον Βελλισαρίῳ γυνὴ γέγονεν, ἤδη παίδων μήτηρ γενομένη πολλῶν. εὐθὺς οὖν ἠξίου μοιχεύτρια τὸ ἐξῆς εἶναι.

Ἐγγύθετος. ὁ παρεσκευασμένος τόπος.

Ἐγγυθήκη. [4] σκεῦός τι πρὸς [5] τὸ κρατῆρας ἢ λέβητας ἤ τι τοιοῦτον οὐκ ἀλλότριον ἐπικεῖσθαι, ἐπιτήδειον εἶναι.

Ἔγγυον. ἀσφαλές. καὶ ἔγγυος, ὁ ἐγγυητής. καὶ ἐγγυωμένη, ἀσφαλιζομένη. Πισίδης·

Νῦν πανσέληνος ἡ σελήνη λαμπέτω,
Τοῦ Χοσρόου λέγοντος ἐγγυωμένη,
Πέρσας τὸ λοιπὸν μὴ θεουργεῖν τὴν κτίσιν.

Ἐγγυῶ. ἐκδίδωμι.

Ἐγγυώμεθα. [6] ἀντιφωνοῦμεν.

Ἐγχανών. ἀντὶ τοῦ καταγελάσας. [7] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Σὺ δ᾽ ἐγχανὼν τέθνηξί.



Ἐγὼ δὲ καὶ σὺ τ. *Ego vero & tu idem jugum trahimus.* Dicitur de iis, qui similia mala patiuntur.

Ἐγῷμαι. Pro, ἐγὼ οἶμαι. Puto.

Ἐγὼ μὲν ἐκ τοῦ καλ. *At ego ex bono in aliud bonum hæc transtuli.* Nimirum a cithara, quæ bona est, ad tragœdiam. Dicitur hoc de iis, qui simile quid faciunt.

Ἐγὼ μιμήσω πάντα κατὰ Νικ. *Nicostratum in omnibus imitabor.* Nicostratus hic fuit histrio Comicus, qui scite admodum & pulchre fabulas agere norat.

Ἐγώ σου ὀναίμην. Utilitatem ex te percipiam.

Ἐγγώνιος τράπεζα. Mensa habens angulos; sive, quæ non est perfecte rotunda. *In convivio Mæcenatis mensa sub tentorio posita erat, angulos habens, magnitudinis & pulchritudinis eximiæ; quam, ut par est, alii aliter laudabant. Iortius vero, cum nihil novum & insolitum proferre posset, facto silentio: Illud vero non animadvertitis, chari compotores, inquit, mensam hanc esse apprime rotundam. Hanc igitur immodicam & ineptam assentationem omnes effuso risu exceperunt.* Plutarchus.

Ἐγρήγορεν. Vigilabat. Et ἐγρήγορος. Vigilans. Sobrius.

Ἐγρήγοροι. Angeli, filii Sethi.

Ἐγρηγορώς. Qui vigilat.

Ἔγρυπε. *Terra, inquit, tremore concussa est.* Melanthius. Vide in v. Γρυπάνιον.

Ἐγγύη. Securitas. Sponsio. Fidejussio. A γῆ, γύη, & ἐγγύη. Nam terra cæteris elementis est stabilior & firmior.

Ἐγγύη. Sponsio. Fidejussio.

Ἐγγυήσασθαι. Despondere. Et ἐγγυητὴ γυνὴ, mulier desponsa. Sponsa. Procopius: *Illa vero mulier Bellisario postea desponsa fuit, cum multorum jam liberorum mater fuisset. Statim igitur post ad adulterium animum adjecit.*

Ἐγγύθετος. Locus adsitus.

Ἐγγυθήκη. Vas quoddam, in quo crateres, vel lebetes, vel alia vasa reponuntur. Repositorium.

Ἔγγυον. Firmum. Tutum. Et ἔγγυος. Sponsor. Fidejussor. Et ἐγγυωμένη, firmans, spondens. Pisides: *Nunc pleno orbe splendeat luna, Chosroe annuente spondens, Persas non amplius rebus creatis divinos honores attributuros esse.*

Ἐγγυῶ. Eloco. Spondeo. Despondeo.

Ἐγγυώμεθα. Spondemus. Fidejubemus.

Ἐγχανών. Ore hianti deridens. Aristophanes *Nubibus*: *Tu vero ore hianti me deridens,*

1 Ἐγὼ μὲν ἐκ τοῦ καλοῦ εἰς καλ.] Et hoc fragmentum legitur apud Aristophanem *Ranis* pag. 272. (180. Ed. Bas. P.)

2 Τερατεύσασθαι] Lege, τερατεύσαιτο, ut recte infra v. Ἴερος, ubi locus hic repetitur.

3 Προκόπιος] *Histor. Arc.* cap. 1.

4 Ἐγγυθήκη] Vide Casaubonum ad Athen. lib. v. cap. xiii. & Maussacum ad Harpocrationem h. v. unde locum hunc descripsit Suidas.

5 Πρὸς τὸ κρατῆρας ἢ λέβ. ἤ τι τοιοῦτον οὐκ ἀλλότρ. ἐπ.] Locum hunc sic legendum esse puto: Πρὸς τὸ κρατῆρας ἢ λέβητας ἤ τι τοιοῦτον δέχεσθαι ἐπιτήδειον. Ex lectione enim vulgata nemo sensum planum & perspicuum elicere queat.

6 Ἀντιφωνοῦμεν] Ἀντιφωνεῖν proprie significat *respondere*. Hic vero accipitur, pro spondere, vel fidejubere: eodem modo uti apud Latinos *respondere* pro *spondere* barbare dici solet. Vide Salmasium *de Modo Usur.* pag. 718.

7 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 202. (125. Ed. Bas. P.)



Digitized by Google

καὶ αὖθις·

Οὐ[1] γὰρ ἡμῶν γε στρατηγῶν ἐγχανεῖται τῇ πόλει,
Ἀλλὰ πλείτω χωρὶς αὐτὸς ἐς κόρακας.

Ἔγχεα. δόρατα.

Ἐγχέλεις[2] θηρώμενος. ἐπὶ τῶν διὰ κέρδος ἴδιον ταραχὰς ποιούντων. ὅταν γὰρ τὸ ὕδωρ καταστῇ, οὐδὲν λαμβάνουσιν. ὅτε δὲ ἄνω καὶ κάτω τὸ ὕδωρ ταράξουσιν, κινοῦσι, καὶ λαμβάνουσιν. οὕτω καὶ οὗτοι ταράττοντες τὴν πόλιν.

Ἔγχελυς.[3] Ἀττικῶς. παρὰ Βοιωτοῖς δὲ, ἔγχελις.

Ἐγχεσίμωρος.[4] ὁ πολεμιστής.

Ἔγχει. ἔμβαλε.

Ἐγχείη.

--- Ἀντιβίων[5] τε
Πολλάκις ἐγχείην γευσαμένην χολάδων.

Ἐγχεῖν. ἐγκεράσαι. Ξενοφῶν· Ὁ δὲ τοῖς νεανίσκοις ἐγχεῖν ἐκέλευσεν, εὔχεσθαί τε τοῖς Θεοῖς. ἢ ἀντὶ τοῦ σπεῖσαι.

Ἐγχειρίδιον. ξίφος. ὄργανον. τμητικὸν ὄργανον.

Ἐγχειρογάστορες. οἱ ἀπὸ τῶν χειρῶν ζῶντες.

Ἐγχειρῶ ἐγώ. δοτικῇ. Ἐγχειρίζω δὲ ἕτερον. καὶ ἐγχειρίζω, δοτικῇ.

Ἔγχος. δόρυ. [6]Ὅμηρος· Ἔγχος ἑνδεκάπηχυ. τὸ διπλάσιον, δύο καὶ εἰκοσίπηχυ.

Ἔγχος. ἀλληγορικῶς παρὰ Σοφοκλεῖ ἡ βοήθεια. παρὰ τὸ ἔχεσθαι. [7]Οὐδὲ ἔνι Φροντίδος ἔγχος. οἷον, οὐκ ἔστι τῆς ἐμῆς Φροντίδος ἔγχος· τουτέστι, βουλῆς καὶ προμηθείας ἔργον.

Ἐγχώρειον. οἰκεῖον. [8]Ἐγχώρειοι γὰρ οὐ μόνον τὰς τῶν ἀνέμων στάσεις, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἐγχωρείων ἀνθρώπων ἤθη κάλλιστα γινώσκουσιν.

Ἐγχρίμπτεται. ἐγγίζει. Τοῖς δὲ κριοῖς, ὁπότ' ἐπιφέροιντο, ἐπέβαλλον βάρη, ὡς ἐγχριμπτομένοις ὀλλύοιτο ἡ βία.

Ἐγχρίμπτων. προσπελάζων. προστρίβων.

Ἐγχριμφθεῖσα. προσπελασθεῖσα. καὶ ἐγχρίψαι παρ' Ἡροδότῳ, ἐμπεσεῖν, παραπολαῦσαι.

Ἐγχρόνιον. οὐ περὶ πολλοῦ χρόνου συντεθεισῶν.

*morieris.* Et iterum: *Haud enim nobis saltem ducibus deridebit civitatem, sed naviget solus ad corvos.*

Ἔγχεα. Lanceæ. Hastæ.

Ἐγχέλεις θηρώμενος. Anguillas captans. Dicitur de iis, qui privati commodi causa turbas excitant. Cum enim aqua tranquilla est, [piscatores] nihil capiunt. Cum vero eam turbant, pisces capiunt. Sic etiam isti, qui turbant civitatem.

Ἔγχελυς. Attice per υ. Apud Bœotos vero dicitur ἔγχελις, per ι.

Ἐγχεσίμωρος. Bellicosus. Bellator.

Ἔγχει. Infunde.

Ἐγχείη. Hasta. [In Epigrammate:] *Et hastam, quæ sæpe hostium gustavit intestina.*

Ἐγχεῖν. Infundere. Miscere. Libare. Xenophon: *Ille vero pueris imperavit, ut Diis libarent, iisque vota facerent.*

Ἐγχειρίδιον. Pugio. Gladius.

Ἐγχειρογάστορες. Qui manibus propriis victum sibi parant.

Ἐγχειρῶ ἐγώ. Cum dativo. Manum injicio. Aggredior. At Ἐγχειρίζω ἕτερον. Alterum in manus trado. [Cum accusativo rei, &] dativo personæ.

Ἔγχος. Hasta. Homerus: *Hasta undecim cubitos longa.* Hasta autem duplex est viceſt viginti & duorum cubitorum.

Ἔγχος. Apud Sophoclem allegorice sic vocatur auxilium. Ab ἔχεσθαι. *Neque adest hasta consilii, qua [malum] propulsari queat.* Id est, nulla consilii vel prudentiæ ope præsentia mala propulsari queunt.

Ἐγχώρειον. Domesticum. [Et ἐγχώρειοι, indigenæ.] *Indigenæ enim non solum ventorum stationes, ut proverbio dicitur, sed & popularium mores optime norunt.*

Ἐγχρίμπτεται. Accedit. Appropinquat. *Arietibus vero, cum muris admovebantur, pondera injiciebant, ut debili ictu mœnia ferirent.*

Ἐγχρίμπτων. Accedens. Admovens. Atterens.

Ἐγχριμφθεῖσα. Admota. Quæ accessit. Et ἐγχρίψαι apud Herodotum, incidisse, leviter degustasse.

Ἐγχρόνιον. Dicitur de rebus, quæ non mul-

1 Οὐ γὰρ ἡμῶν γε στρατηγῶν ἐγχαν.] Fragmentum hoc exstat apud Aristophanem *Equit.* pag. 360. Huc pertinet alius locus, qui legitur apud eundem Comicum *Vespis* pag. 501.

Κὰν ἐγχανεῖταί σ' ἐξαπατῶν Ὑπέρβολος.

Ubi Scholiasta: Κὰν ἐγχανεῖται. οὐκ ἐγγελάσει σοι.

2 Ἐγχέλεις θηρώμενος. ἐπὶ τῶν διὰ κ.] Nota hæc referenda est ad locum illum Aristophanis *Equit.* pag. 341. (239. Ed. Bas. *P.*)

Ὅπερ γὰρ οἱ τὰς ἐγχέλεις θηρώμενοι πέπονθας.
Ὅταν μὲν ἡ λίμνη καταστῇ, λαμβάνουσιν οὐδέν.
Ἐὰν δ' ἄνω τε καὶ κάτω τὸν βόρβορον κυκῶσιν,
Αἱροῦσι. καὶ σὺ λαμβάνεις, ἢν τὴν πόλιν ταράττῃς.

I. e. interprete Frischlino: *Idem accidit tibi, quod his, qui anguillas aucupantur. Ubi tranquillus est lacus, nil piscium reportant. At si lutum stagni sursum commerint & deorsum; ibi capiunt demum. Sic & tu capis, ubi prius civitatem perturbaris.* Locus est elegans.

‡

3 Ἔγχελυς. Ἀττικῶς. παρὰ Βοιωτ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Acharnens.* pag. 414.

4 Ἐγχεσίμωρος.] Scribe ἐγχεσίμωρος, per ω, ut apud Homerum passim.

5 Ἀντιβίων τε πολλάκις ἐγχ.] Verba hæc sunt pars Epigrammatis, quod integrum legitur Anthol. lib. VI. cap. XXV.

6 Ὅμηρος.] Il. Θ. v. 494.

7 Οὐδὲ ἔνι Φροντίδος ἔγχος.] Apud Sophoclem *Oedip. Tyran.* pag. 158. sic legitur, uti etiam apud Suidam legendum est:

Οὐδ' ἔνι φροντίδος ἔγχος,
Ὧ τις ἀλέξεται.

Scholiasta: Οὐκ ἔνεστι τῆς ἐμῆς φροντίδος ἔγχος. τοῦτο δὲ, οἷον τὸ διὰ τῆς βουλῆς καὶ προμηθείας γινόμενον ἀλέξημα τῇ κακοπραγίᾳ. Hæc Suidæ lucem fœnerantur.

8 Ἐγχώρειοι γὰρ οὐ μόνον τὰς τῶν ἀν.] Hæc sunt verba Polybii, quæ leguntur in Excerptis a Valesio editis, pag. 34. unde ea Suidas deprompsit. Vide etiam supra v. Ἀνέμων στάσεις.

Ἀπωια-

Ἀππιανός· Κατεφρόνουν τῶν σπονδῶν ἔτι ἐγχρονίων οὐσῶν.

Ἐγχυτρίστριαι.[1] αἱ τὰς χοὰς τοῖς τετελευτηκόσιν ἐπιφέρουσαι. [2] Μίνως, ἢ περὶ νόμου. ἔλεγον δὲ καὶ τὸ βλάψαι, καταχυτρίσαι· ὡς Ἀριστοφάνης. Ἐγχυτρίστριαι δὲ λέγονται, καὶ ὅσαι τοὺς ἐναγεῖς καθαίρουσιν, αἷμα ἐπιχέουσαι ἱερείου. καὶ τὰς θρηνητρίας. ἔτι γε μὴν καὶ τὰς μαίας τὰς [3] ἐκτιθείσας ἐν χύτραις τὰ βρέφη. ὅθεν καὶ ἐγχυτρίζειν, τὸ ἀποκτείνειν.

Ἐδάϊσεν. ἐμέρισεν.

Ἐδάμη. ἐδαμάσθη.

Ἑδανόν. ἡδύ. εὐῶδες. [4] Ἀμβροσίῳ, ἑδανῷ. παρὰ τὸ ἥδω, τὸ εὐφραίνω, ἡδανὸν, καὶ συστολῇ, ἑδανόν.

Ἐδάσαντο. διεμερίσαντο.

Ἔδαφος. γῆ.

Ἔδαισεν. εὐώχησεν.

Ἐδάσατο. κατέφαγεν.

Ἐδέατρος.[5] τὸ μὲν ὄνομα Ἑλληνικόν· ἡ δὲ χρεία, Περσική. ἦν δὲ [6] προγεύστης τὸ πρῶτον, καὶ προήσθιεν τοῦ βασιλέως εἰς ἀσφάλειαν. ὕστερον δὲ ἐνομίσθη ἐδέατρον καλεῖν τὸν ἐπιστάτην τῆς ὅλης διακονίας καὶ παρασκευῆς.

Ἐδεδίεσαν. ἐφοβήθησαν.

Ἐδεδίσκετο. ἐξεφόβει.

Ἐδεδίξατο. ἐφοβήθη.

Ἐδέδμητο. ᾠκοδόμητο.

Ἔδεθλον. ἕδρασμα.

Ἐδέκαζε πολλούς. ἐδωροδόκει πολλούς.

Ἐδέμ. τρυφὴ ἑρμηνεύεται. καὶ ὁ παράδεισος.

Ἔδεσσα. πόλις Συρίας· εἰς ἣν ἀφικομένῳ Τραϊανῷ ὑπαντιάζει περὶ τῆς πόλεως Αὔγαρος, ἵππους τε δῶρα ἄγων ν' καὶ σ', καὶ τοὺς καταφράκτους θώρακας ἱππεῦσι καὶ τοῖς ἵπποις ν' καὶ σ', καὶ βέλη ἑξακισμύρια. ὁ δὲ Τραϊανὸς τρεῖς λαβὼν θώρακας, τἄλλα ξύμπαντα αὐτὸν ἔχειν ἐκέλευσεν.

to ante factæ sunt. Appianus: *Fœdera non multo ante facta, sed adhuc recentia, contemnebant.*

Ἐγχυτρίστριαι. Mulieres, quæ defunctis inferias faciunt. [Sic apud Platonem] in *Minoe* sive *de Lege.* Dicebant etiam τὸ καταχυτρίσαι pro βλάψαι, i. e. nocere, lædere. Ἐγχυτρίστριαι etiam vocantur fœminæ, quæ homines piaculo obstrictos lustrant, sanguine victimæ eos aspergentes. Item præficæ: nec non obstetrices, quæ infantes in ollis exponunt. Inde etiam ἐγχυτρίζειν ponitur pro occidere.

Ἐδάϊσεν. Divisit. Dissecuit.

Ἐδάμη. Domitus est.

Ἑδανόν. Suave. Suavem odorem spirans. [Homerus: *Se vero unxit oleo*] *divino, & suaviter olenti.* Ab ἥδω, delecto, deducitur ἡδανὸν, & per systolen, ἑδανόν.

Ἐδάσαντο. Diviserunt. Distribuerunt.

Ἔδαφος. Terra. Solum. Pavimentum.

Ἔδαισεν. Epulatus est.

Ἐδάσατο. Comedit. Epulatus est.

Ἐδέατρος. Hoc quidem nomen est Græcum: at res, quam significat, Persica. Sic autem primum appellabatur prægustator, sive is, qui cibos ante Regem securitatis gratia prægustabat. Postea vero usus obtinuit, ut totius convivii & apparatus præfectus & magister sic vocaretur.

Ἐδεδίεσαν. Timuerunt. Formidarunt.

Ἐδεδίσκετο. Terrebat.

Ἐδεδίξατο. Timuit. Formidavit.

Ἐδέδμητο. Ædificatum est.

Ἔδεθλον. Sedes.

Ἐδέκαζε πολλούς. Multos muneribus ac largitionibus corrumpebat.

Ἐδέμ. Hæc vox Edem, si eam interpreteris, significat delicias. Item, paradisum sive hortum.

Ἔδεσσα. Edessa. Urbs Syriæ. Ad hanc proficiscenti Trajano Abgarus ante urbem occurrit, dona adducens CCL. equos, & cataphractas loricas pro equitibus & equis CCL. & telorum LXM. Trajanus vero, tribus tantum loricis acceptis, cætera omnia ipsum servare jussit.

1 Ἐγχυτρίστριαι. αἱ τὰς χοὰς τοῖς τετ.] Totum hunc locum descripsit Suidas ex Scholiasta Aristophanis ad *Vespas* pag. 449. (320. Ed. Bas. P.) sed ubi pro ἐγχυτρίστριαι legitur ἐγχύτριαι.

2 Μίνως] Locus Platonis in *Minoe*, ad quem Suidas respexit, sic habet: Ὥσπερ καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς οἶσθα που καὶ αὐτὸς ἀκούων, οἵοις νόμοις ἐχρώμεθα πρὸ τοῦ περὶ τοὺς ἀποθανόντας, ἱερεῖά τε προσφάττοντες πρὸ τῆς ἐκφορᾶς τοῦ νεκροῦ, καὶ ἐγχυτριστρίας μεταπεμπόμενοι. I. e. *Nos quoque audivisti quales quondam ritus circa defunctos observaverimus, bestias jugulantes, antequam efferretur cadaver, præficasque accersentes.*

3 Ἐκτιθείσας ἐν χύτραις τὰ βρέφη] Infantes olim ἐν χύτραις, i. e. in ollis, exponi solebant. Hinc ἐγχυτρίζειν vel χυτρίζειν pro exponere dicebatur. Hesychius: Ἐγχυτριεῖς. ἀποκτενεῖς. μεταφέρεται δὲ ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς χύτραις ἐκτιθεμένων παιδίων. Idem alibi: Χυτρίζειν. ἐν χύτρᾳ τιθέναι. Lege. ἐκθεῖναι. Apud Aristophanem *Ranis* pag. 267. Æschylus de Oedipo ait:

Πῶς γάρ; ὅτε δὴ πρῶτον αὐτὸν γενόμενον
Χειμῶνος ὄντος ἐξέθεσαν ἐν ὀστράκῳ.

I. e. *Quomodo enim? Cum eum recens natum tempore hiberno in olla exposuerit.* Scholiasta ad eum locum: Τὸ δὲ ἐν ὀστράκῳ, ἐπεὶ ἐν χύτραις ἐξετίθεσαν τὰ παιδία. διὸ καὶ χυτρίζειν ἔλεγον. Vide etiam Nostrum infra v. Ἥρων.

4 Ἀμβροσίῳ, ἑδανῷ] Homerus Il. Ξ. v. 170. 171.

——— Ἀλείψατο δὲ λίπ' ἐλαίῳ,
Ἀμβροσίῳ, ἑδανῷ.

5 Ἐδέατρος. τὸ μὲν ὄνομα Ἑλλ.] Hæc, & quæ sequuntur, ex Lexico deperdito Ælii Dionysii Suidam descripsisse, discimus ex Eustathio, qui in Commentar. ad Odyss. Α. pag. 1403. 40. eadem ex scriptore illo αὐτολεξεὶ refert; ut Pearsonius etiam observaverat.

6 Προγεύστης] Hi *prægustatores* a Latinis dicuntur: de quibus præter alios vide Meurs. *Exercit. Crit.* Part. II. cap. III. Notandum autem est, quos Suidas & Eustathius auctore Ælio Dionysio vocant ἐδεάτρους, ab Athenæo lib. IV. pag. 171. appellari ἐλεάτρους, per λ. Verba ejus hæc sunt: Ἐκάλουν δὲ τοὺς προγεύστας ἐλεάτρους, ὅτι προήσθιον τοῦ βασιλέως πρὸς ἀσφάλειαν. νῦν δὲ ὁ ἐλέατρος ἐπιστάτης γίνεται τῆς ὅλης διακονίας. Qui ἐλέατρος scribebant, vocem illam deducebant ab ἐλεὸς, i. e. mensa coquinaria. Athenæus loco laudato: Ἐλέατροι δὲ καλοῦνται, ὥς φησι Πάμφιλος, οἱ ἐπὶ τὰς βασιλικὰς καλουμένας τράπεζας, παρὰ τὸν ἐλεόν. Cæterum διαφορὰ ista procul dubio orta est ab affinitate τῶν Δ & Λ: quas literas veteres librarii frequentissime inter se confundere solebant, ut alibi pluribus demonstravimus.

Ἐδεσσηνός. ἀπὸ πόλεως Ἐδέσσης.

Ἕδεσιν. ἱεροῖς. ἐκ τῆς ἕδος εὐθείας.

Ἐδεστὰ κρέατα. τὰ τρωγόμενα.

Ἐδεστή. βρωτή.

Ἐδεύετο. ἐνδεὴς ἐγένετο. ἐν ἑτέρῳ, ἐκορέννυτο, εὐφραίνετο, ἐβρέχετο.

Ἔδει. ἔπρεπεν.

Ἐδείματο. κατεσκεύασεν. ἐκ τοῦ δέμω, τὸ κατασκευάζω.

Ἐδείμαντο. ᾠκοδόμησαν. καὶ ἐδειμάτουν. ἀντὶ τοῦ ἐξεφόβουν. εἰς πτοίαν ἦγον καὶ δέος. [1] Δράκοντες δὲ μεγέθει μέγιστοι συνέστελλον αὐτοὺς καὶ ἐδειμάτουν, τὰ οὐραῖα μέρη ἐς σπείρας ἑλίξαντες.

Ἐδείναζον. δεινῶς ἔφερον.

Ἐδεινολόγουν. ἐσχετλίαζον. Οἱ δὲ ἐδεινολόγουν ἐπὶ τῇ τοῦ βασιλέως ῥᾳθυμίᾳ. καὶ ἐδεινοπάθουν. ἀντὶ τοῦ, δεινὰ πεπονθέναι ἔλεγον. Διὸ πρὸς ἀλλήλους ἐδεινοπάθουν, εἰ γυναικῶν τρόπον γυμνώσουσιν ἑαυτοὺς ὅπλων.

Ἔδειξεν. ὑπέδειξεν.

Ἔδειραν. ἐξέδειραν. Ἔδηραν δὲ, ἀντὶ τοῦ ἔτυψαν, διὰ τοῦ η.

Ἔδεισα. ἐφοβήθην.

Ἐδεῖτο. ἐδέετο τοῦ Θεοῦ. σημαίνει δὲ, καὶ τὸ ἐδεσμεῖτο.

Ἕδη. τὰ ἱερά. τὰ ἐδάφη. ἐκ τοῦ ἕδους.

Ἐδηδοκώς. καταφαγών. καὶ ἐδήδοκα, καὶ ἐδηδώς.

Ἐδηλήσαντο. ἔβλαψαν.

Ἐδήμευσαν. δημόσιον ἐποίησαν. Καὶ ἐκράτησεν ὁ φθόνος, καὶ τὴν [2] οὐσίαν ἐδήμευσαν αὐτοῦ. ὁ δὲ ὑπεξαιρεῖται χρυσίου δέκα τάλαντα.

Ἐδημοσίωσαν. δημόσιον ἐποίησαν. Ὁ δὲ Θευδέριχος ἐπὶ Ζήνωνος ἐδημοσιώθη, χιλίας καμήλους προπέμψας χρυσίου καὶ ἀργυρίου. Καὶ αὖθις· Ὁ [3] δὲ Αἰσχίνης, ἐπειδὴ συναίρων ἐν δίκῃ τινὶ διέφθειρε τοὺς δικαστὰς, ἐμβληθεὶς ἅμα αὐτοῖς ἐν δεσμωτηρίῳ, καὶ κώνειον πιὼν, ἀπέθανε, καὶ τὰ πράγματα αὐτῶν, ὡς ἀτέκνων, ἐδημοσιώθη.

Ἐδημώθη. ἐν τῷ δήμῳ διεδόθη. δῆλος πᾶσιν ἐγένετο. οὕτω Δίων ἐν Ῥωμαϊκῶν ἑπτακαιδεκάτῳ· Καί τις λόγος περὶ αὐτῶν τοιόσδε ἐδημώθη.

Ἔδηξεν. ἔδακεν.

Ἐδῄουν. παρὰ Θουκυδίδῃ, ἀντὶ τοῦ διέκοπτον, διέφθειρον. Ἅπασαν κατεδῄουν τὴν ἀνατολικὴν χώραν. καὶ ἐδῄωσαν, ὁμοίως.

Ἔδησα. ἐδέσμευσα.

Ἐδητύος. βρώσεως.

Ἐδεσσηνός. Edessenus. Ab Edessa urbe sic dictus.

Ἕδεσιν. Templis. Sedibus. A recto singulari ἕδος.

Ἐδεστὰ κρέατα. Carnes, quæ eduntur, aut edi possunt.

Ἐδεστή. Quæ edi potest. Quæ esui est.

Ἐδεύετο. Indigebat. Alibi vero exponitur, satiabatur, voluptate afficiebatur, rigabatur.

Ἔδει. Oportebat. Decebat.

Ἐδείματο. Ædificavit. Extruxit. A verbo δέμω, ædifico.

Ἐκβρασθῇ. Ejectum fuerit. Dicitur de rebus, quæ æstu maris in terram ejiciuntur. Pro eodem etiam dicitur ἐξεπλύσθη.

Ἐκγαμισθῆναι. Quum virgo in alteram gentem vel familiam elocatur, & nuptui datur illis, qui nulla cognatione eam contingunt, id ἐκγαμεῖσθαι dicitur.

Ἐκγεγάμεν. Natum esse. Genus ducere. Homerus: [*Istis parentibus*] *se natum esse gloriatur.* A γῶ, γήσω, fit γέγημι: unde infinitivus γεγάναι, & Dorice γεγάμεν; ut τεθεῖναι, τεθέμεν.

Ἐκ γενετῆς τυφλός. A tempore nativitatis cœcus.

Ἐκ γειτόνων. Vicinam. *Arrogantiam magnitudini animi vicinam effugit.*

Ἐκδεδαρμένον δέρεις. Excoriatum excorias. Dicitur de iis, qui frustra laborant.

Ἐκδεές. Mutilum. Imperfectum. *Placuit autem ipsis, (ut divinis oraculis sua in omnibus veritas constaret) in urbem ingredi, ut, si possent, Minervæ simulacrum furarentur.*

Ἐκδέξασθαι. Non accipitur pro expectare: sed pro excipere & suscipere. Ἐκδέξασθαι significat aliquid ab altero accipere, quod ipse deinde tractandum suscipias. Videndum vero, quomodo hæc vox accipiatur a Demosthene *Philipp.* v. ubi ait: Καὶ τὸ δοκεῖν ἐκδέχεσθαι τῶν ἐκείνῳ πεπρ.

1 Ἐκκαυλίζων. ἀποκλ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 338. (236. Ed. Bas. P.)

2 Ἐκβαλεῖν] Imo ἐμβαλεῖν. Vide infra v. Ἐμβαλεῖν.

3 Τὸν δ' ἡδυμελῆ ξύμφ.] Fragmentum hoc legitur apud Aristophanem *Avibus*, pag. 572. (394. Ed. Bas. P.)

4 Ἐκβρασθῇ] Sic recte MS. Paris. A. At in prioribus Edit. male excusum est ἐκβιασθῇ.

5 Ὅμηρος] Il. Ε. v. 248.

6 Ἐκδέξασθαι ἐστὶ τὸ παρ' ἑτ.] Ex Harpocratione.

Ἐκδέξαι.

Ἔκδεξαι. ἀντὶ τοῦ, ἀληθεύω καὶ οὐ ψεύδομαι. πίστευσον ὑποσχομένῳ τῷ δούλῳ σου. αὐτὸς ἐγγυητὴς γενοῦ τῆς ἐμῆς ὑποσχέσεως.

Ἐκδέχεσθαι. ἀπείργειν. κωλύειν. Γέῤῥα τε παρατεταγμένα ἦν, εἰς τὸ ἐκδέχεσθαι τὰ τῶν βαρβάρων τοξεύματα.

Ἐκδέχῃ. νοεῖς. ὑπολαμβάνεις. [1] Πολύβιος· Οὐκ ὀρθῶς, ὦ στρατηγὲ, τοὺς ἡμετέρους ἐκδέχῃ λόγους.

Ἔκδεια. ἡ κεχρεωστημένη λοιπάς. ἔκδεια γάρ ἐστι, τὸ μέρος καταβαλεῖν, ὧν ὀφείλει τις, εἰ καὶ μὴ πάντα. ἔνδεια δὲ, τὸ μηδὲν ὅλως καταβαλεῖν. ἢ ἔκδεια μέν ἐστι τὸ ἔχοντα μὴ καταβαλεῖν· ἔνδεια δὲ, τὸ μηδὲν ἔχειν. ὡς εἶναι τὸ μὲν ἑκούσιον, τὸ δὲ ἀκούσιον. [2] ἔκδεια μὲν ἐστιν ἑκούσιος στέρησις χρημάτων. ἔνδεια δὲ, [3] ἀκούσιος.

Ἐκδειματοῦντες. ἐκφοβοῦντες.

Ἐκδιαιτηθῆναι. [4] διαπραθῆναι.

Ἐκδιῄτησε. κακῶς διῴκησεν.

Ἐκδιαίτησις.[5] ἡ τρυφή. Ὁ δὲ τρυφαῖς μαλακαῖς καὶ ἐκδιαιτήσεσι διαλυθεὶς ἐπανῄει, νωθείᾳ τε καὶ μαλακίᾳ καὶ ἀβουλίᾳ τὰς τῆς ἀρχῆς ἡνίας ἀφίησι. Καὶ αὖθις· Ἀπαγορεύει πρὸς τοὺς πόνους, πόθῳ τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκδιαιτήσεως. Καὶ αὖθις· Τὴν Νέρωνος ἐς τρυφὴν ἐκδιαίτησιν.

Ἐκδικάσασθαι.[6] Ἰσαῖος, ἀντὶ τοῦ ἀνάδικον ἐκπράξαι διὰ τὸ δικάσασθαι.

Ἔκδικον. τὸ ἔξω τοῦ δικαίου. Αἰλιανός· Τετόλμηται μὲν αὐτῷ τὸ ἔκδικον ἐκεῖνο καὶ παράνομον ἔργον.

Ἐκδίκους. ἀδίκους, καὶ ἔξω τοῦ δικαίου ὄντας. Ὁ δὲ ἦν ἔκδικός τε καὶ ἔκνομος. ἀντὶ τοῦ ἄδικος. [7] Σοφοκλῆς·

Καί τοι σὲ Θῆβαί γ' οὐκ ἐπαίδευσαν κακόν.
Οὐ γὰρ φιλοῦσιν ἄνδρας ἐκδίκους τρέφειν.
Σὺ δ' ἀξίαν οὐκ οὖσαν αἰσχύνεις πόλιν
Τὴν αὐτὸς αὐτοῦ. καί σ' ὁ πληθύων χρόνος
Γέροντ' ὁμοῦ τίθησι, καὶ τοῦ νοῦ κενόν.

Ἐκδίκως.[8] Δεῖν χοὰς τοῖς ἐκδίκως τῶν Αἰτωλῶν τεθνεῶσιν ἐπάγειν. Καὶ αὖθις· Καὶ μεγάλα ἀνάρσια ἀπειργασμένος ἐκδίκως.

Ἔκδοσις.[9] τὸ ναυτικὸν δάνεισμα. οἱονεὶ ἔξω δόσις. οὕτω καὶ [10] Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀφόβου πρώτῳ.

Ἔκδεξαι. Interdum significat, promittenti hoc servo tuo crede. Vera enim dico, nec mentior. Ipse sis promissionis meæ sponsor.

Ἐκδέχεσθαι. Excipere. Arcere. Propulsare. *Et crates vimineæ objectæ Barbarorum sagittas excipiebant.*

Ἐκδέχῃ. Accipis. Intelligis. Putas. Polybius: *Non recte, Imperator, nostros sermones accipis.*

Ἔκδεια. Debiti reliquiæ. Ἔκδεια enim dicitur, cum quis pecuniæ debitæ partem, non autem totam summam persolvit. Ἔνδεια vero, cum quis nihil prorsus [creditori] solvit. Vel, ἔκδεια est, cum quis debitum non solvit, licet habeat, unde solvat. Ἔνδεια vero, cum quis nihil habet, quod solvat. Quamobrem alterum quidem est voluntarium; alterum vero invitis nobis accidit. Ἔκδεια igitur est, cum volentes pecunia caremus: ἔνδεια vero, cum inviti.

Ἐκδειματοῦντες. Terrentes.

Ἐκδιαιτηθῆναι. Luxu corruptum esse.

Ἐκδιῄτησε. Male administravit.

Ἐκδιαίτησις. Deliciæ. Luxus. *Ille vero deliciis & luxu enervatus rediit, & præ ignavia & mollitie & imprudentia imperii habenas e manibus dimisit.* Et iterum: *Molestiis autem & laboribus tandem succubuit, præ desiderio vitæ delicatæ & mollis, quam in Syria egerat.* Et iterum: *Neronis delicatum & molle vitæ genus.*

Ἐκδικάσασθαι. Apud Isæum significat, caussam semel judicatam denuo ad Judices referre, quod ante male judicatum fuerit.

Ἔκδικον. Iniquum. Injustum. Ælianus: *Illud igitur injustum & nefarium facinus ab ipso patratum est.*

Ἐκδίκους. Injustos, & justitiæ expertes. *Ille vero erat injustus & sceleratus.* Sophocles: *Et tamen te Thebæ non educarunt malum virum. Haud enim viros injustos alere solent. Tu vero indignam [hoc opprobrio] dedecoras civitatem ipse tuam: & longum tempus simul & senem & mente vacuum te reddit.*

Ἐκδίκως. Injuste. *Inferias Ætolis injuste cæsis faciendas esse [dicebant.]* Et iterum: *Et qui magna & injusta facinora nefarie patraverat.*

Ἔκδοσις. Nauticum fœnus. Quasi dicas ἔξω δόσις. Sic & Demosthenes oratione prima contra Aphobum.

1 Πολύβιος] Lib. x. cap. xviii.

2 Ἔκδεια μὲν ἐστιν ἑκούσιος στέρ.] Scholiasta Thucydidis ad lib. 1. cap. xcix. Ἔκδειαι, ἑκούσιαι· ἔνδειαι, ἀκούσιαι.

3 Ἀκούσιος] Sic recte a MSS. Paris. At in prioribus Editt. ejus loco inepte excusum est, ἐν διαφόροις: quæ duæ voces in iisdem MSS. post vocem sequentem ἐκδειματοῦντες a capite, sed absque interpretatione, leguntur; ubi eas collocandas esse series literarum arguit.

4 Διαπραθῆναι] Hæc interpretatio procul dubio corrupta est; cujus loco apud Hesychium legitur, διαστραφῆναι, ἢ διαστραχθῆναι. Sed & istum locum emendatione indigere monuit Salmasius ad Spartianum in *Adriano*; qui posterius quidem διαστραχθῆναι ex annotatione variæ lectionis ortum esse suspicatur: at pro priori διαστραφῆναι, recte, ut puto, διαστρεφθῆναι, i. e. perverti, reponendum esse censet. Τὸ ἐκδιαιτᾶσθαι enim nihil aliud est, quam luxu perverti & corrumpi, & a communi vivendi ordine & more recedere; quod διαστρέφεσθαι vel διαστραφῆναι recte dixeris.

5 Ἐκδιαίτησις] Vide omnino de hac voce modo laudatum Salmasium ad Spartianum pag. 96.

6 Ἐκδικάσασθαι. Ἰσαῖος, ἀντὶ τοῦ ἀνάδ.] Eadem habent Harpocratio & Etymologus. Sed apud posteriorem pro Ἰσαῖος male legitur Ἰσοκράτης.

7 Σοφοκλῆς] *Oedip. Colon.* pag. 301. ut Portus monuit.

8 Δεῖν χοὰς τοῖς ἐκδίκως τῶν Αἰτ.] Fragmentum hoc auctius legitur supra v. Ἄλσος. Vide etiam infra v. Χοάς.

9 Ἔκδοσις. τὸ ναυτικὸν δάν.] Ex Harpocratione. Confer omnino Salmasium *de Modo usur.* pag. 192.

10 Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀφ.] Verba Demosthenis exhibet Salmasius loco laudato.

Ἔκδοτος. προδεδομένος.

Ἐκδοχεῖον. τὸ ταμιεῖον.

Ἐκ δυεῖν τρία βλέπεις. ἐπὶ τῶν διὰ γῆρας ἢ ἄλλο τι πάθος οὐκ ὀξυδερκούντων, οὐδὲ εἰλικρινεῖς ἐχόντων τὰς ὁράσεις.

Ἑκκαιδεκάδωρα. ἑκκαίδεκα παλαιστῶν. δῶρον γὰρ καλεῖται ἡ παλαιστή. [1] Ὅμηρος· Τοῦ κέρα ἑκκαιδεκάδωρα πεφύκει.

Ἔκοπον. ἔκοπτον.

Ἐκκαίω. αἰτιατικῇ.

Ἐκκαίομαί σου. γενικῇ. ἐρῶ σου.

Ἐκκέκοφθ' [2] ἡ μουσική. Φασὶν ὅτι τῶν παλαιῶν ἐν τοῖς συμποσίοις φιλολόγῳ ζητήσει χρωμένων, οἱ ὕστερον τὰς μουσουργοὺς καὶ κιθαριστρίας [3] καὶ ὀρχηστρίας ἐπεισήγαγον. ὅθεν τὴν καινοτομίαν τινὲς αἰτιώμενοι, τῇ παροιμίᾳ ἐχρῶντο.

Ἐκκεκράγεισαν. ἔκραζον.

Ἐκκεκρικώς. ἐκκεχωρικώς.

Ἐκκεκυμασμένους. ὑπὸ τῶν κυμάτων ἐκβρασθέντας. Ὁ δὲ κατέλαβε τοὺς περὶ τὸν ἀδελφὸν νεκροὺς παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἐκκεκυμασμένους.

Ἐκκέλευστος. [4] καὶ κατήγορος. Ἐκκέλευστος, ὃς ἂν μὴ γράψηται, παρανόμων ἑάλωκεν.

Ἐκκενώθησαν. ἠρημώθησαν.

Ἐκκεραΐζον. κατέτρεχον. ἐληΐζοντο. ἐπόρθουν.

Ἐκκερυτίας. [5] τὴν κεφαλὴν ἀνέτεινες δίκην τῶν κερασφορούντων ζώων. ὅτι εὐειδῆ γίνεται μετεωρίζοντα τὴν κορυφήν. δηλοῖ δὲ τὸ γαυριᾶν. ὡς ἔλαφος, φησίν, ἠγάλλου τοῖς κέρασιν. Ἀναστάλιζες, κἀκκερυτίας.

Ἐκεύθανον. ἔκρυπτον.

Ἐκεχειρία. ἄνεσις. ἀργία. συνθήκη. ἔνδοσις. ἀνοχὴ πολέμου. ἡ πρὸς ὀλίγον χρόνον τοῦ πολέμου ἀναβολὴ καὶ ἡσυχία. παρὰ τὸ ἔχειν τὰς χεῖρας· ἐχεχειρία τις οὖσα. [6] Ἰώσηππος· Ὥσπερ τοῖς ὅπλοις συμπεφυκότες, οὐδέποτε τῆς ἀσκήσεως λαμβάνουσιν ἐκεχειρίαν.

Ἐκκεχιλωμένην. [7] ἐψευσμένην. ἢ κεχερσωμένην. ὅτι ὁ χιλὸς ἐν χέρσῳ φύεται. τοῦτο δέ ἐστι χόρτος. οἷον ἐξημελημένην.

Ἔκζεσις. ἐκβρασμός. Φασὶ δὲ αὐτὴν φθειρσὶν ἐκζέσαι.

Ἐκζωπυρῆσαι. [8] ἀνάψαι. κυρίως τὸ ἐκ μικροῦ φυσῶντα μεγάλην φλόγα κινῆσαι. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἀνθράκων.



Ἔκδοτος. Deditus. Proditus.

Ἐκδοχεῖον. Receptaculum. Promptuarium.

Ἐκ δυεῖν τρία βλ. Pro duobus tria vides. Dicitur de iis, qui propter senectutem, vel alium quendam morbum, obtusam nec acutam oculorum aciem habent.

Ἑκκαιδεκάδωρα. Sedecim palmorum longitudinem habentia. Δῶρον enim vocatur palmus. Homerus: *Cujus ex capite cornua sedecim palmorum enata erant.*

Ἔκοπον. Secabant. Cædebant.

Ἐκκαίω. Accusativo jungitur. Exuro. Incedo.

Ἐκκαίομαί σου. Cum genitivo. Amo te. Ardeo tui amore.

Ἐκκέκοφθ' ἡ μουσική. Excisa est Musica. Cum veteres olim in conviviis eruditas quæstiones tractare solerent, posteri psaltrias & citharistrias & saltatrices earum loco introduxerunt. Unde quidam novitatem hanc reprehendentes, proverbio ante dicto usi sunt.

Ἐκκεκράγεισαν. Clamarunt. Vociferati sunt.

Ἐκκεκρικώς. Qui secrevit. Qui delegit.

Ἐκκεκυμασμένους. Fluctibus ejectos. *Ille autem fratris & reliquorum cadavera a fluctibus in littus ejecta deprehendit.*

Ἐκκέλευστος. Accusator. * * * * *

Ἐκκενώθησαν. Evacuati sunt. Habitatoribus vacui redditi sunt.

Ἐκκεραΐζον. Incursionibus vastabant. Prædabantur. Populabantur. Diripiebant.

Ἐκκερυτίας. Caput sublime ferebas instar animalium cornigerorum. Ea enim aspectu pulchra & speciosa sunt, cum sublimem tollunt verticem. Significat autem superbire & fastu se efferre. Ut cervus, inquit, cornibus superbiebas. [Aristophanes:] *Cervicem tollebas, & caput sublime gerebas.*

Ἐκεύθανον. Occultabant.

Ἐκεχειρία. Remissio. Relaxatio. Cessatio. Belli ad exiguum tempus dilatio. Induciæ. Dicta est vox ista ab ἔχειν τὰς χεῖρας, i. e. a continendis manibus: quasi dicas ἐχεχειρία. Josephus: *Quasi cum armis coaluissent, ita nunquam ab exercitatione bellica cessabant.*

Ἐκκεχιλωμένην. Mentitam. Vel, factam continentem, & in terram mutatam. Χιλὸς enim, i. e. herba, in terra nascitur. Vel, neglectam.

Ἔκζεσις. Ebullitio. [Et ἐκζέσαι, effervescere, scatere.] *Ferunt autem eam pediculis scatuisse.*

Ἐκζωπυρῆσαι. Accendere. Proprie autem significat, magnam flammam ex parva flatu excitare. Translatio ducta est a carbonibus.

1 Ὅμηρος] Il. Δ. v. 109.

2 Ἐκκέκοφθ' ἡ μουσική. Φασὶν ὅτι τῶν παλ.] Ex Zenobio.

3 Καὶ ὀρχηστρίας] Has duas voces ex MSS. Paris. revocavi, quæ in prioribus Editt. desunt.

4 Ἐκκέλευστος. καὶ κατήγορος. Ἐκκέλ.] Hujus loci tenebras alius discutiat. Ego enim me nihil hic videre fateor.

5 Ἐκκερυτίας. τὴν κεφαλὴν ἀνέτ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 362. (256. Ed. Bas. *P.*) Vide etiam Suidam infra Κἀκκερυτίας.

6 Ἰώσηππος] Lib. III. *de Bello Jud.* pag. 835. ut Pearsonius etiam monuit.

7 Ἐκκεχιλωμένην. ἐψευσμένην. ἢ κεχερσ.] Eadem ex Pausaniæ Lexico αὐτολεξεὶ adducit Eustathius ad Il. I. pag. 773. 1. unde patet & Suidam sua inde deprompsisse. Cæterum, a Suida & Eustathio discrepat Hesychius, quem confer. Etymologus vero manifeste corruptus est, apud quem pro ἐλλειπομένην ex Suida reponendum est ἐψευσμένην. Vide etiam infra v. Χιλή.

8 Ἐκζωπυρῆσαι. ἀνάψαι. κυρίως τὸ ἐκ μικρ.] Ex Enarratore Comici ad *Pacem* pag. 643.





Digitized by Google

Ἐκύησεν. ἐν γαστρὶ ἔσχε. μεθ' ἡδονῆς συνέλαβεν. ἐγέννησεν.

Ἔκθαμβος ἦν. ἐν θάμβει καὶ ἐκπλήξει ἦν.

Ἐκθανεῖν. ἀποθανεῖν.

Ἐκθειατρίζουσιν. ἐκπομπεύουσιν. ἐκφαυλίζουσιν. ἐξελέγχουσιν. [1] Οἱ γὰρ πολλοὶ τὰ μὲν ἔργα τῶν εὐτυχούντων οὐ πειρῶνται μιμεῖσθαι, τὰ δὲ πάρεργα ζηλοῦντες, ἐκθεατρίζουσι τὴν ἑαυτῶν ἀκρισίαν.

Ἔκθεσμον. παράνομον.

Ἔκθετα. ἐκριπτούμενα.

Ἐκθεῖ. ἔξεισιν. ἐξέρχεται. [2] Ἀριστοφάνης· Ἐσδραμὼν ἐς τὸ πρυτανεῖον κενῇ τῇ κοιλίᾳ, ἐκθεῖ πλέᾳ. τουτέστιν, ἔξεισιν ἐκ τῆς πόλεως, γενόμενος πλούσιος, προσελθὼν τῇ πολιτείᾳ. ἐμφατικῇ δὲ λέξει κέχρηται, ἵνα δείξῃ αὐτὸν ἐπιπεπηδηκότα ἀναισχύντως τῇ πολιτείᾳ.

Ἐκθλίβω. αἰτιατικῇ.

Ἐκθειάσαι. θεοποιῆσαι.

Ἔκθορεν. ἐξεπήδησεν. Βάβριος·

Φρίξας δὲ χαίτην ἔκθορε φωλάδος κοίλης.

Ἐκθορεῖν. ἐκδραμεῖν. ἐκφυγεῖν.

Ἐκθρώσκειν. ἐκπηδᾶν.

Ἐκθυμία. ἡ προθυμία. Ἐπεὶ δ' ἔλαβε καιρὸν τῆς ἐκείνων ἐκθυμίας κατὰ τὴν μάχην πρὸς τοὺς πολεμίους, παρέσφαξεν αὐτούς.

Ἐκθύμως. προθύμως. Ὁ δὲ ἠγωνίζετο πεζὸς ἐκθύμως.

Ἐκθύσασθαι. τὸ ἐξιλεώσασθαι, καὶ ἐκμειλίξασθαι.

Ἐκκυκλήθητι. [3] Ἀριστοφάνης [4] Ἀχαρνεῦσιν· Ἀλλ' ἐκκυκλήθητι. Ἐκκύκλημα λέγεται μηχάνημά τι ξύλινον, τροχοὺς ἔχον, ὅπερ περιστρεφόμενον καὶ τὰ δοκοῦντα ἔνδον ὡς ἐν οἰκίᾳ διαπράττεσθαι, τοῖς ἔξω ἐδείκνυε. τοῖς θεαταῖς.

Ἐκλαβεῖν. ἀπολαβεῖν. Πολύβιος· [5] Ὅταν ἢ τὸ δίκαιον ἐκλαβεῖν παρὰ τῶν ἀδικησάντων, ἢ κατὰ νόμους, ἢ κατ' ἄλλας τινὰς ὑποκειμένας δικαιοδοσίας.

Ἔκλαγξαν. ἤχησαν.

Ἐκλεγόμενος. αἰτιατικῇ. προκρίνων. προτιμῶν. Ὁ δὲ [6] καταπιστεύων τοῖς πράγμασιν, ἔσπευδε δι' αὑτοῦ κρῖναι τὰ ὅλα. διόπερ οὐ τὸν τῶν πραγμάτων ἐκλεγόμενος καιρὸν, ἀλλὰ τὸν ἴδιον, ἔμελλε τοῦ δέοντος σφαλήσεσθαι.

Ἐκλέγοντες. ἀπαιτοῦντες.

Ἐκλεκτός. ὀξυτόνως. ἐπίλεκτος δὲ, προπαροξυτόνως. διότι τὸ μὲν ἐκ τοῦ ῥήματος· τὸ δὲ ἐκ τοῦ ὀνόματος συντέθειται. ὁ δὲ Σολομῶν φησι· Χεὶρ ἐκ-

Ἐκύησεν. In utero gessit. Cum voluptate concepit. Genuit. Generavit.

Ἔκθαμβος ἦν. Stupore perculsus erat.

Ἐκθανεῖν. Emori. Mori.

Ἐκθεατρίζουσιν. Publice traducunt. Contemnunt. Redarguunt. *Vulgus seria quidem fortunatorum hominum opera imitari non studet, at ludicra eorum facta æmulans, se nullo judicio præditum esse manifeste declarat.*

Ἔκθεσμον. Iniquum. Injustum.

Ἔκθετα. Exposita. Ejecta.

Ἐκθεῖ. Exit. Egreditur. Aristophanes: *Cum in Prytaneum inani ventre intraverit, exit inde pleno.* Id est, dives ex civitate exit, cum [pauper] ad Rempubl. accesserit. Emphatica autem usus est voce, ut indicaret, [Cleonem] impudenter in Rempubl. se intrusisse.

Ἐκθλίβω. Accusativo jungitur. Exprimo. Elido.

Ἐκθειάσαι. In Deorum numerum referre.

Ἔκθορεν. Exiluit. Prosiliit. Babrius: *Horrente autem juba ex cavo lustro prosiluit.*

Ἐκθορεῖν. Exilire. Prosilire. Effugere.

Ἐκθρώσκειν. Exilire. Prosilire.

Ἐκθυμία. Animi alacritas, vel promptitudo. *Cum autem milites magnam in prœlio adversus hostes alacritatem ostenderent, ea occasione utens eos jugulavit.*

Ἐκθύμως. Prompte. Alacriter. *Ille vero pedes prompte dimicabat.*

Ἐκθύσασθαι. Sacrificiis placare.

Ἐκκυκλήθητι. Conspiciendum te præbe. Aristophanes *Acharnensibus: Sed conspiciendum te præbe.* Ἐκκύκλημα vero vocatur machina quædam lignea, rotas habens, quæ versata, ea, quæ intus, ut in domo fieri videbantur, spectatoribus ostendebat.

Ἐκλαβεῖν. Recipere. Polybius: *Cum jus nostrum repetere licet ab iis, qui injuriam nobis fecerunt, vel secundum leges, vel secundum alias moribus hominum receptas rationes damnum datum sarciendi.*

Ἔκλαγξαν. Resonuerunt.

Ἐκλεγόμενος. Accusativo jungitur. Eligens. Præferens. Anteponens: *Ille vero rebus suis nimis confidens, de summa belli per se ipse decernere properabat. Quare, cum consilia sua non rerum temporibus, sed suis accomodaret, imperite & temere eum omnia facturum esse nemini dubium relinquebatur.*

Ἐκλέγοντες. Eligentes. Repetentes.

Ἐκλεκτός. Electus. Acuto notatur in ultima syllaba. Ἐπίλεκτος vero, in antepenultima. Nam illud deductum est a verbo;

1 Οἱ γὰρ πολλοὶ τὰ μὲν ἔργα τῶν εὐτ.] Fragmentum hoc infra v. Θεατρίζω Polybio tribuitur.

2 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 303. (204. Ed. Bas. *P.*) ubi locus hic ita legitur & distinguitur:

——Κενῇ τῇ κοιλίᾳ
Ἐσδραμὼν ἐς τὸ πρυτανεῖον, εἶτα πάλιν ἐκθεῖ πλέᾳ.

3 Ἐκκυκλήθητι. Ἀρισ.] Hæc omnia leguntur etiam supra v. Ἐσκυκλήθητι: ubi nos vide. Cæterum, articulus hic deest in MSS. Paris.

4 Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσι] Pag. 391. (279. Ed. Bas. *P.*)

5 Ὅταν ἢ τὸ δίκαιον κὰλ.] Fragmentum hoc Polybii legitur etiam supra v. Δικαιοδοσία.

6 Ὁ δὲ καταπιστεύων τοῖς πρ.] Hæc sunt verba Polybii lib. III. cap. LXX.

λεκτῶν

*image*
*not*
*available*

ἐκκλησιάζομεν γὰρ, ἢ τὴν ἰδίαν τι σῶσαι βουλόμενοι, ἢ τῶν ἀλλοτρίων σφετερίσασθαι. διαβάλλει δὲ τὸ ἐπὶ φιλοδικίᾳ τῶν Ἀθηναίων τριώβολον.

Ἐκκλησίαν. σῶμα ἑαυτοῦ τὴν Ἐκκλησίαν καλεῖ ὁ Χριστὸς, καὶ διὰ ταύτης ἱερατεύει ὡς ἄνθρωπος· δέχεται δὲ τὰ προσφερόμενα ὡς Θεός. προσφέρει δὲ ἡ Ἐκκλησία τὰ τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος σύμβολα, πᾶν τὸ φύραμα διὰ τῆς ἀπαρχῆς ἁγιάζουσα.

Ἐκκλησίαις[1] ἑστῶσιν ἔγκλησιν φέρειν.

Ἐκκλητεύειν.[2] τὸ εἰς κρίσιν ἄγειν, ἵνα ἐπάναγκές τις μαρτυρῇ. οὕτως Αἰσχίνης.

Ἐκκλητευθῆναι.[3] τῶν ἐγκαταλιπόντων μαρτυρίαν τὰ ὀνόματα ἐν τῷ δικαστηρίῳ κηρύσσεται· ὅπερ ἔλεγον ἐκκλητευθῆναι, καὶ ἐκκλητεύειν.

Ἐκλήτευσεν.[4] ἐκάλεσεν.

Ἐκκλητικῶς.[5] ἐκκαλούμενος.

Ἔκκλητον.[6] τὴν ἐπὶ συνόδῳ παραίτησιν.

Ἐκλιπαρεῖ. παρακαλεῖ.

Ἐκλογιστίαν. ἀρίθμησιν. καὶ Ἐκλογιζόμενος τὸ πλῆθος τοῦ στρατοῦ. ἀντὶ τοῦ ἀριθμῶν. καὶ ἀντὶ τοῦ διαιρούμενος. [7] Ἐμπείρως καὶ φρονίμως ἐκλογιζόμενος. † Ὁ δὲ καὶ ἐκλογισμοῖς καθυπεβάλλετο.

Ἐκλογεῖον.[8] ἢ ἐκλογάς.

Ἐκλογεῖς. οἱ ἐκλέγοντες καὶ εἰσπράττοντες τὰ ὀφειλόμενα τῷ δημοσίῳ ἐκλογεῖς. [9] ὁπότε δέοι χρήματα τοὺς πολίτας εἰσφέρειν, τούτους κατὰ δύναμιν οἱ καλούμενοι ἐκλογεῖς διέγραφον. ἀλλὰ καὶ οἱ τοὺς φόρους ἀπὸ τῶν ὑπηκόων ἀθροίζοντες πόλεων, οὕτως ἐλέγοντο.

Ἐκλόνησεν. ἐτάραξεν. [10] Ἐκλάδισεν δὲ, κλῶνας ἔκοψεν.

Ἐκκλώζεται.[11] κλωσμὸν ἔλεγον τὸν γινόμενον ἐν τῷ στόματι ψόφον, ᾧ πρὸς τὰς ἐκβολὰς ἐχρῶντο τῶν ἀκροαμάτων, ὧν οὐχ ἡδέως ἤκουον.

Ἐκλώπευον. ἀντὶ τοῦ ἔκλεπτον. Ξενοφῶν ἐν τῇ Ἀναβάσει.

Ἐκλωπίζω. ἐκδέρω.

Ἔκλυεν. ὑπήκουσεν. ἐκέλευσεν.

Ἐκ λύκου στόματος. ἐπὶ τῶν ἀνελπίστως παρά

venire solemus, aut ut res nostras servemus; aut, ut alienas intervertamus. Carpit autem Athenienses, ut trioboli vel mercedis judicialis causa litium & judiciorũ nimis amantes.

Ἐκκλησίαν. Ecclesiam. Corpus suum Christus Ecclesiam vocat, & per hanc ut homo sacerdotis munere fungitur: res autem oblatas accipit ut Deus. Ecclesia vero corporis ipsius & sanguinis symbola offert, totam massam per primitias sanctificans.

Ἐκκλησίαις ἑστῶσιν ἔγκλ. *In concione stantibus metuenda est accusatio.*

Ἐκκλητεύειν. Aliquem in jus vocare, ut testimonium vel invitus perhibeat. Testimonium alicui denuntiare. Sic Æschines.

Ἐκκλητευθῆναι. Nomina illorum, qui testimonii dicendi causa in jus venire recusaverant, in judicio a præcone recitabantur: quod ἐκκλητευθῆναι, & ἐκκλητεύειν vocabant.

Ἐκλήτευσεν. In jus vocavit.

Ἐκκλητικῶς. More ejus, qui evocat, vel evocatur.

Ἔκκλητον. Appellationem, vel provocationem ad aliud judicium.

Ἐκλιπαρεῖ. Orat. Rogat.

Ἐκλογιστίαν. Enumerationem. Et ἐκλογιζόμενος, numerans. *Exercitus multitudinem numerans.* Item, reputans, perpendens. *Sapienter & prudenter omnia secum reputans.* † *Ab illo vero etiam exigebatur, ut rationes redderet.*

Ἐκλογεῖον. Eclogium.

Ἐκλογεῖς. Sic vocabantur illi, qui colligebant & exigebant ea, quæ Reip. vel ærario debebantur. Quoties enim cives pecuniam ad usus publicos conferre oportebat, singulis pro censu facultatum modum tributi assignabant illi, qui ἐκλογεῖς vocabantur. Sed & sic dicebantur, qui tributa subjectarum civitatum colligebant.

Ἐκλόνησεν. Turbavit. Ἐκλάδισεν vero, ramos amputavit.

Ἐκκλώζεται. Exploditur. Κλωσμὸν enim vocabant strepitum illum oris, quo auditores explodebant ea, quæ sibi non placerent.

Ἐκλώπευον. Pro ἔκλεπτον. Furabantur. Xenophon in *Anabasi.*

Ἐκλωπίζω. Excorio. [Exuo. Spolio.].

Ἔκλυεν. Audivit. Jussit.

Ἐκ λύκου στόματος. Ex ore lupi. Dicitur de

1 Ἐκκλησίαις ἑστῶσιν ἔγκλ.] Senarius hic ad somniorum interpretationem pertinet, qui legitur apud Astrampsychum.

2 Ἐκκλητεύειν. τὸ εἰς κρ.] Ex Harpocratione. Confer etiam Petitum *de Leg. Attic.* pag. 357.

3 Ἐκκλητευθῆναι] Confer omnino Suidam infra v. Κλητῆρες.

4 Ἐκλήτευσεν] Vide Nostrum infra v. Κλητεύειν, & v. Κλητήρ.

5 Ἐκκαλούμενος] Voci huic in prioribus Editt. hæc subjuncta leguntur: καὶ ἐκκλήσεις. Περδίκκας ᾗ ἐγένετο φυγή, καὶ τῶν ὑπηκόων ἐκκλήσεις πρὸς ἑαυτόν. Sed cum eadem paulo ante v. Ἐκκλήσεις loco suo legantur, eorum repetitionem hic supervacaneam judicavi.

6 Ἔκκλητον] Vide infra v. Ἔφεσις.

7 Ἐμπείρως καὶ φρονίμως ἐκλογ.] Polybius lib. III. cap. XXXIII. de Annibale inquit: Πάνυ δ' ἐμπείρως καὶ φρονίμως ἐκλογιζόμενος, ἐκ μὲν Λιβύης εἰς Ἰβηρίαν, ἐκ δ' Ἰβηρίας εἰς Λιβύην διεβίβαζε στρατιώτας, ἐκδεσμεύων τῆς ἑκατέρων πίστιν εἰς ἀλλήλους διὰ τῆς τοιαύτης οἰκονομίας. Hinc Suidam sua hausisse apparet.

8 Ἐκλογεῖον] Significatio vocis hujus obscura est. Portus putabat sic forsan vocari locum, in quem collecta tributa ferebantur; vel, in quo tributa exigebantur; idque ex voce sequenti colligi posse, ubi Suidas tributorum collectores vel exactores ἐκλογεῖς vocatos fuisse ait. Sed hanc conjecturam, quæ nullius scriptoris auctoritate fulcitur, in medio relinquo.

9 Ὁπότε δέοι χρήματα τοὺς πολ.] Confer omnino Suidam supra v. Διάγραμμα.

10 Ἐκλάδισεν δὲ, κλῶνας ἔκ.] Hæc verba in præcedentibus Editt. male ad finem articuli sequentis rejecta sunt, quæ hic collocari debent.

11 Ἐκκλώζεται. κλωσμὸν ἔλ.] Ex Harpocratione.

τινων

πιων τι λαμβανόντων, κατὰ τὸν μῦθον τοῦ λύκου καὶ τῆς γεράνου.

Ἐκμαγεῖον. ἐκτύπωμα, καὶ ἀποσφράγισμα. [1] Συνειληθέντα τε καὶ κατασφαλισθέντα ἐκμαγείοις κηρίνοις, καὶ ἐκτυπώμασι δακτυλίων, ἐπεδόθη.

Ἐκμαγῆσαι. ἐκτυπῶσαι.

Ἐκμαλθακῶσαι. ἐκμαλάξαι. χαυνῶσαι. [2] Ἄλλα τε πλεῖστα, ἐκμαλθακῶσαι οἷά τε ὄντα ἀλαζονείας ἀνάπλεα φρονήματα.

Ἐκμαρτυρεῖν [3] Φασὶ τὸ λέγειν, οὐχ ἅπερ αὐτὸς εἶδεν, ἀλλ' ἅπερ ἑτέρων ἤκουσε λεγόντων. Ἐκμαρτυρία γὰρ γεγραμμένη ἀναγινώσκεται, ὅταν τις ᾖ τελευτήσας, ἢ ᾖ ὑπερόριος.

Ἐκμαρτυρία [4] διαφέρει τῆς μαρτυρίας· ὅτι ἡ μὲν, τῶν παρόντων ἐστίν· ἡ δὲ ἐκμαρτυρία τῶν ἀπόντων.

Ἐκμαρτυρίᾳ. διαμαρτυρίᾳ. Οὐκ ὤκνησαν δὲ δευτέρᾳ ἐκμαρτυρίᾳ χρήσασθαι.

Ἐκμαίνω. αἰτιατικῇ.

Ἐκμελές. ἠμελημένον. Ὁ δὲ δὴ [5] Βοῦνος, οὐκ ἐς τὸ ἐκμελὲς αὐτῷ, οὐδ' ἐς τὸ ῥᾳθυμότερον ἐτράπη ὁ νοῦς, ἀλλὰ συντόνῳ τῷ τάχει πρὸς τὴν σωτηρίαν ἐχρῆτο. † Καὶ τἄλλα πάθη κατὰ τὴν [6] ἐκμελῆ λύραν ἐθεραπεύετο. Φησὶν Εὐνάπιος. Ἐκμελὴς ἐστὶν, ὁ κακόηχος. Ὅτι καὶ Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς ἐκμελὴς ἦν, καὶ πάσῃ ῥᾳθυμίᾳ ἐκκείμενος.

Ἐκ Μασσαλίας ἥκεις. ἐπὶ τῶν θηλυδριῶν καὶ τεθρυμμένων· παρόσον ἐκείνους φασὶ θηλύτερον στολίζεσθαι μεμυρισμένους, καὶ τὰς τρίχας ἀναδουμένους, καὶ διὰ ταύτην τὴν μαλακίαν ἀσχημονεῖν.

Ἐκ μέσων νυκτῶν λέγουσι, καὶ ἐκ μεσημβρίας.

Ἐκ μεταβολῆς. [7] Οἱ δὲ μετὰ ταῦτα ἐκ μεταβολῆς ὡς ἐπ' Ὀλυμπίας. τουτέστι, μεταμελείας τῆς προτέρας ὁρμῆς.

Ἐκμειλίσσεσθαι. καταπραΰνειν.

Ἐκμήνου. τῶν ἓξ μηνῶν.

Ἐκμήνῳ. μηνῶν ἕξ. Λαβὼν δούλους σὺν τροφῇ ἐκμήνῳ [8] ἠλευθέρωσεν.

Ἐκμηρυομένους. [9] Δυσχερῶς ἐκμηρυομένους καὶ μακρῶς τὰς δυσχωρίας. ἀντὶ τοῦ ἀναλεγομένους.

Ἐκμηρυσάμενος. ἐξελκύσας. ἐκτείνας. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν μηρυμάτων. Ὁ δὲ ἐκμηρυσάμενος τὴν

iis, qui præter spem beneficium aliquod ab altero consequuntur: secundum fabulam de lupo & grue.

Ἐκμαγεῖον. Expressa imago. Effigies. Sigillum. *Ea involuta & obsignata sigillis, annulo in cera impressis, tradebantur.*

Ἐκμαγῆσαι. Effingere. Exprimere.

Ἐκμαλθακῶσαι. Emollire. Mitigare. Laxare. *Et alia plurima* [*dicebat,*] *quæ animos tumidos & fastu plenos mitigare possent.*

Ἐκμαρτυρεῖν. Significat, dicere ea, non quæ quis ipse vidit, sed quæ ex aliis audivit. Ἐκμαρτυρία enim scripta legi solet, cum quis mortuus est, vel peregre degit.

Ἐκμαρτυρία differt a μαρτυρία: quod hæc quidem sit præsentium; ἐκμαρτυρία vero, absentium testimonium.

Ἐκμαρτυρίᾳ. Testificatione. Testimonio. *Non dubitarunt autem secundo testimonio uti.*

Ἐκμαίνω. Accusativo jungitur. Ad insaniam adigo.

Ἐκμελές. Neglectum. [Negligentia. Socordia.] *Bonus vero animum non ad negligentiam nec socordiam convertit, sed summo & intento studio ad salutem sibi parandam usus est.* [Item ἐκμελὴς, ingratum auribus sonum edens.] *Et cæteri ejus morbi ad ingratum lyræ cantum sanabantur.* Sic Eunapius inquit. Ἐκμελὴς hic significat, ingratum sonum reddens. † Theodosius Imperator iners erat, & omni socordiæ deditus.

Ἐκ Μασσαλίας ἥκεις. E Massilia venis. Dicitur de hominibus effœminatis & delicatis. Ajunt enim Massilienses mollibus & delicatis vestibus olim usos fuisse, & unguentis delibutos, comamque certo quodam modo religantes, mollitiem viris turpissimam affectasse.

Ἐκ μέσων νυκτῶν. Media nocte. Eodem modo dicitur, ut ἐκ μεσημβρίας, meridie.

Ἐκ μεταβολῆς. Animo, vel consilio mutato. [Polybius:] *Deinde mutata sententia Olympiam petunt.*

Ἐκμειλίσσεσθαι. Delinire. Demulcere. Placare.

Ἐκμήνου. Semestris spatii.

Ἐκμήνῳ. Sex mensium. *Assumptis autem servis cum commeatu sex mensium, eos libertate donavit.*

Ἐκμηρυομένους. [Explicantes. Superantes.] *Cum difficili & longo itinere locorum angustias tandem superassent.* Vel, relegentes.

Ἐκμηρυσάμενος. Qui explicavit. Qui extraxit. Qui extendit. Per translationem sum-

1 Συνειληθέντα τε καὶ κατασφ.] Fragmentum hoc legitur apud Menandrum in *Excerpt. Legat.* pag. 142.

2 Ἄλλα τε πλεῖστα, ἐκμαλθ.] Et hic locus exstat apud eundem Menandrum in *Excerp. Legat.* pag. 100. ubi & ea legenda sunt, quæ præcedunt.

3 Ἐκμαρτυρεῖν Φασὶ τὸ λέγ.] Confer Petitum *de Leg. Attic.* pag. 355. 356.

4 Ἐκμαρτυρία διαφέρει τῆς μαρτ.] Ammonius: Ἐκμαρτυρία μαρτυρίας δέ τινι διαφέρει, δηλοῖ Δείναρχος (sic enim pro Μίναρχος ibi scribendum est) ἐν τῷ κατὰ Κλεομέδοντος, λέγων· Ἀναγνώσεται δὲ τῶν μὲν ἐπιδημούντων τὰς μαρτυρίας· τῶν δὲ ἀποδημούντων ἐκμαρτυρίας.

5 Βοῦνος] Sic MSS. Paris. At priores Editt. minus recte Βοῦνος.

Erat enim Bonus dux quidam belli sub Justiniano, cujus apud Suidam & alibi fit mentio; veluti v. Βοῦνος, v. Ἐπιδημῆσαι, & v. Ὑψηλότερος.

6 Ἐκμελῆ λύραν] Sic recte 2 MSS. Paris. At priores Editt. male ἐμμελῆ.

7 Οἱ δὲ μετὰ ταῦτα ἐκ μεταβ.] Imperfectam hujus loci sententiam Lector supplere poterit ex Polyb. lib. IV. cap. X. unde Suidas ista sumpsit.

8 Ἐκμήνῳ] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. male, ἐκμήνων.

9 Δυσχερῶς ἐκμηρ.] Fragmentum hoc Casaubonus Polybio tribuit. Certe voce ἐκμηρυόμενος Polybius simili sensu usus est lib. III. cap. LIII. Vide etiam infra v. Ἐξεμηρύσαντο.

δύναμιν

δύναμιν ἐκ τῶν δυσχωριῶν, κατεστρατοπέδευσε. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ ἐκμηρυσάμενος τῷ πλῷ τὸν ποταμὸν, πάντα κατὰ [1] Χαλδαῖον ὤν. ἀντὶ τοῦ διαπλεύσας.

Ἐκμηχανώμενος. κατασκευάζων.

Ἐκμυζήσας. ἐκπιέσας. ἐκθλίψας.

Ἐκμυκτηριεῖ. βδελύσσεται.

Ἐκνάπτετο. ἐξύετο. ἐδαπανᾶτο. [2] διαμεμέρισται.

Ἐκνενέμηται. [3] ἐξῆλθεν.

Ἐκνευρίσας. ἀντὶ τοῦ ἀδυνάτους καταστήσας. Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, κατακόψας πάντας, ἵνα πολλὴν δύναμιν τῆς Ῥώμης ἐκνευρίσῃ. Καὶ αὖθις· [4] Εἰ δοίημεν αὐτὸν ἄνδρα εἶναι, διὰ τῶν Ἐπικούρου λόγων τὴν ψυχὴν [5] ἐκνευρισθεὶς καὶ θῆλυς γενόμενος.

Ἐκνεφίας. ἐκ νεφῶν ἄνεμος.

Ἔκνιζεν. ἔδακεν. ἀπὸ τῆς πόας. Ἡρόδοτος.

Ἔκνισεν. ἐκίνησε. καθήψατο. [6] Ἀππιανός· Σύφακα δ' ἄρα τὸν δυνάστην ἔρως ἔκνιζε τῆς παιδός. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι ἔδωκαν αὐτήν.

Ἐκνομίως. ἀντὶ τοῦ μεγάλως. ὑπερβαλλόντως. κυρίως δὲ τὸ ὑπὲρ τὸ νενομισμένον. [7] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ· Καὶ γὰρ ἐκνομίως μ' ᾐσχύνετο. λέγεται δὲ καὶ ἐκνόμως.

Ἐκνόμοις. παρανόμοις.

Ἔκνουν. παραπεπληγμένον. ἔξω τοῦ νοός. [8] σαλόν.

Ἐκνοσηλεύων. ἐκθεραπεύων.

Ἔκνυεν. ἔξυεν ἠρέμα. παρὰ τὸ κνῶ. [9] Ἀριστοφάνης·

Οὗτος πόθῳ μου κνύει ἐλθὼν τὴν θύραν.

Ἐκ ξυγκλύδων. ἔστιν ἐν τῷ Συγκλύδων.

Ἐκόησεν. ἐνόησεν. Ἰακῶς. παρὰ [10] Καλλιμάχῳ.

Ἐκκοκκίσας. ἐρημώσας. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ῥοιῶν, τῶν τοὺς κόκκους ἐκβαλλουσῶν. ὥσπερ γὰρ αἱ πόλεις σκέπαι τῶν ἀνθρώπων εἰσὶν, οὕτω καὶ αἱ ῥοιαὶ τῶν κόκκων. ἐχρήσατο δὲ τῇ μεταφορᾷ ὁ ἄγροικος. [11] Ἀριστοφάνης·

—— —— Ὦ Ζεῦ,

ptam a filis, quæ e colo deducuntur. *Ille vero, cum copias ex locorum angustiis expedivisset, castra metatus est.* Et iterum: *Ille vero, cum totum fluvium navigando emensus esset*, &c. Hic enim τὸ ἐκμηρυσάμενος idem significat, quod διαπλεύσας.

Ἐκμηχανώμενος. Moliens. Conficiens. Parans.

Ἐκμυζήσας. Qui exsuxit. Qui expressit.

Ἐκμυκτηριεῖ. [Deridebit.] Fastidiet. Abominabitur.

Ἐκνάπτετο. Radebatur. Absumebatur. Dividebatur.

Ἐκνενέμηται. Exivit. Egressus est.

Ἐκνευρίσας. Qui enervavit. Qui viribus privavit. Qui debilitavit. *Ille vero, cum omnes concidisset, respondit, [ se hoc fecisse,] ut magnam Romæ potentiam debilitaret.* Et iterum: *Si demus eum virum esse, qui Epicuri sermonibus enervatus omnino & effœminatus erat.*

Ἐκνεφίας. Ventus ex nubibus erumpens.

Ἔκνιζεν. Pungebat. Mordebat. [Dictum est verbum hoc] ab herba, [quæ κνίζα vocatur.] Herodotus.

Ἔκνισεν. Movit. Vellicavit. Punxit. Appianus: *Syphacem igitur Regem amor illius puellæ ceperat, quam Carthaginenses ei dederunt.*

Ἐκνομίως. Enormiter. Inusitate. Supra modum. Proprie vero id, quod morem solitum excedit. Aristophanes *Pluto: Mirum enim in modum me reverebatur.* Dicitur etiam ἐκνόμως.

Ἐκνόμοις. Iniquis. Injustis.

Ἔκνουν. Sana mente carentem. Amentem. Insania agitatum.

Ἐκνοσηλεύων. Curans. Medens.

Ἔκνυεν. Leviter radebat, vel scalpebat. Aristophanes: *Hic mei desiderio unguibus januam leviter scalpsit.*

Ἐκ ξυγκλύδων. Vide in v. Συγκλύδων.

Ἐκόησεν. Animadvertit. Intellexit. Est vox Ionica, qua usus est Callimachus.

Ἐκκοκκίσας. Qui desertum & habitatoribus vacuum reddidit. [Proprie, qui grana excussit.] Metaphora sumpta est a malis Punicis, quæ grana amittunt. Ut enim urbes tegunt homines, sic mala Punica grana. Hac autem metaphora usus est rusticus apud Aristophanem, sic inquiens: *O Jupiter, tuas-*

1 Κατὰ Χαλδαῖον ὤν] Hæc quia corrupta putavi, in versione prætermisi.

2 Διαμεμέρισται] Vox hæc deest in antiquissimo MS. Paris.

3 Ἐκνενέμηται] Non sola vox ἐκνενέμηται significare potest ἐξῆλθε, sed conjuncta cum πόδα, ut Portus recte monuit. Sophocles *Ajace* pag. 23.

Οὐκ ἐκτὸς, οὐκ ἄψορρον ἐκνεμεῖ πόδα;

Scholiasta ad illum locum: Ἐκνεμεῖ, ἐξάξεις, ἐξοίσεις. Hæc Suidæ lucem fœnerantur.

4 Εἰ δοίημεν αὐτὸν ἄνδρα εἶν.] Fragmentum hoc auctius legitur infra v. Εὐνοῦχος.

5 Ἐκνευρισθεὶς καὶ θῆλυς γεν.] Ut hæc præcedentibus respondeant, legendum est ἐκνευρισθέντα καὶ θῆλυν γενόμενον; ut Portus etiam monuit.

6 Ἀππιανός] *De Bellis Hispan.* pag. 461. Idem in *Libyc.* pag. 10. de eodem Syphace inquit: Σύφαξ δὲ κνιζόμενος ὑπ' ἔρωτος ἐπὶ τῇ παιδὶ τῶν Καρχηδονίων [illegible], &c. Vide etiam infra v. Σύφαξ.

7 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 96. (47. Ed. Bas. P.)

8 Σαλόν] Hæc vox mihi suspecta est, de qua Lector cogitet velim.

9 Ἀριστοφάνης] *Thesmophor.* pag. 792. (523. Ed. Bas. P.) Huc pertinent verba Eustathii ad Odyss. N. pag. 1746. 3. Κνύω δηλοῖ τὸ ξύω, Δωρικὸν μὲν ὄν, παραφερόμενον δὲ καὶ παρὰ Ἀττικοῖς καὶ Ἴωσιν· ὃ χρῆσις καὶ παρὰ τῷ Κωμικῷ ἐν Θεσμοφοριαζούσαις·

Οὗτος πόθῳ μου κνύει ἔλκων (scribe ἐλθὼν) τὴν θύραν.

ἤγουν διὰ τὸν πόθον μου ξύει τὴν θύραν. Vide etiam infra v. Κνύζημα.

10 Παρὰ Καλλιμάχῳ] In *Hecale*; ut nos docet Helladius apud Photium his verbis: Μακκοᾶν, ἀρχαϊκῶς τὸ μὴ νοεῖν, ὥσπερ τὸ κοεῖν ἰδίως. Καλλίμαχος δ' ἐν Ἑκάλῃ ἐκόησε φησὶν ἀντὶ τοῦ ἐνόησε. Locum Callimachi, quem Helladius & Suidas innuunt, profert Etymologus v. Κοάλεμος, quem vide. Confer etiam Richard. Bentlejum ad Fragm. Callim. LIII.

11 Ἀριστοφάνης] *Pace*, pag. 628. (436. Ed. Bas. P.)

Λήσεις σαυτοῦ τὰς πόλεις ἐκκενώσας.

Ἐκολάβρησας.[1] προσέκρουσας. τὸ δὲ ὅλον, καταπαλαίσας αὐτὸν, καὶ ἐκπεριελθὼν καὶ διασείσας ἀργυρίζῃ. παρὰ τὸ ἐπὶ κόλοις βαίνειν. κόλα δὲ, ἡ γαστήρ. ἢ ἔθραυσας, ἔκλασας, κατέπιες. ἀπὸ τοῦ κολλάβου, ὅ ἐστι ψωμός. βούλεται δὲ λέγειν, ὅτι ὃν ἂν παραλάβῃ, ἄρδην ἀπόλλυσιν.

Ἐκκοβαλικεύεται.[2] ἔστιν ἐν τῷ [3] Ὑπέρχεται.

Ἐκολάφισαν. ἐβασάνισαν. ἢ τοῖς ὀφθαλμοῖς πανίον ἐπέθηκαν.

Ἐκολλόπωσε.[4] κόλλῃ συνήρμοσεν. ἀπὸ γὰρ τοῦ νωταίου κόλλοπος καὶ δέρματος ἑψομένου ἐγίνετο ἡ κόλλα τῶν βοῶν. ὅθεν καὶ ᾧ ἐπιτείνουσι τὰς χορδὰς, κόλλοψ λέγεται.

Ἐκολῴα.[5] ἐθορύβει.

Ἐκκομιδήν. ἐκφοράν.

Ἐκομπάσθη. ἠπάτηται. εἰς ὄγκον διετέθη.

Ἐκομπολάκουν.[6] κομπώδεσιν ἐχρῶντο λόγοις.

Ἐκονδύλιζον. τοῖς δακτύλοις ἔκοπτον.

Ἑκοντήν. Ἀρριανός· Τὴν μέσην τῶν ποταμῶν γῆν, ἑκοντὴν ἐνδιδόντων τῶν ἐποικούντων, κατέσχεν.

Ἑκοντί. ἐθελοντί. καὶ παροιμία· Ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ.

Ἑκόντων εἶναι. βουλομένων. Οἱ δὲ ἐπεραιώσαντο τὸν Ἴστρον, δόντων ἑκόντων εἶναι τὴν δίοδον Ἰουθούγγων, ἔχθει τῷ πρὸς Ῥωμαίους. καὶ, Ἑκών γε εἶναι. Ὁ δὲ ἐξηπάτητο πρὸς τῆς γυναικὸς ἑκών γε εἶναι.

Ἐκόπασεν. ἐπαύσατο.

Ἔκκοπος. κατάκοπος. Ὁ δὲ διανύσας τετρακοσίους σταδίους, καὶ γενόμενος ἔκκοπος, ἐπέμεινεν.

Ἐκκορακίζειν. ἀποδιώκειν.

Ἐκκορηθείης.[7] παντελῶς ἀφανισθείης. Μένανδρος· Ἐκκορηθείης σύ γε.

Ἐκορίζετο. ὑπεκορίζετο. εὐφημοτέροις ἐχρῆτο λόγοις.

Ἐκορίζετο.[8] ἐκολάκευεν· οἷα τοῖς μικροῖς παιδίοις ἔθος χαριεντιζομένους προσπαίζειν τοὺς γονεῖς. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Τοῦτον τὸν υἱὸν λαμβάνουσ' ἐκορίζετο.

Ἐκορώνα. ἐγαυρία. [9] Τὸ δὲ μειράκιον μετέωρον ὂν τῇ φύσει, καὶ πάσης πονηρίας ἔμπλεων, ἐκορώνα, καὶ παρελοιδόρει πρὸς τοὺς ἐπιφανεῖς ἄνδρας.

Ἐκουρία. ἐδεῖτο κουρᾶς.

*ne ipsius urbes imprudens habitatoribus excussis desertas reddes?*

Ἐκολάβρησας. Allisisti. Sensus vero est, eum devicisti, eumque circumvenisti & concussisti, ut pecuniam ab eo extorqueres. Composita est autem hæc vox a κόλα venter, & βαίνειν, ire. Vel, comminuisti, fregisti, deglutivisti: a κόλλαβος, buccella, vel frustum. Significare autem vult, de eo penitus actum esse, quem is corripuerit.

Ἐκκοβαλικεύεται. Fallit. Decipit. Vide in v. Ὑπέρχεται.

Ἐκολάφισαν. [Colaphis percusserunt.] Cruciarunt. Vel, oculis pannum imposuerunt.

Ἐκολλόπωσε. Glutine conglutinavit. Gluten enim ex duriori boum pelle, quæ cervicem & dorsum tegit, elixata, conficiebatur. Hinc etiam instrumentum illud, quo chordæ intenduntur, κόλλοψ dicitur.

Ἐκολῴα. Tumultuabatur. Strepebat.

Ἐκκομιδήν. Elationem funeris.

Ἐκομπάσθη. Deceptus fuit. Fastu inflatus fuit.

Ἐκομπολάκουν. Jactabundis verbis utebantur.

Ἐκονδύλιζον. Pugnis cædebant.

Ἑκοντήν. Ultro. Sponte. Arrianus: *Agrum qui inter duos fluvios medius erat, ab incolis ultro traditum, occupavit.*

Ἑκοντί. Voluntarie. Sponte. Ultro. Et proverbium: *Volens nolente animo.*

Ἑκόντων εἶναι. Volentibus. Ultro. *Illi vero Istrum trajecerunt, quod Juthungi propter odium erga Romanos transitum ipsis volentes dedissent.* Et ἑκών γε εἶναι, volens. *Ille vero ab uxore volens & ultro deceptus fuit.*

Ἐκόπασεν. Cessavit. Sedatus est.

Ἔκκοπος. Defessus. Defatigatus. *Ille vero confectis trecentis stadiis, defessus illic remansit.*

Ἐκκορακίζειν. Rejicere. Ad corvos amandare.

Ἐκκορηθείης. Omnino delearis. Omnino perdaris. Menander: *Omnino perdaris.*

Ἐκορίζετο. Diminutivis nominibus utebatur. Mollioribus & blandioribus verbis aliquem alloquebatur.

Ἐκορίζετο. Alicui blandiebatur, more parentum, qui puerulis arridere solent, blandis & jocosis verbis utentes. Aristophanes *Nubibus: Filium hunc ulnis exceptum blandis verbis alloquebatur.*

Ἐκορώνα. Superbiebat. Se jactabat. *At juvenis suopte ingenio levis, omnique malitia refertus, sese jactare, & viris clarissimis obtrectare cœpit.*

Ἐκουρία. Tonsura indigebat.

1 Ἐκολάβρησας. προσέκρ.] Hæc nota referenda est ad locum illum Aristoph. *Equit.* pag. 301. (203. Ed. Bas. *P.*)
Εἶτ' ἀποτρίψας τὸν ὦμον, αὐτὸν ἐκκολαβρήσεις.
Confer ibi Scholiastam.

2 Ἐκκοβαλικεύεται] Hac voce usus est Aristophanes *Equit.* pag. 302. (204. Ed. Bas. *P.*)

3 Ὑπέρχεται] Hanc lectionem ex MS. A. revocavi: cujus loco priores Editt. male exhibent ἀπέρχεται.

4 Ἐκολλόπωσε] Confer Hesychium h. v. & v. Κόλλοπες. Cæterum articulus hic, uti & præcedens, deest in MSS. Paris.

5 Ἐκολῴα] Usus est hac voce Homerus Il. B. v. 212.

6 Ἐκομπολάκουν] Voce hac usus est Aristoph. *Ranis* pag. 287.

7 Ἐκκορηθείης] Vide infra v. Κόρει.

8 Ἐκορίζετο. ἐκολάκευεν. οἷα τοῖς μικρ.] Eadem pene habet Scholiasta Aristoph. ad *Nubes* pag. 127. (63. Ed. Bas. *P.*)

9 Τὸ δὲ μειράκιον μετέωρον ὂν τῇ φ.] Hæc sunt verba Polybii apud Constantinum in Collectaneis a Valesio editis, pag. 129.

Ἑκούσια. ἃ οὐχ ὑπόκειται νόμῳ, ἀλλὰ προαιρέσει. καὶ [1] βροχὴν ἑκούσιον. οὕτως οἱ ό. ὁ δὲ Ἀκύλας, ὄμβρον ἑκούσιον. ὁ δὲ Σύμμαχος, ὑετὸν ἑκούσιον. τὸ θηλυκὸν, ἡ ἑκούσιος.

Ἑκουσιάζομαι. προσφέρω.

Ἐκκόψαντες αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς. τουτέστι, πηρώσαντες, τυφλώσαντες.

Ἐκκόψαι. ἀντὶ τοῦ νικῆσαι. οὕτως Ἄλεξις. καὶ ἐπὶ τοῦ πηρῶσαι τὸν ὀφθαλμόν. καὶ ἐξεκόπη, ἐπὶ τοῦ ἐπηρώθη.

Ἐκωδωνίζοντο. περιβόητοι ἐγένοντο. τέτακται καὶ ἐπὶ τοῦ [2] ἐπειράθησαν. οὕτω Λυσίας.

Ἐκωθώνιζον. ἔπινον.

Ἐκώμασε. μεθ' ἡδονῆς ἦλθε. [3] Θρῆνος δ' εἰς ὑμεναίους ἐκώμασεν.

Ἑκὼν [4] ἀέκοντί γε θυμῷ. ἔστω γάρ μοι νῦν τῆς ἐκείνου γνώμης ζωγράφος ὁμηρίζουσα γλῶττα.

Ἐκπαγλούμενος. ἐκπληττόμενος. Ῥωμαίοις μὲν γὰρ ἐκπαγλούμενος ὁ Πύῤῥος ταῦτά φησιν. ἢ ἀντὶ τοῦ σεμνυνόμενος.

Ἐκπαγλούμενοι. θαυμάζοντες. ἐκπληττόμενοι. Ἐν εἰρήνῃ ἔνεμον, ἐκπαγλούμενοι τὸν Ἡρακλέα.

Ἐκπαθεῖς. ὑγιεῖς. ἐκτὸς πάθους. Ἵνα μὴ ὦσιν ἐκδίψοι καὶ [5] προεκλελυμένοι, ἀλλ' ἐκπαθεῖς, καὶ κεχαριτωμένοι.

Ἐκπαθής. [6] Αἰλιανός· Ἐκπαθῆ δὲ γεγονότα καὶ πρὸς τὰς ἀκρατοποσίας, ὥστε καὶ μεθ' ἡμέραν πλεονάκις μεθύοντα καταφανῆ γενέσθαι τοῖς φίλοις.

Ἐκ παντός. διόλου. Εἴγε οὖν τοῦτο καταμαθόντες οἱ πολέμιοι ἐκ παντὸς ἀπίασιν, οὐδὲν ἂν ἐκώλυσεν ἀπολωλέναι τὴν στρατιὰν πᾶσαν.

Ἐκ παντὸς ξύλου. ἐλλείπει τὸ, [7] κῦφον γένοιτ' ἄν. λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὁρᾶσθαι μὲν εὐκαταφρονήτων, ἀναγκαίων δέ. οἱ δὲ ἐπὶ τῶν δόξαν παρεχόντων ὡς ἀγαθῶν, εὑρεθέντων δὲ ἑτέρων.

Ἐκ παραλλήλου. ἐξ ὁμοίου.

Ἐκ παραλόγου. Ὁ δὲ διασωθεὶς ἐκ παραλόγου θαλασσίου κλύδωνος. ἀντὶ τοῦ, παρ' ἐλπίδα.

Ἑκούσια. Voluntaria. Sive ea, quæ nulla lege præcepta sunt, sed a voluntate nostra pendent. Et ἑκούσιον βρ. pluviam sponte sua cadentem. Sic LXX Interpretes. At Aquila pro eodem dixit ὄμβρον ἑκούσιον: & Symmachus, ὑετὸν ἑκούσιον. Dicitur etiam in fœminino ἡ ἑκούσιος.

Ἑκουσιάζομαι. Sponte offero.

Ἐκκόψαντες αὐτ. Cum ejus oculos eruissent. Vel, cum eum oculis privassent, vel excæcassent.

Ἐκκόψαι. Vincere. Sic Alexis. Item, oculum eruere. Et ἐξεκόπη, oculus ei erutus est.

Ἐκωδωνίζοντο. Celebres evaserunt. Item, tentati, vel explorati sunt. Sic Lysias.

Ἐκωθώνιζον. Bibebant. Potabant.

Ἐκώμασε. Cum voluptate venit, vel accessit. [In Epigrammate:] *Luctus ad hymenæum accessit*. [I. e. Nuptiæ in luctum conversæ fuerunt.]

Ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμ.. *Volens nolente animo. Liceat enim nunc mihi mentem illius verbis Homericis exprimere.*

Ἐκπαγλούμενος. Territus. Obstupefactus. *Pyrrhus enim admiratione perculsus hæc Romanis dixit.* Vel, glorians, & gravitatem quandam affectans.

Ἐκπαγλούμενοι. Admirantes. Metuentes. *Pacate vivebant, Herculis metu perculsi.*

Ἐκπαθεῖς. Sani. Illæsi. Incolumes. *Ne siti essent confecti, nec defatigati, sed illæsi & integri.*

Ἐκπαθής. Qui præter modum rebus aliquibus delectatur, ac iis immoderate deditus est. Ælianus: *Vino autem supra modum deditus erat, adeo ut interdiu etiam sæpe ab amicis ebrius conspiceretur.*

Ἐκ παντός. Omnino. Prorsus. *Si igitur hostes hoc intellecto prorsus abiissent, nihil impedivisset, quo minus totus exercitus periisset.*

Ἐκ παντὸς ξύλου. Ex quovis ligno. Subintellige, vinculum ligneum vel nervus fiat. Dicitur de rebus aspectu quidem vilibus, sed tamen necessariis. Alii vero proverbium hoc accipiunt de illis, qui boni quidem viri esse videntur, sed experientia alii deprehenduntur.

Ἐκ παραλλήλου. Ex simili. Similiter.

Ἐκ παραλόγου. Præter spem. *Ille vero præter spem ex tempestate maris servatus.*

1 Καὶ βροχὴν ἑκούσ.] David Psalm. LXVII. v. 10. secundum τοὺς LXX. Βροχὴν ἑκούσιον ἀφοριεῖς ὁ Θεὸς τῇ κληρονομίᾳ σου. Huc Suidas respexit.

2 Ἐπειράθησαν] Sic recte MS. Parif. A. At reliqui MSS. ut & priores Editt. mendose exhibent, ἐπηρώθησαν. Vide Nostrum supra v. Διακωδωνίσαι.

3 Θρῆνος δ' εἰς ὑμεναίους ἐκ.] Fragmentum hoc auctius legitur infra v. Κῶμος.

4 Ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ] Est ῥῆσις Homerica Il. Δ. v. 43.

5 Προεκλελυμένοι] Sic duo MSS. Parif. At priores Editt. vitiose, προεκκεκλημένοι.

6 Αἰλιανός] Male nomen Æliani pro Polybii in locum hunc irrepsit. Fragmentum enim, quod sequitur, non est Æliani, sed Polybii, ut patet ex Collectaneis Constantini a Valesio editis, pag. 21. ubi id inter Excerpta ex Polybio αὐταῖς λέξεσι legitur, ut Pearsonius etiam observaverat.

7 Κῦφον γένοιτ' ἄν] Locus hic mendosus est, in quo pro κῦφον legendum esse κυφὼν, (i. e. vinculum ligneum, vel nervus) monuit Salmasius *de Mod. Usur.* pag. 814. Verba viri summi hæc sunt: "Κύφωνες Græcis vincula lignea, quibus collum inserebatur, "quod caput κύφειν cogerent: Latinis *cuspi*. At Suidas notat vo-"cari Romanis κύσπους, quæ Græcis ποδοκάκκαι. Sic enim apud "eum scribendum: Ποδοκάκκη, ξύλον, εἰς ὃ ἐν εἱρκτῇ τοὺς πόδας ἐμ-"βάλλοντες συνέχουσιν, ὃ παρὰ Ῥωμαίοις κύσπος καλεῖται. Eosdem & "κύφωνας Græci vocarunt, quia idem vinculum ligneum pedes & "cervices vinciebat, & nutare caput faciebat. Unde κυφών. Sui-"das in Epicureo: Δεδέσθαι ἐν κυφῶνι πρὸς τῷ ἀρχείῳ, ἡμέρας εἴκοσι. "Hinc proverbium apud eundem in v. Ἐκ παντὸς ξύλου, ubi scribi "oportet, Ἐκ παντὸς ξύλου. ἐλλείπει, κυφὼν γένοιτο. *Ex omni lig-"no fiat cuspus*, vel *nervus*. At non ex omni ligno Mercurius. "Idem proverbium apud Zenobium sic restituendum: Ἐκ παντὸς "ξύλου κυφὼν ἂν γένοιτο. Item in Collectione Vaticana. Male etiam "apud Apostolium legitur κῦφον, pro κυφών." Hæc Salmasius: in cujus sententia acquiesco.

‡

Ἐκπε-

Ἐκπλαδεῦσαι. ἐκβληθεῖσαι.

Ἐκπεπολέμωται.[2] ἐχθρωδῶς διάκειται.

Ἐκπερδικίσαι.[3] τὸ διαδρᾶναι. ἐκ μεταφορᾶς τῶν περδίκων, πανούργων ὄντων.

Ἐκ περιουσίας. ἐκ περιττοῦ. ἐκ περιουσίας λέγει ὁ Ἀριστοτέλης. Μεταπεμψάμενοι ἐκ περιουσίας καὶ Παμπρέπιον. ἐκ περιουσίας ὤν, ἀντὶ τοῦ, ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος.

Ἐκπεράναι. ἔστιν ἐν τῷ ἐκπεπόνηται.

Ἐκ [4] περιουσίας τοῦ ἀναγκαίου διαφέρει. ἀναγκαῖον μέν ἐστιν, οὗ χωρὶς ἀδύνατον εἶναι. ἐκ περιουσίας δέ, ὧν ἡ παρουσία οὐκ ἔστιν ἀναγκαία· καί, ὡς Ἀριστοτέλης λέγει, ὅταν ὑπαρχόντων τῶν ἀναγκαίων ἄλλα τινὰ [5] προσκατασκευάζηται τῶν καλῶν. οἷον, τὸ μὲν ζῆν ἀναγκαῖον· ἐκ περιουσίας δέ, τὸ εὖ ζῆν. τῇ γὰρ τοῦ εὖ παρουσίᾳ, οὐκ οὔσῃ πρὸς τὸ εἶναι ἀναγκαίᾳ, ἐπικοσμεῖται τὸ ζῆν, ἀναγκαῖον ὄν. βελτίω δὲ τὰ ἐκ περιουσίας τῶν ἀναγκαίων φησί. βέλτιον γὰρ τὸ εὖ ζῆν τοῦ ζῆν· τὸ δὲ εὖ λέγειν, τοῦ λέγειν. οὐκ ἀεὶ μὲν αἱρετώτερα τὰ βελτίω, εἰ καὶ ἁπλῶς αἱρετώτερα. τὰ γοῦν ἡμῖν ἀδύνατα, εἰ καὶ βελτίω εἴη τῶν δυνατῶν, ἀλλ' οὐχ αἱρετώτερα. βέλτιον μὲν γὰρ ἀθανασία μακροβιότητος· ἀλλ' ἡμῖν οὐχ αἱρετωτέρα. καὶ τῶν ἐκ περιουσίας δὴ τὰ μὲν πρὸς τῷ βελτίω εἶναι, καὶ αἱρετώτερά ἐστιν· ὥσπερ τοῦ λέγειν τὸ εὖ λέγειν· τὰ δὲ βελτίω ἐστίν, οὐ μὴν καὶ αἱρετώτερα. τὸ γὰρ φιλοσοφεῖν τε καὶ θεωρεῖν βέλτιον μέν ἐστι τοῦ χρηματίζεσθαι· οὐ μὴν καὶ αἱρετώτερον τοῖς ἐν ἐνδείᾳ οὖσι, καὶ μὴ δυναμένοις ἄλλως εἶναι. οὕτω δὴ καὶ τὸ ὑγιαίνειν τοῦ φιλοσοφεῖν τῷ νοσοῦντι αἱρετώτερον. † Καὶ [6] Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος· Ἐγὼ μὲν περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύω· οὗτος δὲ ἐκ περιουσίας μου κατηγορεῖ. ἀντὶ τοῦ, ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος.

Ἐκπλαδεῦσαι. Ejici.

Ἐκπεπολέμωται. Hostilem animum habet.

Ἐκπερδικίσαι. Aufugere. Per translationem ductam a perdicibus, quæ sunt astutæ.

Ἐκ περιουσίας. Ex abundantia. Ex supervacuo. Usus est hac phrasi Aristoteles. *Cum autem Pamprepium etiam accersivissent, licet præsentia ejus supervacanea esset.*

Ἐκπεράναι. Vide in voce ἐκπεπόνηται.

Ἐκ περιουσίας. Ex abundantia. Ex supervacuo. Hoc differt a necessario. Nam necessarium quidem est id, sine quo esse non possumus. Ἐκ περιουσίας vero dicitur de rebus illis, quarum præsentia non est necessaria: &, ut ait Aristoteles, quum suppetentibus rebus necessariis, alia quædam pulchra iis adjiciuntur. Ut, vivere quidem est necessarium: at bene vivere, supervacaneum. Nam præsentia bene vivendi, quæ non est necessaria ad id, ut simus, exornat ipsum vivere, quod est necessarium. Supervacanea autem necessariis meliora esse dicit. Melius enim est bene vivere, quam vivere: & bene dicere, quam dicere. Non semper tamen optabiliora sunt ea, quæ sunt meliora, quamvis simpliciter & per se sint optabiliora. Nam quæ consequi non possumus, quamvis sint meliora illis, quæ consequi possumus, non sunt tamen optabiliora. Immortalitas enim est longævitate melior: sed nobis non magis expetenda. Ac supervacaneorum alia quidem non solum sunt meliora, sed etiam optabiliora: ut bene dicere quam dicere. Alia vero sunt meliora, non tamen etiam optabiliora. Nam philosophari & contemplari melius quidem est, quam quæstum facere, non tamen etiam est optabilius illis, qui in rerum omnium inopia versantur, & qui aliter esse non possunt. Sic etiam valere est optabilius ægrotanti, quam philosophari. † Et Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte dicit: *Ego quidem extremo periculo compulsus in certamen hoc descendo: Æschines vero nulla necessitate cogente me accusat. Port.*

Ἐκ περιτροπῆς. ἐξ ἀποστροφῆς. ἐκ νίκης.

Ἐκπέρσαι. ἐκπορθῆσαι.

Ἐκπεσών. ῥηθείς. δοθείς. Χρησμὸς δὲ ἐκπεσὼν περὶ Εὐτοκίου Θρᾳκός.

Ἐκπεφυσημένον. φιλοτίμως διατεθειμένον. [7] Ὁρῶν δὲ τὸν Μάρκον ἐκπεφυσημένον.

Ἐκπήγνυσθαι.[8] τὸ ἐκπλήττεσθαι.

Ἐκπηνιεῖται. ἐξελκύσει. ἀπὸ τῶν τὴν κρόκην μηρυομένων εἰς πηνία. [9] Ὅμηρος· Πηνίον ἐξέλκουσα.

Ἐκπλαγεῖς. ἐκπλήξεως πλέοι. [10] Πολύβιος· Ἐκ-

Ἐκ περιτροπῆς. Ex conversione. Ex victoria.

Ἐκπέρσαι. Devastare. Exscindere.

Ἐκπεσών. [Qui excidit.] Dictus. Redditus. Datus. *Oraculum autem de Eutocio Thrace redditum est.*

Ἐκπεφυσημένον. Inflatum. Ambitiosum. *Videns autem Marcum fastu inflatum.*

Ἐκπήγνυσθαι. Terreri.

Ἐκπηνιεῖται. Extrahet. Educet. Sumpta translatio ab illis, qui filum in glomos deducunt. Homerus: *Stamen extrahens.*

Ἐκπλαγεῖς. Terroris pleni. Polybius: *A-*

1 Ἐκπλαδῆναι. ἐκβληθ.] Hesychius: Ἐκπλεῦσ. ἐξωθῆν. Uterque intelligit vocabulum Latinum *expello*, ut Portus etiam suboderatus fuit. Græci enim recentiores multa vocabula Latina a Romanis mutuati sunt, ut vel ex Glossariis Meursii & Dufrenii unicuique constare potest.

2 Ἐκπεπολέμωται] Vide paulo post v. Ἐκπολεμώσας.

3 Ἐκπερδικίσαι] Vide supra v. Διαπερδικίσαι, & Hesychium v. Διαπερδικίσαι. Referenda est autem nota hæc Suidæ ad locum illum Aristophanis *Avib.* pag. 577. (398. Ed. Bas. *P.*)

Ὡς παρ' ἐμοῦ οὐδὲν αἴσχιόν ἐστιν ἐκπερδικίσαι.

Vide ibi veterem Enarratorem.

4 Ἐκ περιουσίας τοῦ ἀναγκαίου διαφέρει.——τῷ νοσοῦντι αἱρ.] Hæc omnia descripta sunt ex Alexandro Aphrod. in *Topica* pag. 134.

5 Προσκατασκευάζηται] Sic recte a MSS. Paris. & Alexander Aphrod. loco laudato. At priores Editt. συγκατασκευάζηται: quod sensus repudiat.

6 Καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησ.] Ex Harpocratione.

7 Ὁρῶν δὲ τὸν Μάρκον ἐκπεφ.] Hæc desumpta sunt ex Polyb. lib. III. cap. CIII.

8 Ἐκπήγνυσθαι] Mendose pro ἐκπλήγνυσθαι. Scholiasta Thucydidis ad lib. IV. cap. CXXV. Ἀσαφῶς ἐκπλήγνυσθαι. ἀδήλως ἐκπλήττεσθαι.

9 Ὅμηρος] Il. ψ. v. 762.

10 Πολύβιος] Lib. I. cap. LXXVI.

πλαγεῖς γενόμενοι οἱ Λίβυες διὰ τὸ παράδοξον, ἐκκλίναντες ἔφθησαν. Καὶ αὖθις· [1]Οὕτως ἐκπλαγεῖς ἦσαν, καὶ κατάφοβοι τὸ μέλλον. καὶ ἐκπλαγεῖς, θηλυκῶς, ἀντὶ τοῦ θαυμασταί. Ποιμένες ἀγραυλοῦντες ἐκπλαγοῦς φωτοφανείας ἔτυχον.

Ἔκπλεα. πλήρη. Ἐσθῆτας δὲ καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἔκπλεα παρεῖχεν. ἀντὶ τοῦ αὐτάρκη. καὶ αὖθις Αἰλιανός· Οἱ δὲ καταίροντες εἰς αὐτὸν, καὶ φιλοφροσύνης ἐκπλέας ἀπολαύσαντες.

Ἐκπλεύσαντες. ἔξω γενόμενοι. Οἱ δὲ ἐκπλεύσαντες τῶν φρενῶν, εἶτα ἐνεοὶ ἐγένοντο.

Ἐκπλεύσεσθαι. ἔξω γενέσθαι. [2]Μὴ γὰρ ἂν ἐκπλεύσεσθαί ποτε τῶν φρενῶν ἐς τοσοῦτον, ὡς ἀνθρώπους προτιμῆσαι Θεοῦ.

Ἐκπλήγδην. ἐκπληκτικῶς.

Ἔκπληξις. φόβος.

Ἐκπλήσει. πληρώσει.

Ἐκπλινθεύσας. [3]Ἰσαῖος ἀντὶ τοῦ διαλύσας καὶ ἐξελὼν τὰς πλίνθους.

Ἔκπλυτον. ἐξίτηλον. [4]ἀφανές.

Ἐκ ποδὸς εἵπετο κατόπιν. ἀντὶ τοῦ σύνεγγυς.

Ἐκποδών. τὸ πρὸς ὀλίγον χρόνον ὑποστείλασθαι. Ἀριστοφάνης· Οὗτός ἐστιν, ὃν ζητοῦμεν. ἀλλὰ δεῦρο πᾶς ἐκποδών. Καὶ αὖθις· Ἀργεῖοι καὶ Θηβαῖοι ἐκποδὼν ἔστησαν. Καὶ παροιμία·

Ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι.

Ἐκποδὼν γενέσθαι. φυγεῖν. ἢ ἐξαλείφεσθαι. ἢ ἐκ τοῦ μέσου γενέσθαι.

Ἐκποκιῶ. τὰς τρίχας ἐκσπάσω. [5]Ἀριστοφάνης· Ἐκποκιῶ σου τὰς ποκάδας. ἐπὶ γυναικείων τριχῶν ὡς τὸ πολύ. παρετυμολογεῖ δὲ τὸν πόκον. Λυκόφρων δὲ ἁπλῶς τὰς τρίχας. ἐμπλοκὴ δέ τις φαίνεται καὶ πλοκαμίδες. σπανίως ποτὲ ἐπὶ ἀνδρῶν λέγεται.

Ἐκπολεμῶσαι. [6]αἰτιατικῇ. ἀντὶ τοῦ εἰς πόλεμον καταστῆσαι. γράφεται δὲ καὶ διὰ τοῦ η, ἐκπολεμῆσαι· ὡς καὶ παρὰ Ξενοφῶντι· ἐκπολεμῶσαι δὲ, τὸ πολεμίους ποιῆσαι, οἷον ἐπὶ πόλεμον τινὰς παροξῦναι.

Ἐκ πολλοῦ. ἐκ παλαιῶν τῶν χρόνων. Ἄγαλμα ἦν τιμώμενον ὑπ' αὐτοῦ ἐκ πολλοῦ.

Ἐκ πολλῶν ἀχύρων ὀλίγον καρπὸν συνήγαγον. ἐπὶ τῶν πολλὰ μὲν πονούντων, ὀλίγα δὲ καρπουμένων.

Ἐκπορίζομεν. ἐξευρίσκομεν.

Ἐκπορίσας. συλλέξας.

Ἐκπορπᾶσθαι. ἐκφιβλοῦσθαι.

Ἐκπομπεύων. ἀχρειῶν. λοιδορῶν. Ὁ δὲ ἐκπομ-

*fri inopinata illorum virtute perculsi in fugam subito inclinantur.* Et iterum: *Adeo metu futuri perterriti erant.* Et ἐκπλαγοῦς, genere fœminino, pro, admirandæ. *Pastoribus in agris pernoctantibus admiranda lux apparuit.*

Ἔκπλεα. Plena. Quæ sufficiunt. *Vestes autem, & res ad victum necessarias abunde ei præbuit.* Et iterum Ælianus: *Cum ad ipsum divertissent, & humanissime ab ipso excepti fuissent.*

Ἐκπλεύσαντες [τῶν φρενῶν.] Amentes facti. *Illi vero amentes facti, postea etiam muti evaserunt.*

Ἐκπλεύσεσθαι [τῶν φρενῶν.] Amentem fore. *Dicebant enim, se nunquam eo dementiæ processuros esse, ut homines Deo anteponerent.*

Ἐκπλήγδην. Cum terrore. Cum stupore.

Ἔκπληξις. Pavor. Metus. Terror.

Ἐκπλήσει. Explebit. Replebit.

Ἐκπλινθεύσας. Isæus sumit pro eo, qui lateres dissolvit & ex muro exemit.

Ἔκπλυτον. Quod colorem facile amittit. Evanidum.

Ἐκ ποδὸς εἵπ. A tergo proxime sequebatur.

Ἐκποδὼν [γενέσθαι.] Ad exiguum tempus ab aliquo recedere. Aristophanes: *Hic est, quem quærimus. Sed quisque ab eo recedens, huc veniat.* Et iterum: *Argivi & Thebani inde procul steterunt.* Et proverbium: *Viri infelicis amici procul sunt.*

Ἐκποδὼν γενέσθαι. Recedere. Fugere. Vel, deleri. Vel, de medio tolli.

Ἐκποκιῶ. Capillos evellam. Aristophanes: *At capillos tibi evellam.* Ποκάδες autem de muliebribus capillis plerumque dicitur. Alludit autem ad etymologiam τοῦ πόκω. Lycophron vero simpliciter ita vocat capillos. Videtur tamen ea voce etiam significari capillorum quidam nodus, vel cincinnus. Raro tamen de viris hæc vox dicitur.

Ἐκπολεμῶσαι. Accusativo jungitur. Belli auctorem esse. Bellum inter aliquos movere. Scribitur etiam ἐκπολεμῆσαι, per η. Ἐκπολεμῶσαι vero est, aliquos hostes facere, & ad bellum incitare.

Ἐκ πολλοῦ. A multo tempore. Ab antiquis temporibus. *Simulacrum erat, quod ab ipso a longo jam tempore colebatur.*

Ἐκ πολλῶν ἀχ. *Ex multis paleis exiguum fructum collegi.* De iis, qui multum quidem laborant, sed exiguum laborum suorum fructum percipiunt.

Ἐκπορίζομεν. Excogitamus. Suppeditamus.

Ἐκπορίσας. Qui collegit.

Ἐκπορπᾶσθαι. Fibulis adstringi.

Ἐκπομπεύων. Publice traducens. Contem-

Ἐλεοκόπους. Sic Lysias vocat illos, qui sylvas cædunt: τοῦ ι inserto, veluti in voce ἐλεόθρεπτον apud Homerum. Videndum autem, annon forte nomen hoc deductum sit ab ἐλεὸς, i. e. mensa culinaria.

Ἔλεος. Cum est generis masculini, significat, misericordia. Ἐλεὸς vero, cum acuto in ultima, mensa coquinaria. Aristophanes: *Age, everte mensam ejus culinariam.* Homerus: *Conjecerunt autem [frusta] in mensas culinarias.* Est etiam ἐλεὸς genus avis.

Ἐλεοῦντα. Eleuntem. Ἐλεοῦς vero est urbs in Chersoneso Thraciæ.

Ἐλέου βωμός. Misericordiæ ara.

Ἐλεπτύνθαι. Extenuatum esse.

Ἐλεών. Eleon. Nomen urbis.

Ἐλεῶ σε. Accusativo jungitur. Misereor tui.

Ἐλεπόλεις. Machinæ bellicæ, quibus urbes expugnantur. Vel catapultæ & balistæ, quibus urbes capiuntur.

Ἔλερρα ἔργα. Facinora crudelia, sæva, & mala.

Ἑλέσθαι. Velle. Malle. Anteponere.

Ἑλετή. Quæ potest capi. Expugnabilis.

Ἐλεύθεραι αἶγες ἀρότρων. *Capræ immunes ab aratris.* Proverbium de iis, qui ab aliquo onere vel malo liberi sunt.

Ἐλευθέριος. Sic vocatus est Jupiter, quod liberti porticum ipsi vicinam exstruxerint. Sic Hyperides. At Didymus non ideo [Jovem sic appellatum esse] ait, sed quod Athenienses a Persica servitute & dominatione liberati fuissent.

Ἐλευθεριότης. Liberalitas. Beneficium a sincero animo profectum. *Ad liberalitatem & dona danda [proclivis:]* inquit Vespasianus Imperator Romanorum. *Ille vero eo generositatis progressus est, ut ne a Republ. quidem victum sibi præberi pateretur, quamvis numerosam haberet sobolem.*

1 Ὅτι ἐν τῇ ἀψῖδι τῆς καμ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Codinum de *Origin. CPol.* num. xxxii.

2 Εἷς ἅγιος. καὶ δύο ταχυδρ.] Plenius Codinus: Εἷς ἅγιος, εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ πατρὸς, ἀμήν. ὁμοίως καὶ δύο ταχυδρόμων στῆλαι πτερωταί.

3 Ἐπέχοντος] Codinus rectius ἐπαρχεύοντος.

4 Ἕλενος ὃς συνέγ.] Vide Suidam infra v. Οἰωνιστικῶν, ubi eadem leguntur.

5 Ἐλεόθρεπτον] Est vox Homerica Il. B. v. 776.

6 Ἐλεοκόπους. Λυσ.] Ex Harpocratione.

7 Ἐλεὸς δὲ, ὀξυτ. ἡ μαγ.] Confer Athen. lib. iv. pag. 173.

8 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 296. (198. Ed. Bas. P.)

9 Ἔλερρα] Vox est suspecta: de qua amplius cogitandum censeo.

10 Ἐλευθέριος. ὁ Ζεὺς διὰ τοῦτο κτλ.] Ex Harpocratione.

11 Τὴν στοάν] Hujus porticus mentio fit supra v. Βασίλειος.

12 Διὰ τὸ τῆς Μηδικῆς δουλ.] Hanc opinionem confirmat Strabo lib. ix. pag. 412. ubi sic inquit: Εἴρηται δ' ὅτι περιρρεῖ τὰς Πλαταιὰς ὁ Ἀσωπός. Ἐνταῦθα Μαρδόνιον καὶ τὰς τριάκοντα μυριάδας Περσῶν αἱ τῶν Ἑλλήνων δυνάμεις ἄρδην ἠφάνισαν· ἱδρύσαντό τε Ἐλευθερίου Διὸς ἱερὸν, καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν στεφανίτην ἀπέδειξαν, Ἐλευθέρια προσαγορεύσαντες. Huc etiam pertinet Epigramma Simonidis, quod legitur Antholog. lib. vi. cap. xix.

Ἐλευθερι-

image
not
available

κινοι καὶ ἐλεφάντινοι δακτύλιοι γυναιξὶν εἰσὶ σύμφοροι.

Ἐλεφαίρετο.[1] ἐπλανᾶτο. ἐβλάπτετο.

Ἐλεφῆραι. βλάψαι. ἀπατῆσαι.

Ἔλεψεν. ἐλέπισεν.

Ἑλείας πρὸς αὐλῶνας. τουτέστι, τὰς ἑλώδεις διώρυχας. ἤ, ἑλώδεις τόπους στενούς. ἀπὸ τοῦ ἕλεος, ἕλειος, ἑλεία.

Ἑλειβάται. βαίνοντες ἐν τῷ ἕλει. καὶ ἑλειβάτης.

Ἑλεῖν. λαβεῖν.

Ἑλειονόμος[2].

Ἕλειος.[3] ὁ κάθυγρος καὶ σύνδενδρος τόπος. καὶ ἕλειος ὄρνις. καὶ ἕλειος ᾠδή. σημαίνει δὲ καὶ ὄνομα ὄρους.

Ἐλλεῖπον. τὸ ἐνδεές. Ἐλλιπὲς δὲ, διὰ τοῦ ι. καὶ ἐλλείποντες. ἐλλιπόντες δέ.

Ἕλη.[4] ἡ θερμασία. καὶ ἕλη, τὰ τυφλὰ, καὶ ἀπροόρατα.

Ἐληγάτευσε.[5] κατὰ Ῥωμαίους, ἀπέστειλεν.

Ἐλήθετο. ἐπελάθετο.

Ἐληΐζοντο. ἐλῃστεύοντο.

Ἐλήκλευσε. κατὰ Ῥωμαίους, ἀναγνοὺς διώρθωσεν.

Ἐλήλακεν. ἐλήλυθεν.

Ἐλήλαται. συνέχεται.

Ἐληλεγμένον. κατῃσχυμμένον.

Ἐληλέδατο. ἐκ [6] τοῦ ἐλεύθω.

Ἕλλην. φρόνιμος.

Ἑλληνικὸν ἐπένευσαν ἄνδρες οὗτοι. [7] Ἀριστοφάνης. ὡς διαφέροντος καὶ τοῦ νεύματος τοῦ Ἑλληνικοῦ.

Ἑλλήνειος στρατός. καὶ Ἑλλήνειος γλῶσσα.

Ἑλληνοκοπεῖν.

Ἑλληνοταμίαι.[8] οἱ τὰ ἐκ τῶν φόρων χρήματα φυλάσσοντες, ἃ προέτειον κοινῇ οἱ Ἕλληνες ἐν Δήλῳ ἀπετίθεντο, ὅπως ἐκαλοῦντο. [9] παραλαβόντες γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν ἡγεμονίαν ἑκόντων τῶν ξυμμάχων, διὰ τὸ Παυσανίου μῖσος, ἔταξαν, ἅς τε ἔδει παρέχειν τῶν πόλεων χρήματα πρὸς τὸν βάρβαρον, καὶ ἃς ναῦς. πρόσχημα γὰρ ἦν, [10] ἀμύνεσθαι ὧν ἔπαθον, δῃοῦντας τὴν βασιλέως χώραν. [11] καὶ Ἑλληνοταμίαι κατέστη τοῖς

cino facti & eburnei mulieribus conducunt.

Ἐλεφαίρετο. Decipiebatur. Fallebatur. Lædebatur.

Ἐλεφῆραι. Læsisse. Decepisse. Fefellisse.

Ἔλεψεν. Decorticavit. Delibravit.

Ἑλείας πρὸς αὐλῶνας. Ad fossas palustres. Vel, sylvarum & nemorum angustias. Ab [ἕλος,] ἕλεος, fit ἕλειος & ἑλεία.

Ἑλειβάται. Qui per paludem, vel sylvam gradiuntur.

Ἑλεῖν. Cepisse.

Ἑλειονόμος. In sylvis degens.

Ἕλειος [τόπος.] Locus palustris & sylvestris. Et ἕλειος ὄρνις, avis palustris. Et ἕλειος ᾠδή, carmen sylvestre. Significat etiam nomen montis.

Ἐλλεῖπον. Id, quod deest. [Per ει scribitur.] Ἐλλιπὲς vero, per ι. Et ἐλλείποντες, deficientes, [per ει.] Ἐλλιπόντες vero, per ι.

Ἕλη. Calor. Et ἕλη, cæca, & improvisa.

Ἐληγάτευσε. Romanorum lingua significat, legavit.

Ἐλήθετο. Oblitus est.

Ἐληΐζοντο. Prædabantur. Populabantur.

Ἐλήκλευσε. Romanorum lingua significat, legit & correxit.

Ἐλήλακεν. Ivit. Venit.

Ἐλήλαται. [Clavis transfixum est. Clavis] continetur.

Ἐληλεγμένον. Redargutum. Dedecore affectum.

Ἐληλέδατο. Ab ἐλαύνω.

Ἕλλην. Græcus. Prudens.

Ἑλληνικὸν ἐπένευσαν. *Græcorum more annuerunt viri isti*. Aristophanes. Significare nimirum vult, vel ipsum nutum Græcorum a nutu aliarum gentium differre.

Ἑλλήνειος στρατός. Græcus exercitus. Et Ἑλλήνειος γλῶσσα, lingua Græca.

Ἑλληνοκοπεῖν. Græcorum benevolentiam captare.

Ἑλληνοταμίαι. Sic vocabantur illi, qui pecuniam ex tributis collectam servabant, quæ olim a Græcis in Delo velut in communi ærario reponebatur. Athenienses enim principatum Græciæ sociis volentibus adepti, propter odium, quo omnes Pausaniam prosequebantur, statuerunt, a quibus urbibus pecuniam, & a quibus naves adversus Barbarum præberi oporteret. Causa enim, quæ

1 Ἐλεφαίρετο] Sic melius 2 MSS. Paris. quam Editt. præcedentes, quæ exhibent ἐλαφαίρετο, per α.

2 Ἑλειονόμος] Apollonius *Argonaut.* lib. II. Νύμφαι ἑλειονόμοι. Ubi Scholiasta: Ἑλειονόμοι. αἱ ἐν τοῖς ἕλεσι διατρίβουσαι. *Port.*

3 Ἕλειος. ὁ κάθυγ.] Vide infra v. Ἑλώδης.

4 Ἕλη. ἡ θερμ.] Vide Scholiastam Aristoph. ad *Vespas* pag. 486.

5 Ἐλήκλευσε] Sic MSS. Paris. itemque Edit. Mediolanensis. At in reliquis Edit. mendose excusum est, ἐλήκλευσε. Vide etiam Suidam infra v. Ληγάτον.

6 Ἐκ τοῦ ἐλεύθω] Scribe, ἐκ τοῦ ἐλαύνω.

7 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* pag. 376. (266. Ed. Bas. P.)

‡

8 Ἑλληνοταμίαι] Scholiasta Thucydidis ad lib. I. cap. 96. Οἱ διχόμενοι τοὺς φόρους συναγομένους ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων, καὶ φυλάσσοντες αὐτοὺς, ἐκαλοῦντο Ἑλληνοταμίαι.

9 Παραλαβόντες γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν ἡγεμ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Thucydidis lib. I. cap. XCVI.

10 Ἀμύνεσθαι] Hæc vox non sine dispendio sensus in prioribus Editt. desideratur; quam ex Thucydide revocavi.

11 Καὶ Ἑλληνοταμίαι κατέστη τοῖς Ἀθην. πρῶτον ἀρχ.] Rectius apud Thucydidem sic legitur: Καὶ Ἑλληνοταμίαι τότε πρῶτον Ἀθηναίοις κατέστη ἀρχή.

Ἀθη-

Ἀθηναίοις πρώτη ἀρχή. bello prætexebatur, hæc erat, se, ut injurias illatas ulciscerentur, Regis [Persarum] regionem vastare velle. Et tunc primum apud Athenienses constituti sunt illi, qui Hellenotamiæ vocabantur.

Ἑλληνοταμίαι. ἀρχὴ ἣν οἱ διαχειρίζοντες[1] τὰ πράγματα. † Υ[2] τάλαντα καὶ ξ´ ἐτάχθη ὁ φόρος ὑπὸ Ἀριστείδου τοῦ δικαίου.

Ἕλης. αὐθυπότακτον.

Ἑλλήσποντος.

Ἐλιάσθη. ἐξέκλινεν.

Ἐλιγμός. ἡ συστροφή.

Ἕλικας. τὰ περὶ τοὺς καρποὺς ψέλλια. ἢ ἐνώτια.

Ἑλίκη. πόλις.

Ἑλικών. ὄρος.

Ἑλικώνιος, σοφιστής, Βυζάντιος. ἔγραψε χρονικὴν ἐπιτομὴν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ μέχρι Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου ἐν βιβλίοις δέκα.

Ἑλικώνιος, ἀστρονόμος. Ἀποτελεσματικά. Περὶ διοσημειῶν καὶ ἄλλα πολλά.

Ἑλικῶπις. εὐόφθαλμος. καὶ ἑλίκωψ, εὐόφθαλμος.

Ἑλικόεντον ὕδωρ. τὸ ἑλικοειδῆ ἔχον τὴν ῥεῦσιν. ἢ διαυγές.

Ἑλλικτήρ.[3] εἶδος ἐνωτίου. καὶ ἑλλικτῆρες, ὁμοίως.

Ἐλλιμενίζω.

Ἐλλινῶ.[4] ὑμνῶ.

Ἔλινος. καρπός.

Ἐλινύειν. ἡσυχάζειν, βραδύνειν.

Ἐλινύειν. στραγγεύειν.

Ἐλινύοντας.[5] διατρίβοντας. ἢ ἐγχρονίζοντας. καὶ πότμον ἐλινύοντα. ἀντὶ τοῦ τὴν δυστυχίαν παύοντα. [6]Ἡρόδοτος· Διέβη δὲ ὁ στρατὸς ζ´ ἡμέρησι, καὶ ζ´ εὐφρόνησιν, ἐλινύσας οὐδένα χρόνον. καὶ Ἀρριανός· Αἱ δὲ κατασκοπαὶ οὐδέν τι ἐλινύσασαι ἐγίνοντο. καὶ αὖθις· Ὁ δὲ ἀπῆγε τὴν στρατιὰν, μηδέν τι ἐλινύσας. τουτέστι, χρονίσας. καὶ ἐν [7]Ἐπιγράμματι·

Εὖτε δ' ἐπέλθῃ

Ὄρθρος, ἐλινῦσαι μικρὰ χαριζόμενος.

καὶ αὖθις· Ἐλινύοντα καὶ βλακεύοντα κλάειν ἐῶσι. καὶ αὖθις· Μήποτε ἄρα ἐν τῷ ἐλινύειν καὶ μέλλειν διαφυγῇ ὁ καιρός.

Ἕλιξ. ἕλικος.

Ἑλίξας. συστρέψας.

Ἕλιξος.[8] εἷς τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν παρὰ Μεγαρεῦσιν.

Ἐλίπανας. λιπαρὸν ἐποίησας.

Ἑλληνοταμίαι. Hellenotamiæ. Magistratus erat, qui pecuniæ ex tributis collectæ curam gerebat. † Tributum ccccLX talentorum ab Aristide justo statutum fuit.

Ἕλης. Est subjunctivus. Capias.

Ἑλλήσποντος. Hellespontus.

Ἐλιάσθη. Separatus est. Declinavit.

Ἐλιγμός. Convolutio.

Ἕλικας. Capreolos & claviculas [vitis, aliorumque] fructuum. Vel, inaures.

Ἑλίκη. Helice. Urbs.

Ἑλικών. Helicon. Mons.

Ἑλικώνιος. Heliconius, Sophista, Byzantinus. Scripsit compendium chronicum ab Adamo usque ad Theodosium M. libris decem.

Ἑλικώνιος. Heliconius, Astronomus. [Scripsit] Apotelesmatica: De Diosemiis; & multa alia.

Ἑλικῶπις. Pulchris oculis prædita. Et ἑλίκωψ, idem.

Ἑλικόεντον ὕδωρ. Aqua fluxum habens intortum. Vel, pellucida & limpida.

Ἑλλικτήρ. Inauris species. Et ἑλλικτῆρες, pluralis est numeri.

Ἐλλιμενίζω. Ad portum appello.

Ἐλλινῶ. Carmine celebro.

Ἔλινος. Fructus quidam.

Ἐλινύειν. Quiescere. Cessare. Tardare. Morari.

Ἐλινύειν. Morari. Cunctari.

Ἐλινύοντας. Moras nectentes. Commorantes. Diu in aliquo loco manentes. Et, πότμον ἐλινύοντα, calamitatem vel malum sedet. Herodotus: *Exercitus autem septem diebus & septem noctibus trajecit, nullo tempore cessans.* Et Arrianus: *Exploratores vero nullo tempore ab explorando cessabant.* Et iterum: *Ille vero nihil cunctatus exercitum abduxit.* Et in Epigrammate: *Cum autem advenerit aurora, paululum quietis mihi concedens.* Et iterum: *Illum vero cunctantem & otio indulgentem flere sinunt.* Et iterum: *Ne cunctando & morando occasio ex manibus elabatur.*

Ἕλιξ. ἕλικος. Capreolus. Clavicula.

Ἑλίξας. Qui convolvit. Qui versavit.

Ἕλιξος. Helixus. Unus de viris illustribus apud Megarenses.

Ἐλίπανας. Pinguefecisti. Pinguem fecisti.

1 Τὰ πράγματα] Apud Harpocrationem (ex quo Suidas) rectius legitur τὰ χρήματα.

2 Υ´ τάλαντα καὶ ξ´ ἐτάχθη.] Thucydides loco laudato: Ἦν δ' ὁ πρῶτος φόρος ταχθεὶς τετρακόσια τάλαντα καὶ ἑξήκοντα. Scholiasta ad istum locum: Φόρος ὠνομάσθη καὶ ἐτάχθη ὑπὸ Ἀριστείδου τοῦ δικαίου ὁ πρῶτος. Huc Suidas respexit. Confer etiam Meursium *de Fortuna Attica*, cap. VII.

3 Ἑλλικτήρ] Apud Harpocrationem, ex quo Suidas, legitur ἑλικτήρ, per unum λ.

4 Ἐλλινῶ] Vide infra v. Λῖνος.

5 Ἐλινύοντας. διατρίβοντας] Scholiasta Apollonii Rhodii ad lib. I. v. 589. Ἐλινύεσκε. ἀντὶ τοῦ διέτριβεν. ἢ ἐχρόνιζεν ἐμποδιζόμενος ὑπὸ...

6 Ἡρόδοτος] Lib. VII. pag. 256. ut Portus monuit.

7 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. VII. pag. 599.

8 Ἕλιξος. εἷς τῶν ἐπιφ.] Ex Harpocratione.

Ἐλιπάρησε. παρεκάλεσε λιπαρῶς.

Ἐλλιπές. τὸ ἐνδεές.

Ἐλισσαιέ. ὄνομα κύριον. καὶ Ἐλισσαῖος.

Ἐλισθιαῖος.

Ἐλισσόμενος. ἀναστρεφόμενος.

Ἐλίσσετο. ἐλιτάνευε. παρεκάλει. καὶ ἐλίσσοντο. ἱκέτευον.

Ἐλλιχθέντων.[1] συστραφέντων.

Ἑλίχρυσος. τὸ τοῦ κισσοῦ ἄνθος. Ἄνθει ἑλιχρύσου ἐναλίγκιος.

Ἔλθεμος. ὄνομα κύριον.

Ἐλθεῖν. τὸ γυμνῇ τῇ παῤῥησίᾳ χρήσασθαι. παρεισελθεῖν δὲ, τὸ μετ' ἄλλου πλαγιάσαντος συνεισελθεῖν. Διὰ τοῦτό φησιν ὁ [2] Ἀπόστολος· Παρεισῆλθεν ὁ νόμος.

Ἔλθῃ. ἀντὶ τοῦ ἐλθέτω. Νόμων θ'· Μήτε εἰς ἱερὸν ἔλθῃ μηδέν.

Ἑλκεσίπεπλοι. ἐφελκόμεναι τοὺς πέπλους ἐν τῷ φορεῖν. τὸ [3] ο ἐν ταῖς συνθέσεσι πολλάκις εἰς τὸ ε μεταβαλλόμενον καὶ τὴν σι συλλαβὴν προσλαμβάνει· ἕλκω, ἑλκόπεπλος, ἑλκέπεπλος, ἑλκεσίπεπλος. πρῶτος, πρωτόλαος, πρωτέλαος, πρωτεσίλαος. πηγὸς, πηγόμαλλος, πηγέμαλλος, πηγεσίμαλλος. ἔνιοι δὲ αὐτὰ ἀπὸ μέλλοντος σχηματίζουσι, τῶν διπλῶν μὲν ἀναλυομένων, τοῦ δὲ ε παρεμπίπτοντος· οἷον, ἕλξω, ἑλξίπεπλος, ἑλκεσίπεπλος· πήξω, πηξίμαλλος, πηγεσίμαλλος.

Ἕλκει μοιχὸς εἰς μοιχόν. παροιμία.

Ἑλκηθμός. ἑλκυσμός. σπαραγμός.

Ἕλκος. τὸ τραῦμα τὸ χρονίσαν. ἀπὸ τοῦ μετὰ τὴν τρῶσιν ἕλκεσθαι τὸ σῶμα. Καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ πᾶν ἑλκῶν ἐξέζεσεν.

Ἐλμησός.

Ἕλξει. ἑλκύσει.

Ἐλλόβια. τὰ ἐνώτια. διὰ τὸ ἐν τοῖς λοβοῖς τῶν ὤτων εἶναι. Ὁ δὲ Τραϊανὸς λέγει τῷ Αὐγάρου παιδί· Μέμφομαί σε, ὅτι μὴ πρόσθεν ἧκες παρ' ἐμὲ συστρατεύσων, καὶ πόνων συμμεθέξων· καὶ ἐπὶ τῷδε ἂν ἡδέως τῶν ἐλλοβίων τούτων τὸ ἕτερόν σου ἀποσπάσαιμι· ἐφαψάμενος ἅμα τοῦ ὠτὸς τοῦ ἑτέρου. τῷ δὲ ἦν ἄμφω τὰ ὦτα τετρημένα, καὶ ἐξ ἀμφοῖν χρύσεα ἐνώτια ἐξηρτημένα.

Ἐλωβήσατο. ὕβρισεν.

Ἐλλόγιμος. τίμιος. σεβάσμιος. καὶ χωρίον ἐλλόγιμον, τὸ τίμιον.

Ἐλογίσατο. ἐλάλησεν. ἐφθέγξατο· Δαβίδ· Ὅλην τὴν ἡμέραν ἀδικίαν ἐλογίσατο ἡ γλῶσσά σου.

Ἐλογοποίουν. πρὸς ἀλλήλους λόγους διετίθεντο.

Ἐλιπάρησε. Suppliciter oravit. Assidue rogavit.

Ἐλλιπές. Id, cui aliquid deest. Imperfectū.

Ἐλισσαιέ. Elissæ. Nomen proprium. Et Ἐλισσαῖος, Elissæus.

Ἐλισθιαῖος. Helisthiæus. [Nomen proprium.]

Ἐλισσόμενος. Qui circumagitur. Qui versatur.

Ἐλίσσετο. Rogabat. Orabat. Et ἐλίσσοντο. Suppliciter orabant.

Ἐλλιχθέντων. Conversorum. Contortorum.

Ἑλίχρυσος. Helichrysus. Hederæ flos. *Flori helichrysi similis.*

Ἔλθεμος. Elthemus. Nomen proprium.

Ἐλθεῖν. Aperte & recta intrare. At παρεισελθεῖν, cum alio clam vel precario intrare. Hinc Apostolus dicit: *Lex precario intravit.*

Ἔλθῃ. Veniat. Intret. [Plato] *Legum* nono: *Nec in templum quicquam intret.*

Ἑλκεσίπεπλοι. Quæ peplos inter ferendum trahunt. Τὸ ο in compositionibus sæpe in ε mutatur, & syllabam σι assumit. Ut, ἕλκω, ἑλκόπεπλος, ἑλκέπεπλος, ἑλκεσίπεπλος. Πρῶτος, Πρωτόλαος, Πρωτέλαος, Πρωτεσίλαος. Πηγὸς, πηγόμαλλος, πηγέμαλλος, πηγεσίμαλλος. Alii vero hæc a futuro formant, duplicibus literis dissolutis, & ε interjecto. Ut, ἕλξω, ἑλξίπεπλος, ἑλκεσίπεπλος. Πήξω, πηξίμαλλος, πηγεσίμαλλος.

Ἕλκει μοιχ. Mœchus ad mœchum trahit. Proverbium.

Ἑλκηθμός. Raptatio. Laceratio. Dilaniatio.

Ἕλκος. Ulcus. Vulnus inveteratum. [Sic autem dicitur,] quod corpus post vulnerationem trahatur. *Et totum ejus corpus ulceribus scatuit.*

Ἐλμησός. Elmesus. [Nomen proprium.]

Ἕλξει. Trahet.

Ἐλλόβια. Inaures: sic dictæ, quod extremis aurium partibus (quas λοβοὺς Græci vocant) insertæ sint. *Trajanus Abgari filio dicit: Incuso te, quod non ante ad me veneris, mecum militaturus, & eorundem laborum socius futurus; & propterea alteram harum inaurium libenter tibi avellerem: simul alteram aurem attrectans. Illi vero ambæ aures erant perforatæ, & ex ambabus aureæ inaures pendebant.*

Ἐλωβήσατο. Contumelia, vel injuria affecit.

Ἐλλόγιμος. Honoratus. Venerandus. Et χωρίον ἐλλόγιμον. Locus honoratus & eximius.

Ἐλογίσατο. Loquutus est. Dixit. David: *Totum diem lingua tua injustitiam loquuta est.*

Ἐλογοποίουν. Inter se verba faciebant. *Illi*

1 Ἐλλιχθέντων] Hesychius rectius, ἑλιχθέντων, per unum λ.
2 Ὁ Ἀπόστολος] Ad Rom. v. 20.
3 Τὸ ο ἐν ταῖς συνθέσεσι κτλ.] Eadem plane docet Etymologus v. Ἀλφεσίβοιαι, quem confer.

Οἱ

Οἱ δὲ ἐς ἀλλήλους ἐλογοποίουν, περιθυόμενοί τε καὶ κομπάζοντες, ὡς εἰς πολλὰ τοῦ τόπου κατάληψις τούτους ὀνήσοι.

Ἔλλογος. ὅταν [1] ἢ δῆμος ἔλλογος τὸ ἀρχόμενον.

Ἐλώδης. ὁ κάθυγρος τόπος.

Ἐλωΐ. Ἑβραϊστὶ ὁ Θεός.

Ἕλωμαι. ἀφέλωμαι. λήψομαι.

Ἑλόμενοι. βουλόμενοι. Ξενοφῶν· Ὁ μὲν ἦρχεν. οἱ δὲ ἐπείθοντο, οὐχ ἑλόμενοι, ἀλλ' ὁρῶντες, ὅτι μόνος ἐφρόνει, οἷα ἔδει τὸν ἄρχοντα.

Ἑλόμενος. θέλων.

Ἑλόντες. λαβόντες.

Ἐλῶν. ἐλάσας. Ἡρόδοτος. καὶ ἐλῶντες δὲ, ἐλαύνοντες.

Ἔλλοπες. οἱ ἰχθύες.

Ἕλος. δένδρων δάσος. ἢ ὕδατος ἰλὺς ἐπικεχυμένου πηλοῦ καὶ βαθείας ὕλης, ἢ παπύρου, ἢ καλάμου ἐκφυομένης ἀεὶ τοῦ πηλοῦ, καὶ ὑπερανεστηκυίας τοῦ ὕδατος.

Ἐλλοφόνος. ἡ Ἄρτεμις, ἡ τοὺς ἐλλοὺς φονεύουσα, ὅ ἐστιν ἐλάφους. κυνηγετικὴ γὰρ ἡ Θεός.

Ἐλλουρός. ἐθνικόν.

Ἔλουσε. ἀντὶ τοῦ ἐβάπτισε. [2] Τὸν δὲ Εὐνομιανὸν ἔλουσε Βελισάριος τὸ θεῖον λουτρὸν, χερσὶ δὲ οἰκείαις ἀνελόμενος, εἰσποίητον ἐποιήσατο παῖδα, ἧπερ εἰσποιεῖσθαι Χριστιανοῖς νόμος.

Ἐλοχεύθη. ἢ ἐγεννήθη, ἢ ἐγαμήθη.

Ἐλόχισε.[3] παρὰ Ἡροδότῳ, ἀντὶ τοῦ εἰς λόχους κατέταξεν.

Ἐλόχων. ἐνήδρευον. Ὁ δὲ ἔχων κοινωνοὺς τῶν ἀσεβημάτων, ἐλόχα τὰ κατὰ τὰς ὁδούς.

Ἕλωρ. τὸ λῆμμα.

Ἑλώρια. ἑλκύσματα. σπαράγματα.

Ἐλῶσα. ἐλαύνουσα.

Ἕλωσι. καταλάβωσιν.

Ἐλώφησεν.[4] ἐπαύσατο. ἀπὸ τῶν ὑποζυγίων. ὅθεν καὶ τὸ εὐλόφως φέρειν.

Ἐλπιδηφόρος. ὄνομα κύριον.

Ἐλπίσας.[5] οὐ μόνον ἐπ' ἀγαθοῖς, ἀλλ' ἁπλῶς ἐπὶ τῇ τοῦ μέλλοντος ἐκβάσει λέγεται παρὰ Ἀττικοῖς.

Ἐλπίς.[6] προσδοκία ἀγαθῶν. καὶ ὁ φοβούμενος προσδοκᾷ, ἀλλ' οὐκ ἀγαθά. κακῶν γὰρ προσδοκία ἐστὶν ὁ φόβος· ἀγαθῶν δὲ, ἡ ἐλπίς. ἐπεὶ οὖν οὐχ ὑφεστώτων πραγμάτων οἱ ἀσεβεῖς προσδοκῶσιν, ἀπελ-

*vero inter se verba faciebant, mira crepantes, jactantesque, loci illius occupationem ad multa eis utilem fore.*

Ἔλλογος. Eximius. Insignis. Clarus.

Ἐλώδης τόπος. Paluſtris ac humidus locus.

Ἐλωΐ. Hebraice Deus.

Ἕλωμαι. Auferam. Eripiam. Capiam.

Ἑλόμενοι. Volentes. [Eligentes. Creantes.] Xenophon: *Ille imperabat: reliqui vero ei parebant, non quod eum ducem creaſſent, ſed quod viderent eum ſolum ſapere, ut ducem decet.*

Ἑλόμενος. Volens.

Ἑλόντες. Qui ceperunt.

Ἐλῶν. Agens. Impellens. Herodotus. Et ἐλῶντες. Agentes. Impellentes.

Ἔλλοπες. Piſces.

Ἕλος. Silva denſa. Vel aqua paluſtris, cœno mixta, papyro vel arundine ſemper ex luto naſcente, & aquæ innatante.

Ἐλλοφόνος. Diana, quæ τοὺς ἐλλοὺς, id eſt, cervos, interficit. Cervorum interfectrix. Eſt enim Dea venatrix.

Ἐλλουρός. Ellurus. Nomen gentis.

Ἔλουσε. [Lavit. Abluit.] Baptizavit. *Eunomianum Beliſarius divino lavacro abluit, ſuiſque manibus ſuſceptum, in filii locum adſcivit, quo more Chriſtiani liberos adſciſcere conſueverunt.*

Ἐλοχεύθη. Generatus eſt. Vel, nupſit.

Ἐλόχισε. Apud Herodotum ſignificat, in inſidiis collocavit.

Ἐλόχων. Inſidiabantur. *Ille vero impiorum facinorum ſocios habens, inſidias in viis collocavit.*

Ἕλωρ. Præda.

Ἑλώρια. Prædæ, quæ raptantur ac dilacerantur.

Ἐλῶσα. Agens. Impellens.

Ἕλωσι. Ceperint. Corripuerint.

Ἐλώφησεν. Ceſſavit. Quievit. Tranſlatio ducta eſt a jumentis. Unde etiam dicitur εὐλόφως φέρειν, i. e. fortiter & generoſe aliquid ferre.

Ἐλπιδηφόρος. Elpidephorus. Nomen proprium.

Ἐλπίσας. Non ſolum de eo dicitur apud Atticos, qui bonum aliquod ſperat, ſed etiam ſimpliciter, qui rei alicujus futuræ eventum expectat.

Ἐλπίς. Spes, ſive expectatio bonorum. Et ille, qui metuit, expectat: ſed non bona. Metus enim eſt malorum expectatio: ſpes vero, bonorum. Quoniam igitur impii res ex-

1 Ὅταν ἢ δῆμος κτλ.] Ex lacero hoc & mutilo fragmento nullus ſenſus elici poteſt.

2 Τὸν δὲ Εὐνομιανὸν ἔλουσε Βελ.] Fragmentum hoc legitur apud Procopium *Hiſtor. Arc.* cap. 1.

3 Ἐλόχισε] Scripſerim potius ἐλόχισε. a λοχίζειν, quod ſignificat, in manipulos vel cohortes diſtribuere, ſive, ut Suidas hic exponit, εἰς λόχους καταττάττειν.

4 Ἐλώφησεν. ἐπαύσατο. ἀπὸ τῶν ὑποζ.] Ex Scholiaſta Sophoclis ad *Ajacem* pag. 5. ut Portus obſervavit.

5 Ἐλπίσας. οὐ μόνον ἐπ' ἀγαθ.] Ex Scholiaſta Thucydidis ad lib. 1. cap. 1. ut Pearſonius etiam obſervaverat.

6 Ἐλπίς. προσδοκία ἀγαθ. —— ἀγαθῶν δὲ ἡ ἐλπίς] Hæc αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Didymum in Catena in cap. VI. Jobi, pag. 199. ut obſervavit Suicerus in *Theſ. Eccleſ.* v. Ἐλπίς.

λυται αὐτῶν ἡ ἐλπὶς ὡς μόνοι τοῖς ἡδέσι χρῶνται.

pectant, in quibus nihil est firmi, nec certi, idcirco spes illorum perit; quippe qui voluptatibus tanquam rebus permanentibus fruuntur.

Ἐλπωρή. ἐλπίς.

Ἐλσημών.

Ἐλοιδόρησε. διέβαλε. ἐσυκοφάντησε. Αἰλιανός· Ὁ δὲ Κλέανδρος ἐλοιδόρησε τὸν [1]ὕπατον τῆς ἐν Αἰγύπτῳ ἀρχῆς [2]κωμῳδῶν, καὶ παρέλυσεν αὐτὸν τῆς ἀρχῆς οὐδὲν ἀδικοῦντα.

Ἐλοιδορούμεθα. ἐστασιάζομεν, ὡς ὑπὸ τῆς φιλονεικίας ἐς λοιδορίαν τραπῆναι. [3]Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Περὶ τοὐνόματος δὴ τοῦτ' ἐλοιδορούμεθα. [4]Ἀγαθίας· Καὶ δὴ τὸν Ναρσῆν πάντες ἐλοιδοροῦντο, ἀλαζόνα τε ἀποκαλοῦντες, καὶ ἀτάσθαλον, καὶ ἔργῳ μὲν αὐτὸν εἶναι λέγοντες βίαιόν τε καὶ μιαιφόνον, τὴν δὲ τοῦ εὐσεβεῖν ἀεὶ καὶ τὸ θεῖον θεραπεύειν δόξαν ἄλλως αὐτῷ κεκομψεῦσθαι.

Ἔλοιτο. θέλοι.

Ἐλύγωσεν. ἔκαμψε. Καὶ Δανάης ἐλύγωσεν ὅδε φρένα. τουτέστιν, ὁ χρυσός.

Ἔλυμα. σκέπασμα.

Ἐλυμαῖοι. ἔθνος. ἀπὸ Ἐλύμου υἱοῦ Ἀγχίσου νόθου ὄντος, καὶ ἐλθόντος εἰς Σικελίαν.

Ἐλυμήνατο. ἔβλαψεν. Οἱ δὲ σύστημα γενόμενοι, ἐλυμαίνοντο πολλοῖς ὁδίταις, ἐμπίπτοντες εἰς τὰ καταλύματα.

Ἔλυμος. σπέρμα, ὃ ἕψοντες οἱ Λάκωνες ἐσθίουσι.

Ἐλυσάμην. ἀπέδωκα.

Ἐλύσατο. ἐλυτρώσατο.

Ἐλύσθη. συνεστράφη. ἐσύρθη. [5]Ῥυμὸς δ' ἐπὶ γαῖαν ἐλύσθη. παρὰ τὸ ἐλεύσθη, καὶ ἐλύσθη. ἢ παρὰ τὸ εἴλω, εἰλύω, εἰλύσθη· ὅ ἐστι συνεστράφη. [6]Ἐγὼ δ' ὑπὸ γαστέρ' ἐλυσθείς.

Ἔλυτρον. κάλυμμα. ἐκπέτασμα. [7]ἐνείλημμα ὁμοίως. καὶ ἡ θήκη τοῦ δόρατος. σημαίνει δὲ καὶ τὸ τοῦ ὀστρέου ὄστρακον.

Ἐμαλάκισε. μαλακὸν ἐποίησε.

Ἐμάλθαξαν. Ἐν δὲ τῷ πρανεῖ καὶ ὀλισθηρῷ τόπῳ ξύλα σταυρώσαντες τῇ καταβάσει, καὶ τὸ μέσον ἄλλοις ἐγκαρσίοις στειφοποιοῦντες, καὶ φορμοὺς ἐπιβα-

Ἐλπωρή. Idem quod ἐλπίς. Spes.

Ἐλσημών. Helsemon.

Ἐλοιδόρησε. Conviciis insectatus est. Calumniis petiit. Criminatus est. Ælianus: *Cleander autem Præfectum Ægypti Comico more conviciis proscidit, eumque, licet nihil peccasset, præfectura exuit.*

Ἐλοιδορούμεθα. Conviciis mutuis nos insectabamur. Vel, inter nos dissidebamus, adeo ut præ studio contentionis ne conviciis quidē temperaremus. Aristophanes *Nubibus*: *De nomine illi imponendo ad convicia usque altercati sumus.* Agathias: *Omnes autem Narsetem conviciis incessebant, arrogantem & impium eum appellantes, & re quidem ipsa violentum & sanguinarium esse dicentes, pietatem vero & divini numinis cultum falso eum jactitare.*

Ἔλοιτο. Velit.

Ἐλύγωσεν. Flexit. *Et Danaes mentem aurum flexit.*

Ἔλυμα. Tegumentum. Tegmen.

Ἐλυμαῖοι. Elymæi. Gens, [sic dicta ab] Elymo, notho Anchisæ filio, qui in Siciliam venit.

Ἐλυμήνατο. Læsit. Nocuit. *Illi vero cœtu facto, cum in diversoria incidissent, multos viatores damno affecerunt.*

Ἔλυμος. Semen, vel legumen, quod coctum Lacones edunt.

Ἐλυσάμην. Reddidi. [Liberavi. Redemi.]

Ἐλύσατο. Redemit.

Ἐλύσθη. Convolutus est. Contortus est. Raptatus est. *Temo autem per terram raptatus est.* Ab ἐλεύσθη: [pro quo eliso ε dicitur] ἐλύσθη. Vel ab εἴλω, εἰλύω, εἰλύσθη. Id est, convolutus est. *Ego vero sub ventre [arietis] raptatus.*

Ἔλυτρον. Putamen. Integumentum. Involucrum. Item theca hastæ. Significat etiam testam ostrei.

Ἐμαλάκισε. Mollivit. Molle reddidit.

Ἐμάλθαξαν. Molliverunt. *In præcipiti autem & lubrico loco, cum, qua descendendum erat, vallos [utrinque] defixissent, & medium spatiū aliis vallis transversis munivissent, fasciculos-*

1 Ὕπατον] Placet conjectura amicissimi Massonii, qui pro ὕπατον hic legendum esse ὕπαρχον mihi suggessit. Qui enim sub Imperatoribus Ægyptum regebant, non erant Consules, sed equestris tantum ordinis, ut ex Dione & Tacito constat. Præterea, Heliodorus, qui M. Aurelio imperante Ægypti Præfectus erat, ὕπαρχος appellatur ab Aristide *Serm. Sacr.* iv. Tom. I. pag. 602. ut modo laudatus vir doctissimus itidem me monuit.

2 Κωμῳδῶν] Sic habent MSS. At priores Editt. κωμῳδῶς: quod mendosum est. Si enim adverbio uti voluisset Ælianus, κωμικῶς utique dixisset, non vero κωμῳδῶς; quippe quæ vox apud nullum scriptorem Græcum reperitur. Cæterum, locus hic alia medicina indigere videtur modo laudato Joanni Massonio, quippe qui existimat, excidisse hic voculam παρὰ, & pro κωμῳδῶς scribendum esse Κομόδῳ, totumque hunc locum sic vertendum: *Cleander autem Ægypti Præfectum conviciis apud Commodum proscidit, eumque, licet nihil peccasset, Præfectura exuit.* Sane cum Cleander magna apud Commodum gratia floruerit, & potentia sua ad eorum, quos odio prosequebatur, perniciem abusus sæpe fuerit, ut ex historiæ Romanæ scriptoribus constat, conjecturam istam ut ingeniosam mihi placere fateor.

3 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 126. (62. Ed. Bas. P.) ubi versus integer sic legitur:

Περὶ τοὐνόματος δὴ ταῦτ' ἐλοιδορούμεθα.

4 Ἀγαθίας] Lib. 1. pag. 24.

5 Ῥυμὸς δ' ἐπὶ γαῖαν ἐλ.] Homer. Il. Ψ. v. 393.

6 Ἐγὼ δ' ὑπὸ γαστέρ' ἐλ.] Et hæc sunt verba Homeri Odyss. I. v. 433.

7 Ἐνείλημμα] Sic etiam MSS. At scribendum potius est ἐνείλημα, per unum μ, ut Portus etiam monuit. Cæterum, in prioribus Editt. vox hæc, quasi novi articuli initium esset, a præcedentibus divulsa, & a capite excusa est; quod non solum auctoritati MStorum, sed etiam ordini literarum repugnat.

λόντες

image
not
available

βαρος δὲ μόνος ὑποσχόμενος ἐπὶ τῷ τὴν ἱερωσύνην αὐτοῦ τὸ γένος διὰ βίου ἔχειν, διακοσμήσας αὐτοῦ τὴν θυγατέρα, [1] αὐτὴν μὲν ἀπέκρυψεν ἐν [2] τῷ αὐτῷ, αἶγα δὲ ἐσθῆτι κοσμήσας ὡς τὴν θυγατέρα, ἔθυσεν. ὅθεν καὶ εἰς παροιμίαν περιέστη. τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν παραπαιόντων καὶ μεμηνότων.

Ἐμβάς. τὰ ὑποδήματα τὰ ἀνδρεῖα. παρὰ τὸ ἐμβαίνειν. [3] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

— Ἐκτύπει τὸ δὲ

Ἐμβὰς γερόντων εὐρύθμοις προβήμασιν.

ἀντὶ τοῦ πηδήμασιν.

Ἐμβατεύων. ἐπιβαίνων. καὶ ἐμβατεύσαντες, εἰσελθόντες. Οἱ δὲ Οὖννοι ἐς τὴν προκειμένην νησίδα τῆς πόλεως ἐμβατεύσαντες, τῶν βοσκημάτων περιττῶν διὰ τὸν πόλεμον, φρουρᾶς ἕνεκα, ἐς αὐτὴν διακομισθέντων.

Ἐμβαίη. κατέλθῃ.

Ἔμβαινε. καὶ ἐμβαίνειν. ἀρχὴν λαμβάνειν. τὸ δοκεῖν δικαίως ἐμβαίνειν εἰς τὸν πόλεμον. [4] Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι πρόνοιαν ἐποιοῦντο τοῦ μηδέποτε πρότεροι τὰς χεῖρας ἐπιβάλλειν τοῖς πέλας, μηδ᾽ ἄρχοντες φαίνεσθαι χειρῶν ἀδίκων, ἀλλ᾽ ἀεὶ δοκεῖν ἀμυνόμενοι ἐμβαίνειν εἰς τοὺς πολέμους. ἢ συμβαίνειν, τὸ συμπλέκεσθαι.

Ἐμβαίνοντες. ἐπιβαίνοντες. [5] Οἱ δὲ Ἀράβιοι ἀρετῇ πολὺ τῶν ἄλλων διαφέρουσιν· οἱ βέλεσιν ἀνδρομήκεσι χρώμενοι, ἀντὶ τῶν χειρῶν τῷ ποδὶ ἐμβαίνοντες εἰς τὴν νευρὰν, κυκλοῦσι τὸ τόξον.

Ἐμβεβλημένα. [6] ἐγκεκοιλεισμένα. [7] Ἀριστοφάνης δὲ καὶ ἐμβολάδας ἀπίους τὰς τοιαύτας λέγει.

Ἐμβεβροντημένος. μάταιος γενόμενος.

Ἐμβελές. [8] Ὁ δὲ Ἀρχιμήδης παρεσκευάσατο ὄργανα πρὸς ἅπαν ἐμβελὲς διάστημα, πόῤῥωθεν μὲν ἐπιπλέοντας τοῖς εὐτονωτέροις καὶ μείζοσιν· ὅτε δὲ ταῦθ᾽ ὑπερπετῆ γίγνοιτο, τοῖς ἐλάττοσιν.

Ἔμβιον. [9] Ἀντιφῶν, τὸ ζῶν, καὶ μὴ ξηρανθὲν, μηδὲ ἐναποθανόν. Ἔμβιόν τι ψυχῆς πάθος ἐνέσταξέ μοι κομίσασα.

Ἔμβολα. μοχλοί. ἀσφάλειαι. Ἔμβολά τε νηῶν γενόμενοι οὐδὲν ὤνησαν οἱ ἀνδριάντες. ἐν Ἐπιγράμματι·

Ἔμβολα [10] χαλκογένυα, φιλόπλοα τείχεα νηῶν,
Ἀκτιακοῦ πολέμου κείμεθα μαρτύρια.

Ἀριστοφάνης Ἔμβολον δὲ φασὶ χρημάτων ἔχειν αὐτόν.

si quis filiam Deæ immolasset. Cum igitur solus Embarus se hoc facturum pollicitus esset, ea lege, ut ipse, dum viveret, familiaque sua sacerdotio semper fungeretur, ipsam quidē filiam suam exornatam in adyto templi abscondidit; capram vero iisdem, quibus filiam, vestibus indutam, immolavit. Dicitur etiam proverbium hoc de hominibus deliris & insanis.

Ἐμβάς. Calceamenta virilia: sic dicta a verbo ἐμβαίνειν, i. e. ingredi. Aristophanes *Pluto: Solea vero senum motis ad numeros pedibus sonabat.* Id est, saltibus.

Ἐμβατεύων. Intrans. Et ἐμβατεύσαντες, intrantes. *Hunni vero in insulam urbi oppositam ingressi sunt, quod supervacanea pecora propter bellum custodiæ causa in eam transportata essent.*

Ἐμβαίη. Intrarit. Descenderit.

Ἔμβαινε. Intra. Et ἐμβαίνειν, inire, incipere, vel suscipere. Ut, δικαίως ἐμβ. Juste suscipere bellum. *Romani enim omni diligentia providebant, ne ipsi priores bellis vicinos appetere, neve ultro injuriam eis inferre, sed potius vim illatam repellere, & necessitate adducti bella suscipere viderentur.* Vel ἐμβαίνειν significat, congredi, & manus conserere.

Ἐμβαίνοντες. Ineuntes. Intrantes. *Arabes cæteris virtute longe præstant; qui sagittis longitudine virum æquantibus utentes, arcum intendunt, non manibus, sed pedibus nervo admotis.*

Ἐμβεβλημένα. Inserta. Insita. Aristoteles etiam piros insitivas ἐμβολάδας vocat.

Ἐμβεβροντημένος. Attonitus. Stupefactus.

Ἐμβελές. Spatium, quod est intra teli jactum. *Archimedes vero tormenta, quibus ad quodvis intervallum tela mitterentur, paravit; intentioribus quidem & majoribus procul invadentes Romanos vulnerans: minoribus vero utens, cum tela hostes transvolarent.*

Ἔμβιον. Apud Antiphontem significat, vivum, nec arefactum, nec emortuum. *Vividum quendam affectum mihi instillavit.*

Ἔμβολα. Vectes. Firmamenta. Rostra. *Et rostra navium ex statuis facta nihil ipsis profuerunt.* In Epigrammate: *Rostra ærea, & navigationis amantia mœnia navium, hic Actiaci belli testimonia jacemus.* Aristophanes: *Ipsum autem ajunt habere pecuniæ robur.*

1 *Αὐτὴν μὲν ἀπέκρυψεν —— ὡς τὴν θυγατέρα*] Hæc omnia culpa librariorum in præcedentibus Editt. omissa sunt, quæ ex 2 MSS. Paris. revocavi. Quod si codices MSS. mihi defuissent, potuissem lacunam hanc nihilo secius supplere ex Eustathio, apud quem eadem leguntur.

2 *Ἐν τῷ αὐτῷ*] Scribe *ἐν τῷ ἀδύτῳ*, ut recte habet Eustathius loco laudato.

3 *Ἀριστοφάνης Πλούτῳ*] Pag. 77. (39. Ed. Bas. *P.*)

4 *Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι πρόνοιαν ἐπ.*] Fragmentum hoc Polybio tribuunt Ursinus, Casaubonus, & Valesius. Confer etiam Nostrum supra v. *Ἀμυνόμενοι*, v. *Ἀναιρούμενοι*, & v. *Πέλας*.

5 *Οἱ δὲ Ἀράβιοι ἀρετῇ π.*] Idem fragmentum legitur supra v. *Ἀράβιοι*.

6 *Ἐμβεβλημένα. ἐγκεκοιλ.*] Ex Harpocratione.

7 *Ἀριστοφάνης*] Scribe *Ἀριστοτέλης*, ut habet Harpocratio.

8 *Ὁ δὲ Ἀρχιμήδης παρεσκ.*] Locus hic supplendus est ex Polyb. lib. VIII. cap. VI. ubi sic legitur: *Ὁ δὲ προειρημένος ἀνὴρ,* (loquitur autem de Archimede) *παρεσκευασμένος ὄργανα πρὸς ἅπαν ἐμβελὲς διάστημα, πόῤῥωθεν μὲν ἐπιπλέοντας τοῖς εὐτονωτέροις καὶ μείζοσι λιθοβόλοις καὶ βέλεσι τιτρώσκων, εἰς ἀπορίαν ἐνέβαλλε καὶ δυσχρηστίαν. ὅτε δὲ ταῦθ᾽ ὑπερπετῆ γίγνοιτο, τοῖς ἐλάττοσι κατὰ λόγον ἀεὶ πρὸς τὸ παρὸν ἀπόστημα χρώμενος*, &c. Id est, interprete Casaubono: *Verum Archimedes, de quo ante diximus, tormentis ad quodvis intervallum mittendi tela preparatis, intentioribus quidem & majoribus quæ ballistis quæ catapultis procul invadentes Romanos vulnerans, eo difficultatum agebat, ut, quo se verterent, nescirent. Ubi vero hæc tormenta ultra hostem tela mittere cœperunt, minoribus pro ratione præsentis intervalli subinde utens*, &c.

9 *Ἔμβιον*] Confer Harpocrationem v. *Ἔμβιος*: cujus vestigia Suidas hic secutus est.

10 *Ἔμβολα χαλκογ.*] Distichum hoc est pars Epigrammatis, quod integrum legitur Anthol. lib. VI. cap. XXV. Epigr. penult.

Ἐμβολά-

Ἐμβολάδας. ἤτοι ἐγκεκεντρισμένας. [1] Ἀριστοφάνης, ἐμβολάδας ἀπίους.

Ἐμβολάδας. Insitas. Insititias. Aristoteles insititias piros ἐμβολάδας ἀπίους vocat.

Ἐμβολάς. ὁρμάς. ἐπιδρομάς.

Ἐμβολάς. Impetus. Impressiones. Incursiones.

Ἐμβολή.[2] τὸ ἄκρον τοῦ κριοῦ τοῦ μηχανικοῦ ὀργάνου. Τῷ [3] ἐπιφερομένῳ ἄχθει ἀποκαυλίζειν τὸ προέχον τῆς ἐμβολῆς.

Ἐμβολή. Rostrum, sive extrema pars arietis bellici. *Injecto pondere rostrum arietis defringere.*

Ἐμβολήν. [4] κλεισούραν. εἴσοδον. πληθύν. ὁρμήν. Καὶ τὸ βίαιον τῆς ἐμβολῆς ἐδόκει παραλογώτερον.

Ἐμβολήν. Fauces montium, vel angustum aditum. Ingressum. Multitudinem. Impetum. *Et impetus ille nimis violentus & temerarius esse videbatur.*

Ἐμβόλιμος. ἀτελής. Ἱπποκράτης· Παῖδες ἐμβόλιμοί τινες.

Ἐμβόλιμος. Imperfectus. Hippocrates: *Quidam imperfecti pueri.*

Ἔμβολος. χάλκωμα [5] πεπυρωμένον, περιτεθέμενον κατὰ πρῶραν ταῖς ναυσίν.

Ἔμβολος. Rostrum æreum, quo naves in prora muniuntur.

Ἔμβολον. παρατάξεως ὄνομα. ἔστι δὲ τὸ ἥμισυ τοῦ ῥόμβου. ὀνομάζεται δὲ καὶ [6] σφενδονοειδές. ῥομβώδης δὲ παράταξις. καὶ τῆς νηὸς τὸ πολεμικὸν σιδήρειον. † Τὸν δὲ παρακαλοῦντα πρὸς τὸν πόλεμον στρατηγὸν κατασπάσας [7] ἀπὸ τῶν ἐμβόλων, ἐποιεῖτο τοὺς λόγους. † Ἔμβολον δὲ καλεῖται, ὅταν ἡ ἀμφίστομος διφαλαγγία τὰ μὲν ἡγούμενα κέρατα ἀλλήλοις συνάψῃ· τὰ δὲ ἑπόμενα διαστήσῃ. [8] Ἀγαθίας δέ φησιν· Ἦν δὲ αὐτοῖς ἡ ἰδέα τῆς παρατάξεως οἷον εἰς ἔμβολον. δελτωτῷ γὰρ ἐῴκει, καὶ τὸ μὲν ἐμπρόσθιον ὅσον ἐς ὀξὺ ἔληγε, στεγανόν τε ἦν καὶ πεπυκνωμένον τῷ πάντοθεν ταῖς ἀσπίσι περιπεφράχθαι. Φαίης τε ἂν αὐτοὺς συὸς κεφαλὴν τῇ συνθέσει ἀποτυπώσασθαι. τὰ δὲ σκέλη ἑκατέρωθεν κατὰ στίχους τε καὶ λόχους ἐς βάθος ξυγκείμενα, καὶ ἐπὶ πλεῖστον εἰς τὸ ἐγκάρσιον παρατεταμένα, διΐσταντο ἀλλήλων ἠρέμα καὶ διεκέχυντο, καὶ προϊόντα ἐς μέγιστον εὖρος ἀπετελεύτα, ὡς καὶ τὸ μεταξὺ χωρίον κενὸν καθεστάναι, καὶ τὰ νῶτα γυμνὰ τῶν ἀνδρῶν στοιχηδὸν διαφαίνεσθαι. ἀπεστραμμένοι γὰρ σφᾶς αὐτοὺς ἐτύγχανον, ὅπως τοῖς μὲν πολεμίοις ἀντιπρόσωποι εἶεν, καὶ ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς ἀγωνίζοιντο, ἀσπίδας περιβεβλημένοι· τὰ δὲ ὀπίσθια διὰ τὸ ἀλλήλοις ἀντιτετάχθαι διαφυλάττοιντο.

Ἔμβολον. Cuneus. Nomen aciei, quæ figuram dimidii rhombi refert, & a similitudine fundæ, σφενδονοειδὴς etiam vocatur. Item ferreum rostrum navis. † *Cum autem imperatorem, qui populum incitabat, de rostris detraxisset, verba facere cœpit.* Embolum vero vocatur, cum anceps diphalangia anteriora quidem aciei cornua inter se committit, posteriora vero disjungit. Agathias vero inquit: *Erat autem ipsis forma aciei instar cunei, literæ Δ figuram præ se ferens, cujus anterior pars in acutum desinebat, pressa eadem & densata, scutisque inter se consertis munita, ut suis caput structura sua effingere videretur. Crura vero utrinque ex ordinibus & manipulis in profundum composita, & ut plurimum in obliquum protensa, paulatim ab sese dilatabantur & dirimebantur, in maximam latitudinem desinentia; adeo ut locus intermedius vacuus relinqueretur, & terga militum secundum seriem stantium nuda conspicerentur. Aversi enim inter se stabant, ut hostibus adversi essent, & clypeis objectis tuto dimicarent; terga vero mutua illa inter se oppositione tuerentur.*

Ἐν βραχεῖ.[9] Ἀντιφῶν. ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς, καὶ ἐν κεφαλαίῳ.

Ἐν βραχεῖ. Antiphon. Breviter. Simpliciter. Summatim.

Ἔμβραχυ. ἁπλῶς. ὅλως. συντόμως. Καὶ οὐδὲν ἦν εἴς τινα ἔμβραχυ ἀγαθὸν, ὃ μὴ ἐκείνου κατέπιπτε τὴν ψυχήν. ἀντὶ τοῦ ἐλάχιστον.

Πῶς δ' οὐχὶ διαβέβληται, ὅπου γ' ἔμβραχυ
Εἰσὶ θεαταί;

Ἔμβραχυ. Simpliciter. Summatim. Breviter. [Item, minimum.] *Nec ullum in quoquam vel minimum erat bonum, quod non animum illius angeret.* † *Ubi vero maledictis non carpitur, ubi vel paucissimi sunt spectatores?*

Ἔμβραχυ. τὸ μικρὸν, καὶ εὐτελές. Μαρτύρεται ὁ Θεὸς, ὅτι μηδὲν αὐτὸν λαθεῖν δύναται ἔμβραχυ.

Ἔμβραχυ. Breve. Parvum. Vile. *Deus ipse testatur, nihil vel minimum se latere posse.*

Ἔμβραχυ. συντόμως. καὶ οἷον ἐν βραχεῖ.

Ἔμβραχυ. Breviter. Idem quod ἐν βραχεῖ.

Ἐμβριθές. στερρόν. στιβαρόν. Τὴν περὶ βασιλέως Ἰουστίνου κρατήσασαν δόξαν, ὡς ἔστι μάλα ἐμβριθής

Ἐμβριθές. Grave. Solidum. Firmum. Robustum. *Opinionem, quæ de Imperatore Ju-*

1 Ἀριστοφάνης] Legendum est Ἀριστοτέλης, ut & paulo ante monuimus in v. Ἐμβεβλημένα.

2 Ἐμβολή. τὸ ἄκρον τοῦ κρ.] Vide infra v. Κριός.

3 Τῷ ἐπιφερομένῳ ἄχθει ἀποκαυλίζειν τὸ πρ.] Thucydides lib. II. cap. LXXVI. Ἡ δὲ δοκὸς ἐμπίπτουσα ἀπεκαύλιζε τὸ προέχον τῆς ἐμβολῆς. Hunc locum Suidas describere voluisse videtur, ut & Portus observaverat.

4 Κλεισούραν] Vide quæ de significatione hujus vocis notavimus infra suo loco.

5 Πεπυρωμένον] Portus malebat πεπυκνωμένον; quod non displicet.

6 Σφενδονοειδές] Imo σφηνοειδές. Vide Arcerium in notis ad Æliani *Tact.* cap. XVIII.

7 Ἀπὸ τῶν ἐμβόλων] Hic τὰ ἔμβολα accipiendum est de suggestu illo, qui olim in foro Romano ex rostris navium exstructus erat, & ideo *Rostra* vocabatur; ut monuit etiam Gatakerus ad Marc. Antonin. lib. V. §. XXXVI.

8 Ἀγαθίας δέ φησι] Lib. II. cap. XLIV.

9 Ἐν βραχεῖ] Ex Harpocratione.

τε καὶ κατηκριβωμένος. † Καὶ [1]Πέτρος ὁ ῥήτωρ καὶ μάγιστρος ἐμβριθής τε ἦν, καὶ ἀνάλωτος ἐν τῷ ῥητορεύειν καταμαλάξαι φρονήματα βαρβαρικά.

Ἐμβριθεστάτη. στερροτάτη. [2]Εἷλε δὲ πόλιν Ὀρτόβριγα, δοκοῦσαν κατὰ τὸ μέγεθος καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀνθρώπων ἐμβριθεστάτην εἶναι.

Ἐμβριθέστατος. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς λόγοις ἐμβριθέστατος καὶ φιλογράμματος ἱκανῶς γενόμενος, ἥπτεται καὶ ποιητικῆς.

Ἐμβρίθεια.

Ἐμβριθῆ νοῦν. στερρὸν καὶ ἔμφρονα λογισμόν. Πισίδης· Ἔσω τῶν ἀσπίδων ἦλθες ἐμβριθεῖ τάχει. Μένανδρος· Ὁ δὲ [3]Ταγχοσδρώ, ὁ τοῦ Χοσρόου στρατηγός, οὐχὶ ἐλέφαντάς τε, καὶ ἀγροίκων ὅμιλον, καὶ ἕτερα ἄττα φόβηθρα, [4]κόμπῳ μὲν ἁρμόδια, ἐνεργῆ δὲ καὶ ἐμβριθῆ οὐδαμῶς, ἀλλὰ τοὺς μαχιμωτάτους τε καὶ εὐοπλοτάτους ἀγείρας, πλῆθος τε ἀγεννὲς ἀντάλλαγμα, τοὺς τὰ πολέμια δεινοὺς ἀπεκέκρινας. Καὶ αὖθις· Ἑστάναι τε ἐμβριθέστατα, καὶ ἐπαμύνειν τῇ πόλει.

Ἔμβριαι. αἱ εἰς βάθος διϊκνούμεναι ῥίζαι. καὶ ἐμβριῦαι.

Ἐμβριμᾶται. μετὰ αὐστηρότητος ἐπιτιμᾷ. Καὶ ἅμα γινόμενοι μανιώδεις καὶ ἐμβριμούμενοι, τὰ πονηρὰ ἀπελαύνειν ἐδόκουν. καὶ ἐμβριμῆσαι. μετ' ὀργῆς λαλῆσαι.

Ἐμβρίμημα. τὸ μετ' ὀργῆς λάλημα.

Ἐμβρόντητος. καρδιόπληκτος. μαινόμενος. ἔκφρων.

Ἔμβρυον. νεογνὸν βρέφος. ἢ τὸ ὠμὸν καὶ ἄπεπτον.

Ἐμαί. λείπει τὸ αἱ ἄρθρον· ἵν' ᾖ, αἱ ἐμαὶ πόλεις.

Ἐμαίμασε. προεθυμήθη.

Ἔμελλε. παρ' Ὁμήρῳ ἀντὶ τοῦ ἐῴκει. Ἄρ' οὐ τελέεσθαι ἔμελλε. [5]Σοφοκλῆς· Ἔμελλες, ἔμελλες, τάλας. ἀντὶ τοῦ ἐῴκεις, δῆλος ἦς.

Ἐμμελέστερον. συνετόν. εὔρυθμον.

Ἐμμέλεια. εἶδος ὀρχήσεως. ἔστι δὲ ἡ τῶν τραγῳδῶν.

Ἐμμέλεια. χορικὴ ὄρχησις. διχῶς, ἐμμέλεια, καὶ ἐμμελία, ἡ εὐρυθμία. Οἶσθα γάρ, ὅπως διακείμεθα περὶ τὴν ἐμμελίαν τὴν σήν. καὶ ἡ μετὰ μέλους τραγικὴ ὄρχησις.

*stino invaluerat, eum valde gravem & exactum esse.* † *Et Petrus orator & Magister gravis erat, & quo nemo melius tumidos & elatos Barbarorum animos orationis facundia demulcere norat.*

Ἐμβριθεστάτη. Firmissima. Robustissima. *Cepit urbem Ortobriga, quæ tam propter magnitudinem, quam hominum multitudinem, potentissima esse videbatur.*

Ἐμβριθέστατος. Gravissimus. Qui plurimum pollet. *Nam cum scientiarum valde peritus esset, & literarum amans, poeticam etiam attigerat.*

Ἐμβρίθεια. Gravitas. Soliditas. Firmitas.

Ἐμβριθῆ νοῦν. Mentem gravem, firmam, & prudentiæ plenam. Pisides: *Intra scuta venisti tuta celeritate.* Menander: *Tanchosdrous vero, Chosrois dux, non elephantos, nec turbam rusticorum, nec alia quædam terriculamenta, ostentationi quidem apta, at vim & efficaciam nullam habentia; sed viros fortissimos & optimis armis instructos collegit, & eos, qui rei bellicæ periti essent, loco imbellis turbæ adscitos, secrevit.* Et iterum: [*Milites*] *obnixo & firmo gradu stantes, & urbem fortiter defendentes.*

Ἔμβριαι, & ἐμβριῦαι. Radices alte in solum descendentes.

Ἐμβριμᾶται. Graviter & vultu irato increpat. Minatur. *Et simul insania correpti, & graviter comminantes, mala arcere videbantur.* Et ἐμβριμῆσαι. Irate loqui. Comminari.

Ἐμβρίμημα. Comminatio. Indignatio. Oratio minarum plena.

Ἐμβρόντητος. Attonitus. Insanus. Amens.

Ἔμβρυον. Infans recens natus. Vel, crudus, & immaturus.

Ἐμαί. Desideratur articulus αἱ: ut sit, αἱ ἐμαὶ πόλεις, illæ meæ urbes.

Ἐμαίμασε. Prompte voluit. Prompto animo fecit.

Ἔμελλε. Apud Homerum significat, videbatur, manifestum erat. *Omnibus hæc res irrita fore videbatur.* Eodem sensu vox hæc accipitur in loco illo Sophoclis, Ἔμελλες ἔμελλες τάλας, &c.

Ἐμμελέστερον. Prudens. Concinnum.

Ἐμμέλεια. Genus saltationis, qua Tragici utuntur.

Ἐμμέλεια. Saltatio Chori. Dupliciter [vocabulum hoc scribitur,] ἐμμέλεια & ἐμμελία. Modulatio concinna. *Scis enim, quomodo erga suavem & concinnam modulationem tuam affecti simus.* Item saltatio Tragica, quæ fit ad cantum carminis.

1 Καὶ Πέτρος ὁ ῥήτωρ καὶ μάγ.] Vide infra v. Πέτρος.

2 Εἷλε πόλιν Ὀρτόβρ.] Ursini codices hunc locum Polybio attribuunt. At Casaubonus existimat, esse eum auctoris Polybio recentioris, qui descripserit res a Cl. Marcello in Hispania gestas. Hinc pro Ὀρτόβριγα legendum putat Νερτόβριγα, ut intelligatur urbs Bæticæ, quæ Ptolemæo Νερτόβριγα, & Appiano in *Hispanicis* Νερτόβριγες dicitur: quam viri doctissimi conjecturam non puto esse spernendam.

3 Ὁ δὲ Ταγχοσδρώ. ὁ τοῦ Χοσρ.] Fragmentum hoc exstat in *Excerpt. Legat.* ab Hoeschelio editis.

4 Κόμπῳ] Sic recte unus MS. Paris. & ipse Suidas infra v. Ταγχοσδρώ. At priores Editt. male, κόπῳ.

5 Σοφοκλῆς] *Ajace* pag. 55. ut Portus monuit.

‡

Ἐμέλ-

image
not
available

Ἐμόγησα. ἐμόχθησα.

Ἔμμορεν. ἔλαχεν.

Ἐμπάζεται. ἀναβάλλεται. ἐνθυμεῖται. ἢ ἐντρέπεται. ἢ φροντίζει.

Ἐμπαλασσόμενοι. ἐμπίπτοντες εἰς τὸ ὕδωρ. [1] Θουκυδίδης· Οἱ δὲ ἐμπαλασσόμενοι κατέῤῥεον ἐς τὰ ἐπὶ θάτερα τοῦ ποταμοῦ. περιεστῶτες δὲ οἱ Συρακούσιοι ἔβαλλον τοὺς Ἀθηναίους.

Ἔμπαλιν. ἐναντίον. ἢ εἰς τοὐπίσω. Ὁ δὲ ἔμπαλιν διελθεῖν παρεσκεύασε τὸν Ἴστρον, ἐν ταῖς λεγομέναις ὁλκάσι μακραῖς διαβιβάσας τὰ βαρβαρικὰ πλήθη.

Ἐμπαρεχθείς.

Ἐμπαροινοῦντες. ἐνυβρίζοντες. καὶ Ἰώσηπος· Οὕτως ἐμπαροινοῦσι τοῖς πράγμασιν.

Ἐμπαιγμός. ἀπὸ τοῦ ἐμπαίζω.

Ἔμπαιος. ὁ ἔμπειρος. οἷον, [2] Κακῶν δ' ἔμπαιος ἀλήτης.

Ἔμπεδα. βέβαια.

Ἐμπεδοκλῆς, θυγατριδοῦς τοῦ προτέρου, τραγικός. τραγῳδίαι αὐτοῦ κδ'.

Ἐμπεδοκλῆς, Μέτωνος· οἱ δὲ, Ἀρχινόμου, οἱ δὲ, [3] Ξενέτου. καὶ ἀδελφὸν δὲ ἔσχε Καλλικρατίδην. ἠκροάσατο δὲ πρώτου Παρμενίδου, οὗτινος, ὥς φησι Πορφύριος ἐν [4] Φιλοσόφῳ ἱστορίᾳ, ἐγένετο παιδικά. οἱ δὲ ἔφασαν μαθητὴν Τηλαύγους τοῦ Πυθαγόρου υἱοῦ τὸν Ἐμπεδοκλέα γενέσθαι. Ἀκραγαντῖνος δὲ, φιλόσοφος φυσικὸς, καὶ ἐποποιός. οὗτος ὁ Ἐμπεδοκλῆς στέμμα ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς χρυσοῦν, καὶ ἀμύκλας ἐν τοῖς ποσὶ χαλκᾶς, καὶ στέμματα Δελφικὰ ἐν ταῖς χερσὶν, ἐπῄει τὰς πόλεις, δόξαν περὶ αὐτοῦ κατασχεῖν ὡς περὶ θεοῦ βουλόμενος. ἐπεὶ δὲ γηραιὸς ἐγένετο, νύκτωρ ἔῤῥιψεν ἑαυτὸν εἰς [5] κρατῆρα πυρὸς, ὥστε μὴ φανῆναι αὐτοῦ τὸ σῶμα. καὶ οὕτως ἀπώλετο, τοῦ σανδαλίου αὐτοῦ ἐκβρασθέντος ὑπὸ τοῦ πυρός. [6] ἐπεκλήθη δὲ καὶ Καλυσανέμας, διὰ τὸ ἀνέμου πολλοῦ ἐπιθεμένου τῷ Ἀκράγαντι, ἐξελάσαι αὐτὸν, δορὰς ὄνων περιθέντα τῇ πόλει. γέγονε δὲ τούτου μαθητὴς Γοργίας ὁ ῥήτωρ ὁ Λεοντῖνος. καὶ ἔγραψε δι' ἐπῶν περὶ φύσεως τῶν ὄντων [7] βιβλία γ'. καὶ ἔστιν ἔπη ὡς δισχίλια. Ἰατρικὰ καταλογάδην, καὶ ἄλλα πολλά.

Ἐμπεδοκλῆς. [8] Τὸν Ἀκραγαντῖνον Ἐμπεδοκλέα βαδίσαι φασὶ τὴν ὁδὸν Πυθαγόρου, ἣν καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς ἐζήλωσε. ξυνεῖναι γὰρ τοῖς θεοῖς,

Ἐμόγησα. Laboravi.

Ἔμμορεν. Sortitus est. Particeps factus est.

Ἐμπάζεται. Procrastinat. Cogitat. Reveretur. Curat.

Ἐμπαλασσόμενοι. Incidentes in aquam. *Illi vero se mutuo complexi, ab amne in alteram ripam deferebantur. Syracusani vero circumstantes Athenienses sagittis petebant.*

Ἔμπαλιν. Contra. Retro. Retrorsum. *Ille vero effecit, ut Istro rursus trajecto reverterentur, postquam multitudinem barbarorum longis navibus, quæ holcades vocantur, trajecisset.*

Ἐμπαρεχθείς. Insertus.

Ἐμπαροινοῦντες. Per temulentiam alicui insultantes. Josephus: *Tanta cum insolentia omnia agunt.*

Ἐμπαιγμός. Illusio. Ab ἐμπαίζω. Illudo. Irrideo.

Ἔμπαιος. Peritus. *Malorum peritus erro.*

Ἔμπεδα. Firma.

Ἐμπεδοκλῆς. Empedocles, prioris ex filia nepos, tragicus, qui XXIV. tragœdias scripsit.

Ἐμπεδοκλῆς. Empedocles, Metonis, vel ut alii, Archinomi, vel, ut alii, Xeneti filius: fratrem habuit Callicratidem, primumque audivit Parmenidem, cujus etiam, ut Porphyrius in *Historia Philosophica* auctor est, amasius fuit. Alii vero dixerunt, Empedoclem fuisse discipulum Telaugis, qui fuit Pythagoræ filius. Fuit autem Agrigentinus, Philosophus Physicus, & poeta Epicus. Hic Empedocles auream coronam in capite gestans, æreisque calceis, quos amyclas vocabant, indutus, & Delphicas coronas manibus tenens, urbes obibat, ut homines Deum se crederent. Cum autem jam consenuisset, noctu se in craterem Ætnæ conjecit, ne corpus suum ab ullo conspiceretur. Cum igitur sic periisset, sandalium ejus ab igne foras ejectum fuit. Cognominatus autem est & Καλυσανέμας, quod, cum vehemens aliquando ventus Agrigenti coortus fuisset, eum propulsasset, urbe pellibus asininis circundata. Hujus discipulus fuit Gorgias Leontinus orator. Scripsit versibus tres libros *de Rerum Natura*. Sunt autem versuum circiter duo millia. Item, de Re Medica, oratione soluta; & multa alia.

Ἐμπεδοκλῆς. Empedoclem Agrigentinum ajunt Pythagoræ sectam secutum fuisse, quam & Apollonius Tyaneus æmulatus est. Fer-

1 Θουκυδίδης] Lib. VII. cap. LXXXIV. unde sensus hujus loci petendus est. Scholiasta ad eum locum τὸ ἐμπαλασσόμενοι exponit, συμπλεκόμενοι κατέπιπτον. ἐπιμόνως ἔπιπτον. Huc spectant verba Eustathii ad Il. E. pag. 527. Ἰστέον δὲ ὅτι Αἴλιος Διονύσιος μέμφεται τῷ Θουκυδίδῃ, εἰπόντι τὸ ἐμπαλασσόμενοι, ἀντὶ τοῦ ἐμπλεκόμενοι. [illegible] λέγεται, φυρόμενοι. Respexit ad eundem locum Thucydidis.

2 Κακῶν δ' ἔμπαιος κλ.] Hæc sunt verba Homeri Il. Φ. v. 400.

3 Ξενέτου] Apud Laertium est Ἐξαινέτου.

4 Ἐν φιλοσόφῳ ἱστορίᾳ] Hæc verba desunt in prioribus Editt. quæ ex uno MS. Paris. revocavi.

5 Εἰς κρατῆρα πυρός] Id est, montis Ætnæ, ut Laertius & alii testantur.

6 Ἐπεκλήθη δὲ Καλυσανέμας] Vide supra v. Ἄπνους.

7 Βιβλία γ'] Sic habent omnes Editt. At in duobus codicibus manu exaratis scriptum inveni, βιβλία β'. Cæterum, præter opera a Suida hic memorata, scripserat etiam Empedocles Καθαρμοὺς, quorum mentionem faciunt Laertius, Athenæus, & alii.

8 Τὸν Ἀκραγαντῖνον Ἐμπεδοκλέα βαδίσαι φασὶ τὴν ὁδ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, descripta sunt ex Philostrato *de Vita Apoll.* lib. 1. cap. 1. ut Pearsonius etiam monuit.

καὶ

καὶ μανθάνειν παρ' αὐτῶν, ὅτι τοῖς ἀνθρώποις χαίρουσι, καὶ ὅτι ἄχθονται. περί τε φύσεως ἐκεῖθεν λέγειν. τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους τεκμαίρεσθαι τοῦ θείου, καὶ δόξας ἀνομοίους ἀλλήλαις περὶ αὐτοῦ δοξάζειν· Ἀπολλωνίῳ δὲ τόν τε Ἀπόλλωνα ἥκειν ὁμολογοῦντα, ὡς αὐτὸς εἴη· ξυνεῖναι δ' ἂν μὴ ὁμολογοῦντας, Ἀθηνᾶν τε, καὶ Μοῦσαν, καὶ θεοὺς ἑτέρους, ὧν τὰ εἴδη καὶ τὰ ὀνόματα οὔπω τοὺς ἀνθρώπους γινώσκειν. καὶ ὅ, τι ἀποφήναιτο ὁ Πυθαγόρας, νόμον τοῦτο οἱ ὁμιληταὶ ἡγοῦντο· καὶ ἐτίμων αὐτὸν ὡς ἐκ Διὸς ἥκοντα· καὶ ἡ σιωπὴ ὑπὲρ τοῦ θείου σφίσιν ἐπήσκητο. πολλὰ γὰρ θεῖά τε καὶ ἀπόρρητα ἤκουον, ὧν κρατεῖν χαλεπὸν ἦν, μὴ πρότερον μαθοῦσιν, ὅτι καὶ τὸ σιωπᾶν λόγος. ὅτι γὰρ καὶ Ἐμπεδοκλῆς τὸν βίον τοῦτον ἤσκητο, δηλοῖ τό,

> Χαίρετ'· ἐγὼ δ' ὔμμιν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός.

Καί,

> Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κούρη τε κόρος τε.

καὶ ὁ ἐν Ὀλυμπίᾳ βοῦς, ὃν λέγεται πέμμα ποιησάμενος, θῦσαι, τὰ Πυθαγόρου ἐπαινοῦντος εἴη ἄν.

tur enim Deorum usus esse consuetudine, & ex iis didicisse, quibus in rebus homines Diis placeant, & quibus eosdem offendant. Hinc quoque accepisse eum, quæ de rerum natura disseruerit. Nam cæteros de Deo conjectando tantum aliquid assequi, & opinionibus non parum inter se discrepare: ad Apollonium vero Apollinem ipsum venisse, fatentem, se esse Apollinem; & cum eodem, quamvis non aperte profitentes, quinam essent, versatos fuisse Minervam, Musam, cæterosque Deos, quorum species & nomina homines adhuc ignorent. Quicquid autem Pythagoras pronuntiasset, id discipuli ejus legem putabant, eumque, velut a Jove profectum, venerabantur; & silentium, velut rem sacram & divinam, religiose colebant. Multa enim divina & arcana audiebant, quæ haud facile tacere potuissent, nisi prius didicissent, & silentio sapientiam & rationem inesse. Empedoclem autem hanc vivendi rationem secutum fuisse, declarat versus ille: *Valete: ego enim vobis sum Deus immortalis, nec amplius mortalis.* Item, *Jam olim enim fui & puella & puer.* Quin etiam bos, quem Olympiæ ex melle & farina confectum immolasse dicitur, cum arguit, qui Pythagoricam disciplinam probarit.

Ἐμπεδοκλέους ἔχθρα. ἐπὶ τῶν ἐπιμόνως ἐχθραινόντων πρός τινας. Λυσίας· Ὤμην δὲ ἔγωγε τοιαύτῃ φιλίᾳ συνηρμόσθαι, ὥστε μηδ' ἂν τὴν Ἐμπεδοκλέους ἔχθραν ἐμποδὼν ἡμῖν γενέσθαι.

Ἐμπεδοκλέους ἔχθρα. Empedoclis inimicitia. Dicitur de iis, qui diuturnas inimicitias adversus aliquos gerunt. Lysias: *Equidem putabam, eam inter nos amicitiam esse constitutam, ut nec Empedoclis quidem inimicitia nobis obstare posset.*

Ἔμπεδον. ἀσφαλές. ἀπὸ τῶν ἐν πεδίῳ θεμελίων κειμένων.

Ἔμπεδον. Firmum. Tutum. [Translatio ducta est] a fundamentis, quæ in solo sita sunt.

Ἐμπεδορκεῖν. ἐμπέδως τηρεῖν τὰ ὅρκια. [1] Ἡ δὲ Φερετίμα τὸν ὄροφον ὑποσπάσασα τοῦ βόθρου, ὡς ἂν ἐμπεδορκοίη, ἤλαυνεν εἰς τὴν πόλιν.

Ἐμπεδορκεῖν. Fœdera & pacta inviolata fide servare. *Pheretima vero, ut jusjurandum servaret, tecto foveæ revulso urbem intravit.*

Ἐμπεδότιμος. οὗτος ἔγραψε περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως· περὶ οὗ λέγει ὁ Παραβάτης ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Κρονίοις· [2] Ἡμεῖς δὲ Ἐμπεδοτίμῳ καὶ Πυθαγόρᾳ πιστεύοντες, οἷς τε ἐκεῖθεν ὁ λαβὼν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἔφη, καὶ μικρῷ πρότερον καὶ ὁ κλεινὸς ἡμῖν [3] ἔδειξε καὶ ἱεροφάντης Ἰάμβλιχος.

Ἐμπεδότιμος. Empedotimus. Hic de Physica auscultatione scripsit: de quo [Julianus] Apostata in opere, quod *Cronia* inscribitur, sic inquit: *Nos vero Empedotimo & Pythagoræ credentes, & iis, quæ Heraclides Ponticus ab illis accepta tradidit, & paulo ante inclytus ille rerum divinarum interpres Jamblichus nobis ostendit.*

Ἐμπεδωθῆναι. ἀσφαλισθῆναι.

Ἐμπεδωθῆναι. Confirmatum fuisse.

Ἐμπεδοῖ. βεβαιοῖ. ἀσφαλίζεται. διδάσκει.

Ἐμπεδοῖ. Confirmat. Firmum tutumque reddit. Docet.

Ἐμπερονῆσαι. διαπερονῆσαι.

Ἐμπερονῆσαι. Perforasse. Trajecisse.

Ἐμπεσὼν τοῖς πράγμασιν. ἄρξας τῶν πραγμάτων. Ὃς ἐμπεσὼν τοῖς πράγμασι τοῖς ὑπὸ χεῖρα, τὸν θυμὸν καὶ τὴν ὀργὴν ἀφεὶς καὶ ἐκχέων, καὶ μόνην ἀρετὴν ἡγούμενος τὸ ἀδωροδόκητον, [4] ἐκάκωσε τὰ πράγματα.

Ἐμπεσὼν τοῖς πρ. Res aliquas aggressus. *Qui cum negotia, quæ in manibus habebat, aggrederetur, ira omni omissa & effusa, & solam virtutem nullis muneribus flecti vel corrumpi posse existimans, res optime administrabat.*

Ἐμπειρεῖν. πεπειραμένως ἔχειν. [5] Φήσας γεγονέναι πλείω χρόνον ἐν ταῖς Σάρδεσι, καὶ τῶν τόπων ἐμπειρεῖν.

Ἐμπειρεῖν. Peritum esse. *Quia dixerat se diutius Sardibus fuisse, & illorum locorum peritum esse.*

1 Ἡ δὲ Φερετίμα τὸν ὄροφ.] Historiam, ad quam fragmentum hoc referendum est, narrat Herodotus circa finem lib. IV. pag. 181.

2 Ἡμεῖς δὲ Ἐμπεδοτίμῳ καὶ Πυθαγ. πισ.] Eadem leguntur etiam infra v. Ἰουλιανός.

3 Ἔδειξε] Sic recte unus MS. Paris. At priores Editt. male ἔδειξε.

4 Ἐκάκωσε] Hæc vox sensui hujus loci minime convenire videtur. Quid autem ejus loco reponendum sit, ob brevitatem fragmenti dictu difficile est.

5 Φήσας γεγονέναι πλείω χρ.] Hæc sunt verba Polybii lib. VIII. cap. XII.

Ἐμπειρία.

Ἐμπηδῆσαι. [1] Κλέωνα τὸν λάρον δώρων ἑλόντες καὶ κλοπῆς.

Οὐκ [2] ἐτόλμησ' αὖθις ἐμπηδῆσαι αὐτῷ κειμένῳ. τουτέστιν ἐνυβρίσαι.

Ἔμπηρα. πεπηρωμένα. Αἱ δὲ γυναῖκες ἔτικτον ἔμπηρα καὶ τέρατα. οἱ δὲ τῶν τετολμημένων σφίσι λήθην καταχέαντες, ἧκον ἐς Δελφούς.

Ἔμπης. Ἰωνικῶς. ἔμπας δὲ, καὶ ἔμπα, Ἀττικῶς. [3] Σοφοκλῆς·

Δύστηνον ἔμπης, καίπερ ὄντα δυσμενῆ.

Ἐμπίπλασθαι. κορέννυσθαι. τὸ ἀποβαλεῖν ὑγείαν.

Ἐμπιπρᾶται. ἐμπυρίζεται.

Ἐμπίπλη. [4] Ἀττικόν. ἦν γὰρ τὸ κοινὸν ἀπὸ τοῦ πίμπλημι, πίμπλαθι· ὡς ἵσταθι. ὅμοιον δέ ἐστι καὶ τὸ, Κύκλωψ τῆ πῖε οἶνον, παρὰ τῷ ποιητῇ. Ἀττικοὶ γὰρ οὐ τρέπουσιν ἐπὶ τῶν εἰς μι τὸ μ εἰς θ ἐν τοῖς προστακτικοῖς, καὶ συστέλλουσι τὴν παραλήγουσαν, ὡς ἡ κοινὴ, ἵστημι, ἵσταθι. αὐτοὶ δὲ ἵστη. πίμπλημι, πίμπλαθι. Ἀττικοὶ δὲ τελείαν ἀποβολὴν τῆς μι ποιοῦσι, πίμπλη λέγοντες, καὶ ἐμπίπλη. οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ τῆμι τὸ τῆ, ἀντὶ τοῦ λάβε.

Ἐμπίς. [5] κώνωψι παραπλήσιον ζωΰφιον, παρὰ τοῖς ὕδασι γινόμενον· ὅμοιον κώνωπι· μεῖζον δὲ τῇ προσοχῇ, καὶ κατὰ τὸ μέσον λευκῷ περιεζωσμένον. Ἀριστοφάνης· Ἐμπίδες [6] κάμπτετε. ἀντὶ τοῦ ἐσθίετε. Πισίδης·

Κύκλῳ περισφίγξαντες ἐμπίδων δίκην.

Ἑνή. Sic Attici dicunt pro ἕν, unum: redundante litera η. [Interdum autem vox hæc superflua est,] ut τὸ ἔχων in ληρεῖς ἔχων. Alii vero dicunt deesse vocem δύο, i. e. duo. Interrogans enim dicit, *unum an duo.* Aristophanes *Acharnensibus*: *Perfunctus es legatione jam senex?*

Ἐνή. ὀξυτόνως, ἡ νέα.

Ἐνή. Cum acuto in posteriore syllaba, idem valet ac ἡ νέα, i. e. nova.

1 Ἐν ᾗ ἂν ὁ τοιοῦτ.] Hic est novus articulus, & a præcedente omnino separandus: quamvis priores Editt. eum absque ulla nota distinctionis cum superioribus connectant.

2 Ἔνη καὶ νέα] Totus hic articulus descriptus est ex Scholiasta Aristophanis ad *Nubes* pag. 188. (115. Ed. Bas. *P.*)

3 Τὴν δὲ εἰκοστὴν πρώτην ἔλεγον ἐνάτ.] Aliter Scholiasta Aristophanis loco laudato, quem confer.

4 Ἔνη] Et hic, & in sequentibus, scribendum est ἕνη, cum spiritu aspero.

5 Παρεῖναι δ' εἰς ἔνην] Aristophanes *Acharnens.* pag. 379. (268. Ed. Bas. *P.*)

Διοσημία ἐστὶ, καὶ ῥανὶς βέβληκέ με.
Τοὺς Θρᾷκας ἀπιέναι, παρεῖναι δ' εἰς ἔνην.

Vide ibi Scholiastam, cujus scrinia Suidas compilavit.

6 Ἔνην καὶ νέαν τὴν ὑφ' ἡμῶν τρ.] Hæc, & quæ sequuntur, Suidas hausit ex Harpocratione.

7 Ἑνή. Ἀττικοὶ τὸ ἕν. τὸ δὲ η περιττ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Acharnens.* pag. 400. (286. Ed. Bas. *P.*) sed ubi rectius sic legitur: Ἀττικοὶ δὲ τὸ ἓν περιττὸν ἔθεσαν, ὡς τὸ ἔχων, ληρεῖς ἔχων. οἱ δὲ λείπειν φασὶ τὸ δύο, ἵνα ἐρωτῶν λέγῃ, ἓν ἢ δύο.

Ἐνηβητήρια. εὐωχητήρια· παρ' Ἡροδότῳ.

Ἐνηβρύνετο. ἠλαζονεύετο.

Ἐνῆγεν. ἐκίνει. παρέπειθεν. [1] Προκόπιος· Ἐνῆγε δὲ αὐτὸν ἐς τοῦτο Χριστιανῶν λόγος, καὶ ἔδακνεν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, ὅτι ἀνάλωτον Ἔδεσσαν ἰσχυρίζοντο εἶναι. Καὶ αὖθις· Ἐνῆγε δὲ πάντας εἴς τε τὰς εὐχὰς τὰς ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν, ὅτι χρεία τῆς στρατείας ἀναγκαία οὖσα, ἦν ὑπὲρ πάντων κοινῇ ποιούμενος δῆλος ἦν. τό, [3] τε κάλλος τὸ τοῦ σώματος, καὶ τὸ μέγεθος.

Ἐνηγκυλωμένοι. Πεφωραμένοι ἐπὶ κατασκοπῇ παραγένοιντο, τῷ καὶ τὰ τόξα ἐνηγκυλωμένα φέροντας ἁλῶναι. ἀντὶ τοῦ ἐντεταμένα, ηὐτρεπισμένα.

Ἐνηέος. τοῦ πρᾴου. καὶ ἐνηής, ὁ πρᾷος.

Ἐνήεια. ἡ πρᾳότης.

Ἐνήθλει. ἐνεκαρτέρει. Καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τούτοις τῇ πενίᾳ ἐνήθλει.

Ἐνῆκαν. ἐνέβαλον.

Ἐνήκισεν. ἔπληξεν. ἐτιμωρήσατο.

Ἐνήλατα. τῆς κλίνης μέρος τι.

Ἐνήλατο. [4] Ἀριστοφάνης·

Ἐνήλατ', ἐσκίρτα, πεπόρδει, κατεγέλα,
Ὥσπερ κάχρυσιν ὀνίδιον εὐωχημένον.

Ἐνηλινδεῖσθαι. κεκυλίσθαι. καὶ ἐνηλινδοῦντο, ἐκυλίοντο.

Ἐνημμένος. περιβεβλημένος.

Τὴν [5] τοῦ πανόπτου διφθέραν ἐνημμένος.

ὁ Ἡρακλῆς ἐχρῆτο τῇ λεοντῇ περὶ τὸ σῶμα ἐνημμένος.

Ἐνῆν. δυνατὸν ἦν. ἐνδεχόμενον. Ὁ δὲ μάστιξιν, ὡς ἐνῆν, ἀνετάσας, διέγνω ὡς ἔχει τὸ πολέμιον. ἀντὶ τοῦ, ὡς δυνατόν.

Ἐνῆν. ὑπῆρχεν.

Ἐνηνθρώπησεν. ἀντὶ τοῦ, ἐν ἀνθρώπῳ γέγονεν. αὐτὸς γὰρ ἐγίνωσκε, τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.

Ἐνήρατο. ἀπέκτεινεν.

Ἐνήρεισε. προσεπέλασε.

Ἐνήρης ναῦς. πληθυντικῶς δὲ διαφέρει, ἐνήρεις, μίαν εἰρεσίαν ἐχούσας. [6] Ὁ δὲ Σύλλας συνῆλθε τῷ Μιθριδάτῃ ἐν Δαρδάνοις τῆς Τρῳάδος, ἔχων ναῦς σʹ ἐνήρεις.

Ἐν ἦρι. ἐν τῷ ἔαρι.

Ἐνῆρσεν. ἐφήρμοσεν.

Ἐνήσομεν. ἐμβαλοῦμεν.

Ἐνεσχημένος. κατεχόμενος.

Ἐνηυλισμένον. ἐμπεριειλημμένον.

Ἔνηφι. μετὰ τρίτην.

Ἐνηβητήρια. Loca amœna, in quibus juvenes conviviis & voluptatibus indulgent. Apud Herodotum.

Ἐνηβρύνετο. Se jactabat. Gloriabatur.

Ἐνῆγεν. Inducebat. Movebat. Impellebat. Procopius: *Ipsum autem ad hoc impellebat sermo Christianorum, animumque ejus mordebat, quod Edessam inexpugnabilem esse affirmarent.* Et iterum: *Omnes adhortabatur ad preces pro eo fundendas, & debitam benevolentiam ipsi præstandam, quod expeditio illa omnino necessaria esset; quippe quam pro communi omnium salute eum suscipere manifestum esset.*

Ἐνηγκυλωμένοι. Incurvati. Intenti. Parati. *Compertum fuit eos explorandi gratia venisse, quod arcus intentos ferre deprehenderentur.*

Ἐνηέος. Mitis. Mansueti. Et ἐνηής. Mitis.

Ἐνήεια. Mansuetudo. Lenitas.

Ἐνήθλει. Perseverabat in aliqua re. Forti animo tolerabat. *Et ille quidem ob hæc paupertatem fortiter tolerabat.*

Ἐνῆκαν. Injecerunt. Immiserunt.

Ἐνήκισεν. Verberavit. Tormentis laceravit.

Ἐνήλατα. Sponda lecti.

Ἐνήλατο. Insiliit. Aristophanes: *Insultabat, saltabat, pedebat, irridebat, ut asellus hordeo bene pastus.*

Ἐνηλινδεῖσθαι. Volutatum esse in aliquo loco. Et ἐνηλινδοῦντο, volutabantur.

Ἐνημμένος. Indutus. Vestitus. [Aristophanes:] [*Argi*] *omnia videntis pellicea veste indutus.* Hercules utebatur pelle leonina, qua corpus ejus vestitum erat.

Ἐνῆν. Fieri poterat. Licebat. *Ille autem cum flagris, quantum fieri poterat, eum examinasset, cognovit, quo loco res hostium essent.*

Ἐνῆν. Inerat. Erat.

Ἐνηνθρώπησεν. Hominem induit. Vel, in homine fuit.

Ἐνήρατο. Interfecit.

Ἐνήρεισε. Admovit. Infixit.

Ἐνήρης ναῦς. Navis instructa. At in plurali ἐνήρεις νῆες dicuntur naves uniremes. *Sylla vero cum Mithridate ad Dardana urbem Troadis congressus est, habens ducentas naves uniremes.*

Ἐν ἦρι. In vere. Verno tempore.

Ἐνῆρσεν. Adaptavit.

Ἐνήσομεν. Injiciemus. Immittemus.

Ἐνεσχημένος. Detentus. Qui detinetur.

Ἐνηυλισμένον. In aliqua statione manentem, vel commorantem.

Ἔνηφι. Post tertium diem.

1 Παρ' Ἡροδότῳ] Lib. II. pag. 89. ut Portus observavit.

2 Προκόπιος] Lib. II. *de Bello Pers.* cap. XII. pag. 117.

3 Τό, τε κάλλος τὸ τοῦ σώματος, καὶ τὸ μέγ.] Quid hæc verba sibi velint, non video. Cum superioribus enim nullam connexionem habent.

4 Ἀριστοφάνης] *Vespis* pag. 524. (358. Ed. Bas. P.)

5 Τὴν τοῦ πανόπτου διφθ.] Senarius hic legitur apud Aristophanem *Ecclesiaz.* pag. 726. (487. Ed. Bas. P.)

6 Ὁ δὲ Σύλλας συνῆλθε τῷ Μιθρ.] Hæc sunt verba Dionis, quæ leguntur in Excerpt. Legat. cap. XXXV. pag. 388. ut Pearsonius recte observavit.

‡

Ἔνι.

Ἔνι. ἔστι. ὑπάρχει. Ἀριστοφάνης ἀντὶ τοῦ ἔνεστι. Ἐθέλω δ' ἐπὶ πᾶν ἰέναι μετὰ τῶνδ' ἀρετῆς ἕνεχ', οἷς ἔνι φύσις.

Ἔνι θράσος, ἔνι δὲ σοφόν, ἔνι φιλόπολις ἀρετὴ φρόνιμος.

Ἔνια. τινά.

Ἐνιαύσιος.

Ἐνιαυτίζω. ἐνιαυτόν που διατελέω.

Ἐνιαυτός. οἱ Ἑβραῖοι τὸν ἐνιαυτὸν κατὰ τὸν σεληνιακὸν δρόμον ἀριθμοῦσιν ὥστε τὸν μῆνα ἡμερῶν εἶναι παρ' αὐτοῖς κθ'. ὡς τοῦ μὲν ἡλιακοῦ κύκλου ὑπάρχοντος τ ξ ε, τοῦ δὲ σεληνιακοῦ, τ ν δ'. ὡς τὸν ἡλιακὸν παραλλάσσειν ἐνιαυτὸν ἡμέρας ιά τοῦ σεληνιακοῦ ἐνιαυτοῦ. ὥστε Ἕλληνες καὶ Ἰουδαῖοι μῆνας τρεῖς ἐμβολίμους [1] ὀκτὼ παρεμβάλλουσιν.

Ἐνιαυτὸς Μέτωνος. ἡ ἐννεακαιδεκαετηρίς. Μέτων γὰρ ὁ μαθηματικὸς, περίοδον ἐκλεχθεὶς χρόνου, ἐπέταξεν ιθ'.

Ἐνιαχοῦ. πολλαχοῦ. καὶ ἐνιαχῆ, ὁμοίως.

Ἐνίγυιος. ὁ ἓν μέλος ἔχων. ὁ κυλλός.

Ἐνιδρυνθείς. ἐνιδρυνθεὶς δέ.

Ἐνίδρυται. ἐγκάθηται.

Ἐνιαία. ἡ μοναδική.

Ἐνίεται. ἐμβάλλει.

Ἐνίεσαν. ἐνέβαλον. Καὶ τοῖς πύργοις πῦρ ἐνίεσαν.

Ἐνιζάνει. Ὁ δὲ κατ' ἴχνος ἑπόμενος τῷ τυράννῳ, καὶ ἐς τὸν ἀγῶνα ποτὶ ἐνιζάνει τῷ προκαταλαβεῖν τὰ εὔεφοδά τε καὶ ἱππήλατα τῆς πεδίου.

Ἐνιζῆσαι. καθίσαι.

Ἐνίει. ἐμβάλλει. καὶ ἐνιεῖσα, ἐμβάλλουσα.

Ἐνιῆνες. [2]

Ἐνίησιν. ἐμβάλλει.

Ἐνίκησε. τὸ ὑπερέβαλεν.

Ἐνικλᾷν. ἐμποδίζειν.

Ἐνιλλωπῶ, ἢ ἐνιλλώπτω. τὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς συστρέφω.

Ἔννιος, Ῥωμαῖος ποιητὴς ὃν Αἰλιανὸς ἐπαίνου ἄξιον φησί. Σκιπίωνα γὰρ ᾄδων, καὶ ἐπὶ μέγα ἐξᾶραι τὸν ἄνδρα βουλόμενος, φασὶ μόνον ἂν Ὅμηρον ἐπαξίους ἐπαίνους εἰπεῖν Σκιπίωνος. δῆλον δὲ ὡς ἐτεθήπει τοῦ ποιητοῦ τὴν μεγαλόνοιαν, καὶ τὸ μέτρον τὸ μεγαλεῖον καὶ ἀξιάγαστον· καὶ ὡς ἐπαινέσαι δεινὸς Ὅμηρός ἐστι, καὶ κλέος ἀνδρῶν πυργῶσαί τε καὶ ἆραι, ἐξ ὧν ἐπῄνεσε τὸν Ἀχιλλέα, καλῶς ἠπίστατο ὁ [3] ποιητὴς ὁ Μεσσάπιος.

Ἔνι. Est. Existit. Aristoph. posuit pro ἔνεστι, i. e. inest. *Volo autem cum hisce quodvis adire periculum virtutis causa, quæ eis natura inest.*

Ἔνι θράσος, ἔνι δὲ σ. *Inest audacia, inest sapientia, inest virtus patriæ amans & cum prudentia conjuncta.*

Ἔνια. Nonnulla. Quædam.

Ἐνιαύσιος. Annuus. Anniversarius.

Ἐνιαυτίζω. Annum alicubi ago.

Ἐνιαυτός. Annus. Hebræi secundum lunarem cursum numerant annum, ut mensis apud ipsos sit 29. dierum. Cum autem circulus quidem solaris sit 365. dierum; lunaris vero, 354. fit ut inter solarem & lunarem annum sit undecim dierum discrimen. Quare Græci & Judæi octavo quoque anno tres menses intercalant.

Ἐνιαυτὸς Μέτωνος. Annus Metonis. Id est, orbis annorum XIX. Meto enim Mathematicus periodum temporis, ex XIX annis constantem, invenit.

Ἐνιαχοῦ. Alicubi. Et ἐνιαχῆ, idem.

Ἐνίγυιος. Unicum tantum habens membrum, vel manum. Mancus. Claudus.

Ἐνιδρυνθείς. [Per ι scribitur. Ab ἐνιδρύω.] Ἐνηδρευθεὶς vero, [per η. Ab ἐνεδρεύω.]

Ἐνίδρυται. Insidet.

Ἐνιαία. Unica. Solitaria.

Ἐνίεται. Injicit. Immittit.

Ἐνίεσαν. Injecerunt. *Et turribus ignem injecerunt.*

Ἐνιζάνει. Insidet. *Ille vero tyrannum e vestigio secutus, certamini imminebat, quod præoccupasset loca plana & equitabilia.*

Ἐνιζῆσαι. Insedisse. In aliquo loco collocasse.

Ἐνίει. Injicit. Immittit. Et ἐνιεῖσα, injiciens, immittens.

Ἐνιῆνες. Enienes. [Gens.]

Ἐνίησιν. Injicit. Immittit.

Ἐνίκησε. Vicit. Superavit.

Ἐνικλᾷν. Impedire.

Ἐνιλλωπῶ, vel ἐνιλλώπτω. Oculos contorqueo, vel distorqueo.

Ἔννιος. Ennius, poeta Romanus; quem Ælianus laude dignum esse dicit. Dum enim Scipionem prædicat, & virum illum magnifice extollere studet, dicit, solum Homerum laudes Scipione dignas canere posse. Unde constat ipsum admiratum fuisse poetæ illius sublimitatem, carminisque majestatem & præstantiam singularem. Homerum igitur egregie calluisse artem heroes laudandi, fortiumque virorum facta magnificis præconiis celebrandi & extollendi, ex laudibus, quibus Achillē ornavit, poeta Messapius optime norat.

1 Ὀκτὼ παρεμβ.] Cum Porto suppleverim, τοῖς ὀκτὼ ἔτεσι παρεμβ. Cæterum de argumento hoc legendi sunt Scaliger, Petavius, & alii, qui de Chronologicis ex professo scripserunt.

2 Ἐνιῆνες] Est nomen gentis, quæ alias etiam Αἰνιᾶνες dicitur. Vide Indicem in Eustathium.

3 Ὁ ποιητὴς ὁ Μεσσάπιος] Id est, Ennius. Is enim a Messapo Rege se oriundum ferebat. Servius ad illud Virgilii lib. VII. Æneid. At Messapus equum domitor: *Ab hoc*, inquit, *Ennius dicit se originem ducere.* Silius Italicus lib. XII.

*Ennius antiqua Messapi ab origine Regis.*

Ἔνικμα. ὅτι τὰ χείλη τῶν ποταμῶν ἄνδηρα λέγουσι, διὰ τὸ εἶναι ἔνικμα καὶ διερά.

Ἐνιπή. ἡ διὰ τῶν λόγων ἀτιμία. καὶ ἐπίπληξις.

Ἐνισκήφθη.[1] κατηνέχθη.

Ἐνίσπω. ἐπιπλήξω.

Ἐνίστασθαι. ὑπερτίζεσθαι. παρασκευάζεσθαι. Μὴ διαμέλλειν, ἀλλ' ἐνίστασθαι τῷ πολέμῳ, ὡς μὴ προπαθόντες ἀμύνασθαι δέοι ἐπὶ κατειργασμένοις. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ Τραϊανὸς ἐδυσχέραινε, καὶ πολὺ πλεῖον ὥρμητο τῷ πολέμῳ ἐνίστασθαι.

Ἐνισχηθέντας. κατασχεθέντας.

Ἔνιοι. φανεροί. καὶ οἱ μὲν, ἤ τινές.

Ἔνθα. τότε.

Ἔνθα. ὅπου.

Ἔνθεν. διὰ τοῦτο. ἐντεῦθεν.

Ἐν θέρει τὴν χλαῖναν κατατρίβεις. ἐπὶ τῶν μὴ καθ' ὥραν τοῖς ἀναγκαίοις χρωμένων.

Ἔνθεσις. ὁ ἄκολος. ὁ ψωμός. [2]Ἀριστοφάνης·

Εἴθε φαύλως, ὥσπερ εὗρες, ἐκβάλοις τὴν ἔνθεσιν.

ἐπὶ τῶν παρὰ προσδοκίαν εὐδοκιμησάντων. τὸ δὲ εὗρες, τὸ καμάτῳ καὶ πόνῳ περιγενέσθαι τινός, τῆς τοῦ κάμνοντος γνώμης καὶ προαιρέσεώς ἐστιν ἔλεγχος. τὸ δὲ εὑρεῖν ἁπλῶς τῆς παρατυχούσης τύχης, οὐ [3]τοῦ εὑρόντος γνώμης ἔργον. ὡς οὐκ ἐκ προνοίας κατορθώσαντα, ἃ διεπράξατο, ἀλλ' ἁπλῶς εὑρόντος τὸ εὕρημα.

Ἔνθεσμον. νόμιμον.

Ἔνθου. ῥόφησον. παρὰ τὸ ἐντίθεσθαι τῷ στόματι.

Ἔνθους. θεοφορούμενος. ἐνθουσιῶν. συναλοιφῇ δὲ τοῦ ἔνθεος. [4]Ἀππιανός· Ὁ δὲ Σκιπίων καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὸ βλέμμα διαθεὶς ὥσπερ ἔνθους, ἔφη, τὸ δαιμόνιον ἥκειν τὸ σύνηθες αὐτῷ, καὶ καλεῖν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. τουτέστι, θεόληπτος.

Ἐνθουσιᾷ. ὑπὸ θείου κατέχεται πνεύματος.

Ἐνθουσιαζόμενοι. ἐφορμῶντες. ἢ ἐλλαμπόμενοι.

Ἐνθουσιασμός. ὅταν ἡ ψυχὴ ὅλη ἐλλάμπηται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

Ἐνθουσιώσας. Πισίδης·

Καὶ τὰς ἀθέσμους ἡδονὰς τοῦ βαρβάρου,
Ἐνθουσιώσας τῇ πυρώσει τῆς μέθης
Ἐπεξανῆπτεν. ——

ἀντὶ τοῦ ἐξανεγειρούσας, μαινομένας.

Ἔνθ' οὔτε μίμνειν ἄνεμος, οὔτ' ἐκπλεῖν ἐᾷ. ἐπὶ τῶν δυσχερέσι περιπεσόντων τοῦτο λέγεται. φησὶ δὲ αὐτὸ παρ' Αἰσχύλῳ ὁ Φιλοκτήτης.

Ἔνθρυπτον.[5] τὸ ἐκ πέμματος. ὅ ἐστι πλακοῦς. ἢ τὸ [6]ἐνθρυπτόμενον βρῶμα. ἔνιοι ταῖς τελεταῖς αὐ-

Ἔνικμα. Humida. Uda. Rigua. Fluviorum crepidines ἄνδηρα vocant, quod sint humidæ & udæ.

Ἐνιπή. Increpatio. Objurgatio.

Ἐνισκήφθη. Cum impetu delatus est. Delatus est.

Ἐνίσπω. Increpo. Objurgo.

Ἐνίστασθαι. Instare. Urgere. Se parare, vel accingere. *Non esse cunctandum, sed bello instandum, ne priores ab hoste læsi injuriam vindicare cogerentur.* Et iterum: *Trajanus vero indignans, longe majori studio bellum urgere constituit.*

Ἐνισχηθέντας. Impeditos. Detentos

Ἔνιοι. Quidam.

Ἔνθα. Tunc.

Ἔνθα. Ubi.

Ἔνθεν. Hinc. Propterea.

Ἐν θέρει τὴν χλ. Æstate lænam deteris. De iis dicitur, qui rebus necessariis alieno tempore utuntur.

Ἔνθεσις. Frustum panis. Buccella. Aristophanes: *Utinam buccellam male inventam male rursus ex ore ejicias.* Dicitur hoc de iis, qui præter spem ex re bene gesta laudem & gloriam consequuntur. Illud autem εὗρες, cum significat labore & studio rem aliquam consequi, arguit prudentiam & consilium ejus, qui operam in re aliqua ponit. Simpliciter vero rem aliquam adipisci, fortunæ debetur, non autem prudentiæ & consilio ejus, qui aliquid consecutus est. Quare Cleon non consilio res feliciter gessit, sed casu.

Ἔνθεσμον. Legitimum. Licitum.

Ἔνθου. Sorbe. Proprie, ori insere.

Ἔνθους. A numine agitatus. Numine aliquo afflatus. Fanaticus. Per synalœphen vero ἔνθους dicitur pro ἔνθεος. Appianus: *Scipio autem & habitu & vultu fanaticum furorem præ se ferens, dixit, Genium familiarem sibi apparuisse, &, ut in hostem iret, hortatum esse.*

Ἐνθουσιᾷ. Fanatico furore agitatur. Numine aliquo afflatus furit.

Ἐνθουσιαζόμενοι. Fanaticorum instar irruentes. Vel, illuminati.

Ἐνθουσιασμός. Afflatus numinis. Vel, cum anima tota a Deo illuminatur.

Ἐνθουσιώσας. Insanientes. Pisides: *Et nefarias insanasque voluptates Barbari calore temulentiæ insuper accendebant.*

Ἔνθ' οὔτε μίμνειν. *Ubi neque manere, neque exire ventus nos sinit.* Dicitur hoc de illis, qui in res difficiles & molestas incidunt. Id autem Philoctetes apud Æschylum dicit.

Ἔνθρυπτον. Placenta. Vel, intritum. Quidam edulium hoc Initiis & sacris convenire

1 Ἐνισκήφθη] Imo ἐνεσκήφθη.

2 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 311. (211. Ed. Bas. P.) ubi vide Scholiastam, quem Noster compilavit.

3 Οὐ τοῦ εὑρόντος γν.] Sic recte Scholiasta Aristophanis loco laudato. At priores Editt. καὶ τοῦ εὑρόντ. quod sensui omnino repugnat. Nos igitur manifestum errorem correximus, & τὸ οὐ pro καὶ, etiam absque MStorum auctoritate, Suidæ restituere non dubitavimus.

4 Ἀππιανός] *De Bellis Hispanicis*, pag. 450.

5 Ἔνθρυπτον, τὸ ἐκ πέμμ.] Eadem habent Harpocratio, Hesychius, & Etymologus.

6 Ἐνθρυπτόμενον] Sic ex MSS. correxi. Priores enim Editt. itemque Hesychius & Etymologus, male habent ἐνθρυβόμενα. Possis etiam scribere ἐνθρυπτόμενα: quod & Portus monuit.

image
not
available

Ἐν μύρτου κλάδῳ τὸ ξίφος [1]κρατήσω. ὅ, τε Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων, ἐν μύρτοις [2]ῥίψαντες τὸ ξίφος, Ἵππαρχον τὸν τύραννον ἀπέκτειναν.

Ἐνόδιον. τὸ ἐπὶ τῆς ὁδοῦ. Ἐνώδιον δὲ, τὸ ἐνώτιον παρὰ τὸ οἰδεῖν τὰ ὦτα.

Ἐν ὁδῷ ἦσαν. ἐν ἔργῳ, ἐν ἔργοις, ἐν βίῳ, ἐν πίστει.

Ἐν ὅλμῳ ἐκοιμήθη. οἱ μὲν ὅλμον φασὶ μαντεῖον. οἱ δὲ τοὺς ἐν ὅλμῳ κοιμηθέντας μαντικοὺς γίνεσθαι. ὅτι καὶ οἱ τρίποδες τοῦ Ἀπόλλωνος, ὅλμοι καλοῦνται.

Ἐνόν. δυνατόν. ἢ ἐνυπάρχον. Οἱ δὲ οἷα δήπου θυσίαν λιτὴν ἐκ τῶν ἐνόντων καὶ παρόντων προσαχθεῖσαν αὐτοῖς ἐπαινοῦντες.

Ἐνοπή. πόλεμος. μάχη. Ὅμηρος·

Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν, ὄρνιθες ὥς.

καὶ αὖθις·

[4]Οἷα περ οὐκ ἐνοπᾶς, ἀλλὰ χορῶν ἔναρα,

Οἷς θάλαμον κοσμεῖτε γαμήλιον. —

Ἔνοπτρον. τὸ κάτοπτρον.

Ἐνόρσας. ἐμβαλών. μίξας.

Ἔνορχα. ἄρσενα.

Ἔνος. ὁ ἐνιαυτός.

Ἐνόσει. ἠῤῥώστει. Ὁ δὲ ἔπραττε κακῶς, καὶ πᾶσα ἡ οἰκία αὐτοῦ ἐνόσει, καὶ τὰ τῆς ἐμπορείας ἐπικερδῆ ἥκιστα ἦν αὐτῷ.

Ἐνοσίγαιος. ὁ κινῶν τὴν γῆν. σεισμοὺς ποιῶν.

Ἔνοσις. ἡ κίνησις. ἡ μίξις.

Ἐνοσίχθων. σείων τὴν γῆν.

Ἔννους. ὁ συνετός. [5]Σοφοκλῆς·

Ἔννους τὰ καινὰ τοῖς πάλαι τεκμαίρεται.

ἔννους ἀνὴρ διὰ τῶν φθασάντων τὰ παρόντα γινώσκει. εἰ γὰρ ὁ ὑπὸ Ἀπόλλωνος δοθεὶς χρησμὸς ἠκύρωται, δηλονότι καὶ τὰ νῦν, ἃ ἐμαντεύσατο ὁ Τειρεσίας. [6]καὶ αὖθις· Ταῦτα δράσας ὕστερον ἔννους ἐγένετο, καὶ ἐσωφρόνησεν.

Ἐνοφθαλμισμῶν. θεαμάτων.

Ἐνοχλῶ σοι. δοτικῇ. ἔστι δὲ καὶ αἰτιατικῇ· Ὁ δὲ ὠκυτάτοις ἵπποις αὐτὸν ἐνώχλει καὶ ὑπέφευγε.

Ἔνοχος. ὑπαίτιος. [7]Τίμαιος κατὰ τοῦ Ἐφόρου

Ἐν μύρτου κλ. *In myrti ramo ensem gestabo.* Harmodius & Aristogiton, ense in myrti ramis occultato, Hipparchum tyrannum interfecerunt.

Ἐνόδιον. In via positum. Quod in via nobis occurrit. Ἐνώδιον vero, per ω, idem quod ἐνώτιον, inauris: quod dictum est ab οἰδεῖν intumescere: quod aures [perforatæ] intumescant.

Ἐν ὁδῷ ἦσαν. In via erant. Id est, in opere, in operibus, in vita, in fide.

Ἐν ὅλμῳ ἐκ. In Holmo dormivit. Alii quidem ὅλμον dicunt esse oraculum. Alii vero tradunt, eos, qui in Holmo dormierint, vaticinandi peritos fieri. † Tripodes Apollinis etiam vocantur ὅλμοι.

Ἐνόν. Quod fieri potest. Vel, quod alicui rei inest. *Illi vero sacrificium, tenue quidem, sed quod pro facultatibus & præsenti rerum copia ab ipsis oblatum erat, æqui bonique consulentes.*

Ἐνοπή. Bellum. Pugna. Clamor. Homerus: *Trojani vero cum clangore & clamore in hostes ibant, velut aves.* Et in Epigrammate: *Spolia, non qualia sunt ea, quæ hostibus detrahuntur, sed similia instrumentis chororum, quibus thalamum nuptialem exornatis.*

Ἔνοπτρον. Speculum.

Ἐνόρσας. Qui injecit. Qui immisit. Qui miscuit.

Ἔνορχα. Coleata. Testiculata. Mascula.

Ἔνος. Annus.

Ἐνόσει. Morbo laborabat Ægrotabat. *Ille vero rem minus ex sententia gerebat, totaque ejus domus morbo laborabat, & ex mercatura nullum vel minimum quæstum faciebat.*

Ἐνοσίγαιος. Terram quatiens. Terræ motuum auctor.

Ἔνοσις. Motio. Quassatio. Mixtio.

Ἐνοσίχθων. Terræ quassator.

Ἔννους. Prudens. Sapiens. Sophocles: *Vir prudens ex præteritis æstimat præsentia.* Sive, vir cordatus ex præteritis cognoscit præsentia. Si enim oraculum ab Apolline redditum eventus irritum demonstravit; certum est & ea, quæ Tiresias vaticinatus est, irrita fore. Et iterum: *Hæc cum fecisset, ad se rediit, & sanam mentem recepit.*

Ἐνοφθαλμισμῶν. Spectaculorum.

Ἐνοχλῶ σοι. Dativo jungitur. Molestus tibi sum. Item accusativo. *Ille vero velocissimis equis eum nunc lacessebat, nunc rursus effugiebat.*

Ἔνοχος. Obnoxius. Reus. *Timæus Epho-*

1 Ἐν μύρτου κλάδῳ τὸ ξ.] Hæc referenda sunt ad locum illum Aristophanis *Lysistr.* pag. 876. (555. Ed. Bas. P.)

Ἀλλ' ἐμοῦ μὲν οὐ τυραννεύσουσιν, ἐπεὶ φυλάξομαι,
Καὶ φορήσω τὸ ξίφος τὸ λοιπὸν ἐν μύρτου κλαδί.

Scholiasta ineditus ad illum locum: Ὅτι ἐν μυρσίνης κλάδῳ τὸ ξίφος φορήσομαι, ὥσπερ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων. οὗτοι γὰρ ἀπὸ μυρσίνων κλάδων τὰ ξίφη σπασάμενοι, τὸν τύραννον κατέβαλον. Hæc verba Scholiastæ descripsit Suidas supra v. Ἀγορᾶν. & infra v. Φορήσω.

2 Κρατήσω] Rectius φορήσω: ut habet Aristophanes loco laudato, & ipse Suidas infra v. Φορήσω. Eandem lectionem confirmat etiam Athenæus lib. xv. pag. 695. ubi sic legitur:

Ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω,
Ὥσπερ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων,
Ὅτε τὸν τύραννον κτανέτην, &c.

Sic enim locum illum distinguendum esse puto.

3 Ῥίψαντες] Meursius in *Pisistrato* cap. xiii. & Portus ad hunc locum, scribendum censent κρύψαντες. Recte. Harmodius enim & Aristogiton Hipparchum non aperta vi, sed ex insidiis occiderunt, gladio in myrti ramis occultato.

4 Οἷά περ οὐκ ἐνοπ.] Fragmentum hoc legitur Anthol. lib. vi. cap. xxv. Epigr. xv. ut Portus etiam monuit. Vide etiam supra v. Ἔναρα.

5 Σοφοκλῆς] *Oedip. Tyran.* pag. 190. ut Portus observavit. Vide ad eum locum Scholiastam, cujus scrinia Suidas hic compilavit.

6 Καὶ αὖθις· Ταῦτα δρ.] Hæc, & quæ sequuntur, in prioribus Editt. male post verba Sophoclis collocata sunt, ubi sensum & seriem orationis omnino interrumpunt.

7 Τίμαιος κατὰ τοῦ Ἐφόρου κτλ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Polybii, quæ Suidas sumpsit ex Collectaneis Constantini a Valesio editis, pag. 54. ubi eadem κάπηλεῖ leguntur.

πεποίη-

πεποίηται) καταδρομήν, αὐτὸς ὢν δυσὶν ἁμαρτήμασιν ἔνοχος· τῷ μὲν, ὅτι πικρῶς κατηγόρει τῶν πέλας ἐπὶ τούτοις, οἷς αὐτὸς ἔνοχός ἐστι· τῷ δὲ, ὅτι καθόλου διέφθαρται τῇ ψυχῇ, τοιαύτας ἀποφάσεις ἐντιθέμενος τοῖς ὑπομνήμασι.

Ἐνώδιον. τὸ ἐνώτιον. παρὰ τὸ οἰδεῖν τὰ ὦτα.

Ἐνώμα. ἐκίνει.

Ἐνωμόρξατο. ἀπεμάξατο. ἀπεψήσατο.

Ἐνωμοτάρχης.[1] τάξεώς τινος στρατιωτικῆς ἄρχων παρὰ Λακεδαιμονίοις.

Ἐνωμοτία.[2] τάξις τις στρατιωτικὴ ἀνδρῶν ε΄ καὶ κ΄, παρὰ Λακεδαιμονίοις. εἴρηται δὲ ἐκ τοῦ ὀμνύναι αὐτοὺς μὴ λείψειν τὴν τάξιν. οἱ δὲ ἐνωμοτίαν τὸ ἥμισυ τοῦ λόχου· τὸ αὐτὸ καὶ δεκανίαν. οἱ δὲ τὸ τέταρτον τοῦ λόχου ἐνωμοτίαν φασί. καὶ ἐνωμοτάρχης, ὁ αὐτῆς ἄρχων.

Ἐνωμοτία. ἡ [3] ἀνταρσία.

Ἐνώμοτος. ἔνοχος τοῖς ὅρκοις. βέβαιος. καὶ ὁ ἀντάρτης.

Ἐνωμότως. ἐπιρρηματικῶς. ὁμοίως.

Ἐνών. ἐνυπάρχων. Παρήγγειλε μὴ ἄρα τοῦ τις ἀπὸ τῆς ἄλλης στρατείας ἐνὼν, ἐπηρεάζῃ αὐτοῖς.

Ἐνωπή. ἡ πρόσοψις.

Ἐνώπια. εὐθέα.

Ἐνώπιον, καὶ ἐνώπιος. καὶ ἐνωπίως. ἔμπροσθεν.

Ἐνωρμίσθη. προσωρμίσθη.

Ἐνώσας. [4] παρὰ Ἡροδότῳ, διανοηθείς.

Ἕνωσις. διεστώτων πραγμάτων κοινωνικὴ συνδρομή. κατὰ δέκα δὲ τρόπους εἴρηται παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ. ἕνωσις δὲ εἴρηται, διὰ τὸ εἰς ἓν συνωθεῖσθαι τὰ πράγματα. γίνεται δὲ κατὰ δέκα τρόπους. κατ' οὐσίαν, ὡς [5] ἐπὶ τῶν ὑποστάσεων, τουτέστι τῶν ἀτόμων. καθ' ὑπόστασιν, ὡς ἐπὶ ψυχῆς καὶ σώματος. κατὰ σχέσιν, ὡς ἐπὶ τῶν γνωμῶν, ὡς ἓν θέλημα. κατὰ παράθεσιν, ὡς ἐπὶ τῶν σανίδων. καθ' ἁρμονίαν, ὡς ἐπὶ τῶν λίθων. κατὰ κρᾶσιν, ὡς ἐπὶ τῶν ὑγρῶν, οἴνου καὶ ὕδατος. κατὰ φύρσιν, ὡς ἐπὶ τῶν ξηρῶν καὶ ὑγρῶν, ἀλεύρου καὶ ὕδατος. κατὰ σύγχυσιν, ὡς ἐπὶ τῶν τηκτῶν, κηροῦ καὶ πίσσης. κατὰ σωρείαν, ὡς ἐπὶ τῶν ξηρῶν, σίτου καὶ κριθῆς. κατὰ συναλοιφήν, ὡς ἐπὶ τῶν ἀποσπωμένων, καὶ αὖθις ἀποκαθισταμένων· οἷον λαμπάδος πυρὸς περιερχομένης, καὶ πάλιν ἀποκαθισταμένης.

*rum vehementer insectatus est, cum ipse duobus peccatis sit obnoxius: uni quidem, quod alios acerbe criminetur ob ea maxime vitia, quorum ipse reus est: alteri vero, quod ingenio fuerit plane corrupto, qui tales sententias commentariis suis inseruerit.*

Ἐνώδιον. Idem quod ἐνώτιον. Inauris. Ab οἰδεῖν intumescere: quod aures [perforatæ] intumescant.

Ἐνώμα. Movebat. Agitabat.

Ἐνωμόρξατο. Abstersit. Detersit.

Ἐνωμοτάρχης. Enomotarcha. Apud Lacedæmonios ita vocatur ordinis cujusdam militaris dux.

Ἐνωμοτία. Enomotia. Apud Lacedæmonios ita vocatur ordo quidam militaris xxv. virorum: sic dictus, quod jurarent, se ordines suos non esse deserturos. Alii vero ajunt, Enomotiam esse dimidiam partem λόχου; sive δεκανίαν, i. e. Decuriam. Alii vero dicunt, Enomotiam esse quartam partem Lochi. Et Enomotarcha est ordinis illius dux.

Ἐνωμοτία. Conjuratio. Rebellio.

Ἐνώμοτος. Jurejurando obstrictus. Conjuratus. Item, rebellis.

Ἐνωμότως. Adverbium. Facta conjuratione.

Ἐνών. Qui inest. *Præcepit, ne, si quis forte alterius expeditionis miles adesset, illis insultaret.*

Ἐνωπή. Intuitus. Aspectus.

Ἐνώπια. Recta. Quæ sunt ante oculos.

Ἐνώπιον. Quod in conspectu positum est. Et ἐνωπίως. In conspectu. Coram.

Ἐνωρμίσθη. Ad portum appulit.

Ἐνώσας. Apud Herodotum significat, qui intellexit, qui consideravit.

Ἕνωσις. Unio, quæ est rerum disjunctarum in unum coitio. Ea autem decem modis in S. Scriptura sumitur. Sive, unio dicta est, quod res diversæ in unum cogantur: quæ decem modis fit. Secundum essentiam: ut in substantiis, sive iis rebus, quæ dividi nequeunt. Secundum substantiam: ut in anima & corpore. Secundum affectionem, vel congruentiam: ut in sententiis, cum plurium una est voluntas. Secundum appositionem: ut in tabulis. Secundum coagmentationem, ut in lapidibus. Secundum mixtionem: ut in liquidis, veluti vino & aqua. Secundum commixtionem, vel subactionem: ut in siccis & liquidis, veluti farina & aqua. Secundum confusionem: ut in iis, quæ liquefiunt, veluti cera & pice. Secundum accumulationem: ut in siccis, veluti tritico & hordeo. Secundum synalœphen: ut in iis, quæ ab aliqua re avelluntur, & eidem denuo restituuntur; veluti in face, quæ ex igne accenditur, & eidem rursus restituitur.

1 Ἐνωμοτάρχης] Vide infra v. Μορῶν.

2 Ἐνωμοτία] Thucydides lib. v. cap. LXVIII. Lacedæmoniorum aciem describens, etiam Enomotiæ meminit. Verba ejus hæc sunt: *Λόχοι μὲν γὰρ ἐμάχοντο ἑπτὰ, ἄνευ Σκιριτῶν, ὄντων ἑξακοσίων. ἐν δὲ ἑκάστῳ λόχῳ πεντηκοστύες ἦσαν τέσσαρες, καὶ ἐν τῇ πεντηκοστύϊ, ἐνωμοτίαι τέσσαρες.* Scholiasta ad eum locum dicit, in unaquaque Enomotia fuisse viros XXXII. a quo hic discrepat Suidas, qui XXV tantum viros Enomotiæ assignat. Sed hæc accuratius examinare, non est hujus loci.

3 Ἀνταρσία] Est vox recentiorum Græcorum, *rebellionem* significans: de qua vide Dufrenium in Glossario Græco.

4 Παρὰ Ἡροδότῳ] Lib. 1. pag. 17. lin. 27. ut Portus monuit.

5 Ὡς ἐπὶ τῶν ὑποσ——καθ' ὑπόστασιν] Hæc verba non sine dispendio sensus in prioribus Editt. omissa sunt, quæ ex 2 MSS. Paris. revocavi.

Ἐνώπια.

Ἐνώτια. κόσμος περὶ τὰ ὦτα. Ὁ δὲ ἐνωτίοις ἐκ μαργάρων κεκοσμημένοις δωρεῖται αὐτόν.

Ἐνωτίζω. αἰτιατικῇ. τὸ ἀκούω. καὶ ἐνώτισαι, ἄκουσον. εἴσω τῶν ὤτων γενέσθαι ποίησον. Ἐνώπισε δὲ, [1] τὰ νῶτα περιεσκέπασεν.

Ἐν παντὶ μύθῳ καὶ τὸ Δαιδάλου μύσος. [2] Πασιφάην φασὶν ἐρασθεῖσαν ταύρου, Δαίδαλον ἱκετεῦσαι, ποιῆσαι ξυλίνην βοῦν, καὶ κατασκευάσαντα αὐτὴν ἐνθεῖναι· ἣν ἐπιβαίνων ὡς βοῦν ὁ ταῦρος, ἐγκύμονα ἐποίησεν. ἐξ ἧς ἐγεννήθη ὁ Μινώταυρος. Μίνως δὲ διά τινας αἰτίας ὀργιζόμενος τοῖς Ἀθηναίοις, ἑπτὰ παρθένους καὶ ἴσους νέους ἐξ αὐτῶν ἐδασμολογεῖτο· οἳ παρεβάλλοντο τῷ θηρίῳ. εἰς Δαίδαλον οὖν ἀρχηγὸν τούτων τῶν κακῶν αἴτιον γενόμενον, καὶ μυσαχθέντα, ἐξηνέχθη ἡ παροιμία.

Ἐν παραβύστῳ. ἐν μυστηρίῳ. [3] Ἠράσθη αὐτοῦ τὰ μὲν πρῶτα ἐν παραβύστῳ, τελευτῶσα δὲ καὶ οἰκετῶν παρόντων.

Ἐν παραβύστῳ. ἐν ἀποκρύφῳ. Προκόπιος· Ὕβριζον ἐς αὐτὸν οὐ σιγῇ, οὐδὲ ἐν παραβύστῳ, ἀλλ' ἐς ὄψιν.

Ἐν παρενθήκης μέρει. ἐν περιουσίας μέρει.

Ἐν παιδοτρίβου. εἰς τὸν τόπον, ὅπου γυμνάζονται καὶ διατρίβουσιν οἱ παῖδες. [4] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Ἐν παιδοτρίβου δὲ βαδίζοντας, τὸν μηρὸν ἔδει
προβαλέσθαι.

τουτέστιν, εὐκόσμως καθῆσθαι, ὡς μηδὲν τοῖς περιεστῶσιν ἐπιδεῖξαι ἄκοσμον.

Ἐν [5] πέντε κριτῶν γόνασι. παρ' ὅσον τὸ παλαιὸν ε΄ κριταὶ ἔκρινον τοὺς κωμικούς, ὥς φησιν Ἐπίχαρμος. σύγκειται δὲ παρ' Ὁμήρῳ, Θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. ἐπειδὴ οἱ κριταὶ ἐν τοῖς γόνασιν εἶχον, ἃ νῦν εἰς γραμματεῖα ἐγγράφεται.

Ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνειν. παροιμία ἐπὶ τῶν τὰς πρώτας μὲν μαθήσεις ὑπερβαινόντων, ἁπτομένων δὲ τῶν μειζόνων. τουτέστι τῶν παριέντων τὰς πρώτας μαθήσεις, καὶ ἐφιεμένων τῶν τελευταίων.

Ἐν προσχήματι. ἐν ὑποκρίσει.

Ἐν Πυθίῳ χρεῖττον ἦν ἀποπατῆσαι. οἷον κινδυνεῦσαι. καταφρονούντων γάρ τινων Ἀπόλλωνος, καὶ ἐν τῷ τεμένει αὐτοῦ ἀποπατούντων, Πεισίστρατος ἔγραψε νόμον, τὸν ἁλόντα ἐπὶ τούτῳ, θνήσκειν. καταγελώντων δὲ τοῦ γράμματος, καὶ πλειόνων μᾶλλον τοῦτο ποιούντων, ἔστησε φύλακας. ληφθέντος δέ τινος, ἐκέλευσε δήσαντας αὐτόν, παρὰ τὴν ὁδὸν μαστιγοῦν, κηρύσσοντας, ὅδ' ἀνὴρ κολασθεὶς ἀποθανεῖται, ὅτι ὀλιγωρεῖ τοῦ γράμματος. κολασθέντος δέ, οὕτω ἐνέδυ τὸ γινόμενον τοῖς Ἀθηναίοις, ὥστε νῦν τοὺς κακοπαθοῦντας, ἢ

Ἐνώτια. Ornamenta aurium. Inaures. *Ille vero inauribus, quæ margaritis ornatæ erant, eum donat.*

Ἐνωτίζω. Accuſativo jungitur. Audio. Et ἐνώτισαι, audi, auribus percipe. Ἐνώπισε vero, terga contexit.

Ἐν παντὶ μύθῳ καὶ τὸ Δαιδ. *In omni fabula & Dædali flagitium memoratur.* Paſiphaen ajunt amore tauri captam, Dædalum oraſſe, ut ligneam vaccam conficeret, ſeque opere perfecto in eam includeret. Cum igitur illam taurus ut vaccam iniens gravidam feciſſet, natus inde eſt Minotaurus. Minos vero quibuſdam de cauſis Athenienſibus iratus, ſeptem virgines, totidemque pueros, monſtro illi objiciendos, tributi nomine ab eis exegit. In Dædalum igitur, ut illorum malorum auctorem, & ideo exoſum, proverbium hoc jactatum fuit.

Ἐν παραβύστῳ. Clam. In occulto. *Primum quidem ipſum clam amavit: tandem vero & famulis præſentibus.*

Ἐν παραβύστῳ. In occulto. Occulte. Clam. Procopius: *Contumelia eum afficiebant, non tacite, nec occulte: ſed coram & aperte.*

Ἐν παρενθήκης μέρει. Additamenti loco.

Ἐν παιδοτρίβου. In domo pædotribæ. Sive in loco, ubi pueri exercentur & verſantur. Ariſtophanes *Nubibus: In domo pædotribæ vero ſedentes, femur opponere oportebat.* Id eſt, compoſite & decenter [pueros] ſedere oportebat, ne circumſtantibus aliquid indecori oſtenderent.

Ἐν πέντε κριτῶν γόνασι. *In quinque Judicum genibus.* Olim enim quinque Judices de Comicis judicabant, ut ait Epicharmus. Dictum autem hoc eſt ad imitationem illius Homerici: *Deorum in genibus ſitum eſt.* Judices enim olim in genibus habebant ea, quæ nunc in tabellis ſcribuntur.

Ἐν πίθῳ τὴν κεραμ. In dolio figlinam diſcere. Proverbium in eos, qui primas diſciplinas prætereunt, & ad majores ſtatim ſe conferunt. Vel qui primis diſciplinis prætermiſſis, ultimas affectant.

Ἐν προσχήματι. Sub prætextu. Sub ſpecie.

Ἐν Πυθίῳ χρ. *In templo Apollinis cacaſſe præſtitiſſet.* Quaſi dicas, periculum ſubiiſſe. Cum enim quidam Apollinem contemnerent, & in ejus fano ventrem exonerarent, Piſiſtratus lege lata capitale ſupplicium in eum conſtituit, qui in iſto facinore deprehenderetur. Cum vero omnes id edictum deriderent, & multo magis etiam, quam antea, illud facerent, cuſtodes ibi collocavit. Qui cum quendam deprehendiſſent, juſſit eum vinctum per viam flagris cædi, præcone proclamante: *Iſte verberibus cæſus capite plecte-*

1 Τὰ νῶτα περιεσκ.] Sic habent MSS. Pariſ. itemque Heſychius. At priores Editt. male, τὰ ὦτα περιεσκ.

2 Πασιφάην φασὶν ἐρασθ.] Fabulam hanc plenius exponit Zenobius Centur. IV. Adag. VI.

3 Ἠράσθη αὐτοῦ τὰ μὲν πρ.] Fragmentum hoc ſumptum eſt ex Procop. *Hiſtor. Arc.* cap. I.

4 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 178. (108. Ed. Baſ. P.) ſed ubi pro βαδίζοντας legitur καθίζοντας.

5 Ἐν πέντε κριτῶν γ.] Ex Zenobio.

τιμωρίαις

τιμωρίαις ἐνεχόμενοι διά τινα αὐτῶν πλημμέλειαν, ἐπιλέγειν· Ἐν Πυθίῳ κρεῖττον ἦν αὐτὸν ἀποπατῆσαι.

*tur, quod edictum contempserit.* Cum igitur supplicio affectus fuisset, factum hoc Athenienses ita movit, ut, si qui postea malum aliquod paterentur, aut delicti alicujus pœnas darent, dicere solerent: *In fano Apollinis cacasse præstitisset.*

Ἐν πυρὶ βέβηκας. τοῦτο ἐπιλέγειν χρὴ ἐν τοῖς ἐν ἐπισφαλέσι καὶ ἐπικινδύνοις πράγμασιν ἐμφιλοχωρεῖν ἐθέλουσι· [1] καὶ ὅτι χρὴ τὸν ἐν πυρὶ ταχέως ἐκβαίνειν.

Ἐν πυρὶ βέβηκας. Per ignem incedis. Hoc dicendum est de illis, qui in rebus aleæ & periculi plenis versari amant. Ex igne enim celeriter exeundum est.

Ἐνεράσσει. ἐμπηδητικῶς ἐφορμᾷ. [2] Ἰώσηπος· Ὁ δὲ Σαμψὼν ἐνεράσσει ταῖς πύλαις αὐταῖς, καὶ φλιαῖς, καὶ μοχλοῖς, ὅση τε ἄλλη περὶ αὐταῖς ἦν ξύλωσις.

Ἐνεράσσει. Cum impetu irruit. Josephus: *Sampson vero ipsas portas cum postibus & vectibus cæterisque repagulis ligneis cum impetu revulsit.*

Ἐνσείει τὴν ἵππον αὐτοῖς. ἀντὶ τοῦ, ἐπιτίθησιν. Ἐπάρας ἐνσείει τὴν ἵππον αὐτοῖς ἀθρόαν.

Ἐνσείει τὴν ἵππον. Equitatum in eos immittit. *Signo dato equitatum in eos immisit.*

Ἐνσεισθείς. ἐντιναχθείς. [3] Ὁ δὲ Σαμψὼν ἐνσεισθεὶς τοῖς κίοσι, ἐπικαταβάλλει τὸν οἶκον.

Ἐνσεισθείς. Incussus. Cum impetu irruens. *Sampson vero in columnas cum impetu irruens, una cum ipsis domum dejecit.*

Ἐνσημαινόμενος. ἀντὶ τοῦ ἐνδεικνύμενος, καὶ ἐκφαίνων.

Ἐνσημαινόμενος. Significans. Indicans. Ostendens.

Ἐν Σινᾶ. Ἑβραϊκόν.

Ἐν Σινᾶ. In Sinai. Hebraicum.

Ἐνσκειρωμένη. [4] ἐκλελαχυῖα. [5] λελιθωμένη. σεσαρκωμένη.

Ἐνσκειρωμένη. Lapidis instar indurata. Carnosa facta.

Ἐνσκιρωθείς. ἐμπαγείς. σκίρωμα γάρ, τὸ ἀνίατον πάθος.

Ἐνσκιρωθείς. Infixus. Inhærens. Σκίρωμα enim est morbus insanabilis.

Ἐν σκότῳ ὀρχεῖσθαι. ἐπὶ τῶν ἀμάρτυρα μοχθούντων, ὧν τὸ ἔργον ἀφανές.

Ἐν σκότῳ ὀρχεῖσθαι. In tenebris saltare. De iis, quorum labores teste carent, & quorum opus in obscuro latet.

Ἔνσπονδος. ὁ ἀπὸ πολέμου γινόμενος φίλος. Ἀππιανός· Λατῖνοι ἔνσπονδοι Ῥωμαίοις ὄντες, ἐστράτευον ἐπ' αὐτούς. καὶ αὖθις· Ὡς παλαιὸν δή τι νόμιμον, καὶ ἔνσπονδον ἐκλείποντε ἐπὶ καλῶν.

Ἔνσπονδος. Qui ex hoste factus est amicus. Qui fœdus nobiscum iniit. Appianus: *Latini, fœdere cum Romanis conjuncti, bellum eis intulerunt.* Et iterum: * * * *

Ἔνστασις. Καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς αἱρεθεῖσαν ἔνστασιν τῆς ζωῆς. † Καὶ πᾶσαν ἔνστασιν θάμνου, καὶ πᾶσαν πέτρας προσβολὴν διερευνησάμενοι. ἔνστασιν δὲ συνηρεφῆ ἔκφυσιν καὶ πυκνὴν τῶν θάμνων λέγει.

Ἔνστασις. Institutum. *Secundum illud vitæ institutum, quod ab initio sibi proposuerat.* Item dicitur de sylva densa & opaca. *Cum omnia densa dumeta, & omnem rupis accessum perscrutati essent.*

Ἐνστάτης. [6] ὁ κατὰ πάντα ἐνιστάμενος. ἰδικῶς δέ, καὶ ἐπὶ τῆς κρίσεως οἷον ἀντίδικος. κυρίως δὲ ἐνστάτης λέγεται, ὁ ἐν τῇ ὁδῷ ἀνθεστηκώς τινι· ὥστε λέγοι τις τὸν Οἰδίποδα τοῦ Λαΐου ἐνστάτην γεγενημένον. καὶ Αἰλιανὸς ἐν τῷ περὶ [7] θείων ἐναργειῶν φησί· Κατά τινα χρησμὸν βουληθεὶς ἱλεώσασθαι τὸν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ γεγενημένον ἐνστάτην δαίμονα. Καὶ αὖθις· Πικρότατος αὐτοῖς ἐνστάτης ἦν.

Ἐνστάτης. Qui quacunque in re alicui obsistit vel adversatur: & peculiariter de adversario in judicio dicitur. Proprie autem ἐνστάτης significat eum, qui in via alicui resistit: ut si quis Oedipodem, qui Laio in via restitit, ejus ἐνστάτην fuisse dicat. Ælianus in opere *de Providentiæ Divinæ evidentia* ait: *Ex oraculo quodam dæmonem familiæ suæ infestum placare volens.* Et iterum: *Acerbissimus eorum adversarius erat.*

Ἐνστατικός. Ὁ δὲ Ἰσίδωρος ἐνστατικὸς ὤν, ἀήττητος ἔμενεν. ἀντὶ τοῦ, ἔνστασιν πρός τινα ποιούμενος.

Ἐνστατικός. Qui non cedit alicui. Qui acriter in disputando alicui resistit. *Isidorus vero, quod acerrimus esset disputator, ab adversariis vinci non potuit.*

Ἐνστερνισάμενος. περιπτυξάμενος.

Ἐνστερνισάμενος. Amplexus. Complexus.

1 Καὶ ὅτι χρ.] Copulam hic dele. Est enim supervacanea.

2 Ἰώσηπος] *Antiquit. Jud.* lib. v. cap. x. sed ubi vox ἐνεράσσει, cujus gratia locum hunc adduxit Suidas, non reperitur. Sic enim hodie ibi legitur: Σαμψὼν δὲ περὶ τὴν μεσονύκτιον ἤδη [illegible] ἀναστάς, τὰς πύλας σὺν αὐταῖς τε φλιαῖς καὶ μοχλοῖς, ὅση τε ἄλλη περὶ αὐτὰς ἦν ξύλωσις, ἀράμενος κατωμαδόν, εἰς τὸ ὑπὲρ Ἑβρῶνος ὄρος φέρων κατατίθησι. Eadem vox ἐνεράσσει deest & apud ipsum Suidam infra v. Κατωμαδόν, ubi locus hic repetitur.

3 Ὁ δὲ Σαμψὼν ἐνσ.] Et hoc fragmentum legitur apud Josephum in historia Samsonis.

4 Ἐνσκειρωμένη] Cum Porto malim ἐνεσκιρωμένη, cum augmento, & per ι, propter vocem sequentem ἐνσκιρωθείς.

5 Ἐκλελαχυῖα] Hanc vocem de mendo suspectam habeo.

6 Ἐνστάτης. ὁ κατὰ π.——Λαΐου ἐνστάτην γεγενημένον] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Ajacem* pag. 7.

7 Περὶ θείων ἐναργειῶν] Priores Editt. habent περὶ θείων ἐνεργειῶν. At in 2 MSS. Paris. exaratum est περὶ θείων ἐναργειῶν: quam lectionem confirmat ipse Suidas v. Ἀπεμάξατο, v. Καταγελᾷ, & v. Πυθιάδες ut & ante me observavit Cl. Perizonius, in erudita ad Ælianum præfatione.

Ἐντομισμάτων. [1]Ἔπραττε δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς, χρήζων ἐντομισμάτων τῇ ἀρετῇ τῶν Ἰουδαίων εἰς φιλίαν χρήσασθαι.

Ἐνστροβιλήσας. [2] ἀντὶ τοῦ συνέλιψας.

Ἐντακείς. ἐμφυείς.

Ἔντασις. ἡ ἐπίτασις. Καθ' ὅσον ἡ τοῦ βίου ἔντασις ἐπεδέχετο, κυνικωτέρα περιελθοῦσα, καὶ φύσει, καὶ ἐπιτηδεύσει.

Ἐνταξίς ἐστιν, ἐπειδάν τις παρεμβάληται τοὺς ψιλοὺς εἰς τὰ διαστήματα τῆς φάλαγγος ἐνίστασθαι, ἄνδρα παρ' ἄνδρα. ἔνιοι δὲ τοῦτο καὶ παρένταξιν ὀνομάζουσιν.

Ἔντεα. [3] οὐ πάντα τὰ ὅπλα, ἀλλ' ἀσπὶς, καὶ περικεφαλαία. τὰ δὲ δόρατα, κατ' ἐπικράτειαν.

Ἐντεθηλότων. θαλλόντων.

Ἐντεθείωται. [4] ἐνεσκεύασται. ἀπὸ τῶν θρίων. ἢ τὸ ἐντετυλίχθαι λέγεται ἐντεθειῶσθαι, ἀπὸ τοῦ σκευάσματος, ὃ ἐν τοῖς φύλλοις τῆς συκῆς εἰλεῖται· ἃ λέγεται θρία.

Ἐντελέστερον. τελειότερον.

Ἐντελέχεια. [5] ἡ τελειότης καὶ τὸ εἶδος τοῦ ὑποκειμένου. τουτέστι, τὸ εἶδος τὸ ἐπιγινόμενον ἐκ τῆς τοιᾶσδε συνθέσεως τῶν στοιχείων τῇ ὕλῃ. ἤτοι τὸ ἀχώριστον εἶδος τοῦ σώματος. καὶ γὰρ ἐντελέχειά ἐστι τὸ εἶδος καὶ ἡ τελειότης τοῦ σώματος. λέγεται δὲ ἐντελέχεια τὸ κεχωρισμένον τοῦ σώματος, ὡς ὁ πλωτὴς τοῦ πλοίου. ἥτις ἐντελέχεια, ἔξωθέν τε οὖσα, τάττει καὶ διακοσμεῖ καὶ τελειοῖ τὸ ὑποκείμενον. ὅταν οὖν ἐντελέχειαν λέγῃ τὴν ἄλογον καὶ φυσικὴν ψυχὴν, τὸ ἀχώριστον εἶδος τῆς ἐντελεχείας λέγει. ὅταν δὲ τὴν λογικὴν ψυχὴν ἐντελέχειαν λέγῃ, τὸ κεχωρισμένον. ἐντελέχειά ἐστι τὸ εἶδος, παρὰ τὸ ἓν, καὶ τὸ τέλειον, καὶ τὸ συνέχον. καὶ γὰρ ἑνώσεώς ἐστι τῇ ὕλῃ τὸ εἶδος αἴτιον, καὶ τελειώσεως· ἐπεὶ καὶ τελειότης ἐστὶ τοῦ ὑποκειμένου, καὶ συνέχει αὐτό. ἀπὸ γὰρ τῆς οἰκείας ἐντελεχείας μάλιστα ἕκαστον, ὅ ἐστι, κατ' ἐκεῖνο λέγεται· ἐπεὶ καὶ ὁ ἀνδριὰς αὐτὸ τοῦτο ἀνδριὰς λέγεται, καὶ οὐ χαλκός. ἐντελέχειαν λέγει ὁ Πορφύριος τὴν ψυχήν· ὁ [6] κατὰ Χριστιανῶν γράψας Τύριος φιλόσοφος.

Ἐντομισμάτων. Frænorum, quæ in os equorum injiciuntur. *Hæc autem Rex faciebat, ut conciliatis sibi Judæis, virtute eorum velut fræno uteretur, quo Satrapæ in officio continerentur.*

Ἐνστροβιλήσας. Qui contorsit. Qui rotavit.

Ἐντακείς. Insitus. Innatus.

Ἔντασις. Intentio. Contentio. *Quantum illa vitæ intentio admittebat, quæ & natura & instituto ad Cynicam vivendi rationem proxime accedebat.*

Ἔνταξις. Entaxis est, quum quis levis armaturæ milites in phalangis interstitiis collocat, ita ut singuli velites juxta singulos gravis armaturæ milites collocentur. Nonnulli genus hoc aciei etiam παρένταξιν vocant.

Ἔντεα. Sic appellantur arma, non quævis, sed [ea, quibus corpus tegitur, ut] clypeus & galea. Usus tamen etiam obtinuit, ut hastæ sic appellentur.

Ἐντεθηλότων. Florentium.

Ἐντεθείωται. Apparatum est. Paratum est. A foliis ficulneis, quæ θρῖα vocantur. Vel ἐντεθειῶσθαι significat, involutum esse: [per translationem ductam] ab edulio, quod foliis ficus, quæ θρῖα vocantur, involvitur.

Ἐντελέστερον. Perfectius.

Ἐντελέχεια. Perfectio & forma subjecti. Id est, forma, quæ ex certa elementorum compositione materiæ accedit. Vel, inseparabilis forma corporis. Nam ἐντελέχεια est forma & perfectio corporis. Dicitur autem ἐντελέχεια id, quod a corpore separatum est; ut nauta a navi. Quæ ἐντελέχεια cum sit extrinsecus, ordinat & gubernat & perficit subjectum. Quum igitur [Aristoteles] brutam & naturalem animam ἐντελέχειαν vocat, de ea entelechia loquitur, quæ est inseparabilis. Cum vero animam ratione præditam ἐντελέχειαν appellat, separatam dicit. Entelechia est forma: sic dicta, quod unum quiddam, & perfectum, & continens sit. Forma enim unionis & perfectionis causa est materiæ: eademque perfectio est subjecti, idque continet. Unumquodque enim a forma sua præcipue dicitur id, quod est: siquidem & statua, quod statua appelletur, non vero æs, formæ debet. Porphyrius, Philosophus Tyrius, qui contra Christianos scripsit, animam vocat ἐντελέχειαν.

1 Ἔπραττε δὲ ταῦτα ὁ βασιλ.] Fragmentum hoc sumptum est ex Josephi *Antiq. Jud.* l. XVIII. c. XII. p. 646. sed ubi rectius sic legitur: Ἔπραττε δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς, χρήζων ἐντομίσματα τῇ ἀρετῇ τῶν Ἰουδαίων ἀδελφῶν εἰς φιλίαν κτήσασθαι τῶν ἐκείνου σατραπειῶν. Locum hunc Josephi observaverat Pearsonius.

2 Ἐνστροβιλήσας. ἀντὶ τοῦ συνστ.] Lege Ἐνστροβιλήσας. ἀντὶ τοῦ συστρέψας. Significat enim στροβιλίζειν, (quam vocem non reperias in Thesauro H. Stephani) rotare & contorquere, turbinis instar, quem Græci στρόβιλον vocant. Hesychius: Ἐνστροβιλήσας, συστρέψας. In Epigrammate quodam Philippi, quod ex Anthologia inedita integrum damus infra v. Κύμβαλα, de Gallo, sive sacerdote Deæ Cybeles dicitur, αὐχένα στροβιλίσας: id est, cervicem contorquens, vel rotans. Solebant enim Galli, & quivis alii fanatici, caput & cervicem rapido quodam motu jactare, crinesque rotare, ut vel ex hoc loco Quintiliani constat: *Frequens etiam capitis nutus non caret vitio: adeo caput jactare, & comas excutientem rotare, fanaticum est.* Idem etiam confirmat Antipater in Epigrammate quodam de Gallo, Anthol. lib. VI. cap. XI. cujus distichum primum ita habet:

Ἔκ ποτέ τις φρικτοῖο θεῆς στονόεμενος οἴστρῳ
Ῥομβητὰς δονέων λυσσομανεῖς πλοκάμους.

Id est: *Gallus quidam a terribili Dea in furorem aliquando actus, & rotatos torquens fanaticos crines.* De eadem igitur re & Antipater ῥομβεῖν, & Philippus in antedicto Epigrammate στροβιλίζειν usurpat: unde patet, duas illas voces ejusdem esse significationis. Hoc autem ideo moneo, quia Lexica vulgata verbum στροβιλίζειν vel prorsus omittunt, vel significationem ejus nullo exemplo illustrant.

3 Ἔντεα. οὐ πάντα τὰ ὅπλα, ἀλλ' ἀσπ.] Idem confirmat Athenæus lib. V. pag. 193. ubi sic inquit: Τὰ γὰρ τῶν ὅπλων τὰ σκεπαστικά, θώρακα, καὶ κνημῖδας, καὶ τὰ τούτοις ἐμφερῆ, λέγουσιν ἔντη. Id est: *Nam ex armis ea, quæ corpus tegunt & defendunt, veluti loricam, ocreas, & his similia,* ἔντη *vocant.*

4 Ἐντεθρίωται.] Nota hæc referenda est ad locum illum Aristophanis *Lysistrata* pag. 879.

——Ὡς τὸν ἄνδρα δεῖ
Ἀνδρὸς ἔχειν εὐθύς. ἀλλ' οὐκ ἐντεθρίωται πρίν.

Scholiastes ineditus vocem ἐντεθρίωται ibi sic exponit: Ἐντετυλίχθαι. ἐσκεύασται. μεταφέρεται δὲ ἀπὸ τοῦ λεγομένου θρίου σκευάσματος, ὃ ἐν συκῆς φύλλοις εἰλεῖται. Hinc Suidas sua mutuatus esse videtur.

5 Ἐντελέχεια. ἡ τελειότης καὶ τὸ εἶδος τοῦ ὑποκ.] Hæc Suidas, ni fallor, sumpsit ex Philopono in Aristotelem *de Anima*.

6 Ὁ κατὰ Χριστιανῶν γράψας Τύριος φιλ.] Hæc verba esse glossema, & ex margine in textum irrepsisse, quivis facile videt.

Ἐν

image
not
available

δεῖ μὲν ἐντυγχάνειν, κοινωνικούς τε ὄντας καὶ φιλανθρώπους, καὶ ἐντυγχάνειν ὠφελίμως. διὰ μὲν οὖν ἀληθῶν καὶ ἀποδεικτικῶν οὐχ οἷόν τε κοινολογεῖσθαι πρὸς αὐτούς. οὐδὲ γὰρ τὴν ἀρχὴν τῶν τοιούτων συνιέναι δύνανται· ἀλλ' οὐδὲ μανθάνειν ὑπομένουσι. διὸ οὐδὲ ὠφελεῖσθαι δύναιντ' ἂν διά τινος τῶν τοιούτων, ὧν γε τὴν ἀρχὴν μηδὲ συνιέναι δύνανται. εἰ δὲ διὰ τῶν ἐνδόξων τε καὶ δοκούντων καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις, τὰς πρὸς αὐτοὺς συνουσίας ποιοίμεθα, παρακολουθοῖέν τε ἂν τοῖς λεγομένοις, καὶ ῥᾳδίως μεταβιβάζοιντο διὰ τῶν τοιούτων λόγων, εἴ τι μὴ εἶεν ὀρθῶς τιθέμενοι. τῷ γὰρ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν ἡγουμένῳ, καὶ δουλεύοντι ταύτῃ, ἂν μέν τις διὰ τοῦ λέγειν τὴν ἡδονὴν γένεσιν εἰς φύσιν αἰσθητὴν εἶναι, τὴν δὲ τοιαύτην φύσιν μὴ δύνασθαι ἀγαθὴν εἶναι, τῷ τὴν γένεσιν ἀτελῆ εἶναι· μηδὲν δὲ ἀγαθὸν ἀτελές· ἂν δὴ διὰ τούτου τις δεικνύναι θέλῃ τῷ τοιούτῳ, ὅτι μή ἐστιν ἡ ἡδονὴ ἀγαθόν, οὐδὲν ἂν πλέον ποιοῖτο, τῷ μηδὲ τὴν ἀρχὴν εἰδέναι, τί ποτέ ἐστι τὸ λεγόμενον. ἂν δὲ ἀπὸ τῶν κοινῶν τε καὶ ἐνδόξων ὁρμώμενος ἐξετάζῃ αὐτόν, εἰ μὴ δοκεῖ αὐτῷ τὸ ἀγαθὸν ἀγαθοὺς ποιεῖν, ὥσπερ καὶ τὸ λευκὸν λευκούς, καὶ τὸ θερμὸν, θερμούς· καὶ τούτου τεθέντος προσανέρηται, εἰ ἡδονὴ δοκεῖ αὐτῷ ἀγαθοὺς ποιεῖν, λήψεται μὲν, ὅτι μὴ ποιεῖ. ἐναργὲς γὰρ τοῦτο. συνάξει δὲ, ὅτι μὴ ἀγαθὸν ἡ ἡδονὴ ἐκ τῶν ἐκείνου δοξῶν τε καὶ ἀποκρίσεων. διὸ καὶ μεταπείσειεν ἂν αὐτόν. εἴκει γάρ πως πᾶς τῷ ὑπ' αὐτοῦ τιθέντι.

Ἐντευξόμενος. διαλεχθησόμενος.

Ἐντεῖλαι. προστάξαι.

Ἐντείνας ἑαυτόν. Διόδωρος· Ἐς τὸν στρατιωτικὸν καὶ εὐτελῆ βίον ἐντείνας. ἀντὶ τοῦ ἐπιδούς. καὶ ἐντεῖναι, τανύσαι. καὶ ἐντείναντες, ἐπιθέντες. Πληγάς τε ἐντείναντες, τῆς κεφαλῆς ἀπετέμοντο. ἀντὶ τοῦ αἰκισάμενοι. καὶ αὖθις· Πληγάς τε τοῖς προσπίπτουσιν ἐντεινόμενοι.

Ἐντήκων. ἐμβάλλων. ἐνιείς. Καὶ αὐτοῦ τῷ στόματι ἐντήκων χρυσόν, καὶ ταῖς ἀκοαῖς ἄργυρον, καὶ ἐς τὰς ῥῖνας ἐγχέων τῆς ὕλης αὐτῆς, ἀποκτεῖναι.

Ἐντήξας. ἀντὶ τοῦ ἐμβαλών. διδάξας. ἐμφυτεύσας. Καὶ ἐντήξας αὐτῶν ταῖς ψυχαῖς ἰσχὺν λόγων ἄμαχον, καὶ σειρῆνα, καὶ εὐγλωττίαν ἐφολκοτάτην.

Ἐντομίας. ὁ εὐνοῦχος. θλαδίας δὲ, ὁ τεθλασμένος.

Ἐντομίδαι. οἱ τοῖς σώμασιν ἐντεμνόμενοι. τοιαῦτα [1] εἰώθασι ποιεῖν ἐπὶ τοῖς νεκροῖς. ὅτι [2] τοῖς νεκροῖς τὰ ἔντομα ἔθυον τῶν τετραπόδων, ὡς ἄγονα· τὰ δὲ ἔνορχα, τοῖς θεοῖς.

bus vulgaribus & indoctis, cum quibus oportet nos, qui sumus sociabiles & humani, colloqui & disputare, ipsisque per nostra colloquia prodesse. Per veras autem & demonstrativas enuntiationes, fieri non potest, ut cum ipsis disputemus. Nam ne principium quidem earum intelligere possunt; neque etiam discere sustinent. Quamobrem ne fructum quidem ullum capere poterunt ex ulla hujusmodi re, cujus ne principium quidem intelligere possunt. Si vero ex probabilibus, & iis, quæ illis ipsis placent, cum ipsis disputemus, probabunt ea, quæ a nobis dicentur, & facile a sententia sua deducentur, si quid perperam posuerint. Illi enim, qui voluptatem bonum esse putat, & ei servit, si quis dicat, voluptatem esse generationem in natura sentiente; talem vero non posse natura bonam esse, quod generatio sit imperfecta; nullum vero bonum sit imperfectum: si quis, inquam, per hoc demonstrare velit hujusmodi homini, voluptatem non esse bonum, nihil profecerit, quod ne principium quidem ejus, quod dicitur, intelligat. Si quis vero communibus & probabilibus argumentis utens, ex eo quærat, annon ipsi videatur id, quod bonum est, homines efficere bonos, ut album albos, & calidum calidos; & hoc posito, ulterius eum roget, an ipsi voluptas videatur viros bonos facere; respondebit, non facere. Id enim est evidens & manifestum. Ex illius igitur opinionibus & responsionibus concludet, voluptatem non esse bonum: & sic a sententia quoque ipsum abducet. Quilibet enim concedet id, quod ab ipso positum fuit.

Ἐντευξόμενος. Congressurus. Collocuturus.

Ἐντεῖλαι. Mandasse. Præcepisse.

Ἐντείνας ἑαυτόν. Qui se alicui rei totum addixit, & in eam omnes vires intendit. Diodorus: *Cum militari & viliori vitæ generi se totum addixisset.* Item ἐντεῖναι. Intendere. Extendere. Et ἐντείναντες. Qui intentarunt, vel inflixerunt. *Cum autem ipsi plagas inflixissent, caput [quoque ei] amputarunt.* Et iterum: *Et obviis quibusvis plagas intentantes.*

Ἐντήκων. Infundens. Injiciens. Immittens. *Et aurum liquefactum in os ejus infundens, & in aures naresque argentum, eum sic necasse dicitur.*

Ἐντήξας. Qui immisit, vel injecit. Qui docuit. Qui animo alicujus aliquid inseruit. *Cum animis illorum instillasset vim dicendi admirabilem, & eloquentiæ suavitatem singularem, & facundiam ad persuadendum aptissimam.*

Ἐντομίας. Exsectus. Castratus. Θλαδίας vero dicitur, cujus testiculi fracti vel contusi sunt.

Ἐντομίδαι. Qui corpora incidunt. Id autem mortuorum causa facere moris erat. † Mortuis quadrupedes castratæ, ut steriles; Diis autem coleatæ immolari solebant.

1 Εἰώθασι ποιεῖν ἐπὶ τοῖς νεκροῖς. ὅτι τοῖς νεκρ.] Locum hunc ex MSS. Paris. supplevi & distinxi, qui in prioribus Editt. sic legitur: Εἰώθασι ποιεῖν οἱ ἐπὶ τοῖς νεκροῖς τὰ ἔντομα ἔθυον, &c.

2 Τοῖς νεκροῖς τὰ ἔντομα &c.] Huc spectant verba Scholiastæ Apollon. Rhod. ad lib. 1. v. 587. Ἔντομα δὲ τὰ σφάγια λέγεται, τὰ τοῖς νεκροῖς ἐναγιζόμενα. διὰ τὸ ἐν τῇ γῇ αὐτῶν ἀποτέμνεσθαι τὰς κεφαλάς. Et paulo post: Ἄλλοι δὲ ἔντομα, φασί, τοῖς τεθνεῶσιν ἐνάγιζον, ὡς ἄγονα τοῖς ἀγόνοις· τοῖς δὲ οὐρανίοις θεοῖς ἔνορχα ἔθυον. Locum hunc Scholiastæ observaverat etiam Portus.

Ἔντομα. οἷον σφὴξ, μύρμηξ, μέλιτται· ἃ οὔτε ἀναπνεῖ, οὔτε πνεύμονα ἔχει.

Ἐντομίς. ἡ ἐγχάραξις. ἡ γενικὴ, ἐντομίδος.

Ἔντονος. ἰσχυρά.

Ἐντοπίζω.

Ἐντός. οἱ [1] λογισμοὶ καὶ ἐνθυμήσεις καὶ πάντα τὰ τῆς ψυχῆς κινήματα. Δαβίδ· Καὶ πάντα τὰ ἐντός μου.

Ἐντὸς, καὶ ἐκτὸς, γενικῇ. ἐντὸς ἑβδόμης. [2] Ἀθήνησιν ἀπείρητο ἐντὸς ἑβδόμης στρατιὰν ἐξάγειν.

Ἐν τῷ μέρει τις καὶ τὸ πῦρ [3] σκαλευσάτω. παροιμία ἐπὶ τῶν εἰς κοινὸν μὴ τὰ ἴσα παρεχομένων. † Πλεῖστα δῶρα δοὺς, καὶ ἀντιλαβὼν ἐν τῷ μέρει.

Ἐν τῷ μέρει. ἀντὶ τοῦ, κατά τι μέρος διαδεχόμενος ἕτερος τὸν ἕτερον. καὶ αὖθις·

Ἰδὼν καὶ οὗτος, (ἐν μέρει γὰρ ἡλώκει)
Γαμεῖν ἔμελλεν.

Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος. [4] Σοφοκλῆς. ἐν τῷ μὴ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν κακῶν. ἐπεὶ ἔσται γελοιότατον, ὡς τιμῶντος τὴν ἀφροσύνην.

Ἐντραπεζίτιδος. παρασίτου.

Ἐντρέπῃ. ἐπιστρέφῃ.

Ἐντρεπομένους. ἐγκλίνοντας. Οἱ δὲ [5] Λίβυες θεωροῦντες τοὺς Ἴβηρας ἐντρεπομένους, καὶ δεδιότες μὴ λάθωσιν ἐγκαταλειφθέντες, ὥρμησαν ἐπὶ τὸ παραπλήσιον.

Ἐντριβής. συνήθης. ἄνθρωπος ἐντριβὴς τῆς χώρας.

Ἐν τριόδῳ εἰμὶ λογισμῶν. ἐπὶ τῶν ἀδήλων καὶ ἀμφιβόλων πραγμάτων. ἐπειδὴ ὁ ἐν τριόδῳ γενόμενος οὐκ οἶδε, ποίᾳ χρήσεται ὁδῷ.

Ἐντροπαλιζόμενος. ἐπιστρεφόμενος.

Ἐντροπίας. εὐμετάβολος. καὶ ἐντροπίας οἶνος, ὁ ὀξίνης.

Ἔντροφος. ἡ ἐντεθραμμένη.

Ἦ [6] που παλαιᾷ μὲν
Ἔντροφος ἁμέρα,
Λευκῷ τε γήρᾳ,
Μάτηρ νιν.

ἀντὶ τοῦ, ἴσως που ἡ τῇ παλαιᾷ ἡμέρᾳ, τουτέστι, τῷ παλαιῷ χρόνῳ ἔντροφος μήτηρ.

Ἐντρυφῶ. γενικῇ. Οἱ τῶν σῶν χαρισμάτων ἀεὶ ἐντρυφῶντες. δοτικῇ δέ· Ἵν' εὐπορήσωμεν καὶ ταῖς ἀλλοτρίαις συμφοραῖς ἐντρυφῆσαι.

Ἔντομα. Insecta: ut vespa, formica, apes; quæ nec respirant, nec pulmonem habent.

Ἐντομίς. Incisio. Genitivus est, ἐντομίδος.

Ἔντονος. Intentus. Fortis. Robustus.

Ἐντοπίζω. In aliquo loco dego.

Ἐντός. Ratiocinationes, & cogitationes, & omnes animi motus, [τὰ ἐντὸς i. e. interna vocantur.] David: *Et omnia interna mea.*

Ἐντὸς, intra, & ἐκτὸς extra, genitivo junguntur. Ἐντὸς ἑβδ. Intra septimum diem. Athenis lege interdictum erat, intra septimum diem [mensis] exercitum educere.

Ἐν τῷ μέρει τις τ. *Per vices quilibet ignem fodicet.* Proverbium in eos, qui non ex æquo Reip. operam suam præstant. † Plura dona dans, & vicissim accipiens.

Ἐν τῷ μέρει. Per vices. Vel ita, ut alter alteri per vices succedat. Pro parte. *Videns hoc & ille, (pro parte enim captus erat) uxorem ducere statuerat.*

Ἐν τῷ φρ. *Illi demum summa cum voluptate vivunt, qui [mala sua] non intelligunt.* Sophocles. Sic enim verba hæc intelligenda sunt. Valde namque ridiculum foret, [locum hunc sic accipere,] ac si [Sophocles] insipientiam laudare voluisset.

Ἐντραπεζίτιδες. Fœminæ parasitæ, sive alienas mensas sectantis.

Ἐντρέπῃ. Curas. Revereris.

Ἐντρεπομένους. Inclinantes. In fugam se vertentes. *Afri vero, cum viderent Iberos in fugam inclinantes, & vererentur, ne clam ab ipsis desererentur, & ipsi ad fugam spectare cœperunt.*

Ἐντριβής. Alicui rei assuetus. Vel, alicujus rei peritus. Ut, regionis peritus.

Ἐν τριόδῳ εἰμὶ λογ. In trivio sum cogitationum. Proverbium, quod dicitur de rebus incertis & dubiis. Qui enim ad trivium pervenit, qua sit eundum, ignorat.

Ἐντροπαλιζόμενος. Subinde se convertens, & respectans.

Ἐντροπίας. Levis. Inconstans. Et ἐντροπίας οἶνος. Vinum acidum, vel acescens.

Ἔντροφος. In aliquo loco, vel cum aliquo nutrita. [Sophocles:] *Profecto grandæva mater, & præ senio jam cana, cum eum [insaniæ morbo laborare audierit, gravissime dolebit.]* Παλαιὰ ἡμέρα enim significat senectutem: ut sit sensus, mater ætate jam provecta, & senio gravis.

Ἐντρυφῶ. Genitivo jungitur. In deliciis ago. Ad delicias & voluptates abutor. *Qui semper gratiæ tuæ donis ad delicias abutuntur.* Item dativo. [Insolenter insulto.] *Ut nobis suppetat materia alienis calamitatibus insultandi.*

1 Οἱ λογισμοὶ καὶ ἐνθυμ.] Ex Theodoreto ad Psalm. CII. v. 2.
2 Ἀθήνησιν ἀπείρ.] Vide Petitum *de Leg. Attic.* pag. 555.
3 Σκαλευσάτω] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. mendose, σκυλευσάτω. Vide Erasmum in Adagio, *Ignem gladio ne fodito.*
4 Σοφοκλῆς] In *Ajace* pag. 33. ut Portus etiam monuit.
5 Οἱ δὲ Λίβυες θεωροῦντες τοὺς Ἴβ.] Fragmentum hoc puto esse Polybii, vel Appiani.
6 Ἦ που παλαιᾷ μὲν ἔντρ.] Hæc sunt verba Sophoclis *Ajace* p. 37.

Ἐν τοῖς ἱματίοις ἄνευ ὅπλων. Οἱ δὲ πολῖται ἔθεον ἐν τοῖς ἱματίοις.

Ἐντυγχάνειν, καὶ συντυγχάνειν, δοτικῇ. Ταυτόν ἐστιν ἐντυγχάνειν ἥρωσι.

Ἐντυπὰς[1] ἐν χλαίνῃ. ἀντὶ τοῦ ἐπικεκαλυμμένως, ὥστε διὰ τοῦ ἱματίου τοὺς τοῦ σώματος τύπους εὐδήλους εἶναι.

Ἐνοικέτις[2] τῶν νήσων. ἡ Ἀφροδίτη. ἐξαιρέτως γὰρ ἐν αὐταῖς ἐτιμᾶτο.

Ἕξις. Ἕξις ἐστὶν ἡ κατὰ φύσιν ἑκάστου ἐνέργεια καὶ ὁλοκληρία. οἷον, ἐπὶ μὲν ψυχῆς, αἱ ἀρεταί· ἐπὶ δὲ σώματος, τὸ ἐντελὲς τῶν μελῶν καὶ ἀνάλογον καὶ ὑγεία. ἡ δὲ τούτων ἀταξία, καὶ διαμάρτησις, καὶ καθόλου ἀναίρεσις, λέγεται στέρησις. διαφέρει δὲ ἕξις διαθέσεως. ἡ μὲν γὰρ ἕξις δυσμετάθετός ἐστιν· ἡ δὲ διάθεσις, εὐμετάβλητος. διάθεσις δὲ, ἡ κατὰ συμβεβηκὸς τοιάδε ἑκάστου ποιότης· λέγομεν γὰρ, ὅτι πολεμίως ἢ φιλικῶς διάκειται ὁ δεῖνα πρὸς τόνδε· ἢ ὁ δεῖνα ἄνθρωπος ὑγιεινότερος διάκειται πρὸς ἑαυτὸν νῦν, ἢ πρότερον.

Ἕξις. δυσμετακίνητος τρόπος, ἤτοι διάθεσις. διαιρεῖται δὲ ἡ ἕξις εἰς ἀρετὴν καὶ κακίαν. ἕξεως δὲ εἴδη, ἀρετή τε καὶ κακία.

Ἐξηρτυμένος. Apud Herodotum significat, instructus, paratus.

Ἑξῆς. Deinceps. Ordine. Post hæc.

Ἐξηθενηκότας. Delassatos. Molestiis defatigatos. Viribus exhaustos. *Galli vero, videntes Romanos ad pugnandum paratos esse, existimabant eos fame confectos id quærere, ut quam celerrimo mortis genere vitam finirent.*

Ἐξήσκει. Exercebat. Instituebat. Docebat. *Cum animo quidem esset strenuo, sed corpore infirmo, nihilominus laborabat, copiasque exercebat, easque disciplina militari ad fortitudinem instituebat.*

Ἐξησκηκότες. Qui exercuerunt. Qui elaborarunt.

Ἐξητάσθης. Demosthenes in oratione pro Corona, & contra Androtionem, verbum hoc posuit pro, visus est, spectatus est.

Ἐξητασμένον. Exactum. Accurate elaboratum. *Nemo reperiat quidquam vel largum, vel ad justitiam & æquitatem exactum.*

Ἐξηχεῖτο. Resonabat. Exaudiebatur.

Ἐξιάλλειν. Ejicere.

Ἐξίδισεν. Cacavit. Aristophanes: *Sive aliquis vestrum instar Patroclidis cacaturiat, non cacabit in pallium, sed alio avolabit.*

Ἐξίη. Aliquando futuri significationem habet. Exibit.

Ἐξίησιν. Egreditur. Exit.

Ἐξικμασμένη. Exsiccata. *Præterea in regione arida, & æstu exsiccata, graviter aquæ penuria laboravit.*

Ἐξίλασμα. Placatio. Exoratio.

Ἐξιλάσομαι. Accusativo jungitur. Placabo. Exorabo.

Ἐξίλλειν. Effugere.

Ἕξις. Habitus. Habitus est naturalis cujusque rei actio atque integritas: ut in anima, virtutes; in corpore vero, integritas membrorum, & partium convenientia, & sanitas. Horum vero perturbatio, & aberratio, & universa sublatio, vocatur στέρησις, i. e. privatio. Differt autem habitus a dispositione, sive affectione. Nam habitus quidem difficulter mutari potest: affectio vero facile mutatur. Affectio autem est hæc vel illa cujusque rei qualitas ab accidente manans. Dicimus enim, aliquem hostiliter vel amice erga hunc vel illum affectum esse: vel, hominem cum se ipso collatum, nunc magis, quam ante, sanitate affici. *Port.*

Ἕξις. Habitus est affectio, quæ difficulter mutari potest. Dividitur autem habitus in virtutem & vitium. Sive, habitus species duæ sunt: virtus & vitium.

1 Ἐξηρτυμένος] Sic habent MSS. Paris. At priores Editt. male, ἐξηρτημένος.

2 Παρὰ Ἡροδότῳ] Loca Herodoti, in quibus vox ἐξηρτυμένος occurrit, annotavit Portus in Lexico Ionico.

3 Οἱ δὲ Κελτοὶ ἰδόντες τοὺς Ῥωμ.] Fragmentum hoc ex Polybio depromptum esse suspicor.

4 Ἐξητάσθης] Ex Harpocratione.

5 Ἀριστοφάνης] *Avibus* pag. 578. (399. Ed. Bas. *P.*) ubi locus hic ita rectius legitur & distinguitur:

Εἴτε Πατροκλείδης τις ὑμῶν τυγχάνει χεζητιῶν,
Οὐκ ἂν ἐξίδισεν ἐς θοἰμάτιον, ἀλλ' ἀνέπτατο.

Ad hunc locum Aristophanis respexit Eustathius ad Il. N. pag. 950. 55. ubi sic inquit: Ὃ (τὸ ἀποπατῆσαι) καὶ ἐξιδίειν σημαίνει ἡ κωμῳδία φησὶν, ἀρχὴν λαβοῦσα ἐξ Ὁμηρικοῦ χωρίου, τὸ, Ἴδιον, ὡς εἶδον.

'Εξισωτής.[1] ὁ ἐπόπτης.

'Εξιστάμενος. ἀντὶ τοῦ παραχωρῶν. Ὁ οὖν Μάρκελλος κύριος ἦν τῶν πραγμάτων, ὀνόματι μόνον καὶ σχήματι τῷ Ἰουλιανῷ ἐξιστάμενος, τῷ δὲ ἀληθεστέρῳ αὐτὸς ἀρχὴν μεταχειριζόμενος. τάττεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ, ἐκπληττόμενος.

'Εξίστασθαι. διαχωρίζεσθαι. Ὁ δὲ, ὅσοι τῆς στάσεως ἐναγεῖς, κελεύσας ἐξίστασθαι, ὡς κατηκόντισεν.

Εὐφημεῖν[2] χρὴ, κἀξίστασθαι τοῖς ἡμετέροισι χοροῖσιν
Ὅς τις ἄπειρος τοιῶνδε λόγων, ἢ γνώμη μὴ καθαρεύει.

ἀντὶ τοῦ ἐκχωρεῖν. καὶ αὖθις· Ἐξίστασθαι μύσταισι χοροῖς. Ἀριστοφάνης.

'Εξίστησι. ἐκπλήττει. Οὔτε δέος ἐξίστησιν αὐτοὺς, οὔτε δαπάναι, οὔτε πόνος.

'Εξιστορήσαντες. ἀναζητήσαντες. διηγησάμενοι. [3] Τούτους οἱ Ἕλληνες ἐξιστορήσαντες ἃ ἐβούλοντο πυθέσθαι ἀπὸ τῆς Ξέρξου στρατιᾶς, ἀπέπεμπον δεδεμένους.

'Εξισοῖ. ἴσα πράττει. [4] Σοφοκλῆς·

Μήτηρ καλεῖται, μητρὶ δ' οὐδὲν ἐξισοῖ.

ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἴσα πράσσει τῷ τῆς μητρὸς ὀνόματι.

'Εξισοῦμαι. δοτικῇ.

'Εξιτηλία.

'Εξίτηλα. ἀφανῆ. εὐτελῆ. χαῦνα.

'Εξιτηρίους[5] εὐχάς. ἐφοδίους. τοῖς περὶ ἔξοδον ἰοῦσιν, ἢ περὶ θάνατον.

'Εξιτηρία,[6] καὶ ἐξαγγελία. παρὰ Ῥωμαίοις, τὰ ὑπὲρ τῆς ἐξόδου παρεχόμενα.

'Εξιχωρίζεσθαι. ἐκπιέζεσθαι. τὸν ἰχῶρα ἐκβάλλειν. οἷον, εἰς[7] γάρον ἐξιχωρίζεσθαι.

'Εξοδία. ἡ ἔξοδος. Πολύβιος· Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ὡς ἐπ' ἐξοδίαν ὁρμήσαντες ἐκ τῆς πόλεως, παρὰ τὴν ὁδὸν ἔμειναν. ἐξοδίαν. Πανδημεὶ ἐξοδίαν ποιησάμενοι, καθῆκαν ἐνέδραν.

'Εξόδιοι νόμοι. [8] αὐλήματα, δι' ὧν ἐξῄεσαν οἱ χοροὶ καὶ οἱ αὐληταί. οὕτω Κρατῖνος·

Τοὺς ἐξοδίους ὑμῖν ἵν' αὐλῶ τοὺς νόμους.

'Εξόδων. ἀνατολῶν. [9] Δαβίδ· Οὔτε ἐξ ἐξόδων, οὔτε ἀπὸ δυσμῶν.

'Εξολίσθῃ. ἐκπέσῃ. [10] Μεμνημένας ἀεὶ λέγειν τοῦ-

'Εξισωτής. Peræquator. Inspector.

'Εξιστάμενος. Cedens. Concedens. *Penes Marcellum omnium rerum potestas erat, qui solo tantum nomine & habitu Juliano cedebat, at revera ipse potius imperium administrabat.* Ponitur etiam pro, stupore perculsus, attonitus.

'Εξίστασθαι. Ex aliquo loco cedere. Discedere. *Ille vero omnes, quotquot seditionis rei erant, secedere jussos, telis confecit.* [Et Aristophanes:] *Linguis favere oportet, & a Choris nostris omnes illos recedere, qui vel sermonum horum ignari sunt, vel mentem puram & castam non habent.* Et iterum: *A Choris mysticis recedere.* Aristophanes.

'Εξίστησι. Terret. Deterret. *Nec metus ipsos deterret, nec sumptus, nec labor.*

'Εξιστορήσαντες. Qui quæsiverunt. Qui sciscitati sunt: qui narrarunt. *Græci sciscitati ea, quæ de exercitu Xerxis cognoscere cupiebant, eos vinctos dimiserunt.*

'Εξισοῖ. Exæquat. Paria facit. Sophocles: *Mater quidem vocatur, at nihil minus facit, quam quod matri convenit.* Vel, facta ejus nomini matris non respondent.

'Εξισοῦμαι. Dativo jungitur. Exæquor.

'Εξιτηλία. [Stultitia.]

'Εξίτηλα. Evanida. Vilia. Inania.

'Εξιτηρίους εὐχάς. Preces, vel vota, quæ in alicujus discessu fiunt, aut cum quis iter aliquod ingreditur. Vel, quæ concipiuntur ab iis, qui ad mortem vadunt.

'Εξιτηρία, & ἐξαγγελία. Sic Romanorum lingua vocantur ea, quæ pro mercibus exportandis penduntur. Jus exituræ.

'Εξιχωρίζεσθαι. Exprimi. Saniem emittere. Ut, *Saniem emittere, ex qua garum conficiatur.*

'Εξοδία. Exitus. Eruptio. Expeditio. Polybius: *Primum igitur ut ad expeditionem ex urbe egressi, in itinere remanserunt.* Et ἐξοδίαν, exitum. *Cum toto populo ex urbe egressi, insidias hosti struxerunt.*

'Εξόδιοι νόμοι. Tibiarum modi, ad quos Chori & tibicines exibant. Sic Cratinus: *Ut exodios vobis tibia canam modos.*

'Εξόδων. Orientis. David: *Nec ab oriente, nec ab occidente.*

'Εξολίσθῃ. Excidat. Elabatur. [Aristopha-

1 'Εξισωτής] Quos Græci ἐξισωτὰς, Latini *peræquatores* vocant. Vide Valesium ad Eusebium de Vita Constant. Imperat. lib. IV. cap. III. & Dufrenium in utroque Glossario.

2 Εὐφημεῖν χρὴ κἀξίστασθαι τοῖς ἡμετ.] Duo hi versus Anapæstici leguntur apud Aristophanem *Ranis* pag. 229. (144. 145. Ed. Bas. P.)

3 Τούτους οἱ Ἕλληνες ἐξιστορ.] Hæc verba leguntur apud Herodotum lib. VII. pag. 284. hoc tantum discrimine, quod dialectum Ionicam Herodoti in communem hic mutaverit Suidas.

4 Σοφοκλῆς] *Electra*, pag. 132. ut Portus monuit.

5 'Εξιτηρίους εὐχάς] Gregor. Nazianzenus Orat. xx. pag. 333. Παρῆν ἡ τῆς ἐκδημίας ἡμέρα, καὶ ὅσα τῆς ἐκδημίας, ΕΞΙΤΗΡΙΟΙ λόγοι, προπεμπτήριοι, ἀνακλήσεις, οἰμωγαί, περιπτύξεις, δάκρυα. Id est: *Aderat discessus dies, & quicquid ad discessum pertinet, extremæ allocutiones, vota quibus abeuntes prosequimur, revocationes, gemitus, complexus, lacrymæ.* Hic ἐξιτήριοι λόγοι vocantur sermones, quibus se mutuo alloquuntur amici, quorum alter ab altero discessurus est. Apud eundem Nazianzenum in eadem oratione, pag. 370. ἐξιτήριοι λόγοι vocantur suprema Basilii morituri verba: quod exemplum pertinet ad ultimam vocis ἐξιτήριος interpretationem, quam Suidas hoc loco tradit.

6 'Εξιτηρία] Vide de hac voce Dufrenium in Glossario Græco.

7 Εἰς γάρον ἐξιχωρίζεσθαι] Huc spectat quod Plinius garum appellat *putrescentium piscium saniem*: & Artemidorus lib. I. cap. LXVIII. σαπεῖσαν.

8 Αὐλήματα] Sic recte 2 MSS. Paris. At priores Editt. male, αὐλοί.

9 Δαβίδ] Psalm. LXXIV. 6.

10 Μεμνημένας ἀεὶ λέγειν τοῦτο τὸ ῥ.] Aristophanes *Ecclesiaz.* pag. 732. (491. Ed. Bas. P.)

——— Τοῦτο γὰρ χρὴ
Μεμνημένας ἀεὶ λέγειν, ὡς μήποτ' ἐξολίσθῃ
Ἡμᾶς. ὁ κίνδυνος γὰρ οὐχὶ μικρὸς ἂν ἁλῶμεν.
Sic etiam apud Suidam locus hic scribendus & distinguendus est.



Digitized by Google

image
not
available

Ἐξ ὄξους δίκη.
[1] Οὔτοι καταπροίξει, μὰ τὸν Ἀπόλλω, τοῦτο δρῶν.
Ὡς ἡδέως φάγοις ἂν ἐξ ὄξους δίκην.

Ἐξ ὄξους δίκη. Lis aceto condita. [Aristophanes: *Haud sane istud impune feres. Quam libenter liticulam aceto conditam comederes.*

Ἐξόπλους. Ἅμα δὲ λαμβάνειν ἐξόπλους τοὺς πολεμίους κατὰ τὴν ἐπὶ τοὺς Μακεδόνας ἔφοδον.

Ἐξόπλους. Armatos. Vel, exarmatos. *Simul autem hostes armatos deprehendere in expeditione contra Macedones.*

Ἐξοργιεῖν. εἰς ὀργὴν ἐμβαλεῖν. Ταῦτα δὲ ἔπραξεν ὁ Καῖσαρ, οὐχ ὅτι καταπλήξειν αὐτὸν, ἀλλ᾽ ὅτι ἐξοργιεῖν, κἀκ τούτου πρόφασιν τοῦ πολέμου λήψεσθαι.

Ἐξοργιεῖν. Ad iram incitaturum, vel provocaturum esse. *Hæc autem fecit Cæsar, non quod putaret fore, ut a se terreretur, sed ad iram provocaretur: ex eaque re speciosam se belli gerendi causam nacturum esse sperabat.*

Ἐξορθυγμία. ἡ ὀρυγή. ὀξυρθυγμία δὲ λέγεται, ὅταν ἡ τροφὴ ἐποξίσῃ.

Ἐξορθυγμία. Effossio. Fossura. Fossio. Ὀξυρθυγμία vero dicitur, quum [in stomacho] cibus coacuit. Acidus ructus.

Ἐξόριστον. ἀντὶ τοῦ φυγάδα. Δημοσθένης.

Ἐξόριστον. Extorrem. Exulem. Demosthenes.

Ἐξοστρακισμός. ἐξορισμός. ἐν τῷ Ὀστρακισμός.

Ἐξοστρακισμός. Ostracismus. Sive, ratio relegandi, quæ per testularum suffragia fiebat. Vide in v. Ὀστρακισμός.

Ἐξορχησάμενος.[2] αἰτιατικῇ. ἀντὶ τοῦ φυγὼν καὶ ἀποδράς. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ᾽ Ἀνδροτίωνος.

Ἐξορχησάμενος. Accusativo jungitur. Qui aufugit. Demosthenes in oratione contra Androtionem.

Ἐξ[3] οὗ. οὐ σημαίνει τὴν ὕλην, ὡς τοῖς ἔξω δοκεῖ· ἀλλὰ συνηθέστερον τῇ γραφῇ ἐπὶ τῆς ἀνωτάτω αἰτίας τὴν φωνὴν ταύτην παραλαμβάνειν, ὡς ἐπὶ τοῦ, Εἷς Θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα. κέχρηται μέντοι καὶ ὁ τῆς ἀληθείας λόγος τῇ λέξει καὶ ἐπὶ τῆς ὕλης πολλάκις, ὅταν λέγῃ· Ποιήσεις τὴν κιβωτὸν ἐκ ξύλων ἀσήπτων. καὶ, Ποιήσεις τὴν λυχνίαν ἐκ χρυσοῦ καθαροῦ. καὶ, Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός. καὶ, Ἐκ πηλοῦ διήρτισαι σὺ, ὡς κἀγώ.

Ἐξ οὗ. Ex quo. Non significat materiam, ut profanis scriptoribus placet: sed usitatius est Sacræ Scripturæ vocem hanc assumere, quum de suprema causa loquitur; ut in hac sententia: *Unus est Deus, ex quo omnia.* Utitur tamen veritatis oratio hac voce etiam sæpe pro materia, ut cum dicit: *Facies arcam ex lignis, quæ non putrescunt.* Et, *Facies candelabrum ex auro puro.* Et, *Primus homo ex terra terrenus.* Et, *Ex luto confectus es tu, sicut & ego.* Port.

Ἐξοστρακίζω. γενικῇ καὶ αἰτιατικῇ.

Ἐξοστρακίζω. Per testularũ suffragia aliquẽ in exiliũ pello. Genitivo & accusativo jungitur.

Ἐξότου. ἐπίρρημα.

Ἐξότου. Adverbium. Ex quo tempore.

Ἐξουθενῶ σε. ἀντ᾽ οὐδενός σε λογίζομαι.

Ἐξουθενῶ σε. Nihili te facio. Te contemno.

Ἐξούλης δίκη. κατὰ [4] τῶν ἐλασάντων τοὺς ἑλόντας ἐκ τοῦ ὀφλόντος· καὶ κατὰ τῶν ὀφλόντων τοῖς [5] ἁλοῦσιν. Ἐπειδὰν τις καταδικασθεὶς μὴ ἐκτίνῃ τὴν καταδίκην, εἰσεπράττετο ὑπὸ τοῦ δήμου, καὶ ἄλλο τῷ δήμῳ τοσοῦτον λελογισμένως πάνυ. εἰ γὰρ τῷ ἰδιώτῃ διπλάσιον ἐπράττετο, παραιτήσεως ἂν ἐτύγχανε δεόμενος ὁ ἁλοὺς, καὶ ἁπλοῦν ἂν ἐξέτινε. νυνὶ δὲ ἀπαραίτητον ἐστὶ τὸ δημόσιον. [6] δηλοῖ δὲ καὶ Δημοσθένης· Δίκην δὲ τούτῳ λαχὼν τῆς κατηγορείας, εἷλον ἐρήμην. οὐ γὰρ ἀπήντα. λαβὼν δὲ ὑπερήμερον, εἰσελθεῖν δεδύνημαι. τὸ δὲ κωλύειν ἐξίλλειν ἔλεγον οἱ παλαιοί. ἔστιν οὖν ἐξίλλειν κατὰ τὸ ἔτυμον, τὸ ἐκφεύγειν, καὶ περιπλέκειν, μὴ παρέχοντα τὴν τιμωρίαν, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ διακωλύειν.

Ἐξούλης δίκη. Interdictum unde vi, vel judicium de vi. Hoc locum habebat adversus illos, qui ex debitoris bonis expulissent eos, qui judicio vicerant. Item adversus debitores, qui causa ceciderant. †Cum quis condemnatus judicatum non persolvebat, populus id ab eo exigebat, & ærario tantundem pendere cogebat: idque non sine ratione. Si enim privatus duplum exigeret, fieri poterat, ut reus impetrata remissione simplum tantum penderet. At vero Respubl. est inexorabilis, [nec de summa debita reo quicquam remittit.] Demosthenes: *Cum autem ob convitia in me jactata eum in jus vocassem, Judices reo absente & vadimonium deserente, sententiam secundum me pronuntiarunt. Licet enim reus tempus statutum neglexisset, ipse tamen in Judicio me sistere potui.* Τὸ ἐξίλλειν vero apud veteres significat, arcere, prohibere. Vel ἐξίλλειν, si etymologiam spectes, significat effugere, vel mulctæ solutionem subterfugere, & hoc modo [actorem] impedire.

1 Οὔτοι καταπρ.] Duo hi senarii leguntur apud Aristophanem *Vespis*, pag. 518. (360. Ed. Bas. P.)

2 Ἐξορχησάμενος.] Ex Harpocratione. Vide etiam Suidam infra v. Ἐξωρχησάμην, ubi alia vocis hujus significatio traditur.

3 Ἐξ οὗ. οὐ σημαίνει τὴν ὕλ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba S. Basilii in Tractatu de Spiritu S. cap. IV. pag. 249. Ed. Bas. ut Pearsonius recte observaverat.

4 Κατὰ τῶν ἐλασάντων τοὺς ἑλόντας ἐκ τοῦ ὀφλ.] Hæc Portus male omnino interpretatus erat: cujus proinde versionem hic emendavimus.

5 Τοῖς ἁλοῦσι] Lego, τοῖς ἑλοῦσι. Sensus enim est, actionem ἐξούλης locum habuisse contra eos, qui aliquid debebant actoribus, qui in Judicio victoriam obtinuerant.

6 Δηλοῖ δὲ καὶ Δημ.———εἰσελθεῖν δεδύνημαι] Hæc omnia nihil ad rem faciunt, quæ proinde per me deleas licet.

Ἐξούλης.

Ἐξούλης.[1] ὄνομα δίκης, ἣν ἐπάγουσιν οἱ φάσκοντες ἐξεῖρχθαι τῶν ἰδίων κατὰ τῶν ἐξειργόντων. εἴρηται μὲν οὖν τοὔνομα ἀπὸ τοῦ [2] ἐξίλλειν, ὅπερ ἐστὶν ἐξείργειν καὶ ἐξωθεῖν καὶ ἐκβάλλειν. δικάζονται δὲ ἐξούλης κἀπὶ τοῖς ἐπιτιμίοις οἱ μὴ ἀπολαμβάνοντες ἐν τῇ προσηκούσῃ προθεσμίᾳ, ὑπερημέρων γενομένων τῶν καταδικασθέντων. οἱ μέντοι ἐξούλης ἁλόντες καὶ τῷ ἑλόντι ἐδίδοσαν, ἃ ἀφῃροῦντο αὐτοῦ, καὶ τῷ δημοσίῳ κατετίθεσαν τὰ τιμηθέντα. ἐδικάζετο δὲ ἐξούλης καὶ ὁ χρήστης, κατέχειν ἐπιχειρῶν κτῆμα τοῦ χρεωστοῦντος, καὶ κωλυόμενος ὑπό τινος. καὶ ἀπεργασίας δὲ εἴ τις εἴργοιτο, δίδωσιν ὁ νόμος δικάζεσθαι πρὸς τὸν εἴργοντα ἐξούλης. καὶ περὶ ἀνδραπόδου δέ, καὶ παντός, οὗ φησί τις αὐτῷ μετεῖναι. Δείναρχος δὲ ἰδίως κέχρηται τῷ τῆς ἐξούλης ὀνόματι ἐπὶ τῆς ἱερείας, τῆς μὴ βουλομένης τὰ ἴδια δρᾶν.

Ἐξούλης. Nomen est actionis, quam illi, qui dicunt se a suis bonis arceri, intendunt illis, qui ipsos arcent. Dictum enim est nomen hoc a verbo ἐξίλλειν, quod significat excludere, expellere, & ejicere. Hac autem actione de vi in Judiciis utuntur etiam illi, qui mulctas aliquibus condemnatis irrogatas non recipiunt intra convenientem temporis præscripti diem; quod illi, qui damnati fuerunt, hoc tempus præscriptum præterierint. Qui tamen de vi convicti fuerant, non solum ei, qui ipsos reos peregerat, restituebant, quæ ipsi abstulerant: sed etiam Reipub. persolvebant ea, quæ fuerant æstimata. Hac etiam actione de vi in Judicio utebatur creditor, qui debitoris possessionem retinere conabatur: sed ab aliquo impediebatur. Quinetiam, si quis operis absolutione prohibeatur, Lex ei adversus prohibentem dat actionem de vi. Item de mancipio, & de quavis re, quam quis ad se ex parte pertinere dicit. Dinarchus vero peculiariter usus est hac ἐξούλης voce de quadam sacerdote, quæ res suas curare nolebat. *Port.*

Ἐξούλης[3] δίκη. οἱ δίκῃ νικήσαντες, ὥστε ἀπολαβεῖν χωρίον, ἢ οἰκίαν· ἔπειτα ἐμβατεύειν κωλυόμενοι, [4] μὴ ἐμβατεύσαντες, ἐξελαυνόμενοι, δίκην εἰσάγουσι πρὸς τοὺς ἐξελαύνοντας, ἢ οὐκ ἐῶντας ἐμβατεύειν. καὶ αὕτη ἡ δίκη ἐξούλης καλεῖται. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ [5] ἐξέλλειν. οἱ παλαιοὶ γὰρ τὸ κωλύειν καὶ ἀπελαύνειν, ἐξέλλειν ἔλεγον.

Ἐξούλης δίκη. Judicium, vel actio de vi. Illi, quibus prædium vel domus sententia Judicis adjudicata erat, si ingressu ejus prohiberentur, vel inde expellerentur, dicam scribebant illis, qui ipsos expulerant, vel ingressu prohibuerant. Et hæc actio vocabatur ἐξούλης: ab ἐξίλλειν; quod apud veteres significabat arcere, vel repellere.

Ἐξ οὐρίου. ἐξ ἐπιτηδείου ἀνέμου. Κἂν ἐξ οὐρίων φέρηται, τὴν ἄγαν ἔχων εὐημερίαν, ταλανίζειν τοῦτον χρή.

Ἐξ οὐρίου. Vento secundo. *Quamvis secundo vento naviget, & ompia feliciter ipsi succedant, tamen miserum eum judicare oportet.*

Ἐξουσιάζω. γενικῇ.

Ἐξουσιάζω. Genitivo jungitur. Potestatem in aliquem habeo.

Ἐξοχετευόμενα. ἐκρέοντα.

Ἐξοχετευόμενα. Emanantia. Per canalem effluentia.

Ἐξόχως. πάνυ.

Ἐξόχως. Excellenter. Eximie.

Ἔξω βελῶν καθῆσθαι. παραινεῖ ἔξω κινδύνου εἶναι.

Ἔξω βελῶν καθῆσθαι. Extra tela sedere. Monet nos [proverbium,] ut pericula vitemus.

Ἐξώγκωσεν. ὕψωσε. Καὶ χῶμα ἐξώγκωσαν αὐτῷ. καὶ ἐν Ἐπιγράμματι· Τιμῶσι τῷδε.

Ἐξώγκωσεν. In altum extulit. Excitavit. *Et aggerem ei excitarunt.* Et in Epigrammate: *Honorant eum hoc [tumulo.]*

Ἔξω Γλαῦκε. χειμῶνα γὰρ σημαίνει ὁ θαλάττιος.

Ἔξω Γλαῦκε. Foras Glauce. Marinus enim ille [Glaucus, quum ex aquis prodit,] tempestatem significat.

Ἐξῳδήκει. ὠγκώθη.

Ἐξῳδήκει. Inflatus est. Intumuit.

Ἐξῳδηκώς. ὁ ὠγκωμένος.

Ἐξῳδηκώς. Qui intumuit. Inflatus.

Ἐξῳδηκυῖα.

Ἐξῳδηκυῖα. Quæ intumuit. Inflata.

Ἐξωκέλης. τὸ λῃστρικὸν πλοῖον, ἢ ἄστρωτος ἵππος.

Ἐξωκέλης. Piraticum navigium. Vel, equus strato carens.

Ἐξώκειλεν. ἐξῆλθεν. ἔπεσε. ἐπὶ νηός. ἐξέβαλεν. ἐξέρριψεν. Ἡ δὲ Κλεοπάτρα βασιλίδα βασιλίδων ἑαυτὴν ἀνεῖπεν. ἐς τοσοῦτον ἄρα φρονήματος ἐξώκειλεν.

Ἐξώκειλεν. Exiit. Excidit. Impegit. Ejectus est. De nave dicitur. [Item, progressus est.] *Cleopatra eo insolentiæ provecta est, ut se Reginam Reginarum appellaret.*

Ἐξῳκοδόμηται[6] τὸ τεῖχος, ὡς ὅταν ἐπάνω μὲν

Ἐξῳκοδόμηται τὸ τ. *Exædificatus est murus*, &c.

1 Ἐξούλης. ὄνομα δίκ.] Ex Harpocratione. Vide etiam Petitum *de Leg. Att.* pag. 413. 414.

2 Ἐξίλλειν] Bifariam hæc vox scribitur, ἐξίλλειν & ἐξειλεῖν: quæ δισσογραφία inde orta est, quod a multis jam inde seculis τὸ ι & ει apud Græcos eodem prorsus modo pronuntiatum fuerit. Confer Harpocrationem v. Ἀπίλλειν; & Nostrum infra v. Εἴλλειν.

3 Ἐξούλης δίκη. οἱ δίκῃ νικ.] Hæc αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Etymologum, qui ea ex Lexico Rhetorico se deprompsisse testatur.

4 Μὴ ἐμβατεύσαντες, ἐξελαυνόμενοι] Hæc supervacanea sunt, & salvo sensu deleri possunt; vel potius debent, propter ταυτολογίαν.

5 Ἐξίλλειν] Scribe ἐξείλλειν, ut apud Etymologum; & ipsum Suidam paulo ante.

6 Ἐξῳκοδόμηται τὸ τ.] Totus hic locus emendandus & distinguendus est ex Aristoph. *Avibus* pag. 594. 595. (412. Ed. Bas. P.) unde eum Noster descripsit.



Digitized by Google

Προξενίδης ὁ Κομπασεὺς, καὶ Θεαγένης, ἀμφότεροι κομπασταὶ, ἐναντίω δύ' ἅρματε ἵπποιν ὑποζύγιον μέγεθος ὅσον ὁ δούρειος, ὑπὸ τοῦ πλάτους ἂν παρελάσαιτην. Ἡρακλῆς. τὸ δὲ μῆκος ἑκατοντόργυιον.

[Vide ipsum Aristophanem, & ejus interpretes.]

Ἐξωλέστερον. [1] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ· πενία γάρ ἐστιν, ἧς οὐδὲν θηρίον ἐξωλέστερον. ἀντὶ τοῦ ἀπολέσθαι ὀφείλον, ἢ ἐξολοθρευτικώτερον, ἢ χεῖρον. Αἰλιανός· Σύνοδοί τινες εἰς αὐτὴν ἐγίνοντο καὶ συμφοιτήσεις ἀκολάστων ἀνδρῶν, καὶ γυναικῶν ἀσελγῶν, καὶ μειρακίων ἐξώλη βίον προῃρημένων.

Ἐξωλέστερον. Perniciosius. Vel, Interitu dignius, vel pejus. Aristophanes Pluto: *Paupertate enim nullum perniciosius animal unquam natum est* Ælianus: *Conveniebant ad eum viri intemperantes, & impudicæ mulieres, & adolescentes, qui perditam vitam agebant.*

Ἐξώλεια. πανωλεθρία. Καὶ ἐξώλειαν ἑαυτῷ προσεπαρασάμενος, καὶ ὅτιοῦν αὐτῶν ἐκβῇ. τουτέστιν, ἀπηγορευμένων κακῶν.

Ἐξώλεια. Internecio. Excidium. Interitus. *Præterea vero sibi ipsi interitum imprecatus, & quodvis malum, quod inde manaturum esset.*

Ἐξώλης. εὐθείας πτώσεως· καὶ προώλης, καὶ πανώλης. ἀπολλύμενος κίναιδος. καὶ ἐξώλεια. ἡ παντελὴς ἀπώλεια. Τῷ γε μὴν πατρὶ ἐπαρωμένου ἐξώλειαν ἐπίπλαστον. Καὶ αὖθις· [2] Ὅπως ἂν ἐπ' ἐξωλείᾳ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἀρὰς ποιήσηται ὁ μάντις.

Ἐξώλης. Perditus cinædus. Perditus. Est casus rectus: ut προώλης, & πανώλης. Et ἐξώλεια, interitus. *Cum autem patri verbis simulatis interitum imprecaretur.* Et iterum: *Ut vates diris devoveret Israelitas.*

Ἐξώλισθεν. ἐξερρίφη. ἐξέπεσε. Διονύσιος ὁ δεύτερος ἐξώλισθε τῆς ἀρχῆς, καὶ ἐς Κορινθίους ἧκε φυγάς.

Ἐξώλισθεν. Excidit. Ejectus est. Expulsus est. *Dionysius secundus principatu pulsus, Corinthum exulatum abiit.*

Ἐξωλόθρευσας [3] πάντα τὸν πορνεύοντα ἀπὸ σοῦ. οὕτω γραπτέον. καὶ μὴ πορνεύοντα.

Ἐξωλόθρευσας πάντα τὸν π. *Exterminasti omnem recedentem a te.* Sic scribendum est, non πορνεύοντα, i. e. scortantem.

Ἐξωμμάτωμαι. [4] ἐπιτεταμένως ὁρῶ. ἡ γὰρ ἐξ πρόθεσις ἐπίτασιν δηλοῖ· ὡς, ἐκ θυμοῦ φιλέων. ἢ μᾶλλον παίζων ἐπὶ στερήσεως λέγει. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

Ἐξωμμάτωται καὶ λελάμπρυνται κόρας.

Ἐξωμμάτωμαι. Intense video. Vel, acutum cerno. Nam præpositio ἐξ sæpe intensionem significat: ut cum dicimus ἐκ θυμοῦ φιλ. *Ex animo diligens.* Vel potius [poeta] jocans hanc vocem de privatione oculorum intelligit. Aristophanes *Pluto: Oculis apertis & purgatis nunc clare videt.*

Ἐξωμίς. [5] Ἀττικῶς λεξείδιον. σημαίνει δὲ χιτῶνα [6] ἐλευθέριον, οὐκ ἐπισκεπάζοντα τοὺς βραχίονας. εὐτελῆ.

Ἐξωμίς. Vox Attica, significans tunicam servilem, non tegentem brachia. Vel, tunicam vilem.

Ἐξωμισάσαις. ἄχρι τῶν ὤμων γυμνωσάσαις.

——— [7] Χειροτονητέον

Ἐξωμισάσαις τὸν ἕτερον βραχίονα.

Ἀριστοφάνης.

Ἐξωμισάσαις. Brachia ad humeros usque nudantibus. Aristophanes: *Suffragia in concione nobis ferenda sunt, brachio altero ad humeros usque nudato.*

Ἔξωμος. καὶ [8] ἐξωμόσατο. ἀπηγόρευσε. καὶ ἐξωμόσασθαι. τὸ μεθ' ὅρκου ἀπαρνήσασθαι πρᾶξαί τινα, διὰ νόσον ἢ πρόφασιν ἑτέραν τινὰ, ἐξωμόσασθαι ἐστίν. οὕτω Δημοσθένης.

Ἔξωμος. Cujus humeri exstant. Et ἐξωμόσατο, juratus negavit. Et ἐξομόσασθαι significat jurejurando interposito aliquid negare vel recusare, propter morbum, vel aliam quandam causam. Sic Demosthenes.

Ἐξωμοσία. [9] ἔνορκος παραίτησις, δι' εὐλόγου αἰτίας. Ἐξωμοσία, ὅταν τις φάσκῃ ἢ ὑπὲρ αὐτοῦ ἢ ὑπὲρ ἑτέρου ἐγκαλούμενος, μὴ δεῖν εἰσάγεσθαι δίκην· εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὐκ εἰσαγώγιμος ἡ δίκη εἰ δοκεῖ κατὰ λόγον ἀξιοῦν, ἐδίδοτο αὐτῷ ἐξωμοσία λέγεσθαι.

Ἐξωμοσία. Negatio, vel exceptio, quæ fit jurejurando interposito, propter probabilem aliquam causam. Vel, ἐξομοσία est, cum quis vel suo vel alterius nomine accusatus dicit, causam in Judicium non esse introducendam; additque deinde rationem, quare ea in Judi-

1 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 47. (24. Ed. Bas. *P.*) ubi sic legitur:
*Πενία γάρ ἐστιν, ὦ πόνηρ', ἧς οὐδαμοῦ*
*Οὐδὲν πέφυκε ζῶον ἐξωλέστερον.*
Sic etiam apud Suidam scribendum est.

2 Ὅπως ἂν ἐπ' ἐξωλείᾳ τῶν Ἰσρ.] Hæc sunt verba Josephi de Balaamo vate lib. IV. *Antiq. Jud.* cap. VI. pag. 112.

3 Ἐξωλόθρευσας πάντα τὸν πορ.] Hæc sunt verba Davidis Psalm. LXXII. v. 27. sed ubi hodie pro πορνεύοντα legitur πορνεύοντας; quam lectionem agnoscit etiam Theodoretus.

4 Ἐξωμμάτωμαι. ἐπιτεταμ.] Ex Enarratore Comici ad *Plutum* pag. 68. (34. Ed. Bas. *P.*)

5 Ἀττικῶς λεξείδ.] Scribe Ἀττικὸν λεξείδιον.

6 Ἐλευθέριον] Cum ex Polluce, Hesychio, Etymologo, Scholiasta Aristophanis, aliisque constet, ἐξωμίδα apud veteres Athenienses fuisse tunicam servilem; pro ἐλευθέριον hic apud Suidam scribendum esse putem ἀνελεύθερον: uti etiam ante nos legendum esse monuit eruditissimus Perizonius ad Æliani *Var. Hist.* lib. IX. cap. XXXIV. qui plura ibidem de exomide docte observat. Eo igitur Lectorem remittimus.

7 Χειροτονητέον ἐξωμ.] Fragmentum hoc legitur apud Aristophanem *Ecclesiaz.* pag. 731. (491. Ed. Bas. *P.*)

8 Ἐξωμόσατο. ἀπηγόρευσε. καὶ ἐξωμ.] Eadem leguntur apud Scholiastam Aristophanis ad *Ecclesiaz.* pag. 754. Sed tam illic, quam hic pro ἐξωμόσασθαι scribendum est ἐξομόσασθαι. per ο in syllaba secunda.

9 Ἐξωμοσία. ἔνορκος παραίτ.] Et hæc leguntur apud eundem Scholiastam Aristophanis loco modo laudato.

‡

σασθαι.

σαφῶς. καὶ οὕτω διεγράφετο [1] ἡ δίκη.

'Εξωνήσατο. ἐξηγόρασεν. ἐποιήσατο. Χρυσίον δίδωσιν, οὐ μὴν ἐξωνήσατο τὸ μηδὲν παθεῖν.

'Εξωπλήκτως. ὡπλισμένον ὑπάρχειν.

"Εξωρα. [2] Σοφοκλῆς·

"Εξωρα πράττω, κοὐκ ἐμοὶ προσεικότα.

τουτέστι, προσήκοντα.

'Εξωραϊσμένον. κεκαλλωπισμένον.

'Εξώργισεν. [3] ἐξεθύμωσεν.

"Εξωρος. ὁ γεγηρακώς. ἢ ἄχρηστος. "Οσοι ἀπόλεμοι ἦσαν καὶ ἔξωροι τὴν ἡλικίαν, ἐξωθοῦνται. ἄωρος γὰρ καὶ ἔξωρος ἡ ἡλικία.

'Εξωρχησάμην. Πρὸς ὃν ἐξωρχησάμην τὰ τέως ἀνέκπυστα. ἐξεφαύλισα, κατέπαιξα. Καὶ αὖθις· 'Ο [4] δὲ μεθυσθεὶς ἐν τῇ οἰκίᾳ Πουλτίωνος τοῦ παρασίτου τὰ μυστήρια ἐξωρχήσατο. ἀντὶ τοῦ ἐξεμυκτήρισεν, ἔκπυστα ἐποίησεν.

'Εξώστης ἄνεμος. ὁ τραχύς.

'Εξώστρα.

'Εξωστρακίσθη, ἐξωρίσθη. ἐπειδὴ εἰς [5] ὄστρακον ἔγραφον. ζήτει ἐν τῷ 'Οστρακισμός.

'Εξώτερος. ὁ ἐξώτατος.

'Εξωφρυωμένοι. ἐξηρμένοι. ὑπερηφανευόμενοι.

'Εξπέδιτα. τὰ στρατιωτικὰ πλήθη. Τῶν ἐξπεδίτων ταλαιπωρούντων τῷ μήκει τοῦ χρόνου. τέταρτος γὰρ ἐνιαυτὸς ἐτύγχανεν ὤν.

'Εξπλωράτωρ. οὗτοι οἱ ἐξπλοράτορες τῶν [6] βασιλείων πόλεις τε καὶ κώμας, καὶ τοὺς ἄλλους τόπους, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν χωρίων, καὶ τῶν ὁδῶν διαστήματα, καὶ τὰς θέσεις, καὶ ὧν ἕκαστος τόπος εὐπορεῖ τε καὶ οὔ, ἐπιτηδείων ὄντων τοῖς ὁδοιπόροις, καὶ εἰ πρὸς πλῆθος ἐπαρκεῖν οἷά τέ εἰσιν. ἔργον γὰρ τούτοις τὸ περιεργάζεσθαι, τίς ἡ τῶν πραγμάτων κατάστασις, καὶ ποῖα τὰ κατὰ 'Ρωμαίων σκεπτόμενα ὑπὸ Περσῶν, καὶ ἀναφέρειν ἐπὶ τὸν βασιλέα.

'Εξκουβίτωρ.

'Εξκουσία. [7]

"Εξοινος. ὁ μεθύων. [8] 'Ο δὲ ἔξοινος ὢν καὶ ἡμικραίπαλος, ὑπὸ τοῦ ὕπνου διακοπτόμενος. Πολύβιος· "Εξοινοι γεγονότες καὶ κατὰ τὰς σκηνὰς ἐρριμμένοι πάντες, οὔτε παράγγελμα ἁπλῶς ἤκουον, οὔτε τοῦ μέλλοντος ἐλάμβανον οὐδ' ἡντιναοῦν πρόνοιαν.

cium introduci non debeat. Si igitur ratio, quam afferrebat, justa & æqua esse videbatur, licebat ei uti exceptione, quæ ἐξωμοσία dicebatur: & sic actio tollebatur.

'Εξωνήσατο. Redemit. Sibi comparavit. *Aurum quidem dedit; nequaquam tamen impunitatem redemit.*

'Εξωπλήκτως. Afflatum esse.

"Εξωρα. Intempestiva. Ætati non convenientia. Sophocles: *Facio ea, quæ ab ætate mea aliena sunt, nec mihi conveniunt.*

'Εξωραϊσμένον. Exornatum. Comptũ. Fucatũ.

'Εξώργισεν. Ad iram provocavit.

"Εξωρος. Qui ex florenti ætate jam excessit. Qui consenuit. Vel, intempestivus. *Qui imbelles erant, vel ætatem militarem jam excesserant, [ex urbe] ejiciebantur.* "Αωρος enim, & ἔξωρος, utrumque de ætate dicitur.

'Εξωρχησάμην. Contempsi. Derisi. Ludibrio habui. [Enuntiavi.] *Cui enuntiavi ea, quæ ante nemini audita fuerant.* Et iterum: *Ille vero in Pultionis parasiti domo inebriatus, mysteria enuntiavit.* Vel, derisit, & divulgavit.

'Εξώστης ἄνεμος. Ventus asper & vehemens.

'Εξώστρα. Extra porticum sita.

'Εξωστρακίσθη. Ostracismo in exilium pulsus est. Nomina enim eorum, qui in exilium pellendi erant, testis inscribebant. Vide in v. 'Οστρακισμός.

'Εξώτερος. Exterior.

'Εξωφρυωμένοι. Supercilium tollentes. Fastu elati. Superbi.

'Εξπέδιτα. Copiæ militares. *Cum copiæ militares diuturni temporis molestiis confectæ essent. Jam enim quartus agebatur annus.*

'Εξπλωράτωρ. Explorator. Hi exploratores regii urbes & vicos, aliaque loca, & plerosque agros, & viarum intervalla situsque [inspiciebant,] & quibus rebus unusquisque locus abundaret, vel careret, (iis nempe, quæ ad commeatum pertinent) & an multitudini sufficere possent, [explorabant.] Horum enim munus erat accurate inquirere, quisnam esset rerum status, & quænam consilia contra Romanos a Persis agitarentur: eaque cum cognovissent, ad Imperatorem referre.

'Εξκουβίτωρ. Excubitor.

'Εξκουσία. Excusatio.

"Εξοινος. Temulentus. Vino ebrius. *Ille vero vino adhuc madidus, & crapula nondum exhalata somno excussus,* &c. Et Polybius: *Illi autem omnes vino madidi, & per tentoria strati, nec imperium ducis audiebant, nec de futuro ullo modo solliciti erant.*

1 'Η δίκη] In prioribus Editt. locus hic una voce auctior sic legitur, ἡ δίκη ἐξώμοτος. Sed ultima vox vel delenda est (nam & sensus eam ut supervacaneam respuit, nec agnoscit eam Scholiasta Aristophanis loco laudato) vel saltem inde disjungenda, & separatim ponenda est, ut nova λέξις; quod consentaneum est MStis Paris.

2 Σοφοκλῆς] *Electra*, pag. 109. ut Portus monuit.

3 'Εξώργισεν] Vide supra v. ἐξοργισθῇ.

4 'Ο δὲ μεθυσθεὶς ἐν τῇ οἰκίᾳ Πουλτίωνος τοῦ παρασίτου.] Fragmentum hoc intelligendum est de Alcibiade: quippe qui in domo Pultionis, vel potius Polytionis, mysteria Cereris enuntiasse & derisisse legitur. Vide Andocidem *de Mysteriis*, pag. 2. & Plutarchum in *Alcibiade*, pag. 202.

5 Εἰς ὄστρακον ἔγραφον] Adde ex Hesychio, ἐξωρίζον.

6 Τῶν βασιλείων] Cum Porto legere malim τῶν βασιλέων.

7 'Εξκουσία] Rectius ἐξκουσεία, per ει. Vide Dufrenium in Glossario Græco h. v.

8 'Ο δὲ ἔξοινος ὢν καὶ ἡμικραίπαλος.] Hæc sunt verba Theophylacti Simocattæ lib. v. cap. 1. ubi locum integrum vide.

Ἐξ οἵων ἔχω· ὡς ἔστι μοι δυνατόν. ὡς δυνάμεως ἔχω. [1]Ὀρέστης φησίν·

Ἄναξ Ἄπολλον, ἵλεως αὐτῶν κλύε,
Ἐμοῦ τε πρὸς τούτοισιν, ἥ σε πολλὰ δὴ
Ἀφ' ὧν ἔχοιμι, λιπαρεῖ προὔστην χερί.
Νῦν δ', ὦ Λύκει' Ἄπολλον, ἐξ οἵων ἔχω,
Αἰτῶ, [2]προπιτνῶ, λίσσομαι, γενοῦ πρόφρων
Ἡμῖν ἀρωγὸς τῶνδε τῶν βουλευμάτων.

Ἐξοιστρηθείς. μανείς. παρορμηθείς. ἐρεθισθείς.

Ἐξυβρίζοντα. παρασπονδοῦντα. παραβαίνοντα τὰς συνθήκας. ἀδικοῦντα. Τὰ γὰρ ἐνδικήματα τοῦ Δεκεβάλου ἐς τοσόνδε προεληλύθει, ὥστε ἀναγκαῖον εἶναι πολέμῳ καταπαῦσαι ἐξυβρίζοντα.

Ἐξυπαρχῆς. ἀπ' ἀρχῆς.

Ἐξ ὑπερδεξίων. ἐξ ὑψηλῶν. Ἕτεροι τὰς ὑπερδεξίους τῶν πεδίων σκοπιάς.

Ἐξ ὑπογύου. παρ' αὐτά. ἀπερισκέπτως. ἐκ τοῦ σύνεγγυς. Γεγονὼς ἀπὸ Μαρκέλλης τὸ γένος ἀνέκαθεν· τὸ δὲ ἐξ ὑπογύου πατρόθεν, ἀπὸ Ἐκδικίου ῥήτορος.

Ἐξ ὑποθέσεως. ὁ [3]Ἀριστοτέλης λέγει παρακολουθεῖν ταῖς ἕξεσι δυνάμεις τινὰς ἐξ ὑποθέσεως, αἷς χρήσαιντ' ἄν, εἰ ἐν τούτῳ γένοιντο, πρὸς ὃ εἰσιν αἱ δυνάμεις χρήσιμοι· οἷον, τῇ πρᾳότητι ἕξει οὔσῃ παρακολουθεῖ ἡ δύναμις ἐξ ὑποθέσεως, τὸ δύνασθαι κρατεῖν ὀργῆς ἀμέτρου τε καὶ μὴ προσηκούσης, εἴ ποτε ἐμπέσοι. ἐξ ὑποθέσεως οὖν ἡ δύναμις τῇ πρᾳότητι ἕπεται. εἰ γὰρ ὀργισθείη, κρατήσει.

Ἐξυπτιάζω. Οἱ [4]μεθυσθέντες οἴνῳ, ἐπὶ πρόσωπον πίπτουσιν· οἱ δὲ κρίθινον πεπωκότες, ἐξυπτιάζονται τὴν κεφαλήν. ἐξυπτιάζειν οὖν, τὸ ἐπὶ νῶτον φέρεσθαι.

Ἐξυρημένος. τὴν κόμην ἀποβαλών.

Ἔξυσεν. ὕφηνεν.

Ἐξυφήνας. κατασκευάσας.

Ἔολπα. ἤλπιζον. παρακείμενος. καὶ ἔοργα. εἰργασάμην, παρακείμενος.

Ἑόν. τὸ ἴδιον.

Ἑορτὴ πολλὰ ἔχουσα. ἐπὶ τῶν πολλὰ [5]ἀποτεθειμένων φορτία. εἴρηται δὲ ἐπὶ τῶν πρὸς τὰς ἑορτὰς ἐπειγομένων, οἱ πολλὰ ἐπιφέρονται καὶ ἱερεῖα, καὶ ἱμάτια, καὶ ἄρτους, ἵνα μηδενὸς ὑστερήσωσιν.

Ἑορτολόγιον.

Ἐῴη. συγχωροίη.

Ἔωθεν. πρωΐθεν.

Ἑωθινός.

Ἑωθός. χωρὶς τοῦ ι. Ἄρχιππος. καὶ [6]Ἀραρὼς,

Ἐξ οἵων ἔχω. Pro meis facultatibus. Pro meis viribus. [Apud Sophoclem] Electra inquit: *Rex Apollo, propitius ipsos audi; meque cum istis, quæ de bonis meis assidue sacra tibi feci. Nunc vero, Lycie Apollo, enixe te precor, veneror, & suppliciter oro, ut consilia & conatus nostros ad felicem exitum perducas.*

Ἐξοιστρηθείς. Oestro percitus. Rabie agitatus. Incitatus. Irritatus.

Ἐξυβρίζοντα. Præ insolentia omne jus & fas contemnentem. Fœdera violantem. Injuriam facientem. *Decebalus vero in violandis pactis & fœderibus eo audaciæ processerat, ut necesse esset insolentiam ejus bello compescere.*

Ἐξυπαρχῆς. A principio. Ab initio.

Ἐξ ὑπερδεξίων. [E locis superioribus. *Alii speculas locis planis imminentes* [*occuparunt.*]

Ἐξ ὑπογύου. Ex tempore. Absque præmeditatione. Ex propinquo. A tempore proximo. *Marcella ortus, si altius genus ejus repetas: sin propiorem paterni generis originem spectes, ab Ecdicio Rhetore.*

Ἐξ ὑποθέσεως. Aristoteles ait, esse quasdam facultates, quæ ex hypothesi habitus sequantur: quibus illi utuntur, si tale quid inciderit, adversus quod facultates istæ sunt utiles. Ut, lenitatem, quæ est habitus, ex hypothesi sequitur facultas iram immoderatam & a ratione alienam coercendi, si quando ira inciderit. Ex hypothesi igitur facultas illa lenitatem sequitur. Si enim [homo lenis] iratus fuerit, iram coercebit.

Ἐξυπτιάζω. Supinus cado. Resupinor. *Qui vino inebriantur, proni in faciem cadunt: at qui zytho, in caput resupinantur.*

Ἐξυρημένος. Novacula rasus.

Ἔξυσεν. Texuit.

Ἐξυφήνας. Qui contexuit. Qui confecit.

Ἔολπα. Speravi. Est præteritum perfectum [medium:] uti & ἔοργα, feci.

Ἑόν. Suum. Proprium.

Ἑορτὴ πολλὰ ἔχουσα. Festum multa habens. De iis dicitur, qui multis sarcinis se onerant. Vel de iis, qui ad festa proficiscuntur. Illi enim multas victimas, & vestes, & panes secum portare solent, ne qua re indigeant.

Ἑορτολόγιον. Codicillus festorum.

Ἐῴη. Sinat. Concedat. Permittat.

Ἔωθεν. Mane. Diluculo. A diluculo.

Ἑωθινός. Matutinus.

Ἑωθός. Sine ι. [Pro εἰωθός.] Solitum. Consue-

1 Ὀρέστης φησίν] Errat hic compilator. Non enim Oresti, sed Electræ hæc tribuuntur apud Sophoclem *Electra* pag. 139. ut Portus etiam observaverat.

2 Προπιτνῶ] Sophocles loco laudato habet, προσπιτνῶ uti etiam hic metri gratia scribendum est.

3 Ὁ Ἀριστοτέλης λέγει παρακολουθεῖν ταῖς ἕξεσι δυν.] Totus hic articulus sumptus est ex Alex. Aphrod. in lib. IV. *Topic.* pag. 176.

4 Οἱ μεθυσθέντες οἴνῳ, ἐπὶ πρ.] Athenæus lib. I. circa finem: Ἀριστοτέλης δέ φησιν, ὅτι οἱ μὲν τὸν οἶνον μεθυσθέντες ἐπὶ πρόσωπον φέρονται· οἱ δὲ τὸ κρίθινον πεπωκότες ἐξυπτιάζονται τὴν κεφαλήν. Hinc verba Suidæ deprompta esse patet.

5 Ἀποτεθειμένων] Imo ἀνατεθειμένων: ut recte legitur in Vaticana Proverbiorum Appendice.

6 Ἀραρὼς, ἔωθας] Portus ἀβλεψίαν suam nimis claro indicio hic prodidit, dum locum hunc sic vertit: *Et aptatus consuevisti.* Τὸ ἀραρὼς enim hic non significat *aptatus*, sed est nomen proprium poetæ, apud quem Suidas dicit τὸ ἔωθας absque ι, pro εἴωθας legi, uti τὸ ἐωθὼς apud Archippum, & apud Thucydidem ἐώθεσαν itidem absque jota reperiatur. De poeta autem Araro Suidas non

image
not
available

μετέωρος δὲ αἴρεται ἐπὶ μηχανῆς. τοῦτο δὲ καλεῖται ἐώρημα. ἐν αὐτῇ δὲ κατῆγον τοὺς Θεούς, καὶ τοὺς ἐν ἀέρι πλοῦντας.

Ἑώρα. ἡ κρεμάθρα. καὶ ἑωρῶ. τὸ κρεμῶ.

Ἑώρησις. κρέμασις. καὶ ἐώρημα, ὁμοίως.

Ἑωρίζω. τὸ μετεωρίζω.

Ἑωροκοπίαις.[1] ὑψηλοφρονίαις.

Ἑώρταζον. ἐτέλουν.

Ἕως. ἐν τοσούτῳ. ἐν ὅσῳ. [2] Πρόσπερον τοῦτο τὸ ἕως παρὰ τῇ γραφῇ καὶ ἐπὶ τοῦ διηνεκοῦς πολλάκις εὑρίσκομεν κείμενον· ὡς τό, Ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. καὶ ἔστι διηνεκές. καί, Οὐκ ἀνέστρεψεν ἡ περιστερὰ πρὸς τὸν Νῶε, ἕως τοῦ ξηρανθῆναι τὴν γῆν. καὶ εἰς τὸ παντελὲς οὐκ ἀνέστρεψε. καί, Ἕως ἂν καταγηράσητε, ἐγώ εἰμι· φησὶν ὁ Θεός. καὶ ἔστι διηνεκῶς. καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλάκις σποράδην ἐν τῇ θείᾳ εὑρίσκεται γραφῇ. οὕτω τὸ ἐν τοῖς θείοις χρησμοῖς εἰρημένον νόησον· Ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς. οὐχ ὡς μετὰ ταῦτα (ὡς βλασφημοῦσιν οἱ ἀχάριστοι Ἰουδαῖοι) συναφείας τοῦ μνηστῆρος πρὸς τὴν παρθένον γεγενημένης.

Ἕως[3] οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη. ἀντὶ τοῦ, πάντα τοῦ παρόντος βίου τὸν χρόνον. τὸ δέ, Ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου· οὐ χρονικόν ἐστι τὸ ἕως, ἀλλ' ἰδίωμα τῆς γραφῆς. οὕτω καὶ διὰ τοῦ προφήτου φησὶν ὁ Θεός· Ἐγώ εἰμι, καὶ ἕως ἂν καταγηράσητε, ἐγώ εἰμι. δῆλον δὲ ὅτι οὐ περιορίζεται τὸ εἶναι τοῦ Θεοῦ τὸ γῆρας τῶν ἀνθρώπων.

Ἕως τῶν πατέρων. ἕως τοῦ τέλους.

Ἕως. ἡ πρὸ τῆς τοῦ ἡλίου ἀνατολῆς ὥρα.

Ἐώσαντο. βιαίως εἰσῆλθον. Οἱ τοίνυν τελευταῖοι τῶν φίλων ἐώσαντο καὶ εἰσεπήδησαν.

Ἔωσεν. ἀπώσατο. ἐνέβαλεν. Ἡ δὲ ἐγκύψαντα αὐτὸν εἰς πίθον, ἵνα ἀρύσηται οἶνον, ἔωσεν ἐς κεφαλὴν καὶ ἀπέπνιξεν. καὶ περὶ τοῦ Αἰσώπου·

Οἱ Δελφοὶ ἔωσαν αὐτὸν κατὰ κρημνοῦ μάλα.

Ἑωσφόρος. ἀνατολικὸς ἀστήρ, πρωϊνός, καλούμενος φωσφόρος. [4] Ὅμηρος τοῦτον λέγει φέρειν τὴν ἡμέραν, ἀλλ' οὐχὶ τὸν ἥλιον.

Ἑωυτόν. ἑαυτόν.

Ἐπαγαγέσθαι. προσεπισπάσασθαι. ἐφελκύσασθαι. Ἀνὴρ δι' ἀρετὴν ἱκανὸς ἐπαγαγέσθαι τὸ θεῖον. καὶ αὖθις· Ἐς [5] Βενετίους ἰέναι, ὡς πλεῖστα ἐπαγαγέσθαι τῆς ἐκείνῃ χώρας ἐκέλευεν.

Ἐπαγγέλλεται. προσκαλεῖ. ἀξιοῖ. οὕτως Ἡρόδοτος.

*alis prædite.* [Dum autem ista dicit,] sublimis tollitur machina, αἰώρημα vocata: qua etiam Deos demittebant, & eos, qui in sublimi versabantur.

Ἑώρα. Machina pensilis, qua quis in altū tollitur. Et ἑωρῶ. Suspendo. Sublimem tollo.

Ἑώρησις. Suspensio. Elatio. Et ἐώρημα, idem.

Ἑωρίζω. In altum tollo. Sublimem tollo.

Ἑωροκοπίαις. Arrogantia. Superbia.

Ἑώρταζον. Diem festum agebant.

Ἕως. Quamdiu. Donec. Quoad. Τὸ ἕως in S. Scriptura sæpe positum invenimus pro, *in perpetuum:* ut in eo dicto, *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Id enim perpetuum est. Item, *Non reversa est columba ad Noe, donec siccaretur terra.* Prorsus enim non reversa est. Item, *Donec consenueritis, Ego sum: inquit Deus.* Id est, Ego semper sum. Et alia hujusmodi exempla sæpe passim in sacra Scriptura reperiuntur. Sic etiam illud in divinis oraculis dictum intelliges, *Donec peperit filium suum.* Non quasi, (quemadmodum ingrati Judæi impie calumniantur) postea sponsus cum virgine rem habuerit.

Ἕως οὗ ἀνταναιρ. *Donec sublata fuerit Luna.* Id est, omni præsentis vitæ tempore. In illo vero dicto, *Donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum;* τὸ ἕως non significat certi alicujus temporis spatium, sed sensu Scripturæ peculiari adhibetur. Sic & per Prophetam dicit Deus: *Ego sum: & donec consenueritis, ego sum.* Constat enim Dei esse non circumscribi hominum senectute.

Ἕως τῶν πατέρων. Usque ad patres. Id est, usque ad finem.

Ἕως. Aurora. Vel, tempus, quod ortum solis præcedit.

Ἐώσαντο. Per vim intrarunt. *Postremi igitur amici per vim intrarunt, & in eum locum se intruserunt.*

Ἔωσεν. Repulit. Trusit. Impulit. *Illa vero eum prono corpore in dolium inspicientem, in caput impulit, & sic suffocavit.* Et de Æsopo: *Delphi eum de rupe præcipitem egerunt.*

Ἑωσφόρος. Stella matutina, quæ alias etiam φωσφόρος, i. e. Lucifer, appellatur. Homerus dicit, stellam hanc adducere diem, non autem solem.

Ἑωυτόν. [Ionice pro] ἑαυτόν. Se ipsum.

Ἐπαγαγέσθαι. Allicere. Persuadere. Blanditiis flectere. Sibi conciliare. *Vir, qui virtute sua divinum Numen sibi conciliare queat.* Et iterum: *Jussit eos ad Venetos proficisci, & quamplurima illius regionis loca sibi adjungere.*

Ἐπαγγέλλεται. Præcipit. Hortatur. Petit. Sic Herodotus.

1 Ἑωροκοπίαις] Sic melius MSS. Paris. quam priores Editt. quæ habent ἑωρτίαις.

2 Πρόσπερον τοῦτο τὸ ἕως παρὰ τῇ γρ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Isidori Pelus. lib. 1. Ep. XVIII. ut Pearsonius recte observaverat.

3 Ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ——παρόντος βίου τὸν χρόνον] Ex Theodoreto ad Psalmum LXXI. v. 7.

4 Ὅμηρος] Respexit Suidas ad locum Poetæ Il. ψ. v. 226. Ἦμος δ' ἑωσφόρος εἶσι φόως ἐρέων ἐπὶ γαῖαν.

5 Ἐς Βενετίους ἰέναι ὡς πλεῖστα ἐπαγ.] Fragmentum hoc legitur apud Procopium lib. II. de Bello Goth. cap. XVIII.

Ἐπαγ-

Ἐπαγγέλλει. ἀντὶ τοῦ ἐπιτάσσει, ἐντέλλεται, διακελεύεται. Ἐπαγγέλλει τὴν ἐπὶ Ἰταλίας ἔξοδον. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ βασιλεὺς φιλοφρόνως δέχεται αὐτὸν, καὶ κελεύει θαῤῥεῖν, καὶ εἴ τι θέλει ἐπαγγέλλειν. (ἀντὶ τοῦ αἰτεῖσθαι) ὁ δὲ δεῖται [1] ὑπὲρ Μονάτου τοῦ Πραάτου, ὃς ἦν λ' ἔτη ἐν σκότῳ καθειργμένος. Καὶ Ἐπαγγελλόμενος, ἀντὶ τοῦ ἐπιτασσόμενος. [2] Εἰθισμένον δὲ ὂν [3] γράμματα οἰκεῖα τοῖς βιβλίοις ἐνθεῖναι τὸν βασιλέα, ὅσα ἂν ἐπαγγελλόμενος αὐτοῦ γένοιτο, Ἰουστῖνος ὁ βασιλεὺς οὔτε ἐπήγγειλεν, οὔτε τοῖς πραττομένοις ξυνεπίστασθαι οἷός τε ἦν. † Ἐν [4] τῷ σπηλαίῳ καθειργμένος ὁ Δαβὶδ, καὶ τοὺς πολεμίους ὁρῶν, τὸ θεῖον ἔλεον ἐπαγγέλλει, Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, ἐλέησόν με.

Ἐπαγγελία,[5] καὶ ἐπαγγεῖλαι. σημαίνει μὲν καὶ ἄλλα, ἰδίως δὲ [6] ἐπὶ τῶν ἐγκαλούντων τινὶ δημηγορεῖν καὶ πολιτεύεσθαι, οὐκ ἐξὸν καὶ ἔστιν οἷον παραγγελία. λέγουσι δὲ τὸ ἐπαγγέλλεσθαι καὶ ἀντὶ τοῦ προστάττειν, ἢ αἰτεῖσθαι, ὡς Ἀντιφῶν. ἀλλὰ καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας.

Ἐπαγγελίαι.[7] καθ' ἃς εἰσι μὴ κολάσεις [8] ὡρισμέναι κατὰ τοὺς κειμένους ἤδη νόμους.

Ἐπαγγειλάντας. ἐπικαλεσαμένους. Τοὺς δὲ ὀρθοῖς λόγοις χρησαμένους, καὶ τὴν σὴν βοήθειαν ἐπαγγειλάντας, σωτηρίας τετυχηκότας.

Ἐπαγωγά. ἀπατηλά. πιθανά. ἐφολκά. Διεκελεύετο ἐπαγωγοῖς λόγοις αὐτοὺς παύειν, ὧν δρᾷν διανοοῦνται.

Ἐπαγωγή. πειρασμός. ἡ ζημία, αἰχμαλωσία, ἤτοι τὸ ὁπωσοῦν ἐπαγόμενον κακόν. Βουλόμενος γὰρ ὁ Ὠριγένης μηδὲν ἐάσαι ἀνερμήνευτον, εἰς ἐπαγωγὴν ἑαυτὸν περιέβαλεν ἁμαρτίας.

Ἐπαγωγή. περὶ Πλάτωνος φησίν· [9] Ἀναγκαῖον ἡγησάμην ὑπογράψαι καὶ τὴν φύσιν τῶν λόγων, καὶ τὴν τάξιν τῶν διαλόγων, καὶ τὴν ἔφοδον τῆς ἐπαγωγῆς.

Ἐπαγωγή. [10] Ἐπαγωγή ἐστι λόγος, διά τινων ἀληθῶν τὸ ὅμοιον αὐτοῖς ἀληθὲς οἰκείως ἐπιφέρων. δύο δὲ τῆς ἐπαγωγῆς εἰσὶ τρόποι· ὅ, τε κατ' ἐναντίωσιν,

Ἐπαγγέλλει. Imperat. Mandat. Jubet. Edicit. Denunciat. *Expeditionem in Italiam indicit.* Et rursus: *Rex autem humaniter ipsum excipit, & bono animo esse jubet, & petendi, si quid velit, potestatem facit. Ille autem pro Monato Praatæ filio deprecatur, qui per* XXX. *jam annos in tenebris conclusus fuerat.* Et ἐπαγγελλόμενος, præcipientis. *Cum moris esset, ut Imperator nomen suum inscriberet libellis, quibus mandata ejus continebantur; Justinus Imperator neque imperabat quicquam, neque eorum, quæ gerebantur, gnarus esse poterat.* † *David in spelunca conclusus, & hostes videns, divinam misericordiam imploravit, dicens: Miserere mei Deus, miserere mei.*

Ἐπαγγελία & ἐπαγγεῖλαι, tum alia significat, tum peculiariter etiam dicitur de illis, qui aliquem accusabant, quod in concione populi verba fecisset, vel magistratum aliquem gereret, quod ei facere non licebat. Dicta est igitur ἐπαγγελία quasi παραγγελία. Significat etiã τὸ ἐπαγγέλλεσθαι, imperare, jubere. Item, petere, postulare, ut apud Antiphontem; itemque Demosthenem in oratione *de Falsa legatione*.

Ἐπαγγελίαι. Est nomen actionis, quæ locum habet in delictis, de quibus leges receptæ nullas certas pœnas statuerunt.

Ἐπαγγειλάντας. Qui implorarunt. *Illos, qui recta oratione usi sunt, tuamque auxilium implorarunt, salutem consecutos esse* [*constat.*]

Ἐπαγωγά. Fallacia. Blanda. Alliciendi vim habentia. *Jussit eos blandis verbis a cœptis & conatibus revocari.*

Ἐπαγωγή. Inductio. Tentatio. Vel, damnum, captivitas, & quodvis malum, quod in aliquem inducitur. *Origenes, cum nihil inexplicatum relinquere vellet, se ipse in peccati tentationem conjecit.*

Ἐπαγωγή. Inductio. De Platone [Laertius] ait: *Necessarium duxi & naturam sermonum, & ordinem dialogorum, & Inductionis vim breviter describere.*

Ἐπαγωγή. Inductio est oratio, quæ per quædam vera simile istis verum proprie concludit. Sunt autem duo Inductionis modi:

1 Ὑπὲρ Μονάτου τοῦ Πραάτου] Sic habent omnes Editt. & 2 MSS. Paris. At in uno MS. exaratum est, ὑπὲρ Βονάτου τοῦ Πραάτου.

2 Εἰθισμένον δὲ ὂν γρ ——— ξυνεπίστασθαι οἷός τε ἦν] Hæc sunt verba Procopii *Hist. Arc.* cap. VI. pag. 20. quod a Claudio Maltreto observatum non fuit, qui accurata cæteroqui diligentia fragmenta Procopii, quæ apud Suidam passim leguntur, collegit, & scriptori illi ad calcem Editionis Paris. subjecit. Cæterum ne oratio sit ἀνακόλουθος, pro εἰθισμένον δὲ ὂν, hic apud Suidam scribendum est, εἰθισμένον δὲ ὄντος; ut apud Procopium loco laudato: apud quem tamen τὸ ὄντος deest.

3 Γράμματα οἰκεῖα τοῖς βιβλίοις ἐνθεῖναι τὸν βασιλέα] Portus locum hunc sic verterat: *Cum moris esset Regem suas litteras libris inserere, & scriptis illas mandare.* Quam ἀφελῶς & insulse. Vide nostram versionem, quæ longe aliud docet.

4 Ἐν τῷ σπηλαίῳ καθειργμένος ὁ Δαβὶδ, καὶ τοὺς πολεμίους ὁρῶν, τὸ θεῖον ἔλεον ἐπαγγ.] Locum hunc ex 2 MSS. Paris. emendavi, supplevi, & distinxi, qui in prioribus Editt. male sic legitur: ξυνεπίστασθαι οἷός τε ἦν ἐν τῷ σπηλαίῳ καθειργμένος. καὶ τοὺς πολεμίους ὁρῶν, τὸ θεῖον ἔλεγον ἐπαγγέλλει, &c. Portus prava hac interpunctione deceptus, fragmentum hoc cum superiore commiscuerat, & in unam quasi massam compegerat: unde versio ejus non poterat non sensum habere frigidum & ἀνακόλουθον. Nos igitur, uti passim, ita & hic, non solum Græca integritati suæ restituimus, sed etiam versionem Latinam a maculis, quibus ante obsita erat, purgavimus, & verum in ea sensum expressimus.

5 Ἐπαγγελία] Ex Harpocratione. Vide etiam Etymologum, qui eadem habet.

6 Ἐπὶ τῶν ἐγκαλούντων τινὶ δημηγορεῖν καὶ πολ.] Dabatur ergo hæc actio contra oratores tum aliorum criminum reos, tum etiam impudicitiæ convictos: quippe quibus in concione populi verba facere non licebat. Pollux lib. VIII. cap. VI. Δοκιμασία τῆς δημηγορίας ἐπηγγέλλετο, εἰ ἡταιρηκότες εἶεν, ἢ τὰ πατρῷα κατεδηδοκότες, ἢ τοὺς γονέας κεκακωκότες, ἢ ὅλως κακῶς βεβιωκότες, οὕσπερ αὐτοὺς ἐχρῆν σιγᾶν, καὶ μὴ λέγειν. Confer omnino quæ diximus supra ad v. Δοκιμασία: ubi locum ex Æschine, qui egregie huc facit, adduximus. Vide etiam Nostrum v. Ἐνδειξις. ubi iidem quædam habes ad loci hujus illustrationem facientia.

7 Ἐπαγγελίαι. καθ' ἃς εἰσι μ.] Lege & supple: Ἐπαγγελία. λέγεται ἐπὶ δημοσίων ἀδικημάτων, καθ' ἃς εἰσι μὴ κολάσεις &c. Vide Suidam infra v. Εἰσαγγελία.

8 Ὡρισμέναι] Priores Editt. male habent ἀφωρισμέναι: cujus loco scribendum esse ὡρισμέναι Portus etiam recte monuit.

9 Ἀναγκαῖον ἡγησάμην ὑπογρ.] Hæc sunt verba Laertii lib. III. segm. XLVII. ut Pearsonius etiam monuit.

10 Ἐπαγωγή ἐστι λόγος διά τινων ἀληθ——— καὶ τὸ μεῖζον ἐκ τοῦ μείxαὶ

καὶ ὁ ἐκ τῆς ἀκολουθίας. ὁ μὲν οὖν κατ᾽ ἐναντίωσίν ἐστιν, ἐξ οὗ τῷ ἐρωτωμένῳ περὶ πάσαν ἀπόκρισιν ἀκολουθήσει τὸ ἐναντίον· οἷον, Ὁ ἐμὸς πατὴρ τῷ σῷ πατρὶ ἤτοι ἕτερός ἐστιν, ἢ ὁ αὐτός. εἰ μὲν οὖν ἕτερός ἐστι τοῦ ἐμοῦ πατρὸς ὁ σὸς πατήρ, πατρὸς ἕτερος ὤν, οὐκ ἂν εἴη πατήρ. εἰ δὲ ὁ αὐτός ἐστι τῷ ἐμῷ πατρί, ὁ ἐμὸς ἂν εἴη πατήρ. καὶ πάλιν, Εἰ μὴ ζῶόν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, λίθος ἂν εἴη, ἢ ξύλον. οὐκ ἔστι δὲ λίθος, ἢ ξύλον, (ἔμψυχος γάρ ἐστι, καὶ ἐξ αὐτοῦ κινεῖται) ζῶον οὖν ἐστιν. εἰ δὲ ζῶόν ἐστι· ζῶον δὲ καὶ ὁ κύων, καὶ ὁ βοῦς· εἴη ἂν καὶ ὁ ἄνθρωπος ζῶον, καὶ κύων, καὶ βοῦς. καὶ οὗτος μὲν ὁ τῆς ἐπαγωγῆς κατ᾽ ἐναντίωσιν καὶ μάχην τρόπος ὁ διελέγχων. ὁ δὲ τῆς ἀκολουθίας ἐστὶ διπλοῦς· ὁ μὲν τὸ ἐπὶ μέρους ζητούμενον διὰ τοῦ ἐπὶ μέρους ἀποδεικνύς. καὶ ἔστιν ὁ μὲν πρότερος, ῥητορικός· ὁ δὲ δεύτερος, διαλεκτικός. οἷον, ἐν τῷ προτέρῳ ζητεῖται, εἰ ὅδε ἀπέκτεινεν. ἀπόδειξις τὸ εὑρῆσθαι αὐτὸν κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἡμαγμένον. ῥητορικὸς δέ ἐστι ὁ τρόπος τῆς ἐπαγωγῆς οὗτος· ἐπειδὴ καὶ ἡ ῥητορικὴ περὶ τὰ ἐπὶ μέρους, οὐ τὰ καθόλου τὴν πραγματείαν ἔχει. ζητεῖ γὰρ οὐ περὶ αὐτοῦ τοῦ δικαίου ἁπλῶς, ἀλλὰ τῶν ἐπὶ μέρους δικαίων. ὁ δὲ ἕτερός ἐστι διαλεκτικός, προαποδειχθέντος τοῦ καθόλου διὰ τοῦ ἐπὶ μέρους. οἷον ζητεῖται, εἰ ἡ ψυχὴ ἀθάνατος· καὶ εἰ ἐκ τῶν τεθνεώτων οἱ ζῶντες. ὅπερ ἀποδείκνυται ἐν τῷ περὶ ψυχῆς διά τινος καθολικοῦ, ὅτι ἐκ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία. καὶ αὐτὸ δὲ τὸ καθόλου κατασκευάζεται ἔκ τινων τῶν ἐπὶ μέρους, ὅτι τὸ καθεύδειν ἐκ τοῦ ἐγρηγορέναι, καὶ ἀνάπαλιν. καὶ τὸ μεῖζον ἐκ τοῦ μικροτέρου, καὶ ἀνάπαλιν. † Ἐκ τῶν Τακτικῶν. Ἐπαγωγὴ πάλιν ἐστίν, ὅταν τάγμα τάγματι ὑποτάσσηται· οἷον τετραρχίας ἡγουμένης, αἱ λοιπαὶ πᾶσαι τετραρχίαι ὑποτάσσονται. ἢ ξεναγίας ἡγουμένης, αἱ λοιπαὶ ξεναγίαι ἐπακολουθοῦσι. καὶ καθόλου, ὅταν σύνταγμα συντάγματι ἐν πορείᾳ ἕπηται, ὥστε τοῖς προηγουμένου συντάγματος οὐραγοῖς τοὺς τοῦ ἑξῆς συντάγματος ἡγεμόνας συνάπτειν. † Ἐκ τῶν Τοπικῶν. [1]Ἡ ἐπαγωγὴ καὶ ὁ συλλογισμὸς ὄργανά εἰσι λόγων διαλεκτικῶν, καθ᾽ οὓς τὸ γυμνάζεσθαι γίνεται. καὶ ἡ μὲν διὰ τοῦ καθόλου δεῖξις, συλλογιστική· ἡ δὲ διὰ τῶν ὑπὸ τὸ καθόλου, ἐπακτική. ὑποτάσσεται δὲ τῷ μὲν συλλογισμῷ τὸ ἐνθύμημα· τῇ ἐπαγωγῇ δέ, τὸ παράδειγμα. καὶ ἔστι τὸ μὲν Ἐνθύμημα ῥητορικὸς Συλλογισμός· τὸ δὲ παράδειγμα, ῥητορικὴ ἐπαγωγή. Ἐπαγωγή ἐστιν, ἡ διὰ τῶν καθέκαστα ἐπὶ τὰ καθόλου πρόοδος. διὸ οὐχ ὑγιῶς λέγουσιν οἱ λέγοντες, τὴν ἐπαγωγὴν λόγον εἶναι ἀπὸ ὁμοίου ἐπὶ τὸ ὅμοιον. οὐ γὰρ ὅμοιον τὸ καθόλου τοῖς ὑπ᾽ αὐτό. τῆς δὲ τοῦ καθόλου δείξεως χάριν ἡ ἐπαγωγὴ μάλιστα. ὁ δὲ ἀπὸ ὁμοίου ἐπὶ ὅμοιον λόγος μᾶλλον ἂν τὸ παράδειγμα σημαίνοι. ὁ γὰρ λόγος ὁ διὰ τῶν καθέκα-

Ε Π

unus quidem per contrarium; alter vero per consequentiam. Atque per contrarium est ille, ex quo illi, qui interrogatur, in omni responsione contrarium occurret. Ut, Meus pater aut diversus est a patre tuo, aut idem est cum illo. Si igitur tuus pater est a meo diversus, cum sit a patre diversus, non erit pater. Si vero est idem cum meo patre, cum sit idem cum meo patre, meus erit pater. Et rursus, Nisi homo est animal, erit lapis, aut lignum. Non est autem lapis, aut lignum, (est enim animatus, & per se movetur) est igitur animal. Si vero est animal: animal vero est & canis & bos: erit & homo animal & canis & bos. Atque hic quidem Inductionis modus, qui per contrarium & per repurgnantiam est, ad redarguendum est aptus. Consequentiæ vero modus est duplex. Alter quidem est, qui quæstionem particularem per particulare demonstrat. Et prior quidem est Rhetoricus: posterior vero, Dialecticus. Ut, in priore quæritur, an hic e. g. illum interfecerit. Demonstratio est, quod illo tempore cruentatus sit inventus. Rhetoricus autem est hic Inductionis modus. Nam Rhetorica in rebus particularibus, non in universalibus versatur. Quærit enim non generaliter nec universe de jure: sed de particulari jure. Alter vero modus est Dialecticus, quum universale per particulare demonstratur. Ut, quæritur, sit ne anima immortalis. Item, utrum viventes ex mortuis [oriantur: ] quod in libro de Anima per quoddam universale demonstratur, quod ex contrariis contraria [oriantur.] Quinetiam ipsum universale ex quibusdam particularibus conficitur: quod videlicet somnus ex vigilia nascatur, & contra; & majus e minori, & contra. † Ex Tacticis. Ἐπαγωγὴ est, quum agmen agmini subjungitur; ut, quum tetrarchia præcedit, & reliquæ omnes tetrarchiæ succedunt. Vel, quum Xenagia præcedit, & reliquæ Xenagiæ sequuntur. Denique, cum cohors cohortem in itinere sequitur, ita ut cum præcedentis cohortis caudæ ductoribus sequentis cohortis duces conjungantur. † Ex Topicis. Inductio & Syllogismus sunt sermonum Dialecticorum instrumenta, per quæ fit exercitatio. Ac demonstratio quidem, quæ per universalia subjecta fit, ad Inductionem pertinet. Subjicitur vero Syllogismo quidem, Enthymema: Inductioni vero Exemplum. Et Enthymema quidem est Syllogismus Rhetoricus: Exemplum vero, Inductio Rhetorica. Est autem Inductio, per singularia ad universalia progressio. Quare non recte dicunt, qui dicunt Inductionem esesse orationem a simili ad simile. Non enim universale est simile rebus ipsi subjectis. Universalis vero demonstrationis gratia potissimum inventa est Inductio. O-

κροτέρου, καὶ ἀνάπαλιν] Hæc omnia *κατὰ λέξιν* leguntur apud Laertium in *Platone*, segm. LIII. LIV. ut Pearsonius etiam observaverat.

1 Ἡ ἐπαγωγὴ καὶ ὁ συλλογισμὸς ὄργανά εἰσι λόγων διαλ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Alexandri Aphrodisiensis in lib. 1. *Topic.* pag. 47.

ϛα τὸ καθόλου δεικνὺς καὶ πιστούμενος, οὗτός ἐστιν ἐπαγωγή. ὁ γὰρ δεικνὺς παρὰ τὸ καθόλου, ὅτι ἐν πᾶσιν ἄριστος ὁ ἐπιστάμενος, παρὰ τοῦ λαβεῖν, ὅτι κυβερνήτης ἄριστος ὁ ἐπιστάμενος· ὁμοίως καὶ ἡνίοχος· ὁμοίως καὶ στρατηγός· ὁμοίως καὶ ἰατρός· ὁμοίως καὶ γεωμέτρης, μουσικὸς, τέκτων· δι' ἐπαγωγῆς τοῦ, ἐν πᾶσιν ἄριστον εἶναι τὸν ἐπιστάμενον, τὴν δεῖξιν ποιεῖται.

ratio vero, quæ a similibus ad similia procedit, exemplum potius significat. Illa enim oratio, quæ per singularia universale demonstrat & confirmat, est Inductio. Qui enim universaliter demonstrat, in quovis hominum genere illum esse optimum, qui artis suæ peritus sit; & exempli gratia ponit, gubernatorem illum esse optimum, qui gubernandi peritus sit; eodem modo & aurigam, & imperatorem, & medicum, & geometram, & musicum, & fabrum; per Inductionem demonstrat, in omnibus optimum esse eum, qui rerum peritus sit. *Port.*

Ἐπαγωνιεῖται. φιλονικήσει. προσκαρτερήσει.

Ἐπαγωνιεῖται. Certabit. Contendet. Constanter tolerabit.

Ἐπαοιδοῦ. φαρμακοῦ. γόητος.

Ἐπαοιδοῦ. Incantatoris. Venefici. Præstigiatoris.

Ἐπάειραν. ἐπῆραν.

Ἐπάειραν. Elevarunt. In altum sustulerunt.

Ἐπαθαίνετο. πάσχειν ᾤετο δεινά.

Ἐπαθαίνετο. Se gravia pati conquerebatur.

Ἔπαθλον. νικητήριον.

Ἔπαθλον. Certaminis, vel victoriæ præmium.

Ἐπαΐειν. ἀκούειν. Ὀλίγα διαλεκτικῆς ἁψάμενος, καὶ ὅσα ἐπαΐειν ὑπὲρ αὐτῶν ἔχων, ἄλλο οὐδὲν πλέον προεργασάμενος. καὶ γὰρ εἰ τὸ α, τὸ β. ἀλλὰ μὴν τὸ α· τὸ ἄρα β· ἴσασιν ἤδη περιφερόμενον αἱ πανδόκοι γρᾶες.

Ἐπαΐειν. Audire. *Cum Dialecticam leviter attigisset, & prima tantum elementa ejus audivisset, ulteriora vero scrutatus non esset. Si enim est A, est & B: atqui est A: ergo & B. Id vero ut vulgatum & tritum nec cauponarum aniculæ ignorant.*

Ἐπαΐοι. αἰσθάνοιτο. ἀντιλαμβάνοιτο. [2]συγκατατίθοιτο. Ἄρχειν δὲ αὐτῶν ἔταξε λοχαγοὺς, ἀμφοτέρων τὴν διαλέκτων ἐπαΐοντας.

Ἐπαΐοι. Sentiat. Percipiat. Consentiat. Intelligat. *Præfecit autem ipsis manipulorum duces, qui utriusque linguæ periti essent.*

Ἐπακτῆρες. κυνηγοί. ἀπὸ τοῦ ἐπάγειν τοὺς κύνας. ἢ ἐπάγεσθαι ὑπὸ τῶν κυνῶν. προέλκονται γὰρ οἱ κύνες τοὺς κυνηγέτας ἐπὶ τὰ ἐπαγόμενα. [3]Ὅμηρος·

--- Πρὸ δ' ἄρ' αὐτῶν
Ἴχνι' ἐρευνῶντες κύνες ἤισαν.

Ἐπακτῆρες. Venatores. Sic dicti, quod secum adducant canes [ad venationem.] Vel, quod a canibus ducantur. Canes enim venatores ad prædam deducunt. Homerus: *Illos vero antecedebant canes, vestigia* [*ferarum*] *indagantes.*

Ἐπακτόν. ἐπαγόμενον. ξένον. σφοδρόν. Ἐπακτὸν τῇ ψυχῇ φησι Πλωτῖνος τὴν ἀρετήν· ἐκείνῳ δὲ, ὅθεν μιμησαμένη ἔχει, σύμφυτον. ἀλλ' εἰ μὲν οὐ μεταλαμβάνει ἡ ψυχὴ, τὸ αὐτὸ ἦν τῷ ἀφ' οὗ. νῦν δὲ ἕτερον μὲν ἐκεῖνο· ἕτερον δὲ τοῦτο.

Ἐπακτόν. Aliunde adscitum. Peregrinum. Vehemens. *Plotinus dicit, virtutem, qua anima prædita est, esse adventitiam: eandem vero insitam esse ei, unde anima eam accipit, dum se ad illius imitationem componit. Si enim anima virtutem aliunde non haberet, non foret diversa ab eo, unde eam habet. Jam vero inter illud & hanc differentia intercedit.*

Ἐπακτὸς ὄμβρος. σφοδρός.

Ἐπακτὸς ὄμβρος. Vehemens imber.

Ἐπακτὸς ὅρκος. ὁ μὴ αὐθαίρετος, ἀλλ' ἐφ' ὃν ἕτερος ἄγει.

Ἐπακτὸς ὅρκος. Jusjurandum, non voluntarium, sed ab altero delatum: vel, ad quod quis ab altero adigitur.

Ἐπακτὸς [4] ὅρκος. ὃν [5] ἄν τις αὐτὸς ἑκὼν ἑαυτῷ ἐπάγηται· τουτέστιν, αἱρεῖται. ἄλλοι δὲ τοὐναντίον, ὁ ἀλλαχόθεν ἐπιφερόμενος, ἀλλ' οὐκ αὐθαίρετος. ἔτι δὲ ὅρκου τρία εἴδη· [6] ἀπώμοτος, κατώμοτος, ἐπακτός.

Ἐπακτὸς ὅρκος. Jusjurandum, quod quis sua sponte suscipit: vel, quo quis ultro se obstringit. Alii contra sic vocant jusjurandum delatum; non vero quo quis sua sponte se obstringit. Jurisjurandi autem tres sunt species: Negativum, affirmativum, & ab altero delatum.

1 Ὁ γὰρ δεικνὺς παρὰ τὸ καθ.] Apud Aphrodisiensem loco laudato rectius legitur, ὁ γὰρ δεικνὺς καθόλου.
2 Συγκατατίθοιτο] Cum Porto malim συγκατατίθοιτο.
3 Ὅμηρος] Odyss. Τ. v. 436.
4 Ἐπακτὸς ὅρκος] Ex Harpocratione: ad quem vide Valesium.
5 Ὃν ἄν τις αὐτὸς ἑκὼν ἑαυτῷ ἐπ.] Hæc interpretatio merito explodenda est. Verior enim est opinio eorum, qui, ut Suidas statim subjungit, tradunt. ὅρκον ἐπακτὸν esse jusjurandum, non voluntarium, sed ab altero delatum. Isocrates in Præceptis ad Demonicum: Ὅρκον ἐπακτὸν πρόσδεχε διὰ δύο προφάσεις. ἢ σαυτὸν αἰτίας αἰσχρᾶς ἀπολύων, ἢ φίλους ἐκ μεγάλων κινδύνων διασώζων. Hic ὅρκος ἐπακτὸς manifeste significat jusjurandum delatum. Zenobius Centur. III. Adag. LXXX. Ἐπακτὸς ὅρκος. ὃν ἕτερος ἐπάγει, οὐκ αὐθαίρετος. Vide etiam Hesychium, qui eadem habet.
6 Ἀπώμοτος] Sic habent MSS. Paris. itemque Harpocratio & Etymologus. At priores Editt. minus recte ἐπώμοτος: quam lectionem tamen Maussacus ad Harpocrationem, quod miror, præ altera probat & amplectitur. Scribendum enim hic esse ἀπώμοτος, vel ex voce sequenti κατώμοτος manifestum est. Cum enim Suidas diversas jurisjurandi species hic recenseat, & inter eas *affirmativi* mentionem faciat; non potuit nec debuit jusjurandum *negativum*, (id enim Græcis est ὅρκος ἀπώμοτος, vel ἀπωμοτικὸς) ut speciem priori oppositam, omittere. Glossæ veteres: *Abnutivum*, ἀπωμοτικόν. *Adnutivum*, κατωμοτικόν. Sic Græci semper τὸ ἀπωμοτικὸν & κατωμοτικὸν, vel ἀπομόσαι & κατομόσαι, inter se opponunt. Vide Nostrum supra v. Ἀπωμόσαι, & infra v. Νὴ τὴν ἱερὰν κεφαλήν. Hinc autem apparet, Nicolaum Blancardum τὸ ἀπώμοτος, quod priores Editt. Harpocrationis habebant, male in sua Edit. in ἐπώμοτος mutasse: idque nulla auctoritate MStorum, sed solo judicio Maussaci fretum: quæ licentia in veterum auctorum editoribus nullo modo ferenda est.

Ἐπακτρία[1] χώρα. κατὰ τοὺς παλαιοὺς χρόνους κωμηδὸν οἰκοῦντας τοὺς Ἀθηναίους ὁ Κέκροψ συναγαγὼν κατῴκισεν εἰς φυλὰς ιβ', καὶ [2] τὴν τῶν πολιτῶν ἐπωνυμίαν ἀφ' ἑαυτοῦ Κεκροπίαν προσηγόρευσεν. δύο δὲ τετραπόλεις ἐκάλεσεν, ἐκ τῶν τεττάρων πόλεων ἑκατέραν μοῖραν καταστήσας. [3] τρεῖς δὲ τὰς λοιπὰς [4] Ἐπακτρίδας ὠνόμασε. καὶ ἡ προσεχὴς χώρα ταύταις ταῖς τρισὶν ὁμωνύμως αὐταῖς [5] Ἐπακτριὰς ἐκαλεῖτο.

Ἐπακτρία χώρα. Epactria regio. Antiquis temporibus Athenienses sparsim habitantes Cecrops in civitatem coactos in duodecim Tribus distribuit, & a se Cecropios appellavit. Duas vero Tetrapoles, singulas ex quatuor urbibus compositas, constituit: & tres reliquas Epactrides vocavit. Unde & regio, tribus his urbibus vicina, Ἐπακτρὶς vocata fuit.

Ἐπακτρίς. εἶδος πλοίου. Ἐμβάντες γὰρ εἰς τὰς ἐπακτρίδας, καὶ τὰς δρομάδας ὁλκάδας, τὸν ὅρμον περιεπόρευσαν.

Ἐπακτρίς. Navis genus. Epactris. *Cum enim epactrides & cursorias holcades conscendissent, portum circumnavigarunt.*

Ἐπακτροκέλης.[6] πλοῖον λῃστρικόν, μεταξὺ ἐπακτρίδος καὶ κέλητος· ἄμφω καὶ αὐτὰ πλοιάριά ἐστιν.

Ἐπακτροκέλης. Epactroceles. Navigium prædatorium, medium inter epactridem & celetem, quæ & ipsa parva sunt navigia.

Ἐπαλαμᾶτο. ἐμηχανᾶτο. ἐτεχνάζετο. παλάμαι γὰρ αἱ τέχναι. καὶ ἐπαλαμήσατο. ἐμηχανήσατο. ἐπενόησεν. [7] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις

Τί οὖν πρὸς τἄλφιτ' ἐπαλαμήσατο;

Ἐπαλαμᾶτο. Machinabatur. Moliebatur. Nam παλάμαι sunt artes. Et ἐπαλαμήσατο. Machinatus est. Molitus est. Excogitavit. Aristophanes *Nubibus: Ad farinas igitur quid excogitavit?*

Ἐπαλλάξαντες. ἐπιλέξαντες.

Ἐπαλλάξαντες. Qui delegerunt.

Ἐπαλλάξεις.[8] ἀντὶ τοῦ συναλλαγάς, ἢ μίξεις. Ἀντιφῶν.

Ἐπαλλάξεις. Permutationes. Contractus. Vel, mixtiones. Antiphon.

Ἐπαλεξήσων. βοηθήσων.

Ἐπαλεξήσων. Auxiliaturus. Opem laturus.

Ἐπαλείφων. γυμνάζων, καὶ χρίων. Κασσιτέρῳ δὲ ἐπαλήλιπτο τὰ κράνη αὐτῶν.

Ἐπαλείφων. Exercens. Et, inungens, illinens. *Stanno autem galeæ illorum illitæ erant.*

Ἐπαληθείς. πλανηθείς.

Ἐπαληθείς. Vagatus. Qui aberravit.

Ἐπάλληλοι. ὅμοιοι.

Ἐπάλληλοι. [Crebrum. Alterum alteri succedens.] Simile.

Ἐπάλξεις. προμαχεῶνες οἱ τῶν τειχέων καὶ τῶν πύργων. καὶ ἐν Ἐπιγράμματι· Προβλὴς ὥς τις ἔπαλξις ἀνέμβατος.

Ἐπάλξεις. Murorum & turrium propugnacula. In Epigrammate: *Velut propugnaculum prominens & inaccessum.*

Ἐπαλξίτης.

Ἐπαλξίτης. Lapis supra propugnaculum muri positus.

Ἐπαμησάμενος. ἀνακινήσας. Ἡρόδοτος.

Ἐπαμησάμενος. Qui coacervavit. Qui loco aliquid movit.

Ἐπαμινώνδας. [9] Ἀθηναίων καὶ Μαντινέων μαχεσαμένων, Ἐπαμινώνδας τιτρώσκεται κατὰ τὸν πόλεμον· καὶ τετρωμένον αὐτὸν κομίζουσιν ἐκ τῆς παρατάξεως ἔτι ζῶντα. ὁ δὲ τέως μὲν τὴν χεῖρα ἔχων ἐπὶ τῷ τραύματι ἐταλαιπώρει, καὶ ἐς τοὺς συμμάχους ἀφεώρα. λαβόντος δὲ ἴσον τοῦ ἀγῶνος τὸ πέρας, οὕτω τὴν χεῖρα ἀπέσχε τοῦ τραύματος, καὶ αὐτὸν ἀφέντα τὴν ψυχὴν ἔθαψαν, ἔνθα σφίσιν γέγονεν ἡ συμβολή. τῷ τάφῳ δὲ κίων ἐφέστηκεν, καὶ ἀσπὶς ἐπ' αὐτῷ, δράκοντα ἔχουσα ἐπειργασμένον. ἡ τε-

Ἐπαμινώνδας. Epaminondas. Atheniensibus & Mantinensibus prælium inter se committentibus, Epaminondas vulneratus fuit. Cum igitur saucium quidem, at tamen adhuc viventem, sui ex acie retulissent, vulnus opposita manu compressit; suosque prospectans, dolorem eo usque pertulit, donec æquatum vidit pugnæ exitum. Inde cum manu a vulnere remota animam efflasset, eo ipso in loco, quo prælium commissum fuerat, sepulturæ mandatus est. Tumulo ejus imposita erat columna cum scuto, in quo draco cælatus erat.

1 Ἐπακτρία χώρα. κατὰ τοὺς παλ.] Eadem habet Etymologus; sed apud quem rectius legitur Ἐπακρία; quo nomine eandem tribum vel urbem etiam appellat Stephanus Byzantius; itemque Strabo lib. IX. pag. 397.

2 Καὶ τὴν τῶν πολιτῶν ἐπωνυμίαν ἀφ' ἑαυτοῦ Κεκρ.] Legerim potius, καὶ τὴν μιᾶς τῶν πόλεων ἐπωνυμίαν ἀφ' ἑαυτοῦ, &c. Una enim urbium vel tribuum a Cecrope institutarum appellata fuit Cecropia, teste Strabone, & aliis. Certe ex lectione vulgata non videtur sensus satis commodus elici posse.

3 Τρεῖς δὲ τὰς λοιπάς] Si verum est, quod Suidas paulo ante dixit, Cecropem in XII. urbes vel tribus incolas Atticæ distribuisse; hic scribendum erit τέσσαρας δὲ τὰς λοιπάς: & paulo post, ταῖς τέσσαρσιν ὁμωνύμως. Vel, si lectio recepta hujus loci vera est, paulo ante scribendum erit, εἰς φυλὰς ια΄. i. e. *in tribus XI*: ne Suidas secum ipse pugnet. Prius tamen potius placet, quoniam & Strabo loco laudato affirmat, XII urbes a Cecrope in Attica institutas fuisse. Vide tamen Stephanum Byzantium v. Ἀθῆναι, qui sententiæ huic obstare videtur.

4 Ἐπακτρίδας] Scribe, Ἐπακρίας.

5 Ἐπακτριάς] Ἐπακρία.

6 Ἐπακτροκέλης. πλοῖον λῃστ.] Ex Harpocratione. Ammonius: Κέλης καὶ ἐπακτροκέλης διαφέρει. Κέλης μὲν γάρ ἐστι πεδάλιον τι μικρόν. Ἐπακτροκέλης δὲ, κακοῦργον καὶ λῃστρικὸν σκάφος, μεταξὺ ἐπακτρίδος καὶ κέλητος. Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου· Ἀλλ' οὐ συγγνωστὸν τῶν οἰκημάτων ἐλθεῖν, καὶ τὸ μηδὲν ἱκανὸν εἶναι, ταῦτα πάντα περιεργεῖ καὶ λῃστεία· ταῦτα εἰς τὸν ἐπακτροκέλητα ἐμβιβάζει.

7 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 133. (68. Ed. Bas. P.)

8 Ἐπαλλάξεις] Ex Harpocratione.

9 Ἀθηναίων καὶ Μαντινέων μαχεσαμένων, Ἐπαμ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Pausaniæ lib. VIII. cap. XI.

λε δὲ ὁ δράκων σημαίνειν τοῦ γένους τῶν [1] Σπαρτῶν εἶναι. τὸν Ἐπαμινώνδαν στρατηγίας ἕνεκα τῶν παρ' Ἕλλησιν εὐδοκιμησάντων μάλιστα ἐπαινέσαι τις ἄν, ἢ οὐδενὸς ποιήσαιτο ὕστερον. ὅτι ἐγεγόνει τῷ Ἐπαμινώνδᾳ χρησμὸς, πέλαγος αὐτὸν φυλάττεσθαι· καὶ ὁ μὲν ἐπιβῆναι πλοίου δεῖμα εἶχε. τῷ δὲ ἄρα πέλαγος δρυμὸν, καὶ οὐ θάλασσαν, προὔλεγεν ὁ δαίμων. χωρίῳ δὲ ὀνόματι.

Ἐπαμῦναι. ἐπιβοηθῆσαι. δοτικῇ δὲ συντάσσεται. Ἐπήμυνε τοῖς ἀδικουμένοις. καὶ ἐπάμυνον. βοήθησον.

Ἐπαμφοτερίσαι. εἰς ἀμφιβολίαν ἀγαγεῖν τὸν λόγον, ὡς καθ' ἑκάτερον ἐλέγχεσθαι.

Ἐπανάκρουσαι πάλιν. ἀπὸ τῶν ἐρετῶν, [2] ὅταν τρέψαντες τὴν πρύμναν ἀνακρούσωνται, ἵνα ὀπίσω τὸ πλοῖον ἀναχωρήσῃ. [3] Ἀριστοφάνης Ὄρνισι· Δεῦρ' ἐπανάκρουσαι πάλιν. ἀντὶ [4] τοῦ, ἐπανάκαμψον. ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν τὰς ἡνίας ἀνακρουομένων, ἢ τὰς ναῦς. ἢ ὑπόστρεψον. ἐπάνιθι. ἐπανάκρουσις δὲ κυρίως τὸ ἐπισχεῖν τῆς ἐπερχομένης ναὸς μεθ' ὁρμῆς εἰς τὸν ὅρμον, ἵνα μὴ προσπελασθεῖσα θραυσθῇ. τὸ δὲ πάλιν, ἐπὶ τοῦ ὀπίσω ἀπὸ τῶν εἰς τοὔμπροσθεν ἐρεσσόντων. ἢ ἀντὶ τοῦ, ᾄσας πρὸ τούτου, πάλιν ᾆσον, καὶ ἐπανάλαβε.

tro: [qua voce hic usus est Aristophanes per
mis retro agunt. Vel hic est hujus loci sensus: Si

Ἐπαναβάλεσθε. περιστολίσασθε. Ἱμάτια τἀνδρεῖα περιστολίσασθε.

Ἐπαναβαίνω. δοτικῇ συντάσσεται. Οἱ δὲ ἐπανέβαινον τῷ ὄρει. καὶ γενικῇ. Ἐπαναβαίνειν τῶν τοιούτων τῆς νεὼς πειρώμενοι.

Ἐπαναφορά. [5] ἀναφέρειν καὶ ἀνακοινοῦσθαι τῷ πλήθει.

Ἐπαναχθέντες. [6] ἐπανακομισθέντες.

Ἐπανέβην. αἰτιατικῇ.

Ἐπανεθήσεται. ἀντὶ τοῦ ἐπαφεθήσεται. Κἀμοί τε τῶν τελῶν ἐπανεθήσεται, καὶ μεγάλα κερδανῶ.

Ἐπανέντας. ἀφέντας.

Ἐπανείχετο. ἐπανελάβετο. Ὁ δὲ τὸν πρὸς Γέτας πόλεμον ὡς μάλιστ' ἐπείγοντα, ἐπανείχετο.

Ἐπανετείνοντο. δοτικῇ. Ξενοφῶν· Ἐπανετείνοντο δὲ καὶ μείζονες ἐλπίδες τοῖς ἀξίοις, ἔπαινοί τε, καὶ εἴ τι ἐν τῷ ἐπιόντι χρόνῳ ἀγαθὸν εἶναι μεῖζον φαίνοιτο. Ἐπανετείνοντο οὖν, ἐν προσδοκίᾳ ἦσαν. ἢ ηὔξοντο, ἐμεγαλύνοντο.

Significabat autem draco iste, Epaminondam ab iis genus ducere, qui *Sparti* vocabantur; [quod e satis draconis dentibus nati crederentur.] Huic Epaminondæ inter clarissimos Græcorum Imperatores merito quis principem locum tribuat, vel saltem eum nulli secundum dixerit. † Epaminondas accepto oraculo, quo pelagus cavere jubebatur, navem conscendere veritus est. At Deus præmonuerat, non mare, sed saltum ei vitandum esse, cui Pelagus nomen erat.

Ἐπαμῦναι. Auxiliari. Opem ferre. Cum dativo construitur. Ut, *Injuriam patientibus opem tulit*. Et ἐπάμυνον. Opem fer.

Ἐπαμφοτερίσαι. Oratione ambigua uti; & quæ in utramque partem accipi possit.

Ἐπανάκρουσαι. Recede. Retro cursum flecte. Translatio ducta est a remigibus, cum puppe non conversa navem in posticam partem repellunt. Aristophanes *Avibus: Huc revertere*. Ἐπανάκρουσαι enim hic idem significat, quod ἐπανάκαμψον. Metaphora autem ducta est ab illis, qui habenis retractis equos recedere cogunt. Vel ab iis, qui navem remis retro agunt. [Sensus igitur est,] revertere; redi. Ἐπανάκρουσις autem proprie est, cum navis, quæ celeri cursu portum subit, inhibetur, ne terræ illisa frangatur. Πάλιν vero significat retranslationē ductam] a remigibus, qui navē reante cecinisti, iterum cane, & carmen itera.

Ἐπαναβάλεσθε. Induite. Vestes viriles inductis.

Ἐπαναβαίνω. Cum dativo construitur. *Illi vero in montem adscendebant*. Et cum genitivo: ut, *Talium hominum navem conscendere conantes*.

Ἐπαναφορά. Relatio ad populum. Relatio.

Ἐπαναχθέντες. Revecti. Relati. Reversi.

Ἐπανέβην. Accusativo jungitur. Conscendi.

Ἐπανεθήσεται. Remittetur. *Et mihi de vectigalibus aliquid remittetur: unde magnum ad me lucrum redibit*.

Ἐπανέντας. Illos, qui remiserunt, aut dimiserunt.

Ἐπανείχετο. Iterum suscepit. Resumpsit. *Ille vero bellum contra Getas, ut maxime urgens, resumpsit*.

Ἐπανετείνοντο. Dativo jungitur. Intentabantur. Proponebantur. Xenophon: *Illis vero, qui [præmiis videbantur] digni, majores etiam spes proponebantur, & laudes, & si quod majus bonum in posterum fore videbatur*. Ἐπανετείνοντο igitur significat, expectabant: vel, augebantur, magnifice extollebantur.

1 Σπαρτῶν] Sic recte habent MSS. Paris. itemque Pausanias loco laudato. At priores Editt. male Σπαρτιατῶν. Σπαρτοὶ autem appellabantur Thebani, quod ex dentibus draconis a Cadmo satis procreati esse crederentur. Res nota est ex Æschylo, Pindaro, aliisque scriptoribus veteribus.

2 Ὅταν τρέψαντες τὴν πρ.] Quamvis sic habeant libri tam manu exarati quam excusi, puto tamen addita negatione scribendum esse, ὅταν μὴ τρέψαντες τὴν πρύμναν. Remiges enim ἐπανακρούεσθαι, vel κρούεσθαι τὴν πρύμναν dicebantur, cum ipsi quidem conversi, at puppi non conversa, navem in posticam partem repellerent. Clare Scholiasta Thucydidis ad lib. 1. cap. 1. Πρύμναν κρούεσθαι ἐστὶ, τὸ κατ' ὀλίγον ἀναχωρεῖν, μὴ τρέψαντα τὸ πλοῖον. ὁ γὰρ οὕτως ἀναχωρῶν, ἐπὶ τὴν πρύμναν καταλαμβάνει· τοῦτο δὲ ποιοῦσιν, ἵνα μὴ δόξωσι φανερῶς φεύγειν, ἀλλ' ὅτι κατ' ὀλίγον ὑποχωροῦντες· ἢ ἵνα μὴ τὰ νῶτα τοῖς πολεμίοις δόντες, ῥᾷον περιέχωνται. Hunc locum descripsit Suidas infra v. Πρύμναν κρούεσθαι. Scholiasta Aristophanis ad *Vespas* pag. 457. Τὸ δὲ πρύμναν κρούεσθαι φασὶ τοὺς λέγοντας, ὅταν μεταστραφέντες οἱ ἐρέται, ἐλαύνουσιν ἐπὶ τὴν πρύμναν, ὅπως εἰς λιμένα εἰσέρχωνται, ἵνα τὴν πρύμναν ὡς γῆν ἔχωσι νεύουσαν, καὶ τὴν πρώραν ἔξω, ὅπως αὖθις ἑτοίμως ὦσιν εἰς ἔξοδον αἱ νῆες. Hæc, ut arbitror, conjecturæ nostræ veritatem clare confirmant.

3 Ἀριστοφάνης Ὄρνισι] Pag. 571. (393. Ed. Bas. P.)

4 Ἀντὶ τοῦ, ἐπανάκαμψον] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

5 Ἐπαναφορά] Ex Harpocratione.

6 Ἐπανακομισθέντες] Hanc vocem ex uno MS. Paris. addidi, quæ in prioribus Editt. desideratur.

Ἐπανέχειν. Οἰκείᾳ συνέσει χρᾶσθαι, καὶ μὴ ταῖς βίβλοις ἐπανέχειν.

Ἐπανέχειν. Incumbere. [*Oportet*] *propria prudentia uti, nec libris semper incumbere.*

Ἐπανέχειν. ὑψοῦν.

Ἐπανέχειν. In altum tollere. Extollere.

Ἐπανεῖπον. ἐκήρυξαν. Θουκυδίδης η'· Τῶν δὲ διαφυγόντων θάνατον καταγνόντες, ἐπανεῖπον ἀργύριον τῷ ἀποκτείναντι.

Ἐπανεῖπον. Edixerunt. Per præconis vocem edixerunt. Thucydides libro octavo: *Illos autem, qui aufugerant, capite damnarunt, & pecuniam per præconis vocem promiserunt illi, qui ipsos interfecisset.*

Ἐπάνηκε. ἐπάνελθε.

Ἐπάνηκε. Reverte. Redi.

Ἐπανήρατο. ἐπειρᾶτο. εἵλετο.

Ἐπανήρατο. Tentavit. Suscepit. Aggressus est.

Ἐπανῃρημένος. προῃρημένος. θέλων.

Ἐπανῃρημένος. Qui aliquid suscepit. Qui aliquid sibi proposuit faciendum.

Ἐπανιτέον. ἐπανακτέον.

Ἐπανιτέον. Revertendum est. Redeundū est.

Ἐπανιστῶ. δοτικῇ. καὶ ἐπανίσταμαι, δοτικῇ.

Ἐπανιστῶ. Dativo jungitur. Concito aliquē in alium. Et ἐπανίσταμαι, itidem dativo. Insurgo in aliquem.

Ἐπανορθῶ. αἰτιατικῇ.

Ἐπανορθῶ. Corrigo. Emendo.

Ἐπαντλῶ. αἰτιατικῇ.

Ἐπαντλῶ. Aquam haustā in aliquid infundo.

Ἐπάντους. ὑψηλοῦ. [1]Θουκυδίδης· Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι βαλλόμενοι ὑπὸ πολλῶν ἀπὸ τοῦ λόφου ἐπάντους ὄντος, διικνοῦντο γὰρ ῥᾷον οἱ ἄνωθεν, οὐ δυνάμενοι βιάσασθαι, ἀνεχώρουν.

Ἐπάντους. Acclivis. Excelsi. Alti. Thucydides: *Athenienses autem, quod multi de excelso colle sagittis eos peterent, (tela enim e loco superiore missa facilius penetrabant) cum locum vi expugnare non possent, recesserunt.*

Ἐπαποδυώμεθα. ἀντὶ τοῦ ἐπιχειρήσωμεν. [2]Ἀριστοφάνης· Ἀλλ' ἐπαποδυώμεθα τουτῳὶ τῷ πράγματι.

Ἐπαποδυώμεθα. Suscipiamus. Aggrediamur. Aristophanes: *Sed aggrediamur, viri, hoc negotium.*

Ἐπαπόρησις. ἀπορία.

Ἐπαπόρησις. Dubitatio.

Ἐπαποδύρομαι. αἰτιατικῇ.

Ἐπαποδύρομαι. Defleo. Lugeo.

Ἐπάρας.[3] πείσας. Θρασυτάτους ἄνδρας ἐλπίσιν εὐεργεσιῶν ἐπάρας ἀνοσίων ἔργων ἀρχηγοὺς γενέσθαι. Καὶ αὖθις· [4]Μειζόνως ἐπαινέσας, τοῖς τε ἄλλοις ἐπάρας, καὶ ὅτι ἀποχρῶν ἔσται τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ὠνεῖσθαι τὰ ἐπιτήδεια τῆς ξυμβαινούσης τιμῆς. Καὶ αὖθις· Καὶ καταψευσάμενος τοῦ βασιλέως θάνατον, καὶ ἐπάρας πολλοὺς τὰ λυσιτελῆ οἱ φρονεῖν, καὶ τῆς ἐκείνου μερίδος εἶναι, ἤθροισε δύναμιν ῥᾳδίως πολλήν.

Ἐπάρας. Qui impulit. Qui persuasit. Qui induxit. *Cum autem audacissimos homines spe beneficiorum ad nefaria facinora perpetranda impulisset.* Et iterum: *Cum pluribus laudibus eos cumulasset, & tum aliis dictis ad rem aggrediendam impulisset, tum etiam his; militibus suis non defuturos esse commeatus, quos æquo pretio emant.* Et iterum: *Et cum falsum de morte Regis rumorem divulgasset, multosque induxisset, ut commodis suis studerent, partibusque suis se adjungerent, facile ingentem exercitum coegit.*

Ἐπάρατοι. [5]ἐπαγωγοί. καὶ ἐπάρατος. ἐπικατάρατος.

Ἐπάρατοι. Maledicti. Execrandi. Et ἐπάρατος. Maledictus. Execrandus.

Ἐπαρήγειν. βοηθεῖν.

Ἐπαρήγειν. Auxiliari.

Ἐπαρώμενοι. δοτικῇ. καταρώμενοι.

Ἐπαρώμενοι. Dativo jungitur. Imprecantes.

Ἐπαρκῶ. δοτικῇ.

Ἐπαρκῶ. Sufficio. Suppedito. Dativo jungitur.

Ἐπαρτήσας. ἐπικρεμάσας. Ὁ δὲ εἰς πέρας ἤγαγεν αὐτούς, κακὴν δουλείαν ἐπαρτήσας αὐτοῖς. καὶ αὖθις Αἰλιανός· [6]Μὴ ὑποδέξασθαι τὰς ψυχὰς αὐτῶν σὺν εὐμενείᾳ, ἀλλ' ἐπαρτῆσαι τὰς δι' αἰῶνος τιμωρίας αὐτοῖς.

Ἐπαρτήσας. Qui supra aliquem aliquid suspendit. [Qui injunxit. Qui imposuit.] *Ille autem ad finem eos perduxit, postquam malam servitutem cervicibus eorum imposuisset.* Et iterum Ælianus: [*Precati sunt,*] *ne animas eorum propitius susciperet, sed æternas pœnas eis irrogaret.*

Ἐπαρτωμένων. ἐπικρεμαμένων. Τὸν ἄνδρα ἐπὶ τοσόνδε καρτερίας ἐλθεῖν, ὥστε μεγίστων φόβων ἐπαρτωμένων, καὶ βασάνων προσαγομένων αὐτῷ, οὐδὲν τῶν ἀπορρήτων εἰπεῖν.

Ἐπαρτωμένων. Impendentium. [*Ajunt*] *virum illum adeo constantis & obfirmati animi fuisse, ut nec impendente gravissimorum malorum metu, nec tormentis admotis adduci posset, ut arcana enuntiaret.*

Ἐπαρυστρίδες. ἀντλητίδες.

Ἐπαρυστρίδες. Haustra. Hydriæ. Situlæ.

1 Θουκυδίδης] Lib. VII. cap. LXXIX.
2 Ἀριστοφάνης] *Lysistrata*, pag. 876. (555. Ed. Bas. P.)
3 Ἐπάρας] Vide infra v. Ἐπῆρε.
4 Μειζόνως ἐπαινέσας, τοῖς τε ἄλλοις ἐπ.] Idem fragmentum legitur etiam supra v. Ἀποχρῶν.
5 Ἐπαγωγοί] Hæc interpretatio mihi suspecta est.
6 Μὴ ὑποδέξασθαι τὰς ψυχ.] Fragmentum hoc ampliari potest ex Suida infra v. Κατεύχεται.

Ἔπαρχος

Ἔπαρχος πραιτωρίων. ὁ τὴν ἐξουσίαν τῆς φρουρᾶς τῆς βασιλικῆς ἔχων [1] ἐπίταξιν ἔχων παρὰ Ῥωμαίοις.

Ἐπάσαντο. ἐγεύσαντο.

Ἐπαοιδός. φαρμακός. γόης. καὶ θηλυκῶς, ἐπαοιδός.

Ἐπαυδῆσαι. ἐπειπεῖν.

Ἐπαύλειος. ἡ τῆς αὐλῆς ὁδός.

Ἐπαύλια [2] λέγεται, καθ᾽ ἃ ἐν τῇ τοῦ νυμφίου οἰκίᾳ ἡ νύμφη τότε πρῶτον ἐπηύλισται. καλεῖται δ᾽ ἐπαύλια καὶ τὰ μετὰ τὴν ἐχομένην ἡμέραν τῶν γάμων παρὰ τοῦ τῆς νύμφης πατρὸς δῶρα φερόμενα τῷ νυμφίῳ καὶ τῇ νύμφῃ ἐν πομπῆς σχήματι. παῖς γὰρ ἡγεῖται χλανίδα λευκὴν ἔχων, καὶ λαμπάδα καιομένην. ἔπειτα μετὰ τοῦτον κανηφόρος· εἶθ᾽ αἱ λοιπαὶ ἀκολουθοῦσιν ἐφεξῆς, φέρουσαι χρυσία, λεκανίδας, σμήγματα, φορεῖα, κτένας, κοίτας, ἀλαβάστρους, σανδάλια, θήκας, [3] μυραλοιφεῖα. ἐνίοτε δὲ καὶ τὴν προῖκα ἅμα τῷ νυμφίῳ φέρουσιν. οἱ δέ φασιν ἐπαύλια τὴν δευτέραν μετὰ τοὺς γάμους ἡμέραν καλεῖσθαι, ἐν ᾗ πρῶτον ἐπαυλίζεται τῷ νυμφίῳ ἡ νύμφη. ἐπαύλιον δὲ, μονή. Περὶ Ἑκάλης θανούσης·

—Ἴθι πρηεῖα γυναικῶν
Τὴν ὁδὸν, ἣν ἀνίαι θυμαλγέες οὐ περόωσι.
Πολλάκι [4] σεῖο, μαῖα, [5] φιλοξείνοιο καλιῆς
Μνησόμεθα· ξυνὸν γὰρ ἐπαύλιον ἔσκεν ἅπασιν.

Ἔπαυλις. ἡ οἰκία, ἐν ᾗ τὴν αὐλὴν ποιοῦνται. αὖλις δὲ, ἡ κοίτη. καὶ ἐπαυλόσσυτος, ὁ εἰς τὴν ἔπαυλιν ἰών.

— Οὔτε [6] τιν᾽ ἀνδρῶν,
Οὔτε [7] βροτῶν βλάψας, οἴχετ᾽ ἐπαυλόσσυτος.

περὶ λέοντος ὁ λόγος.

Ἐπαυλόσσυτος. ὁ εἰς τὴν ἔπαυλιν ἰών. καὶ ἐπαυλίζονται, ἐπισκιάζονται.

Ἔπαυλις. μάνδρα βοῶν, καὶ προβάτων αὐλή. [8] Τότε μὲν οὖν ἀμφότεροι τὴν ἔπαυλιν ἐπὶ τοῦ χώματος ἐποιήσαντο οἵ τε Ῥωμαῖοι, καὶ οἱ Καρχηδόνιοι. τουτέστι, τὴν κοίτην.

Ἐπαύρασθαι. ἐπαπολαῦσαι. Τούτων τὴν αἴτησιν προσιεμένων, καὶ συγχωρούντων ἐπαύρασθαι τῆς χλιδῆς. Καὶ αὖθις· Ἄπιθι τῆς Ἀκαδημίας, καὶ φεῦγε φιλοσοφίαν. οὐ γάρ σοι θέμις ἐπαύρασθαι αὐτῆς. ὁρᾷ γὰρ πρὸς σε ἔχθιστον. [9] πρὸς Κλέαρχον ὁ λόγος τὸν Σολέα, ὃς ἔγραψε διάφορα.

Ἔπαρχος πραιτωρίων. Sic apud Romanos dicebatur Præfectus Prætorio, cujus curæ tributa gentium Orientalium commissa erant.

Ἐπάσαντο. Gustarunt.

Ἐπαοιδός. Incantator. Veneficus. Præstigiator. Et fœminino genere ἐπαοιδός, incantatio.

Ἐπαυδῆσαι. Alloquutum esse. Alloqui.

Ἐπαύλειος ὁδός. Via vestibuli, vel aulæ.

Ἐπαύλια. Hæc vox dicta est ab ἐπαυλίζεσθαι, i. e. in aliquo loco commorari, vel pernoctare: quod tunc sponsa primum in domo sponsi pernoctaret. Ἐπαύλια vero dicebantur etiam munera illa, quæ postridie nuptiarum a sponsæ patre sponso & sponsæ cum pompæ specie ferebantur. Puer enim præcedebat, alba veste indutus, & facem accensam tenens: quem canistrifera excipiebat. Hanc deinceps reliquæ sequebantur, ferentes aurea vasa, patellas, smegmata, lecticas, pectines, lectos, alabastra, sandalia, thecas, pyxides unguentarias. Interdum etiam dotem simul sponso afferebant. Alii vero dicunt ἐπαύλια vocari secundum a nuptiis diem, quo sponsa primum in domo sponsi pernoctabat. Significat autem ἐπαύλιον, mansionem, sive stationem, hospitium, domicilium. [Callimachus] de Hecale defuncta ait: *I, mitissima mulier, viam illam, quam dolores animum cruciantes non attingunt. Nos interim sæpe, grandæva mater, memores erimus hospitalium ædium tuarum; quæ commune omnium hominum hospitium quondam fuerunt.*

Ἔπαυλις, Domus, in qua quis pernoctat, vel commoratur. Αὖλις enim significat stationem, stabulum, vel cubile. Et ἐπαυλόσσυτος, qui se ad domicilium vel cubile suum confert. [In Epigrammate:] *Nec ullo pastorum pecorumve læso, cubile* [vel lustrum] *suum repetiit.* De leone hæc dicuntur.

Ἐπαυλόσσυτος. Qui in stationem, vel domicilium suum abit. Et ἐπαυλίζονται, inumbrantur.

Ἔπαυλις. Stabulum boum, oviumque caula. [Locus, in quo quis commoratur. Domicilium.] *Tunc igitur utrique, & Romani & Carthaginenses, in aggere pernoctarunt.* Ἔπαυλις hic idem significat, quod κοίτη, i. e. cubile.

Ἐπαύρασθαι. Frui. Fructum percipere. *His illorum petitionem admittentibus, & permittentibus, ut his deliciis fruerentur.* Et iterum: *Abi ex Academia, & fuge Philosophiam. Neque enim tibi fas est ea frui, quæ infestis oculis te intuetur.* Hæc dicuntur ad Clearchum Solensem, qui varia scripsit.

1 Ἐπίταξιν] Sic recte unus MS. Paris. At priores Editt. male, ἐπίταξιν.

2 Ἐπαύλια λέγεται ——— ἐνίοτε δὲ καὶ τὴν προῖκα] Hæc omnia αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Eustathium ad Il. Ω. pag. 1337. qui ea ex Lexico Pausaniæ se descripsisse testatur.

3 Μυραλοιφεῖα] Eustathius loco laudato habet, μύρα, νῆτρα. Sed lectio Suidæ magis placet.

4 Σεῖο, μαῖα] Metri gratia scribendum est, σεῖ᾽, ὦ μαῖα: ut recte me monuit Illustris Bentlejus.

5 Φιλοξείνοιο καλ.] De Hecales hospitalitate habes & infra v. Ἑκάλη.

6 Οὔτε τιν᾽ ἀνδρῶν, οὔτε βρ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate, quod integrum exstat Anthol. lib. i. cap. xxxiii. pag. 71. Sed ibi pro ἐπαυλόσσυτος, legitur ἀπαυλόσσυτος, id est, a caula recedens: quæ lectio magis placet.

7 Βροτῶν] Scribe βοτῶν, id est pecudum: ut recte legitur in Anthologia loco laudato.

8 Τότε μὲν οὖν ἀμφότεροι τὴν ἔπ.] Fragmentum hoc Casaubonus Polybio tribuit.

9 Πρὸς Κλέαρχον ὁ λόγος τὸν Σολέα] Imo de Clearcho Pontico hæc intelligenda sunt, ut patet ex ipso Suida infra v. Κλέαρχος, ubi locum integrum vide. Notula autem hæc non est ipsius Suidæ, sed a librario aliquo ad marginem prius adscripta, in textum postea irrepsit: ne quis Grammaticum nostrum sui hic oblitum esse, vel a se ipso discrepare putet.

Ἐπαυρίζω. τὸ φυσῶ. καὶ ἐπαυρίσκω.

Ἐπ' αὐτόπτῃ. ἐπ' αὐτοφώρῳ.

Ἐπ' αὐτοφώρῳ. ἐπ' ὀφθαλμοῖς, ἐπ' αὐτῷ τῷ κλέμματι ἁλούς. [1] Ὁ δὲ ἐπ' αὐτοφώρῳ τὴν πρᾶξιν λαβὼν ἐν Καρχηδόνι, ἐξηπατῆσθαι πρὸς τῆς γυναικὸς ἑκών γε εἶναι.

Ἐπαυχοῦσι. μέγα φρονοῦσι. καὶ [2] Ἀριστοφάνης· Ἐπαυχήσαιτο τοῖς σοῖς λόγοις. ἀντὶ τοῦ ἐμεγαλοφρόνησεν.

Ἐπαυχῶ. βεβαίως οἶδα. [3] Σοφοκλῆς·

Ὡς κἀμ' ἐπαυχῶ τῆσδε τῆς φήμης ἄπο
Δεδορκότ' ἐχθροῖς ἄστρον ὣς, λάμψειν ἔτι.

Ἐπαφαυάνθην.[4] ἐξηράνθην. [5] Ἀριστοφάνης Βατράχοις· Ὥστ' ἀπεφαυάνθην Παναθηναίοις γελῶν.

Ἐπαφώμενον. γενικῇ. ψηλαφώμενον. Ὁ δὲ τοῦ τόξου ἐπαφώμενος, ὡς καὶ ταύτῃ περιορᾶν δοκεῖν τὰ Ῥωμαίων πράγματα.

Ἐπαφρόδιτος. ἐπίχαρις. ἡδύς. Ἀππιανός· Καὶ μὴν ἐν πᾶσιν ἐπαφροδισίαν ὑπεραίρων, ἐσεμνολόγει περὶ ἑαυτοῦ.

Ἐπαφρόδιτος,[6] Χαιρωνεύς, γραμματικός, Ἀρχίου τοῦ Ἀλεξανδρέως γραμματικοῦ θρεπτός, παρ' ᾧ παιδευθεὶς, ὠνήθη ὑπὸ τοῦ Μοδέστου, ἐπάρχου Αἰγύπτου, καὶ παιδεύσας τὸν υἱὸν αὐτοῦ Πετηλῖνον, ἐν Ῥώμῃ διέπρεψεν ἐπὶ Νέρωνος, καὶ μέχρι Νέρβα, καθ' ὃν χρόνον καὶ Πτολεμαῖος ὁ Ἡφαιστίωνος ἦν, καὶ ἄλλοι συχνοὶ τῶν ὀνομαστῶν ἐν παιδείᾳ. ὠνούμενος δὲ ἀεὶ βιβλία, ἐκτήσατο μυριάδας τρεῖς, τούτων δὲ σπουδαίων καὶ [7] ἀνακεχωρηκότων. τὸ δὲ σῶμα ἦν μέγας τε καὶ μέλας, ὡς ἐλεφαντώδης. ᾤκει δὲ ἐν τοῖς καλουμένοις Φαινιανοκορείοις, δύο οἰκίας αὐτόθι κτησάμενος. ὁ δὲ καὶ ε' ἔτος ἄγων ἐτελεύτησεν, ὑδέρῳ περιπεσών. συγγράμματα δὲ κατέλιπεν ἱκανά.

Ἐπαφροδιτώτερος. ἐπιχαριτώτερος.

Ἐπάχνωσεν.[8] ἐλύπησεν. ἔφθειρεν. μεταφορὰ ἀπὸ τῆς πάχνης, τῆς φθειρούσης, καὶ λύπην ἐμποιούσης τοῖς φυτοῖς. [9] Ἡσίοδος·

Καί τε σμικρὸν ἐὸν τό γ' ἐπάχνωσεν φίλον ἦτορ.

Ἐπαιγίζων.[10] σφοδρῶς πνέων.

Ἐπαινέσας. ἀποδεξάμενος εὐχαρίστως. Οὓς ἐπαινέσας τῆς προθυμίας, ἀρκεῖσθαι ἔφη τοῖς παροῦσι. καὶ αὖθις· Ἐπαινέσας αὐτὴν τῆς φιλανδρίας.



Ἐπαυρίζω. Aura afflo. Leniter adspiro. Et ἐπαυρίσκω, fruor.

Ἐπ' αὐτόπτῃ. In conspectu. In ipso facto.

Ἐπ' αὐτοφώρῳ. In conspectu. Palam. Proprie de eo dicitur, qui in ipso furto deprehenditur. *Cum autem Carthagine rem manifeste deprehendisset, ab uxore volens deceptus est.*

Ἐπαυχοῦσι. Gloriantur. Sese jactant. Aristophanes: *Dictis tuis gloriatus est.* Vel, sese jactavit.

Ἐπαυχῶ. Glorior. Certo persuasus sum. Sophocles: *Et ob redditum mihi oraculum istud persuasus sum, me viventem adhuc hostibus instar sideris effulsurum esse.*

Ἐπαφαυάνθην. Exsiccatus sum. Aristophanes *Ranis*: *Panathenæis risu pene emortuus sum.*

Ἐπαφώμενον. Genitivo jungitur. Attrectantium. *Ille vero manibus arcum contrectans, ut & eo modo res Romanorum contemnere videretur.*

Ἐπαφρόδιτος. Venustus. Jucundus. [Et ἐπαφροδισία, venustas.] Appianus: *Et venustatem suam in omnibus rebus extollens, magnifice sese jactabat.*

Ἐπαφρόδιτος. Epaphroditus, Chæronensis, Grammaticus, Archiæ Alexandrini Grammatici alumnus, apud quem institutus, a Modesto Ægypti Præfecto emptus est, cujus filium Pitelinum instituit. Claruit Romæ sub Nerone ad Nervam usque: quo tempore & Ptolemæus Hephæstionis filius vixit, & multi alii viri doctrina clari. Idem, cum libros subinde emeret, ad xxx. mille sibi comparavit, eosque bonos & minime vulgares. Corpore fuit magno & nigro, instar elephanti; habitavitque in Phænianocoriis, ita dictis, ubi binas ædes habuit. Decessit aqua intercute, annum agens LXXV. multaque scripta reliquit.

Ἐπαφροδιτώτερος. Venustior. Jucundior.

Ἐπάχνωσεν. Dolore affecit. Cruciavit. Corrupit. Translatio ducta est a pruina, quæ plantas corrumpit, iisque nocet. Hesiodus: *Res ista, quamvis parva, dolore tamen dilectum animum affecit.*

Ἐπαιγίζων. Vehementer spirans.

Ἐπαινέσας. Qui laudavit. Qui probavit. Qui gratias egit. *Quibus cum ob promptum studium gratias egisset, se præsentibus contentum esse dixit.* Et iterum: *Cum amorem ejus erga maritum laudibus prosecutus fuisset.*

1 Ὁ δὲ ἐπ' αὐτοφώρῳ τὴν πρ.] Fragmentum hoc legitur apud Procopium *Hist. Arc.* cap. 1.

2 Ἀριστοφάνης] *Avibus*, pag. 571. (393. Ed. Bas. *P.*) sed ubi sic legitur: Ἐπαυχήσεις δὲ τοῖσι σοῖς λόγοις.

3 Σοφοκλῆς] *Electra* pag. 83. ut Portus monuit.

4 Ἐπαφαυάνθην] Imo, ἀπεφαυάνθην, ut recte legitur in subjuncto loco Aristophanis.

5 Ἀριστοφάνης Βατράχοις] Pag. 263. (173. Ed. Bas. *P.*)

6 Ἐπαφρόδιτος] Epaphroditus hic Grammaticus fuit celebris, cujus veteres Grammatici & Scholiastæ sæpe meminerunt. Citatur ἐν ταῖς λέξεσιν, a Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 353. Ἐν ὑπομνήματι Καλλιμάχου Αἰτίων β', a Scholiasta Æschyli ad *Eumenides*, v. 2. Ἐν ὑπομνήματι τῆς Ἰλιάδος ab Etymologo v. Γάργαρος. Ἐν ὑπομνήματι τῆς Ὀδυσσείας, ab eodem Etymologo v. Ἄργη, & v. Κεφαλληνία. Præterea absque nomine operis laudatur a Scholiasta Theocriti ad Idyll. 1. v. 117. a Suida infra v. Νάρθηξ: ab Etymologo pluribus in locis: ab Eustathio ad Il. Λ. pag. 886. 53. & ad Il. Τ. pag. 1172. 21.

7 Ἀνακεχωρηκότων] Vide supra h. v.

8 Ἐπάχνωσεν. ἐλύπ.] Apollonius Rhodius lib. IV. v. 1279.

——Ἐν δ' ἄρα πᾶσι
Παχνώθη κραδίη.

Scholiasta ad illum locum: Παχνώθη. ἀντὶ τοῦ ἐπάγη. ἐλυπήθη. ὁ τρόπος εἴληπται ἀπὸ τῆς πάχνης. Vide etiam infra v. Παχνοῦται.

9 Ἡσίοδος] Ἐν Ἔργ. καὶ Ἡμ. v. 360.

10 Ἐπαιγίζων] Est vox Homerica Il. Β. v. 148.

Ἐπαινέ-

Ἐπαινέτης. Ἀῤῥιανός· Τῶν τε ξὺν κόσμῳ δρωμένων ἐπαινέτης, καὶ τῶν ἀκοσμήτων ἐν τῷ παραυτίκα ἐπιτιμητὴς, καὶ τῶν ἐς ὕστερον κολαστής.

Ἐπαινεῖσθε. ἀντὶ τοῦ καυχᾶσθε. Δαβίδ· Ἐπαινεῖσθε ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ.

Ἐπαιόμεθ' ἐν Βραυρῶνι. συνουσιάζομεν. ἠλαύνομεν. Βραυρὼν δὲ τόπος Ἀθήνησι.

Ἐπαιώνιστο.[2] εὐφήμιστο.

Ἐπαιρόμενος.[3] Δημοσθένης ἐν μὲν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος ἀντὶ τοῦ, ἐπαναλυόμενος. [4]ἀλλαχοῦ δέ.

Ἐπαίρω. ὑψῶ.

Ἐπαίρεσθαι. τὸ φυσᾶσθαι.

Ἔπαισεν. ἔτυψεν. ἔκρουσεν. Ἔπαισε δὲ τὸν ἵππον τῇ λόγχῃ.

Ἐπαισχής.[5] αἰσχύνης παραίτιον. Κἀμοὶ μὲν ἐπαισχὲς ἐστι τὸ πρᾶγμα καὶ βλαβερόν, κἀκείνῳ πολὺ αἴσχιον, καὶ βλαβερώτερον. † Τῆς μὲν προσεδρείας ἐπιπόνου οὔσης· τὸ δὲ ἀποχωρῆσαι, ἐπαισχές.

Ἐπαίτης. ὁ πτωχός. καὶ κλίνεται ἐπαίτου.

Ἐπαίχθη. ἐνεπαίχθη. ἐκ τοῦ παίζω. Ἐπίχθη δὲ, ἐκτενίσθη.

Ἐπέβαλεν. ἤρξατο. ἐπεχείρησεν. ἢ ἀντὶ τοῦ συνῆν. Ὃς [6]καὶ Ἑκαταίῳ τῷ Μιλησίῳ ἐπέβαλεν, γεγονότι κατὰ τὰ Περσικά, καὶ [7]μικρῷ πρὸς. ἐξέτεινε δὲ μέχρι τῶν [8]Περδίκκου χρόνων. Ἐπιβολὴ δὲ λέγεται ἔννοια, ἐπιχείρησις.

Ἐπεβάτευον. συνουσίαζον. [9]Ἡρακλῆς φησι πρὸς τὸν Διόνυσον· Ποῖ γῆς ἀπεδήμεις; ὁ δέ φησιν· Ἐπεβάτευον Κλεισθένει. τὸ ἐπιβατεύειν, ἐπὶ συνουσίας· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ζώων, ἃ ἐπιβαίνοντα συνουσιάζει. ὁ δὲ Κλεισθένης ἐπ' αἰσχρότητι κωμῳδεῖται. λεῖος δὲ τὸ γένειον, ὡς εὐνούχῳ εἰκάζειν αὐτόν. τὸν δὲ Κλεισθένην καὶ ἐπὶ τοῦ πασχητιᾷν κωμῳδοῦσι. τὸ δὲ ἐπεβάτευον, χακέμφατον.

am Comici hunc Clisthenem traducebant, est vox obscœna.

Ἐπέβρισεν. ἐπεβάρησεν.

Ἐπεγράφου. ἀντὶ τοῦ [10]ἔξω γράφεις. Ἀριστοφάνης·

Καὶ γὰρ σὺ μεγάλην ἐπεγράφου τὴν Γοργόνα.

καὶ [11]ἐπεγράψατο, ἀντὶ ἀπεγράψατο, ἐχειροτόνησε, κατέστησεν. ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν μετοίκων, τοὺς προστάτας προσγραφόντων ἑαυτοῖς.



Ἐπαινέτης. Laudator. Arrianus: *Ea, quæ recte & decenter fiebant, laudibus prosequebatur; quæ secus, in præsens verbis castigabat, & deinde puniebat.*

Ἐπαινεῖσθε. Gloriamini. David: *In sancto ipsius nomine gloriamini.*

Ἐπαιόμεθ' ἐν Βρ. *Braurone subigebamus.* Vel, subagitabamus. Ἐπαιόμεθα enim hic idem significat quod συνουσιάζομεν. Βραυρὼν autem est locus in Attica.

Ἐπαιώνιστο. Pæane celebratus fuerat.

Ἐπαιρόμενος. Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte hac voce utitur pro ἐπαναλυόμενος. Alibi vero aliter hanc vocem accipit.

Ἐπαίρω. Extollo. Effero.

Ἐπαίρεσθαι. Inflari. Extolli.

Ἔπαισεν. Verberavit. Percussit. *Equum vero percussit hasta.*

Ἐπαισχής. Turpe. Pudendum. *Mihi quidem res ista turpis est & perniciosa: illi vero longe turpior & perniciosior.* †*Cum diu in obsidione istius loci hærere, laboris & molestiæ plenum esset; at re infecta discedere, turpe.*

Ἐπαίτης. Mendicus. Et declinatur ἐπαίτου.

Ἐπαίχθη. Ludibrio habitus est. A παίζω. At ἐπίχθη, pexus est, [a πέκω.]

Ἐπέβαλεν. Cœpit. Aggressus est. Vel, cum aliquo erat. Aliquem sectabatur. *Qui etiam Hecatæum Milesium sectatus est, qui tempore belli Persici, & paulo ante vixit, & ad Perdiccæ usque ætatem pervenit.* Ἐπιβολὴ vero dicitur consilium, conatus, inceptum.

Ἐπεβάτευον. Inibam. Subigebam. Hercules Bacchum rogat: *Quo terrarum profectus eras?* Ille respondet: *Inibam Clisthenem.* Τὸ ἐπιβατεύειν enim de coitu venereo dicitur: per metaphoram ductam ab animalibus, quæ coitura fœminas inscendunt. Clisthenes vero ob impudicitiam a Comicis perstringebatur; eratque mento glabro & vulso, ita ut [Aristophanes] eum eunucho assimilet. Alii etiquod muliebria pateretur. Ἐπεβάτευον vero

Ἐπέβρισεν. Ingruit. Cum pondere incubuit.

Ἐπεγράφου. Inscribebas. Pingebas. Aristophanes: *Nam & tu [clypeo tuo] magnam inscribebas Gorgonem.* Et ἐπεγράψατο, inscripsit, adscivit, suffragio suo elegit, constituit. Metaphora ducta est ab inquilinis, qui [ex civibus] patronum aliquem sibi adsciscebant.

1 Ἐπαιόμεθ' ἐν Βραυρῶνι] Aristophanes *Pace*, pag. 689. (468. Ed. Bas. *P.*)

Αὕτη Θεωρία 'στὶν, ἣν ἡμεῖς ποτε
Ἐπαιόμεσθα Βραυρωνάδ' ἀναπεπωκότες.

Vide ibi Scholiastam.

2 Ἐπαιώνιστο] Scribe ἐπεπαιώνιστο: ut infra suo loco.

3 Ἐπαιρόμενος. Δημοσθ.] Ex Harpocratione.

4 Ἀλλαχοῦ δέ] Adde ex Harpocratione, ἐπ' ἄλλου σημαινομένου φησί.

5 Αἰσχύνης] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. male, αἰσχύνης.

6 Ὃς καὶ Ἑκαταίῳ τῷ Μιλ.] Verba hæc intelligenda sunt de Hellanico, ut patet ex ipso Suida supra v. Ἑλλάνικος: ubi hic ipse locus auctior legitur.

7 Μικρῷ πρὸς] Cum Porto legere malim μικρῷ πρό.

8 Περδίκκου] Sic habent MSS. Paris. At priores Editt. Προδίκου: quam lectionem licet supra v. Ἑλλάνικος probaverim, nunc tamen alteram ei præfero; non solum propter auctoritatem MStorum, sed etiam quia ætates auctorum nomine Regis vel Principis συγχρόνου potius, quam privati alicujus hominis a scriptoribus signari solent. Perdiccas enim fuit Rex Macedonum; at Prodicus, Sophista: de quo Suidas infra suo loco. Intelligendus hic autem est Perdiccas ille, qui Philippum patrem Alexandri M. proxime præcessit: quod ideo moneo, quia inter Reges Macedonum plures Perdiccæ fuerunt.

9 Ἡρακλῆς φησι πρὸς τὸν Διόνυσον] Apud Aristophanem *Ranis* pag. 212. (132. Ed. Bas. *P.*) Vide ibi Scholiastam, cujus scrinia Suidas hic compilavit.

10 Ἔξω γράφεις] Sic omnes Editt. mendose. Scribendum enim esse ἐξεγράφου, recte monuit eruditissimus Pearsonius.

11 Καὶ ἐπεγράψατο, ἀντὶ τοῦ ἀπεγ.] Hæc referenda sunt ad locum illum Aristophanis in *Pace* pag. 672. (459. Ed. Bas. *P.*)

Αὐτὴ προστάτην ἀπεγράψατο.

Vide ibi Scholiastam, cujus verba Suidas hic repetiit.

Ἐπεγρά-

Ἐπεγχάψαντο. ἀντὶ τοῦ [1] διϊσχυρίζοντο. ἐβεβαίουν. Οἱ δὲ [2] εἰς Θρᾴκην εὐδοκιμοῦντα αὐτὸν, οἰκιστὴν ἀντὶ τοῦ Ἅγνωνος ἐπεγχάψαντο.

Ἐπεγχανών. [3] καταγελάσας. Οὐ [4] μὴν ἡ τιμωρὸς δίκη τὸν ὑβριστὴν καὶ ὑπερόπτην εἴασεν ἐπεγχανεῖν τῷ τοῦ [5] Μέλητος θανάτῳ.

Ἐπεδαψιλεύσατο. κατακόρως ἐχρήσατο. Ἐπεδαψιλεύσατο ταῖς ὑποθέσεσι τῆς ἀποκηρύξεως.

Ἐπεδίκασε, [6] καὶ ἐπεδικάσατο. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ὀλυμπιοδώρου. τὸ μὲν ἐπεδίκασεν, οἷον [7] προσέκρινε. τὸ δὲ ἐπεδικάσατο, οἷον ἔπεισε τοὺς δικαστὰς ἑαυτῷ προσνεῖμαι τὸν κλῆρον.

Ἐπέθεντο. ἐπανέστησαν. Οὐδὲ χρημάτων ἀφαιρέσει ἐπέθεντο. ἀντὶ τοῦ ἐλιχνεύσαντο. ἐτέρφθησαν.

Ἐπεθείαζε. μανικῶς διετίθετο. θεόληπτος ἐγίνετο. Μένανδρος. Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἐν ἐπὶ τῶν ζ' λόφων ἀνελθὼν, ἐπεθείαζε ῥήμασι βαρβάροις, καὶ γαύρῳ τῷ φρονήματι μεγαληγορίᾳ ἐχρῆτο.

Ἐπεθείαζον. ἐχόρευον.

Ἐπέθρωσκον. ἐπεπήδων.

Ἐπεκάλει. ὠνείδιζεν. ἐμέμφετο. Καὶ αὐτῷ μὲν οὐδεὶς ἐπεκάλει τῶν πώποτε φίλων, οὔτε ὄκνου πρόφασιν, οὔτε μαλακιζομένῳ τινὰ ἀναβολὴν ἐν ταῖς χρείαις, οὔτε ῥαθυμίαν ἀργίας ἢ δειλίας ἔχοντι. † Ὁ δὲ πολλοῖς ἐπεκάλει τῶν φίλων τὰ τοιαῦτα ἐγκλήματα. ἀντὶ τοῦ ὠνείδιζε. καὶ αὖθις· Ἐπεκάλουν αὐτὸν φθορέα τῶν νέων, καὶ κιναιδολόγον ἀποκαλοῦντες.

Ἐπεκερτόμησεν. ἐχλεύασεν. ἔσκωψεν. Ὁ δὲ ἐπεκερτόμησεν αὐτὸν τῆς ἀβουλίας.

Ἐπέκεινα. παρεκεῖ.

Ἐπεκήρυξαν. [8] διασήμως καὶ διαπρυσίως ἐλάλησαν. Ἐπεκήρυξάν τε τάλαντα δώσειν τῷ μηνύσαντι. καὶ αὖθις· [9] Οἱ δὲ ἀντισχεῖν τῷ δίψει μὴ δυνηθέντες, ἐπεκηρυκεύσαντο.

Ἐπεκηρυκεύετο. διὰ κήρυκος ἔλεγεν. Ἐπεὶ μηδὲ εἷς ἐπεκηρυκεύετο ὑπὲρ τοῦ Λουκίου, διελέγετο αὐτῷ ὁ Δεκέβαλος.

Ἐπέκλωσεν. ἐπεκλήρωσεν. ἐμέρισεν.

Ἐπεγχάψαντο. Asseverarunt. Affirmarunt. Confirmarunt. [Adsciverunt.] *Illi vero [Brasidam,] rebus gestis in Thracia clarum, loco Agnonis conditorem sibi adsciverunt.*

Ἐπεγχανών. Qui aliquem derisit. Qui alicui insultavit. *Haud tamen divina Nemesis insolentem illum & superbum adolescentem Meleti morti impune insultare passa est.*

Ἐπεδαψιλεύσατο. Ad satietatem usque usus est. *Abdicationis argumentis ad satietatem usque immoratus est.*

Ἐπεδίκασε, & ἐπεδικάσατο. Demosthenes in oratione contra Olympiodorum [utroque verbo usus est.] Et ἐπεδίκασε quidem significat, adjudicavit. Ἐπεδικάσατο vero, Judicibus persuasit, ut hæreditatē sibi adjudicarent.

Ἐπέθεντο. Invaserunt. Aggressi sunt. Inhiarunt. *Neque bonorum direptioni inhiarunt.* Ἐπέθεντο enim hic idem significat, quod ἐλιχνεύσαντο, concupiverunt: vel ἐτέρφθησαν, delectati sunt.

Ἐπεθείαζε. Insaniebat. Numinis afflatu agitabatur. Fanatico furore correptus erat. Menander: *Dux vero in unum ex septem collibus adscendit, & fanatici instar barbara verba proloquens, animo insolenti & superbo orationem jactationis plenam habuit.*

Ἐπεθείαζον. [Ut fanatici] saltabant.

Ἐπέθρωσκον. Insiliebant. Insultabant.

Ἐπεκάλει. Exprobrabat. Accusabat. Criminabatur. *Nec ullus unquam amicorum ei exprobravit, quod vel speciosam pigritiæ suæ causam obtenderet; vel in rebus strenue gerendis dilatione uteretur; vel præ socordia & ignavia negligenter quidquam ageret. † Ille vero multis amicorū talia crimina exprobrabat.* Et iterum: *Eum criminabantur, ut juventutis corruptorem, & impudicitiæ magistrum.*

Ἐπεκερτόμησεν. Derisit. Cavillis excepit. *Ille vero inconsultam ejus temeritatem derisit.*

Ἐπέκεινα. Ultra. Trans.

Ἐπεκήρυξαν. Per præconem edixerunt. Clara & clata voce clamarunt. *Illi vero per præconem significarunt, se aliquot talenta daturos esse illi, qui rem indicasset.* Et iterum: *Illi vero, cum sitim ferre non possent, caduceatores de pace facienda miserunt.*

Ἐπεκηρυκεύετο. Per caduceatorem dixit, vel egit. *Cum nemo caduceatorem Lucii gratia mitteret, Decebalus cum eo collocutus est.*

Ἐπέκλωσεν. Injunxit. Distribuit. [Fatum alicui nevit.]

1 Διϊσχυρίζοντο. ἐβεβαίουν] Hæc interpretatio inepta est, nec vim vocis ἐπεγχάψαντο ullo modo exprimit. Certe in exemplo subjuncto vox ista aliter accipitur.

2 Οἱ δὲ εἰς Θρᾴκην εὐδοκ.] Fragmentum hoc intelligendum esse de Brasida, duce Lacedæmoniorum, non solum patet ex ipso Suida supra v. Βρασίδας, ubi hæc ipsa verba occurrunt; sed etiam ex Thucydide, apud quem lib. v. cap. xi. inter alia & hæc leguntur: Καὶ τὸ λοιπὸν οἱ Ἀμφιπολῖται περιέρξαντες αὐτοῦ (i. e. Brasidæ) τὸ μνημεῖον, ὡς ἥρωΐ τε ἐντέμνουσι, καὶ τιμὰς δεδώκασιν ἀγῶνας καὶ ἐτησίους θυσίας· καὶ τὴν ἀποικίαν ὡς οἰκιστῇ προσέθεσαν, καταβαλόντες τὰ Ἁγνώνεια οἰκοδομήματα, &c. Hæc Suidæ lucem non exiguam fœnerantur, & aperte ostendunt, ad quam historiam fragmentum hoc referendum sit.

3 Ἐπεγχανών] Confer Nostrum supra v. Ἐγχανών, & infra v. Ἐπιχάρη.

4 Οὐ μὴν ἡ τιμωρὸς δίκη τὸν ὑβρ.] Fragmentum hoc intelligendum est de Timagora, adolescente formoso, cujus amore captus Melitus mortem sibi conscivit, quod nullis precibus vel blanditiis rigidum ipsius animum flectere posset. Vide infra v. Μέλητος, ubi locus integer cujus fragmentum hoc pars est, ex Æliano adducitur.

5 Μέλητος] Scribe Μελίτου, ut recte infra v. Μέλιτος.

6 Ἐπεδίκασε, καὶ ἐπεδ.] Ex Harpocratione.

7 Προσέκρινε] Sic recte unus MS. Paris. At priores Editt. ut & Harpocratio male, προέκρινε: de quo mendo jam ante etiam Lectorem monuerat Valesius ad Harpocrationem, & προσέκρινε scribendum esse ex sensu hujus loci recte conjecerat.

8 Διασήμως καὶ διαπρυσίως.] Sic melius MSS. Paris. quam priores Editt. in quibus legitur, περισήμως καὶ διαπρυσίως ἐλάλ.

9 Οἱ δὲ ἀντισχεῖν τῷ δ.] Idem fragmentum legitur & supra v. Ἀντισχεῖν.

Ἐπέκλωσεν.

image
not
available

Ἐπεγχάν τε αὐτῷ, ὅτι δὴ ὡς ἥκιστα ἀληθίζεται, ἄμφω τὼ χεῖρε ἀπέκοψεν.

Ἐπενδύτης. τὸ ἐσώτατον ἱμάτιον, ὃ καὶ ὑποχάμισον λέγεται.

Ἐπενήνεον.[1] συγκατετίθεντο.

Ἐπενήνοθεν.[2] ἐπῆνθει. ἐπέκειτο.

Ἐπεντρυφήσαντος. καταπολαύσαντος. Ἔπειτα οὐκ ἀνεκτὰ περὶ τῆς τοῦ χρυσίου παράληψιν καταυθαδισαμένου καὶ ἐπεντρυφήσαντος αὐτοῖς.

Ἐπ' ἐξαγωγῇ. Ἐμαστιγοῦτο ῥάβδοις, εἶτα ἐπ' ἐξαγωγῇ ἐπιπεράσκετο, δειλίας καὶ ἀποδράσεως τίμημα φερόμενος δοῦλος εἶναι.

Ἐπεξιέναι. αἰτιατικῇ, καὶ γενικῇ. Ἐπεξιοῦσα νεάνις ἄρτι τῶν παρθενικῶν θαλάμων.

Ἐπεπάμεθα. ἐκεκτήμεθα.

Πάνθ'[3] ὅσα κ' ἐν ζωοῖς [4]ἐπεπάμεθα, ταῦτα παρ' ᾅδην
Ἔρχομ' ἔχων· λείπω δ' οὐδὲν ὑπ' ἠελίῳ.

Ἐπεπαιάνιστο. ἐξύμνητο.

Ἐπεπαίχειν. ὑπερσυντέλικος, τὸ ἐνεπαίχθην. Ἐπεπέχειν δὲ, ἐπεπέχευσαν. ἐκ τοῦ πέκω, τὸ κτενίζω.

Ἐπεπολεῖτο. ἐπεπορεύετο.

Ἐπεπόνθη. ἀντὶ τοῦ ἐπεπόνθει. καὶ ἑωράκη, ἀντὶ τοῦ ἑωράκει· καὶ ᾔδη, ἀντὶ τοῦ ᾔδει.

Ἐπέπυστο. ἠκούσει.

Ἐπέῤῥαξεν. ἐπέπεσε. συνεπλάκη. μάχην συνῆψεν. Ὁ δὲ πολλὴν διανύσας ὁδὸν, ἄφνω τούτοις ἐπέῤῥαξεν.

Ἐπέραστος. ἐράσμιος.

Ἐπερατώθη. ἐτελειώθη.

Ἐπεραιώθη. ἐπέρασεν. ἐτελειώθη.

Ἐπαίρεσθαι. τὸ φυσοῦσθαι. Ἐπέρεσθαι δὲ, τὸ ἐρωτῆσαι.

Ἐπεῤῥίφην. ἔπεσον.

Ἐπεῤῥώσαντο.[5] ἐπεσείσθησαν. καὶ [6]ἐπεῤῥόθησαν.

Ἐπέρω. τὸ ἐρωτῶ. καὶ ἐπερόμενος, ἐρωτώμενος.

Ἐπεῤῥύη. ἐπέβρυσεν. ἀνέβλυσεν.

Ἐπέσαξε[7] τὴν ὄνον αὐτοῦ. ἀντὶ τοῦ, ἐπεφόρτισεν.

Ἐπέσβη.[8] ἐπεισῆλθε.

Ἐπεσβόλον. λοίδορον. φλύαρον.

Ἐπέσειεν. ἐπανετείνετο. Τοῖς δὲ ἐπέσειε φόβον, ὡς αὐτίκα [9]τεθνήξεσιν.

navit. [Qui objecit. Qui exprobravit.] Procopius: *Cum ipsi exprobrasset, eum manifeste mentiri, ambas ejus manus amputavit.*

Ἐπενδύτης. Indusium: quod & ὑποχάμισον vocatur.

Ἐπενήνεον. Consentiebant. Assentiebantur.

Ἐπενήνοθεν. In superficie efflorescebat. In parte exteriore existebat.

Ἐπεντρυφήσαντος. Illudentis. Insultantis. *Cum & alia multa non toleranda in accipiendo auro arroganter prolocutus fuisset, ac eis insolenter insultasset.*

Ἐπ' ἐξαγωγῇ. *Virgis cædebatur, & deinde peregre vendebatur, ignaviæ & fugæ mercedem referens servitutem.*

Ἐπεξιέναι. Accusativo & genitivo jungitur. *Puella ex virgineis thalamis recens egressa.*

Ἐπεπάμεθα. Possedimus. [In Epigrammate:] *Omnia, quæ in hac vita possedi, ad Inferos descendens mecum fero, nec sub sole quicquam relinquo.*

Ἐπεπαιάνιστο. Pæane celebratus est.

Ἐπεπαίχειν. Luseram. Illuseram. Plusquamperfectum, a παίζω. At ἐπεπέχειν, & ἐπεπέχευσαν, a πέκω, pecto.

Ἐπεπολεῖτο. Obibat.

Ἐπεπόνθη. Pro ἐπεπόνθειν. Passus fuerat. Sic etiam ἑωράκη dicitur pro ἑωράκειν; & ᾔδη, pro ᾔδειν.

Ἐπέπυστο. Audiverat.

Ἐπέῤῥαξεν. Irruit. Irrupit. Congressus est. Pugnam commisit. *Ille vero magno itinere confecto, repente hostes adortus est.*

Ἐπέραστος. Amabilis. Expetendus.

Ἐπερατώθη. Ad finem perductus est. Perfectus est.

Ἐπεραιώθη. Trajecit. Absolutus est.

Ἐπαίρεσθαι. Inflari. Efferri. Superbire. Ἐπέρεσθαι vero, per ε, interrogare.

Ἐπεῤῥίφην. Injectus sum. Cecidi.

Ἐπεῤῥώσαντο. Concussi, vel quassati sunt. Et ἐπεῤῥόθησαν, [concusserunt.]

Ἐπέρω. Interrogo. Et ἐπερόμενος, interrogans.

Ἐπεῤῥύη. Affluxit. Ex scaturigine ebullivit.

Ἐπέσαξε τὴν ὄνον αὐτ. Asinam ejus sarcinis oneravit.

Ἐπέσβη. Intravit. Ingressus est.

Ἐπεσβόλον. Maledicum. Conviciatorem. Garrulum.

Ἐπέσειεν. Incutiebat. Intentabat. *Illis vero terrorem incutiebat, ut confestim morituris.*

1 Ἐπενήνεον] Imo ἐπήνεον, vel ἐπῄνουν. Ut recte infra suo loco. Τὸ ἐπενήνεον enim aliud significat. Vide Hesychium h. v.

2 Ἐπενήνοθεν. ἐπῆνθει. ἐπέκ.] Ex Scholiasta Homeri ad Il. Β. v. 219.

3 Πάνθ' ὅσα κ' ἐν ζωοῖς ἐπεπ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis in Diogenem Cynicum, quod integrum legitur Anthol. lib. III. cap. XXXIII. pag. 420.

4 Ἐπεπάμεθα] Metri gratia scribendum est ἐπεπάμεσθα: ut legitur in Anthologia Epigrammatum loco laudato.

5 Ἐπεῤῥώσαντο. ἐπεσ.] Ex Scholiasta Homeri ad Il. Α. v. 529. Confer etiam Hesychium & Etymologum.

6 Ἐπεῤῥόθησαν] Sic habent MSS. Paris. At priores Edit. ἐπεῤῥώθησαν: quod minus placet. Hesychius: Ἐπεῤῥόθησαν, ἐπεσείσθησαν.

7 Ἐπέσαξε τὴν ὄνον αὐτοῦ] Genes. XXII. Ἀναστὰς δὲ, ἐπέσαξε τὴν ὄνον αὐτοῦ. Hunc locum Suidas repetere voluit.

8 Ἐπέσβη] Pro ἐπεισέβη.

9 Τεθνήξεσιν] Portus legit τεθνηξομένοις: quod nec probo nec repudio, quoniam in tam brevi fragmento nihil certi de sensu statui potest.



Ἐπισκ-

αὐτῷ ἐπέτηξεν. ἀντὶ τοῦ ἐλέανεν, λεῖον ἐποίησε.

Ἐπετίλησεν. ἐξεκένωσε τὴν κόπρον. [1] Ἀριστοφάνης· Ὁ δὲ τῆς μαρίλης μοι συχνὴν ἐπετίλησεν, ὥσπερ σηπία. [2] Θηρώμεναι γὰρ αἱ σηπίαι, ἐναφιᾶσιν ἐκ τοῦ προσόντος αὐταῖς θολοῦ, ταράττειν βουλόμεναι τὸν παρ' αὐταῖς τόπον, ἵνα μὴ καταφανεῖς ὦσι τοῖς θηρῶσι.

Ἐπετίμα. ἐπηύξει τὴν τιμήν. Οἱ δὲ κερδαίνειν οἰόμενοι, ἐπετίμων ὡς λιμώττοντι τὸν σῖτον. ὁ δὲ οὐδὲν ἧττον ἠγόραζε. Μάλχος φησίν.

Ἐπετοξάζοντο. ἐτόξευον.

Ἐπευκτή. ἐπιθυμητή. εὐχῆς ἀξία.

Ἐπευωνίζων. κερδαίνων.

Ἐπευφήμησαν. [3] μετ' εὐφημίας συγκατέθεντο. ἐπῄνεσαν.

Ἐπεφάνη. Φησὶν [4] ὁ Ἀπόστολος· Ἐπεφάνη ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος. διὰ τί οὐκ εἶπεν ἐφάνη, ἀλλ' ἐπεφάνη; ἐπειδὴ ὁ Ὢν ἐφάνη. εἰ γὰρ εἶπεν ἐφάνη, ἀρχὴν εἰσηγεῖτο τοῦ ἀεὶ ὄντος. καὶ διὰ τοῦτο εἶπεν, ἐπεφάνη, ἵνα τὴν ἄναρχον ὕπαρξιν μηνύσῃ. ἐξ ὧν δεῖ σαφῶς εἰδέναι, ὅτι ὁ αὐτὸς Κύριος ἐφάνη καὶ ἐπεφάνη. ἐφάνη τῇ οἰκονομίᾳ τῆς ἐνανθρωπήσεως. ἀρχὴν γὰρ ἐδέξατο. ἐπεφάνη δὲ τῇ ἐναργείᾳ τῆς θεότητος. ἄναρχος γὰρ ἡ ὕπαρξις. τὸ δὲ πᾶσιν εἶπεν, ὅτι οὐ μερικῶς, ἀλλὰ πᾶσιν ἀνθρώποις.

Ἐπεφόρησεν. ἐπεσώρευσεν. [5] Ἀριστοφάνης·

Ὅσους ἄνωθεν ἐπεφόρησε τῶν λίθων.

καὶ αὖθις· Βόθρον ὀρύξασα, καὶ ἐπιπολῆς στεγάσασα, γῆν ἐπεφόρησεν, ἐξαδηλοῦσα τὸ ποιηθέν.

Ἐπεφώρατο. ἐφανεροῦτο. εὑρίσκετο. ἠλέγχετο.

Ἐπέφραδεν. ἐδήλωσε. διεσάφησε. καὶ ἐπέφραδον, εἶπον.

Ἐπεφράσατο. ἐθεώρησεν.

Ἐπέφυ. ἀντὶ τοῦ ἐκράτησεν. [6] Ἀλλά, τὸ δὴ λεγόμενον, ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν ἐπέφυ.

Ἐπεφύκει. προσεπλάκη.

Ἐπεφύοντο. ἐπήρχοντο. Καὶ ἐπέφυσαν οἱ συκοφάνται, καὶ τὸ ἔγκλημα ἦν, Δίωνι ἔφασκον εἶναι φίλον.

Ἔπεχε. ἐπίκεισο. ἐπίμενε. Φύλαττε. Πλάτων περὶ μὲν ὧν κατείληφεν, ἀποφαίνεται· τὰ δὲ ψευδῆ

rum tabellarum pugillares accepit, easque cera induxit. Vel, complanavit.

Ἐπετίλησεν. Incacavit. Stercus in aliquem emisit. Aristophanes: *Præ metu autem lar cus multum cineris mihi incacavit, instar sepiæ.* Sepiæ enim, piscatoribus eas capere volentibus, atramentum, quod ipsis inest, emittunt, ut locum, in quo sunt, turbidum reddant, ne a piscatoribus videri possint.

Ἐπετίμα. Pretium augebat. *Illi vero lucrari volentes, ei frumentum ut fame laboranti majore pretio vendiderunt. At ille nihilominus id emit.* Sic Malchus inquit.

Ἐπετοξάζοντο. Sagittis petebant.

Ἐπευκτή. Expetenda. Optabilis.

Ἐπευωνίζων. Vili pretio emens. Lucrans.

Ἐπευφήμησαν. Cum fausta acclamatione assensi sunt. Probarunt.

Ἐπεφάνη. Dicit Apostolus: *Gratia salutaris Dei* [*omnibus* ἐπεφάνη, i. e.] *apparuit.* Cur non dixit ἐφάνη, sed ἐπεφάνη? Quia ὁ Ὢν apparuit. Si enim dixisset ἐφάνη, principium significasset illius, qui semper est. Hinc igitur dixit ἐπεφάνη, ut substantiam principio carentem indicaret. Unde clare docemur, eundem Dominum & φανῆναι & ἐπιφανῆναι. Ἐφάνη enim, quatenus mirabili quodam modo humanam naturam induit. Eatenus enim principium habuit. Et ἐπεφάνη, quatenus ut Deus æternus & principii expers Orbi apparuit. Dixit vero *omnibus*, quia non quibusdam tantum, sed omnibus hominibus apparuit.

Ἐπεφόρησεν. Accumulavit. Coacervavit. Aristophanes: [*Videsne,*] *quot lapides supra accumulaverit?* Et iterum: *Cum foveam effodisset, & in superficie strato texisset, terram ei injecit, ut facinus occultaret.*

Ἐπεφώρατο. Deprehensus est. Inventus est. Convictus est.

Ἐπέφραδεν. Declaravit. Perspicue demonstravit. Et ἐπέφραδον. Dixi.

Ἐπεφράσατο. Contemplatus est. Animadvertit.

Ἐπέφυ. Firmiter tenuit. Inhæsit. Amplexus est. *Sed ambabus, quod aiunt, ulnis, amplexus est.*

Ἐπεφύκει. Adhæsit. Inhæsit. Amplexus est.

Ἐπεφύοντο. [Adhærebant.] Aggressi sunt. Adorti sunt. *Calumniatores eum adorti sunt, & crimen, quod ipsi objiciebatur, hoc erat, eum Dionis amicum esse.*

Ἔπεχε. Insta. Urge. Custodi. [Inhibe. Cohibe.] *Plato de rebus, quas comprehendit,*

in fine: Δελτίον δίπτυχον λαβών, τὸν κηρὸν αὐτοῦ ἐξέκνησε, & ἔπειτα ἐν τῷ ξύλῳ τοῦ δελτίου ἔγραψε τὴν βασιλέως γνώμην. ποιήσας δὲ ταῦτα, ὀπίσω ἐπέτηξε τὸν κηρὸν ἐπὶ τὰ χαράγματα, &c. Hinc Suidas locum hunc consarcinavit: quod & a Porto monitum fuit.

1 Ἀριστοφάνης] *Acharnensibus*, pag. 388. (277. Ed. Bas. P.) ubi sic legitur:

Ὑπὸ τοῦ δέους δὲ τῆς μαρίλης μοι συχνὴν
Ὁ λάρκος ἐνετίλησεν ὥσπερ σηπία.

Notet Lector pro ἐνετίλησεν, ut hodie apud Aristophanem scriptum est, Suidam olim legisse ἐπετίλησεν.

estque veluti a re ipsa separata, in eamque frustra intenta, & de ea adipiscenda solicita. Μῖσος vero, i. e. odium, est cupido quædam alterum lædendi, cum tempore crescens, & diu durans. Ὀργὴ, i. e. ira, cupido ulciscendi eum, qui sine causa injuriam nobis fecisse videtur. Ἔρως, i. e. amor, cupido rei non honestæ. Est enim conatus amicitiæ conciliandæ ob apparentem pulchritudinem. Μῆνις, i. e. inimicitia, ira inveterata, & alte animo insita, ulciscendique tempus observans. Θυμὸς denique, i. e. excandescentia, ira nascens, & modo existens.

Ἐπιθυμῶν. προαιρετικῶς ἔχων. Τοὺς δὲ ἦγε, ζῶντας ἐπιθυμῶν Λακεδαιμονίοις ἀγαγεῖν.

Ἐπιθύνων. ἐπανορθούμενος.

Ἐπικαγχάζων.

Ἐπικάθηται. ἐπικρέμαται. [2]Πολύβιος· Ὁ δὲ διατειχίζει τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς ἄκρας, ἵνα μηδεὶς ἔτι φόβος ἐπικάθηται τοῖς Ταραντίνοις ἀπὸ τῶν κατεχόντων τὴν ἀκρόπολιν.

Ἐπικαθέζηται. [3]Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

Κρατοῦσι γοῦν κἀν τοῖς πολέμοις ἑκάστοτε,
Ἐφ' οἷς ἂν οὗτος ἐπικαθέζηται μόνος.

ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ζυγῶν. ἐπικαθέζεσθαι δὲ τὸ βαρεῖν λέγομεν.

Ἐπὶ καλάμῃ ἀροῦν. ἔθος ἐστὶ τοῖς γεωργοῖς παρ' ἐνιαυτὸν ἀργὴν καταλείπειν τὴν γῆν, ὅπως ἀκεραίους ἐκτρέφῃ τοὺς καρποὺς, ὡς μὴ κατ' ἔτος τοῖς σπέρμασι ποιοῖτο. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς τὸν Πολέμωνα λόγῳ διαβάλλων τινὰ τῶν ἀπλήστων γεωργῶν, τὰ ἐν τῇ γῇ καταχρώμενον, καὶ κατ' ἔτος ἐξαναλίσκοντα τὴν ἰσχὺν αὐτῆς, φησίν· Οὑτοσὶ δὲ πυροὺς ἐπὶ καλάμῃ ἀροῖ. τουτέστιν, ἀεὶ σπείρων οὐδεμίαν ἄνεσιν τῇ γῇ δίδωσιν.

Ἐπικαλέσας. μεμψάμενος.

Ἐπικαλουμένων. ἀντὶ τοῦ κατηγορουμένων. Ἐνίας τῶν κατηγοριῶν εἴωθεν ἀπίστους ποιεῖν ὁ τῶν ἐπικαλουμένων βίος.

Ἐπικαλῶν. ἀντὶ τοῦ κατηγορῶν. ἐγκαλῶν. Ἀνεῖλε δὲ τοὺς ἄνδρας, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐπικαλῶν, πλὴν ὅτι σοφώ τε καὶ ἀρίστω τὼ ἄνδρε γενέσθην. † Τὸν [4]ἄνθρωπον λοιδορίας πέρι οὐδὲν ἐπικαλεῖν ἐπαγγείλασα, πλὴν ὅτι παιδεραστοίη.

Ἐπικαμπὴς [5]παράταξις. ἧς τὰ μέσα τοῖς πολεμίοις προσπίπτῃ, τὰ δὲ κέρατα ἐκ τῶν ὀπίσω μερῶν ὄρθια ὑφ' ἑαυτὴν ἔχῃ τεταγμένα.

Ἐπὶ κάρ. ἐπὶ τὰ κάτω. ἐπὶ κεφαλήν. [6]Ἐξ ὀρέων ἐπὶ κάρ. οἷον, ἐπὶ τὰ κατωφερῆ.

Ἐπικαρπίας. κέρδη.

Ἐπικάρσιον. πλάγιον. οὐκ εὐθύ. Ἡρόδοτος.

Ἐπικατέσεισεν. ἐπικατέβαλεν. [7]Ἰώσηπος· Πο-

Ἐπιθυμῶν. Cupiens. *Captivos custodiri jussit, cupiens eos vivos ad Lacedæmonios adducere.*

Ἐπιθύνων. Dirigens. Corrigens.

Ἐπικαγχάζων. Cachinnans. Cachinnis excipiens.

Ἐπικάθηται. Impendet. Imminet. Polybius: *Ille vero urbem ab arce muro intersepit, ne quid deinceps Tarentini ab iis, qui arcem tenebant, timendum haberent.*

Ἐπικαθέζηται. Ad partem aliquam accedat, eique pondus aliquod addat. Aristophanes *Pluto: Nam & in bellis ea pars fere semper vincit, ad quam vel hic solus accesserit.* Metaphora ducta est a libra. Nam ἐπικαθέζεσθαι hic significat pondere suo deprimere, vel prægravare.

Ἐπὶ καλάμῃ ἀροῦν. Post stipulam arare. Solent agricolæ alternis annis terram incultam relinquere, ut integras producat fruges; ne, si quotannis conseratur, fœcunditas ejus exhauriatur. Lysias in oratione adversus Polemonem, reprehendens agricolam quendam avarū, terraque abutentem, & vires ejus quotannis exhaurientem, inquit: *Hic post stipulam arat terram.* Id est, agrum semper conserens, nullam unquam relaxationem ei concedit.

Ἐπικαλέσας. Criminatus. Conquestus.

Ἐπικαλουμένων. Illorum, qui accusantur. Reorum. *Reorum vita quædam crimina ipsis objecta refutare solet.*

Ἐπικαλῶν. Criminans. Accusans. Crimini dans. *Eos interfecit, nullo alio crimine eis objecto, quam quod sapientes & egregii viri essent.* † *Non maledicentiæ, sed infamis puerorum amoris eum accusari jubens.*

Ἐπικαμπὴς παράταξις. Acies inflexa. Sic dicitur ea acies, cujus pars media hosti obversa est, & cum eo confligit; quæque cornua a tergo recta sub se collocata habet.

Ἐπὶ κάρ. Deorsum. In præceps. In caput. *Ex montibus in præceps [devolvuntur.]*

Ἐπικαρπίας. Fructus, qui ex aliqua re percipiuntur. Lucra. Emolumenta.

Ἐπικάρσιον. Obliquum. Non rectum. Herodotus.

Ἐπικατέσεισεν. Prostravit. Dejecit. Josephus:

1 Φιλοποιίας] Scribendum esse φιλοποιίας, recte monuit Menagius ad Laertium loco laudato; quem consule. Quæ enim ab eo hunc in rem observata sunt, hic non repetam, ne actum agam.
2 Πολύβιος] Lib. VIII. cap. XXVII.
3 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 20. (11. Ed. Bas. P.)
4 Τὸν ἄνθρωπον λοιδ.] Locus hic sumptus est ex Procop. *Histor. Arc.* cap. XVI. ubi sic legitur: Οὐδὲν μέν τι λοιδορίας ἐπικαλεῖν ἐπαγγείλασα, ὅτι δὲ παιδεραστοίη ἐπιστεύσασα.
5 Ἐπικαμπὴς παράταξ.] Confer Ælianum in *Tacticis* cap. XLV. & XLVI.
6 Ἐξ ὀρέων ἐπὶ κάρ] Sunt verba Homeri Il. Π. v. 392.
7 Ἰώσηπος] Lib. 1. *de Bello Judaico*, pag. 709. ubi locus hic



λιορκούμενος

Ἐπικήδειον. ἐπιτάφιον. ἐπιθανάτιον. καὶ ἐπικήδειος θρῆνος, ὁμοίως.

Ἐπικήδειον. Epicedium. Epitaphium. Carmen funebre. Et ἐπικήδειος θρῆνος, luctus funebris.

Ἐπίκηρα. ἐπιθανάτια. κὴρ γὰρ, ὁ θάνατος.

Ἐπίκηρα. Morti obnoxia. Caduca. Κὴρ enim est mors.

Ἐπίκηρος ὕλη. ἡ πρόσκαιρος.

Ἐπίκηρος ὕλη. Materia, non perpetua, sed tantum ad tempus aliquod durans.

Ἐπικηρυκεύεται. διὰ κήρυκός τινος συνθήκας τινὰς, ἢ πρεσβείας ποιεῖται. ἢ φιλίαν σπένδει.

Ἐπικηρυκεύεται. De pace facienda caduceatores mittit. Vel, fœdus & amicitiam init.

Ἐπικηρυκεία. φιλία, ἡ ἐκ τῶν πολεμίων.

Ἐπικηρυκεία. Dicitur de caduceatoribus, qui pacis faciendæ causa ad hostes mittuntur.

Ἐπικηρυκεία.[1] τὸ περὶ φιλίας καὶ διαλλαγῶν κήρυκας πέμπειν. Δημοσθένης ε΄ Φιλιππικῶν.

Ἐπικηρυκεία. Actus mittendi caduceatores de pace & fœdere faciendo. Demosthenes Philippica quinta.

Ἐπικίδναται.[2] ἐπισκορπίζεται.

Ἐπικίδναται. Dispergitur. Spargitur.

Ἐπικινδυνότατος.

Ἐπικινδυνότατος. Periculosissimus.

Ἐπικλάσωσιν. εἰς οἶκτον ἀγάγωσι. Μὴ καὶ πρὸς ὀλοφυρμὸν τραπόμενοι τοὺς στρατιώτας ἐπικλάσωσιν. Ἰώσηπος. [3] Ὁ δὲ τοῖς ἔργοις ἐφεστὼς, παρ' αὐτοῦ γὰρ ἐμεμαθήκεσαν, βραδυτῆτα ἐπικλάσας τῆς ἀφίξεως.

Ἐπικλάσωσιν. Flectant. Miserationem in aliquorum animis cieant. *Ne in ejulatus & lamenta effusi, miserationem in animis militum cierent.* Josephus: * * * * * *

Ἐπίκλαυτον. γοερόν. θρηνητικόν. [4] Ἀριστοφάνης Βατράχοις·

Ἐπὶ βάρβαρον ἑζομένη πέταλον,
Κελαρύζει ἐπίκλαυτον ἀηδόνιον
Νόμον. ———————

Ἐπίκλαυτον. Luctuosum. Triste. Flebile. Aristophanes *Ranis: [Hirundo] in barbarico sedens folio flebile carmen more lusciniæ canet.*

Ἐπίκλημα. ἔγκλημα. [5] Ἀγαθίας· Ἡγούμενοι δὲ ἀδύνατον εἶναι, εὐπρεπέστατα ᾤοντο ἀποσείσασθαι τὸ ἐπίκλημα. καὶ αὖθις· Ὁ δὲ Πάκορος, ὁ Παρθυαίων βασιλεὺς, καὶ ἄλλα τινὰ ἐπικλήματα ἐπέφερε Τραϊανῷ τῷ βασιλεῖ. † Καὶ τῷ δοκεῖν ἐπίκλημα ἐποιεῖτο κατὰ Ῥωμαίων, ὅτι δόξαν ἐντὸς λ΄ ἡμερῶν μηδέτερα παρὰ τὰ ξυγκείμενα ἐπιτελεῖν, οἱ δὲ οὖν κατὰ τὸ θεσπισθὲν ἐπιτειχίζουσιν.

Ἐπίκλημα. Crimen. Accusatio. Agathias: *Existimantes autem hoc fieri non posse, putabant se crimen hoc honestissime a se remoturos esse.* Et iterum: *Pacorus autem Parthorum Rex cum alia crimina Trajano Imperatori objiciebat, [tum etiam hoc.]* † *Et in speciem Romanis crimini dabat, quod, cum inter ipsos convenisset, ne intra triginta dies ab utraque parte præter pacta quicquam gereretur, ipsi tamen violatis induciis munitiones exstruerent.*

Ἐπίκλην. ἐπωνυμίαν.

Ἐπίκλην. Cognomento.

Ἐπίκληρος.[6] ὅταν παῖς ὀρφανὴ πατρὸς καὶ μητρὸς, ἀδελφῶν τε οὖσα ἔρημος, καὶ ταύτῃ τύχῃ ὑποκειμένη οὐσία, ταύτην καλοῦσιν ἐπίκληρον. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ἤδη γεγαμημένην, ὅταν ἡ ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ ὅλη καταλελειμμένη. καλοῦσι γὰρ καὶ τὴν οὐσίαν κλῆρον. [7] καλεῖται δὲ ἐπίκληρος καὶ ἡ μηδέπω γεγαμημένη, ἀλλὰ παρὰ τῷ πατρὶ οὖσα, καθότι καθήκει αὐτῇ πᾶσα ἡ οὐσία. καλοῦνται ἐπίκληροι, κἂν δύο ὦσι, κἂν πλείους. τινὲς δὲ τὴν ἐπίκληρον καλοῦσιν [8] ἐπιπαμματίδα καὶ πατροῦχον.

Ἐπίκληρος. Puellam, quæ patre & matre orbata nullos habebat fratres, & ideo omnium bonorum hæres erat, ἐπίκληρον vocabant: quo nomine etiam appellabant eam quæ nupta erat, si totius patrimonii hæres relicta esset. Patrimonium enim κλῆρον vocabant. Ἐπίκληρος etiam dicebatur puella nondum nupta, sed apud patrem adhuc degens, quod totius hæreditatis jus ad eam pertineret. Eadem vero appellatio tribuebatur etiam puellis, etiamsi duæ vel plures essent. Quidam autem τὴν ἐπίκληρον, i. e. puellam totius patrimonii hæredem, ἐπιπαμματίδα & πατροῦχον etiam appellant.

Ἐπίκληρος.[9] νόμος ἦν Ἀθηναίοις γνησίας μὲν οὔσης θυγατρὸς, νόθου δὲ υἱοῦ, μὴ κληρονομεῖν τὸν

Ἐπίκληρος. Lex erat apud Athenienses, ut, si filia legitima filiusque nothus relicti essent,

1 Ἐπικηρυκεία. τὸ περὶ φιλ.] Ex Harpocratione.

2 Ἐπικίδναται] Est vox Homerica Il. B. v. 850.

3 Ὁ δὲ τοῖς ἔργοις ἐφεσ.] Sensus hujus fragmenti (quod ubi apud Josephum exstet, nunc non memini) est prorsus obscurus & mutilus; cujus proinde versionem consulto prætermisi. Si tamen in re tam incerta conjecturæ locus est, existimem pro ἐπικλάσας scribendum esse ἐπικαλέσας: ut sit sensus, eum, qui opus urgebat, aliquos reprehendisse, vel criminatum fuisse, quod tarde & sero nimis venissent. Certe si τὸ ἐπικλάσας retineas, ex pumice citius aquam, quam ex loco hoc sensum aliquem elicias.

4 Ἀριστοφάνης Βατράχοις] Pag. 244. (157. Ed. Bas. P.)

5 Ἀγαθίας] Lib. 1. pag. 24. unde sensum hujus loci supplebis.

6 Ἐπίκληρος] Totũ hunc articulũ descripsit Suidas ex Scholiasta Aristoph. ad *Vespas.* p. 471. Confer etiam Nostrũ supra v. Ἐπιδικος.

‡

7 Καλεῖται δὲ ἐπίκλ.] Eustathius ad Il. H. pag. 675. Ἐλέγετο δὲ ἐπίκληρος, οὐ μόνον ἡ ἐκδεδομένη τινὶ πρὸς γάμον, ἀλλὰ καὶ ἡ παρὰ τῷ πατρὶ μένουσα, ἐλπιζομένη δὲ καθήκειν αὐτῇ πᾶσαν τὴν πατρῴαν οὐσίαν. ἐκαλοῦντο δὲ οὕτω κἂν δύο ὦσι, ἢ καὶ πλείονες. ἡ δὲ ἐπίκληρος, φασὶ, καὶ μονάδα πρός τινων ἐκαλεῖτο. ὑπ' ἐνίων δὲ, πατροῦχος. Puto Eustathium locum hunc Suidæ ob oculos habuisse.

8 Ἐπιπαμματίδα] Potius ἐπιπαμματίδα, a πάμα, possessio. Juvat hanc conjecturam Hesychius, apud quem mendose quidem legitur, Ἐπιματίδα, ἐπίκληρον: sed ordo alphabeticus illius loci manifeste requirit, ut scribatur ἐπιπαμματίδα, vel ἐπιπαμματίδα: ut monuit etiam Maussacus ad Harpocrationem v. Ἐπίδικος.

9 Ἐπίκληρος. νόμος ἦν Ἀθην.] Ex Enarratore Comici ad *Aves,* pag. 616. (429. Ed. Bas. P.)

νόθον

νόθοι τὰ πατρῷα. [1]ἢ ἡ μὴ ἔχουσα ἀδελφοὺς ἑτέρους συγκληρονόμους, ἀλλὰ μονοκληρονόμος οὖσα. ἐπειδὴ οὐκ ἐξῆν τοῖς νόθοις κληρονομεῖν, τἀργύριον διὰ χειρὸς ἐδίδοσαν. [2]νόμος δὲ ἦν Ἀττικὸς, τοῖς νόθοις μέχρι πέντε μνῶν καταλιμπάνειν. [3]Ἀγαθίας· Ἐφοίτων δὲ γυναῖκες ἀνὰ τοὺς προμαχεῶνας, τυχὸν μὲν μητέρες οὖσαι τῶν ἀπολωλότων, τυχὸν δὲ ἐπίκληροι, τυχὸν δὲ ὁτῳοῦν ἄλλῳ τρόπῳ μέλον αὐταῖς.

nothus bonorum paternorum non esset hæres. Ἐπίκληρος autem dicitur illa, quæ nullos fratres cohæredes habet, sed sola omnium bonorum hæres est. Quoniam igitur nothis hæreditatem cernere non licebat, pecunia quædam a legitimis hæredibus ipsis dabatur. Lex autem apud Athenienses erat, ut usque ad quinque minas nothis testamento relinquere liceret. Agathias: *Mulieres autem per propugnacula cursabant, sive matres eorum, qui occisi erant, sive sponsæ, sive quacunque alia ratione hoc eas tangeret.*

Ἐπίκλησιν. ἐπωνυμίαν.

Ἐπίκλησιν. Cognomen. Cognomentum.

Ἐπίκλητος. ἔξωθεν ἐρχόμενος. Διὰ τῆς ἐπικλήτου καὶ ἀλόγου λοιδορίας ὑπέλαβε πιστότερος φανήσεσθαι.

Ἐπίκλητος. Aliunde accitus, vel accersitus. Aliunde veniens. Advocatus. *Existimans se plus fidei habiturum esse, si convicia, eaque absurda, ad partes suas advocaret.*

Ἐπίκλητος. ἡ ἐπί τινι καλούμενος προσθήκη. [4]Ὃν ἐν ταῖς ἀμηχανίαις Ἰουδαῖοι ἐπίκλητον ἑαυτοῖς τύραννον προσήγαγον.

Ἐπίκλητος. Aliqua de causa advocatus, vel accersitus. *Quem Judæi rebus desperatis accersitum, dominum sibi adsciverunt.*

Ἐπικλινές. ἐπιῤῥεπὲς εἰς κακόν. ἐπικλινὲς δὲ τάλαντον. Καλλίμαχος.

Ἐπικλινές. Propensum. In aliquam partem vergens. Et ἐπικλινὲς τάλαντον, lanx in alteram partem vergens. Callimachus.

Ἐπικλινὴς ὁδός. καὶ κλίνεται τῆς ἐπικλινέος, καὶ ἐπικλινοῦς.

Ἐπικλινὴς ὁδός. Declivis via. Declinatur ἐπικλινέος, [& contracte,] ἐπικλινοῦς.

Ἐπικλίντης. ὁ σεισμός. καὶ κλίνεται ἐπικλίντου.

Ἐπικλίντης. Est species terræ motus. Declinatur ἐπικλίντου.

Ἐπίκλιντρον. εἶδος [5]κοσμίου γυναικείου. [6]Τὸ ἐπίκλιντρον ἀποβάλοις.

Ἐπίκλιντρον. Genus sellæ muliebris. [Aristophanes:] *Sellam amittas.*

Ἐπίκλοπος. ἀπατεών.

Ἐπίκλοπος. Furax. Fallax. Impostor.

Ἐπικλοπώτερος. παραλογιστικώτερος.

Ἐπικλοπώτερος. Furacior. Fallacior.

Ἐπικλύσασα. ἐπιδαψιλευσάσα. καταβαλοῦσα. Ἡ οὖν Κλεοπάτρα καὶ [7]τοὺς Ἠλείους ἐπειρᾶτο πολλῷ χρυσῷ ἐπικλύσασα, τὸ ἄγαλμα τοῦ Διὸς πρίασθαι.

Ἐπικλύσασα. Quæ inundavit. Quæ largiter effudit. *Cleopatra igitur, cum magnam auri vim in Eleos effudisset, statuam Jovis emere conata est.*

Ἐπὶ [8]κνάφου ἕλκεις. ἤτοι διαφθείρεις. οἱ γὰρ κναφεῖς ἀκανθῶν σωρὸν συστρέψαντες, ἱμάτιον κνάφουσιν. ὁ δὲ σωρὸς ἐλέγετο κνάφος.

Ἐπὶ κνάφου ἕλκεις. Per spinas trahis fullonis more. Id est, perdis, vel discerpis. Fullones enim, collecto spinarum acervo, vestes olim poliebant. Acervus autem ille dicebatur κνάφος.

Ἐπικνίζεται. δάκνεται.

Ἐπικνίζεται. Mordetur. Scalpitur. Raditur.

Ἐπικνῶ. ἀντὶ τοῦ ἐπίβαλε. [9]Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν· Ἀλλ' ἐπικνῶ τὸ σίλφιον.

Ἐπικνῶ. Radula rasum injice. Aristophanes *Avibus*: *Sed silphium rasum injice.*

Ἐπὶ [10]κόῤῥης. ἐπὶ κεφαλῆς, ἢ γνάθου, ἢ κροτάφου. κόῤῥην γὰρ, καὶ κόρσην, ὅλην τὴν κεφαλὴν σὺν τῷ αὐχένι λέγουσι. τινὲς δὲ καὶ ῥάπισμα λέγουσι [11]τὸ ἐπὶ τῆς γνάθου λαμβάνειν, ἁπτόμενον καὶ τοῦ κροτάφου.

Ἐπὶ κόῤῥης. In caput, vel maxillas, vel tempora. Nam κόῤῥην & κόρσην totum caput cum cervice vocant. Attici vero τὸ ἐπὶ κόῤῥης dicunt de alapa, quæ maxillæ & temporibus infligitur: quam nonnulli etiam ῥάπισμα vocant.

1 Ἢ ἡ μὴ ἔχ.] Scribendum, ut apud Scholiastam Aristophanis loco laudato, ἐπίκληρος δέ ἐστιν, ἡ μὴ ἔχουσα, &c.

2 Νόμος δὲ ἦν Ἀττικὸς, τοῖς νόθοις μέχρι ε΄ μν.] Vide Nostrum infra v. Νοθεία: & Petitum *de Leg. Att.* pag. 487.

3 Ἀγαθίας] Lib. I. pag. 23. ubi locum integrum vide.

4 Ὃν ἐν ταῖς ἀμηχανίαις Ἰουδ.] Hæc sunt verba Josephi *de Bello Jud.* lib. VI. pag. 905.

5 Εἶδος κοσμίου γυν.] Portus recte monuit, scribendum esse εἶδος κλισμοῦ γυν. Eustathius enim ad Odyss. Α. pag. 1400. docet, κλισμὸν esse genus sellæ, quæ etiam ἀνάκλιντρον dicatur. Atqui ἀνάκλιντρον idem est, quod ἐπίκλιντρον, ut patet ex Polluce, qui lib. VI. cap. I. inter alia & hæc scribit: Τὸ δὲ καλούμενον ἀνάκλιντρον ἐπίκλιντρον Ἀριστοφάνης εἶπεν. Respexit utique ad eundem illum locum Aristophanis, quem Suidas hic citat: quod & a Porto monitum fuit.

6 Τὸ ἐπίκλιντρον ἀποβάλοις] Hæc sunt verba Aristophanis *Ecclesiaz.* pag. 750. (505. Ed. Bas. *P.*)

7 Τοὺς Ἠλείους ἐπειρᾶτο πολλῷ χρυσῷ ἐπικλ.] Rectius legeretur, τοὺς Ἠλείους ἐπικλύσασα πολλῷ χρυσῷ, ἐπειρᾶτο παρ' αὐτῶν τὸ ἄγαλμα, &c.

8 Ἐπὶ κνάφου ἕλκεις] Sic etiam Vaticana Proverbiorum Appendix. At Hesychius, ἐπικνάφου ἕλκειν: cujus loco Salmasius reponit, ἐπίγναφον ἕλκειν. Sed lectio Suidæ, quæ eadem est & Vaticanæ Appendicis, ut diximus, præferenda est. Confer etiam Nostrum infra v. Κνάφος.

9 Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν] Pag. 613. Portus existimat, Suidam de alio loco Aristophanis hic cogitasse; qui exstat in eadem fabula pag. 566. ubi Comicus inquit:

Ἀλλ' ἐπικνῶσι τυρὸν, ἔλαιον,
Σίλφιον, ὄξος, &c.

Sed fallitur. Nam ipsissima verba, a Suida hic citata, occurrunt loco illo, quem paulo ante indicavi.

10 Ἐπὶ κόῤῥης. ἐπὶ κεφ.] Confer Harpocrationem h. v. apud quem eadem fere leguntur. Thomas Magister: Ἐπὶ κόῤῥης πατάξαι λέγουσιν οἱ Ἀττικοὶ τὸ τὴν γνάθον ἀνοικτῇ πλῆξαι χειρὶ, ὃ ῥάπισμα ὀνομάζουσι. Πλάτων· Τί δὲ χεῖρον ἐγὼ, ἂν ὁ δεῖνα ἐπὶ κόῤῥης ἀδίκως πατάξῃ με. καὶ Λιβάνιος ἐν τῇ ὑπὲρ Ὀδυσσέως ἀπολογίᾳ Ἀχιλλέως· Κἂν ἐπὶ κόῤῥης πατάξῃ τις, μὴ χαλέπαινε. κἂν ὁ αὐτὸς ἀλλαχοῦ ῥάπισμα λέγει ἀδοκίμως.

11 Τὸ ἐπὶ τῆς γνάθου λαμβάνειν ἁπτ.] Vel scribendum est, τὸ ἐπὶ τῆς γνάθου τύπτειν, ἁπτόμενον &c. Vel, τὸ ἐπὶ τῆς γνάθου λαμβάνειν, ἁπτόμενον & τοῦ κρ.

Ἐπὶ κόῤῥης. ἄλλοι μὲν ἄλλως ἀπέδοσαν. βέλτιον δὲ ἐπὶ τῆς γνάθου ἐκλαμβάνειν· ὃ κατ' ἔθος λεγόμενον ῥάπισμα. οὕτω γὰρ λέγουσι καὶ οἱ ῥήτορες.

Ἐπὶ κόῤῥης. Alii quidem aliter hoc reddiderunt. Sed præstat interpretari alapam: quam vulgari sermone ῥάπισμα dicimus. Hoc enim sensu & apud Oratores duæ hæ voces accipiuntur.

Ἐπικουρῆσαι. δοτικῇ. βοηθῆσαι. καὶ ἐπικουρία, ἡ βοήθεια.

Ἐπικουρῆσαι. Dativo jungitur. Auxiliari. Opem ferre. Et ἐπικουρία. Auxilium.

Ἐπικούρειος Ἕρμων. ὁ παρὰ τῷ Λουκιανῷ.

Ἐπικούρειος Ἕρμων. Epicureus Hermon. Hujus meminit Lucianus.

Ἐπίκουρος. βοηθός. καὶ ἐπικουρῶ. δοτικῇ.

Ἐπίκουρος. Auxiliator. Et ἐπικουρῶ. Cum dativo. Auxilior. Opitulor.

Ἐπικωμάσαι.[1] ὀρχεῖσθαι. ἢ λαλῆσαι αἰσχρά. Πολλαὶ ταῖς ἐκκλησίαις ἐπεκώμασαν ταραχαί.

Ἐπικωμάσαι. Saltare. Vel, Turpia & obscœna loqui. [Item, intrare, accedere, invadere.] *Ecclesias multæ invaserunt turbæ.*

Ἐπίκωμος. ὑβριστής. συγχαίρων. Ταῦτα δὲ ἀχρεῖα τυγχάνειν ἔδοξεν, ὡς περιττὸς ἐπίκωμος. ὁ [2] Προκόπιός φησι περὶ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως.

Ἐπίκωμος. Comessator. Insolenter aliis insultans. Petulans. Qui conviviis gaudet. *Hæc autem inutilia esse visa sunt eximio illi comessatori.* Procopius de Theodosio Imperatore inquit.

Ἐπικωπητής. ὁ τροπωτὴρ ἱμάς.

Ἐπικωπητήρ. Vinculum, quo remus alligatur scalmo.

Ἐπίκωπος.[3] ξιφήρης. κώπη γὰρ ἡ λαβὴ τοῦ ξίφους. ἢ ἀντὶ τοῦ, διὰ νεώς, καὶ ναυτικὸς ὤν. καὶ Ὅμηρος· Οὐ γάρ μοι νῆες εἰσὶν ἐπήρετμοι. † [4] Ἐπὶ Ποπλίου συνθήκας ἐποιήσαντο Ῥωμαῖοι καὶ Καρχηδόνιοι, μὴ ἔχειν μήτε χρᾶσθαι Καρχηδονίους πλοῖον ἐπίκωπον, πλὴν δέκα τριήρων, καὶ τῶν ἁλιευτικῶν, καὶ περιχώρων, ὧν οὐδὲν ἦν δεκασκάλμου μεῖζον.

Ἐπίκωπος. Ensem gestans, vel manu tenens. Κώπη enim significat capulum gladii. Vel, nauticus: aut, remis instructus. Et Homerus: *Haud enim mihi sunt naves remis instructæ.* † *Publio Consule Romani & Carthaginenses fœdus inter se fecerunt, quo cautum erat, ne Carthaginenses ulla nave, quæ remos haberet, uterentur, præterquam decem triremibus, & scaphis piscatoriis, & consuetis illius regionis naviculis, quarum nulla plures quam decem scalmos haberet.*

Ἐπίκουρος, Νεοκλέους, Ἀθηναῖος, Γαργήττιος τὸν δῆμον, μητρὸς Χαιρεστράτης. [5] ἀδελφοὶ δὲ αὐτοῦ, Νεοκλῆς, Χαιρέδημος, Ἀριστόβουλος, ἢ Ἀριστόδημος. Φιλοσοφίας δὲ ἤρξατο ἀπὸ ἐνιαυτῶν ιβ', καὶ οἰκείαν αἵρεσιν εἰσηγήσατο, πρῶτον μὲν ἐν Σάμῳ διατρίψας σὺν τοῖς γονεῦσιν· εἶτα σχολαρχήσας ἐν Μιτυλήνῃ [6] ἐνιαυτῶν ὢν λβ'. εἶτα ἐν Λαμψάκῳ, καὶ ὕστερον ἐν Ἀθήναις ἐν ἰδίῳ κήπῳ. ἀκούσας δὲ Ναυσιφάνους τοῦ Δημοκριτείου, καὶ Παμφίλου τοῦ Πλάτωνος μαθητοῦ. γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς [7] ρθ' ὀλυμπιάδος, μετὰ ἑπτὰ ἐνιαυτοὺς τῆς Πλάτωνος τελευτῆς, καὶ παρέτεινεν [8] ἐπὶ τῶν διαδόχων καὶ Ἀντιγόνου τοῦ Γονατᾶ· καὶ διέμεινεν ἡ αὐτοῦ σχολὴ ἕως Καίσαρος τοῦ πρώτου, ἔτη σλζ'. ἐν οἷς διάδοχοι αὐτῆς ἐγένοντο ιδ'. συγγράμματα δὲ αὐτοῦ πολλά.

Ἐπίκουρος. Epicurus, Neoclis F. Atheniensis, populo Gargettius, matre Chærestrata procreatus: cujus fratres fuerunt, Neocles, Chæredemus, Aristobulus, vel Aristodemus. Philosophari cœpit ab anno ætatis duodecimo, peculiaris sectæ conditor: & primum quidem Sami cum parentibus commoratus est: deinde vero Mitylenis annum unum Scholæ præfuit: postea Lampsaci [docuit,] & denique Athenis in horto suo. Audivit Nausiphanem Democriteum, & Pamphilum Platonis discipulum. Natus vero est Olympiade CIX. septem annis post mortem Platonis, & vitam produxit usque ad successores [Alexandri M.] & Antigonum, qui Gonatas dictus est. Schola ejus permansit usque ad Cæsarem primum annos CCXXXVII. & intra tempus istud XIV. successores habuit. Scripta ejus sunt multa.

Ἐπίκουρος.[9] οὗτος τὸ θεῖον ἐτίθετο παρ' οὐδέν·

Ἐπίκουρος. Epicurus. Hic divinum numen

1 Ἐπικωμάσαι. ὀρχ.] Vide supra v. Ἐπικωμάζει.

2 Ὁ Προκόπιός φησι περὶ Θεοδοσίου τοῦ βασ.] Maltretus, Procopii editor, de hoc loco ait: *Nihil tale de Theodosio scripsit uspiam Procopius noster. Ego vero mendum huc irrepsisse arbitror, & Procopium ab illis substitutum in locum Prisci.*

3 Ἐπίκωπος——ἐπήρετμοι.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Acharnens.* pag. 382.

4 Ἐπὶ Ποπλίου συνθήκας ἐποιήσαντο Ῥωμ.] Fragmentum hoc Polybio tribuendum videtur.

5 Ἀδελφοὶ δὲ αὐτοῦ, Νεοκλῆς, Χαιρ. Ἀριστόβουλος, ἢ Ἀριστ.] Locum hunc antea mutilum ex uno MS. Paris. supplevi. In prioribus enim Editt. desunt verba hæc, Ἀριστόβουλος, ἢ Ἀριστόδημος. Ea autem salvo sensu abesse non possunt, quoniam ipse Suidas paulo post testatur, Epicurum tres fratres habuisse. Atqui duo tantum erunt, si Aristobulum, vel Aristodemum tollas.

6 Ἐνιαυτῶν ὢν λβ'.] Hæc est lectio MStorum Parisiens. itemque Editt. Mediol. & Ald. At Editt. Basil. & Genevens. habent, ἐνιαυτὸν ἕν: quarum lectionum neutra loci hujus sensui convenit. Quare cum Wolfio & Porto scribere malim, ἐνιαυτὸν ἕνα.

7 Ρθ' Ὀλυμπ.] Sic recte MS. Paris. A. At priores Editt. habent ϙθ': quem numerum cum temporum ratione manifeste pugnare, jam alii etiam ante nos monuerunt. Vide Menagium ad Laertium, lib. X. segm. XIV.

8 Ἐπὶ τῶν διαδόχων καὶ Ἀντιγ.] Male Wolfius & Portus: *Usque ad successores Antigoni Gonatæ.* Abest nimirum a prioribus Editt. vocula καὶ, quam ex 2 MSS. Paris. loco huic restituimus. Διάδοχοι autem κατ' ἐξοχὴν hic vocantur successores Alexandri M. ut & alibi passim apud auctores Græcos.

9 Ἐπίκουρος. οὗτος τὸ θ.] Eclogam hanc de Epicuro, & satis sectatorum ejus, ex Æliano depromptam esse, discimus ex ipso Suida infra v. Πρωταγόρας & v. Φαῦλος. Quæ enim ibi addito Æliani nomine citantur, in hac ipsa Ecloga leguntur: ut proinde dubium non sit, quin totum hoc fragmentum ejusdem sit scriptoris. Ex libro autem Æliani deperdito *de Providentia* hæc deprompta esse, argumentum satis ostendit.

ἀδελ-

ἀδελφοὶ δὲ ἦσαν τρεῖς, οἳ μυρίοις ἀρρωστήμασι περιπλακέντες ἀπέθανον οἴκιστα. ὅγε μὴν Ἐπίκουρος ἔτι νέος ὢν αὐτὸς, οὐ ῥαδίως ἀπὸ τῆς κλίνης οἷός τε ἦν κατιέναι, ἀμβλυώττων τε καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου αἴγλην δειλὸς ὢν, καὶ τῷ φαιδροτάτῳ τε καὶ ἐναργεστάτῳ τῶν Θεῶν ἀπεχθανόμενος. καὶ μέν τοι καὶ τὴν τοῦ πυρὸς αὐγὴν ἀπεστρέφετο. αἷμά τε αὐτῷ διὰ τῶν κάτω πόρων ἀπεκρίνετο. [1] τοσαύτη δὲ ἄρα ἡ σύντηξις ἡ τοῦ σώματος ἦν, ὡς ἀδυνατεῖν καὶ τὴν τῶν ἱματίων φέρειν ἐπιβολήν. καὶ Μητρόδωρος δὲ καὶ Πολύαινος, ἄμφω τὼ ἑταίρω αὐτοῦ, κάκιστα ἀπέθανον ἀνθρώπων. καὶ μέν τοι τῆς ἀθείας ἤνεγκαν μισθὸν οὐδαμῆ μεμπτόν. [2] οὕτω δὲ ἄρα ἦν ἡδονῆς ἥττων Ἐπίκουρος, ὥστε διὰ τὴν ἐσχάτην ἐν ταῖς διαθήκαις αὐτοῦ ἔγραψε τῷ μὲν πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ἐναγίζειν ἅπαξ τοῦ ἔτους, καὶ Μητροδώρῳ καὶ Πολυαίνῳ τοῖς προειρημένοις· ἑαυτῷ δὲ δὶς· τῆς ἀσωτίας τὸ πλεῖον προτιμῶν καὶ ἐνταῦθα ὁ σοφός· καὶ τραπέζας λίθων πεποιῆσθαι, καὶ ὡς ἀναθήματά τε ἐν τῷ τάφῳ προσέταξε τεθῆναι ὁ προτένθης τε καὶ ὀψοφάγος οὗτος. καὶ ταῦτα ἐπέσκηψεν οὐκ ὢν ἐν περιουσίᾳ. λυττῶν οὖν ταῖς ἐπιθυμίαις ἦν, ὥσπερ οὖν καὶ ἐκείνων σὺν αὐτῷ τεθνηξομένων. ἐξήλασαν δὲ τοὺς Ἐπικουρείους τῆς Ῥώμης δόγματι τῆς βουλῆς κοινῷ. καὶ [3] Μεσσήνιοι δὲ ἐν Ἀρκαδίᾳ τοὺς ἐκ τῆς αὐτῆς οἱονεὶ φάτνης ἐδηδοκότας ἐξήλασαν, λυμεῶνας μὲν εἶναι τῶν νέων λέγοντες, κηλῖδα δὲ φιλοσοφίᾳ προσβάλλοντας, διά τε μαλακίαν καὶ ἀθεότητα· καὶ προσέταξαν πρὸ τῶν τοῦ ἡλίου δυσμῶν ἔξω τῶν ὅρων τῆς Μεσσηνίας γῆς εἶναι αὐτούς. [4] ἐκφορηθέντων δὲ, τοὺς ἱερέας καθῆραι τὰ ἱερά. τούς [5] γε μὴν Τιμούχους (καλοῦσι δὲ ταύτῃ τοὺς ἄρχοντας Μεσσήνιοι) καὶ τὴν πόλιν καθῆραι πᾶσαν, οἷα δή του λυμάτων τινῶν καὶ καθαρμάτων ἀπηλλαγμένην. ὅτι ἐν Κρήτῃ Λύκτιοι τῶν Ἐπικουρείων τινὰς ἐκεῖ παραβάλλοντας ἐξήλασαν. καὶ νόμος ἐγράφη τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ, τοὺς τὴν θήλειαν σοφίαν καὶ ἀγεννῆ καὶ αἰσχρὰν ἐπινοήσαντας, καὶ μέν τοι καὶ τοῖς Θεοῖς πολεμίους, ἐκκεκηρύχθαι τῆς Λύκτου. [6] ἐὰν δέ τις ἀφίκηται θρασυνόμενος, καὶ τὰ ἐκ τοῦ νόμου παρ' οὐδὲν πεποιῆσθαι, δεδέσθω ἐν κύφωνι πρὸς τῷ ἀρχείῳ ἡμερῶν εἴκοσιν, ἐπιρρεόμενος μέλιτι γυμνὸς, καὶ γάλακτι, ἵνα ᾖ μελίτταις καὶ μυίαις δεῖπνον, καὶ ἀναλώσωσι χρόνῳ τῷ προειρημένῳ αὐτόν. τούτου γε μὴν διελθόντος, ἐὰν ἔτι περιῇ, κατὰ κρημνοῦ ὠθείσθω, στολὴν γυναικείαν περιβληθείς.

nihili fecit: fratresque habuit tres, qui infinitis morbis implicìti, miserrime perierunt. Atque ipse etiam Epicurus, adolescens etiamnum, haud facile poterat e lectulo descendere, cæcutiens, & radios solis non ferens, nitidissimo illi ac splendidissimo Deo inimicus. Aversabatur etiam ignis splendorem, & sanguinem per inferiores meatus excernebat: corpore ita extenuato, ut injecta vestimenta ferre non posset. Metrodorus item & Polyænus, ambo ejus sodales, pessime omnium perierunt: & ipse quoque impietatis suæ mercedem haud pœnitendam tulit. Voluptatibus adeo erat deditus, ut sub finem vitæ in testamento suo scriberet, ut & patri & matri & fratribus, itemque Metrodoro & Polyæno sodalibus, semel quotannis parentaretur; sibi vero bis: majorē luxū hic etiā præferens sapiens ille. Adhæc mensas saxeas confici, & tanquam donaria in sepulcro collocari jussit catillo iste & gulæ mancipium. Atque hæc mandavit, cum non abundaret opibus: homo intemperantissimus, & voluptatibus avidissime fruens, quasi illæ quoque una cum ipso morituræ essent. Epicurei Senatusconsulto Roma sunt exacti: & Messenii in Arcadia eos, qui in eodem quasi præsepi pasti essent, expulerunt, quos & pestes adolescentum esse dicerent, & philosophiæ labem aspergere propter mollitiem & impietatem. Eos itaque ante Solis occasum ex agri Messenii finibus excedere jusserunt, iisque pulsis, a sacerdotibus lustrari fana, & a Timuchis (sic enim Messenii magistratus suos vocant) totam urbem purgari, tanquam sordibus quibusdam & purgamentis liberatam. In Creta quoque Lyctii quosdam Epicureos illuc profectos expulerunt, legemque populari sermone talem scripserunt: Epicurei sapientiæ effœminatæ & degeneris ac turpis inventores, Diisque invisi, per præconis vocem Lycto excedere jubentor: &, si quis eorum contempta lege in posterum huc venire ausus fuerit, prope Prætorium per viginti dies nervo vincitor, nudusque lacte & melle perfunditor, ut apes & muscas pascat, & intra dictum tempus ab illis consumatur. Si vero post tempus illud adhuc superstes fuerit, muliebri veste indutus, de rupe præcipitator.

Ἐπίκουρος. ὄνομα κύριον. [7] Εἶχε δὲ τὸ βιβλίον τὰς Ἐπικούρου δόξας, ἃς ἐκεῖνοι κυρίας οὕτω καλοῦσιν, Ἐπικούρου κακὰ γνωρίσματα· ἐν αἷς καὶ τόδε ἦν, ὅτι καὶ τόδε τὸ πᾶν φέρεται τύχῃ τινὶ, οὐ μὴν βουλήσει καὶ χειρὶ Θεῶν. [8] ταύτας δὴ τὰς θρυλλουμένας ἀτό-

Ἐπίκουρος. Epicurus. Nomen proprium. *Continebat autem liber ille opiniones Epicuri, quas illi κυρίας, (i. e. ratas) vocant, mala philosophiæ Epicureæ specimina: in quibus & hoc erat, Universitatem hanc casu quodam & temere ferri, non autem voluntate & judicio*

1 Τοσαύτη δὲ ἄρα ἡ σύντηξις——φέρειν ἐπιβολήν.] Locus hic repetitur infra v. Συντήξεις.

2 Οὕτω δὲ ἄρα ἦν ἡδονῆς &c.] Infra v. Ἥττων.

3 Καὶ Μεσσήνιοι δὲ ἐν Ἀρκ.] Vide Athenæum lib. XII. pag. 547.

4 Ἐκφορηθέντων δὲ] Supra v. Ἐκφρεθέντων, ubi hic ipse locus adducitur, rectius legitur ἐκφρεθέντων.

5 Τούς γε μὴν Τιμούχους——ἀπηλλαγμένην] Hic locus repetitur infra v. Τίμουχος.

6 Ἐὰν δέ τις ἀφίκηται θρασ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, leguntur etiam infra v. Κύφων.

7 Εἶχε δὲ τὸ βιβλίον τὰς Ἐπικούρου δ.] Et hunc locum ex Æliano depromptum esse patet ex ipso Suida infra v. Παρεκπλήξας, ubi pars hujus Eclogæ addito scriptoris illius nomine repetitur.

8 Ταύτας δὴ τὰς θρυλλουμένας ἀτόμους πληττομένας ὑπ' ἀλλ.] Oratio est ἀνακόλουθος. Nihil enim sequitur, ad quod accusativus πληττομένας & ἀφισταμένας referri possit. Quare locum hunc sic potius

μους

μους πληττομένας ὑπ' ἀλλήλων, εἶτα ἀφισταμένας, ἐκ τούτων γίνεσθαι ἀέρα, γῆν, καὶ θάλατταν. εἶτα [1]διαλύεσθαι τὰς ἀνακεράσεις καὶ συνόδους, καὶ παντελῶς ἀφανίζεσθαι εἰς ἀτόμους. φέρεσθαι δὲ εἰκῆ τὰ πάντα, καὶ ὡς ἔτυχεν, οὐ μὴν ἐκ τῆς τοῦ ποιητοῦ σοφίας. εἶτα, [2]ὅτι ἐκ προνοίας φέρεται πάντα, οὔτε κυβερνήτην, οὔτε ἰθυντὴν, οὔτε ποιμένα ἔχοντα. εἶτα, ὁ πεμφθεὶς τοῦ θεοῦ ἥκων οὐκ ἠνέσχετο περιαλγεῖν αὐτὸν, ἀλλὰ τὴν τῶν λόγων παραπλῆγα λύτταν κατεσίγασεν. † [3]Εἶτα ἀνέθορεν, Ἐπικούρῳ καὶ ταῖς ἐκείνου δόξαις κλάειν λέγων.

Deorum: celebratasque illas atomos nunc inter se concurrere, nunc vero a se invicem discedere; atque ex iis fieri aerem, terram, & mare. Postea vero corpora mixta & ex concursu atomorum conflata rursus in atomos dissolvi, & penitus evanescere. Omnia item temere & fortuito ferri, non autem consilio creatoris. Item, Absque providentia cuncta ferri, neque gubernatorem, nec rectorem, nec moderatorem habentia. Postea autem vir a Deo missus deliria ejus non tulit, sed verborum ejus insanam rabiem compressit. † Postea ab Epicuro resiliit, ejusque opiniones valere jussit.

Ἐπίκουρος. βοηθός. καὶ ἐπικουρῶ. δοτικῇ.

Ἐπίκουρος. Auxiliator. Et ἐπικουρῶ. Dativo jungitur. Opitulor.

Ἐπιεικῶς. ἀντὶ τοῦ λογίως. Ἐπικῶς δὲ, ἀντὶ τοῦ ποιητικῶς.

Ἐπιεικῶς. Sapienter. Moderate. Ἐπικῶς vero, poetice, vel oratione ligata.

Ἐπικρᾶναι. τῇ κεφαλῇ κατανεῦσαι.

Ἐπικρᾶναι. Capite annuere.

Ἐπικράτεια.

Ἐπικράτεια. Potestas. Imperium. Ditio.

Ἐπικράτης. κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ [4]Ἔμπορος, καὶ Ἀντιλαΐς.

Ἐπικράτης. Epicrates. Comicus. Ex ejus fabulis sunt, *Mercator*, & *Antilais*.

Ἐπικράτης. [5]Ἐπικράτους οὐκ ὀλίγῳ κάλλιστα πώγων' ἔχεις. [6]οὗτος γὰρ μέγαν πώγωνα εἶχεν. ἐπεκαλεῖτο δὲ [7]Σακεσφόρος. καὶ Πλάτων ὁ κωμικός φησιν·

Ἄναξ ὑπήνης Ἐπίκρατες σακεσφόρε.

ἐκωμῳδεῖτο δὲ εἰς δασύτητα. ἦν δὲ ῥήτωρ καὶ δημαγωγός.

Ἐπικράτης. Epicrates. [Aristophanes:] *Epicrate non paulo pulchriorem barbam habes.* Hic enim magnam barbam habebat: unde etiam Sacesphorus, i. e. Barbiger, appellabatur. Et Plato Comicus inquit: *Rex mystacis, Epicrates barbiger.* A Comicis enim ut hirsutus & pilosus perstringebatur. Erat autem orator & demagogus.

Ἐπικράτης, [8]Ἀθηναίων δημαγωγὸς, [9]Ἔφορος ἐπικαλούμενος· οὗ καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας μνημονεύει. ἕτερος δέ ἐστιν, οὗ μνημονεύει Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ διοικήσεως· ὅν φασι κεκτῆσθαι ταλάντων χ' οὐσίαν. ἄλλος δέ ἐστιν Ἐπικράτης, Αἰσχίνου τοῦ ῥήτορος κηδεστής· οὗ ἐπώνυμον Κυρηβίων, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου.

Ἐπικράτης. Epicrates, Atheniensium orator, Sacesphorus cognominatus: cujus etiam mentionem facit Demosthenes in oratione de Falsa Legatione. Alius vero est, cujus meminit Lycurgus in oratione de Administratione ærarii: quem sexcenta talenta *in bonis* habuisse ajunt. Alius item est Epicrates, Æschinis oratoris affinis, qui Cyrebion cognominabatur, ut testatur Demosthenes in oratione contra Æschinem.

Ἐπικρεμαμένου. ἐπικειμένου. Οἱ δὲ ὑπὸ μεγέθους τοῦ ἐπικρεμαμένου ἔτι κινδύνου πάντα οἰστὰ ἐλογίζοντο.

Ἐπικρεμαμένου. Imminentis. Impendentis. *Illi vero propter magnitudinem periculi adhuc impendentis omnia tolerabilia esse putabant.*

Ἐπικρεμάσας. ἐπενεγκών. Οἷς δ' ἅμα [10]ἀναταθεὶς, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ φόβον ἐπικρεμάσας.

Ἐπικρεμάσας. Qui injecit. Qui intulit. *Quibus cum minitatus esset, & simul sui terrorem incussisset.*

Ἐπίκρια. τὰ τῆς νηὸς σανιδώματα.

Ἐπίκρια. Tabulata navis.

Ἐπικρίνει. δοκιμάζει.

Ἐπικρίνει. Judicat. Dijudicat. Censet.

Ἐπικριτής. σύμβουλος. δοκιμαστής. Χρώμενος

Ἐπικριτής. Consultor. Censor. Judex. *Ea*

scribendum puto: Τούτων δὲ τῶν ἠθροισμένων ἀτόμων πεπληγμένων ὑπ' ἀλλήλων, εἶτα ἀφισταμένων, ἐξ αὐτῶν γίνεσθαι &c. Vel sic. τούτων δὲ τὰς ἠθροισμένας ἀτόμους πεπλῆχθαι ὑπ' ἀλλήλων, εἶτα ἀφίστασθαι· καὶ ἐκ τούτων &c. Cæterum, tota hæc Ecloga vere est, quod ajunt, calx absque arena, nec membra ejus inter se cohærent: adeo ut appareat, articulum hunc exiguo cum judicio a Suida consarcinatum esse.

1 Διαλύεσθαι] Hanc lectionem ex MS. Paris. A. revocavi. In prioribus enim Editt. male legitur διαλαβεῖσθαι.

2 Ὅτι ἐκ προνοίας φέρεται π.] Sensus hujus loci satis ostendit, legendum esse, ὅτι οὐδὲ ἐκ προνοίας φέρεται π.

3 Εἶτα ἀνέθορεν, Ἐπικούρῳ καὶ ταῖς ἐκείνου δ.] Simile quid legitur infra v. Κλάειν.

4 Ἔμπορος, καὶ Ἀντιλαΐς] Harum duarum fabularum meminit Athenæus: qui præterea ejusdem Διονύσιον & Ἀμαζόνας laudat.

5 Ἐπικράτους οὐκ ὀλίγῳ καλλ.] Aristophanes *Ecclesiaz.* pag. 726. (487. Ed. Bas. P.)

Κάλλιον Ἐπικράτους οὐκ ὀλίγῳ κάλλιστα.

Adde καὶ πρινοῦ: Πώγων' ἔχω. Hunc locum Suidas repetere voluit, quamvis metrum & ordinem verborum neglexerit.

6 Οὗτος γὰρ μέγαν πώγωνα εἶχεν. ἐπεκ.] Hæc sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

7 Σακεσφόρος] Portus, *scutifer*. Male. Vertere enim debebat, barbiger, vel, prolixam barbam gerens. Τὸ σάκος enim apud Græcos interdum significat *barbam*: ut ostendit Maussacus ad Harpocrationem v. Ἐπικράτης: ad quem Lectorem remitto.

8 Ἐπικράτης, Ἀθην.] Cave putes Epicratem hunc diversum esse ab eo, cujus Suidas loco proxime præcedenti meminit. Differentia tantum est in verbis, quoniam priorem locum Suidas descripsit ex Scholiasta Aristophanis, ut ante monuimus; posteriorem vero ex Harpocratione.

9 Ἔφορος] Scribe Σακεσφόρος: de qua voce diximus paulo ante.

10 Ἀνατασθεὶς] Sic recte MS. Paris. A. & ipse Suidas supra v. Ἀνατασθείς, ubi hoc ipsum fragmentum legitur. At priores Editt. mendose ἀναπησθείς.

ἐπικριτῇ

ἐπέκειτο τῇ τῶν λεγομένων τῷ Μασσάνῃ διὰ τὴν τῶν τόπων ἐμπειρίαν.

Ἐπίκτητος, Ἱεραπόλεως τῆς Φρυγίας, φιλόσοφος, δοῦλος δὲ [1] Ἐπαφροδίτου, τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως Νέρωνος. πηρωθεὶς δὲ τὸ σκέλος ὑπὸ ῥεύματος ἐν Νικοπόλει τῆς νέας Ἠπείρου ᾤκησε, καὶ [2] διαγείνας μέχρι Μάρκου Ἀντωνίνου. ἔγραψε πολλά. † Ὅτι [3] Θεοσέβιος ὁ φιλόσοφος ἔλεγε πολλὰ ἀπὸ τῶν Ἐπικτήτου σχολῶν· τὰ δὲ καὶ αὐτὸς ἐπεχειρᾶτο τῆς ἠθοποιοῦ διαγνώματα μούσης, ἱκανὰ πείθειν καὶ δυσωπεῖν τῶν ψυχῶν τὰς μὴ παντάπασιν ἀτέγκτους καὶ ἀπεράμους. ἀσπάζεσθαι δὲ τὰ ἀμείνω, καὶ μεταδιώκειν, καθόσον οἷόν τε ἦν· ἀποστρέφεσθαι δὲ καὶ ἀποδιδράσκειν τὰ χείρω τῆς ζωῆς εἴδη κατὰ δύναμιν. τοιγαροῦν καὶ ἐν [4] συγγράμματι καταλέλοιπε τοιούτοις τισὶ τὰς ἑαυτοῦ νουθετήσεις, οἷος ὁ Ἐπίκτητος πρότερον. καί μοι δοκεῖ ἀνὴρ γεγονέναι ἄντικρυς (ὡς ἕνα πρὸς ἕνα ἀντιβαλεῖν) ὁ τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου Ἐπίκτητος ἄνευ μέντοι τῶν Στωϊκῶν δογμάτων. ὁ γὰρ Θεοσέβιος οὐδενὸς τοσοῦτον, ὅσον τὴν Πλάτωνος ἀλήθειαν ἠσπάζετο καὶ ἐθαύμαζε. καὶ δή τι καὶ συνεγράψατο μικρὸν βιβλίδιον περὶ τῶν ἐν Πολιτείᾳ τῇ μεγάλῃ κεκομψευμένων, τὴν ἀπὸ τῶν Θεῶν ἥκουσαν θεοσοφίαν ἐξαίρων λόγῳ. ταύτην γὰρ διαφερόντως ἐτίμα καὶ ἔσεβεν. ἀεὶ γὰρ ἐν τοῖς ἠθικωτέροις φιλοσοφήμασι διατρίβων ἐφαίνετο. καὶ γὰρ εὖ ἐπεφύκει πρὸς εὐζωΐαν μᾶλλον, ἢ ἐπιστήμην, οὐδὲ ταύτην ἡσυχάζουσαν, οὐδὲ ἐν μόναις ταῖς φαντασίαις γυμναζομένην, ἀλλὰ ζῶσαν ἱκανῶς ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων. εἰ μὴ γὰρ καὶ τὸν δημόσιον ἐπολιτεύσατο τρόπον, ἀλλὰ τὸν ἴδιον, ὃν καὶ Σωκράτης ἐκεῖνος, καὶ ὁ Ἐπίκτητος, καὶ πᾶς εὖ φρονῶν μεταχειρίζεται, τὴν ἑαυτοῦ καὶ ἐν ἑαυτῷ πολιτείαν διακοσμῶν· τοῦτο μὲν πρῶτον, ἔπειτα καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐν μέρει καθέκαστον ἰδίᾳ συνισταμένην πρὸς τὸ βέλτιστον.

*quæ dicta erant, Masanissæ, utpote locorum periti, judicio permittebat.*

Ἐπίκτητος. Epictetus, ex Hierapoli Phrygiæ urbe, Philosophus, servus Epaphroditi, unius de satellitibus Imperatoris Neronis. Ob defluxionem autem altero crure mutilatus, in novæ Epiri urbe Nicopoli habitavit, & vitam usque M. Antoninum produxit. Scripsit multa. † Theosebius Philosophus multa ex Epicteti scholis desumpta dixit: alia vero & ipse excogitavit sententiarum enunciandarum genera, quæ sunt Musæ mores formantis documenta, ad persuadendum apta, & ad animos non prorsus inexorabiles & indomitos flectendum idonea. Amplecti vero meliora & sectari solebat, quantum fieri poterat: aversari autem & fugere pro viribus deteriora vitæ genera. Quamobrem etiam suas admonitiones in libro oratione soluta scripto reliquit quibusdam hujusmodi viris, qui tales erant, qualis fuerat ille prior & antiquus Epictetus. Et ut unum cum altero conferamus: hic nostri temporis Epictetus mihi fuisse videtur: exceptis tamen opinionibus Stoicis. Theosebius enim nullius scriptoris opiniones tam amplectebatur & admirabatur, quam Platonis veritatem. Quinetiam quendam libellum conscripsit de rebus in Magna Politia eleganter dictis, sapientiam a Diis venientem verbis extollens, quam vehementer honorabat & colebat. Hinc morali philosophiæ semper deditus erat: ut qui a natura factus esset ad bonam vitam colendam potius, quam ad scientiam sectandam; eamque non otiosam, nec in solis imaginationibus positam, sed actione quasi animatam. Quamvis enim Rempublicam non attigerit, sed privatum vitæ genus coluerit, cui & Socrates ille, & Epictetus, & quilibet cordatus studet, suam, & in se ipso sitam politiam exornans; tamen hoc quidem privatum præclaræ vitæ genus exercebat primum; deinde vero & illud, quod in mutua consuetudine, & officiis erga singulos exercendis, & ad optimum vitæ finem homines deducentibus, versatur. *Port.*

1 Ἐπαφροδίτου] Hujus Epaphroditi mentio fit apud Stephanum Byzantium v. Βοιώτεια.

2 Καὶ διαγείνας μέχρι Μάρκου Ἀντ.] Quod Suidas hic de ætate Epicteti ait, confirmatur auctoritate Themistii, quippe qui in oratione Consulari ad Jovianum Imperatorem pag. 63 testatur, Antoninos duos, i. e. Pium & Marcum, Epictetum in honore habuisse. Verba ejus hæc sunt: Οὕτω δὲ οἱ πατέρες τῆς σῆς βασιλείας τὰς σοφίας ταύτης τὸ τίχος ἀνῆγον. τὸν Ἄρειον ἐκεῖνον ὁ Σεβαστός, ὁ Τιβέριος τὸν Θρασύλλον. Τραϊανὸς ὁ μέγας Δίωνα τὸν χρυσοῦν τὴν γλῶτταν, τὸν Ἐπίκτητον τὼ δύο Ἀντωνίνω. I. e. *Sic auctores imperii tui hujus olim disciplinæ majores evexerunt, velut Arium Cæsar Augustus, Tiberius Thrasylum, magnus ille Trajanus Dionem aurea lingua præditum, Epictetum denique Antonini duo.* Sed, si rem bene putemus, non videtur Epictetus ad Marci principatum pertingere potuisse, quoniam inter imperium Neronis (sub quo Epictetum jam floruisse certum est) & regnum Marci, anni plus centum intercesserunt: quam ætatem paucissimi mortalium attingunt. Præterea Gellius, Herodi Attico, qui sub Marco & ante floruit, æqualis, de Epicteto, tanquam qui suo tempore jam decesserat, ita verba facit lib. II. cap. XVIII. *De Epicteto autem, philosopho nobili, quod is quoque servus fuit, recentior est memoria, quam ut scribi quasi obliteratum debuerit.* Adhæc, ipse Marcus Imperator initio libri sui Philosophos & viros doctos recensens, quorum consuetudine & familiaritate usus fuerat, nullam Epicteti mentionem facit: quin potius eum ante ætatem suam e vivis jam excessisse, clare his verbis ostendit, lib. VII. §. XIX. Πόσους ἤδη ὁ αἰὼν Χρυσίππους, πόσους Σωκράτεις, πόσους Ἐπικτήτους καταπέπωκεν; Id est: *Quot Chrysippos, quot Socrates, quot Epictetos ævum jam absorpsit!* Hæc sane argumenta satis evincere videntur, Epictetum ad Marci tempora vitam non produxisse, nec ab Imperatore illo in honore, ut Themistius vult, haberi potuisse. Sententiam nostram confirmat doctissimus Gatakerus ad Marc. Anton lib. VIII. §. XXXI. cujus verba hic adducam: "Cæterum, quod Themistius ait, Antoninos duos, Pium sc. nostrumque, Epictetum pari modo evexisse, quo Arium Augustus, Thrasylum Tiberius, Dionem Trajanus; unde constare, aut qui esse possit, nullus assequor: etiamsi Suidas etiam ad Marci principatum pertigisse scribat: quum a Neronis imperio (sub quo Epictetum non vixisse tantum, sed & in existimatione magna extitisse, ex ipsius disceptationibus ab Arriano editis clarissime liquet) ad Marci regnum anni fere centum intercedant. Accedit, quod nec apud Marcum ipsum, nec apud eorum quenquam, qui Marci res gestas scripto consignarunt, Epicteti ulla mentio comparet inter eos, quos is in honore habuerit, Philosophos: cum sedulo tamen hos recenseant. Denique cur Junio Rustico tantam gratiam agnoscat, quod Epicteti commentariorum copiam sibi fecerit, qui ab Epicteto ipso, quem familiariter habebat, nullo negotio eos comparare sibi poterat? Hæc Gatakerus recte.

3 Ὅτι Θεοσέβιος ὁ φιλόσοφος ἔλεγε.] Totum hunc de Theosebio locum ex Damascio depromptum esse, clare patet ex Photio, apud quem in Excerptis ex illo Scriptore pag. 1038. inter alia & hæc leguntur: Ἔλεγε μὲν ὁ Θεοσέβιος τὰ πολλὰ ἀπὸ τῶν Ἐπικτήτου σχολῶν· τὰ δὲ καὶ αὐτὸς ἐπεχείρει τῆς ἠθικῆς διαγνώματα μούσης. Eadem certe verba & in hac ipsa apud Suidam Ecloga leguntur: unde dubitari non debet, quin & reliqua omnia ejusdem sint Damascii; quoniam totum hunc de Theosebio locum ex uno eodemque auctore descriptum esse, & ex sensus ἀναλογίᾳ & paritate styli manifestum est.

4 Ἐν συγγράμματι] Scribe ἐν συγγράμμασι, totamque hanc periodum sic verte: *Quare etiam præcepta vitæ talibus fere libellis com-*

Ἐπικυδέστερος.[1] ἐπικρατέστερος. νικητικός. ἐνδοξότερος. κῦδος γὰρ ἡ δόξα. Τοὺς Ῥωμαίους ὁ Τοῦρκος ἐν τιμῇ πλείονι ἐποιήσατο, ὡς καὶ κατὰ τὴν ἐπικυδεστέραν ἀνακλῖναι στιβάδα.

Ἐπικυδέστερος. Potentior. Honoratior. Præstantior. Illustrior. Κῦδος enim est gloria. *Turcus Romanos pluris fecit, ut & in honoratiore toro eos collocaret.*

Ἐπικύδης. ὅτι [2] Ἐπικύδης καὶ Ἱπποκράτης ἀδελφὼ ἀλλήλων, στρατηγὼ δὲ Συρακουσίων, οἱ Ῥωμαίοις ἐκ πολλοῦ δυσχεραίνοντες, ἐπεὶ τὰς Συρακούσας οὐκ ἴσχυον ἐκπολεμῶσαι, κατέφυγον ἐς Λεοντίνους, διαφερομένους τοῖς Συρακουσίοις, καὶ κατηγόρουν τῆς πατρίδος, ὅτι τὰς σπονδὰς Ἱέρων ἐφ' ὅλῃ Σικελίᾳ πεποιημένος, μόνοι Συρακούσιοι σφίσιν αὐτοῖς ἀνακοινώσειαν. οἱ δὲ ἠρέθιζοντο. καὶ Συρακούσιοι μὲν ἐπεκήρυσσον, εἴ τις Ἱπποκράτους ἢ Ἐπικύδου κομίσειε τὴν κεφαλὴν, ἰσοσταθμον αὐτῇ χρυσίον ἀποδώσειν. Λεοντῖνοι δὲ αὐτῶν Ἱπποκράτην στρατηγὸν ᾑροῦντο.

Ἐπικύδης. Epicydes. Epicydes atque Hippocrates fratres, Syracusanorum Imperatores, jamdudum infensi Romanis, cum Syracusanos ad bellum concitare minime potuissent, in Leontinos, qui a Syracusanis dissidebant, profecti sunt: ac populares suos criminari cœperunt, quod cum Hiero universam Siciliam in fœdere cum Romanis pacto comprehendisset, ipsi id sibi solis tribuerent: quibus verbis magnopere concitati sunt Leontini. At Syracusani publice per præconem pronunciarunt, si quis Hippocratis aut Epicydis caput afferret, se pari auri pondere id redempturos esse. Hippocrates autem a Leontinis Imperator creatus est.

Ἐπικυκλῆσαι. ἐπεισαγαγεῖν.

Ἐπικυκλῆσαι. Introducere.

Ἐπικύλλωμα. τὸ μετὰ τὴν τοῦ ἄρτου διάπλασιν περιουσιωσάμενον. κόλλυξ γὰρ, ὁ ἄρτος. ὅθεν καὶ κολλύειν, ἀπὸ τοῦ κολοβόν.

Ἐπικύλλωμα. Id, quod post panis formationem reliquum est. Κόλλυξ enim est panis. Unde & κολλύειν, [itidem genus panis:] a κολοβὸν, mutilum.

Ἐπικυφότερος. πλεῖον κυρτός.

Ἐπικυφότερος. Magis incurvus. Gibbosior.

Ἐπιλαμβάνεσθαι. γενικῇ. μέμφεσθαι. [3] Μὴ ὀνειδιστικῶς ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν βάρβαρον ἢ σόλοικον ἢ ἀπηχές τι προενεγκαμένων.

Ἐπιλαμβάνεσθαι. Genitivo jungitur. Corripere. Reprehendere. *Ne cum contemptu & irrisione eos reprehende, qui vel barbare, minusve emendate loquuntur, vel absonum quid proferunt.*

Ἐπίλαμπτος. καταφανής, παρ' Ἡροδότῳ.

Ἐπίλαμπτος. Illustris. Manifestus. Apud Herodotum.

Ἐπιλανθάνεσθαι. ἀποβαλεῖν ἐπιστήμην.

Ἐπιλανθάνεσθαι. Oblivisci.

Ἐπιλαχόντα. τυχόντα.

Ἐπιλαχόντα. Nactum. Assequutum. Adeptũ.

Ἐπιλαχών.[4] Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος· Οὔτε λαχὼν, οὔτ' ἐπιλαχὼν, ἀλλ' ἐκ παρασκευῆς πριάμενος. τοιοῦτον δέ ἐστι τὸ λεγόμενον. ἐκληροῦντο οἱ βουλεύειν ἢ ἄρχειν ἐφιέμενοι. ἔπειτα ἑκάστῳ τῶν λαχόντων ἕτερος ἐπελάγχανεν, ἵνα, ἐὰν ὁ [5] προλαχὼν ἀποδοκιμασθῇ, ἢ τελευτήσῃ, ἀντ' ἐκείνου γένηται βουλευτὴς ἢ ἄρχων, ὁ ἐπιλαχών.

Ἐπιλαχών. Æschines in oratione contra Ctesiphontem ait: *Neque sortitione, neque subsortitione [magistratum] adeptus est, sed eum, corruptis ante Senatoribus, pretio emit.* Ut autem verba hæc Æschinis intelligantur, sciendum est, eos, qui in Senatum adsciscì, vel magistratum aliquem consequi cupiebant, sortiri solitos fuisse. Deinde post unumquemque eorum, cui sors obvenerat, alterum sortem duxisse, ut, si prior vel rejectus fuisset, vel obiisset, ille, qui post eum sortitus fuerat, ipsius loco vel Senator vel Magistratus crearetur.

Ἐπιλέγει. πρὸς τοῖς εἰρημένοις φησίν.

Ἐπιλέγει. Post jam dicta dicit. Jam dictis aliquid addit.

Ἐπίλεκτος. προπαροξυτόνως. Ἐκλεκτὸς δὲ, ὀξυτόνως. διότι τὸ μὲν ἐκ τοῦ ῥήματος· τὸ δὲ ἐκ τοῦ ὀνόματος συντέθειται.

Ἐπίλεκτος. Delectus. Acuto notatur in antepenultima. Ἐκλεκτὸς vero, i. e. electus, acutum habet in ultima. Illud enim ex verbo; hoc vero ex nomine compositum est.

Ἐπιλεξάμενος. ἀναμετρήσας. ἀναλογισάμενος. Ὁ δὲ Ἡρακλῆς τὸν ἀριθμὸν τῶν βοῶν ἐπιλεξάμενος. καὶ [6] Ἡρόδοτος· Ὁ δὲ ἐπιλεξάμενος, ὡς, ἢν δι' αὐτοῦ κατέλθωσιν οἱ φυγάδες ἐς τὴν πόλιν, ἄρξει τῆς Νάξου. ἀντὶ τοῦ ἀναλογισάμενος. κεῖται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀναγνούς. Ὁ δὲ ἐνέπλεξε τὰ γεγραμμένα, καὶ ἐπιλε-

Ἐπιλεξάμενος. Remensus. Qui reputavit. Qui recognovit. Qui recensuit. *Hercules autem, cum boum numerum recognovisset.* Et Herodotus: *Cum autem secum ipse reputasset, si sua opera exules in urbem rediissent, se Naxi imperio potiturum.* Ponitur etiam ἐπιλεξάμενος pro ἀναγνούς: i. e. qui legit. *Ille vero li-*

*plexus est, & posteritati reliquit, qualibus & ante Epictetus.* Versio Porti, qui vulgatam lectionem secutus est, omnino est frigida.

1 Ἐπικυδέστερος.] Vide quæ de significatione hujus vocis observat Casaubonus in Commentario ad Polybium, pag. 160.

2 Ὅτι Ἐπικύδης καὶ Ἱπποκράτης ἀδελφὼ εἰσ.] Totus hic locus αὐτολεξεὶ etiam legitur apud Appianum in Excerptis a Valesio editis pag. 558. unde eum Suidas descripsit.

3 Μὴ ὀνειδιστικῶς ἐπιλαμβ.] Fragmentum hoc apud Marcum Antoninum me legisse memini. Vide etiam supra v. Ἀπηχές.

4 Ἐπιλαχών. Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησ.] Hæc, & quæ sequuntur, leguntur etiam apud Harpocrationem & Etymologum.

5 Προλαχών] Sic recte MS. Paris. A. itemque Etymologus, & Harpocratio. At priores Editt. male, [illegible].

6 Ἡρόδοτος] Lib. v. pag. 187.

ξάμενος

ξάμενος ἐλέγχει τὸ πᾶν, ὡς ἐγένετο.

Ἐπιλείψει με. καταλείψει με. Ἐπιλείψει με διηγούμενον ἡμέρα.

Ἐπὶ [1] Λειψυδρίῳ μάχη. χωρίον ὑπὲρ [2] τῆς Πάρνηθος, ὃ ἐτείχισαν οἱ φυγάδες τῶν τυράννων, [3] ὧν οἱ Ἀλκμαιωνίδαι προειστήκεσαν. ἐκπολιορκηθέντων δ' αὐτῶν ὑπὸ τῶν περὶ Πεισίστρατον, Σκολιὸν εἰς αὐτοὺς ᾔδετο· [4] Αἶ αἶ Λειψύδριον προδοσέταιρον, οἵους ἄνδρας ἀπώλεσας, μάχεσθαί τ' ἀγαθοὺς, καὶ εὐπατρίδας, ὁπότ' ἔδειξαν, οἵων πατέρων ἦσαν.

Ἐπίληθον. τὸ [5] λανθαστικόν.

Ἐπὶ [6] Ληναίῳ. περίβολός τις μέγας, ἐν ᾧ τοὺς ἀγῶνας ἦγον τοὺς σκηνικούς.

Ἐπίληπτος. ἐπίληψιμος, καὶ μέμψεως ἄξιος. καὶ ἐπίληπτος, ὁ νοσῶν τὴν ἱερὰν νόσον, καὶ λυόμενος [7] ὑπὸ τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου.

Ἐπιλησμότατον. ἰδίως ἐπιλησμονέστατον. Ἄλεξις δὲ, ἐπιλήσμη. Κρατῖνος, ἐπιλησμοσύνη. [8] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

--- Οὐκ ἐς κόρακας ἀποφθερεῖ,
Ἐπιλησμότατον καὶ σκαιότατον γερόντιον.

Ἐπιλείψει με. [9] καταλάβοι με.

Ἐπιλίγδην. [10] συμψαῦσαι καὶ ἐφάψασθαι μόνον, ὃ παρ' ἡμῖν ἄνωθεν, ἄνω.

Ἐπιλλίζω. [11] τὸ διανεύω.

Ἐπιλογισάμενος. Καὶ ἐφ' ὧν ἐνόμιζε πλεονεκτήσειν κατὰ τὴν μάχην ἐπιλογισάμενος, πείθει.

Ἐπιλλύζουσα. ἐπιγελῶσα. ἐπιμύουσα τοὺς ὀφθαλμούς· ὅπερ ἴδιόν ἐστι τῶν γλαυκῶν, διὰ τὸ μὴ βλέπειν δι' ἡμέρας.

Ἐπίλυκος, κωμικὸς ποιητής. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι Κοραλίσκος, ὡς [12] Ἀθήναιος.

Ἐπιλυομένου. [13] συγχωροῦντος.

Ἐπίλυσιν. [14] ἔφοδον. Ὁ δὲ πέμπει Ἰωάννην, ὡς ἂν προφυλακῇ χρώμενος, καὶ προκαταμάθοι τὴν [15] ἐπίλυσιν τῶν βαρβάρων.

*teras invenit, iisque lectis deprehendit, quomodo tota res gesta fuisset.*

Ἐπιλείψει με. Deficiet me. *Me narrantem dies deficiet.*

Ἐπὶ Λειψυδρίῳ μάχη. *Pugna in Lipsydrio.* [Lipsydrium] locus supra Parnethem, quem munierant, qui ob tyrannos urbe profugerant, inter quos præcipui erant Alcmæonidæ. Sed cum ibi a Pisistratidis expugnati essent, Scolium cani in ipsos cœptum est: *Heu, heu Lipsydrium, sociis infidum, quales viros perdidisti, manu promptos, nobilique genere natos; cum ostenderent, quibus majoribus orti essent.*

Ἐπίληθον. Quod oblivionem inducit.

Ἐπὶ Ληναίῳ. Ad Lenæum. Erat circus quidam ingens, vel locus septus, in quo ludi scenici agebantur.

Ἐπίληπτος. Castigatione & reprehensione dignus. Et ἐπίληπτος, morbo sacro vel caduco laborans: qui sub Imperatore Theodosio sanabatur.

Ἐπιλησμότατον. Valde obliviosum. Alexis vero dixit ἐπιλήσμη, i. e. oblivio: & Cratinus, ἐπιλησμοσύνη, pro eodem. Aristophanes *Nubibus: Non ad corvos abibis, obliviosissime & morosissime senecio?*

Ἐπιλείψει με. Deficiet me. Vel, deseret me.

Ἐπιλίγδην. Leviter. Strictim. Quod apud nos vulgo ἄνωθεν, vel ἄνω dicitur.

Ἐπιλλίζω. Innuo. Nicto.

Ἐπιλογισάμενος. Qui reputavit. Qui enumeravit, vel recensuit. *Et cum breviter enumerasset ea, ob quæ in prælio se superiorem fore putabat, rem eis persuasit.*

Ἐπιλλύζουσα. Irridens. Nictans. Oculis connivens: quod proprium est noctuarum, quæ interdiu non vident.

Ἐπίλυκος. Epilycus, poeta Comicus. Ex fabulis ejus est *Coraliscus*, ut ait Athenæus.

Ἐπιλυομένου. Concedentis.

Ἐπίλυσιν. Adventum. Invasionem. *Ille autem Joanem misit, qui excubiis dispositis Barbarorum adventum præcognosceret.*

1 Ἐπὶ Λειψυδρίῳ μάχη. χωρίον ὑπὲρ τῆς Πάρν.] Eadem ad verbum etiam leguntur apud Etymologum. & Eustathium ad Il. Δ. pag. 461. Confer etiam Meursium in *Pisistrato* cap. XVI.

2 Ὑπὲρ τῆς Πάρνηθος] Sic etiam Hesychius h. v. & v. Λειψύδριον, & ipse Suidas infra v. Λειψύδριον. At Etymologus Lipsydrium ὑπὸ τὴν Πάρνηθα, i. e. sub Parnetho, collocat: minus recte, ut puto. Non enim loca humilia, sed edita, & in montibus sita, muniri solent ab iis, qui a vi hostili tuti esse volunt. At quid facias Herodoto, qui lib. V. pag. 195. Lipsydrium ὑπὲρ Παιονίης, i. e. supra Pæoniam, situm fuisse tradit. Equidem existimo locum illum Herodoti corruptum esse, & pro Παιονίης reponi debere Πάρνηθος; quoniam Lipsydrium utique situm fuit in Attica, cujus mons erat Parnes, teste Stephano Byzantio. At Pæonia erat regio Macedoniæ, ab Attica procul remota; in qua, vel ultra quam si Lipsydrium situm fuit, non video quomodo id a Pisistratidis, qui Atticæ, non autem Macedoniæ domini erant, expugnari potuerit. Corrigendus hic etiam obiter est Eustathius, apud quem loco laudato pro ὑπὲρ τῆς Πάρνηθος male legitur ὑπὲρ τῆς Σπάρτης.

3 Ὧν οἱ Ἀλκμαιωνίδαι προειστήκεσαν] Portus τὸ προειστήκεσαν male in προεπεστήκεσαν, vel πρότερον ἐπέστησαν mutandum censebat. Locus hic enim recte se habet, & sensus ejus est is, quem in versione expressimus.

4 Αἶ αἶ Λειψύδριον προδοσ.] Scolium hoc, cujus metrum prorsus turbatum est, legitur etiam apud Athenæum lib. XV. pag. 695.

5 Λανθαστικόν] Sic habent 2 MSS. Paris. At priores Editt. λανθανικόν: quod minus placet. Eustathius & vetus Scholiasta Homeri ad Odyss. Δ. v. 221. eandem vocem exponunt ἐπιλαστικόν.

6 Ἐπὶ Ληναίῳ. περίβολός τις μ.] Confer omnino Hesychium h. v. ex quo Suidas supplendus est. Notandum autem est, notam hanc referendam esse ad locum illum Aristophanis *Acharnens.* pag. 395.

Αὐτοὶ γὰρ ἐσμὲν, οὑπὶ Ληναίῳ τ' ἀγών.

Confer ibi Scholiastam.

7 Ὑπὸ τοῦ βασιλέως Θεοδ.] Duo MSS. Paris. habent, ἐπὶ τοῦ βασιλ. Θεοδ.

8 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 171. (102. Ed. Bas. P.) Ubi vide Scholiastam, cujus vestigia Suidas hic secutus est.

Ἔρανα. δῶρα, τὰ ἐκ συλλογῆς.
Ἔρανα. Dona collectitia.

Ἐρανεμπόλοις. τοῖς ἐκ τῶν ἐράνων ἐμπολῶσι [3]ἀπὸ τῶν ἀρχῶν.
Ἐρανεμπόλοις. Redemptoribus, sive nundinatoribus erani.

Ἐράνιον. ἐκ συνεισφορᾶς δῶρον.
Ἐράνιον. Donum collatitium. Eranus.

Ἐρανικαί.[4] ὅτι ἔμμηνοι δίκαι, αἵτε ἐμπορικαί. versiæ de erano & negotiis mercatorum singulis
Ἐρανικαί. Ad eranum pertinentes. Controversiæ de erano & negotiis mercatorum singulis mensibus in Judicio disceptari solebant.

Ἐρανιστάμενος.[5] ἐκ πολλῶν συναγαγών. καὶ ἐρανίσας, Δημοσθένης ἀντὶ τοῦ ἔρανον αἰτήσας. Ἐρανιστὴς μὲν τοι κυρίως ἐστὶν, ὁ τοῦ ἐράνου μετέχων, καὶ τὴν φορὰν, ἣν ἑκάστου μηνὸς ἔδει καταβάλλειν, εἰσφέρων.
Ἐρανισάμενος. Qui a multis eranum collegit. Et ἐρανίσας Demosthenes dixit de eo, qui eranum corrogavit. Ἐρανιστὴς vero proprie dicitur, qui erani particeps est, & singulis mensibus debitam pensionem confert.

Ἔρανος. ἡ ἐκ κοινοῦ ἑστίασις. ἡ [6]ἐντολή. εἰσφορά. ἡ συλλογή. ἡ [7]σπουδαιότερον.
Ἔρανος. Cœna collatitia. Symbola. Pecunia collectitia.

Ἐρασιππίδαυλος. ἐν Ἐπιγράμματι· [8]Βυχάνδης ὁ λέβης· ὁ δὲ θεὶς Ἐρασιππίδαυλος Κλεόβοτος.
Ἐρασιππίδαυλος. In Epigrammate: *Capax admodum est hic lebes: quem dedicavit Cleobotus Eriaspidæ filius.*

Ἐρασινάδης.[9] ὄνομα κύριον. στρατηγὸς δὲ ἦν.
Ἐρασινάδης. Erasinades. Nomen proprium. Erat autem belli dux.

Ἐρασίστρατος,[10] Ἰουλιήτης, ἀπὸ Ἰουλίδος πόλεως Κίω τῆς νήσου. χρηματίζει δὲ Κῇος, υἱὸς Κρητοξένης, τῆς Μηδίου τοῦ ἰατροῦ ἀδελφῆς, καὶ Κλεομβρότου. [11]Οὗτος Ἀντίοχον τὸν βασιλέα νοσοῦντα ὑπὸ τοῦ τῆς μητρυιᾶς Στρατονίκης πόθου ἰάσατο, εὑρὼν τὸ πάθος ἐκ τοῦ ἐπιθεῖναι τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ, καὶ τὸν παλμὸν συνιδεῖν. ὁσάκις γὰρ ἔβλεπεν ὁ Ἀντίοχος τὴν μητρυιὰν αὐτοῦ τυχὸν διερχομένην, ἐπάλλετο τῆς καρδίας μάλιστα τοῦ ταύτης ἔρωτι. τέθαπται δὲ περὶ τὸ ὄρει τῇ Μυκάλῃ, καταντικρὺ Σάμου. ἔγραψεν ἰατρικὰ βιβλία θ'.
Ἐρασίστρατος. Erasistratus, Juliates, ex Juljade, Cei Insulæ urbe. Appellatur autem Cejus, filius Cretoxenæ, Medii Medici sororis, & Cleombroti. Hic Antiochum Regem, qui præ amore novercæ Stratonices in morbum inciderat, sanavit: postquam manu cordi ejus admota ex palpitatione causam mali deprehendisset. Quotiescunque enim Antiochus novercam suam forte transeuntem vidisset, toties cor ejus præ amore vehementius solito palpitabat. Sepultus est juxta montem Mycalen, e regione Sami. Scripsit de re medica libros ix.

1 Ἐπύλλια ξυλλέγω] Aristophanes *Acharnensibus* pag. 391.
Ὁ νοῦς μὲν ἔξω συλλέγων ἐπύλλια.
Huc Suidas respexit.

2 Παρὰ τὸ ἐρίσαι] Scribe, παρ' ὃ καὶ τὸ ἐρίσαι. Confer Etymologum v. Ἔρα.

3 Ἀπὸ τῶν ἀρχῶν] Hæ tres voces mihi suspectæ sunt, nec ad rem quicquam facere videntur.

4 Ἐρανικαί. ὅτι ἔμμηνοι δ.] Scribe, Ἐρανικαί. ὅτι ἔμμηνοι αἱ ἐρανικαί, &c. Confer Nostrum supra v. Ἔμμηνοι. De erano autem & eranistis videndus omnino est Salmasius *de Usuris* cap. III. qui ibi prolixe de hoc argumento agit.

5 Ἐρανιστάμενος. ἐκ πολλῶν συναγ.] Ex Harpocratione.

6 Ἐντολή] Sic etiam habet Etymologus: sed mendose omnino. Scribendum enim esse ἐμπολὴ colligo ex voce præcedente ἐρανέμπολοι.

7 Ἡ σπουδαιότερον] Locus hic mutilus est: quem ex Etymologo supplebis.

8 Βυχάνδης ὁ λέβης· ὁ δὲ θεὶς Ἐρασιπ.] Locus hic corruptus est, qui sic scribendus & distinguendus est:
Βυχάνδης ὁ λέβης· ὁ δὲ θεὶς Ἐρασιππίδα υἱὸς
Κλεόβοτος.
Sic enim legitur in Anthologia Epigrammatum inedita, ex qua Epigramma integrum, cujus fragmentum hoc pars est, publici juris fecit Lucas Holstenius ad Stephanum v. Τέγεα: ut monuimus etiam supra v. Βυχανδής.

9 Ἐρασινάδης] Aristophanes *Ranis* pag. 268. (176. Ed. Bas. P.)
Εἰ κἀστρατήγει γ' ἅμ' Ἐρασινίδῃ.
Scholiasta ad eum locum: Ἐρασινίδης, εἷς τῶν περὶ Ἀργινούσας στρατηγησάντων δέκα ἀρχόντων. Huc Suidas respexit. Vide etiam infra v. Ἐστρατήγησε μετ' Ἐρασινίδου.

10 Ἰουλιήτης. ἀπὸ Ἰουλ.] Strabo lib. x. Ἐκ δὲ τῆς Ἰουλίδος ὅ, τε Σιμωνίδης ἦν ὁ μελοποιὸς καὶ Βακχυλίδης, ἀδελφιδοῦς ἐκείνου· καὶ μετὰ ταῦτα Ἐρασίστρατος ὁ ἰατρὸς, &c. Errat ergo Stephanus Byzantius v. Κῶς, qui Erasistratum hunc Coum facit. Julis enim, sive Julias erat urbs insulæ Cei, ut non solum testatur Suidas hoc loco, sed etiam Strabo lib. x. pag. 486.

11 Οὗτος Ἀντίοχον τὸν βασιλ.] Eandem historiam prolixius narrant, Plutarchus in *Demetrio* pag. 907. Appianus *de Bellis Syr.* pag. 204. Valer. Max. lib. v. cap. VII. Julianus in *Misopog.* pag. 72. & alii.

Ἐρατεινός. ὁ ἐπέραστος.

Ἐρατοσθένης,[1] Ἀγλαοῦ (οἱ δὲ, Ἀμβροσίου) Κυρηναῖος, μαθητὴς φιλοσόφου Ἀρίστωνος Χίου, γραμματικοῦ δὲ Λυσανίου τοῦ Κυρηναίου, καὶ Καλλιμάχου τοῦ ποιητοῦ. μετεπέμφθη δὲ ἐξ Ἀθηνῶν ὑπὸ τοῦ τρίτου Πτολεμαίου, καὶ διέτριψε μέχρι τοῦ πέμπτου. [2] διὰ δὲ τὸ δευτερεύειν ἐν παντὶ εἴδει παιδείας τοῖς ἄκροις ἐγγίσασι τὰ βήματα ἐπεκλήθη. οἱ δὲ καὶ δεύτερον ἢ νέον Πλάτωνα· ἄλλοι, Πένταθλον ἐκάλεσαν. ἐτέχθη δὲ ρκϛ΄ ὀλυμπιάδι, καὶ ἐτελεύτησεν π΄ ἐτῶν γεγονώς ἀποσχόμενος τροφῆς διὰ τὸ ἀμβλυώττειν, μαθητὴν ἐπίσημον καταλιπὼν Ἀριστοφάνην τὸν Βυζάντιον· οὗ πάλιν Ἀρίσταρχος μαθητής. μαθηταὶ δὲ αὐτοῦ Μνασέας καὶ Μένανδρος καὶ Ἄριστις. [3] ἔγραψε δὲ φιλόσοφα, καὶ ποιήματα, καὶ ἱστορίας. Ἀστρονομίαν, ἢ [4] Καταστηρίγμους. Περὶ τῶν κατὰ φιλοσοφίαν αἱρέσεων. Περὶ ἀλυπίας. Διαλόγους πολλούς, καὶ Γραμματικὰ συχνά.

Ἐργαλεῖον. ἔργον ἰκ.

Ἐργάνη. ἡ Ἀθηνᾶ, παρ' ὅσον ἔφορός ἐστι τῆς τῶν γυναικῶν ἐργασίας, ταύτῃ παρὰ Ἀθηναίοις καὶ Σαμίοις εἴρηται. σημαίνει δὲ καὶ τὴν ἐργασίαν.

Ἐργαστῆρας. ἐργάτας. Ὁ δ' ἐνελόχα τινὰς ἐργαστῆρας ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐπανιόντας, καί πως λαθὼν εἰς αὐτὸν ἐρπύσας.

Ἐργαστήριον. ἐν ᾧ τινα ἐργάζονται. [5] Πολύβιος· Οὐκ ἔστι, κατὰ [6] τὸν Ξενοφῶντα, ὃς θεασάμενος τὴν πόλιν ἐκείνην, οὐκ ἂν εἶπε πολέμου ἐργαστήριον.

Ἐργαστικός. [7] Πολύβιος· Ἰδίας δὲ τῆς πολιτικῆς καὶ τῆς τῶν ἐργαστικῶν κατασκευῆς.

Ἐργάτιδες. αἱ ἐργαζόμεναι γυναῖκες τὰ τῶν ἀνδρῶν ἔργα. ἡ εὐθεῖα, ἐργάτις.

Ἐργίσκη.[8] τῆς Θρᾴκης ἐστίν. ἀπὸ Ἐργίσκου τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Ἄβας νύμφης.

Ἐργολάβος. οὐχ ὥσπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ δοκοῦμεν ἐργολάβον καλεῖν τὸν ὑπὲρ τινῶν ἔργων μισθὸν λαμβάνοντα, καὶ ἔχοντα τοὺς συνεργαζομένους, οὕτω καὶ οἱ ῥήτορες ἐξεδέξαντο τὸν ἐργολάβον· ἀλλ' ἐπὶ φαύλων πραγμάτων χρῶνται τῷ ὀνόματι· ὡς [9] Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον Ἐπιστολῇ· Πολὺ γὰρ μᾶλλον εὐνοίας καὶ φιλανθρωπίας τὰ παρόν-

Ἐρατεινός. Amabilis. Optabilis.

Ἐρατοσθένης. Eratosthenes, Aglai, vel, ut alii, tradunt, Ambrosii F. Cyrenæus, Aristonis Philosophi Chii, & Lysaniæ Cyrenæi Grammatici, & Callimachi Poetæ discipulus. Accersitus Athenis a Ptolemæo tertio, ad quintum usque vixit. Hic quod in omni doctrinæ genere secundum locum teneret, & viris summis proximus esset, *Beta* vocatus est. Alii vero eum Platonem secundum, vel juniorem: alii Quinquercionem appellarunt. Natus est cxxvi. Olympiade: obiitque anno ætatis LXXX, ex inedia, propter hebetatam oculorum aciem; relicto insigni discipulo Aristophane Byzantio: cujus rursus discipulus fuit Aristarchus. Ejus vero discipuli fuerunt Mnaseas, & Menander, & Aristis. Scripsit Philosophica: Poemata: Historias: Astronomiam, seu de iis, qui inter astra relati sunt. Item de Philosophorum sectis: De vacuitate doloris: Dialogos multos; & multa Grammatica.

Ἐργαλεῖον. Instrumentum.

Ἐργάνη. Sic apud Athenienses & Samios dicta est Minerva, [ab ἔργον, opus:] quod operum muliebrium esset inspectrix. Significat etiam opus, vel operationem.

Ἐργαστῆρας. Operarios. Opifices. *Ille vero insidias struxit quibusdam operariis ex agris domum redeuntibus, & clam ad ipsum prorepsit.*

Ἐργαστήριον. Officina. Polybius: *Nemo est quin illa cernens, urbem eam belli officinam, ut Xenophontis verbis utar, diceret.*

Ἐργαστικός. Opifex. Operarius. Polybius: [*Congesta in forum*] *supellectile & civium & opificum.*

Ἐργάτιδες. Operatrices. Operariæ. Sive, mulieres, quæ virorum opera faciunt. Casus rectus est ἐργάτις.

Ἐργίσκη. Ergisce, locus Thraciæ, ab Ergisco Neptuni & Abæ Nymphæ filio sic dictus.

Ἐργολάβος. Non quemadmodum secundum vulgarem loquendi consuetudinem ἐργολάβον vocamus illum, qui mercede operam suam locat, & operis socios habet; sic etiam Oratores facere consueverunt: sed illi vocem hanc malo sensu accipiunt; ut Demosthenes in Epistola ad Senatum & populum: *Præsens rerum status multo magis benevolentiam & humanitatem*

1 Ἐρατοσθένης] De hoc Eratosthene vide Vossium *de Hist. Gr.* lib. 1. cap. XVII.

2 Διὰ δὲ τὸ δευτερεύειν ἐν παντὶ εἴδει παιδείας τοῖς ἄκροις ἐγγίσασι τὰ βήματα ἐπεκλ.] Meursius ad Hesychium Milesium pag. 147. recte monuit locum hunc mendosum esse, eumque sic scribi debere: Διὰ δὲ τὸ δευτερεύειν ἐν παντὶ εἴδει παιδείας, τοῖς ἄκροις ἐγγίσαντα, Βῆτα ἐπεκλήθη. Eratosthenes enim non Βήματα, sed Βῆτα cognominatus fuit, quod inter eruditos secundus ei locus assignaretur: sicut βῆτα secunda est alphabeti litera. Hesychius Milesius: Ἐρατοσθένης διὰ τὸ δευτερεύειν ἐν παντὶ εἴδει παιδείας, τοῖς ἄκροις ἐγγίζων, Βῆτα ἐκλήθη. Artemidorus Ephesius, vel, secundum alios, Marcianus Heracleota, in *Periplo*: Καὶ μετ' ἐκεῖνον Ἐρατοσθένης, ὃν Βῆτα ἐκάλεσαν οἱ τοῦ Μουσείου προστάντες. Locum hunc Artemidori observaverat etiam Pearsonius, & ante eum Vossius.

3 Ἔγραψε δὲ φιλόσοφα, καὶ π.] De scriptis Eratosthenis vide Vossium loco ante laudato; & Meursium, partim ad Nicomachi Geraseni Enchiridion; partim ad Hesychium Milesium.

4 Καταστηρίγμους] Imo καταστερισμούς: quo nomine inscribitur opus Eratosthenis, hodie adhuc superstes, quo de astris, eorumque nominibus; sive de iis, qui in astra relati sunt, agitur. Vide etiam infra v. Ἵππαρχος: ubi itidem pro καταστηριγμοῦ legendum est καταστερισμοῦ; ut ibi Lectorem monemus.

5 Πολύβιος] Lib. x. cap. xx. ubi tamen locus hic paulo aliter legitur.

6 Κατὰ τὸν Ξενοφῶντα] Locus Xenophontis exstat in *Agesilao* p. 655. ubi de Epheso sic scribitur: Ὥστε τὴν πόλιν ὄντως ἐγένετο ἀξιοθέατον πολέμου ἐργαστήριον εἶναι. Ad eundem locum Xenophontis respexit Athenæus lib. x. pag. 421. ubi sic ait: Καὶ Μιθριδάτης ... πόλεμον ἐργαστήριον ... καὶ ὡς ἀληθῶς, κατὰ τὸν χαρίεντα Ξενοφῶντα, πολέμου ἐργαστήριον.

7 Πολύβιος] Lib. x. cap. xvi. unde sensus hujus loci supplendus est.

8 Ἐργίσκη. τῆς Θρᾴκης ἐστ. ἀπὸ Ἐργ.] Eadem leguntur apud Harpocrationem & Etymologum.

9 Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς τὴν Βουλ.] Pag. 116. ubi locus hic rectius sic legitur: Πολὺ γὰρ μᾶλλον εὐνοίας καὶ φιλανθρωπίας τὰ παρόντα πράγματα δεῖται, ἢ ταραχῆς καὶ δυσμενείας· ἣν ἐπιβουλῇ χρώμενοι τινες ἐργολαβοῦσι καθ' ὑμῶν εἰς ὑποδοχὴν πραγμάτων, ὧν διαψεύσειεν αὐτοὺς ὁ λογισμός. Hanc lectionem in versione secutus sum.

*image not available*

Ἐρέθισμα. ἡ ὕβρις. Ἀππιανός· Ὁ δὲ αὐτὸν εἰς μονομαχίαν προὐκαλεῖτο, σκώπτων ἐς αὐτόν. ὁ δὲ τέως μὲν αὑτοῦ κατεῖχε. μετὰ δὲ, οὐ φέρων ἔτι τὸ ἐρέθισμα, ἀντήλασε τὸν ἵππον.

Ἐρέμβοντο.[1] ἀπεπλανῶντο. Οἱ δὲ ἐρέμβοντο κατὰ τὴν χώραν ἕνεκα τῆς ἰδίας ὠφελείας.

Ἐρεμνή. σκοτεινή. παρὰ τὸ ἔρεβος, ἐρεβεννή, καὶ ἐρεμνή, κατὰ συγκοπήν.

Ἐρέννιος.[2] Φίλων ὁ Βύβλιος, ὁ Ἐρέννιος χρηματίσας, ὡς αὐτός φησιν.

Ἐρεοῦν κλῶσμα. τὸ τοῦ μαλλίου.

Ἐρέσσειν.[3] συντόνως ἐσθίειν. ἀπὸ τῶν ἐρεσσόντων.

Ἐρέσιον. πόλις Βοιωτίας.

Ἐρέσσουσιν.[4] εὐτόνως κινοῦσιν. ἀπὸ τῶν ἐρεσσόντων. ἢ ἐλαύνουσι. κινοῦσι. [5] Τοίας ἐρέσσουσιν ἀπειλάς.

Ἐρέσσων. κωπηλατῶν.

[6] Οὐκέτι μ', ὡς τὸ πάρος, πυκιναῖς πτερύγεσσιν ἐρέσσων,
Ὄρσεις ἐξ εὐνῆς ὄρθριος ἐγρόμενος.

Ἐρεσχελῦται. φλυαρεῖται.

Ἐρεσχελία. ἡ φλυαρία.

Ἐρεσχελοῦντα, σκώπτοντα, καὶ χλευάζοντα, καὶ οἷον ἐρίζοντα.

Ἐρέτης. ὁ κωπηλάτης.

Ἐρετμῶσαι. κωπηλατῆσαι.

Ἐρρέτω. οἰμωζέτω. φευγέτω. Ὁ πόλεμος ἐρρέτω. τουτέστι, χαιρέτω. ὅ ἐστιν, οὐδεμίαν φροντίδα τοῦ πολέμου ποιούμεθα. Ἀριστοφάνης.

Ἐρετριεύς. ὄνομα κύριον, καὶ ἐθνικόν. καὶ Ἐρέτρια, πόλις.

Ἐρεχθεΐδης. ὁ τοῦ Ἐρεχθέως παῖς.

Ἔρρεψεν. [7] Ἰώσηπος· Ἔρρεψε μὲν τοι καὶ Ἡρώδῃ τὸ βούλευμα.

Ἐρέψεις. καλύψεις. Νεῶν τε ἐρέψεις περιέφερον.

Ἐρέψιμον. εἶδος πόας. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἄκαρπον φυτόν.

Ἔρρει. ἀφθόνως ἐχορηγεῖτο. Ἔρρει γάρ οἱ κατὰ ῥοῦν τὰ ἐκ τῆς τύχης, καὶ πᾶσιν, οἷς ἐπέθετο, τούτων ἡμάρτανεν οὐδενός.

Ἔρρει. κατέπιπτε. καὶ, [8] Ἔρρειν πλέκη φέροντας, ἀντὶ τοῦ, ἤκουσα ἐπέρχεσθαι ξύλα φέροντας.

Ἐρείδειν.[9] οὕτω φασὶν οἱ Ἀττικοὶ πᾶν ὅπερ συν-

Ἐρέθισμα. Irritatio. Provocatio. Contumelia. Appianus: *Ille ad singulare certamen eum provocabat, cavillis ipsum insectans. At ille aliquandiu quidem se continuit. Postea vero cum provocationem illam amplius ferre non posset, equum in eum concitavit.*

Ἐρέμβοντο. Vagabantur. *Illi vero per regionem utilitatis privatæ causa vagabantur.*

Ἐρεμνή. Obscura. Ab ἔρεβος fit ἐρεβεννή, & per syncopen, ἐρεμνή.

Ἐρέννιος. Philo Byblius, Erennius cognominatus, ut ipse dicit.

Ἐρεοῦν κλ. Filum laneum. [Vestis lanea.]

Ἐρέσσειν. Avide & magna contentione edere. [Translatio ducta est] a remigantibus.

Ἐρέσιον. Eresium. Urbs Bœotiæ.

Ἐρέσσουσιν. Magna contentione & enixe movent. [Translatio ducta est] a remigantibus. *Tales intentant minas.*

Ἐρέσσων. Remigans. [In Epigrammate:] *Non amplius me, ut ante, densis alis plaudens, & mane experrectus, ex lecto excitabis.*

Ἐρεσχελῦται. Nugatur.

Ἐρεσχελία. Nugacitas.

Ἐρεσχελοῦντα. Cavillantem. Deridentem. Contendentem.

Ἐρέτης. Remex.

Ἐρετμῶσαι. Remigare.

Ἐρρέτω. In malam rem abeat. Pereat. Fugiat. *Bellum in malam rem abeat.* Vel, valeat. Id est, Bellum minime curamus. Aristophanes.

Ἐρετριεύς. Eretriensis. Nomen proprium, & nomen gentile. Et Eretria, urbs.

Ἐρεχθεΐδης. Erechthei filius.

Ἔρρεψεν. Vergit. Inclinatum est. Josephus: *Consilium illud Herodi feliciter cessit.*

Ἐρέψεις. Tegmina. Tecta. *Naviumque tecta proferebant.*

Ἐρέψιμον. Erepsimum. Genus herbæ. Significat etiam plantam, quæ nullos fructus producit.

Ἔρρει. [Fluebat.] Omnium rerum copia affluebat. *Secunda semper utebatur fortuna, & omnia, quæ aggressus fuisset, ex sententia ei cedebant.*

Ἔρρει. Concidebat. Corruebat. [Et ἔρρειν, aliquo venire, vel ire. *Audivi senes*] *huc venisse, stipites ferentes.*

Ἐρείδειν. Hoc verbum apud Atticos dicitur

1 Ἐρέμβοντο] Imo, ἐῤῥέμβοντο, per duplex ῥ: a ῥέμβομαι.

2 Ἐρέννιος. Φίλων ὁ Βύβλ.] Vide infra v. Φίλων, ὁ Βύβλ.

3 Ἐρέσσειν] An potius ἐρείδειν? Hesychius: Ἐρείδειν. συντόνως ἐσθίειν. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐρεσσόντων. Sic enim apud eum scribendum est. Vide etiam Nostrum paulo inferius v. Ἐρείδειν.

4 Ἐρέσσουσι. εὐτόνως κινοῦσι. ἀπὸ τῶν ἐρεσσ.] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Ajacem*, pag. 16. ut Portus monuit.

5 Τοίας ἐρέσσουσιν κτλ.] Hæc sunt verba Sophoclis loco laudato.

6 Οὐκέτι μ', ὡς τὸ πάρος κτλ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis, quod integrum legitur Anthol. lib. III. cap. XXIV. ut Portus etiam observavit.

7 Ἰώσηπος] *De Bello Jud.* lib. I. pag. 742. ubi pro τῷ Ἡρώδῃ rectius legitur καθ' Ἡρώδην.

8 Ἔρρειν πλέκη φέροντας] Aristophanes *Lysistr.* pag. 857. (548. Ed. Bas. *P.*)

Ἤκουσα γὰρ τυφλογέροντας
Ἄνδρας ἔρρειν πλέκη
Φέροντας.

Hinc Suidas supplendus est.

9 Ἐρείδειν· οὕτω φασὶν οἱ Ἀττ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Pacem* pag. 626. (435. Ed. Bas. *P.*) Confer etiam Nostrum infra v. Φαύλως ἐρείδει, ubi eadem leguntur. Huc spectat illud Hesychii:

τοιοῖς

τέλος γαλεάγρα. ³Ἀριστοφάνης·

Ἐρείδε, μὴ παύσαιο μηδέποτ᾽ ἐσθίων.

ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐρεσσόντων καὶ ἐπερειδομένων ταῖς κώπαις.

Ἐρείδειν. ¹συνουσιάζειν. ²Ἐρείδω δὲ, τὸ ἀκουμβίζω.

Ἐρείκη. εἶδος φυτοῦ σχιστοῦ. καὶ ἐρείκω, τὸ σχίζω.

Ἐρεικτόν. τὸ σχιστόν. ³Ἐρεικτά. κεκομμένα ὄσπρια. ἢ τὰ σχιζόμενα ὄσπρια. ἐστὶ δὲ κύαμοι. ⁴Ἀριστοφάνης· Ἥψε κατερεικτῶν χύτρας.

Ἔρειξις. ἡ σχίσις.

Ἐρεισόμεθα. ἐξετάσομεν.

Ἐρείπιον. τὸ ἡμίπτωτον οἴκημα. καὶ ἐρείπιος γῆ, ἡ χέρσος.

Ἐρείπω. τὸ καταβάλλω, καὶ διαφθείρω. κατερειπωμένος δέ.

Ἐρεῖτε. λέγετε.

Ἐρήματα. ⁵τὰ θρέμματα. καὶ ἔρημα, ποιητικῶς.

Ἐρημαῖος. ὁ ἔρημος λόφος.

Ἐρήμη δίκη. ὅταν μὴ ἀπαντήσας ὁ διωκόμενος ἐπὶ τὴν δίκην καταδικασθῇ. ⁶ὅμοιον καὶ τοῦ, ἐρήμην ἁλῶναι. Ἐρήμην, ὡς ἂν εἴποι τις, τὸν ἄνδρα ἑλόντες, ἐξεμήνανάν τε αὐτὸν, καὶ πλεονεκτικώτατον ἀπετέλεσαν. καὶ, ἐρημαίην σπήλυγγα. ἐρημικὸν σπήλαιον. Et ἐρημαίην σπήλυγγα, speluncam desertam.

Ἐρημία, καὶ ἐρημίη, ὁμοίως.

Ἐρημίτης. ὁ ἐν ἐρήμῳ διάγων.

Ἐρημικῶς. ἐν ἐρήμοις ἀγροῖς. ⁸Δαβίδ· Ὡμοιώθην πελεκᾶνι ἐρημικῷ.

Ἔρημον ἐμβλέπειν. ἀκίνητον, καὶ πατηγὸν οἷον, ὅταν εἰς ἐρημίαν, ἢ πέλαγος μέγα καὶ ἀχανὲς ἐμβλέπωμεν. Ἀριστοφάνης Πολυΐδῳ.

Ἔρημος. κυρίως ἡ μονωθεῖσα τῶν ἐνοικούντων γῆ. παρὰ τὴν ἔραν. καὶ, ⁹ἐρημονόμοις θηρσίν.

Ἐρημοσκόπους. ῥαθύμως φυλάττοντας. Ἀπέκτειναν τοὺς ἐρημοσκόπους.

Ἐρημωτής. ἐρημοποιός. ἐν ¹⁰Ἐπιγράμματι· Ταῦρον τὸν πρὶν ἐρημωτὰν θρέμμα ¹¹Μακεδονικόν.

Ἐρηρέδαται. ¹²ποιητικῶς.

de quavis re, quæ enixe & magna contentione fit. Aristophanes: *Strenue maxillas move, nec unquam comedere desine.* Translatio ducta est ab illis, qui remigant, & remis incumbunt.

Ἐρείδειν. Cum fœmina coire. Et ἐρείδω, accumbo, incumbo, fulcio.

Ἐρείκη. Erica. Genus arboris fissilis. Et ἐρείκω, findo.

Ἐρεικτόν. Fissum. Fractum. Contusum. Et ἐρεικτὰ, legumina fracta, vel fresa: veluti fabæ. Aristophanes: *In ollis fabas fresas coxit.*

Ἔρειξις. Fissio. Fissura. Sectio.

Ἐρεισόμεθα. Interrogabimus.

Ἐρείπιον. Rudera domus. Et ἐρείπιος γῆ, terra inculta.

Ἐρείπω. Prosterno. Demolior. Perdo. At κατηρειπωμένος, collapsus: [per ι scribitur.]

Ἐρεῖτε. Dicite.

Ἐρήματα. Pecudes. Et ἔρημα, vox poetica.

Ἐρημαῖος. Tumulus, sive collis desertus.

Ἐρήμη δίκη. Dicitur de reo, qui vadimonium deserens, nec in Judicio se sistens, a Judicibus condemnatur. Et ἐρήμην ἁλῶναι, ob desertum vadimonium condemnari. *Cum autem, ut ita loquar, virum illum deserti vadimonii causa condemnassent, ad insaniam eum adegerunt, & rapacissimum reddiderunt.*

Ἐρημία, & ἐρημίη. [Utrumque per ι scribitur.] Solitudo. Locus desertus.

Ἐρημίτης. In deserto degens.

Ἐρημικῶς. Solitario. In desertis agenti. David: *Similis factus sum pelicano in desertis degenti.*

Ἔρημον ἐμβλέπειν. Oculis immotis & fixis aliquid intueri: ut cum in locum desertum, vel vastum & immensum mare prospicimus. Aristophanes *Polyido.*

Ἔρημος. Proprie sic vocatur terra desertas & incolis destituta. Ab ἔρα, terra. Et, θηρσὶν ἐρημονόμοις, feris, quæ in locis desertis pascuntur, vel agunt.

Ἐρημοσκόπους. Qui negligenter excubias agunt. *Illos interfecerunt, qui negligenter excubias agebant.*

Ἐρημωτής. Vastator. In Epigrammate: *Taurum, qui ante Macedoniam vastabat.*

Ἐρηρέδαται. Poetice [dictum est.]

"Ἐρείδε. συντόνως ἔσθιε. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐρεσσόντων. Sic enim apud Ἐρείδε. συντόνως ἐσθίε. cum scribendum esse viri docti jam ante monuerunt. Idem alibi: Ἐρείδε. σφοδρῶς κατηγέρει. ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐλαυνόντων.

1 Ἀριστοφάνης] Pace. pag. 626. (435. Ed. Bas. P.)

2 Ἐρείδειν. συνουσιάζειν] Hoc sensu vox ista accipitur apud Aristophanem Ecclesiaz. pag. 742. (499. Ed. Bas. P.)

——Πᾶς ὁ πολίτης ἰσον ... ἐρείδειν

Ἐπὶ τὴν ἀσχημονεστάτην αὐτῶν, καὶ ζητήσονται ἐρείδειν, (523. Ed. Bas. P.)

Et in Thesmophor. pag. 793.

Ἐπεὶ λαβὼν ὡς τὸν μοιχὸν, ὅτ᾽ ἠρειδόμεθα.

3 Ἐρείδω δὲ, τὸ ἀκουμβ.] Confer Nostrum infra v. Ἐπερείσασα, & v. Ἠρεισάμην.

4 Ἐρεικτά. κεκομμένα ὄσπρια.] Ex Scholiasta Aristophanis ad Ranas pag. 236. (151. Ed. Bas. P.) Idem Scholiasta ad Vespas pag. 476. Κατερεῖξαι. κατεθραῦσαι. ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸ ἐρεικτὸν ἀξιοῦσί τινες ἀπὸ τοῦ ἐρηρεισμένον ὀσπρίων. Confer etiam Hesychium v. Ἐρεικτά & v. Ἐρεικτὸν.

5 Ἀριστοφάνης] Ranis, pag. 236. (151. Ed. Bas. P.)

6 Ἐρήματα] Hæc vox mihi suspecta est.

7 Ἐρήμη δ.] Vide Petitum de Leg. Attic. pag. 317.

8 Δαβίδ.] Psalm. cvii. v. 7.

9 Ἐρημονόμοις θηρσ.] Anthol. lib. vi. cap. xv. Epigr. xii.

10 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. vi. cap. xv. Epigr. xxiii: ubi sic legitur:

——Ταῦρον

Τὸν πρὶν ἐρημωτὰν θρέμμα Μακεδόνιον.

11 Θρέμμα Μακεδονικόν] Sic recte MSS. Paris. At priores Edit. male, θρέμμα Μακεδονικόν.

12 Ἐρηρέδαται] Sic recte MSS. Paris. At priores Edit. vitiose ἐρηρέδαται: pro quo Portus scribendum putabat ἐρηρέδαται, a ῥάζω: sed cui lectioni series literarum refragatur.



Ἐρι-

Digitized by Google

Ἐρηρεισμένος. ὁ ἡδρασμένος. Ἐρηρισμένος δὲ, ὁ πεφιλονεικηκώς.

Ἐρήρειπτο. ἐπεπτώκει.

Ἐρηρωτηκώς. ἤδη ἐρωτήσας.

Ἐῤῥήσετε. ἀντὶ τοῦ, μετὰ φθορᾶς βαδίσετε. ἐπὶ κατάρας. [1]Οὐκ ἐς κόρακας ἐῤῥήσετε. καὶ ἐρήσομαι, ἀντὶ τοῦ ἐρωτήσω.

Ἐρήτυθεν.[2] κατέσχον.

Ἐρητύω. τὸ κωλύω.

Ἔρια. τὰ μαλλία. τῶν [3]ἐρίων οἱ μαλλοὶ ἔχουσι τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς κορυφὰς πεπιλημένας, καὶ ἐπὰν πιλωθῶσι, διαλύεται ὁ μαλλός.

Ἐριβῶλαξ. ἡ εὔγειος καὶ πίων γῆ.

Ἐριβρεμέτας. ὁ μεγάλους κτύπους ἀποτελῶν. [4]Τὸν Αἰσχύλον λέγει Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις· πρὸς τὸ βροντῶδες τῶν ῥημάτων καὶ κομπῶδες· οἷά ἐστι κἀκεῖνα ἐν ἀρχῇ τοῦ Προμηθέως·

Χθονὸς μὲν ἐς τηλουρὸν ἥκομεν πέδον,
Σκύθην ἐς οἶμον, ἄβατον εἰς ἐρημίαν.
Ἥφαιστε, σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολὰς,

Ἅς σοι πατὴρ ἐφεῖτο, τόνδε πρὸς πέτραις

Ὑψηλοκρήμνοις τὸν λεωργὸν ὀχμάσαι,
Ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀῤῥήκτοις πέδαις.

καὶ αὖθις·

[5]Ἀδαμαντίνου νῦν σφηνὸς αὐθάδη γνάθον
Στέρνων διαμπὰξ πασσάλευ' ἐῤῥωμένως.

Ἐριβρύχων. πολυήχων. ἐν Ἐπιγράμματι· [6]Ἐριβρύχων παυσαμένη κελάδων. περὶ σάλπιγγός φησιν.

Ἐρίγδουπος. ὁ μεγαλόκτυπος.

Ἐρίζει. φιλονεικεῖ.

Ἐρίζει. δοτικῇ. καὶ ἀντερίζει, ὁμοίως.

Ἐρίηρες.[7] εὐάρμοστοι.

Ἔριθακος. ὄρνεον μονῆρες καὶ μονότροπον.

Ἐριθεύεσθαι. ὅμοιόν ἐστι τῷ δικάζεσθαι. καὶ γὰρ ἡ ἐριθεία εἴρηται ἀπὸ τῆς τοῦ μισθοῦ δόσεως.

Ἐριθευόμενος. διὰ λόγων φιλονεικῶν. Καὶ ὅσα καὶ ἐριθευόμενος.

Ἐριθεία. ἡ διὰ λόγων φιλονεικία, λέγεται δὲ καὶ ἡ μισθαρνία.

Ἐριθηλέος. πάνυ θάλλοντος.

Πρὶν[8] μὲν ἐπὶ χλοεροῖς ἐριθηλέος ἔρνεσι πεύκης.

Ἐριθηλής. ὁ μεγάλως θάλλων.

Ἐρηρεισμένος. Firmatus. Fultus. Stabilitus. At ἐρηρισμένος, qui contendit, vel rixatus est.

Ἐρήρειπτο. Ceciderat.

Ἐρηρωτηκώς. Qui interrogavit.

Ἐῤῥήσετε. In malam rem ibitis. Peribitis. Imprecationem significat. *Non ad corvos abibitis?* Et ἐρήσομαι, interrogabo.

Ἐρήτυθεν. Occuparunt. Tenuerunt.

Ἐρητύω. Coerceo. Retineo. Impedio.

Ἔρια. Vellera. Lanæ. Lanarum vellera habent principia & capita densata: quæ cum velluntur, vellus dissolvitur.

Ἐριβῶλαξ [γῆ.] Terra fertilis & pinguis.

Ἐριβρεμέτας. Qui ingentem strepitum vel fragorem edit. Sic Aristophanes in *Ranis* Æschylum vocat, ob verba sonora & turgida, quibus uti solet: qualia sunt & illa in principio *Promethei*:

*In extremum quidem venimus terræ solum,*
*Scythicam in viam, aviam in solitudinem.*
*Tibi vero, Vulcane, oportet curæ esse mandata,*
*Quæ tibi pater commisit, hunc ad petras præcelsas populificum ut constringas*
*Vinculorum adamantinorum firmissimis pedicis.*

Et iterum:

*Nunc adamantini clavi duram maxillam omnibus viribus per pectus adige.*

Ἐριβρύχων. Ingentem strepitum edentium. Valde sonantium. In Epigrammate: *Postquam sonoros clangores edere desiit.* De tuba hæc dicuntur.

Ἐρίγδουπος. Gravistrepus. Magnum edens strepitum.

Ἐρίζει. Contendit. Rixatur.

Ἐρίζει. Contendit. Dativo jungitur. Et ἀντερίζει, pariter.

Ἐρίηρες. Valde apti. Valde congruentes.

Ἔριθακος. Erithacus. Avis solitaria.

Ἐριθεύεσθαι. Mercede servire. Verbum hoc simile est τῷ δικάζεσθαι. Nam & ἐριθεία dicta est a danda mercede.

Ἐριθευόμενος. Verbis contendens. Rixans.

Ἐριθεία. Contentio, quæ fit verbis. Jurgium. Item, opera mercenaria.

Ἐριθηλέος. Valde florentis. Frondosæ. [In Epigrammate:] *Ante quidem in virentibus frondosæ piceæ ramis.*

Ἐριθηλής. Valde florens.

1 Οὐκ ἐς κόρακας ἐῤῥ.] Aristophanes *Pace* pag. 658. (452. Ed. Bas. P.)
Ἄνδρες Μεγαρῆς, οὐκ ἐς κόρακας ἐῤῥήσετε;
Hunc locum Suidas hic repetere voluit.

2 Ἐρήτυθεν] Est vox Homerica Il. Β. v. 99. ubi vide Scholiastam.

3 Τῶν ἐρίων οἱ μαλλοὶ ἔχουσι τὰς ἀρχ.] Hæc leguntur etiam supra v. Διαξήνασθαι: ubi indicamus locum Aristophanis, ad quem nota hæc referenda sit.

4 Τὸν Αἰσχύλον λέγει Ἀριστοφ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Scholiasta Aristophanis ad *Ranas* pag. 250. (162. Ed. P.)

5 Ἀδαμαντίνου νῦν σφ.] Et hi duo versus leguntur apud Æschylum in *Prometheo*.

6 Ἐριβρύχων παυσαμένη κελάδων] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate Antipatri Sidonii, quod ex codice MS. Anthologiæ ineditæ integrum exhibuimus supra v. Δαΐ.

7 Ἐρίηρες. εὐάρμοστοι] Scholiasta Homeri ad Il. Γ. v. 378. Ἐρίηρες. εὐάρμοστοι. ἐπιτήδειοι. ὁμόψυχοι.

8 Πρὶν μὲν ἐπὶ χλ.] Versus hic est pars Epigrammatis in cicadam, quod integrum legitur Anthol. lib. III. cap. XXIV. ut Portus etiam observaverat.

Ἔρις

Ἔριθος. ἔρια ἐργαζομένη.

Ἐῤῥικνωμένη. συνεστραμμένη. καμπύλον γενόμενον. ἐῤῥυπωμένον.

Ἐρικάδης. ὁ διεῤῥηγμένος τόπος.

Ἐρινεός. ἡ ἀγρία συκῆ, καὶ ὁ καρπὸς τῆς ἀγρίας συκῆς· ὃν [1] ἀπαρτῶσι τῶν ἡμερῶν, ὡς ἂν οἱ ἐξ αὐτῶν καλούμενοι ψῆνες εἰς τοὺς ὀλύνθους μεταστάντες, τελεσφορηθῆναι τούτους παρασκευάσωσι.

Ἐριννύς. καταχθόνιος δαίμων, ἢ κακοποιός.

——— Ἀμφὶ δ' Ἐριννὺς
Φοίνιος ἐκ στομάτων μόρσιμον ἧκεν ὄπα.

Ἐριννύων [2] ἀποῤῥώξ. ἐπὶ τῶν ἀπαρτώπων καὶ δυσειδῶν·

Ἆρ' [3] οὐκ Ἐριννὺς τοῦτ' ἐχάλκευσεν ξίφος;
περὶ Αἴαντός φησι.

Ἐριοπώλιον.

Ἐριοπωλικῶς [4] πεποίηκας. ὡς οἱ τὰ ἔρια πωλοῦντες βρέχουσιν αὐτὰ, ἵνα βαρύνωσιν ἐν τοῖς σταθμοῖς.

Ὑγρὸν πείσας τοῦτον, ὥσπερ τἄρια.
Σὺ δ' εἰσέθηκας τοῦτον ἐπτερωμένον.

Ἐριούνιος. μεγαλωφελής. ἐπίθετον Ἑρμοῦ.

Ἐριώλη. [5] πνοὴ σφοδρὰ, ἢ ἀνέμου συστροφὴ, πρὶν ἐκπυρωθῆναι τὸν ἀέρα. καὶ ἡ μεγάλη δὲ πνοὴ οὕτως. Ἐριῶπις δὲ, ἐριώπιδος.

Ἐρίῳ στέψαντες. ἀντὶ τοῦ, στέμμα περιθέντες. [6] Πλάτων Πολιτείᾳ ί.

Ἐρειπίοις. Ἐν [7] δ' ἐρειπίοις νεκρῶν ἐῤῥιφθείς. [8] ἀντὶ τοῦ, ἐν τοῖς πτώμασι τῶν νεκρῶν καταπεσὼν ἐῤῥιμμένος. πάντα γὰρ τὰ ἐπὶ τῆς ἔραν πίπτοντα, ἐρείπια καλεῖται. καὶ αἱ ῥιπαὶ ἐντεῦθεν. οἱ δὲ ἐρεισθεὶς γράφουσιν ἀντὶ τοῦ, ἐπερεισάμενος. καὶ ἐρείπιον, ἡ πτῶσις.

Ἐρίπναι. [9] οἱ [10] στεραγγώδεις καὶ παραβεβλημένοι τόποι, δι' ὧν αἱ μεγάλαι πνοαὶ ἐκδύνουσιν. Ἐρίπνη οὖν, ὑψηλὴ, μεγάλη.

Ἐριποῦσα. πεσοῦσα. Ἐριπῶ γὰρ περισπωμένως.

Ἐῤῥιπτασμένον. [11] γεγυμνασμένον, ἢ εὐγυμνασμένον. ὡ-



Ἔριθος. Quæ lanas tractat. Lanifica.

Ἐῤῥικνωμένη. Contortum. Incurvum. Corrugatum.

Ἐρικάδης. Locus disruptus.

Ἐρινεός. Ficus sylvestris. Caprificus. Item, caprifici fructus, sive grossus: quem ficubus mansuetis appendunt, ut culices ficarii inde in grossos migrantes, eorum maturitatem adjuvent.

Ἐριννύς. Erinnys. Furia. Infernus & maleficus dæmon. [In Epigrammate:] *Juxta vero Erinnys sanguinaria fatalem ex ore emisit vocem.*

Ἐριννύων ἀποῤῥώξ. Furiarum propago. Dicitur de hominibus turpibus & deformibus. [Et Sophocles] de Ajace inquit: *Nonne Furia hunc fabricavit ensem.*

Ἐριοπώλιον. Forum, ubi lana venditur.

Ἐριοπωλικῶς. More eorum, qui lanas vendunt, easque humectant, ut pondus illarum augeatur. [Aristophanes:] *Carmen humectans, ut lanam. Tu vero carmen alatum* [*lancibus*] *imposuisti.*

Ἐριούνιος. Valde utilis. Epithetum Mercurii.

Ἐριώλη. Vehemens flatus, vel turbo venti, priusquam aer inflammetur. Sic etiam ingens ventus appellatur. At ἐριῶπις, magnos oculos habens.

Ἐρίῳ στέψαντες. Qui lana coronarunt. Plato *Reip.* x.

Ἐρειπίοις. Ruinis. Ruderibus. Cadaveribus. Ut, Ἐν δ' ἐρειπίοις νεκρ. *Inter cadavera mortuorum jacens.* Nam omnia, quæ in terram cadunt, ἐρείπια vocantur: ab ἔρα, terra. Hinc etiam dicta est vox ῥιπαί. Alii vero scribunt ἐρεισθεὶς: i. e. innixus, incumbens. Et ἐρείπιον, ruina.

Ἐρίπναι. Loca cavernosa & oblonga, quæ ingentibus ventorum flatibus exitum præbent. Et ἐρίπνη, excelsa, magna.

Ἐριποῦσα. Lapsa. Collapsa. Ἐριπῶ enim circumflectitur.

Ἐῤῥιπτασμένον. [Jactatum.] Exercitatum. In-

1 Ὃν ἀπαρτῶσι τῶν ἡμερῶν, ὡς ἂν οἱ ἐξ αὐτ.] Cum hoc loco confer omnino Zenobium in Adagio, Ἀνερίνεος εἶ: & Nostrum supra v. Ἀνερίνεος, ubi hæc ipsa αὐτολεξεὶ leguntur.

2 Ἐριννύων ἀποῤῥώξ] Sic Timo Misanthropus appellatur apud Aristophanem *Lysistrata* pag. 887. ad quem locum Suidas procul dubio respexit. Vide etiam supra v. Ἀποῤῥώγες.

3 Ἆρ' οὐκ Ἐριν.] Senarius hic legitur apud Sophoclem *Ajace* pag. 59. ut Portus quoque observavit.

4 Ἐριοπωλικῶς πεπ.] Aristophanes *Ranis*, pag. 277. (183. Ed. Bas. *P.*)

——— Ἐριοπωλικῶς
Ὑγρὸν πείσας τοῦτον, ὥσπερ τἄρια.
Σὺ δ' εἰσέθηκας τοῦτον ἐπτερωμένον.

Scholiasta: Ἐριοπωλικῶς. ὡς οἱ τὰ ἔρια πωλοῦντες βρέχουσιν αὐτὰ, ἵνα βαρύνωσιν ἐν τῷ σταθμῷ. Hinc Suidas sua descripsit.

5 Ἐριώλη. πνοὴ σφοδρὰ, ἢ ἀνέμου συσ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* pag. 318. Cæterum, MS. Paris. A. post ἀνέμου συστροφὴ addit, ἢ πυρός. τινὲς ἡ τῶν κονιορτωδῶν ἀνέμων συστροφή. πρὶν ἐκπυρ quæ non solum in prioribus Editt. omnibus, sed etiam in 2 MSS. Paris. desunt. Eadem autem Scholiasta Aristophanis loco laudato quoque agnoscit.

6 Πλάτων Πολιτείᾳ ί] Imo Πολιτείᾳ γ'. Respexit enim Suidas ad locum illum Platonis, qui exstat lib. III. *de Republ.* pag. 437. ubi de Homero sic verba fiunt: Ἀποπέμποιμέν τε ἂν εἰς ἄλλην πόλιν, μύρον κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχέαντες, καὶ ἐρίῳ στέψαντες. *Dimittamus eum in aliam urbem, unguento caput ejus perfundentes, & lana coronantes.* Sensum loci hujus Platonici egregie illustrat Joh. Georg. Grævius (magno rei literariæ damno nuper exstinctus, mihique quondam amicissimus) *Lect. Hesiod.* cap. XXIII. ad quem Lectorem remitto.

7 Ἐν δ' ἐρειπίοις νεκρ.] Sophocles *Ajace* pag. 19.

——— Ἐν δ' ἐρειπίοις
Νεκρῶν ἐρειφθεὶς ἔστ' ἀφωνίᾳ φόνου.

Sic etiam apud Suidam locus hic scribendus & distinguendus est.

8 Ἀντὶ τοῦ, ἐν τοῖς πτώμασι τῶν νεκρ.] Hæc sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Sophoclis.

9 Ἐρίπναι] Vox hæc varie a Grammaticis exponitur. Scholiasta Apollonii Rhodii ad lib. I. v. 581. Ἐρίπναι. ἀποῤῥῶγες κρημνοὶ. πέτραι κρημνώδεις. λέγονται δὲ οὕτω καὶ τὰς οἰκίας. ἀπὸ τοῦ ἐρηρίσθαι. ἐρίπνη δὲ λέγεται ἐπὶ τοῦ ἀποτομίας. παρὰ τὸ ἔραζε πίπτειν. Idem ad lib. II. v. 436. Ἐρίπναι, κατὰ μὲν τινας τὰ ἀπεῤῥωγότα μέρη τῶν ὀρῶν. κατὰ δὲ τοὺς Γλωσσογράφους πάντα τὰ ὄρη ἐρίπνας καλοῦνται. Et ad vers. 1251. ejusdem libri: Ἐρίπναι. τῶν Καυκασίων ὀρῶν αἱ ἀποῤῥῶγες καὶ ἐξοχαί. τινὲς δὲ ἐρίπνας, τὰς τραχείας καὶ εἰς ὕψος ἀνεχούσας πέτρας φασί. Scholiasta Nicandri ad *Theriaca* pag. 7. Ἐρίπνην. τὴν κρημνώδη λέγει. παρὰ τὸ ἐρείπεσθαι, οἷον πολλὰ πίπτειν. ἢ τὴν κοιλότητα παρὰ τὸ ἐρείπεσθαι, τουτέστι κοιλωθῆναι. ἢ ἐρίπνη, τὸ ῥῆγμα τῆς ἔρας παρὰ τὸ ἐκεῖσε ἐρείπεσθαι. Photius in Lexico inedito: Ἐρίπναι. αἱ ἀποῤῥωγυῖαι πέτραι. Confer etiam Etymologum.

10 Στεραγγώδεις] Etymologus habet συριγγώδεις, i. e. fistulæ instar cava & oblonga: quod non displicet.

11 Ἐῤῥιπτασμένον. γεγυμνασμένον, ἢ εὐγ.] Hæc, & quæ sequuntur,

Tt

Digitized by Google

τὰ μεριμνῶντα μὲν ῥιπτάζεσθαι καὶ στρέφεσθαι. τοιοῦτοι γὰρ οἱ μεριμνῶντες. βέλτιον δὲ ἀπὸ τῆς κύβων τὴν μεταφορὰν [1] νεῖν, ἀνεῤῥιμμένον, ὅπως ἂν εὖ ἔλθῃ. καὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ κύβου ἀναβαλλόμενοι, ἄχρις ἂν εὑρεθῇ τὸ προκείμενον βληθῆναι. [2] Ἀριστοφάνης·

Ἀλλ' ἔστιν ὑπ' ἐμοῦ πρᾶγμ' ἀνεζητημένον,
Πολλαῖς τ' ἀγρυπνίαισιν ἐῤῥιπτασμένον.

Ἔρις. ἡ διὰ λόγων ἐπίψογος φιλονεικία παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ. ἐκ τοῦ εἴρω, τὸ λέγω.

Ἔρις ἔριν τίκτουσα προσομιλᾶται λόγοις· ἐπὶ τῶν ἐκ [3] φιλίας ἀδολεσχούντων.

Ἐρισεῖς. ὄνομα ἔθνους. καὶ Ἐρισεύς.

Ἐρισμάραγος. ἡ βαρεῖα.

Ἐρίτιμος. ὁ μεγάλως ἔντιμος. καὶ ἐριτιμότατος.

Ἔριφος, κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν, Αἴολος, Πελτασής, Μελίβοια· ὥς φησιν Ἀθήναιος ἐν [4] τῷ ιδ' τῶν Δειπνοσοφιστῶν.

Ἐῤῥίφθω κύβος.

Ἑρκεῖος [5] Ζεύς. οὗ βωμοὶ ἐντὸς ἕρκους ἐν τῇ αὐλῇ ἵδρυνται. τὸν γὰρ περίβολον ἕρκος ἔλεγον. μετῆν δὲ τῆς πολιτείας, οἷς εἴη Ζεὺς Ἑρκεῖος. [6] Ἑρκεῖον δὲ, τὸ περίφραγμα τῆς αὐλῆς. ἢ ἡ τοῦ δώματος στέγη. ἑρκίον γὰρ, τὸ δῶμα. [7] Σοφοκλῆς·

Πρὶν ἂν δεθεὶς πρὸς κίον' ἑρκίου στέγης,
Μάστιγι πρῶτον νῶτα φοινιχθεὶς θάνῃ.

Καὶ ἕρκιος. ὁ συνοχεύς. ὁ φύλαξ.

Ἑρκίτης. ὁ φύλαξ.

Ἕρκος. περίφραγμα. περιτείχισμα. Αἰλιανός· Βίου παντὸς τὸ τέλος ἀναμένειν, μηδὲ προπηδᾷν, μηδὲ τοῖς εὐδαίμοσιν ἑαυτὸν ἐγκαταγράφειν. ἄδηλα γὰρ εἶναι τὰ ἀνθρώπινα, ἕως ἂν ἑκάστῳ ἡ ψυχὴ εἴσω τοῦ τῶν ὀδόντων ἕρκους ᾖ.

Ἑρκούλιος. [8] Οὗτος ἦν δίχα παντὸς προκαλύμματος ἄγριός τε ἦν, καὶ τυραννικός· τὸ τῆς οἰκείας γνώμης τραχὺ τῷ χαρακτῆρι τοῦ προσώπου παραδηλῶν. τῇ γοῦν ἑαυτοῦ φύσει παντάπασιν ἐνδιδοὺς, καὶ τῷ Διοκλητιανῷ πρὸς ἅπαν ἄτοπόν τε καὶ σκληρὸν βούλευμα ἐχέγγυος ὑπουργὸς καθίστατο.

Ἑρκύνιοι δρυμοί. ὅθεν ὁ Ἴστρος ναυσιπέρατος ἐκ πηγῶν αἴρεται. ζήτει ἐν τῷ Χρῆμα.

Ἕρμα. λίθος μέγιστος. Παρεκόμιζε ναῦς φορτηγοὺς, ἃς ἕρματος γεμούσας ἐπιὼν βυθίσας κατ'

ventum. Qui enim anxie aliquid quærunt, sese jactare & in omnes partes versare solent. Sed satius est dicere, translationem ductam esse a tesseris, quæ jaciuntur, ut id, quod jacta opus est, cadat. Alea enim ludentes, tesseras tam diu jacimus, donec jactum propositum & optatum invenerimus. Aristophanes: *Sed res hæc a me accurate inquisita est, multisque vigiliis inventa.*

Ἔρις. Sic apud Apostolum dicitur altercatio, sive contentio verborum, vituperio digna. Ab εἴρω, dico.

Ἔρις ἔριν τίκτ. *Lis litem pariens homines ad conferendos sermones invitat.* De iis dicitur, qui altercādi studio provecti multa temere effutiūt.

Ἐρισεῖς. Erisenses. Nomen gentis. Et Ἐρισεύς, Erisensis.

Ἐρισμάραγος. Valde strepens. Valde resonans. Gravis.

Ἐρίτιμος. Valde pretiosus. Valde honoratus. Et ἐριτιμότατος. Pretiosissimus. Honoratissimus.

Ἔριφος. Eriphus, Comicus. Ex fabulis ipsius sunt, *Æolus*, *Peltasta*, *Melibœa*: ut ait Athenæus lib. XIV. *Dipnosophistarum.*

Ἐῤῥίφθω κύβος, Jacta sit alea.

Ἑρκεῖος Ζεύς. Jupiter Herceus: cui aræ dicatæ sunt intra septum aulæ; quod Græci ἕρκος vocant. Civitatis autem participes erant, quibus erat Jupiter Herceus. Et ἑρκεῖον, septum aulæ. Vel, tectum domus. Ἑρκίον enim domum significat. Sophocles: *Priusquam alligatus ad columnam septi, quod aulam circumdat, flagris primum terga cruentatus moriatur.* Et ἕρκιος. Qui aliquid continet, vel ambit. Custos.

Ἑρκίτης. Custos.

Ἕρκος. Septum. Locus muro septus. Ælianus: [*Jubebat eos*] *totius vitæ finem expectare, neque nimis properare, neque se in beatorum numero ponere. Res enim humanas incertas esse dicebat, dum unicuique anima intra dentium septum adhuc esset.*

Ἑρκούλιος. Herculius. Hic propalam sævus erat & crudelis, asperitatemque suam ipso vultus horrore significabat. Idem etiam naturæ suæ indulgens, Diocletiano in omnibus consiliis inhumanis & severioribus prompte obsequebatur.

Ἑρκύνιοι δρυμοί. Hercynii saltus. Eo scilicet loco, ubi Ister a fontibus navigabilis primum esse incipit. Vide in Χρῆμα.

Ἕρμα. Saxum ingens. *Adduxit naves onerarias, quas ingentibus saxis repletas in ipso*

ad verbum etiam leguntur apud Scholiastam ineditum in *Lysistratam* Aristophanis, haud procul initio. Pertinet enim nota hæc ad locum illum Comici, qui in fine articuli hujus a Suida adducitur.

1 Νεῖν] Codex MS. modo laudati Scholiastæ inediti, qui servatur in celeberrima Bibliotheca Oxoniensi, habet νοεῖν. At codex Vossianus, qui nunc est Lugduni, itidem habet νοεῖν.

2 Ἀριστοφάνης] *Lysistrata*, pag. 837.

3 Ἐκ φιλίας] Sic habent libri tam manu exarati, quam excusi: sed male. Scribendum enim esse ἐκ φιλονεικίας, sensus manifeste suadet. Error ortus est ex compendio scripturæ: ex quo fonte non pauca menda in quodvis veterum scriptorū genus dimanasse constat.

4 Ἐν τῷ ιδ' τῶν Δειπνοσοφ.] Eo libro Athenæus meminit quidem *Æoli*, & *Peltastæ*: sed *Melibœam* idem laudat lib. III. & lib. VII.

5 Ἑρκεῖος Ζεύς. οὗ βωμοὶ ἐντὸς ἕρκ.] Ex Harpocratione.

6 Ἑρκεῖον δὲ, τὸ περίφραγμα τῆς αὐλ.] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Ajacem* pag. 7. ut Portus monuit. Sed ibi non exponitur vox ἑρκεῖον, sed ἑρκίου στέγη: unde Suidas proinde emendandus est.

7 Σοφοκλῆς] *Ajace*. pag. 7.

8 Ἑρκούλιος. οὗτος ἦν δίχα παντὸς προκ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Joannis Antiocheni in Excerptis a Valesio editis, pag. 837. unde ea Suidas deprompsit.

τὰς

τὸν τοῦ λιμένος ἔκπλουν, ἀποκλείειν τοὺς πολεμίους καθόλου τῆς θαλάττης.

Ἕρμα. [1] Ἀρριανός· Ἕρμα τε εἰς τὴν πρύμναν ἐνθέντες, ὡς ἐξάρχει ἐς ὕψος τὴν πρῶραν, πιεζομένης κατὰ πρύμναν τῆς νηός. Ἕρμα καὶ ἡ ἀσφάλεια. Ἀσύλους εἶναι τοὺς χώρους διὰ τὸ ἕρμα τοῦ ὀχυρώματος.

Ἕρμα. Τοῦ δὲ πίθου ἕρματι προσπεσόντος, καὶ συντριβέντος. κωλύματι. ἐρείσματι. καὶ [2] Ἀριστοφάνης·

Ἀνθ' ἕρματος πολλὰς καταπεπωκὼς δίκας.

ἀντὶ τοῦ, λίθους. ἐπεὶ αἱ γέρανοι πετόμεναι ἐν τῷ στόματι λίθους φέρουσι, στηρίγματος ἕνεκα, πρὸς τὸ μὴ περιφέρεσθαι ἀνέμοις. καὶ ἕρματα. Ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἕρματα μεγάλα ἔβαλεν εἰς τὸ στόμα τοῦ ὠκεανοῦ, ὡς ἂν ἐμπόδια εἴη τοῖς ἐπιφοιτῶσι θηρίοις. τουτέστι, λίθους μεγάλους.

Ἑρμαγόρας, Ἀμφιπολίτης, φιλόσοφος, μαθητὴς Περσαίου. Διάλογοι αὐτοῦ, Μισοκύων. ά περὶ ἀτυχημάτων. Ἔκχυτον. ἔστι δὲ ᾠοσκοπία. Περὶ σοφιστείας πρὸς τοὺς Ἀκαδημαϊκούς.

Ἑρμαγόρας, Τήμνου τῆς Αἰολίδος, [3] ὁ ἐπικληθεὶς Καρίων, ῥήτωρ. Τέχνας ῥητορικὰς, ἐν βιβλίοις ϛ΄. Περὶ ἐξεργασίας. Περὶ πρέποντος. Περὶ φράσεως. Περὶ σχημάτων. ἐπαίδευσε δὲ οὗτος μετὰ Καικιλίου ἐν Ῥώμῃ, ἐπὶ Καίσαρος Αὐγούστου, καὶ τελευτᾷ πόῤῥω τῆς ἡλικίας.

Ἑρμάδιον. [4] τὸ τοῦ Ἑρμοῦ.

Ἑρμαῖος. [5] ὕφαλος πέτρα. Ἀντιφῶν, καὶ Ἀνακρέων, καὶ Ἀριστοφάνης.

Ἑρματίζω.

Ἑρμαφρόδιτος. ὁ τὸν ἀμφότερα ἔχοντα τὰ μόρια ἀῤῥένων καὶ θηλειῶν φασιν· ἢ τὸν αἰσχρῶς καὶ ποιοῦντα καὶ πάσχοντα.

Ἑρμαῖ. [6] Μενεκλῆς ἢ Καλλίστρατος ἐν τῷ περὶ Ἀθηναίων γράφει· Ἐπὶ γὰρ τῆς Ποικίλης καὶ τῆς τοῦ [7] βασιλέως στοᾶς εἰσιν οἱ Ἑρμαῖ καλούμενοι. ἐκαλοῦντο δέ τινες καὶ [8] Ἱππάρχειοι Ἑρμαῖ ἀπὸ Ἱππάρχου τοῦ Πεισιστράτου.

Ἑρμαῖον. τὸ ἀπροσδόκητον κέρδος. ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς τιθεμένων ἀπαρχῶν, ἃς οἱ ὁδοιπόροι κατεσθίουσιν. ἢ ἀπὸ τῶν σωρῶν τῶν λίθων, οἳ τῷ Ἑρμῇ ἀνέκειντο. [9] Οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους ἀγαπήσας τὸ ἑρμαῖον, οὐδὲ οἰηθεὶς ἄρα μηδὲν ἀδικεῖν, εἰ ἑκὼν παρ' ἑκόντος ὁτιοῦν ἐωνήσατο.

Ἑρμαῖον. εὕρημα. ἐπειδὴ λίθων σωροὺς ἀφιέρουν τῷ Ἑρμῇ ἐν ταῖς ὁδοῖς ταῖς ἀδήλοις. Δαμάσκιος· Καὶ [10] ἔδοξε ἑρμαίῳ ἐντετυχηκέναι, ἐμοὶ περιτυχών.

*portus ostio demergere statuit, ut hostes ea ratione mari prorsus intercluderet.*

Ἕρμα. Saburra. Arrianus: *Puppim saburra onerarunt, ut prora elevaretur, dum puppis deprimeretur.* Item ἕρμα, securitas, munimentum, firmitas. *Loca illa esse tuta* [*ajebat*,] *propter munimentorum firmitatem.*

Ἕρμα. Saxum. Obex. Fulcrum. *Cum dolium in saxum incidisset, & contritum fuisset.* Et Aristophanes: *Saburræ loco multas deglutivit lites.* [Præter expectationem δίκας dixit] pro λίθους, lapides. Grues enim volantes lapides in ore ferunt, qui ipsis pondus addant, ne a ventis huc illuc ferantur. Et ἕρματα, ingentia saxa. *Hercules autem ingentia saxa in ostium Oceani conjecit, ut belluis aditus obstrueretur.*

Ἑρμαγόρας. Hermagoras, Amphipolitanus, Philosophus, Persæi discipulus. Dialogi ipsius sunt, Misocyon. De Infelicitate, liber unus. Ecchytum: sive de Ovorum inspectione. De arte Sophistica, adversus Academicos.

Ἑρμαγόρας. Hermagoras, ex Temno urbe Æoliæ oriundus, cognominatus Carion: orator. Scripsit de Arte Rhetorica libros VI. Item, de Expolitione. De Decoro. De Elocutione. De Figuris. Hic una cum Cæcilio Romæ docuit, Cæsaris Augusti temporibus, & ætate provecta obiit.

Ἑρμάδιον. Parva statua Mercurii.

Ἑρμαῖος. Scopulus sub aqua latens. Antiphon, & Anacreon, & Aristophanes.

Ἑρματίζω. Saburro. Saburra onero.

Ἑρμαφρόδιτος. Hermaphroditus. Sic appellant, vel eum, qui sexus est ambigui: vel eum, qui turpia & facit & patitur.

Ἑρμαῖ. Mercurii. Mercurii statuæ. Menecles vel Callistratus in opere de Atheniensibus scribit: *In porticu enim, quæ Pœcile dicitur, & Regia, sunt statuæ illæ Mercurii, quæ Hermæ vocantur.* Erant autem & Hermæ quidam, Hipparchei dicti: ab Hipparcho Pisistrati filio.

Ἑρμαῖον. Lucrum insperatum: [sic dictum] a primitiis illis, quæ in viis positæ a viatoribus comedi solebant. Vel ab acervis lapidum, qui Mercurio dicati erant. *Non, aliorum more, quovis insperato lucro gaudens, nec existimans, se nullam cuiquam injuriam facere, si volens a volente quidvis emeret.*

Ἑρμαῖον. Quod quis invenit, [vel præter expectationem nactus est: sic dictum ab Ἑρμῆς, Mercurius,] cui lapidum acervi in viis dubiis & incertis consecrati erant. Damascius: *Et lucrum quoddam insperatum nactus sibi videbatur, cum in me incidisset.*

1 Ἀῤῥιανός] *De Expedit. Alex.* lib. II. pag. 132.

2 Ἀριστοφάνης] *Avibus*, pag. 607. (422. Ed. Bas. *P.*) Vide etiam Nostrum supra v. Ἀνθ' ἕρματος.

3 Ὁ ἐπικληθεὶς Καρίων, ῥήτωρ. Τέχνας ῥητορ.] Locum hunc ex MSS. Paris. supplevi: qui in prioribus Editt. sic legitur: Ὁ ἐπικληθεὶς Καρίων. Ῥητορικὰ ἐν βιβλ.

4 Ἑρμάδιον] Imo Ἑρμίδιον; quod est diminutivum ab Ἑρμῆς. Ea voce usus est Aristophanes in *Pace*, pag. 693.

5 Ἑρμαῖος. ὕφαλος πέτρα. Ἀντιφ.] Apud Harpocrationem unde hæc Suidas descripsit, rectius legitur ἑρμάς: quam lectionem confirmat etiam Photius in Lexico inedito.

6 Ἑρμαῖ. Μενεκλῆς ἢ Καλλίστρατος ἐν τῷ π.] Ex Harpocratione.

7 Βασιλέως στοᾶς] Sic etiam Harpocratio. Sed malim, βασιλείῳ στοᾷ: i. e. *porticus Regia.* Vide Nostrum supra v. Βασίλειος.

8 Ἱππάρχειοι] Vide omnino Hesychium v. Ἱππάρχειος: qui locum hunc egregie illustrat.

9 Οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους ἀγαπ.] Sunt verba Damascii, ut patet ex Photio: apud quem in Excerptis ex illo scriptore pag. 1044. fragmentum hoc legitur, ut Pearsonius recte observaverat. Confer etiam notas nostras ad vocem sequentem Ἑρμαῖον, φ. λ.

10 Καὶ ἔδοξε ἑρμαίῳ ἐντ.] Fragmentum hoc auctius legitur supra v. Ἀπεχθάνεται.

Ἑρμαῖον ἐπὶ τῶν κακοήθων. ἅπας ἐπιεικὴς, καὶ ἡ πρόσοδος τοῖς πονηροῖς ἐκ τῆς ἑτέρας μερίδος παραγίνεται.

Ἑρμαῖος.[1] ὁ τετράγωνος λίθος.

Ἑρμείας. ὁ Θεὸς τῶν Ἑλλήνων.

Ἑρμείας, φιλόσοφος, Ἀμμωνίου καὶ Ἡλιοδώρου, τῶν διδασκάλων Δαμασκίου, πατήρ· ἦν δὲ ὁ Ἑρμείας φίλος ἐς τὰ μάλιστα Αἰγύπτῳ, ἀδελφῆς Θεοδότης, μητρὸς Ἰσιδώρου φιλοσόφου. ὁ δὲ Αἴγυπτος ἦν φιλομαθής.

Ἑρμείας. [2] οὗτος ὁ φιλόσοφος ἐπιεικὴς φύσει, καὶ ἁπλοῦς τὸ ἦθος. φιλοσοφήσας δὲ ὑπὸ τῷ μεγάλῳ Συριανῷ, φιλοπονίᾳ μὲν οὐδενὸς ἐλείπετο τῶν ἑταίρων, οὐδὲ αὐτοῦ γε συνακροωμένου τοῦ πάλαι Πρόκλου. [3] ἀγχίνους δὲ καὶ ὀξὺς σφόδρα ἦν, [4] ὥστε ὁμωμοκέναι λέγεται πρὸς τὸν Αἴγυπτον τελευτῶντα, ἀθάνατον εἶναι καὶ ἀνώλεθρον τὴν ψυχήν. ἐποίει δὲ τοῦτο τὸ θάῤῥος ἡ εὐζωΐα, ἀναινομένη τὴν τοῦ σώματος φύσιν, καὶ εἰς ἑαυτὴν ἐπιστρέφουσα, καὶ συναισθανομένη τοῦ χωρισμοῦ, καὶ ἄντικρυς ἤδη τῆς ἀθανασίας. ἦν γὰρ τὰ μὲν περὶ λόγους ἐνδεέστερος ἢ κατὰ τὴν ἀκρίβειαν· τὰ δὲ πρὸς ἀρετὴν εὖ ἠσκημένος. ὥστε μηδ' ἂν τὸν Μῶμον αὐτὸν ἐπιμωμήσασθαι, μηδ' αὖ μισῆσαι τὸν Φθόνον. [5] τοσαύτη πρᾳότης καὶ τοιαύτη δικαιοσύνη ἐνῆν τῷ ἀνδρὶ, ὡς ὠνούμενός τι, καὶ μάλιστα βιβλίον, ἐὰν ὁ πωλῶν ἴσως ἔλαττον ἐδίδου τιμήματος, οὐκ ἐλάμβανε τοῦτο οὕτως, ἀλλὰ τὸ ἄξιον ἐδίδου, κἂν πολλῷ πλεῖον ἦν οὗ ἐζήτησεν ὁ πωλῶν.

Ἑρμαῖον ἐπὶ τῶν κακ. *Omnis vir bonus malorum est præda, & improbis melior pars hominum quæstui est.*

Ἑρμαῖος [λίθος.] Lapis quadratus. [Sive, statua Mercurii quadrata.]

Ἑρμείας. Mercurius. Deus Græcorum.

Ἑρμείας. Hermias, Philosophus, Ammonii & Heliodori, magistrorum Damascii, pater: qui & intimus amicus fuit Ægypti, fratris Theodotæ, quæ erat mater Isidori philosophi. Ægyptus autem discendi admodum cupidus erat.

Ἑρμείας. Hermias. Hic Philosophus fuit natura bonus, & moribus simplex: qui philosophatus est sub magno Syriano. Ac industria quidem nullo suorum sodalium inferior erat, ne ipso Proclo, qui jam inde ab initio ejus condiscipulus fuerat. Idem & solers erat, & valde acutus, ut Ægypto morienti jurejurando affirmasse dicatur, animam esse immortalem, & interitus expertem. Hanc autem fiduciam ipsi afferebat vitæ integritas, quæ corporis naturam aversabatur, & ad se ipsam se convertebat, & simul animadvertebat [instantem corporis & animæ] separationem, atque adeo ipsam immortalitatem. Et in dicendo quidem ab eloquentiæ perfectione aberat: sed in virtute egregie erat exercitatus, adeo ut ne Momus quidem ipsum reprehendere, nec invidia odio prosequi posset. Tanta autem mansuetudo & tanta justitia in illo viro erat, ut, si quid emeret, præcipue vero librum, si forte venditor illum minori pretio venderet, quam par esset, hunc non ita acciperet: sed justum pretium ipsi daret, quamvis longe majus esset illo pretio, quod venditor petiisset. *Port.*

Ἑρμῆν. [6] τοῦτον υἱὸν Διὸς λέγουσι, καὶ Μαίας, οἷον τοῦ νοῦ καὶ τῆς φρονήσεως. ἐκ νοῦ γὰρ καὶ φρονήσεως ὁ λόγος γεννᾶται. διὰ τοῦτο καὶ πτερωτὸν αὐτὸν ποιοῦσι, ὡς ταχύν. οὐδὲν γὰρ λόγου ταχύτερον. καὶ Ὅμηρος ἔπεα πτερόεντα. πάντων δὲ νεώτατον αὐτὸν ἐργάζονται, διὰ τὸ μὴ γηράσκειν τὸν λόγον. [7] ἀλλὰ καὶ τετράγωνον αὐτὸν ποιοῦσι, διὰ τὴν στερρότητα τοῦ ἀληθοῦς λόγου. λέγουσι δὲ αὐτὸν καὶ [8] τοῦ κέρδους αἴτιον, καὶ [9] τῶν ἐμπορειῶν ἔφορον. ὅθεν τὸ ἄγαλμα αὐτοῦ ἱστῶσι βαστάζον μάρσυπον. ἀλλὰ καὶ οἱ Φοίνικες τοὺς Θεοὺς αὐτῶν πλάττουσι ὑποφέροντας βαλάντια, ὡς τοῦ χρυσοῦ συμβόλου ὄντος δυναστείας. οἱ δὲ

Ἑρμῆν. Mercurium. Hunc Jovis & Majæ filium esse dicunt: quasi dicas mentis & prudentiæ. Ex mente enim & prudentia nascitur oratio. Quamobrem etiam eum alatum faciunt: utpote velocem. Nihil enim oratione velocius. Unde Homerus verba *alata* vocavit. Eundem etiam admodum adolescentem fingunt, quod oratio non senescat. Adhæc, quadratum eundem faciunt, propter veritatis firmitatem. Item, auctorem lucri & mercaturæ præsidem eundem statuunt. Quamobrem simulacrum ejus statuunt marsupium gestans. Quinetiam Phœnices Deos suos fingunt ferentes sacculos, quod aurum sit imperii symbolum. Græci autem eos fingunt ar-

1 Ἑρμαῖος. ὁ τετράγωνος λ.] Vide paulo post v. Ἑρμῆν.

2 Ἑρμείας. οὗτος ὁ φιλόσοφος ἐπιεικὴς φ.] Hæc, & quæ sequuntur, ex Damascio descripta esse discimus ex Photio, apud quem in Excerptis ex illo scriptore pag. 1044. eadem αὐτολεξεὶ pene leguntur, ut Pearsonius quoque observaverat.

3 Ἀγχίνους δὲ καὶ ὀξὺς σφ.] Apud Photium addita negatione rectius legitur, ἀγχίνους δὲ οὐ πάνυ σφόδρα ἦν, ὥστε &c. Eum confer. Nam & plura habet, quam hoc loco Suidas.

4 Ὥστε ὁμωμοκέναι λέγεται πρὸς τὸν Αἰγ.] Hæc cum præcedentibus non cohærent. Quare nonnulla hic excidisse puto: vel saltem dicendum est, Eclogam hanc absque judicio a Suida consarcinatam esse.

5 Τοσαύτη πρᾳότης καὶ τοιαύτη δικαιοσύνη ἐνῆν τῷ ἀνδρί.] Locus hic in optimo MS. Paris. A. haud paulo auctior sic legitur: Τοσαύτη πρᾳότης ἐνῆν τῷ ἀνδρὶ, καὶ τοιαύτη δικαιοσύνη. πιπράσκει εἴ τι πρίαιτο τῶν πολυτελῶν (συχνὸν δὲ ἐπὶ βιβλίοις τοῦτο συνέβαινεν) ὁ μὲν πωλῶν ἰδιώτης ὤν, ἂν οὕτω τύχῃ, τίμημα μὲν αἰτήσει τοῦ ἀξίου ἔλαττον. ὁ δὲ Ἑρμείας ἐπανορθοῦτο τὴν ἄγνοιαν, καὶ πλείονος εἶναι φήσας ἄξιον τὸ βιβλίον, τοσοῦτον ἂν ἐδίδου, ὃ κατὰ τοὺς πολλοὺς ἀγνοήσαντας τὸ ἑρμαῖον, οὐδὲ αὖθις ἄρα μικρὸν ἀδικεῖν εἰ ἐκεῖνος παρ' ἑκόντος ὅπως ἐπώλησε. καὶ τὸ δεῖσθαι τινὰ δεῖσθαι τῷ πράγματι καὶ ἀπάτην, οὐ λέγομεν τὸ ψεῦδος, ἀλλὰ συντίθεσθαι τὴν ἀλήθειαν, ὅτι καὶ ἀδικίαν ἐστι λανθάνοντες τοὺς πολλοὺς οὐ βίαιοι, ἀλλὰ κλεπτικοί· οὐδὲ ἐπιχειροῦντες τινα ἄγειν δίκην κλέπτειν, ἀλλ' ὑπὸ μὲν τοῦ νόμου ἀφῃρημένοι, τὸ δὲ δίκαιον ἀνατρέπουσι. τοιοῦτος ἦν ὁ Ἑρμείας. Cum his confer Photium loco laudato: apud quem eadem totidem pene verbis leguntur.

6 Ἑρμῆν. τοῦτον υἱὸν Διὸς λέγουσι καὶ Μαίας, οἷον τοῦ ν.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, αὐτολεξεὶ quoque leguntur apud Codinum *de Origin. CPolitanis*, pag. 15. ut Pearsonius etiam monuit.

7 Ἀλλὰ καὶ τετράγωνον αὐτὸν π.] Confer Macrobium *Saturn.* lib. I. cap. xix. & Nostrum infra v. Ἑρμῆν.

8 Τοῦ κέρδους αἴτιον] Hinc dictus est Κερδῷος. Vide Nostrum infra h. v.

9 Καὶ τῶν ἐμπορειῶν ἔφ.] Hinc etiam dictus est Ἐμπολαῖος. Vide nos supra ad h. v.

Ἕλληνες

Ἕλληνες σιδηροφορίας αὐτοὺς πλάττουσιν, ὡς τοῖς ὅπλοις ὑποταττομένων τῶν ἀνθρώπων.

Ἑρμῆς,[1] ὁ Τρισμέγιστος. οὗτος ἦν Αἰγύπτιος σοφός· ἤκμαζε δὲ πρὸ τοῦ Φαραώ. ἐκέκλητο δὲ Τρισμέγιστος, διότι περὶ Τριάδος ἐφθέγξατο, εἰπών, ἐν Τριάδι μίαν εἶναι θεότητα, οὕτως· [2] Ἦν φῶς νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ, καὶ ἦν ἀεὶ [3] νοῦς νοὸς φωτεινός, [4] καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἡ τούτου ἑνότης· καὶ πνεῦμα πάντα περιέχον. ἐκτὸς τούτου οὐ Θεός, οὐκ Ἄγγελος, οὐκ οὐσία τις ἄλλη. πάντων γὰρ κύριος, καὶ πατήρ, καὶ Θεός, καὶ πάντα ὑπ' αὐτόν, καὶ ἐν αὐτῷ ἐστιν. ὁ γὰρ [5] λόγος αὐτοῦ παντέλειος ὤν, καὶ γόνιμος, καὶ δημιουργός, ἐν γονίμῳ φύσει [6] πεσών, καὶ γονίμῳ ὕδατι, ἔγκυον τὸ ὕδωρ ἐποίησε. καὶ ταῦτα εἰρηκώς, ηὔξατο λέγων· [7] Ὁρκίζω σε, οὐρανέ, Θεοῦ μεγάλου σοφὸν ἔργον· ὁρκίζω σε φωνὴν πατρός, ἣν ἐφθέγξατο πρώτην, ἡνίκα τὸν πάντα κόσμον ἐστηρίξατο· ὁρκίζω σε κατὰ τοῦ μονογενοῦς λόγου, καὶ τοῦ Πατρὸς τοῦ μονογενοῦς λόγου, καὶ τοῦ Πατρὸς τοῦ περιέχοντος πάντα, ἵλεως, ἵλεως ἔσο.

Ἑρμῆς[8] ὁ πρὸς τῇ πυλίδι. Φιλόχορος λέγει, ὡς θ' ἄρχοντες ταῖς φυλαῖς ἀνέθεσαν Ἑρμῆν, τὸν παρὰ πυλῶνι.

Ἑρμίας, ὁ εὐνοῦχος, [9] Ἀταρνεύς· (χώρα δὲ ἐστὶ Μυσίας τῆς πρὸς τῷ Ἑλλησπόντῳ, ἧς καὶ ἦρχε, βασιλέως τοῦ Περσῶν ὑπήκοος.) εὐνοῦχος δὲ καὶ δοῦλος γενόμενος Εὐβούλου Βιθυνοῦ, δυνάστου καὶ φιλοσόφου, ἀσκηθεὶς παιδείαν παρὰ Ἀριστοτέλει, ἔγραψε περὶ ψυχῆς, ὅτι ἀθάνατος. † [10] Οὗτός ἐστιν εὐνοῦχος ὁ τέτριπτος. οἰκείως δὲ διέκειτο πρὸς Ἀριστοτέλην,[11] καὶ τὴν θετὴν αὐτοῦ θυγατέρα ἔδωκε τῷ φιλοσόφῳ. τοῦτον δὲ τὸν Ἑρμίαν μόνον γράφουσι διὰ τοῦ ι. ἐν γὰρ τοῖς τοῦ [12] Ἱππώνακτος στίχοις Ἰαμβικοῖς εὕρηται στίχος οὗτος·

Εὐνοῦχος ὢν καὶ δοῦλος ἦρχεν Ἑρμίας.

οὗτος, καίτοι θλαδίας ὤν, [13] ἔσπειρε τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, καὶ ἔτικτεν ἐξ αὐτῆς τὴν Πυθιάδα θυγατέρα αὐτοῦ.

Ἑρμῖνες.[14] οἱ τῆς κλίνης πόδες. καὶ ἡ δοτικὴ τῶν πληθυντικῶν, ἑρμῖσιν.

ma gestantes, quod homines armis subigantur. *Port.*

Ἑρμῆς ὁ Τρισμέγιστος. Mercurius Trismegistus. Hic fuit sapiens Ægyptius, & ante Pharaonem floruit: vocatusque fuit Trismegistus, quod de Trinitate locutus fuerit, dicens, in Trinitate unam esse Deitatem. Sic autem fatus fuisse fertur: *Fuit lumen intelligens ante lumen intelligens, & mens mentis lucida, neque quidquam erat aliud, quam hujus* [*mentis*] *unitas. Ea cum semper in sese ipsa sit, semper sua ipsius mente, luce, atque spiritu universa continet. Extra eam* [*mentem*] *neque Deus est, neque Angelus, neque ulla alia essentia. Omnium enim est dominus, & pater, & Deus: & omnia sub ipso & in ipso sunt. Nam sermo ipsius, qui perfectus omnibus modis est, & fœcundus, & opifex, cum in aquam, cujus fœcunda natura est, incidisset, eam fœtam reddidit.* Hæc fatus Hermes, sic precatus est: *Adjuro te Cœlum, magni Dei sapientissimum opus. Adjuro te Vocem Patris, quam locutus est primam, cum totum mundum condidit. Adjuro te per unigenitum Sermonem & Patrem omnia continentem: Propitius, propitius esto mihi.*

Ἑρμῆς ὁ πρὸς τῇ π. Mercurius ad portam. Philochorus tradit, novem Archontes Mercurium ad portam Tribubus dedicasse.

Ἑρμίας. Hermias, Eunuchus, Atarnensis. Est autem Atarna regio Mysiæ ejus, quæ ad Hellespontum sita est; cui etiam præfuit, Regi Persarum subjectus. Eunuchus igitur cum esset, & servus Eubuli Bithyni, Dynastæ & Philosophi, literis ab Aristotele institutus, de anima scripsit, eamque immortalem esse dixit. Hic est Eunuchus ille veterator. Idem Aristotelis Philosophi amicus fuit, cique filiam suam adoptivam uxorem dedit. Nomen autem Hermiæ hujus solum per ι scribitur. Nam inter Hipponactis versus Jambicos reperitur & hic: *Hermias, qui & Eunuchus erat & servus, aliis imperavit.* Hic quamvis testiculis careret (quippe qui ei elisi essent) uxorem tamen suam gravidam fecit, & ex ea Pythiadem filiam suscepit.

Ἑρμῖνες. Lecti pedes. Lecti fulcra. Et dativus pluralis, ἑρμῖσιν.

1 Ἑρμῆς, ὁ Τρ.] De hoc Hermete, & scriptis, quæ sub ejus nomine hodie adhuc circumferuntur, prolixe agit Lambec. in Comm. de Bibl. Cæs. lib. 7. pag. 24. & seqq.

2 Ἦν φῶς νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ, καὶ ἦν ἀεὶ νοῦς ν.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, iisdem verbis leguntur etiam apud Cedrenum pag. 20. Joann. Malalam, pag. 29. & Chronici Alexandrini auctorem: qui omnes una cum Nostro ea ex Cyrilli Alexandr. lib. 1. contra Julianum descripserunt.

3 Νοῦς νοὸς φωτεινός] Sic etiam habent Cyrillus & Joann. Malalas. At Cedrenus, νοῦς νοῦ αἴτιος.

4 Καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἡ τούτου ἑνότης· καὶ πνεῦμα π.] Locus hic ex Cyrillo sic scribendus & supplendus est: Καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἢ ἡ τούτου ἑνότης, ἀεὶ ἐν ἑαυτῷ ὤν, ἀεὶ τῷ ἑαυτοῦ νοῒ καὶ φωτὶ καὶ πνεύματι πάντα περιέχει. Sic etiam habet Cedrenus.

5 Ὁ γὰρ λόγος αὐτοῦ] Cyrillus, Cedrenus, & Malalas post αὐτοῦ addunt προελθών: quæ vox & Suidæ restituenda est.

6 Πεσών] Sic habent Cyrillus, Cedrenus, & Malalas: quorum auctoritate fretus & Suidæ lectionem hanc restituere non dubitavi. In prioribus enim Editt. male legitur παῖς ὤν.

7 Ὁρκίζω σε, οὐρανέ, Θεοῦ μεγάλου σοφ.] Hæc Cyrillus, & ante eum Justinus Martyr in *Parænetica* ad Græcos, non Mercurio Trismegisto, sed Orpheo tribuunt: quorum auctoritas potior utique habenda est. Sic autem locus hic apud Cyrillum legitur:

Οὐρανὸν ὁρκίζω σε, Θεοῦ μεγάλου σοφὸν ἔργον·
Αὐδὴν ὁρκίζω σε πατρός, ἣν φθέγξατο πρῶτον,
Ἡνίκα κόσμον ἅπαντα ἑαῖς στηρίξατο βουλαῖς.

Sic etiam apud Suidam, Cedrenum, & Malalam locus hic scribendus & in versus distinguendus est.

8 Ἑρμῆς ὁ πρὸς τῇ πυλ.] Ex Harpocratione. Confer etiam Nostrum infra v. Πρὸς τῇ πυλίδι.

9 Ἀταρνεύς] Diog. Laert. lib. v. segm. 3. Ἐπεὶ δὲ μέντοι αὐτὸς ἦγε πρὸς Ἑρμείαν τὸν Εὐνοῦχον, Ἀταρνέως ὄντα τύραννον. Ejusdem Hermiæ meminit etiam Athenæus lib. xv. p. 696. ubi eum Ἀταρνέα vocat.

10 Οὗτός ἐστιν εὐνοῦχος, ὁ τ.] Hæc, & quæ sequuntur, desumpta sunt ex Harpocratione.

11 Καὶ τὴν θετὴν αὐτοῦ θ.] Confer omnino cum hoc loco Eusebium de *Præp. Evang.* lib. xv. cap. 2.

12 Ἱππώνακτος στίχοις Ἰαμβ.] Atqui Hipponax diu ante Hermiam vixit: cujus proinde in carminibus suis meminisse non potuit. Vide Menagium ad Laert. lib. v. segm. 3. qui recte etiam monuit, hæc esse ἀδέσποτα.

13 Ἔσπειρε] Sic habent omnes Editt. præcedentes. At 2. MSS. Paris. ἔπειρε: quod minus placet.

14 Ἑρμῖνες. οἱ τῆς κλ.] Quare fulcra lecti dicta fuerint ἑρμῖνες, pulchre explicat Etymologus: quem vide.

Ἑρμιονεῖς. ὄνομα ἔθνους.

Ἑρμιονεῖς. Hermionenses. Gentis nomen.

Ἑρμιόνη. ὄνομα κύριον.

Ἑρμιόνη. Hermione. Nomen proprium.

Ἕρμιππος Ἀθηναῖος, κωμικὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, ἑτερόφθαλμος· ἀδελφὸς δὲ Μυρτίλου τοῦ κωμικοῦ, [1] δράματα διδάξας μ΄.

Ἕρμιππος. Hermippus Atheniensis, Comicus antiquæ comœdiæ, luscus: frater vero Myrtili Comici. Fabulas docuit XL.

Ἕρμιππος [2] Βηρύτιος, ἀπὸ κώμης μεσογαίου, μαθητὴς Φίλωνος τοῦ Βυβλίου· ὑφ' οὗ συνεστάθη [3] Ἐρρενίῳ Σεβήρῳ ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως, ἔκδουλος ὢν γένος, λόγιος σφόδρα, καὶ ἔγραψε πολλά.

Ἕρμιππος. Hermippus Berytius, ex oppido mediterraneo oriundus, discipulus Philonis Byblii: a quo commendatus fuit Herennio Severo, sub Adriano Imperatore. Hic, quamvis genere libertinus esset, tamen eruditus admodum fuit, & multa scripsit.

Ἑρμογένης Ταρσεὺς, ὁ ἐπίκλην Ξυστὴρ, Σοφιστής· οὗ διήκουσε καὶ Μουσώνιος ὁ φιλόσοφος, καὶ Μάρκος ὁ βασιλεύς. γέγονε δὲ ἐπὶ Μάρκου τοῦ βασιλέως, εὐφυέστατος, καὶ τῆς ἡλικίας αὐτοῦ ἐνδεεστέρας ὑπαρχούσης μᾶλλον ἡ φρόνησις ὑπερεῖχεν. γενόμενος δὲ περὶ τὰ εἴκοσι καὶ τέσσαρα ἔτη, ἐξέστη τῶν φρενῶν, καὶ ἦν ἀλλοῖος αὐτοῦ, μηδεμιᾶς ἀφορμῆς γενομένης, ἢ ἀρρωστίας τοῦ σώματος· ὥστε καί τινας ἀποσκώπτειν εἰς αὐτόν· Ἑρμογένης ὁ ἐν παισὶν γέρων· ἐν δὲ γέρουσι παῖς. ἔτη δὲ γεγονὼς περὶ ὀκτωκαίδεκα, γράφει [4] τέχνην ῥητορικὴν, ἣν μετὰ χεῖρας ἔχουσιν ἅπαντες. Περὶ στάσεων, βιβλίον ἕν. Περὶ ἰδεῶν, βιβλία β΄. Περὶ κοίλης Συρίας β΄. περὶ οὗ [5] Φιλόστρατος ὁ Λήμνιος ταῦτά φησιν· Ἑρμογένης δὲ, ὃν Ταρσοὶ ἤνεγκαν, πεντεκαίδεκα ἔτη γεγονὼς, ἐφ' οὕτω μέγα δόξης προὔβη, ὡς καὶ Μάρκῳ βασιλεῖ παρασχεῖν ἔρωτα ἀκροάσεως. ἐβάδιζε δὲ ἐπὶ τὴν αὐτοῦ ἀκρόασιν ὁ Μάρκος, καὶ ἥσθη μὲν διαλεγομένου· ἐθαύμασε δὲ σχεδιάζοντα, καὶ δωρεὰς λαμπρὰς ἔδωκεν. ἐς δὲ ἄνδρας ἥκων, ἀφῃρέθη τὴν ἕξιν ὑπ' οὐδεμιᾶς αἰτίας φανερᾶς, ἢ νόσου. ὅθεν καὶ ἀστεϊσμοῦ λόγον παρέδωκε τοῖς βασκάνοις. ἔφασαν γὰρ, τοὺς λόγους ἀτεχνῶς καθ' Ὅμηρον πτερόεντας εἶναι. ἀποβεβληκέναι γὰρ αὐτοὺς τὸν Ἑρμογένην καθάπερ πτερά. καὶ Ἀντίοχος ὁ σοφιστὴς ἀποσκώπτων ποτὲ ἐς αὐτὸν οὕτως ἔφη· Ἑρμογένης ὁ ἐν παισὶ γέρων, ἐν δὲ γεγηρακόσι παῖς. ἡ δὲ ἰδέα, ἣν ἐπετήδευε, τοιάδε τις. ἐπὶ γὰρ τοῦ Μάρκου διαλεγόμενος, Ἥκω σοι, ἔφη, Βασιλεῦ, ῥήτωρ παιδαγωγοῦ δεόμενος· ῥήτωρ ἡλικίαν περιμένων. πλείω ἕτερα διελέχθη καὶ ὧδε βωμολόχα. ἐτελεύτησε δὲ ἐν βαθεῖ γήρᾳ, εἷς τῶν πολλῶν νομιζόμενος. κατεφρονήθη γὰρ, ἀπολειπούσης αὐτὸν τῆς τέχνης. λέγεται δὲ ὅτι τελευτήσαντος αὐτοῦ, ἀνετμήθη, καὶ εὑρέθη ἡ καρδία αὐτοῦ τετριχωμένη, καὶ τῷ μεγέθει πολὺ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως ὑπερβάλλουσα.

Ἑρμογένης. Hermogenes Tarsensis, cognomento Xyster, Sophista, quem & Musonius Philosophus, & Marcus Imperator audivit. Vixit temporibus Marci Imperatoris, & ingenio excellenti præditus fuit, ita ut sapientia ejus captum ætatis longe superaret. Cum autem annum ætatis XXIV attigisset, sanam mentem amisit, & sui prorsus dissimilis evasit, sine ulla [manifesta] causa, aut morbo corporis. Quamobrem etiam nonnulli de eo per risum dixerunt: *Hermogenes inter pueros senex, & inter senes puer.* Annos autem natus circiter XVIII. scripsit *Artem Rhetoricam,* quam omnes in manibus habent. *De Statibus* librum unum. *De Formis orationis* libros II. *De Cœlesyria* libros II. De hoc Philostratus Lemnius sic scribit: *Hermogenes, quem Tarsi genuerunt, annos natus XV ad eam ingenii famam processit, ut & Marcum Imperatorem ejus audiendi cupido incesseret. Quare Marcus auditorium ingressus, eum cum voluptate differentem audivit; extemporalemque ejus eloquentiam admiratus, splendida ei munera dedit. Cum autem ætatem virilem attigisset facultatem illam dicendi amisit, absque ulla manifesta causa, vel morbo. Unde etiam invidorum cavillos & jocos provocavit: quippe qui dicerent, verba, secundum Homerum, vere alata esse. Hermogenem enim illa amisisse, tanquam alas. Et Antiochus Sophista hoc cavillo eum incessivit: Hermogenes inter pueros senex, & inter senes puer. Genus autem dicendi, cui studebat, tale fere erat. Apud Marcum enim verba faciens, Adsum tibi Imperator, inquit, orator indigens pædagogo; orator ætatem [virilem] expectans. Plura item alia scurrilia ad eundem modum dixit. Obiit ætate admodum provecta, unus e vulgarium numero habitus. Cum enim [pristina scientia &] ars eum defecisset, contemni cœpit.* Cadavere autem ejus dissecto, cor ipsius dicitur inventum fuisse pilis obsitum, & communem cordium humanorum magnitudinem longe superasse.

Ἑρμοκοπίδαι. [6] οὗτοι ἠκρωτηρίασαν τοὺς Ἑρμᾶς, ὅτε ἔμελλον πλεῖν ἐν Σικελίᾳ.

Ἑρμοκοπίδαι. Hermocopidæ. Hi Mercurii statuas truncarunt, cum in Siciliam essent navigaturi.

1 Δράματα διδάξας μ΄.] Fabulæ Hermippi Comici, quarum apud auctores hodie adhuc superstites mentio fit, sunt hæ: Ἀθηνᾶς γοναί. Ἀρτοπώλιδες. Δημόται. Εὐρώπη. Θεοί. Θεσμοφόροι. Ἴαμβοι. Κέρκωπες. Κότταβοι. Μοῖραι. Στρατιῶται. Φορμοφόροι. Citatur quidem etiam Hermippus ἐν Μύρμηξι apud Athenæum lib. XI. sed ibi ἐν Μοίραις scribendum esse existimo. Vide Meursium in *Bibliotheca Attica, v. Hermippus.*

2 Ἕρμιππος, Βηρύτ.] De hoc vide Vossium in opere *de Hist. Gr.* pag. 220. Præter hos autem Hermippos memoratur etiam veteribus Hermippus Smyrnæus: de quo prolixe agit Jonsius *de Script. Hist. Ph.* lib. II. cap. IX.

3 Ἐρρενίῳ.] Scribendum est Ἑρεννίῳ.

4 Τέχνην ῥητορικήν.] Opus hoc hodie adhuc exstat.

5 Φιλόστρατος ὁ Λήμν.] Lib. II. *de Vitis Sophist.* pag. 575.

6 Ἑρμοκοπίδαι. οὗτοι ἠκρωτηρίασαν τοὺς Ἑρμ.] Historiam refert Thucydides lib. VI. cap. XXVII. quem adi. Consule etiam Enarratorem Comici ad *Aves* pag. 577.

Ἑρμό-

Ἑρμόλαος, γραμματικὸς Κωνσταντινουπόλεως· γράψας τὴν ἐπιτομὴν τῶν Ἐθνικῶν Στεφάνου γραμματικοῦ, προσφωνηθεῖσαν Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ.

Ἑρμῶναξ.

Ἑρμῶναξ δ' ἐκίχανεν, ὅτε γριπηΐδι τέχνῃ
Εἷλε τὸν ἐκ πελάγους ἰχθυόεντα βόλον.

Ἕρμος. δῆμός ἐστι τῆς Ἀττικῆς, Ἀκαμαντίδος φυλῆς. Διονύσιος δὲ οὐδετέρως λέγει τὸ Ἕρμος, ὡς ἔρνος.

Ἑρμαῖ. Ἑρμαῖ ἦσαν ἐν τῇ Ἀθηναίων πόλει λίθινοι ἐν προθύροις καὶ ἐν ἱεροῖς· ἐπειδή φασι τὸν Ἑρμῆν λόγου καὶ ἀληθείας ἔφορον, διὰ τοῦτο καὶ τὰς εἰκόνας αὐτοῦ τετραγώνους καὶ κυβοειδεῖς κατεσκεύαζον, αἰνιττόμενοι τὸ τοιοῦτον σχῆμα, ἐφ' ἃ μέρη πέσῃ, πανταχόθεν βάσιμον καὶ ὄρθιον εἶναι. οὕτω καὶ ὁ λόγος καὶ ἡ ἀλήθεια ὁμοία ἐστὶ πανταχόθεν αὐτὴ ἑαυτῇ· τὸ δὲ ψεῦδος πολύχουν καὶ πολυσχιδὲς, καὶ ἑαυτῷ μάλιστα ἀσύμφωνον.

Ἔρνος. τὸ φυτόν.

Ἑρμώνιος χάρις. ἡ κατ' ἀνάγκην διδομένη, οὐκ ἐκ διαθέσεως ψυχῆς, ἀλλ' ἐπιπλάστως, καὶ κατὰ προσποίησιν φιλίας, οὐ κατ' ἀλήθειαν. ὁ γὰρ Ἕρμων ὁ Πελασγῶν βασιλεὺς, Δαρείου ἐπὶ Θρᾴκην ἰόντος, καὶ πάντα χειρουμένου, παρεχώρησεν Ἀθηναίοις τῆς Λήμνου, τῷ μὲν δοκεῖν χαριζόμενος, τῇ δὲ ἀληθείᾳ Δαρεῖον φοβηθείς.

Ἔρομαί σε. ἐρωτῶ σε. ἐρόμεθα πληθυντικῶς. ἐρήσομαι δὲ, ἤγουν ἐρωτήσω.

Ἐρόμενος. ἐρωτῶν. διὰ τοῦ ο μικροῦ. Ἐρώμενος δὲ, διὰ τοῦ ω μεγάλου, ὁ ὑπὸ ἐραστῶν ἀγαπώμενος. καὶ ἐρομένη, ἡ ἐρωτῶσα. ἐρωμένη δὲ, ἡ ἐπιθυμοῦσα.

Ἔρον. τὸν ἔρωτα.

Ἐῤῥόντων. φθειρέσθωσαν.

Ἔρουλοι. ὄνομα ἔθνους.

Ἐῤῥώγασιν. ἐσχίσθησαν.

Ἐρόγευον.[8] δι' ἑνὸς ρ σεσημειωμένον.

Ἐρωδιός.[9] εἶδος ὀρνέου· ὁ πελαργὸς λεγόμενος, ἢ ὅμοιος αὐτῷ. ἐλωδιός τις ὤν, παρὰ τὸ ἐν ἕλεσι διατελεῖν· τουτέστι, καθύγροις τόποις.

Ἐρωεύς. ὁ ὑποχωρῶν. Ἐρωήσας δὲ, μειώσας, κατεάξας. Ἐρωήσας ὀλοὸν κέρας.[10] Καλλίμαχος. καὶ, Ἐρωήσει περὶ δουρί. Ὅμηρος.

Ἐρωμανής. ὁ ἐν τῷ ἔρωτι μαινόμενος.

Ἑρμόλαος. Hermolaus, Grammaticus Constantinopolitanus. Scripsit epitomen *Ethnicorum* Stephani Grammatici, eamque Justiniano Imperatori dedicavit.

Ἑρμῶναξ. Hermonax. [In Epigrammate:] *Hermonax autem nactus est, quando arte piscatoria traxit ex mari rete piscibus plenum.*

Ἕρμος. Hermus. Est populus Atticæ, Tribus Acamantidis. Dionysius vero genere neutro dicit τὸ Ἕρμος, ut ἔρνος.

Ἑρμαῖ. Athenis Hermæ; sive statuæ Mercurii lapideæ in vestibulis & templis collocatæ erant. Quoniam autem dicebant, Mercurium orationis & veritatis præsidem esse; ideo etiam statuas ejus quadratas & cubicas conficiebant, indicare volentes, hujusmodi figuram, in quamcunque partem ceciderit, firmam & rectam stare. Sic etiam ratio & veritas undique sibi ipsa similis est: mendacium autem varium & multiplex, & secum ipsum minime consentiens.

Ἔρνος. Planta. Germen. Ramus.

Ἑρμώνιος χάρις. Hermonium beneficium. Id est, beneficium, quod quis necessitate coactus alicui dat, non ex animi affectu, sed ficte; & per amicitiæ simulationem, non vere. Hermon enim Pelasgorum Rex, Dario Thraciam invadente, & omnia subigente, Atheniensibus Lemno cessit, in speciem quidem eis gratificans, sed revera Darium metuens.

Ἔρομαί σε. Interrogo te. Et in plurali, ἐρόμεθα. Interrogamus. Ἐρήσομαι vero, id est interrogabo.

Ἐρόμενος. Interrogans. Per ο parvum scribitur. Ἐρώμενος vero, per ω magnum, qui ab amatoribus amatur. Et ἐρομένη, [genere fœminino,] interrogans. At ἐρωμένη, [per ω,] amans.

Ἔρον. Pro ἔρωτα. Amorem.

Ἐῤῥόντων. In malam rem abeant. Pereant.

Ἔρουλοι. Eruli. Nomen gentis.

Ἐῤῥώγασιν. Fracti, rupti, fissi sunt.

Ἐρόγευον. Per unum ρ. Erogabant.

Ἐρωδιός, Erodius. Genus avis: quæ etiam πελαργός, i. e. ciconia, vocatur: vel ei similis. Dicta est quasi ἐλωδιός: quod in locis humidis & paludosis, quæ ἕλη Græci vocant, degat.

Ἐρωεύς. Qui recedit. At ἐρωήσας, Qui comminuit. Qui confregit. *Qui fregit perniciosum cornu.* Callimachus. Et, *Fluet per hastam.* Homerus.

Ἐρωμανής. Perdite amans. Amore insanus.

1 Τὴν ἐπιτομὴν τῶν Ἐθν.] Hanc Epitomen hodie adhuc exstare notum est: cum integrum opus Stephani non sine irreparabili literarum damno interciderit. Vide Berkelium in præfatione ad Stephanum.

2 Ἑρμῶναξ δ' ἐκίχανεν, ὅτε γρ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis in scolopendram, quod ex codice MS. Anthologiæ ineditæ integrum edidimus supra v. Ἀμφίκλαστον.

3 Ἕρμος. δῆμός ἐστι τῆς Ἀττ.] Ex Harpocratione.

4 Ἑρμαῖ ἦσαν ἐν τῇ Ἀθηναίων πόλει λ.] Thucydides lib. VI. cap. XXVII. Ὅσοι Ἑρμαῖ ἦσαν λίθινοι ἐν τῇ πόλει τῇ Ἀθηναίων (εἰσὶ δὲ πολλοὶ καὶ ἐν ἰδίοις προθύροις καὶ ἐν ἱεροῖς) &c. Hunc locum Suidas ob oculos habuit.

5 Ἐπειδή φασι τὸν Ἑρμῆν λ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Thucydidis.

6 Ἑρμώνιος χάρις] Confer Zenobium Centur. III. Adag. 85.

7 Ἀγαπώμενος] Sic recte MS. Paris. A. At priores Editt. male ἀγαπώμενος.

8 Ἐρόγευον] Vide Dufresnium in Glossario Græco, v. Ῥογεύειν.

9 Ἐρωδιός] Confer omnino Etymologum, qui de voce hac fuse agit.

10 Καλλίμαχος] Fragmentum hoc Callimachi adducit etiam Etymologus v. Ἐρωή: quem confer.

Ἐρρωμένως. ἰσχυρῶς. εὐσθενῶς.

Ἐρρωμένως. Valide. Robuste. Fortiter.

Ἐρῶν. γενικῇ. ἐφιέμενος. ἐπιθυμῶν.

Ἐρῶν. Genitivo jungitur. Amans. Cupiens.

Ἐρώμενος. ὁ ἐπιθυμούμενος.

Ἐρώμενος. Qui amatur. Amasius.

Ἔρρων. μετὰ φθορᾶς παραγινόμενος, ἢ πορευόμενος.

Ἔρρων. Qui cum sua, vel aliorum pernicie aliquo venit, vel abit.

Ἔρως. [1] Οὐδεὶς ἔρως ἀστεῖος. τοῦτο πρόβλημά ἐστι καθόλου ἀποφατικόν. ἀνασκευάζεται δὲ, ὅτι μὴ πᾶς ἔρως φαῦλος. διαιροῦμεν γὰρ τὸν ἔρωτα εἴς τε σύντονον ὄρεξιν ἀφροδισίων, ὡς Ἐπίκουρος λέγει· ὃν οὐχ οἷόν τε ἀστεῖον εἶναι· καὶ εἰς ἐπιβολὴν [2] φιλοποιίας διὰ κάλλος ἐμφαινόμενον, ὡς οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς· ἢ ἀνάμνησιν τοῦ περὶ ὀρθότητος κάλλους, ὡς Πλάτων. ἀστεῖοι γὰρ οὗτοι οἱ ἔρωτες. † [3] Κειμένου δὲ τοῦ, τὸν σοφὸν ἐρασθήσεσθαι, ἀνασκευάσαι τοῦτο θέλοντες, ὁρισόμεθα τὸ ἐρασθῆναι, καὶ ληψόμεθα τὸ, ἔρωτά τινος λαβεῖν· καὶ ἐπεὶ μηδέπω γνώριμον τὸ λεγόμενον, ἐπὶ τὸ τὸν ἔρωτα ὁρίζεσθαι προελευσόμεθα. ἂν δὴ ὁριζόμενοι τοῦτο, λάβωμεν ἄλογον ἐπιθυμίαν ἡδονῆς, τῆς ἀπὸ τοῦ σωματικοῦ κάλλους· ἢ σύντονον ὄρεξιν ἀφροδισίων· ἀνεσκευακότες ἂν εἴημεν τὸ πρόβλημα. δῆλον γὰρ, ὅτι ἀλλότρια ταῦτα τοῦ σοφοῦ. ὁμοίως, κἂν ὁρισώμεθα αὐτὸν σφοδρὰν ἐπιθυμίαν, ἐπεὶ τὸ σφοδρὸν ἀσαφὲς, πάλιν αὐτὸ τοῦτο εἰς λόγον μεταληψόμεθα. † Τὸν [4] ἔρωτά φασιν ἐπιβολὴν εἶναι [5] φιλοποιίας διὰ κάλλος ἐμφαινόμενον, καὶ μὴ εἶναι συνουσίας, ἀλλὰ φιλίας. τὸν γοῦν Θρασωνίδην, καίπερ ἐξουσίαν ἔχοντα τῆς ἐρωμένης, διὰ τὸ μισεῖσθαι ἀπέχεσθαι αὐτῆς. εἶναι οὖν τὸν ἔρωτα φιλίας, καὶ μὴ εἶναι [6] θεόπεμπτον. εἶναι δὲ τὴν ὥραν ἄνθος ἀρετῆς. † Ἀττικῶς δὲ [7] ἀπὸ τοῦ ὁ ἔρος, τοῦ ἔρου, κλίνεται. οὕτω γὰρ καὶ αὐτοὶ τοῦτο τὸ ὄνομα γράφουσι καὶ ἐκφωνοῦσιν· ὥσπερ καὶ τὸ ἀμείνων, καὶ χείρων, ἐκ τοῦ ἄμεινος, καὶ χείρος φασίν. ὁ δὲ Πλάτων περὶ ἔρωτος λέγει διεξοδικώτερον. [8] τέτακται δὲ ἐν τῷ περὶ παροιμίας, ἐν τῷ ε στοιχείῳ.

Ἔρως. Amor. Cupido. Nullus amor est pulcher. Hæc propositio universaliter aliquid negat: quæ tamen refutatur ex eo, quod non omnis amor sit malus. Dividimus enim amorem, in vehementem appetitum veneris, ut Epicurus ait; qui amor pulcher esse non potest: vel in conatum faciundæ amicitiæ ob apparentem pulchritudinem, secundum Stoicos: vel in recordationem pulchritudinis aliquando conspectæ, ut Plato inquit. Hujusmodi enim amores pulchri sunt. † Posito autem, Sapientem amaturum esse; si propositionem illam refutare velimus, definiemus, quid sit amare, & dicemus esse, amore alicujus capi. Sed, quia nondum notum est id, quod dicitur, ad amoris definitionem progrediemur. Eum igitur si definiverimus, irrationalem appetitum voluptatis, a corporea pulchritudine excitatæ; vel, vehementem appetitum veneris; propositionem illam refutaverimus. Manifestum enim est, ea a sapiente aliena esse. Similiter etiam, si eum definiamus, vehementem cupiditatem; quoniam non aperte constat, quis sit sensus vocis *vehemens*, hanc ipsam rursus ad examen revocabimus. † [Stoici] dicunt, amorem esse conatum conciliandæ amicitiæ propter apparentem pulchritudinem: eique non esse propositum concubitum venereum, sed amicitiam. Nam Thrasonidem, etiamsi amatam in potestate haberet, ab ea tamen abstinuisse, quod illi odio esset. Amorem igitur esse amicitiæ, nec reprehendendum. Formam autem esse virtutis florem. † Attice autem declinatur ἔρος, ἔρου. Sic enim illi nomen hoc scribunt & pronuntiant: sicut & ἀμείνων & χείρων ex ἄμεινος & χείρος deducta ajunt. Plato vero de amore fusius agit. Positum autem hoc est in libro de Proverbio, in elemento Ε.

Ἔρως. [9] τὸ πρῶτον καὶ μέγιστον στοιχεῖον τῆς τῶν ὄντων πολυθεάμονος ἱστορίας, καὶ φιλοπονία, καὶ ἀγχίνοια. οὗτος δὲ ἐστὶν ὁ τῶν ἁπάντων τῶν καλῶν, καὶ προσέτι ἀγαθῶν, δεινότατος ἰχνευτής. ζήτει τὰ λοιπὰ κατὰ στοιχεῖον· τουτέστιν, ἀγχίνοιαν, καὶ φιλοπονίαν· ἃ δὴ καλεῖ Δαμάσκιος στοιχεῖα πρῶτα καὶ μέγιστα τῆς τῶν ὄντων πολυθεάμονος ἱστορίας.

Ἔρως. Amor. Is est primum & præcipuum elementum variæ & multiplicis rerum cognitionis: & post eum industria, & solertia. Amor præterea est omnium pulchrarum, itemque bonarum rerum indagator acerrimus. Quære cætera suo loco, in Ἀγχίνοια & Φιλοπονία.

1 Οὐδεὶς ἔρως ἀστεῖος. τοῦτο πρόβλ.——ἀστεῖοι γὰρ οὗτοι οἱ ἔρωτες] Hæc descripta sunt ex Alexandro Aphrod. in lib. II. *Topic.* pag. 75.

2 Φιλοποιΐας] Scribendum est φιλοποιίας; ut recte habet Alexander Aphrod. loco laudato. Confer Menagium ad Laert. lib. VII. segm. 113. qui vocem φιλοποιΐα a Stoicis in definitione amoris adhibitam fuisse pluribus ostendit.

3 Κειμένου δὲ τοῦ, τὸν σοφὸν ἐρασθ.——εἰς λόγον μεταληψόμεθα] Hæc sunt verba ejusdem Alex. Aphrod. in lib. II. *Topic.* pag. 77.

4 Τὸν ἔρωτά φασιν ἐπιβ.——ἄνθος ἀρετῆς] Hæc sunt verba Laertii lib. VII. segm. XXX. ut Pearsonius etiam observaverat.

5 Φιλοποιΐας] Scribendum esse φιλοποιίας, vel ex Cicerone patet: qui *Tuscul. Quæst.* lib. IV. extremo, amorem a Stoicis definiri ait, *conatum amicitiæ faciundæ ex pulchritudinis specie.* Habes ibi locum hunc Laertii ad verbum expressum, dummodo pro φιλοποιΐας scribas φιλοποιίας. Sed hac de re fusius agit Menagius ad Laertium loco laudato.

6 Θεόπεμπτον] Apud Laertium loco laudato legitur ἐπίπεμπτον: quod præferendum est.

7 Ἀπὸ τοῦ ὁ ἔρος, τοῦ ἔρου] Confer Scholiastam Sophoclis ad *Electram* pag. 90.

8 Τέτακται δὲ ἐν τῷ περὶ παροιμ. ἐν τῷ ε στοιχ.] Quid hæc verba sibi velint, aliis inquirendum relinquo. Certe, non videntur mihi esse a manu Suidæ, sed librarii cujusdam, qui nescio quare ista loco huic allеverit.

9 Ἔρως. τὸ πρῶτον καὶ μέγιστον στοιχ.] Locum hunc consarcinavit Suidas ex Photio, apud quem in Excerptis ex Damascio, pag. 1033. sic legitur: Τρία πάντες ὁμολογοῦσι πρῶτα καὶ μέγιστα στοιχεῖα τῆς τῶν ὄντων φιλοθεάμονος ἱστορίας· ἔρωτα, τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν δεινότατον ἰχνευτήν· ἐξεῦρον καὶ ἀγχίνοιαν φύσεως δύναμιν, ἐπὶ πολλὰ δι' ὀλίγων φέρεσθαι δυναμένην, καὶ ἐπιμονὴν συνιέναι καὶ γυμνάζειν τὰ ἴχνη τῶν θηρωμένων, ὅσα τε ἀληθῆ καὶ ὅσα ψευδῆ ἐν αὐτοῖς εὑρίσκειν. ἐν δὲ αὖ τρίτοις, φιλοπονίαν εἶπόντες, &c.

Ἐῤῥώσαντο.[1] ἐπεῤῥώσθησαν.

Ἐῤῥᾶσθαι φράσας. οἰμώζειν εἰπών. κατεγνωκώς.

Ἐρώτησις[2] ἔνδοξος, πρότασις διαλεκτική. [3] οὐ πᾶσα μὲν πρότασις, ἐρώτησις, ἀλλὰ ἡ διαλεκτική. οὐ πᾶσα ἐρώτησις πρότασις διαλεκτική. ἔστι γὰρ εἴδη πλείω τῆς ἐρωτήσεως. οἱ γὰρ ἐρωτῶντες, ἢ περὶ συμβεβηκότος ἐρωτῶσιν, ὡς οἱ ἐρωτῶντες, τίς οὖν πυρὸς ἡ κατὰ φύσιν κίνησις· ἢ, τί Σωκράτει συμβέβηκεν· ἢ ἔμπαλιν, τὸ μὲν συμβεβηκὸς ὁρίζουσί τε καὶ λαμβάνουσιν ἐν τῇ ἐρωτήσει· τὸ δὲ ᾧ συμβέβηκεν, ἀξιοῦσι μαθεῖν. ὡς, ὁ ἐρωτῶν, τίνι τὸ λευκὸν, ἢ τὸ μέλαν τῶν ζώων συμβέβηκε· καὶ, τί τῶν ἀγαθῶν δι' αὐτὸ αἱρετόν ἐστι· καὶ, τίς ὁ καθήμενος. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο εἶδος ἐρωτήσεως ἐκ[4] περιουσίας, ὅταν προσενεγκάμενοι τί ποτέ ἐστι τὸ διὰ τῆς ἐρωτήσεως, εἴπῃ ὁ ἐρωτῶν, τί ἐστιν ἄνθρωπος; τὴν γὰρ οὐσίαν τοῦ πράγματος ἀξιοῖ μαθεῖν, οὐχ ὃ συμβέβηκεν αὐτῷ. τρίτον εἶδος ἐρωτήσεώς ἐστιν, οἷον, ὅταν περὶ προτάσεώς τις τὴν ἐρώτησιν, εἴτε ἀπόκρισιν αἰτῶν, τὸ ἕτερον μέρος τῆς ἀντιφάσεως εἴπῃ· οἷον, ἆρά γε ὁ κόσμος σφαιροειδής; ὑπὸ τοῦτο τὸ εἶδος τῆς ἐρωτήσεώς ἐστιν ἡ διαλεκτικὴ πρότασις. † Διαφέρει δὲ ἐρώτημα, ἀξίωμα, πύσμα. καὶ ζήτει ἐν τῷ, Ἀξίωμα.

Ἐρωτικόν. ἐπιθυμητικόν. καὶ ἐρωτικῶς, ἐπιθυμητικῶς.

Ἐρωτῶ[5] σε. παρακαλῶ σε. ἱκετεύω σε. δέομαι. Ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἠρώτα. ἀντὶ τοῦ, παρεκάλει.

Ἑρπυσμός. ἑρπυστής. ἑρπυστικὸς, ὁ ἕρπων.

Ἕρπυλλος.[6] εἶδος ἄνθους, σαμψύχῳ ὅμοιον· ὃ μάλιστα ἐν τοῖς ὕδασι θάλλει. Φυτείας τι εἶδος· παρὰ τὸ ἕρπειν ταῖς ῥίζαις. ἔστι δὲ καὶ εὐωδέστατον.

Ἑρσαῖος. ὁ δροσώδης.

Ἑρσηφορία. ἐν τῷ Ἀῤῥηφορία.

Ἕρση.[7] ἡ δρόσος.

[8] Θηλείης ἕρσης ἰκμάδα γευόμενος.

οἱ γὰρ τέττιγες δρόσον σιτίζονται.

Ἑρσῆεν.[9] πρόσφατον, εὔχροόν τε, καὶ ἀμόλυντον.

Ἑρσήεντα. δροσώδη, ἁπαλὸν, νεαρόν. ἡ εὐθεῖα, ὁ ἑρσήεις.

Ἑρσιλία.[10] ὄνομα κύριον.

Ἕρσις.[11] τὸ πλεξίδιον.

Ἐῤῥώσαντο. Corroborati sunt.

Ἐῤῥᾶσθαι φράσας. Qui aliquem valere, vel flere jussit. Qui condemnavit.

Ἐρώτησις ἔνδ. Interrogatio probabilis, est propositio Dialectica. Non autem omnis propositio est interrogatio, sed Dialectica; neque omnis interrogatio est propositio, sed Dialectica. Sunt enim plura interrogationum genera. Qui enim interrogant, aut de accidente interrogant; ut, quis sit naturalis motus ignis; aut, quid Socrati acciderit: vel contra, accidens definiunt, & interrogatione comprehendunt: illud vero, cui aliquid accidit, nosse cupiunt. Veluti, qui quærit, cuinam animalium album vel nigrum accidat: &, quodnam bonum per se expetendum sit: &, quisnam sit ille, qui sedet. Est & aliud interrogationis genus, quod ad rei essentiam refertur; cum nimirum quærimus, quid hoc vel illud sit; veluti, quid sit homo. Qui enim sic quærit, ipsam rei essentiam cognoscere cupit, non vero ejus accidens. Tertium genus interrogationis est, cum quis de propositione quæstionem instituit, & postea responsionem postulans, alteram contradictionis partem dicit: ut, An mundus est rotundus? Sub hoc interrogationis genere propositio Dialectica comprehenditur. † Differt autem ἐρώτημα, ἀξίωμα, & πύσμα: qua de re vide in v. Ἀξίωμα.

Ἐρωτικόν. Amatorium. Sive, ad amorem pertinens. Et ἐρωτικῶς, more ejus, qui amat. Cupide.

Ἐρωτῶ σε. Rogo te. Oro te. Precor te. *Eum rogabat, ut ad se cœnatum veniret.*

Ἑρπυσμός. Reptatus. Ἑρπυστής. Reptator. Repens. Ἑρπυστικός. Reptilis. Serpens.

Ἕρπυλλος. Serpyllum. Floris genus, sampsucho simile, quod in aquis præcipue floret. [Sive,] plantæ quoddam genus; [ita dictum,] quod radicibus serpat. Est autem odore suavissimo præditum.

Ἑρσαῖος. Roscidus.

Ἑρσηφορία. Quære in Ἀῤῥηφορία.

Ἕρση. Ros. [In Epigrammate:] *Mollis roris humorem gustans.* Cicadæ enim rore vescuntur.

Ἑρσῆεν. Roscidum. Recens. Humidum. Purum.

Ἑρσήεντα. Roscidum. Tenerum. Recens. Novellum. Rectus casus est, ἑρσήεις.

Ἑρσιλία. Hersilia. Nomen proprium.

Ἕρσις. Plexus. Nexio. Connexio.

1 Ἐῤῥώσαντο] Usus est hac voce Homerus Il. Ω. v. 616. & alibi.

2 Ἐρώτησις ἔνδοξος, πρότασις διαλ.] Totum hunc articulum descripsit Suidas ex Alex. Aphrod. in lib. 1. *Topic.* pag. 38. unde Suidas emendandus est.

3 Οὐ πᾶσα μὲν πρότ.] Alex. Aphrod. rectius sic habet: Οὔτε πᾶσα μὲν πρότασις, ἐρώτησις, ἀλλ' ἡ διαλεκτική· οὐδὲ πᾶσα ἐρώτησις πρότασις, ἀλλ' ἡ διαλεκτική. ἔστι γὰρ εἴδη, &c.

4 Ἐκ περιουσίας] Alex. Aphrod. habet, περὶ οὐσίας: uti etiam hic legendum est. Deinde ex eodem Aphrodisiensi scribe, ὅταν προσενεγκάμενοι τί ποτέ ἐστι τοῦτο διὰ τῆς ἐρωτήσεως ἐξετάζωμεν, ὡς ὁ ἐρωτῶν, τί ἐστιν ἄνθρωπος, &c.

5 Ἐρωτῶ σε. παρακαλῶ σε.] Confer Nostrum infra v. Ἠρώτα.

6 Ἕρπυλλος] Scribe ἕρπυλλος, per duplex λ.

7 Ἕρση] Alias etiam scribitur ἔρση, cum spiritu tenui.

8 Θηλείης ἕρσης ἰκμ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate in cicadam, quod integrum legitur Anthol. lib. vi. cap. xvi. ut Portus etiam monuit.

9 Ἑρσῆεν. πρόσφατον] Homerus Il. Ω. v. 757.

Νῦν δέ μοι ἑρσήεις καὶ πρόσφατος ἐν μεγάροισι
Κεῖσαι.

Ad hunc locum Poetæ Suidas respexisse videtur.

10 Ἑρσιλία] De ea vide Dionys. Halicarnass. *Antiq. Rom.* lib. 11.

11 Ἕρσις] Malim ἔρσις: ab εἴρω, necto. In prioribus Editt. male legitur ἕρσις, per η.

Ἐρσιά-

Digitized by Google

Ἐροιάδαι.[1] οἱ Ἐροιάδαι δῆμός ἐστι τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς.

Ἐρυγγάνειν. ἐρεύγεσθαι. ἐγκωμιάζειν. αὐχεῖν. ἐρυγγάνω. Καὶ [2] εἰ περίβλεπτον καὶ δόκιμον ἠρύγγανε γένος, δοῦλος ἐπιπεράσκετο.

Ἐρυγή. πνεύματος ἀναπομπὴ ἐκ στομάχου. ἔνθεν καὶ τὸ ἐξηρεύξατο λέγεται.

Ἐρυγή. ἐρυγή ἐστι πνεῦμα κρύφιον, κατὰ τὴν ζέσιν τῆς τροφῆς ἀπορρηγνυμένων τῶν πομφολύγων, ἐπὶ τὸ ἄνω διαπνεόμενον.

Ἐρύγμηλος. ὁ μεγαλόφωνος. Ταῦρον ἐρύγμηλον.

Ἐρυθραίνεται.[3] μελαίνεται.

Ἐρυθαίνει.[4] πυῤῥὸν ποιεῖ. ὅθεν καὶ ἐρύθημα, ἡ ῥίζα, ἡ λεγομένη ἐρυθρόδανον. † Ἡ [5] βοτάνη, ἧς ἡ ῥίζα ἐρυθρά, ᾗ ἐρυθραίνουσι τὰ πρόσωπα αἱ γυναῖκες, ἄγχουσα λέγεται. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἄγχουσα.

Ἐρύθεια. πόλις.

Ἐρύθημα. τὸ χρῶμα. [6] Ἄνθος προσώπῳ ἐπιφυόμενον, οἷον οὐδὲ εἰς λειμὼν ὠτιγρός τι, καὶ ἀγρὸς, καὶ [7] εὔπηλης ποιεῖν ὑπὸ δρόσῳ ἐαρινῇ οἶδεν, ἐρύθημά τι ἀγαθὸν, καὶ μειδίαμα ἥδιστον. † Ὁ δὲ προσαναιδεύεται, καὶ μεθίστησι τοῦ χρώματος τοῦ παρεστηκότος. [8] τὸ γὰρ μὴ ἐρυθριᾷν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις. † Ἐπεὶ οὐ μεταβάλλει τὸ χρῶμα, οὐκ ἐρυθριᾷ.

Ἐῤῥύθμισεν. ἐκαίνισεν.

Ἐρυθρὰ [9] θάλασσα ἐκλήθη ὁ Περσικὸς κόλπος, οὐκ ἀπὸ τῆς χροιᾶς τοῦ ῥοθίου, καθάπερ τινὲς οἴονται· ἀλλ' ἔκ τινος ἀνδρὸς Ἐρυθροῦ τὴν προσηγορίαν, ἐνδυναστεύσαντος τοῖσδε τοῖς τόποις.

Ἐρυθραία. ὄνομα τόπου.

Ἐρυθραῖοι. οἱ ἀπὸ πόλεως τῆς ἐν Ἰωνίᾳ Ἐρυθρᾶς καλουμένης.

Ἐρύθριος,[10] ἔπαρχος γεγονὼς ἐπὶ Ζήνωνος· ὃς ἐπεὶ μήτε τὰ κοινὰ διαρκοῦντα ἑώρα, μήτε βάρος προσθεῖναι πλεῖον τοῦ πλαγμένου τοῖς τέλεσιν ἠνείχετο, μήτε τι ποιεῖν πονηρὸν, ὡς ἂν φιλάνθρωπος, τῶν ὀφειλομένων ἠδύνατο χάριν, αἰτησάμενος παρὰ Ζήνωνος ταύτης τῆς ἀρχῆς ἐπαύσατο. λύπην δὲ τῇ πόλει παρέσχεν, ἡνίκα ταύτην ἀπέθετο. μόνος γὰρ τῶν πλείστων τότε εἰς τὴν πολιτείαν οὗτος ἐπὶ τῷ πάντων ἀγαθῷ ἐπεφύκει· θᾶττον μὲν τὰς χάριτας παρέχων τοῖς αἰτουμένοις· οὐκ ἔχων δὲ τινα παντάπασι τῶν πρόσθε προσκεκρουκότων ἀμύνεσθαι. τὸ δὲ κοινὸν τότε εἰς πᾶσαν ἀπορίαν κατῆλθεν, ὡς μηδὲν ἔχειν ὑπόλοιπον. ἅ τε γὰρ ἐν τῷ κοινῷ ταμείῳ Λέων κατέλιπεν ἀποθνήσκων, ὑπὸ Ζήνωνος ταχὺ ἐκεκένωτο

Ἐροιάδαι. Erœadæ, populus Tribus Hippothoontidis.

Ἐρυγγάνειν. Eructare. Laudare. Gloriari. Jactare. *Quamvis illustre & clarum genus jactaret, tamen ut servus vendebatur.*

Ἐρυγή. Eructatio. Ructus. Sive flatus, qui ex stomacho emittitur. Hinc etiam dictum est ἐξηρεύξατο, eructavit.

Ἐρυγή. Eructatio. Ructus. Ructus autem est flatus occultus, qui, dum cibi fervent, ruptis bullis sursum tendens, per os emittitur.

Ἐρύγμηλος. Graviter boans. Graviter mugiens. Ταῦρον ἐρύγμηλον. *Taurum graviter mugientem.*

Ἐρυθραίνεται. [Rubescit.] Nigrescit.

Ἐρυθαίνει. Rubrum facit. Rubro colore inficit. Unde & ἐρύθημα, radix: quæ [vulgo] ἐρυθρόδανον vocatur. † Herba, cujus radix est rubra, qua mulieres faciem rubram reddunt, vocatur anchusa. Vide in v. Ἄγχουσα.

Ἐρύθεια. Erythea. Urbs.

Ἐρύθημα. Ruber color. Rubor. *Floridus quidam color vultui ejus inerat, qualem nec irriguum, nec tenerum, nec herbidum pratum, verno rore rigatum, gignere queat. Adhæc venusto rubore prædita erat, & suavissime renidebat. † Ille autem insuper frontem perfricabat, nec colorem vultus mutabat, nec ob dicta erubescebat.*

Ἐῤῥύθμισεν. Direxit. Aptavit.

Ἐρυθρὰ θάλασσα. Mare rubrum. Sic dicitur sinus Persicus, non a rubro colore undarum, ut quidam putant; sed a viro quodam Erythro, qui locis illis imperavit.

Ἐρυθραία. Erythræa. Nomen loci.

Ἐρυθραῖοι. Erythræi. Incolæ urbis in Ionia sitæ, quæ Erythra vocatur.

Ἐρύθριος. Erythrius, Præfectus Prætorio sub Zenone. Hic cum nec pecuniam publicam sufficere cerneret; neque tributis constitutis gravius onus addere, nec æris alieni dissolvendi gratia injuste quicquam, utpote vir humanus, facere sustineret; Zenonem rogavit, ut sibi magistratu illo abire liceret: quod impetravit. Magno autem dolore civitas affecta fuit, cum magistratum istum deponeret. Ex iis enim, qui tunc Reipubl. præerant, hic solus ad commune omnium bonum natus videbatur. Nam petentibus prompte beneficia præstabat, nec quenquam ob veteres offensas ulcisci animum unquam induxit. Ærarium autem ad summam penuriam tunc redactum & penitus exhaustum erat. Nam pecunia publica, quam Leo moriens relique-

1 Ἐροιάδαι. οἱ Ἐροιάδαι δῆμος.] Ex Harpocratione.

2 Καὶ εἰ περίβλεπτον καὶ δ.] Fragmentum hoc legitur etiam infra v. Ἠρύγγανεν.

3 Ἐρυθραίνεται] Literarum series requirit, ut scribatur ἐρυθαίνεται. Vide vocem sequentem.

4 Ἐρυθαίνει] Sic habent MSS. Paris. At priores Editt. ἐρυθραίνει: quam lectionem literarum series non admittit.

5 Ἡ βοτάνη, ἧς ἡ ῥίζα ἐρυθρά, ᾗ ἐρ.] Hæc pertinent ad vocem ἐρυθραίνω, non ἐρυθαίνω.

6 Ἄνθος προσώπῳ ἐπιφ.] Similia his leges apud Ælianum V. Hist. lib. XIII. cap. I.

7 Εὔπηλης] Imo εὔπηλος: ut scribendum esse recte monuit Kuhn. ad dictum locum Æliani. Vide etiam Nostrum supra v. Ἀγρὸς λειμών.

8 Τὸ γὰρ μὴ ἐρυθριᾷν ἐπ.] Ut hæc cum superioribus cohæreant, legendum est, ὥστε μὴ ἐρυθριᾷν, &c. Vel, ὥστε μὴ ἐρυθριᾷ ἐπὶ τοῖς εἰρ. quam lectionem in versione secutus sum.

9 Ἐρυθρὰ θ.] Vide præter alios Photium Cod. CCL.

10 Ἐρύθριος, ἔπαρχος γεγ.] Totum hunc articulum ex Malcho descriptum esse suspicatur Valesius in fine notarum ad Excerpta ex Malcho.

πάντα,

πάντα, πολλὰ μὲν χαριζόμενος τοῖς φίλοις ὡς ἔτυχεν· οὐκ εἰδὼς δὲ ἀκριβῶς, ὥστε αὐτὰ γινώσκειν, εἴ πη καὶ ἄλλως κλέπτοιτο.

Ἐρυθρόν. τὸ μέλαν.

Ἐρύκειν, καὶ ἀπερύκειν. τὸ κωλύειν, καὶ ἀπείργειν. Πολύβιος· Τὸ [1] κυριώτατον ἦν, τὸ τὸν πόλεμον ἐρύκειν ἀπὸ τῆς Μακεδονίας.

Ἔρυμα. φύλαγμα, καὶ τεῖχος. ἀσφάλισμα. Τὰς μὲν ἁμάξας ὥσπερ ἔρυμα περιεβάλλοντο· τὴν δὲ διάθεσιν τῆς στρατοπεδείας ἐποιοῦντο, ᾗ ἐνεχώρει.

Ἐρύμανθος. ὄνομα ὄρους. καὶ Ἐρυμάνθιος κάπρος. [2] Δρύοπες ἔθνος περὶ τὴν Πυθῶνα ἄδικον· οὓς ὁ Ἡρακλῆς μετῴκισεν. ὅτε γὰρ τὸν Ἐρυμάνθιον κάπρον ἔφερεν, ἐζήτει αὐτοὺς τροφήν. οἱ δὲ οὐκ ἔδωκαν.

Ἐρυμβόνα [3] τὰ τιμιώτατα εἰς ἀσωτίαν ἀφειδεστάτην. ἀπὸ τοῦ ῥυμβονῶ ῥήματος. Αἰλιανός.

Ἐρυμνά. τὰ ἠσφαλισμένα χωρία. καὶ ἐρυμνᾶσθαι, κατησφαλίσθαι. Οἱ δὲ ᾤοντο πολεμίων πλήθει οὔ τοι εὐάλωτοι, τῷ ἐρυμνᾶσθαι κατὰ νώτου τῇ [4] ἀκίσσῃ. τὰ δὲ λοιπὰ αὐτοὶ διενοοῦντο ἐπαμύνειν.

Ἐρυμνήν. ἠσφαλισμένην.

Ἐρύπειος. τόπος.

Ἐρύσαντας. ἀντὶ τοῦ ἐκδείραντας. Ἐρύσαντας τὸ δέρμα σὺν τῷ χάσματι φυλάττειν.

Ἐρύσαι. ἑλκύσαι. Τὸν δὲ ἐρύσαι τὸν ἄτρακτον ἐκ τοῦ μυκτῆρος.

Ἐρυσίβη. θηρίδιόν τι ἐν τῷ σίτῳ γινόμενον, ὃ λυμαίνεται τὸν καρπόν. τινὲς νόσον ἐπιγινομένην τοῖς σπέρμασιν. ἢ ἡ κονιορτώδης φθορὰ τοῦ σίτου.

Ἐρυσίβη. ἡ πάχνη.

Ἐρχιάδαι. [5] Ἐρχία, δῆμος τῆς Ἀττικῆς.

Ἐρχθεῖσα. [6] ἐν ὕδατι ἀποπνιγεῖσα.

Ἔσσα. ὄνομα πόλεως.

Ἐσάλευε, καὶ [7] ἀπεσάλευε. τοῦτο καὶ ἐπὶ νεῶν

rat, a Zenone celeriter dissipati fuit; partim, quod multa amicis inconsulte largiretur; partim, quod ipse sua penitus negligeret, nec sciret, an forte ab aliis sibi quædam surriperentur.

Ἐρυθρόν. [Rubrum.] Atrum. Nigrum.

Ἐρύκειν, & ἀπερύκειν. Arcere. Propulsare. Polybius: *Præcipuum erat, bellum a Macedonia propulsare.*

Ἔρυμα. Munimentum. Murus. Propugnaculum. *Plaustris ut munimento se circumdederunt, & castra metati sunt, ubi loci natura id permitteret.*

Ἐρύμανθος. Erymanthus. Nomen montis. Et Ἐρυμάνθιος κάπρος. Aper Erymanthius. Dryopes gens erat injusta circa Pythonem: quam Hercules in alias sedes migrare jussit. Cum enim aprum Erymanthium ferret, cibum ab illis petiit, sed non impetravit.

Ἐρυμβόνα τὰ τιμ. *Pretiosissima quæque luxu profuso dissipavit.* A verbo ῥυμβονῶ, dissipo. Ælianus.

Ἐρυμνά. Loca munita. Et ἐρυμνᾶσθαι, munitum esse. *Illi vero putabant, se vi hostili haud facile expugnari posse, quod a tergo aggere objecto muniti essent. A reliquis enim partibus se ipsos hostem [facile] propulsaturos esse putabant.*

Ἐρυμνήν. Munitam. Tutam.

Ἐρύπειος. Erypius. Locus [ita vocatus.]

Ἐρύσαντας [δέρμα.] Qui pellem detraxerunt. Qui excoriarunt. [*Jussit eos*] *detractam pellem cum rictu custodire.*

Ἐρύσαι. Traxisse. *Illum autem ajunt sagittam ex naribus traxisse.*

Ἐρυσίβη. Animalculum quoddam, quod in frumento nascitur, & fructum lædit. Quidam ajunt esse morbum, qui seminibus innascitur. Vel, rubigo, quæ frumentum corrumpit.

Ἐρυσίβη. Pruina. [Rubigo, segetibus inimica.]

Ἐρχιάδαι. Erchiadæ. Erchia est populus Atticæ.

Ἐρχθεῖσα. In aquis suffocata.

Ἔσσα. Essa. Nomen urbis.

Ἐσάλευε, & ἀποσάλευε. De navibus, & de

1 Τὸ κυριώτατον ἦν, τὸ τὸν π.] Fragmentum hoc Polybii repetitur infra v. Κυρία: sed ubi pro ἐρύκειν male legitur φυγεῖν.

2 Δρύοπες ἔθνος περὶ τὴν Πυθῶνα ἄδικον· οὓς ὁ Ἡρ.] Hæc leguntur etiam supra v. Δρύοπες, & infra v. Κάπρος.

3 Ἐρυμβόνα] Scribe ἐρρυμβόνα, per duplex ρ. Est enim Imperfectum tertiæ personæ: a ῥυμβονάω, quod significat *dissipo*. Hesychius: Ῥυμβονᾷν. διασκορπίζειν. Idem alibi: Διερυμβονήσατε. διεφορήσατε. Scribe, διερρυμβονήσατε. Confer etiam Nostrum infra v. Ῥυμβών. Cæterum, in prioribus Editt. post ἐρυμβόνα posita est τελεία στιγμή: quæ prava interpunctio Kuhnio & Porto imposuit, & graviter errandi occasionem præbuit. Portus enim existimans τὸ ἐρυμβόνα esse nomen substantivum, ejusque interpretationem esse ea, quæ sequuntur; vocem illam vertit, cupedias, delicias. Kuhnius vero ad Fragmenta Æliani magis lepide ex ἐρυμβόνα duas voces Latinas *Rerum bona* fecit: quippe existimans, vocabula ista nepotantium & luxuriosorum hominum apud Romanos propria fuisse; quæ cum apud Ælianum literis Græcis scripta essent, Suidas ex ignorantia linguæ Latinæ in ἐρυμβόνα mutaverit. Sed conjecturam hanc accurate refellit eruditissimus Jacobus Perizonius ad Ælianum pag. 950. 951. qui omnino consulendus est. Nos hic tantum adducemus locum ex Eustathio ad Dionysium Periegeten a modo laudato viro doctissimo itidem observatum, qui egregie huc facit, & sic habet: Ἀπὸ τούτου δὲ καὶ τὰς κινήσεις ὁ Ἀπολλώνιος ῥυμβόνας καλεῖ· καὶ τάχα ἐκεῖ ἡ παρὰ τῷ Αἰλιανῷ κειμένη ἄσημος λέξις τὸ ΕΡΡΥΜΒΟΝΑ. ἐκ τοιούτου τινὸς ἔχει τὴν ἀρχήν, ἐν οἷς λέγει, ὅτι ἐδαπάνα τὰ χρήσιμα, καὶ εἰς ἀσωτίαν ἐρρύμβονα τὰ τιμιώτατα. Id est: *Inde etiam Apollonius motus ipsos vocat ῥυμβόνας: & forsan obscura illa vox ἐρρυμβόνα, quæ apud Ælianum reperitur, ex tali quodam vocabulo originem trahit, quum dicit: Absumebat utilia quævis, & luxu dissipabat pretiosissima.* Hic locus plane confirmat id quod diximus; nimirum, pro ἐρυμβόνα hic apud Suidam scribendum esse ἐρρυμβόνα, & tam Kuhnium quam Portum in exponenda voce illa a vero haud parum aberrasse.

4 Ἀκίσσῃ] Vide Nostrum supra v. Ἀχεσᾶ, & Ἀκίσσα.

5 Ἐρχιάδαι. Ἐρχία, δῆμος τῆς Ἀττ.] Confer Harpocrationem v. Ἐρχιάθεν: & Meursium *de Pop. Att.* v. Ἐρχια.

6 Ἐρχθεῖσα. ἐν ὕδατι ἀποπνιγεῖσα] Homerus Il. Φ. v. 282.
Ἐρχθέντ' ἐν μεγάλῳ ποταμῷ.
Scholiastes ad illum locum: Ἐρχθεῖσα. ἐν ὕδατι ἀποπνιγεῖσα. Hinc Suidas sua descripsit. Hesychius in serie sua: Ἐρθεῖσα. ἐν ὕδατι ἀποπνιγεῖσα. Scribe & ibi, Ἐρχθεῖσα: ut & ante nos scribendum esse recte monuit vir profundæ eruditionis Richardus Bentlejus in Epistola ad Cl. Millium, Joanni Malalæ subjuncta.

7 Ἀποσάλευε] Vide supra v. Ἀποσαλεύσας.

λέγε), καὶ ἐπ᾽ ἀνθρώπων. ἐπὶ μὲν πλοίων, ὡς Δίων ἐν Ῥωμαϊκοῖς· Ὀλίγα μὲν γὰρ καὶ τὰ κουφότατα τῶν πλοίων πρὸς τῇ γῇ ὥρμει· τὰ δὲ δὴ πλεῖω καὶ μείζω μετέωρα διὰ τὰ τενάγη ἀπεσάλευεν. ἐπὶ δὲ ἀνθρώπων, ὡς τό, Ἐφ᾽ ἑνὶ τῶν παίδων ἀπεσάλευεν. σημαίνει δὲ ἡ λέξις, τὸ τὰς ἐλπίδας ἐπὶ τούτοις εἶχεν. καὶ Αἰλιανός· Ἐπεὶ τοίνυν ὑπὲρ τῶν ἐσχάτων ἐσάλευεν ἤδη, κομίζουσιν αὐτὸν οἱ προσήκοντες εἰς Ἀσκληπιοῦ.

Ἐς ἀῶ. εἰς μίαν ἡμέραν.

Ἐς[1] ὥρας. εἰς καιρούς.

Ἕσσατο. περιεβάλετο. Ἕσσατο Δαμαρέτου θυγάτηρ.

Ἔσβη. ἐσβέσθη. ἐπαύσατο.

Ἔσδρας. οὗτος ἐπὶ Ξέρξου ἦν, τοῦ Περσῶν βασιλέως, νομομαθὴς ἄριστος γενόμενος· ὃς τῶν μὴ εὑρεθέντων βιβλίων τὰς γραφὰς ἀναμνημονεύσας παρέδωκε τοῖς τοῦ ἔθνους.

Ἐσθήρ[2]. Ἰουδαϊκοῦ γένους τυγχάνουσα, τὴν βασίλειον τιμὴν ἐκέκτητο παρὰ Ἀρταξέρξου, ὃς ἐκλήθη Μακρόχειρ. αὕτη ἡ Ἐσθὴρ τοὺς πρὸς γένους αὐτῇ ᾠκειωμένους προσεποιεῖτο· ἐν οἷς καὶ Μαρδοχαῖος ἦν· ὃς τὴν ἐπιβουλὴν μηνύει τοῦ Ἀρταξέρξη.

Ἐσδρίαβος. ὄνομα κύριον. Ὁ δὲ Ἐσδρίαβος ὑπὲρ πάντων καταστάς, ἔλεξε τάδε.

Ἐσσαῖοι.[3] Ἰουδαῖοι ἀσκηταί, Φαρισαίων καὶ Γραμματέων τὴν ἄσκησιν ἐξ ἐπιμέτρου διανεστηκότες, πρόγονοι Ἰωναδάβ, υἱοῦ Ῥηχὰβ τοῦ δικαίου· [4]Φιλάλληλοι, καὶ τῶν ἄλλων εὐλαβεῖς πλέον· οἱ τὴν μὲν ἡδονὴν ὡς κακίαν ἀποστρέφονται· τὴν δὲ σωφροσύνην, καὶ ἐγκράτειαν, καὶ τὸ μὴ τοῖς πάθεσιν ὑποπίπτειν, ἀρετὴν ὑπολαμβάνουσι. καὶ γάμος μὲν παρ᾽ αὐτοῖς ὑπεροπᾶται· ἀλλοτρίους δὲ παῖδας νέους ἔτι προσλαμβανόμενοι καὶ διδάσκοντες, ὡς συγγενεῖς ἡγοῦνται, καὶ τοῖς ἤθεσι ἑαυτῶν ἐντυποῦσι (καὶ πᾶν αἰσχρὸν ἀποβάλλονται), καὶ πᾶσαν ἄλλην ἀρετὴν ἐξασκοῦσιν. οἳ ἐπιμελοῦνται τῆς ἠθικῆς λέξεως, θεωρίᾳ δὲ τὰ πολλὰ παραμένουσιν. ἔνθεν καὶ Ἐσσαῖοι καλοῦνται, τοῦτο δηλοῦντος τοῦ ὀνόματος· τουτέστι, Θεωρητικοί. † Ὅτι Ἐσσαῖοι ὑπέρτεροι σφόδρα καὶ λίαν ὑπερκείμενοι τῶν Φαρισαίων κατὰ τὴν πολιτείαν.

Ἐσέφθη. ἀντὶ τοῦ ἐσεβάσθη. ἐτίμησεν. ἐθαύμασεν. ἐξεπλάγη.

Ἐσεσήρεσαν. ἀντὶ τοῦ ἐκεχήνεσαν. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ὀργιζομένων κυνῶν. Ἐς ἀλλήλους τε ἐσεσήρεσαν ἡμιμανεῖς τε καὶ ἄγριοι οἱ Σκύθαι. καὶ ἐσεσήρει, ἐδυσχέραινεν, ὠργίζετο. [5] Λίαν γὰρ ἐς αὐτὴν ἡ Θεοδώρα ἠγρίαινε καὶ ἐσεσήρει.

hominibus dicitur. De navibus enim [dictum is significat, In salo stabat:] ut apud Dionem in Historia Romana: *Nam paucæ quidem eæque levissimæ naves ad terram appulerunt: pleræque vero, & majores, ob paludes in alto manserunt, anchorasque jecerunt.* De hominibus vero; ut in hoc exemplo: *In uno ex pueris omnis ejus spes sita erat.* Hanc enim significationem hic habet vox ἀπεσάλευε. Et Ælianus: *Quoniam igitur in extremo vitæ discrimine jam versabatur, cognati eum in Æsculapii templum portarunt.*

Ἐς ἀῶ. Ad Auroram. In unum diem.

Ἐς ὥρας. In tempora. In annum.

Ἕσσατο. Induit. *Induit Damareti filia.*

Ἔσβη. Extinctus est. Cessavit.

Ἔσδρας. Esdras. Hic sub Xerxe Persarum Rege vixit: vir legum peritissimus; qui libros amissos Scripturæ ex memoria reparavit, & gentis suæ hominibus tradidit.

Ἐσθήρ. Esther, gente Judæa: quam regio honore dignatus est Artaxerxes, Longimanus vocatus. Hæc Esther popularibus suis patrocinata est: inter quos fuit & Mardochæus, qui Artaxerxi insidias aperuit.

Ἐσδρίαβος. Esdriabus. Nomen proprium. *Esdriabus vero, pro omnibus unus in medium progressus, hæc dixit.*

Ἐσσαῖοι. Essæi. Ascetæ inter Judæos, qui Pharisæos & Scribas severitate disciplinæ longe superarunt. Genus ducunt a Jonadabo, filio Richabi justi: iidemque amore mutuo & religione aliis antecellunt. Voluptatem ut vitium aversantur: at temperantiam, & continentiam, & affectuum vacuitatem, virtutem existimant. Conjugium ipsi quidem despiciunt: sed alienos liberos tenera adhuc ætate adscitos, docent, eosque pro suis habent, & suis moribus formant. Omnem turpitudinem a se amovent, & cæteras omnes virtutes exercent. Adhæc, dictionem moratam curant, & in contemplatione plerumque perseverant: unde etiam vocantur Essæi, i. e. Contemplatores. Id enim vox ista significat. † Essæi vitæ genere & instituto Pharisæis longe præstiterunt.

Ἐσέφθη. Idem quod ἐσεβάσθη. Coluit. Veneratus est Admiratus est. Obstupuit.

Ἐσεσήρεσαν. Os, vel rictum diduxerunt. Metaphora ducta est a canibus iratis. *Scythæ semirabidi & ira efferati adversus se invicem ringebantur.* Et ἐσεσήρει. Ringebatur. Indignabatur. Irascebatur. *Theodora enim erga eam valde exasperata & ira accensa erat.*

1 Ἐς ὥρας] Vide de hac phrasi Casaubonum ad Athen. lib. II. cap. XIV. & ad Theocr. *Idyll.* XV. vers. 74.

2 Ἐσθήρ, Ἰουδ.] Vide paulo inferius post v. Ἐσθής.

3 Ἐσσαῖοι. Ἰουδαῖοι ἀσκ.———— ἐντυποῦσι] Hæc omnia κατὰ λέξιν pene etiam leguntur apud Cedrenum pag. 198. Confer etiam Nostrum supra v. Ἐξ ἐπιμέτρου.

4 Φιλάλληλοι, καὶ τῶν ἄλλων εὐλ.———— ἐντυποῦσι] Hæc sunt verba Josephi *de Bello Jud.* lib. II. pag. 785. ut Pearsonius etiam observaverat.

5 Λίαν γὰρ ἐς αὐτὴν ἡ Θεοδώρα ἠγρ.] Hæc sunt verba Procopii *Histor. Arc.* cap. I. pag. 3. sed ubi pro ἐσεσήρει, cujus vocis gratia locum hunc adduxit Suidas, hodie scriptum est ἐμεμήνει. At lectio Suidæ præferenda est. Nam ipse Procopius alibi, nimirum *Histor. Arc.* cap. XIII. pag. 40. τὸ ἀγριαίνειν & σαίρειν conjungit. Ait enim: Ἐσεσήρει ἀγριαινόμενός τι καὶ σεσηρὸς μετὰ ἀλλοτρίαν. Quin etiam Aristophanes, quem Procopius imitatus fuisse videtur, easdem voces conjunxit in *Pace*. pag. 668. ubi sic inquit:

Ἠγριωμένος ἐπ᾽ ἀλλήλοισι καὶ σεσηρότες

Ἐσε-

Ἔσεται. ἔσται.

Ἔσεισέ[1] μου τὴν καρδίαν. ἀντὶ τοῦ, ἐλύπησεν. ὁ δὲ ἔσεισέ μου τὴν καρδίαν, ὅτι τοῦ Αἰσχύλου προσδοκῶν ποιήματα, εἰσήχθη τὰ τοῦ Θεόγνιδος.

Ἐσήσεις[2] τὰ νήπια αὐτῶν.

Ἐσήλατο. εἰσῆλθεν. εἰσέφρησεν. Ὁ[3] δὲ, ἀκρατὴς ἑαυτοῦ ὢν, ἐσήλατο ἐς τὸν νεών.

Ἐσήμηνε. προσέταξεν. Ὁρῶν τὸ πρόθυμον τῶν Ῥωμαίων, ἐσήμηνε τοῖς ἑαυτοῦ ἑπομένοις ἐπικουρεῖν.

Ἐσσήν.[4] βασιλεύς· κυρίως τῶν μελισσῶν. ἐσσῆνος, ἡ γενική.

Ἐσσηνός.[5] ὁ πολίτης.

Ἔσθειν. τρώγειν.

[6] Τρώγων γλυκερὰ, πικρὰς ἕξεις τρόπους.

Ἐσία.[7] ἡ πρεσβεία.

Ἐσίνοντο. ἐβλάπτοντο.

Ἔσθενε. σθένους καὶ δυνάμεως μετεῖχεν. ἠδύνατο. Αἰλιανός· Ὁ δὲ ἀλέκτωρ ὕμνει τὸν σωτῆρα, ἧπερ οὖν ἔσθενε φωνῇ, καὶ ἐδεῖτο ἀρτίπουν θεῖναι αὐτόν.

Ἐσθήματα. ἱμάτια.

Ἐσθὴς ἀλουργής. διὰ τοῦ η. Ἀλουργὶς δὲ ἰδίως, διὰ τοῦ ι. Ἐσθής, ἐσθῆτος, καὶ τὸ πληθυντικόν, ἐσθῆτες.

Ἐσθήρ. αὕτη συνοῦσα τῷ Ἀρταξέρξῃ τῷ βασιλεῖ, τὴν βασίλειον τιμὴν ἐκέκτητο, γένους Ἰουδαϊκοῦ τυγχάνουσα, καὶ ζῆλον τῆς δόξης ποιουμένη, τούς τε πρὸς γένους αὐτῆς διαφέροντας προσκαλεσαμένη, μάλιστα δὲ Μαρδοχαῖον μητράδελφον ὄντα, ἐν τοῖς βασιλείοις κατεῖχεν. ὡς δὲ τῷ βασιλικῷ προστάγματι Ἀρταξέρξης διεκήρυξε, τοὺς Ἑβραίους μεθίστασθαι μὲν τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, προσκυνεῖν δὲ τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα, ἕως ἡμερῶν μ´ ἀνακωχὴν τῆς τιμωρίας τοῖς ἀπειθοῦσι διαταξάμενος· οἱ Ἰουδαῖοι διαδιδόντες ἀλλήλοις, ὁρισάν τινα τῆς προσευχῆς ἡμέραν, νηστείᾳ καὶ προσευχῇ τὸ θεῖον ἐξιλεούμενοι. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι, ὡς ἕκαστος εἶχεν, ἐν τῇ ἰδίᾳ σκηνῇ τὰς ἱκεσίας ἐποίουν· Μαρδοχαῖος δὲ εἰς τὴν βασίλειον αὐλὴν ἐν σκότῳ κρυπτόμενος, ἤκουσε περὶ τῆς ἐπιβουλῆς κατ᾽ Ἀρταξέρξου, καὶ δηλοῖ τῷ Ἀρταξέρξῃ. καὶ οὕτως ἡ κατ᾽ Ἰουδαίων ἐλύθη ἐπιβουλή.

Ἐσθίω, τρώγω, καὶ φάγω, αἰτιατικῇ συντάσσονται. Ἐσθίω ἄρτον· τρώγω ψωμίον· φάγω βοῦν.

Ἐσθλά. ἀγαθά.

Ἐσθλὸς ἐὰν ἄλλου κρείττονος ἀντέτυχεν.

Ἔσεται. Idem quod ἔσται. Erit.

Ἔσεισέ μου τὴν καρδ. Animum meum dolore affecit. Ille vero animum meum dolore affecit, quod, cum Æschyli poemata expectarem, Theognidis ejus loco introducerentur.

Ἐσήσεις τὰ ν. Infantes eorum solo illides.

Ἐσήλατο. Insiliit. Ingressus est. Irrupit. *Ille autem impos sui in templum irrupit.*

Ἐσήμηνε. Imperavit. *Videns Romanorum alacritatem, imperavit illis, qui se sequebantur, ut opem [aliis] ferrent.*

Ἐσσήν. Proprie sic vocatur Rex apum. Genitivus est, ἐσσῆνος.

Ἐσσηνός. Esenus.

Ἔσθειν. Edere. Comedere. *Comedens dulcia, amaros habebis mores.*

Ἐσία. Legatio.

Ἐσίνοντο. Lædebantur.

Ἔσθενε. Valebat. Robustus erat. Poterat. Ælianus: *Gallus autem gallinaceus servatorem, qua voce poterat, celebrabat, eumque orabat, ut se pedibus valentem efficeret.*

Ἐσθήματα. Vestimenta. Vestes.

Ἐσθὴς ἀλουργής. Vestis purpurea. [Hic τὸ ἀλουργής, scribitur] per η. At ἀλουργίς, cum separatim [& substantive ponitur,] per ι. Ἐσθής, vestis: in genitivo, ἐσθῆτος; & in plurali ἐσθῆτες, ἤτων.

Ἐσθήρ. Esther. Hæc, cum esset cum Rege Artaxerxe, regium honorem est adepta, quamvis esset ex genere Judaico: magnoque gloriæ studio flagrans, cognatos suos virtute præstantes ad se vocavit, præcipue vero Mardochæum avunculum; quem in Regia retinuit. Cum autem edicto regio Artaxerxes promulgasset, ut Hebræi cultu [veri] Dei relicto, imaginem suam adorarent, per XL. dies supplicii dilatione in contumaces statuta; Judæi consultatione habita, quendam supplicationis diem statuerunt, ut jejunio & precibus Numen divinum placarent. Et alii quidem, prout unus quisque poterat, in privato suo tentorio preces faciebant: Mardochæus vero in aula Regia, in obscuro quodam loco delitescens, audivit verba, quæ fiebant de insidiis in Artaxerxis caput: easque Artaxerxi patefecit. Sic autem insidiæ, quæ Judæis struebantur, dissipatæ fuerunt. *Port.*

Ἐσθίω, τρώγω, & φάγω, accusativo junguntur. Ut, Ἐσθίω ἄρτον, edo panem: Τρώγω ψωμ. comedo buccellam: Φάγω βοῦν, voro bovem.

Ἐσθλά. Bona. [Et ἐσθλός, bonus, fortis.] *Forti occurrit fortior.* [Polybius:] *Nam in-*

1 Ἔσεισέ μου τὴν καρδίαν. ἀντὶ τοῦ ἐλ.] Hæc nota referenda est ad locum illum Aristophanis initio *Acharnens.*

Ὅτε δὴ κεχήνη προσδοκῶν τὸν Αἰσχύλον.
Ὁ δ᾽ ἀνεῖπεν εἴσαγ᾽ ὦ Θέογνι τὸν χορόν.
Πῶς τοῦτ᾽ ἔσεισέ μου δοκεῖς τὴν καρδίαν;

Vide ibi Scholiastam.

2 Ἐσήσεις τὰ] Legendum est, ἐνσείσεις τὰ νήπια αὐτῶν: ex versione Græca τῶν LXX. *Reg.* IV. cap. 8. unde locus hic depromptus est.

3 Ὁ δὲ ἀκρατὴς ἑαυτοῦ ὤν, ἐσήλ.] Fragmentum hoc legitur etiam supra v. Ἀκράτωρ.

4 Ἐσσήν] De hac voce vide plura apud Etymologum.

5 Ἐσσηνός. πολ.] Puto Suidam notam hanc excerpsisse ex aliquo auctore, in quo Ἐσσηνὸς corrupte scriptum erat pro Ἐδεσσηνός. Urbs enim Ἔσσα, vel Ἔσσα. cujus gentile fuerit Ἐσσηνός nusquam quod sciam, memoratur. At Ἔδεσσα, urbs Syriæ, ex veterum scriptis notissima est: cujus ἐθνικὸν est Ἐδεσσηνός, & Ἐδεσσαῖος.

6 Τρώγων γλυκερὰ, πικρ.] Versus hic onirocriticus, qui referendus erat ad v. Τρώγω, legitur apud Astrampsychum.

7 Ἐσία] Potius ἑσία cum spiritu aspero, ab ἵημι. Confer Nostrum supra v. Ἑξίσια.



Ἐσ

Ἔστι [1] μὲν γὰρ ὅτε καὶ παντόμαλιν ἀντέπραξε ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν· ἔστι δ' ὅτε πάλιν, κατὰ τὴν παροιμίαν,

Ἐσθλὸς ἐὼν ἄλλου κρείττονος ἀντέτυχεν.

Ἐσθόμενος. ἐσθίων. Ἔσθω γὰρ, τὸ ῥῆμα. καὶ ἔσθοντες. ἐσθίοντες.

Ἔσθος. ἱμάτιον.

Ἔσθ' ὅτε. ἔστιν ὅτε.

Ἔσκαζεν. ἐνεδοίαζεν. ἀμφέβαλλεν. Ὁ δὲ ἔσκαζεν ὅπως ἔχει γνώμης τὰ τῶν Ῥωμαίων συντάγματα, καὶ εἰ προθυμικὰς ἔχουσι τὰς ψυχὰς εἰς παράταξιν.

Ἔσκαλλεν. [2] ἐσκάλευεν, ἐσάλευεν, ἠρεύνα, ἀνεζήτει. [3] Καὶ ἔσκαλλε τὸ πνεῦμά μου.

Ἐσκευώρησεν. ἐπεβούλευσεν. ἐξ οὗ καὶ σκευωρία, ἡ ἐπιβουλή.

Ἐς κεφαλήν σοι. ἐπίφθεγμα κατάρας. προειρηκότος γάρ τινος, χαλεπὰ ἔσεσθαι· ἀμοιβαίως ἀνταποκρίνεταί τις· Ἐς κεφαλήν σοι.

Ἐσκήνησαν. [4] ἀντὶ τοῦ ᾤκησαν. κέκλιται τὸ ῥῆμα ἀπὸ τῆς πρώτης τῶν περισπωμένων. καὶ ἐσκήνηνται, ἀντὶ τοῦ ἐσκήνωνται. κατοικοῦσιν.

Ἐσκιμάλισεν. [5] τῷ μέσῳ δακτύλῳ συναρμόσας τὸν μέγαν, καὶ πλήξας, ἐφύβρισεν. ἢ ἀντὶ τοῦ κατεδακτύλισεν. σκιμαλίσαι γάρ ἐστι κυρίως τὸ, τὸν μέσον τῶν δακτύλων εἰς τὸν πρωκτὸν τοῦ ὄρνεου ἐμβαλεῖν. οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ὅταν βουλόμενοι ἐνυβρίσαι τινὰ, μέσον τὸν δάκτυλον ἐντείνοντες, καὶ τοὺς λοιποὺς συνάγοντες, δείξωσιν αὐτῷ. Ἀριστοφάνης·

Καὶ τὸν δορυξόον οἷον ἐσκιμάλισεν.

Ἐσκληκότα. προσλιπαροῦντα. προσεσκληκότα. μετῆκται δὲ ἀπὸ τῶν προσξηραινομένων.

Ἐσκιοτροφημένα. [6] Ἀριστοφάνης· [7]

Ἀπόμακτρα σκυτάλων ἐσκιοτροφημένα.

Ἐσκοπίαζε. περιέβλεπεν.

Ἐς κόρακας. [8] Βοιωτοῖς Ἄρνην ποτὲ οἰκοῦσιν ἐρρήθη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἐκπεσεῖσθαι τῆς χώρας, λευκῶν κοράκων φανέντων. νέοι δὲ μεθυσθέντες ποτὲ, συλλαβόμενοι κόρακας, ἐγύψωσαν κατὰ παίγνιον, καὶ ἀφῆκαν πέτεσθαι. ἰδόντες δὲ οἱ Βοιωτοὶ ἐταράχθησαν, ὡς τῆς μαντείας λαβούσης τέλος. καὶ φοβηθέντες οἱ νεανίσκοι τὸν θόρυβον, ἔφυγον, καὶ ᾤκησάν τινα τόπον, ὃν ἐκάλεσαν Κόρακας· εἰς ὃν μετὰ ταῦτα οἱ τὴν Βοιωτίαν οἰκοῦντες τοὺς ἁμαρτάνοντας ἔπεμπον. οἱ δὲ, ὡς τοῦ

*terdum virorum fortium inceptis fortuna ipsa & casus resistunt. Interdum vero id evenit, quod proverbio dici solet, ut [Occurrat forti, qui mage fortis erat.]*

Ἐσθόμενος. Edens. Comedens. Verbum enim est ἔσθω. Et ἔσθοντες, comedentes.

Ἔσθος. Pallium. Vestis.

Ἔσθ' ὅτε. Pro, ἔστιν ὅτε. Interdum. Aliquando.

Ἔσκαζεν. Claudicabat. Dubitabat. Ambigebat. *Ille vero dubitabat, quo animo essent Legiones Romanorum, & an strenue fortiterque in acie dimicaturæ essent.*

Ἔσκαλλεν. Fodiebat. Ruspabatur. Scrutabatur. Inquirebat. [David:] *Et spiritus meus scrutabatur.*

Ἐσκευώρησεν. Insidiatus est. Unde etiam σκευωρία, insidiæ.

Ἐς κεφαλήν σοι. *In caput tuum [recidat.]* Est formula imprecandi. Si enim aliquis prædicat, mala nobis eventura esse: vicissim quis respondet: *In caput tuum.*

Ἐσκήνησαν. Habitarunt. Verbum hoc inflexum est a prima conjugatione verborum circumflexorum. Et ἐσκήνηνται, pro ἐσκήνωνται, habitant.

Ἐσκιμάλισεν. Medio digito pollicem applicuit, & sic strepitum edens, contumelia aliquem affecit. Vel significat, medio digito aliquem contrectavit. Σκιμαλίσαι enim proprie significat, medium digitum in podicem gallinæ inserere. Non solum autem hoc, sed etiam, cum aliquem ignominia afficere volentes, medio digito extento, & cæteris contractis, aliquem demonstramus. Aristophanes: *Et hastarum fabrum ut digito infami demonstravit.*

Ἐσκληκότα. [Exsiccatum. Arefactum.] Rei alicui constanter assidentem, & in ea perseverantem. Translatio ducta est a rebus, quæ juxta res alias siccantur & arefiunt.

Ἐσκιοτροφημένα. In umbra nutrita. Aristophanes: *Purgamenta quisquiliarum in umbra nutrita.*

Ἐσκοπίαζε. Speculabatur. Circumspiciebat.

Ἐς κόρακας. Ad corvos. Bœotis, qui quondam Arnen incolebant, ab Apolline dictũ fuit, tunc ipsos ex regione sua pulsum iri, quum albi corvi apparuissent. Adolescentes igitur quidam ebrii corvos aliquando captos, gypsoque per lusum dealbatos dimiserunt: quibus conspectis Bœoti perturbati sunt, quasi oraculum ad exitum jam esset perductum. Adolescentes vero tumultum metuentes, fugerunt, & locum quendam incoluerunt, quem vocarunt *Corvos*: in quem postea Bœoti ma-

1 Ἔστι μὲν γὰρ ὅτε καὶ παντόμαλιν ἀντέπραξε] Hæc sunt verba Polybii lib. xv. cap. xvi. quæ leguntur etiam supra v. Ἐσθλός.

2 Ἐσκάλευεν, ἐσάλευεν.] Vox prior est emendatio posterioris: quæ cum initio ad marginem notata esset, postea in textum irrepsit.

3 Καὶ ἔσκαλλε τὸ πνεῦμά μου] Hæc sunt verba Davidis Psalm. LXXVI. v. 7. Theodoretus ad illum locum: Τὸ δὲ ἔσκαλλεν, ὁ μὲν Θεοδοτίων, ἐξηρεύνησεν· ὁ δὲ Ἀκύλας, ἐσκάλευσεν εἴρηκε.

4 Ἐσκήνησαν. ἀντὶ τοῦ ᾤκησαν. κτλ.] Scholiasta Aristophanis ad *Acharnens.* pag. 374. Ἐσκηνημένοι. κέκλιται τὸ ῥῆμα ἀπὸ τῆς πρώτης τῶν περισπωμένων. εἰ γὰρ ἦν ἀπὸ τῆς τρίτης, ἔδει διὰ τοῦ ω, ὡς κεχρυσωμένοι. Hæc Suidas respexisse videtur.

5 Ἐσκιμάλισεν. τῷ μέσῳ δακτύλῳ συναρμ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Pacem* pag. 662. (453. Ed. Bas. *P.*) Confer etiam Nostrum infra v. Σκιμαλίσαι.

6 Ἐσκιοτροφημένα] Magis usitatum est, ἐσκιατροφημένα.

7 Ἀριστοφάνης] Fragmentum hoc Aristophanis, de cujus sensu nihil certi statui potest, frustra quis quærat in fabulis ejus hodie adhuc exstantibus. Pro σκυτάλων autem forte legendum est σκυλάκων. Nam τὸ σκυτάλων primam longam habet, quam proinde metrum respuit.

8 Ἐς κόρακας. Βοιωτοῖς Ἄρνην π.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad ἁμαρτάνοντας ἔπεμπον, ad verbum fere etiam leguntur apud Zenobium, & Enarratorem Comici ad *Nubes* pag. 131.

ζῶν

ζῶον ἀναιδὲς, καὶ δυσοιωνιστικὸν τοῖς ἀνθρώποις ὄντος. Ἀριστοτέλης δέ φησι, λοιμοῦ κατασχόντος, καὶ κοράκων πολλῶν γενομένων, τοὺς ἀνθρώπους θηρεύοντας αὐτοὺς, καὶ περικαθαίροντας, ἐᾶν ζῶντας, καὶ ἐπιλέγειν τῷ λοιμῷ· Φεῦγ' ἐς κόρακας. ὁ δὲ Αἴσωπος μυθικῶς κολοιὸν μέγαν, νομίσαντα τοῖς κόραξιν ἴσον ἑαυτὸν εἶναι, πρὸς αὐτοὺς πορευθῆναι. ἡττηθέντα δὲ, πάλιν εἰς τοὺς κολοιοὺς ὑποστρέψαι. τοὺς δὲ ἀγανακτήσαντας παίειν αὐτὸν, λέγοντας, Φεῦγ' ἐς κόρακας. Ἀριστείδης δὲ ἀποδίδωσι, διὰ τὸ ἐν τραχέσι τόποις καὶ κρημνώδεσι νεοττοποιεῖσθαι, λέγειν ἡμᾶς, Φεῦγ' ἐς κόρακας. Ἐς κόρακας οὖν, εἰς τὸ σκότος, εἰς ὄλεθρον.

Ἐς κόρακας, καὶ σαυτόν τε πρόσθες. τουτέστιν, ἀπόφερε τὸ πρᾶγμα, καὶ σαυτόν.

Ἐσκορόδισας.[1] κλαῦσαι ἐποίησας. ἀπὸ τῶν τὰ σκόροδα τριβόντων. ἢ ἀήδισας. ἐπίκρανας. ἢ ἐδριμυξας.

Ἐσκοροδισμένος.[2] σκόροδα φαγών. ἀπὸ τῶν ἀλεκτρυόνων. ὅτι γὰρ ἐς μάχην συμβάλλωσιν αὐτοὺς, σκόροδα διδόασιν αὐτοῖς, ἵνα δριμύτεροι ὦσιν ἐς τὴν μάχην.

Ἐσκοροδισμένοις. Ἀριστοφάνης·

Οὐ [3] μὴ πρόσει τούτοισιν ἐσκοροδισμένοις.

ἀντὶ τοῦ, οὐ [4] καταβαλεῖς σφοδροῖς οὖσι καὶ πικροῖς γενομένοις, μετειληφόσι τῶν σκορόδων. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀλεκτρυόνων.

Ἐσκουπεδία.[5] κατὰ Ῥωμαίους, στρατιωτικὰ ἐφόδια.

Ἐς [6] Κυνόσαργες. οἱονεὶ [7] Κυνόσαργες· ἀπὸ τοῦ, θυσίας πλησίον γενομένης εἰσελθόντα κύνα καὶ ἁρπάσαντα κρέας τοῦ θύματος ἀναγεῖν ἐκεῖσε· ἐν ᾧ καὶ ναὸς ἐκτίσθη· καὶ οἱ νόθοι ἐνταῦθα ἐκρίνοντο, εἰ τοῦδε ὄντως γένοιντο υἱός. ἐκάλουν δὲ Ἀθηναῖοι καὶ τοὺς ἀπελευθέρους νόθους. εἰς τὸ Κυνόσαργες σαφέστερον κεῖται.

Ἐς [8] Μασσαλίαν πλεύσειας. ἐπὶ τῶν θηλυτέρως καὶ μαλακῶς ζώντων. οἱ γὰρ Μασσαλιῶται θηλύτερον ἔζων, στολαῖς ποικίλαις καὶ ποδήρεσι καὶ μύροις χρώμενοι.

Ἐσμός. πλῆθος. ὄχλος. κυρίως τῶν μελισσῶν. παρὰ τὸ ἅμα πετομένας ἰέναι.

Ἕσσο. ἐνδέδυσο. [9] σημαίνει δὲ καὶ τὸ, ὕπαρχε.

los relegarunt. Alii vero [proverbium hoc inde ortum esse dicunt,] quod corvus sit animal impudens, & mali ominis inter homines habeatur. Aristoteles vero dicit, cum pestilentia aliquando grassante multi corvi apparuissent, homines eos captos lustrasse, vivosque dimisisse, & pestilentiæ postea dixisse: *Fuge ad corvos.* Æsopus autem fingit, graculum majorem, qui se corvis parem putaret, ad illos ivisse: sed victum ad graculos rediisse. Illos vero indignatos eum ferire cœpisse, dicentes, *Fuge ad corvos.* Aristides vero ait, corvos in asperis & præruptis locis nidificare solere; unde ortum sit proverbium: *Fuge ad corvos.* *Ad corvos* igitur significat, in malam rem, in perniciem.

Ἐς κόρακας, καὶ σ. Una cum re ista & ipse ad corvos abi.

Ἐσκορόδισας. Flere fecisti. Translatio ducta est ab illis, qui terunt allia. Vel, molestia me affecisti. Exacerbasti. Vel, exasperasti.

Ἐσκοροδισμένος. Qui allia comedit. [Translatio ducta est] a gallis gallinaceis. Illis enim, cum committuntur, allia edenda dantur, ut ad pugnam sint acriores.

Ἐσκοροδισμένοις. Illis, qui allia comederunt. Aristophanes: *Ne accedas ad hos, allium redolentes.* Id est, ne accedas ad hos, qui exacerbati sunt, haud secus ac si allium comedissent. Translatio ducta est a gallis gallinaceis.

Ἐσκουπεδία. Sic Romanorum lingua vocantur commeatus militum.

Ἐς Κυνόσαργες. Ad Cynosarges. Dictum quasi Κυνόσαργες: ab eo, quod, cum sacrificium prope fieret, canis ingressus carnem victimæ raptam in locum illum intulisset: in quo etiam templum conditum est. Ibidem etiam de nothis judicium habebatur, [& inquirebatur,] an hic revera hujus esset filius. Athenienses autem & libertos vocabant nothos.

Ἐς Μασσαλίαν πλεύσειας. Massiliam naviges. Dicitur de iis, qui effœminate & molliter vivunt. Massilienses enim effœminate vivebant, vestibus pictis, & talaribus, & unguentis utentes.

Ἐσμός. Multitudo. Turba. Proprie, examen apum: [sic dictum,] quod simul volantes eant.

Ἕσσο. Indue. Induaris. Significat etiam, Esto.

1 Ἐσκορόδισας. κλαῦσαι ἐποίησας. ἀπὸ τ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 345.

2 Ἐσκοροδισμένος. σκόροδα φ.] Et hæc sumpta sunt ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 317. (217. Ed. Bas. P.) Photius in Lexico inedito: Ἐσκοροδισμένος. παρωξυμμένος ὑπὸ τῶν σκορόδων. μεταφορὰ δὲ ἀπὸ τῶν ἀλεκτρυόνων, τῶν διὰ τὴν νόσον χρωμένων σκόροδα. Eadem habet Etymologus.

3 Οὐ μὴ πρόσει τούτοισιν ἐσκ.] Senarius hic legitur apud Aristophanem *Acharnens.* pag. 379. (268. Ed. Bas. P.) Vide ibi Scholiastam, cujus verba Suidas hic more solito descripsit.

4 Οὐ καταβαλεῖς] Hæ duæ voces nullum hic sensum habent, quippe quæ ἀκρίτως repetitæ sunt ex versu illo, qui proxime apud Aristophanem loco laudato præcedit,

Οὐ καταβαλεῖτε τὰ σκόροδ'. ὦ μοχθηρὰ σύ.

Quare, vel penitus eas dele, vel loco earum scribe, οὐ πρόσει. i. e. ne accede.

5 Ἐσκουπεδία] In Glossis Basilicorum legitur, Σεσκουπέδια: quæ vox pari modo ibi exponitur. στρατιωτικὰ ἐφόδια. Videtur autem utrumque vocabulum detortum esse ex voce Latina *stipendium.*

6 Ἐς Κυνόσαργες] Confer Nostrum infra v. Εἰς Κυνόσαργες, & v. Κυνόσαργες.

7 Κυνόσαργες] Recte Portus monuit, legendum esse Κυνόσαρκες. Sensus enim hujus loci est, τὸ Κυνόσαργες dictum esse quasi Κυνόσαρκες, a κύων, & σάρξ: quod canis carnem victimæ aliunde raptam in locum illum intulisset.

8 Ἐς Μασσαλίαν πλ.] Egregie huc faciunt ea, quæ habet Athenæus lib. XII. pag. 523. Μασσαλιῶται δ' ἐθηλύνθησαν, οἱ τὴν αὐτὴν ἴσχοντες τοῖς Ἴωσι τῆς ἐσθῆτος φορήσεως κόσμον. ἀσχημονοῦσι γοῦν διὰ τὴν ἐν ταῖς ψυχαῖς μαλακίαν, διὰ τρυφῆς γυναικισμοῦ ... ὅθεν καὶ παροιμία περιῆλθε, Πλεύσειας εἰς Μασσαλίαν. Confer etiam Nostrum supra v. Ἐκ Μασσαλίας.

9 Σημαίνει δὲ καὶ τὸ, ὕπ.] Sed tunc scribendum est ἔσο, cum spiritu tenui.

Ἐς ὅ. ἀντὶ οὗ, μέχρι τούτου. ἕως οὗ. Ἐπολιόρκει τὴν πόλιν, ἐς ὃ ἐξεῖλεν αὐτήν.

Ἔσοπτρον. τὸ κάτοπτρον.

Ἐς ὅτι. ἀντὶ τοῦ λίαν. Συνεστήσατο φάλαγγας ἐς ὅτι μάλιστα καρτεράς.

Ἐς ὅτι μάλιστα. ἀντὶ τοῦ λίαν. Καλάμους ἐς ὅτι μάλιστα στερροὺς καὶ παχίστους.

Ἐς ὀψιγόνους. τοὺς μετὰ ταῦτα.

Ἔσω. τοπικόν.

Ἔσω ἄνθρωπος. κατὰ [1] τὸν Ἀπόστολον, ἡ ψυχή. Ἔξω ἄνθρωπος, τὸ σῶμα. ἔσθ' ὅτε γὰρ ἀπὸ μέρους τὸ σύμπαν ἡμῖν δηλοῦται ζῶον· ὡς ἐν τῷ, Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. καὶ κατὰ Μωσέα προσδιαλεγόμενον τοῖς ἐξ Ἰσραήλ· Ἐν ὁ καὶ ἑ ψυχαῖς κατέβησαν οἱ πατέρες σου εἰς Αἴγυπτον.

Ἔσωθεν. τοπικόν.

Ἐσώθην. ἀπὸ τοῦ σόω, σώσω. σέσωκα. σέσωμαι. ἐσώθην. τὸ δὲ σέσωσμαι, ἀπὸ τοῦ σώζω. τὸ δὲ σώζω, ἔχει τὸ σ. καὶ πᾶσα κλίσις, ἔχουσα τὸ ζ· οἷον σώζομαι, ἐσωζόμην, καὶ τὰ ὅμοια.

Ἐσωκράτουν.[2] ἀντὶ τοῦ ἐκόμων. ἐρρύπων. ἐπείνων.

Ἐσωματοποίει. ἔπλαττε. Πολύβιος· Ὥσπερ καὶ τὸ αὐτόματον καὶ τύχη τις ἐσωματοποίει τὰς τοῦ Σκιπίωνος πράξεις, ὥστ' ἐπιφανεστέρας ἀεὶ καὶ μείζονας φαίνεσθαι τῆς προσδοκίας.

Ἐσωμάσκει. συνεκρότει. ηὐτρέπιζεν. ὤδινεν. ἡτοίμαζεν. Ὁ δὲ πολλοὺς δεκάζων τῶν Ἰσαύρων, τὰ κατὰ τὸν πόλεμον ἐσωμάσκει.

Ἐσπάθα.[3] κατηνάλισκε, καὶ κατήσθιε. διὰ τοῦτο οὐκ ἀργὸς ἦν. σπαθᾶν δέ, τὸ ἀφειδῶς ἀναλίσκειν, καὶ παρὰ τοῖς ῥήτορσιν εἴρηται. οἰκείως δὲ νῦν τῇ λέξει ἐχρήσατο. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ὑφαινομένων ἱματίων λέγομεν σπαθᾶν, τὸ ἄγαν κρούειν τὴν κρόκην· ὥστε προσσπαθίζειν, καὶ πολλὴν μὲν ἀναλίσκειν κρόκην· ἰσχυροτέραν δὲ ἀπεργάζεσθαι τὴν ὑφήν. δύναται οὖν τὸ σπαθᾶν ἐπ' ἀμφοτέρων νοεῖσθαι. ὅτι δὲ νῦν ἐπὶ τοῦ πολλὰ δαπανᾶν παρείληπται, δῆλον ἐκ τοῦ ἐπιφερομένου·

> Ἐγὼ[4] δ' ἂν αὐτῇ θοιμάτιον δεικνὺς τοδί,
> Πρόφασιν, ἔφασκον· Ὦ γύναι, λίαν σπαθᾷς.

Ἐσπαθᾶτο.[5] Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου, ἀντὶ τοῦ ἀπώλλυτο. παρὰ τὴν σπάθην. ἢ τὸ ἐρρίπτετο, ἢ διεκόπτετο. ἢ ἀντὶ τοῦ συνετίθετο. ἀπὸ τῆς τῶν ὑφαντῶν σπάθης, ἥτις συντίθησι τὰ ὑφαινόμενα.

Ἐσπαθημένος. πεπυκνωμένος. ἀπὸ τῶν καταχρουσῶν σπαθῶν τὴν κρόκην.

Ἐσπάραττεν. ἠρέθιζεν. [6] Ἰώσηπος· Μετεώρους ἐν-

Ἐς ὅ. Donec. *Urbem obsedit, donec eam expugnaret.*

Ἔσοπτρον. Speculum.

Ἐς ὅτι. Valde. *Phalanges quam maxime firmas constituit.*

Ἐς ὅτι μάλιστα. Quam maxime. *Calamos quam maxime firmos & crassissimos.*

Ἐς ὀψιγόνους. Ad posteros.

Ἔσω. Adverbium loci. Intus. Intra.

Ἔσω ἄνθρωπος. Internus homo. Secundum Apostolum est ipsa anima. Externus homo, corpus. Interdum enim a parte totum animal a nobis indicatur: ut in illo loco: *Effundam de spiritu meo super omnem carnem.* Item secundum Mosem, qui populum Israeliticum alloquens dicit: *Cum* LXXV. *animabus patres tui in Ægyptum descenderunt.*

Ἔσωθεν. Adverbium loci. Intus. Intrinsecus.

Ἐσώθην. Servatus sum. A σόω, σώσω, σέσωκα, σέσωμαι, ἐσώθην. At σέσωσμαι, est a σώζω. Τὸ σώζω vero habet σ: & omne tempus, quod cum ζ conjugatur: ut σώζομαι, ἐσωζόμην, & similia.

Ἐσωκράτουν. [Socratico more vivebant. Id est,] Comam alebant. Esuriebant. Squalebant.

Ἐσωματοποίει. [Corpus nitidum & pingue reddebat.] Speciem alicujus rei augebat. Polybius: *Casus & fortuna res gestas Scipionis ita augebat, ut semper illustriores & expectatione majores viderentur.*

Ἐσωμάσκει. Conflabat. Adornabat. Instruebat. Parturiebat. Præparabat. *Ille vero multos Isauros muneribus corrumpens, res ad bellum necessarias parabat.*

Ἐσπάθα. Consumebat, & devorabat. Non enim erat otiosa. Σπαθᾶν autem, pro prodige aliquid consumere, etiam apud Oratores dictum est. Nunc autem [Aristophanes] hac voce apte usus est. Etenim de vestibus, quæ texuntur, dicimus σπαθᾶν: i. e. valde pulsare tramam, ut eam condensantes, magnam ejus vim consumamus, & sic telam firmiorem reddamus. Potest igitur τὸ σπαθᾶν utroque modo accipi. Quod vero nunc significet multa consumere, patet ex eo, quod subjicitur: *Ego vero ei pallium hoc prætextus nomine ostendens, dicebam: O fœmina, nimium texis.*

Ἐσπαθᾶτο. Demosthenes in oratione contra Æschinem [hac voce usus est] pro ἀπώλλυτο, i. e. perdebatur, vel peribat. A σπάθη, gladius. Vel [significat] disjiciebatur, discindebatur. Vel, componebatur. A spatha textorum, quæ telam componit & densat.

Ἐσπαθημένος. Densatus. Dictum est a spathis textoriis, quæ tramam pulsant, [pulsuque suo densant.]

Ἐσπάραττεν. Irritabat. Josephus: *Illos fu-*

1 Κατὰ τὸν Ἀπόστολον] D. Paulum. II *Corinth.* IV. 16.

2 Ἐσωκράτουν. ἀντὶ τοῦ, ἐκόμων. ἐρρ.] Aristophanes *Avibus* pag. 601. (416. Ed. Bas. *P.*)
*Ἐλακωνομάνουν πάντες ἄνθρωποι τότε,*
*Ἐκόμων, ἐπείνων, ἐρρύπων, ἐσωκράτουν.*
Hinc Suidas locum hunc consarcinavit.

3 Ἐσπάθα. κατηνάλισκε, καὶ κατήσθιε. διὰ τ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Nubes* pag. 126. (62. Ed. Bas. *P.*)

4 Ἐγὼ δ' ἂν αὐτῇ θοιμ.] Hi duo senarii leguntur apud Aristophanem loco eo, quem in nota præcedente indicavimus.

5 Ἐσπαθᾶτο. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχ.] Ex Harpocratione.

6 Ἰώσηπος] *De Bello Jud.* lib. III. pag. 824.

τὰς

τας ἐπὶ τοῦ μέλλοντι πολέμῳ, ἐσπάραττε.

Ἐσπαρμένη παράταξις. ὅταν εἰς ὄγκους πλείονας διαλύηται [1] τὰ πράγματα.

Ἔσπασας. ἔπιες, εἵλκυσας.

Ἀρκεσίλα, [2] τί μοι τόσον ἄκρητον ἀφειδῶς
Ἔσπασας, ὥστε φρενῶν ἐκτὸς ὤλισθες ἰών·

Ἔσπαιρεν. ἐκινεῖτο.

Ἑσπερινός. ὁ τῆς ἑσπέρας.

Ἑσπερῖτις λίμνη. ἡ πρὸς δύσιν οὖσα.

Ἕσπερον. κέλευθον ἑσπέριον. ἐπὶ δυσμὰς ὁδόν.

Ἕσπερος. [3] Παρμενίδης πρῶτος πεφώρακε, τὸν αὐτὸν Ἕσπερον εἶναι καὶ Φωσφόρον. οἱ δὲ, Πυθαγόραν.

Ἕσπερος, [4] ὃς κάλλιστος. νῦν τὸν Ἕσπερον λέγει κάλλιστον. [5] ἐν ἄλλῳ δὲ, τὸν Ἑωσφόρον φαάντατον.

Ἔσπετε. εἴπατε.

Ἐσπεικώς. τεθυκώς.

Ἐσπείσατο. διηλλάγη. καὶ ἔσπεισεν. ἔθυσεν.

Ἐσπεῖσθαι. σπονδὰς πεποιῆσθαι. Ἄν τινα δ' ἄρα αἰτίαν ἐπὶ ταῖς σπονδαῖς ἔχῃ, πρὸς τὸ μὴ αὐτὸς ἐσπεῖσθαι δοκεῖν.

Ἐσπόδει, [6] κ' ἀπέτριβεν. κονιορτῷ ἐπλήρου. συνέτριβεν.

Ἑσπόμενος. ἐπακολουθῶν.

Ἐσπούδαζον. ἐσεμνολογοῦντο. ἐπεμελοῦντο. Πολύβιος· [7] Ἐσπούδαζον γὰρ τὰς ἀκολουθίας καὶ τὰς ἐσθῆτας διαφερόντως, καί τις ἦν περὶ τοὺς πλείστους καλλωπισμὸς, ὑπερέχων τὴν ἐκ τοῦ βίου χορηγίαν. ὅπλων δὲ ἠμέλουν.

Ἐς [8] πῦρ ξαίνεις. ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

Ἐσταθευμένους. [9] ἐξ ἐπιπολῆς ὀπτηθείσαις. σταθεύειν γὰρ, τὸ μὴ λίαν ὀπτῆσαι. ἢ χλιανθείσαις πυρί.

-- Ὥσπερ εἴ τις σηπίαις
Πώγωνα περιδήσειεν ἐσταθευμέναις.

Ἐστάθμησεν. ἐμέτρησεν.

Ἔσταλκεν. ἐμείωσεν.

Ἐσταλμένοι. ἐσκευασμένοι. Νεανίαι [10] χωρικῶς ἐσταλμένοι. καὶ αὖθις· [11] Πάντας δὲ ὡς ἀβρότατά τε καὶ ἅμα ἐς ἔκπληξιν κατὰ πλοῦτον, τῶν γε δὴ πλοῦτον θαυμαζόντων, ἐσταλμένους.

turi belli metu suspensos irritabat.

Ἐσπαρμένη παράταξις. Acies dispersa. Id est, ea, quæ in plures manipulos dissolvitur.

Ἔσπασας. Bibisti. Hausisti. *Arcesilae, quare tantum meri tam largiter hausisti, ut in dementiam incideris?*

Ἔσπαιρεν. Movebatur. Palpitabat.

Ἑσπερινός. Vespertinus. Occidentalis.

Ἑσπερῖτις λίμνη. Palus ad occidentem sita.

Ἕσπερον. Vesperum. Et κέλευθον ἑσπ. Viam ad Occidentem.

Ἕσπερος. Vesper. Parmenides primus deprehendit, eundem esse Vesperum, & Luciferum. Alii vero Pythagoram [primum id observasse tradunt.]

Ἕσπερος. *Vesper, qui pulcherrimus [est inter stellas.]* Nunc Vesperum vocat pulcherrimum. Alibi vero Luciferum lucidissimum [appellat.]

Ἔσπετε. Dicite.

Ἐσπεικώς. Qui libavit. Qui mactavit, aut immolavit.

Ἐσπείσατο. Fœdus & amicitiam pepigit. Et ἔσπεισεν, libavit, immolavit.

Ἐσπεῖσθαι. Fœdus fecisse. *Si quam forte habeat causam, quare ipse non videatur fœdus fecisse.*

Ἐσπόδει κ' ἀπ. Pulvere me perfundebat, & conterebat.

Ἑσπόμενος. Sequens.

Ἐσπούδαζον. Studebant. Curabant. Polybius: *Comitatus enim & vestium insignem curam gerebant, & in plerisque corporis cultus patrimonii vires superabat. Arma vero negligebant.*

Ἐς πῦρ ξαίνεις. Ignem diverberas. De rebus, quæ fieri nequeunt.

Ἐσταθευμέναις. In superficie assatis. Σταθεύειν enim significat, leviter tantum assare. Vel, igne calefactis. [Aristophanes:] *Quemadmodum si quis sepiis leviter assatis barbam alliget.*

Ἐστάθμησεν. Mensus est. [Ponderavit.]

Ἔσταλκεν. Minuit. Contraxit.

Ἐσταλμένοι. Instructi. Ornati. Vestiti. *Adolescentes rusticorum more vestiti.* Et iterum: *Omnes autem & molliter admodum, & simul ad admirationem usque eorum, qui splendorem admirantur, magnifice vestitos.*

1 Τῶν πραγμάτων] Sic habent libri tam MSti, quam editi: sed male. Scribendum enim est ταγμάτων, Vide Arcerium in notis ad Æliani *Tact.* cap. XLVIII.

2 Ἀρκεσίλαε, τί μοι τόσον ἄκρ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis in Arcesilaum, quod integrum exstat apud Laertium in *Arcesilao* circa finem. Ibi autem versus prior, qui apud Suidam claudicat, sic legitur:

Ἀρκεσίλαε, τί μοι, τί τοσοῦτον ἄκρητον ἀφειδῶς.

At ego malim:

Ἀρκεσίλαε, τί μοι τόσον οἶνον ἄκρητον ἀφειδῶς, &c.

3 Παρμενίδης πρῶτος πεφώρακε, τὸν αὐτὸν Ἕσπ.] Hæc sunt verba Laertii in *Parmenide*, pag. 562. ut Pearsonius etiam monuit.

4 Ἕσπερος, ὃς κάλλιστος] Homerus Il. X. v. 318.

Ἕσπερος, ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ.

Ad hunc locum Suidas respexit: ut Pearsonius quoque observaverat.

5 Ἐν ἄλλῳ δὲ, τὸν Ἑωσφόρον φαάντατον] Odyss. N. v. 93. ubi Poeta inquit:

Εὖτ' ἀστὴρ ὑπερέσχε φαάντατος, ὅς τε μάλιστα
Ἔρχεται, ἀγγέλλων φάος Ἠοῦς ἠριγενείης.

6 Ἐσπόδει, κ' ἀπέτρ.] Aristophanes *Nubibus* pag. 199. (124. Ed. Bas. P.)

Κἄπειτ' ὀφλὼν μοι, κἀσπόδει, κἀπέτριβε, κἀπίτριβε.

Ad hunc locum Comici Suidas respexit.

7 Ἐσπούδαζον γὰρ τὰς ἀκολ.] Confer Nostrum infra v. Ὑπερέχων, & v. Χάριτας.

8 Ἐς πῦρ ξ.] Vide infra v. Εἰς πῦρ ξαίνεις.

9 Ἐσταθευμέναις. ἐξ ἐπιπολῆς ὀπτ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Ecclesiaz.* pag. 728. (488. Ed. Bas. P.)

10 Χωρικῶς] Vel scribe, χωριτικῶς, per ι; a χωρίτης rusticus: vel, quod Portus suggerebat, χωρικῶς.

11 Πάντας δὲ ὡς ἀβρότατά τε καὶ ἅμα.] Fragmentum hoc legitur etiam supra v. Ἀβρός.

Ἐς τάς

Ἐς' τάχ☉ γράφει. ὕτω λέγεται Ἀττικῶς· καὶ ἐς κάλλ☉ γράφει· καὶ ἐς τάχ☉ παίει. ἀλλ' ὐ καλλιγραφεῖ.

Ἐς τάχ☉ γράφει. Sic Attice dicitur, [pro ταχυγραφεῖ.] Notis scribit. Item, ἐς κάλλ☉ γράφει: non, καλλιγραφεῖ. Eleganter scribit. Et ἐς τάχ☉ παίει, celeriter ferit.

Ἔσται. [2] τετραχῶς γράφεται τῦτο Ὅμηρ☉· Ἔσσεται, ἐσσεῖται, ἔσται.

Ἔσται. Erit. Homerus tribus modis vocem hanc effert: Ἔσσεται, ἐσσεῖται, & ἔσται.

Ἔστε. ἀντὶ τῦ, ἕως ὗ. Οἱ δὲ τ̃ Ἀσίας ἦρχον, ἔστε ὑπὸ τ̃ Μακεδόνων τ̃ ἀρχὴν ἀφῃρέθησαν.

Ἔστε. Donec. *Illi vero Asiæ imperarunt, donec a Macedonibus imperium eis adimeretur.*

Ἔστε. μέχρις ὗ. Ἀππιανός· [3] Ἐλίθευ αὐτὴν, ἔς τε πληγωσομένη καλύψωσι.

Ἔστε. Donec. Appianus: *Ipsam autem lapidibus petierunt, donec vulnerata obrueretur.*

Ἐστερήθην. ἐζημιώθην.

Ἐστερήθην. Privatus sum. Mulctatus sum.

Ἐς τέφραν γράφεις. ἐπὶ τ̃ μάτην πονύντων.

Ἐς τέφραν γράφεις. In cinere scribis. Dicitur de iis, qui frustra laborant.

Ἐστεφάνευ. [4] οἱ Ἀθηναῖοι τὺς εὐαγγελιζομένους καὶ τὺς συναγορεύσαντας αὐτοῖς στεφάνοις ἐτίμων.

Ἐστεφάνευ. Coronabant. Athenienses illos, qui lætum nuncium afferrent, vel causam ipsorum defenderent, coronis honorabant.

Ἔστειλα. ἀπέστειλα.

Ἔστειλα. Misi.

Ἑστήκει. ἀντὶ τῦ ἵσταται.

Ἑστήκει. Pro ἵσταται. Stat.

Ἐστηλιτευμένοι. ἀναγεγραμμένοι.

Ἐστηλιτευμένοι. In columna scripti. Infamia notati.

Ἔστι. ὑπάρχει.

Ἔστι. Est. Existit.

Ἑστία. δίαιτα. οἴκησις. βωμός. χυτρόπους. ἐσχάρα. [5] Γυναῖκα πλάττυσι τὴν γῆν, τύμπανον βαστάζυσαν· ἐπειδὴ τὺς ἀνέμυς ἡ γῆ ὑφ' ἑαυτὴν συγκλείει.

Ἑστία. Vesta. Domicilium. Habitatio. Ara. Olla pedibus instructa. Focus. Tellurem fingunt mulierem, tympanum gestantem: quia Terra ventos intra se concludit.

Ἑστιάδες. [6] ἱέρειαι· ἃς [7] Ἑλένη ἡ μήτηρ τῦ μεγάλυ Κωνσταντίνυ μετὰ τὸ ἀνευρεῖν τὰ ἅγια καὶ τίμια ξύλα, καὶ ναὸν ἀνεγείρασα ἐν τῷ τάφῳ τῦ Κυρίυ, τὰς παρθένυς ἐν τοῖς εὐκτηρίοις ἀναγράψασα οἴκοις, σιτήσεις τε αὐταῖς ἐκ τῦ δημοσίυ ἐπιχορηγεῖσθαι παρεκελεύσατο. ταῦτα διαπραξαμένη, καὶ ὀγδοήκοντά πυ βιώσασα χρόνυς, τὸν βίον μεταλλάττει. ὁ δὲ υἱὸς αὐτῆς ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ῥώμην βασιλείοις τὸ σῶμα αὐτῆς ἐκήδευσεν. Συνέσι☉· Οὐδὲν ἂν φαίην ἀπόρρητόν τι κρύπτειν αὐτὺς, ὥσπερ τὰς Ἑστιάδας τὸ πῦρ.

Ἑστιάδες. Virgines sacræ, quas Helena Constantini M. mater, post inventa sancta & pretiosa [Crucis] ligna, temploque ad sepulcrum Domini exstructo, numero earum adscripsit, quæ in sacellis oratoriis precibus vacarent; victumque iis e publico suppeditari jussit. His peractis, cum LXXX. circiter annos vixisset, vitam cum morte commutavit: cujus corpus filius Romæ in palatio Regio sepulturæ mandavit. Synesius: *Non dixerim, eos aliquid arcani celare, sicut Vestales ignem.*

Ἑστίᾳ [8] θύομεν. ἐφ' ὧν ὐκ ἀποφέρονται ἀπὸ τῆς θυσίας.

Ἑστίᾳ θύομεν. Vestæ sacrificamus. [Dicitur de illis, qui nemini quicquam impertiuntur.] De sacrificiis enim Vestæ nemini licebat quicquam [domum] secum auferre.

Ἑστιᾶν. αἰτιατικῇ. τρέφειν. καὶ ἑστιᾶσθαι. τρέφεσθαι. εὐωχεῖσθαι. ὐχὶ δὲ τὸ παρὰ τινι ἔλεγον. [9] δοτικῇ δὲ συντάσσεται τὸ ἑστιῶ. Ἀριστοφάνης· Τοῖς κόραξιν ἑστιῶν.

Ἑστιᾶν. Accusativo jungitur. Alere. Convivio excipere. Et ἑστιᾶσθαι. Ali. Convivio excipi. Non dicebant autem [ἑστιᾶσθαι] παρὰ τινι. Item dativo jungitur. Aristophanes: *Corvos pascens.*

1 Ἐς τάχ☉ γράφει. ὕτω λέγε.) Ἀττ.] Hæc nota referenda est ad locum illum Aristophanis *Acharnens.* pag. 403.

Ἐς τάχ☉ παίει, ξυνάξιον ψυχρὰν ῥύματι.

Scholiasta: Ἐς τάχ☉ παίει. παίειν λέγει τὸ παῖς ὑπὸ συντόμως (lege, συντόμως) παίειν. τὸ δὲ, ἐς τάχ☉, ἀπὸ μεταφορᾶς τ̃ ἐν παισὶ διδασκαλικοῖς παίδων, ἐφ' ὧν ὕτως ἐλέγετο· Ἐς τάχ☉· ἐς κάλλ☉.

2 Τετραχῶς] Imo, τριχῶς: ut vel ex sequentibus patet.

3 Ἐλίθευ] Infra v. Λιθάζω. ubi fragmentum hoc repetitur, scribitur ἐλίθαζον: uti etiam hic apud Suidam scribendum est. Τὸ λιθῦν enim apud Græcos scriptores non significat, lapidibus obruere, vel lapidare; sed in lapidem vertere: ut vel ex Lexicis vulgatis notum est.

4 Ἐστεφάνευ. οἱ Ἀθηναῖοι τὺς εὐαγγ.] Nota hæc referenda est ad locum illum Aristophanis *Equit.* pag. 327.

Εἶτ' ἐστεφάνυν μ' εὐαγγέλια, κἀγὼ 'φερον.

Scholiasta: Ἐστεφάνυν μ' εὐαγγέλια. τὺς γὰρ εὐαγγελιζομένυς τι ἀγαθὸν, στεφάνοις ἐτίμων. Huc egregie facit locus ille Sophoclis *Trachin.* pag. 337.

Ἐυφημεῖτε νῦν ἴσχ', ἐπεὶ κατάστεφῆ

Στείχονθ' ὁρῶ τιν' ἄνδρα πρὸς χαρὰν λόγων.

Id est: *Linguis nunc fave, quoniam coronatum aliquem accedere video, læta nunciaturum.* Scholiasta ad eum locum: Πρὸς χαρὰν λόγων. Πρὸς ᾠδίαν, πρὸς χάριν, εὐαγγελικῶν λόγων ἀδόντ' ἐδίδαξε. ἐκ τ̃ στεφάνυ δὲ συμβάλλει, ὅτι εὐαγγέλια ἀγγέλλει.

5 Γυναῖκα πλάττυσι τὴν γῆν, τύμπ.] Codinus *de Orig. CPolit.* pag. 15. Τὴν γῆν λέγυσιν Ἑστίαν, καὶ πλάττυσιν αὐτὴν γυναῖκα, τύμπανον βαστάζυσαν· ἐπειδὴ τὺς ἀνέμυς ἡ γῆ ὑφ' ἑαυτὴν συγκλείει. Sic etiam apud Suidam scribendum est. Quod ni fiat, locus hic nihil faciet ad v. Ἑστία.

6 Ἑστιάδες. ἱέρειαι ἃς Ἑλένη, ἡ μήτηρ τ̃ μ.] Hæc, & quæ sequuntur, deprompta sunt ex scriptore aliquo historiæ Ecclesiasticæ, qui hodie intercidit.

7 Ἃς Ἑλένη ἡ μήτηρ τ̃ μ.] Lector facile animadvertet, constructionem hujus loci esse ἀνακόλυθον: quamvis sensus sit clarus.

8 Ἑστίᾳ θύομεν] Sensus loci hujus est mutilus; qui sic suppleri potest: Ἑστίᾳ θύομεν. ἐπὶ τ̃ μηδενὶ μεταδιδόντων τινός· παρόσον ὐκ ἀποφέρεταί τι ἀπὸ τ̃ θυσίας, ἣ τῇ Ἑστίᾳ τελεῖται. Confer Nostrum infra, v. Ἱστίη.

9 Δοτικῇ δὲ συντάσσεται] τὸ ἑστιῶ. Ἀριστ.] Fallitur hic Suidas. Dativus enim κόραξι apud Aristophanem *Thesmophor.* pag. 818. (532. Ed. Bas. P.) non regitur a verbo ἑστιῶ, sed a præcedenti. γέλωτα παρέχω. Locus enim Comici sic se habet:

Ἴσα μὲν κρανοδόνοις καὶ φοίταις γίγνων αὐτὸς

Γέλωτα παρέχω τοῖς κόραξιν, ἑστιῶν.

Subintelligendus hic autem est accusativus αὐτὸς, qui referatur ad ἑστιῶν.

Ἑστα-

Ἑστιατορεῖον.[1] τὸ τραπέζιον.

Ἑστιατορία. ἑστίασις.

Ἑστιατόρεια.[2] Ἦν δὲ ἑστιατόρεια πολλὰ καὶ καταλύσεις.

Ἑστιάτωρ. ὁ εἰς εὐφροσύνην καὶ εὐωχίαν καλῶν. Δαιτυμόνες δὲ, οἱ ἀριστηταὶ, οἱ εὐωχούμενοι.

Ἑστιαιεύς.[3] ὄνομα κύριον. καὶ Ἑστιαῖος, ὄνομα κύριον.

Ἐς τί ἔτι; μέχρι τίνος.

Ἑστιεῖς. ὄνομα ἔθνους.

Ἐστιμμίσατο. τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς ἐκαλλωπίσατο.

Ἐστίν. ὑπάρχει. Ὁ[4] λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός.

Ἔστιξαν. τὸ μέτωπον ἐπέγραψαν.

Ἑστιώμενος. τρώγων.

Ἑστιῶν. ἀριστοποιῶν. Ὁ δὲ ἑστιᾷ τὸν ἄνδρα ἡμερῶν ς' ἐς πανδοσίαν.

Ἔστι[5] τις δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς μηδέποτε καταφρονεῖν ἀνθρώπους ὑπάρχειν.

Ἐστομώθη. ἀντὶ τοῦ, ἠνοίχθη. Οἱ δὲ ὤρυττον, καὶ ταχέως τὸ χῶμα ἐστομώθη.

Ἐστόρεσεν. ἔστρωσεν. [6]Οἱ ἄνεμοι παραχρῆμα ἐκόπασαν, καὶ τὸ κῦμα ἐστορέσθη· πνεῦμα δὲ κεχειρωμένον κατὰ πρύμναν ἐπέρρει, καὶ τὰ ἱστία ἐπλήρου.

Ἐστορέσθη. ἐστρώθη. ὡμαλίσθη.

Ἔστω. ὑπαρχέτω.

Ἐστωμυλάμην.[7] ἀντὶ τοῦ ἐφλυάρησα. περιττόν τι τοῦ δέοντος ἐλάλησα. ἢ, πανούργως ἐφθεγξάμην. Ἀριστοφάνης·

——— Συγγνώμην ἔχε,
Εἰ πτωχὸς ὢν, εἶπόν τι, κἀστωμυλάμην.

Ἐστρατήγησε[8] μετ' Ἐρασινάδου. ἐπὶ τῶν δυστυχῶν. ἐκ τῶν περὶ Ἀργινούσας στρατηγησάντων δυστυχῶς. ἀπέθανεν δὲ δημοσίᾳ, οὗτός τε, καὶ οἱ συστρατηγήσαντες, Θράσυλλος, Περικλῆς, καὶ[9] οἱ λοιποί. ἐγένετο δέ τι καὶ περισσότερον τῷ Ἐρασινάδῃ, τὸ καὶ κλοπῆς κατηγορηθῆναι τῶν περὶ Ἑλλήσποντον χρημάτων.

Ἐστρέβλου. ἐκάκου. ἠνάγκαζε. Τοῦτον οὖν πλευρίτις νόσος περιλαβοῦσα, ἐστρέβλου δεινῶς.

Ἔστυγεν. ἐστύγνασεν. ἀπὸ τῆς τοῦ προσώπου στυγνότητος. Ὅμηρος·

——— Καλὰ δ' ἔστυγε, μῦθον ἀκούσας.

Ἑστιατορεῖον. Mensa. [Triclinium. Cœnaculū.]

Ἑστιατορία. Epulatio. Epulum. Convivium.

Ἑστιατόρεια. Loca, in quibus convivia celebrantur. *Erant ibi autem multa loca, in quibus convivari solebant homines; itemque multa diversoria.*

Ἑστιάτωρ. Qui convivio aliquos excipit. Qui ad convivium & epulas invitat. Δαιτυμόνες vero sunt ipsi convivæ invitati.

Ἑστιαιεύς. Nomen proprium. Et Ἑστιαῖος Itidem nomen proprium.

Ἐς τί ἔτι. Quo usque?

Ἑστιεῖς. Hestienses. Nomen gentis.

Ἐστιμμίσατο. Oculos stibio fucavit.

Ἐστίν. Est. *Oculus est corporis lucerna.*

Ἔστιξαν. Frontem punctis vel literis notarunt.

Ἑστιώμενος. Edens. Comedens. Epulans.

Ἑστιῶν. Prandium vel cœnam alicui præbens. Convivio excipiens. *Ille autem per sex dies virum illum publico convivio excepit.*

Ἔστι τις δίκης ὀφθ. *Est quidam oculus justitiæ, qui ab hominibus minime spernendus est.*

Ἐστομώθη. Apertum est. *Illi vero terram fodiebant, & agger celeriter aperiri cœpit.*

Ἐστόρεσεν. Idem quod ἔστρωσεν. Stravit. *Ventis confestim cessantibus, fluctus strati sunt, & aura a puppi spirans vela implevit.*

Ἐστορέσθη. Stratus est. Æquatus est.

Ἔστω. Esto.

Ἐστωμυλάμην. Garrivi. Futilia locutus sum. In loquendo modum excessi. Vel, subdole locutus sum. Aristophanes: *Ignosce, quæso, si mendicus temere quid & inepte locutus fuerim.*

Ἐστρατήγησε μετ' Ἐρασ. *Cum Erasinade belli dux fuit.* Dicitur de hominibus miseris & infelicibus: [proverbio ducto] a ducibus [Atheniensium,] qui ad Arginusam rem infeliciter gesserunt. Nam & hic, & Thrasyllus, & Pericles, & reliqui, publice supplicio capitali affecti fuerunt. Erasinades vero etiam peculatus accusatus fuit, ob pecuniam Hellespontiacam surreptam.

Ἐστρέβλου. Torquebat. Vexabat. Cruciabat. Cogebat. *Hunc igitur dolor lateris graviter cruciabat.*

Ἔστυγεν. Tristitia affectus est. [Proprie dicitur] de tristitia vultus. Homerus: *Tristitia affectus est, oratione hac audita.*

1 Ἑστιατορεῖον] Confer Dufrenium in Glossario Græco v. Ἑστιατόρειον.

2 Ἑστιατόρεια] Confer Hesychium v. Ἱστιατόρια, & Nostrum infra v. Ἱστιατόρειον.

3 Ἑστιαιεύς] De eo multa apud Herodotum.

4 Ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθ.] Matth. vi. 22.

5 Ἔστι τις δίκης ὀφθ.] Fragmentum hoc legitur apud Polybium in Excerptis a Valesio editis, pag. 117. idemque exstat supra v. Δίκης ὀφθαλμός.

6 Οἱ ἄνεμοι παραχρῆμα ἐκ.] Fragmentum hoc esse Æliani discimus ex ipso Suida infra v. Σκληροί.

7 Ἐστωμυλάμην. ἀντὶ τοῦ ἐφλ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Acharnens.* pag. 398. (285. Ed. Bas. *P.*)

8 Ἐστρατήγησε μετ' Ἐρασινάδου. ἐπὶ τ.] Totum hunc articulum descripsit Suidas ex Scholiasta Aristophanis ad *Ranas*, pag. 268. ubi tamen pro Ἐρασινάδου rectius legitur Ἐρασινίδου. Nam & Xenophon ducem hunc Ἐρασινίδην appellat; quem omnino confer lib. 1. Ἑλληνικῶν.

9 Καὶ οἱ λοιποί] Nomina eorum recenset modo laudatus Xenophon *Hellenic.* lib. 1. pag. 442.

Ἐστυκώς. [1] Οὐδὲν μέγα φρονεῖ ἐστυκὼς ἀνήρ.

Ἐς ὕδωρ γράφειν. ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων.

Ἐσφαλκέναι. [2] Ὥστε καὶ τὸν ἴδιον οἶκον ἐσφαλκέναι τὸ καθ᾽ αὐτὸν, διὰ τὴν πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἔρωτα καὶ προσπάθειαν.

Ἐσφήκωντο. [3] καὶ ἐσφηκῶσθαι. δεδέσθαι, καὶ ἐσφήκωτο. ἐδέδετο.

Ἔσφηλε. κατέβαλεν. Ἄλλον δὲ οὐχ ὥσπερ Κράσσον τε καὶ τοὺς ξὺν ἐκείνῳ ἔσφηλεν. ἀντὶ τοῦ, σφαλῆναι ἐποίησεν.

Ἐσχάρα. [4] ἐσχάρας φησὶ καλεῖσθαι Λυκοῦργος καὶ Ἀμμώνιος τοὺς μὴ ἔχοντας ὕψος, ἀλλ᾽ ἐπὶ γῆς ἱδρυμένους ἢ κοίλους. παρ᾽ ὃ καὶ τοὺς ἰατροὺς τὰ ἐν σώματι κοῖλα ἕλκη ἐσχάρας καλεῖν.

Ἐσχάρα. μαγειρικὸν ἐργαλεῖον. ἐν [5] Ἐπιγράμματι·

Ἠθμόν τε πολύτρητον, ἠδὲ τετράπουν

Πυρὸς γέφυραν, ἐσχάραν κρεηδόχον.

Ἐσχάραι. [6] τὰ χείλη τοῦ γυναικείου αἰδοίου.

Ἐσχάραι πυρός. ἐπὶ ἐδάφους ἀνθρακιαί.

Ἐσχαρεὼν πυρός. τοῦ ἐπὶ τῆς ἐσχάρας.

[7] Ἤριπεν ἐσχαρεῶνι λάβρον ἐπ᾽ ἄσθμα πυρός.

Ἐσχαρίτην. [8] ψωμίον ἀπὸ κλιβάνου.

Ἔσχατα ἐσχάτων κακὰ διέπεπραχθ᾽. ὁμοία ἐστὶ τῇ, Διώτερα Διωνῦ· καὶ, Κύντερα Κυντῶν. ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἄκρως κακῶν.

Ἔσχατα κακά. τὰ μεγάλα. Παθεῖν τὰ ἔσχατα κακὰ ἐκ τῶν ὁμοφύλων, ἢ ἀνδράσιν ἀπίστοις σφᾶς ἐπιτρέψαι. καὶ αὖθις· Ὁ δὲ οὐ παύεται πολιορκίᾳ τὴν πόλιν ἐς τὸ ἔσχατον ὑπάγων κινδύνου. καὶ αὖθις· Λιπαροῦντος οἰκτρῶς καὶ ξὺν ἱκεσίᾳ, μὴ τὰ ἔσχατα αὐτὸν περιιδεῖν παθεῖν. ἀντὶ τοῦ τέλεια, μεγάλα.

Ἐσχάτη ἀδικία. ἄκρα τε, καὶ τελεία.

Ἐσχάτη ἀμαθία. Τὸ δὲ ἐστὶ τῆς ἐσχάτης ἀμαθίας. ὑπὲρ οὗ πολλὰ λέγειν ἔχων, νῦν ἀφίημι.

Ἐσχατιά. [9] τὰ πρὸς τοῖς τέρμασι τῶν χωρίων ἐσχατιὰς ἔλεγον· οἷς γειτνιᾷ εἴτε ὄρος, εἴτε θάλασσα. καὶ [10] εὐτέλεια λέγεται ἐσχατιά. καὶ αὖθις· [11] Ὁ Διο-

Ἐστυκώς. [Proprie, cui penis est inflatus. In libidinem veneream pronus.] *Vir in libidinem veneream pronus nihil præclari spirat.*

Ἐς ὕδωρ γράφειν. In aqua scribere. De iis dicitur, qui frustra laborant.

Ἐσφαλκέναι. Dejecisse. Labefactasse. Evertisse. *Adeo ut & domum suam, quantum in ipso fuit, labefactaverit, propter suam hac in parte cupiditatem & insaniam.*

Ἐσφήκωντο. Ligati, vel stricti fuerunt. Et ἐσφηκῶσθαι. Strictum, ligatum, vinctum fuisse. Et ἐσφήκωτο. Ligatus, vel vinctus fuit.

Ἔσφηλε. Dejecit. Prostravit. *Alium vero non sicut Crassum, ejusque comites, clade affecit.*

Ἐσχάρα. Focus. Ara. Lycurgus & Ammonius ἐσχάρας dicunt appellari aram, non quæ sit excelsa, sed humi sita: vel cava. Quamobrem etiam Medicos ulcera cava ἐσχάρας vocare.

Ἐσχάρα. Instrumentum coquinarium. Craticula. In Epigrammate: *Columque multa foramina habens, & quadrupedem ignis pontem, craticulam scilicet, cui carnes imponuntur.*

Ἐσχάραι. Labra pudendi muliebris.

Ἐσχάραι πυρός. [Foci ignis.] Cumuli carbonum humi accensorum.

Ἐσχαρεὼν πυρός. Ignis focarii. [In Epigrammate:] *Cecidit in densum fumum ignis focarii.*

Ἐσχαρίτην. Panem in foco, vel furno coctũ.

Ἔσχατα ἐσχάτων κακὰ διέπ. *Extremorum malorum extrema acciderunt.* Proverbium hoc simile est illi, *Atrociano atrociora:* &, *Caninio impudentiora.* Dicitur de hominibus summe malis.

Ἔσχατα κακά. Mala extrema. Vel, maxima. [*Dicebat, se malle*] *extrema quæque mala a popularibus suis pati, quam perfidis hominibus se dedere.* Et iterum: *Ille vero urbem in extremum periculum adducere non cessat.* Vel, summa, & perfecta. Et iterum: *Illo miserabiliter & suppliciter orante, ne se extrema passum despiceret.*

Ἐσχάτη ἀδικία. Extrema injustitia. Vel, summa & perfecta.

Ἐσχάτη ἀμαθία. Extrema imperitia. *Hoc autem est extremæ imperitiæ: de quo quamvis multa dicere jam possim, id tamen facere supersedeo.*

Ἐσχατιά. Fines prædiorum, vel locorum, quibus conterminus erat vel mons, vel mare, ἐσχατιὰς vocabant. Item, ἐσχατιά, quævis ex-

1 Οὐδὲν μέγα φρ.] Infra v. Οὐδὲν φρονεῖ, proverbium hoc rectius sic legitur:

Οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἐστυκὼς ἀνήρ.

2 Ὥστε καὶ τὸν ἴδιον οἶκον ἐσφαλκ.] Hæc sunt verba Polybii in Excerptis a Valesio editis, pag. 21. unde ea Suidas excerpsit. Vide etiam infra v. Προσπάθεια, ubi idem fragmentum legitur.

3 Ἐσφήκωντο] Homerus Il. P. v. 52.

Πλοχμοί θ᾽, οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο.

Scholiasta: Ἐσφήκωντο. ἐσφιγμένοι ἦσαν. ἐδέδεντο. ὅθεν ἐ σφήκωμα εἴρηται. Confer etiam Etymologum v. Ἐσφηκωμένον: qui ibi fragmentum aliquod Sophoclis citat; quod ex fabula ejus, Αἰθίοπες inscripta, depromptum esse, docuit me Photius in Lexico inedito: qui v. Ἐσφηκωμένον, eundem locum Sophoclis adducit.

4 Ἐσχάρας φησὶ καλεῖσθαι Λυκ.] Ex Harpocratione; apud quem sic legitur: Ἐσχάρα. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ ἱερείας. Ἀμμώνιος ἐν τῷ περὶ Βωμῶν, ἐσχάραν φησὶ καλεῖσθαι τὴν μὴ ἔχουσαν ὕψος ἀλλ᾽ ἐπὶ τῆς γῆς ἱδρυμένην, &c. Confer etiam Ammonium, vel secundum alios, Erennium Philonem, v. Βωμός: & Berkelium ad Stephanum v. Βωμοί.

5 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. VI. cap. XVII. ut Portus quoque monuit.

6 Ἐσχάραι. τὰ χείλη τοῦ γυναικείου αἰδ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 359. (254. Ed. Bas. P.)

7 Ἤριπεν ἐσχαρεῶνι λάβρ.] Pentameter hic est pars Epigrammatis, quod integrum legitur Anthol. lib. III. cap. XXIV. ut Portus etiam observaverat.

8 ψωμίον] Id est, panem, secundum Græcos recentiores. Nam & hodie in lingua Græco-barbara panis dicitur ψωμί.

9 Ἐσχατιά. τὰ πρὸς τοῖς τέρμασι τῶν χωρ.] Ex Harpocratione.

10 Καὶ εὐτέλεια] Pessime. Scribendum enim est, τὰ πλάγια.

11 Ὁ Διακλεβατός λέγει τ.] Vide de hoc loco Valesium ad Ammianum Marc. pag. 150.

κλη-

κληρικὸς λόγον ποιούμενος τῶν πραγμάτων, ἔδοξε δεῖν καὶ δυνάμεσιν ἀρκούσαις ἑκάστην ἐσχατιὰν ὀχυρῶσαι, καὶ φρούρια ποιῆσαι.

tremitas. *Diocletianus, Reip. rationem habens, & idoneo copiarum numero limites Imperii tutandos, & castella exstruenda esse statuit.*

Ἐσχατιάν. ἔσχατον τόπον γῆς. ἢ τὰ νομὰς ἔχοντα χωρία· ὡς καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ η τῆς πολιτείας. ὅτι τὰ ἀθροίσματος σημαντικὰ, καὶ [1] οὐσίας, πάντα ὀξύνεται· ἀχυρμιὰ, φυλλιὰ, πυρκαϊὰ, ἀνθρακιὰ, ἐσχατιά. οὕτω καὶ τρασιά. ἔστι δὲ τόπος, ὅπου ἐστὶ πλῆθος σύκων ξηραινομένων, ἢ τυρῶν, ἢ ὁτουδήποτε. καὶ [2] τὸ αἱμασιὰ οὕτως ἔχει ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος τὸ ὄνομα. [3] τὸ ἐξουσία, οὐσία, οὐκ ἀντίκειται ἐπὶ πράγματος.

Ἐσχατιάν. Extremum terræ vel agri locum. Vel, loca, quæ pascua habent: ut apud Aristotelem libro VIII. *de Republica.* † Nomina quæ accumulationem & copiam significant, omnia acutum habent in ultima: ut ἀχυρμιὰ, φυλλιὰ, πυρκαϊὰ, ἀνθρακιὰ, ἐσχατιά. Sic etiam τρασιά: quod significat locum, in quo est copia ficuum, quæ siccantur; vel caseorum, vel cujuscunque rei. Sic etiam sese habet αἱμασιὰ, i. e. sepes, ab accidente ita appellata. Huic vero regulæ non obstant voces ἐξουσία, & οὐσία: [quippe quæ non significant copiam, vel accumulationem.]

Ἔσχατος Μυσῶν πλεῖ. Ἕλλησι λοιμῷ κεκαμμένοις ὁ Θεὸς ἔχρησεν, ἐπὶ τὸν ἔσχατον Μυσῶν πλεῖν. οἱ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἠπόρουν. αὖθις δὲ τὴν Αἰολίδα παρὰ τοῖς ἐσχάτοις τῆς Μυσίας εὗρον. ἔνιοι τὴν παροιμίαν τοῦ χρησμοῦ λέγουσι Τηλέφῳ μαντευομένῳ γεγονέναι περὶ γονέων, ἐπὶ τίνας τόπους ἐλθὼν, εὕροι τοὺς γονεῖς. τὸν δὲ Θεὸν προστάξαι, πλεῖν ἐπὶ τὸν ἔσχατον Μυσῶν. ἀφικόμενον δ' εἰς Τευθρανίαν, νέμεσθαι δὲ ταῦτα τὰ χωρία Μυσοὺς, ἐπιτυχεῖν τῇ μητρὶ αὐτοῦ. τάττεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν δυσχερῆ ἐπιταττομένων. [4] Ἔσχατος δὲ, παρὰ τὴν σχέσιν καὶ κώλυσιν, ὁ τελευταῖος. καὶ ὕστατος, ὅτι ἐπ' αὐτὸν ἐστὶν ἡ στάσις, καὶ οὐκέτι προβῆναι δύναται, ἀλλ' ὕστερος εἱστήκει, τοῦ πρώτου μὴ ἐῶντος. καὶ τὸ πύματος, ἀπὸ τοῦ πεπαῦσθαι· καὶ τέρμιον, τὸ ἔσχατον, ἀπὸ τοῦ τέρματος ὅ ἐστι, τέλους.

Ἔσχατος Μυσῶν πλεῖ. *Mysorum ultimus navigat.* Græcos pestilentia laborantes Deus reddito oraculo ad Mysorum extremum navigare jussit. Illi vero primum quidem [de sensu oraculi hujus] ambigentes, postea Æolidem in extremis Mysiæ finibus invenerunt. Alii ajunt oraculum hoc, quod in proverbium postea abiit, redditum esse Telepho, Deum consulenti, quo loco parentes reperturus esset. Illi enim Deum præcepisse, ut ad extremum Mysorum navigaret. In Teuthraniam igitur profectus (quæ loca Mysos inhabitasse ferunt) matrem suam invenisse traditur. Dicitur proverbium hoc de iis, quibus dura & difficilia imperantur. Ἔσχατος vero dictus est a σχέσις & κώλυσις. Ὕστατος vero dicitur ultimus, quod ad eum subsistatur: vel, quod ulterius progredi non possit, sed ultimus stet, primo non finente eum progredi.] Nomen πύματος vero deductum est a πεπαῦσθαι, i. e. cessare: & τέρμιον, i. e. extremum, a τέρμα, finis.

Ἐσχατόωσαν. κειμένην ἐσχάτην.

Ἐσχατόωσαν. In extremo loco sitam. Extremam.

Ἐσχάτως. ἄκρως. Μένανδρος· Φοβοῦμαί σε ἐσχάτως.

Ἐσχάτως. Summe. Maxime. Menander: *Te supra modum metuo.*

Ἔσχε. κατέπαυσε. Θουκυδίδης· Αἱ γὰρ τριήρεις πλεύσασαι εἰς Αἴγυπτον, ἔσχον κατὰ τὸ Μενδήσιον κέρας. καὶ Αἰλιανός· Οὐ γὰρ ἔσχον ἀνύσασθαι τὸ πρόσταγμα. ἀντὶ τοῦ, ἠδυνήθησαν.

Ἔσχε. Tenuit. Retinuit. Sedavit. [Appulit.] Thucydides. *Triremes enim in Ægyptum navigantes, ad Mendesium* [*Nili*] *ostium appulerunt.* Et Ælianus: *Non potuerunt enim imperata recusare.*

Ἐσχεδίαζον. ἡτοίμαζον. ἢ ἐκ τοῦ παρατυχόντος ἔλεγον. [5] Ἰώσηπος· Τοῖς δὲ τὸν πόλεμον ἐξάψασιν, ἐσχεδιάζοντο πρὸς ἡδονήν. καὶ Πολύβιος· Ἁπλῶς δὲ πάντα κατὰ τὸ συνεχὲς, ἐκ τῆς ἀρχῆς ἄχρι τέλους ἐσχεδιάσθαι καὶ διημαρτῆσθαι.

Ἐσχεδίαζον. Parabant. Vel, ex tempore dicebant. Josephus: *Belli autem incentoribus, quæ illis placerent, ex tempore fingebantur.* Et Polybius: *Prorsus autem omnia perpetua serie ab initio ad finem usque negligenter dicta, & perperam facta fuisse* [*dicebat.*]

Ἔσχετο. ἐπεσχέθη.

Ἔσχετο. Retentus, aut impeditus fuit.

Ἐσχηματισμένος. ὁ προσποιητὸν τρόπον ἔχων, καὶ δοκῶν εἶναι κόσμιος· ὡς παρὰ Λυσίᾳ ἐν τῷ πρὸς Τίμωνα· Οἱ δ' ἀλαζονεύονται μὲν Τίμωνι παραπλησίως, καὶ ἐσχηματισμένοι περιέρχονται, ὥσπερ οὗτος.

Ἐσχηματισμένος. Simulatus. Fictus. Qui simulatos mores habet, & modestus esse videtur; ut apud Lysiam in oratione contra Timonem: *Illi vero, haud secus ac Timon, sese jactant, & simulatis moribus circumeunt, ut ille.*

1 Οὐσίας] Sic habent omnes Editt. Sed male. Scribendum enim est πυρκαϊὰς. Agitur namque hic de nominibus copiam vel abundantiam significantibus: qualia sunt ἀχυρμιὰ, ἀνθρακιὰ, & similia.

2 Καὶ τὸ αἱμασιὰ οὕτως ἔχει ἀπὸ τ.] Scribe & distingue: Καὶ τὸ αἱμασιὰ οὕτως. ἔχει δὲ ἀπὸ τοῦ συμβ.

3 Τὸ ἐξουσία, οὐσία, οὐκ ἀντ.] Confer Etymologum v. Οὐσία. Non video tamen, quid hæc ad rem faciant.

4 Ἔσχατος δὲ, παρὰ τὴν σχ.] Hæc, & quæ sequuntur, αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Etymologum.

5 Ἰώσηπος] De Bello Jud. lib. II. in fine: sed ubi pro ἐσχεδιάζοντο (cujus vocis gratia fragmentum hoc in Collectanea sua retulit Suidas) hodie rectius legitur ἐχαρίζοντο, ut ex serie sensus apud Josephum patet. Vetus tamen interpres Josephi, qui vulgo Rufinus fuisse putatur, olim etiam legit ἐσχεδιάζοντο, ut ex versione ejus, quam hic retinui, apparet.

Ἐσχολάρχησε. σχολῆς ἦρξεν. ἐδίδαξεν.

Ἐτάζω. αἰτιατικῇ.

Ἔται.[1] οἱ πολῖται. Πηοὶ δὲ, οἱ κατ' ἐπιγαμίαν συγγενεῖς.

Ἐταινίωσε. περιείλησε. συνέσφιγξεν. Ὁ δὲ κατεταινίωσε τὸ τραῦμα τῇ ζώνῃ.

Ἑταίρα. φίλη. πόρνη. Ὅτι [2] Σκιπίων ἑταίρας καὶ θύτας καὶ μάντεις ἐξήλασε τοῦ στρατοπέδου, οἷς διὰ τὰς δυσπραξίας οἱ στρατιῶται περιδεεῖς γεγονότες, ἐχρῶντο.

Ἑταῖραι Κορίνθιαι· Λαῒς, Κυρήνη, Λέαινα, Σινώπη, Πυῤῥίνη, [3] Σκιώνη, Ῥοδῶπις Θρακική, σύνδουλος Αἰσώπου τοῦ λογοποιοῦ· ἥτις ἐλευθερωθεῖσα, κατέμεινεν ἐν Αἰγύπτῳ. Φησὶ δὲ [4] Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ·

Καὶ τάς γ' ἑταίρας φασὶ τὰς Κορινθίας,
Ὅταν μὲν αὐτάς τις πένης πειρῶν τύχῃ,
Οὐδὲ προσέχειν τὸν νοῦν· ἐὰν δὲ πλούσιος,
Τὸν πρωκτὸν αὐτὰς εὐθὺς εἰς τοῦτον τρέπειν.

Ἑταίρους. ὁ Πλάτων, καὶ οἱ ἄλλοι φιλόσοφοι, τοὺς γνησίους ἐραστὰς τῶν λόγων ἑταίρους ἐκάλουν· οὓς ἐμιμεῖτο Ἰουλιανὸς, ἑταίρους πάντας καλῶν ἐν ταῖς συνουσίαις, οὐκ ἀπαυθαδιζόμενος τῇ βασιλείᾳ.

Ἑταιρεία. ἡ συνήθης ὁμόνοια, καὶ φιλία. Βάβριος·

Θέντο [5] μετ' ἀλλήλοισιν ἑταιρείην μύε δύω,
Οὐ καθ' ὁμὰ ζῶντες· ὁ μὲν κατὰ νειὸν ἐρημίην
Ἔτρεφετ'· ὃς δὲ δόμοισιν ἐν ἀφνειῶν τρέφετ' ἀνδρῶν.

Ἑταιρεία καὶ τὸ τάγμα. καὶ ἑταιρειάρχης, ὁ τῆς ἑταιρείας ἄρχων.

Ἑταιρεῖος. ὁ Ζεὺς παρὰ Κρησί. σημαίνει δὲ καὶ τὸν φίλον.

Ἑταιρεία. ἡ φιλία. [6] ἰδίως δὲ ἐπὶ τῆς ἑταιρήσεως τοὔνομα τέταχεν Ἀνδοκίδης.

Ἑταιριζομένη. [7] ἐρεθιζομένη. προσποιουμένη. ἑταιρίζω γὰρ, τὸ φίλον προσλαμβάνομαι.

Ἑταιρισάμενος. συνεργήσας. καὶ ἑταιρήσας. πορνεύσας. καὶ ἑταιρήσεις, τὰς πορνείας.

Ἑταιρίστριαι. αἱ καλούμεναι τριβάδες.

Ἑταῖρος. ὁ ἴδιος.

Ἑταιρῶ. ἐπὶ τῆς πόρνης.

Ἑταιρῶν. [8] ἀνθινῶν. Νόμος [9] Ἀθήνησι, τὰς ἑταίρας ἄνθινα φορεῖν.

Ἔτεα. ἔτη παρ' Ὁμήρῳ.

Ἐσχολάρχησε. Scholæ præfuit. In schola docuit.

Ἐτάζω. Accusativo jungitur. Examino.

Ἔται. Cives. Populares. At πηοί, affines.

Ἐταινίωσε. Circumligavit. Constrinxit. Obligavit. *Ille vero zona vulnus obligavit.*

Ἑταίρα. Amica. Meretrix. *Scipio vero meretrices, haruspices, & vates ex castris expulit, quibus milites, præliis adversis ante territi, utebantur.*

Ἑταῖραι Κορίνθιαι. Meretrices Corinthiæ: [quales sunt,] Lais, Cyrene, Leæna, Sinope, Pyrrhine, Scione, Rhodopis Thracia, conserva Æsopi, fabularum scriptoris: quæ manumissa, in Ægypto mansit. Aristophanes autem in *Pluto* dicit: *Ajunt etiam meretrices Corinthias, si quidem pauper usuram corporis ab eis petat, nullam ejus rationem habere; sin dives, illico podicem ad eum convertere.*

Ἑταίρους. Sodalis. Plato, cæterique Philosophi, veros sapientiæ amatores, ἑταίρους, i. e. sodales, vocabant: quos imitatus est Julianus, in congressibus omnes vocans *Sodales*, nec ob fastigium imperii ullum fastum præ se ferens.

Ἑταιρεία. Familiaritas & concordia sodalium inter se. Amicitia. Babrius: *Inierunt inter se amicitiam mures duo, diversis in locis degentes. Nam alter quidem vivebat in novali, ab hominibus remoto: alter vero in ædibus opulentorum hominum alebatur.* Ἑταιρεία etiam significat ordinem quendam militarem: cujus dux appellatur ἑταιρειάρχης.

Ἑταιρεῖος. Epithetum Jovis apud Cretenses. Id est, Amicitiæ præses. Significat etiam amicum.

Ἑταιρεία. Sodalitas. Amicitia. Andocides vero peculiariter hoc nomen posuit pro ἑταιρήσει, i. e. scortatio.

Ἑταιριζομένη. Sodalem deligens. Adsciscens. Ἑταιρίζω enim significat, sodalem adscisco.

Ἑταιρισάμενος. Qui simul opus cum aliquo fecit. At ἑταιρήσας, qui scortatus est. Et ἑταιρήσεις, scortationes.

Ἑταιρίστριαι. Meretrices. Sive eæ, quæ vocantur τριβάδες, i. e. frictrices.

Ἑταῖρος. Sodalis. Socius.

Ἑταιρῶ. Scortor. De meretrice [dicitur.]

Ἑταιρῶν. Meretricum. Lex erat Athenis, quæ meretrices vestes variorum colorum gestare jubebat.

Ἔτεα. Anni. Apud Homerum pro ἔτη.

1 Ἔται. οἱ πολῖται. Πηοὶ δὲ, οἱ κατ' ἐπιγ.] Locum hunc ex MSS. Paris. in integrum restitui, qui in prioribus Editt. sic legitur: Ἔται. οἱ πολῖται. † Ἐπηοὶ δὲ. οἱ κατ' ἐπιγαμβρείαν συγγ. Pessime omnino. Pro πηοὶ enim vitiose scriptum est ἐπηοί: & deinde, quæ conjungenda erant, male disjuncta sunt; uno articulo in duos dirempto. Confer Nostrum infra v. Πηός.

2 Ὅτι Σκιπίων ἑταίρας καὶ θύτας καὶ μ.] Fragmentum hoc Valesius Polybii esse putat: in quo vir summus fallitur. Est enim Appiani in *Iberic.* pag. 517.

3 Σκιώνη] Apud Aristophanem *Pluto* pag. 16. unde locum hunc excerpsit Suidas, legitur Σικυωνία: quod magis placet.

4 Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ] Pag. 16. (8. Ed. Bas.-P.

5 Θέντο μετ' ἀλλήλοισιν ἑτ.] Fabulam, ad quam fragmentum hoc referendum est, prolixe & eleganter describit Horatius lib. II. Sat. x.

6 Ἰδίως δὲ ἐπὶ τῆς ἑταιρ.] Ex Harpocratione.

7 Ἐρεθιζομένη. προσποιουμένη] Sic habent libri tam manu scripti, quam excusi: sed mendose. Scribendum enim est, αἱρετιζομένη, προσποιουμένη: quam lectionem in versione secutus sum.

8 Ἀνθινῶν] Hæc vox ut supervacanea delenda est. Non potest enim esse interpretatio vocis ἑταιρῶν.

9 Νόμος Ἀθήν.] Vide nos infra ad v. Ζάλευκος.

Ἐτίθη-

Ἐτέθησαν. ὑπέκυψαν. ἐπείσθησαν. Οἱ δὲ τῇ τοῦ βασιλέως μᾶλλον καὶ τοῦ ἐπισκόπου ἐτέθησαν βουλῇ.

Ἐτέκταινον. χαλκοσκεύαζον.

Ἐτέαρχος. ζήτει ἐν τῷ Βάττος.

Ἐτελέσθησαν. ἐμιάνθησαν. μετέσχον τῆς μιαρᾶς συνουσίας.

Ἐτέλει. ἐτέτακτο.

Ἐτεοβουτάδαι,[1] γένος [2] Ἀθηναίοις πάνυ λαμπρὸν, ἀπὸ Βούτου ἀφ' οὗ οἱ ἱερεῖς καθίσταντο Ἀθήνησιν. † Ὅτι οἱ Ἐτεοβουτάδαι ἀπόγονοι τοῦ Βούτου τοῦ ἱερέως. τὸ γὰρ ἐτεὸν ἀληθὲς δηλοῖ.

Ἐτεοκλῆς. ὄνομα κύριον. καὶ Ἐτεοκλείης.

Ἐτεόν. ἀληθῶς. [3] Ἐτεὸν ἡγῇ γὰρ θεούς; ἀληθῶς πεπίστευκας εἶναι θεούς;

Ἐτεόνικος. ὄνομα κύριον.

Ἐτεωνεύς. ὄνομα κύριον.

Ἑτεραλκέα. ἑτεροκλινῆ. Ἑτεραλκὴς νίκη, ὅταν οἱ ἡττηθέντες νικῶσι.

Ἑτερόγναθος. ἐπὶ ἵππου, ἀπειθὴς, ἢ ἄπληστος, καὶ [4] ἀμφοτέραις ταῖς γνάθοις ἐσθίων.

Ἑτερομάσχαλος[5] χιτών. ἣν ἐξωμίδα λέγουσιν.

Ἑτερομόλιος δίκη. εἰς ἣν οἱ ἀντίδικοι οὐκ ἦλθον.

Ἕτερον. Ὅμηρος·

Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ. ἐνταῦθα δοκεῖ συγκεχύσθαι τὸ δυϊκόν. ἔδει γὰρ ἕτερον γε εἰπεῖν· ἑτέρῳ πρὸς ἕτερον ἀντιδιαστελλομένου. [6] τὸ γὰρ ἄλλος ἐπὶ πλειόνων τίθεται. πιθανὸν δὲ, ὅτι ἐπὶ τῶν ὁμοειδῶν τὸ ἕτερον.

Ἕτερος. ἐπιμεριζόμενον. [7] τετραχῇ δὲ ἐπιμερίζεται εἰς ἐκ δύο, ὡς ἕτερος τῶν ὀφθαλμῶν. δύο καθ' ἕνα, ὡς ἑκάτερος. εἷς ἐκ πολλῶν, ὡς ἄλλος. πολλοὶ καθ' ἕνα, ὡς ἕκαστος.

Ἑτερόστομος φάλαγξ καλεῖται, ἥτις πορεύεται, τὸ μὲν ἡγεμόνων ἥμισυ ἔχουσα ἐν εὐωνύμῳ παραγωγῇ, τουτέστι, τοὺς ἡγεμόνας ἐξ εὐωνύμου· τὸ δὲ ἥμισυ τοὺς ἡγεμόνας ἐν δεξιᾷ παραγωγῇ.

Ἑτερόφθαλμος.[8] ὁ ἐν Λοκροῖς νομοθετήσας. Δη-

Ἐτέθησαν. Subjecti sunt. Paruerunt. Obtemperarunt. *Illi vero Regis & Inspectoris consilio potius paruerunt.*

Ἐτέκταινον. Fabricabant. Conficiebant.

Ἐτέαρχος. Etearchus. Quære in voce Βάττος.

Ἐτελέσθησαν. Polluti fuerunt. Impuro coitu se contaminarunt.

Ἐτέλει. Statutum erat.

Ἐτεοβουτάδαι. Eteobutadæ. Athenis familia fuit ampla & illustris, a Bute [quodam sic appellata:] ex qua Sacerdotes Athenis eligebantur. Eteobutadæ autem Butæ sacerdotis [veri] posteri erant. Ἐτεὸν enim verum significat.

Ἐτεοκλῆς. Eteocles. Nomen proprium. Et Ἐτεοκλείης, Eteoclea.

Ἐτεόν. Vere. Revera. *Vere igitur putas esse Deos?* Vel, an igitur revera credis esse Deos?

Ἐτεόνικος. Eteonicus. Nomen proprium.

Ἐτεωνεύς. Eteoneus. Nomen proprium.

Ἑτεραλκέα. In alteram partem inclinantem. Et ἑτεραλκὴς νίκη, victoria alternans: quum scilicet victi vincunt.

Ἑτερόγναθος. De equo dicitur. Contumax. Ore duro præditus. Vel, insatiabilis, & qui mandibulis utrisque comedit.

Ἑτερομάσχαλος χιτών. Vestis unam tantum manicam habens: quam etiam ἐξωμίδα vocant.

Ἑτερομόλιος δίκη. Judicium, ad quod alter adversariorum tantum accedit.

Ἕτερον. Alterum. Aliud. Homerus: *Qui aliud quidem pectore occultum habet, aliud vero loquitur.* Hic duale videtur confundi. Oportebat enim ἕτερον dicere: quoniam ἕτερον opponitur ἑτέρῳ. Ἄλλος enim de pluribus dicitur. Probabiliter autem dicitur, τὸ ἕτερον dici de rebus, quæ sunt ejusdem speciei.

Ἕτερος. Alter. Est vocabulum partitionem significans. Partitio autem quadruplex est: Unus ex duobus; ut [cum dicimus,] *alter* oculorum. Duo singillatim, ut *uterque*. Unus ex multis, ut *alius*. Multi singillatim, ut *unusquisque*.

Ἑτερόστομος φάλ. Sic vocatur phalanx, quæ ita incedit, ut dimidiam partem ducum in sinistro; alterius vero dimidiæ partis duces in dextro latere collocatos habeat.

Ἑτερόφθαλμος. Altero oculo privatus. Lu-

1 Ἐτεοβουτάδαι γένος Ἀθην.] Hæc leguntur etiam apud Harpocrationem, sed non eodem ordine.

2 Ἀθηναίοις] Malim, Ἀθήναις.

3 Ἐτεὸν ἡγῇ γὰρ θεούς] Hæc sunt verba Aristophanis *Equit.* pag. 290. ubi tamen pro ἡγῇ legitur ἡγεῖ: quod est Ἀττικώτερον.

4 Ἀμφοτέραις ταῖς γνάθοις ἐσθ.] Sic etiam habet Photius in Lexico inedito; itemque Etymologus. Sed hæc interpretatio potius convenire videtur voci ἀμφοτερογνάθος.

5 Ἑτερομάσχαλος χιτών. ἣν ἐξωμ.] Scholiasta Aristophanis ad *Vespas* pag. 460. Καὶ ἐξωμίδων. ἱμάτια δουλικὰ ἢ ἑτερομάσχαλα. Confer Nostrum supra v. Ἐξωμίς.

6 Τὸ γὰρ ἄλλος ἐπὶ πλειόνων τ.] Imo vox ἄλλος interdum etiam apud optimos auctores de duobus dicitur, & τῷ ἕτερος opponitur. Theocritus in *Thalys.* v. 36.

——Τάχ' ἕτερος ἄλλον ὀνασεῖ.

Vide ad eum locum Casaubonum. Homerus Il. I. v. 468. 469.

—— Ἕτερον μὲν ὑπ' αἰθούσῃ εὐερκέος αὐλῆς

Ἄλλο δ' ἐνὶ προδόμῳ.

Hic ἄλλο jungitur cum ἕτερον, quamvis Poeta de duobus tantum ignibus loquatur. Contra τὸ ἕτερον interdum etiam de pluribus dicitur, & pro ἄλλο ponitur, ut expresse testatur vetus Enarrator Comici ad verba illa, quæ circa initium *Pacis* leguntur,

Ἑτέραν ἑτέραν δὸς παιδὸς ἠταιρηκότος.

Confer Nos etiam supra ad v. Ἄλλο.

7 Τετραχῇ δὲ ἐπιμερίζονται. εἷς ἐκ δ.] Quæ hic Suidas habet, αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Etymologum v. Ἕκαστος. Cæterum, Portus locum hunc pessime verterat, quod non intelligeret significationem vocis ἐπιμεριζόμενον & ἐπιμερίζεται. Ἐπιμεριζόμενα autem apud Græcos dicuntur ea, quæ Grammatici Latini *partitiva* vulgo appellant: quorum quatuor esse species Suidas Lectorem hic docere vult. Vide versionem nostram, & omnia clara erunt.

8 Ἑτερόφθαλμος. ὁ ἐν Λοκρ.] Ex Harpocratione. Per Locrensium autem legislatorem hic intelligi Zaleucum, quis nescit?

μαθητὴς ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους.

Ἑτερόχροος. ὁ ἀλλοῖος κατὰ τὴν χροιάν.

Ἑτέρωθι. καὶ ἑτέρωθεν. καὶ ἑτέρωσε. εἰς ἕτερον μέρος. ἀλλαχόσε.

Ἑτεροῖος. ὁ ἄλλος.

Ἑτεροιωμένη. ἀλλοιωμένη.

Ἑτεροιῶ. τὸ μεταβάλλω.

Ἑτεροίως. ἀλλοίως.

Ἐτετρήχει.[1] ἐπετετάρακτο.

Ἐτεχνίτευε.[2] μετὰ τέχνης καὶ δόλου ἠρεύνα. [3] Ἰώσηπος· Ἐτεχνίτευε μαθεῖν, τίνι τρόπῳ τοσοῦτον προέχει κατ' ἀρετήν.

Ἐτήσιον. ἐνιαύσιον. Ἐπέτειον δὲ, τὸ μὴ μόνιμον, ἀλλὰ πρὸς ἐνιαυτὸν ἀκμάζον. καὶ ἔτειος καρπὸς, καὶ χρόνος.

Ἔτειρε. κατεπόνησεν.

Ἐτειχηρεῖτο. τοῖς τείχεσι περιετειχίζετο. περιεκλείετο. Ἐντὸς δὲ τῆς τάφρου καὶ τοῦ ἐρύματος ἐτειχηρεῖτο.

Ἐτήρει. ἐταμίευε. Τοὺς δὲ νεωτέρους ἐτήρει τῷ θριάμβῳ.

Ἔτης. ὁ πολίτης. ἀπὸ τοῦ ἔθους. ὡς ξένος, ὁ ἔξω τῆς ἑνότητος ὤν. ἢ παρὰ τὸ ἔξω εἶναι.

Ἐτησίαι.[4] οἱ ἄνεμοι, οἱ κατ' ἔτος πνέοντες. πνέουσι δὲ ἐν ἀκμῇ τοῦ θέρους, διότι ὁ ἥλιος μετεωρότερος, καὶ ἀπὸ τῶν μεσημβρινῶν τόπων ἀρκτικώτερος γενόμενος, λύει τὰ ὑγρὰ τὰ ἐν τοῖς ἄρκτοις. λυόμενα δὲ ταῦτα ἐξαεροῦται καὶ πνευματοῦται, καὶ ἐκ τούτων γίνονται οἱ Ἐτησίαι, καὶ ἀπὸ τῶν ἀρκτώων τόπων φέρονται ἐπὶ τοὺς μεσημβρινούς. ἃ προσπίπτει τοῖς ὑψηλοτέροις ὄρεσι τῆς Αἰθιοπίας, καὶ πολλὰ καὶ ἀθρόα γενόμενα ἀπεργάζονται ὑετοὺς, καὶ ἐκ τῶν ὑετῶν τούτων πληθωρεῖται ὁ Νεῖλος τοῦ θέρους, ἀπὸ τῶν μεσημβρινῶν καὶ ξηρῶν τόπων ῥέων.

Ἐτήσιος. ὁ κατ' ἔτος.

Ἐτήτυμος, ὁ ἀληθής.

Ἔτι. ἐπίρρημα. παρέλκει ἀεὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. [5] παρὰ Ἀριστοφάνει·

Ἢν οὖν ἐμοὶ πείθησθε, σωθήσεσθ' ἔτι.

Ἐτίθετο. Οὐδὲ τῇ ὄψει τῶν ὀνείρων ἐτίθετο. ἀντὶ τοῦ, [6] προσέκειτο. προσεῖχεν.

Ἐτιθηνήσατο. ἐγαλούχησεν.

Ἐτίθει σκάνδαλον. ἐποίει.

Ἔτι νῦν. χρονικὸν ἐπίρρημα.

Ἐτιμησάμην. Ὡς ἔγωγ' ἐτιμησάμην ἂν τοῦ παν-

ſcus. Talis erat [Zaleucus,] Locrenſium legiſlator. Demoſthenes in oratione contra Timocratem.

Ἑτερόχροος. Diverſum habens colorem.

Ἑτέρωθι. Alibi. Et ἑτέρωθεν. Aliunde. Et ἑτέρωσε. In aliam partem. Alio.

Ἑτεροῖος. Alius. Diverſus. Diſſimilis.

Ἑτεροιωμένη. Immutata.

Ἑτεροιῶ. Immuto. Muto.

Ἑτεροίως. Aliter. Diverſe. Diſſimiliter.

Ἐτετρήχει. Turbatus fuit.

Ἐτεχνίτευε. Aſtute & doloſe ſcrutabatur, vel inquirebat. Joſephus: *Omni aſtu adhibito cognoſcere cupiebat, qui fieret, quod fortitudine tantum reliquis præſtaret.*

Ἐτήσιον. Annuum. Anniverſarium. Ἐπέτειον vero, quod non perpetuo durat, ſed per unum tantum annum floret. Et ἔτειος καρπὸς, fructus annuus. Et ἔτειος χρόνος, annuũ tempus.

Ἔτειρε. Vexavit. Fatigavit.

Ἐτειχηρεῖτο. Muris circumdabantur, vel concludebantur. *Intra foſſam & munimenta concludebantur.*

Ἐτήρει. Servabat. Cuſtodiebat. *Juniores autem triumpho ſervabat.*

Ἔτης. Civis. Ab ἔθος, conſuetudo. Ut ξένος dicitur, qui eſt ἔξω ἑνότητος: id eſt, extra unitatem. Vel ab ἔξω εἶναι, i. e. extra eſſe.

Ἐτησίαι. Eteſiæ. Venti quotannis ſpirantes. Spirant autem æſtate adulta, quod tunc Sol altiſſimus, & a partibus quidem meridionalibus remotior, Septentrionalibus vero vicinior, humores in Septentrione reſolvat; qui reſoluti in aerem & ventum convertuntur; unde gignuntur Eteſiæ. Hi venti a partibus Septentrionalibus ad meridionales ſpirantes, in altiores montes Æthiopiæ incidunt, ibique collecti, pluvias cient; quibus Nilus æſtate repletur, a meridionalibus ſicciſque locis fluens.

Ἐτήσιος. Annuus. Anniverſarius.

Ἐτήτυμος. Verus.

Ἔτι. Adverbium. Adhuc. Apud Atticos ſemper redundat. Apud Ariſtophanem: *Si igitur mihi obtemperaveritis, ſervabimini adhuc.*

Ἐτίθετο. Addictus erat. Attendebat. Animum advertebat. *Nec ad ſomnia animum advertebat.*

Ἐτιθηνήσατο. Lactavit. Lacte nutrivit. Nutrivit.

Ἐτίθει σκάνδ. Scandalum præbebat, vel committebat.

Ἔτι νῦν. Adverbium temporis. Etiam nunc.

Ἐτιμησάμην. Æſtimavi. *Quovis pretio re-*

1 Ἐτετρήχ. ἐπετετάραχθ] Homerus Il. B. v. 95.

Τετρήχει δ' ἀγορή, ὑπὸ δ' ἐστεναχίζετο γαῖα.

Scholiaſta. Τετρήχ. ἐπεταράχθη ὑπὸ θορύβου. ἐταράχθη. Huc reſpexit Suidas: apud quem pro ἐπετετάρακτο ſcribendum eſt ἐπεταράχθη, ut habet Scholiaſta.

2 Ἐτεχνίτευε] Hæc vox ſola non ſignificat id, quod Suidas vult, ſed juncta cum verbo μαθεῖν, ut in fragmento, quod ſequitur.

3 Ἰώσηπος] *Antiquit. Jud.* lib. v. cap. x. pag. 162. ubi de Samſone & Dalila meretrice verba fiunt.

4 Ἐτησίαι] Confer Scholiaſtam Apollonii Rhodii ad lib. II. v. 528.

5 Παρὰ Ἀριστοφάνει] *Eccleſiaz.* pag. 730. (490. Ed. Baſ. P.)

6 Προσέκειτο. προσεῖχε] Hæc interpretatio non convenit verbo ἐτίθετο, ſed ἐπείθετο.

τοῦ,

τὸς, Ἀντώνιον ἀποκτείναντα Κικέρωνα περιεῖναι.

Ἐτιμήσατο. ἐξηριθμήσατο. Ὁ δὲ συλληφθεὶς ἐκ τῶν βαρβάρων, καὶ τοῦ βασιλέως περὶ ἀφέσεως ἀντιπρεσβευσαμένου, ἐτιμήσατο τὴν ζωὴν αὐτοῦ ὁ βάρβαρος λιτρῶν υ'.

Ἐτιμήσαντο. ἐζημίωσαν. κατεδίκασαν. οἱ δὲ τὸν Σωκράτην θανάτῳ ἐτιμήσαντο. τίμημα γὰρ, ἡ ζημία, καὶ ἡ καταδίκη.

Ἐτιμήσασθε. ἀντὶ τοῦ, ἠγοράσατε. Θουκυδίδης· Ἣν ὑμεῖς πολλῶν χρημάτων ἐτιμήσασθε.

Ἐτισάμην. ἐτιμωρησάμην.

Ἔτισαν. ἔδωκαν. Αἰλιανός· Ἀνθ' ὧν οἱ Φωκεῖς ἔτισαν δίκας βαρυτάτας.

Ἔτισε. δέδωκεν. Ὁ δὲ ἔτισε δίκας, ὧν ἔπραξεν. οὐ γάρ που ταχεῖ καὶ ὠκυμόρῳ τέλει τὸν βίον κατέστρεψεν, ἀλλ' ἐκολάζετο χρόνῳ.

Ἔτλη. ὑπέμεινεν.

Ἐτνήρυσις. [1] ἀθάρα μετὰ γάλακτος. καὶ ἐτνήρυσις, ἡ ζωμάρυστρις, ἐν ᾗ τὸ ἔτνος ἀρύονται (ὥσπερ οἰνήρυσις) καὶ πᾶν τὸ ταράσσον. Ἔτνος δὲ ἔλεγον τὴν ἀθάραν, καὶ τὸ πίσινον ἀπέψημα. Καὶ [2] κνῆστιν, καὶ τὰν ἐτνοδόκον τορύναν.

Ἔτνος. τὸ ὄσπριον.

Ἐτόπασεν. ὑπενόησεν. ἐνόμισεν.

Ἔτορεν. ἔτρησεν. ἐτρύπησεν.

Ἐτός. παρέργως. Ἔτος δὲ, ὁ χρόνος. καὶ ἡ δοτικὴ, τῷ ἔτει. καὶ πληθυντικὸν, τὰ ἔτη.

Ἐτυρώθη. ἐσκληρύνθη. [3] Δαβίδ· Ἐτυρώθη ὡς γάλα ἡ καρδία αὐτῶν.

Ἐτώθαζον. ἔσκωπτον. ἐχλεύαζον. ἐλοιδόρουν. [4] Οἱ δὲ ἐς τὸν Χοσρόην ὕβριζον ἀπὸ τῶν ἐπάλξεων, καὶ ξὺν γέλωτι ἀκόσμῳ ἐτώθαζον. ἢ ἐτώθασαν, ἐκαυχήσαντο.

Ἐτώσιον. τὸ μάταιον.

Ἐτραχηλίασε. [5] κατεκαυχήσατο. ἢ ἐγαυρίασεν. ἀπὸ τῶν βοῶν, τῶν ἀποβαλλόντων τοῦ τραχήλου τὸν ζυγόν. [6] Ἰώβ· Ἔναντι δὲ Κυρίου παντοκράτορος ἐτραχηλίασε.

Ἔτρησεν. ἐτρύπησεν.

Ἐτρίβετο. ὑπερετίθετο. ἀνεβάλλετο. Μέχρι πολλοῦ διαφερομένων, ἐτρίβετο ἡ προσβολή.

Ἔτρυχεν. ἐδάμαζεν.

Ἐτρύχωσεν. ἐξέτριψεν. Ἡ δὲ γῆ ἀγρίαις κατειλημμένη, ἔτρυχεν αὐτοὺς ἀλγεινότατα.

Ἕτοιμος. ὁ εὐχερής.

*demptum vellem, Antonium, qui Ciceronem occidit, adhuc vivere.*

Ἐτιμήσατο. Æstimavit. Numeravit. *Cum autem ille a barbaris captus esset, & Rex de ejus liberatione legatos misisset, barbarus vitam ejus quadringentis libris æstimavit.*

Ἐτιμήσαντο. Mulctarunt. Capitis damnarunt. *Illi vero Socratem morte mulctarunt.* Τίμημα enim est pœna, vel mulcta.

Ἐτιμήσασθε. Emistis. Thucydides: *Quam vos magno pretio emistis.*

Ἐτισάμην. Ultus sum. Vindicavi.

Ἔτισαν. Persolverunt. Dederunt. Ælianus: *Pro quibus sceleribus Phocenses pœnas gravissimas dederunt.*

Ἔτισε. Persolvit. Dedit. *Ille vero facinorum a se perpetratorum pœnas dedit. Non enim celeri & propera morte vitam finiit, sed lento supplicio consumptus est.*

Ἔτλη. Sustinuit. Ausus est.

Ἐτνήρυσις. Trulla, qua puls hauritur: ut οἰνήρυσις, trulla, qua vinum hauritur. Item omne instrumentum, quo aliquid turbatur & agitatur. Ἔτνος autem dicebatur puls ex pisis [aliisque leguminibus] elixis confecta. [Et in Epigrammate:] *Et radulam, & cochlear, quo puls hauritur.*

Ἔτνος. Puls ex leguminibus elixis confecta.

Ἐτόπασεν. Suspicatus est. Existimavit.

Ἔτορεν. Perforavit. Penetravit. Trajecit.

Ἐτός. Frustra. Perfunctorie. Ἔτος vero, annus. Dativus, τῷ ἔτει. Pluralis, τὰ ἔτη.

Ἐτυρώθη. Spissatum est. Induratum est. David: *Cor eorum lactis instar spissatum est.*

Ἐτώθαζον. Cavillis insectabantur. Deridebant. Conviciis insectabantur. *Illi vero ex turribus murorum Chosroen convitiis insectati sunt, & effuso cachinno deriserunt.* Vel ἐτώθασαν, gloriati sunt.

Ἐτώσιον. Irritum. Vanum.

Ἐτραχηλίασε. Contumax fuit. Ferocem se præbuit. Translatio ducta est a bobus, qui jugum e cervice excutiunt. Jobus: *Coram Domino autem omnipotente ferocem & contumacem se præbuit.*

Ἔτρησεν. Perforavit. Trajecit. Transfixit.

Ἐτρίβετο. Tempus terebatur. Res differebatur. [*Ducibus autem*] *diu dissidentibus, oppugnatio differebatur.*

Ἔτρυχεν. Atterebat. Domabat.

Ἐτρύχωσεν. Attrivit. Afflixit. *Tellus autem sterilitate laborans ipsos ad magnas angustias redegit.*

Ἕτοιμος. Paratus. Promptus. Expeditus.

1 Ἀθάρα μετὰ γάλακτος. & ἐτνήρυσις] Hæc verba, ut supervacanea & sensum omnino turbantia, delenda sunt. Mox scribe, ὥσπερ οἰνήρυσις, ἐν ᾗ τὸν οἶνον ἀρύονται. καὶ πᾶν τὸ ταράσσον &c. Et mox, πίσινον ἀπέψημα. Scholiasta Aristophanis ad *Acharnenses*: Τὴν ἐτνήρυσιν. τὴν ζωμάρυστριν, ἐν ᾗ τὸ ἔτνος ἀρύονται. Et paulo post: Λέγουσι δὲ ἐτνήρυσιν πᾶν τὸ (?). ἔτνος δὲ ἔλεγον τὴν ἀθάραν & τὸ πίσινον ἀφέψημα. Hinc Suidas sua descripsit.

2 Καὶ κνῆστιν, καὶ τὰν ἐτν.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate, quod ex cod. MS. Anthologiæ ineditæ integrum exhibebimus infra v. Κνῆστις.

3 Δαβίδ] Psalm. cxviii. 70.

4 Οἱ δὲ εἰς τὸν Χοσρόην ὕβρ.] Fragmentum hoc legitur apud Procopium lib. ii. *de Bello Pers.* cap. viii. pag. 105.

5 Ἐτραχηλίασε. καυχ.] Confer Hesych. v. Τραχηλιάσας.

6 Ἰώβ] Cap. xv. 25.

Ἑτοίμως. ἑτοιμοτάτως. Ἐτύμως δὲ, ἀληθῶς. διὰ τοῦ υ ψιλοῦ, καὶ ψιλοῦται.

Ἑτοίμως. Prompte. Expedite. At ἐτύμως vere. Scribitur per υ, & spiritu tenui notatur.

Ἔτυμος. ὁ ἀληθής.

Ἔτυμος. Verus.

Ἐτύθη. ἐσφαγιάσθη.

Ἐτύθη. Jugulatus fuit. Mactatus est.

Ἐτυμοκλῆς. ὄνομα κύριον.

Ἐτυμοκλῆς. Etymocles. Nomen proprium.

Ἔειγμεν. ἐοίκαμεν.

Ἔειγμεν. [Per syncopen] pro ἐοίκαμεν. Videmur. Similes sumus.

Ἔοικα βοῦς ἐπὶ σφαγὴν μολεῖν.

Ἔοικα βοῦς ἐπὶ σφ. *Videor bos ad lanienam ire.*

Ἐοίκασι[1] τοῖς ἐκ Πύλου ληφθεῖσι τοῖς Λακωνικοῖς. παροιμία, ἐπὶ τῶν ὠχριώντων καὶ ἰσχνῶν. Πύλος δὲ χωρίον τῆς Λακωνικῆς, ἔνθα Κλέων στρατηγήσας, τοὺς αἰχμαλώτους ἀπὸ Σφακτηρίας ἔλαβεν. εἰκὸς οὖν τούτους διὰ τὸ τοῦ αἰχμαλωτισμοῦ φόβον, καὶ διὰ τὸ πολλαῖς μὲν ἡμέραις πολιορκεῖσθαι ἐν ἐρήμῳ νήσῳ, καὶ ἀφ' ἧς οὐδὲν τῶν ἐπιτηδείων ἦν λαβεῖν, πολλὰς δὲ μετὰ τὴν ἅλωσιν συγκεκλεῖσθαι χρόνῳ δεδεμένους ἐν ξύλῳ, ὠχρούς τε καὶ ἰσχνοὺς καὶ δυσειδεῖς γεγονέναι.

Ἐοίκασι τοῖς ἐκ Π. *Similes sunt Lacedæmoniis illis, qui ex Pylo captivi [Athenas] abducti sunt.* Proverbium est, quod dicitur de pallidis & macilentis. Pylus enim erat locus in Laconia, ubi Cleon, Atheniensium dux, bellum gessit, & Lacedæmonios, qui in Insula Sphacteria erant, captivos duxit. Quare necesse est, illos propter obsidionem diuturnam, quam in Insula deserta, omniumque rerum ad victum necessariarum inopia laborante, sustinuerant, & quod post captivitatem compedibus & nervis vincti in carcere diu detenti fuissent, pallore & macie confectos fuisse.

Ἔοικεν. ἔπρεπεν.

Ἔοικεν. Decebat. Conveniebat.

Ἐοικότα. πρόσφορα.

Ἐοικότα. Commoda. Congrua. Convenientia.

Εὖ. καλῶς. Ἐρᾷ αὐτῆς ἀνὴρ Ῥωμαῖος, Ἄππιος ὄνομα, τὸ εὖ γεγονότων.

Εὖ. Bene. Præclare. Recte. *Ipsam amat vir Romanus, nomine Appius, nobili genere natus.*

Εὔα. ἡ πρώτη γυνὴ, καὶ πρώτη παράβασις τοῦ κόσμου· εἰ καὶ Ἀδὰμ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς Ζωὴν ταύτην κέκληκεν, ὡς ἐσομένην μητέρα τῶν ζώντων.

Εὔα. Eva. Prima mulier, & primum mundi peccatum; quamvis Adamus ipsius maritus eam vocaverit *Vitam*, ut futuram viventium matrem.

Εὐά. τράγου φωνῆς μίμημα. Ὁ δὲ τράγος ἐκ τοῦ φρέατος ἀπεπήδησε, τὸ αὐτὸ φωνήσας εὐά.

Εὐά. Eva. Imitatio vocis hircinæ. *Hircus autem ex puteo exiliit, eandem vocem Eva proferens.*

Εὐαγγελάων. ὄνομα κύριον.

Εὐαγγελάων. Evangelaon. Nomen proprium.

Εὐαγγέλιον. τὰ κάλλιστα διαγγέλλον.

Εὐαγγέλιον. Lætum nuncium.

Εὐαγγελίζομαί σε. αἰτιατικῇ. Εὐαγγελίζομαι δέ σοι χαράν.

Εὐαγγελίζομαί σε. Cum accusativo. Evangelium tibi prædico. At εὐαγγελίζομαί σοι χαράν, lætum nuncium tibi affero; [cum dativo.]

Εὐάγγελος, κωμικός. Τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν Ἀνακαλυπτομένη·[2] ὡς Ἀθήναιος ἐν τοῖς Δειπνοσοφισταῖς.

Εὐάγγελος, Evangelus, Comicus. Inter fabulas ejus est & illa, quæ Ἀνακαλυπτομένη dicitur: ut ait Athenæus in *Dipnosophistis.*

Εὐαγές. ἁγνόν. καθαρόν. εὐσεβές. ὅσιον. θειότατον. Γένους δὲ ἦν εὐαγοῦς, οὐκ ἐπὶ δυνάμει τρυφώσῃ λαμπρυνομένου, οὐδὲ ἐπὶ χρήμασι περιουσίᾳ κολακικῇ.

Εὐαγές. Castum. Purum. Pium. Sanctum. Divinum. *Erat autem pio genere ortus, quod nec potentia, nec opibus nimis conspicuum esset.*

Εὐαγές. [3]καλῶς κεκλασμένον.

Εὐαγές. Quod facile frangi potest.

Εὐαγής. καλῶς περιηγμένος. μεταφορικῶς, κύκλος. καὶ [4]ἐν Ἐπιγράμματι·

Πιερικὰν σάλπιγγα, τὸν εὐαγέων βαρὺν ὕμνων
Χαλκευτὰν κατέχει Πίνδαρον ἅδε κόνις.

Εὐαγής. [Proprie,] bene circumductus. Metaphorice, rotundus instar circuli. [Item, sacer, sanctus.] In Epigrammate: *Pieriam tubam, sacrorumque & gravium hymnorum fabrum, Pindarum hic pulvis habet.*

Εὐάγητον. καθαράν. λαμπράν. [5]Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Δροσερὰν φύσιν εὐάγητον.

Εὐάγητον. Puram. Claram. [Mobilem. Quæ huc illuc agitur.] Aristophanes *Nubibus: Naturam roscidam, & quæ facile huc illuc agitur.*

Εὐάγκαλον. ἐλαφρόν. εὔμαρη. Ὁ δὲ Αἰνείας τὸν

Εὐάγκαλον. Leve. Portatu facile. *Æneas*

1 Ἐοίκασι τοῖς ἐκ Πύλου ληφθ.] Aristophanes *Nubibus* pag. 134.
Τί θαυμάζετε; τῷ σοι δοκοῦσιν ἐοικέναι;
Τοῖς ἐκ Πύλου ληφθεῖσι τοῖς Λακωνικοῖς.
Vide ibi Scholiastam, ex quo totum hunc locum Suidas descripsit.
2 Ὡς Ἀθήναιος ἐν Δειπνοσ.] Lib. XIV. pag. 644. sed ubi fabula hæc appellatur Ἀνακαλυπτομένη.

3 Καλῶς κεκλασμ.] Imo potius ῥᾳδίως κεκλασμένον: quam lectionem in versione expressi.
4 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. III. cap. XXV. Epigr. XXVI. ut Portus etiam monuit. Sed ibi pro βαρὺν ὕμνων rectius una voce legitur, βαρυύμνων.
5 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 140. (75. Ed. Bas. P.)

πατέρα

πατέρα ἐπιθέμενος τοῖς ὤμοις, ἐξῆγε Φρυγῶν, ὡς ὑιεῖ φιλοπάτορι καὶ τοῦτον εὐάγκαλον. οὕτω φησὶν Αἰλιανός.

Εὐαγόρας, Λίνδιος, ἱστορικός. ἔγραψε βίον Τιμαγένους, καὶ ἑτέρων λογίων ζητήσεις, κατὰ στοιχεῖον. Θουκυδίδου τέχνην ῥητορικὴν, ἐν βιβλίοις ε'. Τῶν παρὰ Θουκυδίδῃ ζητουμένων κατὰ λέξιν. Ἱστορίαν, περιέχουσαν τὰς Αἰγυπτίων βασιλείας.

Εὐάγωγον. εὐχερές. καλῶς ἀναγόμενον. ἢ εὐάγωγον. εὐτράπελον. εὔληπτον.

Εὐάγριος. οὗτος ἔγραψε διάφορα καὶ ὑπόμνημα εἰς τὰς παροιμίας τοῦ Σολομῶντος.

Εὔαδεν. ἤρεσεν.

Εὐάθλους[1] δέκα. Εὔαθλος ῥήτωρ ἦν πονηρός. Ἀριστοφάνης Ὁλκάσιν·

Ἔστι τις πονηρὸς ἡμῖν τοξότης συνήγορος,
Ὥσπερ Εὔαθλος παρ' ἡμῖν τοῖς νέοις.

ἦν δὲ καὶ εὐρύπρωκτος, καὶ λάλος, καὶ ἀγεννής. διὸ καὶ τοξότην αὐτὸν καλεῖ, οἷον ὑπηρέτην.

Εὐάλωτον. εὐκόλως χειρούμενον.

Εὐανακλήτως. συμπαθῶς. [2] Καὶ πρὸς τοὺς χαλεπήναντας καὶ πλημμελήσαντας εὐανακλήτως ἔχειν, καὶ εὐαναδιδάκτως, ἐπειδὰν αὐτοὶ ἐπανελθεῖν θέλωσι.

Εὐανδρία. Δείναρχος. Εὐανδρίας ἀγὼν ἤγετο.

Εὐανθὴς γλῶσσα. ἡ ἄκρως ἠττικισμένη ὁμιλία, καὶ πολλῶν γέμουσα χαρίτων, καὶ μουσικῶν ἀπηχημάτων ἀπόζουσα.

Εὐάντητος. εὐαπάντητος. ἔστι δὲ καὶ ὄνομα κύριον.

Εὐάντυγα. εὐάξονα.

Εὐάρεστος.

Εὐαρεστῶ. δοτικῇ.

Εὐαρίθμητοι. ὀλίγοι. Ἐν εὐαριθμήτοις ἡμέραις τῷ Καίσαρι συνόντες. ἀντὶ τοῦ, ὀλίγαις.

Εὐαρμοστότερος. τοῦ συμφέροντος στοχαζόμενος. [3] Ὁ δὲ ἐδόκει πρὸς πάντας τοὺς καιροὺς εὐαρμοστότερος εἶναι [4] Πεισιστράτου, διὰ τὸ βαθύτερος τῇ φύσει, καὶ στασιμώτερος μᾶλλον, ἢ τολμηρότερος ὑπάρχειν.

Εὐαστήρ. ἐπίθετον Διονύσου. παρὰ τὸ εὐοῖ ἐνθουσιαστικόν. ἐν [5] Ἐπιγράμματι·

Ἀγρονόμῳ τάδε Πανὶ, καὶ Εὐαστῆρι Λυαίῳ,
Πρέσβυς, καὶ Νύμφαις, Ἀρκὰς ἔθηκε Βίτων.

Εὐαφές. εὐμάλακτον. εὐψηλάφητον.

patrem humeris impositum [Troja] extulit; onus filio pio portatu facile. Sic Ælianus inquit.

Εὐαγόρας. Euagoras, Lindius, Historicus. Scripsit vitam Timagenis, & aliorum doctorum virorum quæstiones, ordine alphabetico. Thucydidis artem Rhetoricam, libris quinque. De difficilioribus & obscurioribus dictionibus apud Thucydidem. Historiam Regum Ægyptiorum.

Εὐάγωγον. Quod facile duci, vel tractari potest. Bene educatum. Vel, quod facile capi potest.

Εὐάγριος. Euagrius. Hic varia scripsit, & inter ea, commentarium in Proverbia Salomonis.

Εὔαδεν. Placuit.

Εὐάθλους δέκα. Euathlos decem. Euathlus erat orator improbus. Aristophanes *Holcadibus*: *Est nobis improbus sagittarius patronus, ut Euathlus apud nos juniores.* Idem autem & latum culum habebat, eratque garrulus & ignobilis. Ideo & sagittarium eum vocat: quod idem est, ac si diceret, ministrum.

Εὐάλωτον. Quod facile capi potest.

Εὐανακλήτως. More ejus, qui facile placari & ab ira revocari potest. *Placabilem & reconciliatu facilem esse adversus eos, qui offensionis causam dederunt, vel aliquid deliquerunt, simulac illi in gratiam redire voluerint.*

Εὐανδρία. Fortitudo. Dinarchus: *Certamen fortitudinis agebatur.*

Εὐανθὴς γλῶσσα. Sermo summe Atticus, multisque leporibus plenus, & numeros musicos redolens.

Εὐάντητος. Cui facile occurri potest. Cujus faustus est occursus. Est etiam nomen proprium.

Εὐάντυγα. Pulchros axes habentem.

Εὐάρεστος. Valde gratus.

Εὐαρεστῶ. Dativo jungitur. Valde placeo.

Εὐαρίθμητοι. Pauci. *Per dies paucos cum Cæsare versati.*

Εὐαρμοστότερος. Convenientior. Accommodatior. Qui conjicere novit, quid e re sit. *Ille vero videbatur ad omnia tempora accommodatior esse, quam Pisistratus, quod ingenio sagaciore, & majore constantia, quam audacia, præditus esset.*

Εὐαστήρ. Euaster. Epithetum Bacchi. Ab εὐοῖ, quæ est vox bacchantium. In Epigrammate: *Pani rure degenti, & Euasteri Baccho, & Nymphis, senex Arcas Biton hæc dedicavit.*

Εὐαφές. Molle. Tactu facile.

1 Εὐάθλους δέκα] Aristophanes *Acharnens.* pag. 405. (390. Ed. Bas. P.)

Ἀλλὰ καταπέπλακας γε ἂν πρῶτον Εὐάθλους δέκα.

Vide ibi Scholiastam, cujus verba Suidas hic descripsit. Idem Scholiasta ad *Vespas* pag. 472. Εὔαθλος, ῥήτωρ, συκοφάντης· οὗ μνημονεύει ἐν τοῖς Ἀχαρνεῦσι καὶ ἐν Ὁλκάσι.

2 Καὶ πρὸς τοὺς χαλεπήναντας καὶ πλημμελήσαντας εὐανακλ.] Hæc sunt verba Marci Antonini lib. 1. §. VII. ut Pearsonius etiam observaverat. Sed ibi pro εὐαναδιδάκτως hodie legitur εὐδιαλλάκτως: pro quo Xylander, probante etiam Gatakero, reponit, εὐδιαλλάκτως; quam lectionem, utpote meliorem, & nos hic in versione secuti sumus.

3 Ὁ δὲ ἐδόκει πρὸς πάντας τοὺς κ.] Hæc sunt verba Polybii de Pamphilida Rhodiorum Nauarcho, ut discimus ex Collectaneis Constantini a Valesio editis, p. 110. ubi locus hic auctior legitur.

4 Πεισιστράτου] Scribe Πανσιστράτου: ut habet Polybius loco laudato.

5 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. VI. cap. VII. Epigr. X. ut Portus etiam monuit.

Εὐάφορα. εὔσκοπα. εὐθεώρητα. Κολωνὸν ἐπιλεξάμενος, ἀφ' οὗ τά τε ἔμπροσθεν καὶ τὰ κατόπιν εὐάφορα ἦν, λόχον ἐπ' αὐτοῦ ἐπέστησεν.

Εὖ βεβηκότα. εὐσταθῆ.

Εὐβοεῖς. ἐθνικόν.

Εὔβολον. καλὰ βοσκήματα ἔχουσαν.

Εὐβουλία. ἐπιστήμη τοῦ σκοπεῖσθαι, ποῖα καὶ πῶς πράττοντες πράξομεν συμφερόντως.

Εὔβουλος. δημαγωγὸς ἦν ἐπιφανέστατος.

Εὔβουλος, [1] Κήττιος, Ἀθηναῖος, υἱὸς Εὐφράνορος, κωμικός. ἐδίδαξε [2] δράματα ρδ'. ἦν δὲ κατὰ ρα' Ὀλυμπιάδα, μεθόριος τῆς μέσης κωμῳδίας, καὶ τῆς παλαιᾶς.

Εὔβοια. ἡ νῆσος.

Εὐγαίων. ὄνομα κύριον.

Εὖγε. καλῶς. ὁσίως. λέγεται κατ' εἰρωνείαν πολλάκις.

Εὐγενάτορος. σοφιστοῦ τινος.

Εὐγενέστερος Κόδρου. τοῦ υἱοῦ Μελάνθου τοῦ Μεσσηνίου, πατρὸς δὲ Μέδοντος, καὶ Νηλέως. οὗτος ὁ Κόδρος Δωριέων ἐπιστρατευσάντων Ἀθηναίοις, ἐπεὶ τοὺς ἐκ Πελοποννήσου φυγάδας προσεδέξαντο, ἐν οἷς καὶ Μέλανθον, χρησμοῦ δὲ αὐτοῖς δοθέντος, αἱρήσειν τὴν πόλιν, ἐὰν ἀπόσχωνται τοῦ τῶν πολεμίων βασιλέως, νοήσας τὸν χρησμὸν, ἀναλαβὼν ὑλοτόμου ἐσθῆτα, καὶ ἐντυχὼν τοῖς φύλαξι τῶν Δωριέων, ἕνα ἐξ αὐτῶν ἀνεῖλε. διοργισθέντες δὲ οἱ λοιποὶ, συλλαβόντες αὐτὸν ἀνεῖλον, ὥς Εὔδημος. οἱ δὲ περὶ Κόδρου φασὶν, ὅτι βασιλεύοντος αὐτοῦ Ἀθηναίων, τοῖς Λακεδαιμονίοις γενομένης ἀφορίας κατὰ τὴν χώραν πᾶσαν, ἔδοξε στρατεύειν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, ὅπως ἐξαναστήσαντες τῆς Ἀττικῆς τοὺς ἐνοικοῦντας, αὐτοὶ κατανείμωνται τὴν χώραν. καὶ πυνθάνεσθαι τῆς Πυθίας, εἰ λήψονται τὰς Ἀθήνας. ἀνεῖλε δὲ αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ, ὅτι τὴν πόλιν οὐχ αἱρήσουσιν, ἐὰν τὸν βασιλέα τῶν Ἀθηναίων Κόδρον ἀποκτείνωσι· καὶ ἐστράτευσαν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας. Κλεομένην δὲ τὸν Δελφὸν πυθέσθαι τὸν χρησμὸν, καὶ ἀποστεῖλαι Ἀθηναίοις. τοῦτο μαθὼν ὁ Κόδρος, πρὸ τῆς πόλεως ἐξελθὼν, φρύγανα συνέλεγε. δύο δέ τινων ἐλθόντων πρὸς αὐτὸν, πυνθάνεσθαι τίς εἴη. ὁ δὲ Κόδρος τῷ δρεπάνῳ πλήξας, ἀπέκτεινε τὸν ἕτερον αὐτῶν. ὁ δὲ ἕτερος ἀνεῖλε τὸν Κόδρον. οἱ δὲ ῥήτορες τῷ Κόδρῳ ἐπὶ τοῦ ἐντίμου ἐχρήσαντο, ὥς φησιν Εὔδημος ἐν τῷ περὶ λέξεων ῥητορικῶν.

Εὐάφορα. Loca edita, unde longe prospici potest. *Cum collem elegisset, unde & anteriora & posteriora facile prospici poterant, insidias in eo collocavit.*

Εὖ βεβηκότα. Stabilem, Firmum.

Εὐβοεῖς. Eubœenses. Nomen gentile.

Εὔβοτον. Bonas pecudes habentem. Pascuis abundantem.

Εὐβουλία. Prudentia. Sive, scientia dispiciendi, quid & quomodo aliquid faciendum sit, ut commodis nostris consulatur.

Εὔβουλος. Eubulus. Fuit demagogus clarissimus.

Εὔβουλος. Eubulus, Cettius, Atheniensis, Euphranoris filius, Comicus. Docuit fabulas CIV. vixitque Olympiade CI. medio inter mediam & veterem comœdiam tempore.

Εὔβοια. Eubœa, insula.

Εὐγαίων. Eugæon. Nomen proprium.

Εὖγε. Euge. Id est, bene, præclare. Sæpe etiam per ironiam dicitur.

Εὐγενάτορος. Eugenatoris. Sophistæ cujusdã.

Εὐγενέστερος Κόδρου. Generosior Codro. Hic erat filius Melanthi Messenii; pater vero Medontis & Nelei: qui, cum Dorienses bellum Atheniensibus intulissent, quod ex Peloponneso profugos recepissent, (inter quos & Melanthũ) cumque oraculum ipsis redditum fuisset, ipsos urbem capturos esse, si ab hostium Rege manus abstinerent; ille cognito hoc oraculo, sumpta lignatoris veste, cum incidisset in Doriensium custodes, unum ex ipsis interfecit. Reliqui igitur, ut ait Eudemus, ira accensi eum comprehensum vicissim occiderunt. Alii vero de Codro rem ita narrant. Codro Athenis regnante, cum tota Laconia sterilitate laboraret, Lacedæmoniis visum est bellum Athenis inferre, ut expulsis Atticæ incolis, ipsi regionem illam inhabitarent. Quare Pythiam consuluerunt, an Athenas essent capturi. Cum autem Deus ipsis respondisset, ipsos urbem non capturos, si Codrum Atheniensium Regem interfecissent, ita demum Athenis bellum intulerunt. Sed Cleomenem Delphum hoc oraculum audivisse, & Atheniensibus misisse [dicunt.] Quo Codrus cognito, progressus ex urbe, sarmenta collegit. Duobus autem cum adeuntibus, ut ex eo quærerent, quisnam esset; Codrus alterum ipsorum falce percussum occidit. Quo facto, alter Codrum vicissim interfecit. Oratores vero Codri nomine utuntur pro honorato [& nobili:] ut ait Eudemus in Lexico Rhetorico.

1 Κήττιος] Menagius ad Laert. lib. II. segm. LX. recte monuit, legendum esse Σφήττιος; a Σφηττός, quod erat nomen populi Attici, tribus Acamantidis, ut ex Grammaticis constat. Hinc etiam Æschines Socraticus dictus fuit Σφήττιος, teste Suida supra v. Αἰσχίνης.

2 Δράματα ρδ'] Sic habent MSS. Paris. At priores Editt. κδ'. i. e. XXIV. quæ immanis est differentia. Scripsisse autem Eubulum plures fabulas, quam XXIV. satis patet ex eo, quod tituli fabularum, ab auctoribus hodie adhuc exstantibus laudatarum, numerum illum excedant; quorum ecce catalogum: Ἀγκυλίων. Ἀγχίσης. Ἀμαλθεία. Ἀμφίβολος. Ἀνασωζόμενοι. Ἀντιόπη. Ἄσωτοι. Αὔγη. Βελλεροφόντης. Γανυμήδης. Γλαῦκος. Δαίδαλος. Δαμαλία. Δευκαλίων. Διογένης πράσις? Διόνυσος. Εὐρώπη. Ἠχώ. Ἰάλεμος. Ἰξίων. Ἴων. Καλαθηφόροι. Κάλαυγχος. Καμπυλίων. Κατακολλώμενος. Κέρκωπες. Κλεψύδρα. Κυβευταί. Λάκωνες. Λάκωνες ἢ Λήδα. Λυσίας. Μήδεια. Μυλωθρίς. Μυσοί. Ναννίον. Ναυσικάα. Νεοττίς. Ξοῦθος. Ὀδυσσεὺς, ἢ Πανόπται. Οἰδίπους. Ὀλβία. Ὀρθάννης. Πάμφιλος. Παννυχίς. Παρμενίσκος. Πίλοψ. Πορνοβοσκός. Προκρίς. Προσουσία, ἢ Κύκνος. Σεμέλη ἢ Διόνυσος. Στεφανοπώλιδες. Σφιγγοκαρίων. Τιτθαί. Τίτανες. Τύραννος. Φοῖνιξ. Χάριτες. Χρυσίλλα. Ψάλτρια. Vide Meurtium in *Bibliotheca Attica*.

Εὐγέ-

Εὐγένειά. ἡ καλὴ γενεά. Εὐγενία δὲ, ὄνομα κύριον, διὰ τοῦ ι.

Εὐγενής. ἐπὶ γένους. ἢ ἐπὶ παιδείας. Ἐπὶ δὲ τῆς τελευτῆς, ἐπεὶ ἔδει τὴν ὅπλων παράδοσιν ποιήσασθαι, ὀδυρμός τις εὐγενὴς ἦν, καὶ παράστασις ψυχῆς πρὸς ἐλευθερίαν ἐνέπεσε τοῖς πλήθεσι. [1] Σοφοκλῆς·

Ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι
Τὸν εὐγενῆ χρή. πάντ' ἀκήκοας λόγον.

Εὐγένιος, [2] Τροφίμου, Αὐγουστοπόλεως, τῆς ἐν Φρυγίᾳ, γραμματικός. οὗτος ἐδίδαξεν ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ τὰ μάλιστα διαφανὴς ἦν, πρεσβύτης ἤδη ὢν, ἐπὶ Ἀναστασίου βασιλέως. ἔγραψε κωλομετρίαν τῶν μελικῶν Αἰσχύλου, Σοφοκλέους, καὶ Εὐριπίδου, ἀπὸ δραμάτων ιε΄. περὶ τοῦ, Τί τὸ παιωνικὸν, παλιμβάκχειον. περὶ τῶν τεμενικῶν, ὅπως προφέρεται· οἷον Διονύσιον, Ἀσκληπιεῖον. Παμμιγῆ λέξιν, κατὰ στοιχεῖον. ἔχει δὲ καὶ τὰ παράδοξα περὶ τόνον, ἢ πνεῦμα, ἢ γραφὴν, ἢ μῦθον, ἢ παροιμίαν, ἑπόμενα αὐτῇ. περὶ τῶν εἰς α ληγόντων ὀνομάτων, οἷον ἔνδεια, ἢ ἐνδία· καὶ πότε διφορεῖται· καὶ ἄλλα τινὰ τρίμετρα ἰαμβικά.

Εὔγειος. τόπος καλὴν ἔχων γῆν. καὶ οὐδετέρως τὸ εὔγεον. τὸ [3] πρὸς τὴν δύσιν κείμενον.

Εὐγηρόταλος. καλὸς γέρων. ἀξιότιμος.

Εὐγνωμοσύνη. εὔνοια. γνησιότης.

Εὔγνωστος. Φανερός.

Εὐγράμματον ὄνομα. τὸ εὔφημον. Οὐκ εὐγράμματον δὲ, τὸ δύσφημον· ὡς τὸ, Νεφέρσωφρις Αἰγύπτου βασιλέως.

Εὐδαμίδας. ὄνομα κύριον.

Εὐδαίμων. Καὶ γηρῶντι γῆρας εὐδαίμόν τε καὶ μακαριστόν. καὶ εὐδαιμονέστατος. εὐτυχής. πλουσιώτατος. μακαριστότατος. Εὐδαιμονία δέ ἐστιν, [4] εὔροια βίου. καὶ εὐδαίμων, ὁ κατ' ἀρετὴν ἐνεργῶν.

Εὐδαιμονέστερος [5] τῶν Καρκίνου στροβίλων. ἀντὶ τοῦ, κακοδαιμονέστατος. ἐν εἰρωνείᾳ. Στροβίλους φησὶν Ἀριστοφάνης τοὺς υἱοὺς Καρκίνου τοῦ ποιητοῦ, οὓς ἀνωτέρω ὄρτυγας καὶ γυλιαυχένους εἴρηκε, διὰ τὸ [6] τραχὺ τοῦ σώματος. ἢ πρὸς τὸ τοῦ καρκίνου ὄνομα παίζων. ὀστρακόδερμοι γὰρ οἱ καρκῖνοι· καθάπερ καὶ οἱ στρόβιλοι. ἢ διὰ τὸ ἐν τῇ ὀρχήσει στροβεῖσθαι. ἐπεὶ καὶ οἱ στρόβιλοι κώνων ἔχουσι δίκην. ἢ ὅτι στρόβιλός ἐστιν ἡ συστροφή. στροβίλους οὖν εἶπε, καθὰ καὶ ἀλλαχοῦ, γυλιαύχενας. καὶ [7] Σοφοκλῆς·

Εὐγένεια. Nobilitas generis. Εὐγενία vero, per ι, nomen proprium. Eugenia.

Εὐγενής. Nobili genere natus. Vel, claram patriam habens. Generosus. *Postremo vero, cum arma tradenda essent, generosa quædam lamentatio exorta est, & animi multitudinis ad libertatem tuendam incitati sunt.* Sophocles: *Sed aut honeste vivere, aut honeste mori virum generosum oportet. Rem totam audivisti.*

Εὐγένιος. Eugenius, Trophimi filius, Augustopolitanus, Phryx, Grammaticus: docuit Constantinopoli, ubi valde clarus fuit, cum jam esset senex, sub Anastasio Imperatore. Scripsit de dimensione versuum melicorum Æschyli, Sophoclis, & Euripidis, in fabulis XV. De Pæonio & Palimbacchio. De nominibus templorum, & quomodo ea proferri debeant: ut Διονύσιον, Ἀσκληπιεῖον. Vocabula miscellanea ordine alphabetico: in quo opere etiam nova quædam & singularia habet ad accentum, spiritum, scripturam, fabulam, aut proverbium pertinentia. De nominibus in α desinentibus, ut ἔνδεια, vel ἐνδία: & quando ea bifariam efferantur. Item, alia quædam Jambica trimetra.

Εὔγειος. Fertile & bonum solum habens. Et in neutro genere εὔγειον. Quod ad occasum situm est.

Εὐγηρόταλος. Cui fortunata est senectus. Senex honore dignus.

Εὐγνωμοσύνη. Benevolentia. Animus ingenuus.

Εὔγνωστος. Notus. Facilis cognitu.

Εὐγράμματον ὄνομα. Nomen boni ominis. At οὐκ εὐγράμματον, nomen mali ominis: ut illud Regis Ægypti nomen, Nephersophris.

Εὐδαμίδας. Eudamidas. Nomen proprium.

Εὐδαίμων. Beatum. *Et senescenti senectus [contigit] fortunata, & digna quam omnes beatam prædicarent.* Et εὐδαιμονέστατος, beatissimus, felicissimus. Εὐδαιμονία vero, est vitæ prosperitas. Et εὐδαίμων i. e. felix, est ille, qui secundum virtutem agit.

Εὐδαιμονέστερος τῶν Καρκ. Felicior Carcini strobilis. Id est, Infelicissimus. Per ironiam enim hoc a poeta dictum est. Nuces pineas autem Aristophanes appellat Carcini poetæ filios, quos supra coturnices vocaverat, & collum gylio simile habere dixerat, propter corporis asperitatem. Vel alludit ad nomen cancri. Cancri enim testis tecti sunt: ut & conchæ illæ, quæ strobili, vel turbines vocantur. Vel, propter orbiculatas illorum saltationes. Nam & strobili coni figuram habent, & in acutum desinunt. Vel quia στρόβιλος est tur-

1 Σοφοκλῆς] *Ajace*, pag. 29. ut Portus monuit.

2 Εὐγένιος] Hujus Eugenii meminit Stephanus Byzantius v. Ἀνακτόρειον.

3 Τὸ πρὸς τὴν δύσιν κείμενον] Hæc interpretatio non pertinet ad vocem εὔγειον, sed εὐδείελος; quæ duo vocabula nescio quomodo Suidas hic confuderit. Scholiasta Homeri ad Odyss. Β. v. 167. Εὐδείελον. ἐν πρὸς δύσιν κειμένην. Et ad Odyss. Ι. v. 21. Εὐδείελον. πρὸς δύσιν τῶν ἄλλων κειμένην.

4 Εὔροια] Hæc vox Stoicis propria erat, qua illi felicitatem & prosperitatem significabant. Sextus Empiricus lib. x. contra Mathematicos: Εὐδαιμονία ἐστὶν, ὡς οἵ τε περὶ τὸν Ζήνωνα καὶ Κλεάνθην καὶ Χρύσιππον ἀπέδοσαν, εὔροια βίου. Laert. in *Zenone Citt.* segm. LXXXVIII. Εἶναι δ' αὐτὸ τοῦτο τὴν τοῦ εὐδαίμονος ἀρετὴν καὶ εὔροιαν βίου, &c. Vide ibi Menagium.

5 Εὐδαιμονέστερος τῶν Καρκίνου στροβίλων. ἀντὶ τοῦ κακοδ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Pacem*, pag. 688. (467. Ed. Bas. *P.*)

6 Τραχὺ τοῦ σώματος] Sic etiam habet Scholiasta Aristophanis. Sed cum Porto legere malim, βραχὺ τοῦ σώματος. Filii enim Carcini ob brevitatem corporis & exiguam staturam a Comicis perstringebantur: unde Aristophanes in eadem fabula, pag. 682. eos νανοφυεῖς, i. e. nanorum staturam habentes, appellat.

7 Σοφοκλῆς] *Oedip. Colon.* pag. 276. ut Portus monuit. Ibi autem pro εὐδαιμονέστερος rectius legitur εὐδαιμονοίης, per οι.]

Οὐ πάνυ μοίρας εὐδαιμονίστου
Πρώτης. ———
ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἀγαθῆς, ἀλλὰ κακῆς. οὐ πάνυ τῆς πρώτης κατ' εὐδαιμονίαν μοίρας· τοὐναντίον δὲ, κατὰ δυσδαιμονίαν ἐσχάτης.

bo venti. Στρεβίλους igitur eos appellavit; quemadmodum & alibi γυλιαύχενας, i. e. collum gylii instar oblongum habentes. Et Sophocles: *Sors mea non est talis, ob quam felix censendus sim.* Vel, sors mihi obtigit, non bona, sed mala. Vel, sors mea non est felicitatis primæ, sed potius infelicitatis extremæ.

Εὐδαιμονία. εὐτυχία. εὐπραγία.

Εὐδαιμονία. Beatitudo. Felicitas.

Εὐδαιμονία,[1] καὶ εὐδαίμων. Εἰσί τινα τῶν ἐναντίων ἄμεσα· οἷον τῷ ἀνθρώπῳ,[2] νόσον, καὶ ὑγίειαν· καὶ λευκὸν, καὶ μέλαν. εὐδαίμων δὲ, καὶ κακοδαίμων, τῶν ἐμμέσων. εἰ γάρ τις εὐδαίμων, οὗτος οὐ κακοδαίμων. οὐ μὴν εἰ οὐκ εὐδαίμων, κακοδαίμων ἐξ ἀνάγκης. οὐ γὰρ ἀμέσως ἀντίκειται εὐδαιμονία τε καὶ κακοδαιμονία· ἐπεὶ ἐνδέχεταί τινα σπουδαῖον ὄντα, μὴ εἶναι εὐδαίμονα. καὶ εἰ μὲν οὐ σπουδαῖος, οὐκ ἐξ ἀνάγκης κακός. οὐ γὰρ ἄμεσα ἀρετὴ καὶ κακία. καὶ ὁ μὲν σώφρων οὐ μαίνεται· οὐ μὴν ὁ μὴ σώφρων, μαίνεται. ὥστε οὐκέτι πρὸς κατασκευὴν καὶ ἀνασκευὴν τὰ οὕτως ἐναντία χρήσιμα. μεταφέροντες δὲ τὸν λόγον κατὰ τὴν ἐτυμολογίαν, λέγομεν, ὅτι ὁ σπουδαῖος εὐδαίμων ἐστί· τὸν εὐδαίμονα μεταλαμβάνομεν εἰς τὸν κατὰ τὴν ἐτυμολογίαν λόγον. ὁ γὰρ εὖ τὸν δαίμονα ἔχων, σημαίνεσθαι δοκεῖ τῷ τοῦ εὐδαίμονος ὀνόματι. εἰ δὴ δαίμων ἑκάστου ἡ ψυχὴ, καθὰ Ξενοκράτει δοκεῖ· εἴη ἂν εὐδαίμων, ὁ εὖ τὴν ψυχὴν ἔχων. εὖ δὲ τὴν ψυχὴν ἔχει ὁ σπουδαῖος. σπουδαῖος δὲ ἄρα ὁ εὐδαίμων.

Εὐδαιμονία. Beatitudo. Et εὐδαίμων, beatus. Quædam contrariorum medio carent: ut in homine, morbus, sanitas. Item album, & nigrum. At felix & infelix habent medium. Si quis enim est felix, is non est infelix. Non tamen, si non est felix, infelix est necessario. Neque enim sine medio felicitas & infelicitas opponuntur. Nam fieri potest, ut aliquis, qui vir bonus est, non sit felix. Et si quidem aliquis non est bonus, non ideo est necessario malus. Non enim medio carent virtus & vitium. Et temperans quidem non insanit. Non tamen ille, qui non est temperans, necessario insanit. Quamobrem hujusmodi contraria non valent ad aliquid confirmandum, vel refutandum. Si vero rem ad etymologiam revocemus, dicentes, virum bonum esse εὐδαίμονα, i. e. beatum: ex etymologia vocis εὐδαίμων argumentum petimus. Εὐδαίμων enim, si etymologiam spectes, apud Græcos videtur appellari ille, qui bonum habet dæmonem. Si igitur cujusque dæmon est animus, ut Xenocrati placet; beatus erit ille, qui animo bene se habet. Bonus autem vir animo bene se habet. Vir igitur bonus est beatus.

Εὐδαίμων. Πολλὰ μὲν οὖν χρήματα εὑρίσκεται, καὶ ἄλλα, ὅσα ἐπὶ προσλήψει τοῦ εὐδαίμονος ὠφελεῖ τοὺς ἔχοντας.

Εὐδαίμων. Felix. Beatus. *Multæ igitur aliæ res inveniuntur, quæ habentibus prosunt, ut quis beatus dicatur.*

Εὐδαίμων. ὁ πλούσιος. ὁ ἐνάρετος. Πᾶσα ἀνάγκη τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἐν ᾅδου ἔσεσθαι ἄμεινον· τοῖς δὲ κακοῖς κάκιον. οἶμαι δὲ καὶ ἐνθάδε ἔτι διατρίβουσι, τοῖς μὲν δικαίοις, ἀκολουθήσειν εὐδαίμονα χάριν· τοῖς δὲ ἀδίκοις, κακοδαίμονα τίσιν.

Εὐδαίμων. Dives. Vel, virtute præditus. *Omnino necesse est, bonis quidem apud Inferos melius esse; malis vero, pejus. Quinetiam existimo illos in hac vita adhuc viventes, justos quidem felicitatem, ut præmium; injustos vero infelicitatem, ut pœnam, comitaturam esse.*

Εὐδαίμων, Πηλουσιώτης, γραμματικὸς, σύγχρονος Λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ· πρὸς ὃν καὶ[3] διαφόρως φαίνεται γράφων. οὗτος ἔγραψε ποιήματα διάφορα· Τέχνην γραμματικήν· Ὀνοματικὴν ὀρθογραφίαν.

Εὐδαίμων. Eudæmon, Pelusiota, Grammaticus, æqualis Libanii Sophistæ: ad quem etiam diversa scripsit. Hic varia poemata conscripsit. Item, Artem Rhetoricam, & Orthographiam nominum.

Εὐδαίμων[4] ὁ Κορίνθιος, ἐγὼ[5] δ' εἴην Τενεάτης. [6]Τενεα δὲ κώμη πλησίον Κορινθίων κατάφυλος. ὡς

Εὐδαίμων ὁ Κορ. *Fortunatus est Corinthius: ego vero sim Teneates.* Tenea autem est op-

1 Εὐδαιμονία] Totum hunc articulum consarcinavit Suidas ex Alexandro Aphrodis. in *Topic.* lib. 1. pag. 94.

2 Νόσον, & ὑγίειαν] Scribe, νόσος, & ὑγίεια, in casu primo.

3 Διαφόρως] Lego, διάφορα.

4 Ὁ Κορίνθιος] Sic etiam habent Stephanus Byzantius v. Τενέα; & Eustathius ad Il. Β. qui idem proverbium referunt. Sed cum lectioni illi metrum versus repugnet; vel secundum Erasmum scribendum putem, Εὐδαίμων γε Κόρινθος &c. vel, Εὐδαίμων ὁ Κόρινθος: ut habent Strabo lib. VIII. pag. 380. & Zenobius Centur. III. Adag. XCVI. quos sequitur Scaliger in *Stromatee Proverbiorum metricorum.* Quamvis enim Κόρινθος, more aliarum urbium, plerumque cum genere fœminino construatur; dicebatur tamen etiam ὁ Κόρινθος genere masculino: ut vel ex proverbio illo patet, Ὁ Διὸς Κόρινθος; de quo vide Suidam supra v. Διὸς Κόρινθος. Salmasius tamen, Lucas Holstenius, & Berkelius, alteram lectionem, ὁ Κορίνθιος, probant: sed quorum sententiæ metri ratio, ut diximus, aperte adversatur. Vidit id Holstenius; qui proinde, ut objectionem illam eluderet, negabat proverbium hoc esse versum; cujus opinioni tamen non censeo subscribendum esse. Nam quod addit, syllabam penultimam in Τενεάτης brevem esse, & vel propter hoc versum stare non posse: id quidem viro illi doctissimo excidisse miror. Contra enim gentilia in άτης apud Græcos penultimam longam habent, ut vel ex versu illo Lycophronis in *Cassandra* patet,

Ῥεγδοπυλάτης κέπφος ὡς ἐσέξατο.

Quare, cum modo laudatus vir eruditissimus nullum locum auctoris adducat, in quo τὸ Τενεάτης, vel quodvis aliud gentile in άτης breve sit; non dubitavi ab eo hic dissentire: quamvis cæteroqui exquisitam ejus doctrinam magni faciam.

5 Ἐγὼ δ' εἴην Τενεάτης] Sic etiam habent Zenobius & Strabo, locis laudatis. At apud Stephanum Byzantium v. Τενέα, ubi idem proverbium refertur, pro Τενεάτης scriptum est Γενεάτης: quam lectionem tamen mendosam esse non dubito, utpote ortam ex confusione τοῦ Τ & Γ; quæ literæ sibi invicem valde similes sunt, & facile proinde inter se permutantur. Sic apud eundem Stephanum pro Γάδειρα vitiose legitur Τάδειρα, in litera Τ. quem errorem, ex earundem literarum similitudine ortum, recte notarunt Holstenius & Berkelius. Præter has lectiones autem recepta erat & tertia, Τεγεάτης; quam agnoscit Eustathius ad Il. Β. pag. 301. Sed eandem damnat Strabo, loco ante laudato: quem vide.

6 Τένεα] Rectius Τενέα: & paulo post, Τενεατῶν, per ε.

τῶν

τῶν Κορινθίων, ὅτι ἐν μεγάλῃ πόλει, φθονουμένων καὶ πράγματα ἐχόντων· τῶν δὲ Τεναιατῶν ἀπραγμονέστερον διὰ τὸ εὐτελῶς ζῆν, ἐλέχθη ἡ παροιμία.

Teneatæ vero propter humilem conditionem

Εὔδαιμος. ὄνομα κύριον.

Εὐδείελον.[1] εὐπεριόριστον.

Εὔδημος, ῥήτωρ. ἔγραψε διάφορα, καὶ [2]κατὰ στοιχεῖον περὶ λέξεων, αἷς κέχρηνται ῥήτορές τε, καὶ τῶν συγγραφέων οἱ λογιώτατοι· πάνυ ὠφέλιμον.

Εὐδία. ἡ ἄνευ ἀνέμων ἡμέρα.

Εὖ διάγειν.[3] οὕτως ἐπέγραφεν Ἐπίκουρος, εὖ διάγειν· χαίρειν δὲ, ὁ Κλέων· καὶ εὖ πράττειν, ὁ Πλάτων.

Εὐδιάλογος. εὐόμιλος.

Εὐδιαῖος.[4] χειμάῤῥους. καὶ τρῆμα τῆς νεὼς, δι' οὗ ἡ ἀντλία ἐκρεῖ.

Εὐδιεινός. ὁ καιρὸς, καὶ ὁ ἄνεμος. καὶ εὔδιος, ὁμοίως.

Εὐδικία. δικαιοσύνη. Τὸ δὲ κλέος, ὅπερ ἐπὶ ταῖς νίκαις τῶν πολεμίων καὶ ἐπὶ τῇ κατ' εἰρήνην εὐδικίᾳ ἦν πεποιημένος, ἔτι ἀξιοθεατότερον αὐτὸν πᾶσιν ἐποίει.

Εὔδικος.[5] εἷς ἐστὶν οὗτος τῶν καταστα θέντων ὑπὸ Φιλίππου κυρίων Θετταλίας ἁπάσης.

Εὐδίνητα. εὔστροφα. εὐκίνητα.

Τρύπανα[6] τ' εὐδίνητα, καὶ ὀκήεντα τέρετρα

ἐν Ἐπιγράμματι.

Εὐδίοδον. εὐπόρευτον. βάσιμον. Ἐσώρευον δὲ τὰ τεμνόμενα ξύλα ἐπὶ τῆς μεταξὺ χώρας, ὡς εὐδίοδα ᾖ.

Εὔδμητον. καλῶς ᾠκοδομημένον.

Εὐδοκεῖν. συγκατατίθεσθαι. Ὁ δὲ ἔφη εὐδοκεῖν τοῖς λεγομένοις, εἰ λάβοι πίστιν. ἀντὶ τοῦ, ἀρέσκεσθαι.

Εὐδόκησας. Τῆς σῆς ἠξίωσας οἰκειότητος, ὅτι εὐδόκησας ἐν αὐτοῖς.

Εὐδοκία. τὸ ἀγαθὸν θέλημα τοῦ Θεοῦ. Ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας ἐστεφάνωσας ἡμᾶς. καὶ ὁ Ἀπόστολος· Κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ.

Εὐδοκιμώτερος. ὁ γενναῖος.

Εὐδοκουμένην. καλῶς προσδεχομένην. ἀρέσκουσαν. Πολύβιος· Τοῦ δὲ λέγειν ἀληθῶς ταῦτα, πίστιν ἔφη ποιήσειν εὐδοκουμένην. καὶ, γυναῖκες εὐδοκιμώταται.

Εὗδον. ἐκάθευδον.

pidulum nemorosum prope Corinthum. Proverbium igitur hoc inde dictum est, quod Corinthii, utpote in magna urbe viventes, invidiæ & multis molestiis obnoxii essent: tranquille & quiete viverent.

Εὔδαιμος. Eudæus. Nomen proprium.

Εὐδείελον. Ad occidentem situm. Temperatum.

Εὔδημος. Eudemus, Orator. Varia scripsit, & præcipue Lexicum utilissimum verborum, quibus oratores & optimi quique scriptores utuntur, ordine alphabetico.

Εὐδία. Dies tranquillus, & ventis carens.

Εὖ διάγειν. Feliciter vivere. Hanc formulam salutandi epistolis suis præscribebat Epicurus: Cleon vero, χαίρειν; & Plato, εὖ πράττειν.

Εὐδιάλογος. Affabilis.

Εὐδιαῖος. Torrens. Item, foramen navis, per quod effluit sentina.

Εὐδιεινός. Serenus. Dicitur & de tempore, & de vento. Et εὔδιος, pariter.

Εὐδικία. Justitia. *Gloria autem, quam ob victorias ab hostibus reportatas, & justitiam, quam pacis tempore administrabat, sibi comparaverat, ipsum magis conspicuum omnibus reddebat.*

Εὔδικος. Eudicus. Hic unus est ex iis, qui a Philippo toti Thessaliæ præfecti fuerunt.

Εὐδίνητα. Versatilia. Mobilia. Quæ facile circumaguntur. *Terebræque mobiles, & velocia terebella.* In Epigrammate.

Εὐδίοδον. Facile transitu. Pervium. *Ligna autem secta in medium locum congerebant, ut facilis esset transitus.*

Εὔδμητον. Bene ædificatum.

Εὐδοκεῖν. Assentiri. Comprobare. In re aliqua acquiescere. *Ille vero dixit, se ea, quæ dicta essent, probare, si modo fides sibi daretur.*

Εὐδόκησας. Aliquid tibi placuit. *Eos familiaritate tua dignos judicasti, quod tibi complacerent.*

Εὐδοκία. Bona Dei voluntas. Placitum voluntatis. Benevolentia. *Nos tanquam scuto benevolentiæ tuæ coronasti.* Et Apostolus [inquit:] *Secundum placitum voluntatis ejus.*

Εὐδοκιμώτερος. [Probatior. Clarior.] Generosus.

Εὐδοκουμένην. Valde placentem. Gratam. Probatam. Polybius: *Se autem vere ista dicere, fidem se clare facturum esse affirmavit.* Et γυναῖκες εὐδοκ. Mulieres clarissimæ.

Εὗδον. Dormiebam.

1 Εὐπεριόριστον] Hesychius habet, εὐπερίοπτον. Sed utraque interpretatio obscura est: cujus loco proinde alteram, eamque certiorem, in versione substituimus. Confer Hesychium & Etymologum h. v. & notas nostras ad v. Εὔζωνος.

2 Καὶ κατὰ στοιχεῖον περὶ λέξεων] Exstant hodie adhuc in diversis Bibliothecis (veluti in Florentina, & Regia Parisiensi) Lexica MSS. quæ nomen Eudemi Rhetoris præferunt: sed quæ ψευδεπίγραφα esse existimo. Illud sane, quod Parisiis in Bibliotheca Regis Christianissimi servatur, inspexi & evolvi: sed quod illico a Græculo aliquo recentiore ex aliis Lexicis exiguo cum judicio compilatum & consarcinatum fuisse animadverti.

3 Εὖ διάγειν. οὕτως ἐπέγραφεν Ἐπ.] Hæc sunt verba Laertii in *Platone*, segm. LXI, ut Pearsonius etiam observaverat.

4 Εὐδιαῖος] Confer Hesychium v. Εὐδιαῖον.

5 Εὔδικος. εἷς ἐστὶν οὗτος τῶν καταστ.] Ex Harpocratione.

6 Τρύπανά τ' εὐδίνητα, καὶ ὀκ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate Leonidæ, quod ex codice MS. Anthologiæ ineditæ integrum exhibuimus supra v. Ἀμφίξοον.

Εὐδόξιος,[1] Ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας, ἐξ Ἀραβισσοῦ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας. ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ Καισάριος ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσατο, καίτοι πρότερον ἡδονῶν ἥττων φανείς. ἀλλ' ἐβουλήθη τὰς πρώτας κηλῖδας [2] διὰ τοῦ μαρτυρικοῦ αἵματος ἀποῤῥύψασθαι. ἥλους γὰρ μεγάλους ἑκατέρου τῶν ποδῶν ἓξ τὸν ἀριθμὸν αὐτοῦ διαπερονήσαντες, πυρὶ παρέδοσαν. καὶ ἐπειδὴ αὐτίκα πρὸς τὴν φλόγα [3] χανὼν ἀπέθανεν, ἡμίφλεκτον ἔτι καὶ σῶον οἱ προσήκοντες τὸν νεκρὸν ἀνελόμενοι, ἔν τινι ἀγρῷ Συβὲλ λεγομένῳ κατέθεντο.

Εὐδόξιος. Eudoxius, Episcopus Antiochiæ, ex Arabisso minoris Armeniæ oppido oriundus: cujus pater Cæsarius sub Maximiano martyrii corona redimitus est; quamvis prius voluptatibus addictior videretur. Sed priores vitæ maculas martyrii sanguine eluere voluit. Cum enim carnifices utrumque ipsius pedem sex clavis transfixissent, cum in ignem conjecerunt. Cumque ad flammam hians confestim animam efflasset, cognati semiustum adhuc & integrum cadaver ejus, cum e rogo sustulissent, in quodam agro, qui Subel vocabatur, sepulturæ mandarunt.

Εὔδοξος,[4] Αἰσχίνου, Κνίδιος, Φιλόσοφος, Πλάτωνος ἡλικιώτης· ᾧ τρεῖς ἐγένοντο θυγατέρες, Ἀκτὶς, Δελφὶς, Φιλτίς. καὶ ἔσχε πρὸς ἀστρολογίαν ὑπερφυῶς, ἔγραψέ τε πλεῖστα τοῦ εἴδους τούτου· καὶ ὀκταετηρίδα. ἔτι δὲ δι' ἐπῶν ἀστρονομίαν.

Εὔδοξος. Eudoxus, Æschinis filius, Cnidius, Philosophus, Platonis æqualis: cui fuerunt tres filiæ, Actis, Delphis, Philtis. Astrologiæ supra modum deditus fuit, scripsitque plurima hujus generis. Item, Octaeteridem & Astronomiam carmine.

Εὖ δρῶσιν. καλῶς ποιοῦσι.

Εὖ δρῶσιν. Bene faciunt.

Εὐαίων.[5] ὄνομα κύριον.

Εὐαίων. Euæon. Nomen proprium.

Εὐαίνετος.

Εὐαίνετος. Euætetus. [Nomen proprium.]

Εὔεδρον. ἀσφαλῆ. βεβαίαν. Ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ νώτου ἐκάθισε καθέδραν εὔεδρον καὶ ἰσχυράν.

Εὔεδρον. Firmam. Stabilem. *Ille vero in tergo ejus, tanquam in sede stabili & firma, sedit.*

Εὐέκτης. ὁ ἐν ὑγείᾳ διάγων. Ἀπεμελεῖτο καὶ σωμασκίας, καὶ ἦν εὐέκτης.

Εὐέκτης. Qui corpore est valenti & sano. *Ille vero & corpus subinde exercebat, & ideo valens erat & robustus.*

Εὐεκτικῶς. ἰσχυρῶς.

Εὐεκτικῶς. Firmo corporis habitu. Robuste.

Εὐεξία. εὐρωστία σώματος. Εὐεξία δέ ἐστιν ἐπιτεταμένη ὑγεία. ἀκρότης ὑγείας εὐεξία. [6] ὅτι τὸ τοῦ μείζονος ἀγαθοῦ ἐναντίον, μεῖζόν ἐστι κακὸν, ἐπ' ὀλίγων ἄν τις εὕροι τοῦτο μὴ ἔχον οὕτως· ὡς δοκεῖ ἐπὶ τῆς εὐεξίας ἔχειν, καὶ τῆς ὑγείας. τὸ γὰρ τοῦ μείζονος ἀγαθοῦ ἐναντίον (τοῦτο δέ ἐστιν ἡ καχεξία) ἔλαττον εἶναι δοκεῖ κακὸν τῆς νόσου, ἥτις ἐναντία ἐστὶ τῇ ὑγείᾳ, τοῦ ἐλάττονος ἀγαθοῦ· τοὺς μὲν νοσοῦντας πάντας καχεκτεῖν· οὐ πάντας δὲ τοὺς καχεκτοῦντας καὶ νοσεῖν ἤδη. τὸ δὲ αἴτιον τούτου ἐστὶν, ὅτι ἡ μὲν εὐεξία περιείληφεν ἐν αὐτῇ καὶ τὴν ὑγείαν. [7] ἔστι γὰρ ἡ ὑγεία, εὐεξία. διὸ περιέχουσα ἐν αὐτῇ καὶ τὴν ὑγείαν, [8] ἡ μεῖζον αὐτῆς ἀγαθόν. πρόσεστι γὰρ αὐτῇ τὸ εἶναι αὐτὴν τῶν δι' αὐτὴν αἱρετῶν. ἡ δὲ καχεξία οὐκέτι ἐν αὐτῇ περιέχει τὴν νόσον, ἀλλ' ἔστι μόνον ἐκεῖνο, ἐν ᾧ [9] ὑπῆρχεν ἡ εὐεξία τῆς ὑγείας. ἡ δὲ νόσος ἐν αὐτῇ περιέχει τὴν καχεξίαν. ἐπὶ γὰρ καχεξίᾳ γίνεται νόσος· ὡς καὶ ἡ εὐεξία ἐπὶ τῇ ὑγείᾳ.

Εὐεξία. Bona habitudo. Firmum robur corporis. Est autem εὐεξία sanitas intensa, vel summus sanitatis vigor. † Id quod majori bono contrarium est, majus est malum: quod quidem in paucis tantum rebus secus se habere deprehendas: veluti in bona habitudine, & sanitate. Ibi enim, quod majori bono contrarium est (id autem est mala habitudo, quam καχεξίαν Græci dicunt) videtur esse malum minus morbo, qui est contrarius sanitati, minori bono. Nam omnes quidem, qui ægrotant, male habent: non tamen etiam omnes, qui male habent, statim ægrotant. Hujus autem rei causa est, quod bona habitudo sanitatem etiam in se complectatur. Est enim bona habitudo sanitas. Cum igitur ea sanitatem in se comprehendat, majus ea bonum est. Eadem etiam ex illarum rerum numero est, quæ per se sunt expetendæ. At mala habitudo, sive cachexia, non etiam morbum in se complectitur, sed est id solum, quod est. At morbus in se comprehendit cachexiam. Ut enim morbus malam habitudinem, sic etiam bona habitudo sanitatem sequitur.

Εὐέπεια. ἡ καλὴ φράσις.

Εὐέπεια. Facundia. Elegans oratio.

Εὐεπήβολος. ὁ καλῶς ἐπιβάλλων. καὶ εὐεπιβό-

Εὐεπήβολος. Qui recte rem aggreditur. Qui

1 Εὐδόξιος, Ἐπίσκοπος Ἀντ.] Locum hunc e Philostorgio depromptum esse Valesius suspicatur. Certe in Excerptis, quæ ex illo scriptore hodie adhuc supersunt, Eudoxii hujus mentio fit lib. IV. cap. IV. qui locus cum Suida conferendus est.

2 Διὰ τοῦ μαρτυρικοῦ αἵματος ἀποῤῥύψασθαι] Sic rectius duo MSS. Paris. quam priores Editt. quæ habent, διὰ τοῦ μαρτυρίου αἵματος ἀποῤῥύψασθαι.

3 Χανών] Sic habet antiquissimus codex MS. A. At priores Editt. χρῶν: quæ lectio minus placet.

4 Εὔδοξος, Αἰσχ.] Plura de hoc vide apud Laertium.

5 Εὐαίων] Hujus meminit Demosthenes in oratione contra Midiam, ut docet Harpocratio.

6 Ὅτι τὸ τοῦ μείζονος ἀγαθοῦ ἐναντίον.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Alexandri Aphrod. in *Topic.* lib. I. pag. 13. ut Pearsonius observaverat.

7 Ἔστι γὰρ ἡ ὑγεία, εὐεξία] Scribe, ut habet Alexander Aphrodisiensis. ἔστι γὰρ ὑγίεια ἡ εὐεξία.

8 Ἢ] Hanc voculam non agnoscit Alexander Aphrodisiensis, eandemque ut supervacaneam sensus respuit.

9 Ὑπῆρχεν] Ὑπάρχει habet Alexander Aphrodisiensis.

λως.

λως. [1]σαφῶς, καὶ ὀρθῶς.

Εὐεργετῶ. αἰτιατικῇ. καὶ, εὐεργέτησέ σε.

Εὐερκεῖ. καλῶς ἠσφαλισμένῳ.

Ὄφρα μοι εὐερκεῖ καναχὴν δόμῳ ἔνδοθι θείη.

Εὐετηρία. εὐτυχία. ὡς δυσετηρία, ἡ ἀτυχία. ἐντεῦθεν καὶ τὰ ἀπὸ τῆς τύχης εὑρήματα κοινὸν Ἑρμῆν ἔλεγον. Αἰλιανός· Μιθριδάτης δὲ τὴν ἀποδημίαν Λευκόλλου ἑαυτοῦ κατέγραφεν εὐετηρίαν εἶναι. καὶ αὖθις· Ἀσπαζόμενος εὐετηρίαν καιροῦ, καὶ ἀνάγκης καλούσης, μὴ εἴκων κάκῃ.

Εὐερνής. [2]εὐθαλὴς βλαστός. ἔρνος γὰρ ὁ κλάδος.

Εὔερον.[3] εὐάερον πόλιν. ἢ μαλακὴν, ὥσπερ σισύραν εὐέρεον. Πλάτων Ὑπερβόλῳ· Καὶ [4]τοσοῦτον τῆς εὐερίας ἀπολέλαυκεν, ὥστε ἀθλιωτάτη ἐστί. [5]Κρατῖνος Πυλαίᾳ· [6]Γλῶσσαν εὐέραν βροτῶν. λέγει δὲ περὶ τῶν προβάτων.

Εὐεστοῖ. εὐθηνίᾳ. καταστάσει.

Εὐεστώ. ὅτι [7]Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης τέλος τὴν εὐθυμίαν εἶναι λέγει, οὐ τὴν αὐτὴν οὖσαν τῇ ἡδονῇ, ὡς ἔνιοι παρακούσαντες ἐξεδέξαντο· ἀλλὰ καθ' ἣν γαληνῶς καὶ εὐσταθῶς ἡ ψυχὴ διάγει, ὑπὸ μηδενὸς [8]ταραττομένη φόβου, ἢ δεισιδαιμονίας, ἢ ἄλλου τινὸς πάθους. καλεῖ δὲ αὐτὴν καὶ εὐεστὼ, καὶ πολλοῖς ἄλλοις ὀνόμασιν. † Ὅτι τὸ εὐεστὼ, εὐδαιμονία καλεῖται· ὥσπερ τὸ ἀειεστὼ ἐπὶ τῆς ἀϊδιότητος.

Εὐετηρία. εὐθηνία. εὐνομία. εἰρήνη. τὸ καλῶς διακεῖσθαι.

Εὐετήριος. οὗτος ἦν ἐπὶ Ἰοβιανοῦ βασιλέως· ὃς διὰ μὲν παιδείαν καὶ φύσεως ὑπερβολὴν οὐδέν τι τῶν ἀρχαίων ἀποδέων, διὰ δὲ μαλακίαν ψυχῆς καὶ ἁπλότητα πολλοὺς τὴν οὐκ αἰτίαν ἐς κρίσιν κατέδησεν.

Εὖ ἔχειν στόμα. τὸ εὐφημεῖν. οὕτως Εὔπολις.

Εὐζώϊος.[9] ὄνομα κύριον.

Εὐζώϊτου. καλῆς ζωῆς.

Εὔζωνος. ἡ εὔτοκος [10]καλλί. ἢ καλή.

Εὔζωνοι. ἔνοπλοι. ἢ οἱ μὴ ἔχοντες φορτία. Ἀππιανός· Ποιμὴν ὑπέσχετο στρατὸν εὔζωνον ἄξειν ὁδὸν ἀτριβῆ τρισὶν ἡμέραις.

Εὔζωρον. εὔκρατον. Ζωρόν. ἄκρατον. καὶ εὔζωρον.



feliciter aliquid assequitur. Et εὐεπηβόλως. Sapienter. Recte. Feliciter.

Εὐεργετῶ. Accusativo jungitur. Beneficio te afficio. Et εὐεργέτησέ σε. Beneficio te affecit.

Εὐερκεῖ. Bene septa. Bene munita. Tuta. *Ut mihi bene septa strepitum in domo faciat.*

Εὐετηρία. Felix rerum successus. Felicitas. Ut δυσετηρία, infelix rerum successus, infelicitas. Hinc etiam ea, quæ casu vel fortuito aliquis nactus erat, communem Mercurium vocabant. Ælianus: *Mithridates autem Luculli discessum in parte felicitatis suæ deputabat.* Et iterum: *Amplectens commodissimam occasionem, &, re ita exigente, ignaviæ non cedens.*

Εὐερνής. Bene florens. Bene germinans. Ἔρνος enim est ramus, vel germen.

Εὔερον [πόλιν.] Urbem bono & miti aere gaudentem. Pro εὐάερον. Vel, mollem, instar penulæ, ex lanis mollioribus confectæ. Pro εὐέρεον. Plato *Hyperbolo: Eum autem ex bonitate lanæ suæ fructum percepit, ut sit miserrima.* Cratinus *Pylæa: Linguam pecorum mollem lanam habentium.* Loquitur de ovibus.

Εὐεστοῖ. Felicitate. Rerum copia & affluentia. Tranquillo statu.

Εὐεστώ. Tranquillitas. Felicitas. Democritus Abderita finem felicitatis esse dixit animi tranquillitatem, non quæ idem sit, quod voluptas, ut quidam perperam interpretati sunt; sed secundum quam animus tranquillo & quieto statu gaudeat, nullo metu, nulla superstitione, nec quovis alio affectu perturbatus. Hunc statum & εὐεστὼ appellat, & multis aliis nominibus. † Εὐεστὼ vocatur felicitas: ut ἀειεστὼ pro æternitate ponitur.

Εὐετηρία. Rerum abundantia & copia. Status civitatis legibus bene fundatæ. Pax. Felix rerum status.

Εὐετήριος. Eueterius. Hic sub Joviano Imperatore vixit: qui doctrina quidem & ingenii præstantia antiquis inferior non fuit, sed propter animi molliciem & morum simplicitatem multos insontes judicii laqueis irretiri passus est.

Εὖ ἔχειν στόμα. Linguis favere. Sic Eupolis.

Εὐζώϊος. Euzoius. Nomen proprium.

Εὐζώϊτου. Præclaræ vitæ. Honestæ vitæ.

Εὔζωνος. [Succincta. Expedita.] Quæ pulchram prolem parit. Formosa.

Εὔζωνοι. Armati. Vel, nullis oneribus aut sarcinis gravati. Expediti. Appianus: *Pastor promisit, se exercitum expeditum per viam non tritam intra tres dies ducturum esse.*

Εὔζωρον. Bene temperatum. Ζωρὸν enim sig-

1 Σαφῶς] Scribe, σοφῶς.

2 Εὐθαλὴς βλαστός.] Lege & distingue, εὐθαλής. εὐβλαστής.

3 Εὔερον. εὐάερον πόλιν. ἢ μαλ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Aves* pag. 547. (372. Ed. Bas. P.)

4 Καὶ τοσοῦτον τῆς εὐερ.] Metrum fragmenti hujus prorsus turbatum est, in quo tamen vestigia versus Anapæstici adhuc apparent.

5 Κρατῖνος Πυλαίᾳ· Γλωσ.] Sic locum hunc scribendum & distinguendum esse recte etiam monuit Pearsonius. In prioribus enim Editt. male sic legitur: Κρατῖνος· Πυλαίαν γλῶσσαν, &c. Ignorabant nimirum librarii, τὸ Πυλαία esse nomen fabulæ, quam Cratinus scripserat: cujus Hesychius, Scholiasta Aristophanis, & ipse Suidas infra v. Τὸ πηγὸν, mentionem faciunt.

6 Γλῶσσαν εὐέραν βροτῶν] Enarrator Comici loco laudato rectius habet: Γλῶσσαν εὐέρων βοτῶν. Hanc lectionem in versione secutus sum.

7 Ὅτι Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης τέλος τὴν εὐθ.—— καὶ πολλοῖς ἄλλοις ὀνόμασιν] Hæc sunt verba Laertii in *Democrito*, segm. XLV. ut Portus etiam monuit.

8 Ταραττομένη] Laertius habet, ταραττομένη.

9 Εὐζώϊος] De eo vide Hieronymum in opere *de Script. Eccles.*

10 Καλλί] Hanc vocem ut supervacaneam dele. Vide Hesychium.

καλὸν,

καλὸν, [1] ἄκερατον.

Εὐειδής. ὁ κατὰ θεωρίαν καλός.

Εὖ εἰδότες. καλῶς γινώσκοντες.

Εὔεικτον. εὐπειθῆ. καλῶς εἴκοντα.

Εὔειλος. [2] τόπος. ὁ θερμός.

Εὐεπεία. ἡ καλλιέπεια.

Εὐήθεις. [3] ἐπὶ τοῦ βελτίστου καὶ Θουκυδίδης ἐν γ', καὶ ὁ Φιλόσοφος.

Εὐηθείας. μωρίας. ἀνοίας. Ἔτι τε ἀπολαύων τοῦ καιροῦ, καὶ τῆς εὐηθείας τῶν ἐπιχωρίων. οὐ γὰρ ἦν πρᾶγμα φενακίζειν τοὺς ἐπιχωρίους.

Εὐήθειαν αὐτῶν καταγνωκὼς, [4] καὶ, Εὐηθείας αὐτῶν καταγνωκώς. τὸ αὐτό.

Εὐήθης. βλάξ. ἀνόητος. ἢ ἄχρηστος τὸ ἦθος. Πολύβιος· Εὐήθως ἐκλογιζόμενοι τὰ παρόντα καὶ παιδικῶς.

Εὐηθίζω. τὸ μωραίνω.

Εὐηκής. ὁ καλῶς ἠκονημένος. καὶ εὐηκέος.

Εὐήλατον. τὸ καλῶς ἐληλασμένον. Τὸ δὲ πεδίον ἦν ὕπτιον, καὶ εὐήλατον, καὶ ἐπιτήδειον ἵππῳ ἐμμάχεσθαι. ἀντὶ τοῦ, εὐχερῶς ἐλαυνόμενον.

Εὐήλιος. ὁ καθαρός.

Εὐημερήσαντος. Ὑπερείδης· Τοῦ σφῶν αὐτῶν βασιλεῖ ἐγκαλεῖν, οἷς εὐημέρησεν ἐν ταῖς ἡλίου δυσμαῖς, καὶ τὰ ἐγκλήματα ἐπιφέρειν.

Εὐημερία. ὡς ἐν τῇ συνηθείᾳ. Ἄλεξις Ὀλυνθίᾳ·

Εὐημερία δέσποινα, καὶ Μοῦσαι φίλαι.

Εὐημεροῦσαν. ἑκάστῃ ἡμέρᾳ εὖ διάγουσαν.

Φίλοισί [5] τε ξυνοῦσαν, οἷς ξύνειμι νῦν,

Εὐημεροῦσαν. ——————

Δὸς πᾶσιν ἡμῖν, ὥσπερ ἐξαιτούμεθα.

Εὐηνέμους. εὐδιεινούς. καλούς. [6] ἀχειμάστους.

Εὐήνιον. εὐπειθές. καλῶς ὑποχόμενον. ἡνία γὰρ τὰ λῶρα.

Εὐήνιος. [7] ὁ πρᾶος, καὶ μέτριος, καὶ μὴ ταραχώδης. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἵππων.

Εὐηνίνη. ἡ τοῦ Εὐήνου θυγάτηρ.

Εὐήνορα. [8] τὸν ἀνδρείαν ποιοῦντα. ἐπὶ τοῦ οἴνου. [9] ἐπὶ

hificat, merum. Unde εὔζωρον, bene mixtum, vel temperatum.

Εὐειδής. Egregia forma præditus. Visu pulcher.

Εὖ εἰδότες. Bene scientes.

Εὔεικτον. Obedientem. Facile cedentem.

Εὔειλος. Apricus. Calidus.

Εὐεπεία. Facultas bene & ornate dicendi.

Εὐήθεις. Morum simplicitas. In bonam partem accipitur a Thucydide libro III. & a Philosopho.

Εὐηθείας. Fatuitatis. Stultitiæ. Amentiæ. *Præterea vero opportunitatem temporis & simplicitatem indigenarum in commodum suum vertens. Haud enim difficile erat indigenas fallere.*

Εὐήθειαν αὐτῶν καταγνωκὼς, &, Εὐηθείας αὐτῶν καταγν. Idem. Cum stultitiæ eos insimulasset.

Εὐήθης. Fatuus. Stultus. Qui ob morum simplicitatem nulli rei gerendæ aptus est. [Et εὐήθως. Stulte.] Polybius: *Stulte & pueriliter de præsentibus judicantes.*

Εὐηθίζω. Desipio. Fatuus sum.

Εὐηκής. Bene acutus. Et εὐηκέος, [in genitivo.]

Εὐήλατον. Quod bene ductum est. [Equitabile.] *Campus vero erat planus, & equitabilis, & equestri pugnæ opportunus.*

Εὐήλιος. [Soli expositus. Apricus] Purus.

Εὐημερήσαντος. Illius, qui rem feliciter gessit. Hyperides: *Regem suum accusare, & crimina ei objicere quod ad occidentem rem feliciter gessisset.*

Εὐημερία. Sic prosperitas vulgo dicitur. Alexis *Olynthia*: *Prosperitas domina & charæ Musæ.*

Εὐημεροῦσαν. [Proprie,] singulis diebus feliciter viventem. Felicem. [Sophocles:] *Et cum amicis viventem, cum quibus nunc vivo, & prosperitate fruentem. Da nobis omnibus, ut petimus.*

Εὐηνέμους. Bonis ac prosperis ventis gaudentes. Serenos. Commodos. Tempestatis expertes.

Εὐήνιον. Morigerum. Obsequentem. Qui facile habena regitur. [Proprie de equo dicitur.] Ἡνία enim sunt lora.

Εὐήνιος. Mitis. Lenis. Modestus. Non turbulentus. Metaphora ducta est ab equis.

Εὐηνίνη. Euanine. Eueni filia.

Εὐήνορα. Viris fortitudinem & animum ad-

1 Ἄκερατον] Imo, εὔκερατον. Eam enim lectionem sensus flagitat.

2 Εὔειλος] Confer Etymologum h. v.

3 Εὐήθης. ἐπὶ τοῦ βελτ.] Confer Nostrum infra v. Ἠθύς.

4 Καὶ, Εὐηθείας αὐτῶν καταγνωκώς] Hæc verba desunt in prioribus Editt. quæ ex MSS. Paris. revocavi.

5 Φίλοισί τε ξυνοῦσαν, οἷς ξ.] Sophocles *Electra*, pag. III.

Φίλοισί τε ξυνοῦσαν, οἷς ξύνειμι νῦν,
Εὐημεροῦσαν, καὶ τέκνων ὅσων ἐμοὶ
Δύσνοια μὴ πρόσεστιν, ἢ λύπη πικρά.
Ταῦτ', ὦ Λύκει' Ἄπολλον, ἵλεως κλύων,
Δὸς πᾶσιν ἡμῖν, ὥσπερ ἐξαιτούμεθα.

Hinc Suidas supplendus est.

6 Ἀχειμάστους] Sic MSS. Paris. At priores Editt. minus recte εὐχειμάστους.

7 Εὐήνιος. ὁ πρ.] Ex Harpocratione.

8 Εὐήνορα. τὸν ἀνδρείαν ποιοῦντα. ἐπὶ τοῦ οἴνου] Homerus Odyss. Δ. v. 622.

Οἱ δ' ἦγον μὲν μῆλα, φέρον δ' εὐήνορα οἶνον.

Vetus Enarrator ad illum locum: Εὐήνορα οἶνον. τὸν ἀνδρείαν παρέχοντα, ἐν πολέμῳ συνέρχεσθαι. Huc Suidas respexit. Confer etiam Etymologum h. v.

9 Ἐπὶ δὲ τοῦ χαλκοῦ, τὸν εὖ τὸν ἄνδρα κτλ] Hæc referenda sunt ad locum illum ejusdem Poetæ Odyss. N. v. 19.

Νῆ' ἐπεσσεύοντο, φέρον δ' εὐήνορα χαλκόν.

δὲ τῷ χαλκῷ, τὸν εὖ τὸν ἄνδρα τιθέντα.

dentem. Vino tribuitur. Cum vero de ferro dicitur, significat, viros ornantem & tuentē.

Εὔηνος. [1] δύο ἀναγράφουσι [2] γεγράφθαι ἐλεγείων ποιητὰς, καὶ ἀμφοτέρους Παρίους.

Εὔηνος. Euenus. Duos fuisse tradunt Elegiacos Poetas, Euenos appellatos, & ambos Parios.

Εὐήρης. εὐάγωγον. ἀπὸ τῆς εἰρεσίας.

Εὐήρης. Quod facile agi vel duci potest. Translatio ducta est a remigatione.

Εὐηρέστησα. ἤρεσα.

Εὐηρέστησα. Placui.

Εὐηρόταλον. τὸ καλὴν ἔχον γῆν. τὸ κάλλιστον τῆς γῆς.

Εὐηρόβατον. Quod bonam habet terram. Optima pars agri.

Εὐήροτον. καλῶς ἠροτριωμένον.

Εὐήροτον. Bene aratum.

Εὐήτριον. ἱμάτιον εὐυφές.

Εὐήτριον. Vestimentum bene textum.

Εὐΐε. [3] Διονύσῳ. ὕμνος ἐνθουσιαστικός.

Εὐΐε. Euie. Id est, Bacche. Est autem hymnus [5] quem Bacchæ furore correptæ cantare solebant.

Εὐϊλατεύειν. εὐμενῆ εἶναι. καὶ εὐΐλατος, ὁ εὐμενής.

Εὐϊλατεύειν. Placidum & propitium esse. Et εὐΐλατος. Placidus. Propitius.

Εὖ ἴσθι. καλῶς γίνωσκε.

Εὖ ἴσθι. Bene scias.

Εὐθαρσῶς ἔπνει. Δέξιππος· Ὁ δὲ πάντα τὰ ἀντιστάμενα τιθεὶς ἐν δευτέρῳ ἐκ τῆς πείρας, εὐθαρσῶς ἔπνει.

Εὐθαρσῶς ἔπνει. Ferociam spirabat. Dexippus: *Ille vero, cum prælia sæpe expertus fuisset, omnes adversarios impares sibi judicans, ferociam spirabat.*

Εὐθένια. [4] ἡ εὐθηνία.

Εὐθένια. Idem quod εὐθηνία. Rerum copia. Prosperitas.

Εὐθέος. Φανεροῦ. ὀρθοῦ. καὶ ὁ [5] Δαβίδ· Τοῖς εὐθέσι πρέπει αἴνεσις. τουτέστι, [6] τοῖς τὸν Θεὸν ἐπεγνωκόσι, καὶ πλάνης ἀπηλλαγμένοις. Εὐθέως δὲ, τὸ ἐπιῤῥηματικόν.

Εὐθέος. Manifesti. Recti. Et David: *Rectos laudatio decet.* Id est, eos, qui Deum agnoscunt, & ab errore liberati sunt. Εὐθέως vero, est adverbium. Confestim. Statim.

Εὖ θέσθαι. καλῶς διοικῆσαι.

Εὖ θέσθαι. Recte administrare.

Εὐθετῆσαι. κοσμῆσαι. συνθεῖναι. οὕτως Ἀριστοφάνης.

Εὐθετῆσαι. Bene ordinare, & disponere. Sic Aristophanes.

Εὐθεῖαν. ἀπερίπλως. Εὐθεῖαν ἐδόκει ἐλαύνειν ὡς ἐπὶ Σελεύκειαν. καὶ αὖθις· Ὁ δὲ κτεῖναι μὲν αὐτὸν ἐκ τῆς εὐθείας ἔδεισεν.

Εὐθεῖαν. Recta. *Recta Seleuciam contendere videbatur.* Et iterum: *Ille vero eum aperte interficere metuit.*

Εὐθεῖαν. Τῆς δὲ τριβῆς τὰ αἴτια οὐ δυνατὸς γενέσθαι, εὐθεῖαν παρὰ βασιλέα ἐλάσαι, τῷ δεῖσαι τὰς φυλακὰς τὰς Ἀξιδάρου, καὶ περιελθεῖν ἐν κύκλῳ, καὶ οὕτω διὰ μακροῦ ἀφικέσθαι.

Εὐθεῖαν. *Cum autem hujus moræ causas cognoscere non posset, recta ad Regem contendere* [*nolebat,*] *quod Axidaris satellites formidaret, sed per circuitum & longas ambages eo pervenire* [*statuerat.*]

Εὐθηλήμονα μόσχον.

Ἄρτι κατεβρόχθιζε τὸν εὐθηλήμονα μόσχον.

Εὐθηλήμονα μόσχον. Vitulum lacte bene nutritum. Pinguem. [In Epigrammate:] *Modo devorantem pinguem vitulum.*

Εὐθημοσύνη. τάξις. Ἱερὸν καὶ πολιτικὸν διήγημα τῆς τῶν Ἀλεξανδρέων εὐθημοσύνης ἐλέγετο. [7] Ξενοφῶν· Καλὸν μὲν οὖν ἡγεῖτο ὁ Κῦρος καὶ ἐν οἰκίᾳ εἶναι ἐπιτήδευμα τὴν εὐθημοσύνην. ὅταν γάρ τίς του δέηται, δῆλόν ἐστιν, ὅποι δεῖ ἐλθόντα λαβεῖν.

Εὐθημοσύνη. Ordo. Dispositio. *Civitas Alexandrinorum & in sacris & in civilibus bene constituta esse dicebatur.* Et Xenophon: *Cyrus igitur & in familia pulchrum esse ducebat, si opera daretur, ut res apte disponerentur. Hoc modo enim, si quis aliqua re indigeat, planum esse, quo ire debeat, ut eam sumat.*

Εὐθηνία. εὐθηλία τις οὖσα.

Εὐθηνία. Abundantia & copia rerum. Prosperitas. Dicta est quasi εὐθηλία.

Εὐθηνούμενοι. ἐπὶ τὸ βέλτιον προκόπτοντες. Καὶ κατ' ὀλίγον εὐθηνούμενοι, δυνατώτεροι γίνονται τῶν δεξαμένων αὐτούς.

Εὐθηνούμενοι. Incrementum capientes. *Et rebus ipsorum paulatim incrementum capientibus, potentiores evadunt illis ipsis, qui eos receperunt.*

1 Εὔηνος. δύο ἀναγράφουσι κ.τ.λ.] Plenius Harpocratio: Εὔηνος. Ἰσαῖος ἐν τῷ κατ' Αὐτοκλέους. δύο ἀναγράφουσιν Εὐήνους ἐλεγείων ποιητὰς, ὁμωνύμους ἀλλήλοις· καθάπερ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ περὶ Χρονογραφιῶν, ἀμφοτέρους λέγων Παρίους εἶναι· γνωρίζεσθαι δέ φησι τὸν νεώτερον μόνον. μέμνηται δὲ θατέρου Πλάτων. De Euenis autem plura vide apud Joseph. Scalig. in Chron. Euseb. & Rigaltium ad Artemidorum, p. 6.

2 Γεγράφθαι] Vox hæc, ut supervacanea, inducenda est: nec agnoscit eam Harpocratio.

3 Διονύσῳ] Scribe, Διόνυσε.

4 Εὐθένια] Vocem hanc suspectam habeo, eamque natam esse existimo ex corruptione vocis εὐθηνία.

5 Ὁ Δαβίδ] Psalm. xxxiii. 1.

6 Τοῖς τὸν Θεὸν ἐπεγνωκόσι, καὶ πλάνης ἀπηλλαγμένοις] Hæc sunt verba Theodoreti ad modo indicatum Psalmum.

7 Ξενοφῶν] *De Instit. Cyri* lib. viii. pag. 226. ut Portus monuit.

Εὐθηνῶ. πλουτῶ.

Εὐθηνῶ. Sum dives. Omnibus rebus abundo.

Εὐθίας.[1] ὄνομα κύριον. τῶν ἐπὶ συκοφαντίᾳ διαβεβλημένων ἦν.

Εὐθίας. Euthias. Nomen proprium. Erat autem unus ex illis, qui propter calumniæ crimen male audiebant.

Εὔθικτον. εὐαφές. εὐψηλάφητον. καὶ εὐθίκτως, τὸ ἐπιῤῥηματικόν.

Εὔθικτον. Quod facile tangi & contrectari potest. Et adverbium, εὐθίκτως: quod dicitur de rebus, quæ facile tangi & contrectari possunt.

Εὐθιξία.[2] ἔχων τὸν νοῦν. εὐθιξία πρὸς τὴν θεραπείαν εὐθυβολοῦντα. τουτέστιν, ἀκρίβεια. εὐφυΐα.

Εὐθιξία. Dexteritas in feriendo scopo. Sagacitas in re aliqua conjicienda & assequenda. *Summa in morbis curandis dexteritate utentem.*

Εὐθύ. κατευθὺ, καὶ κατ' ἐναντίον. ἐπ' εὐθείας.

Εὐθύ. Recta. Secundum lineam rectam.

Εὐθυβόλῳ. ἐξ εὐθείας βάλλοντι.

Εὐθυβόλῳ. Recta jaculanti.

Εὐθυγενής. ἴσα καὶ πρὸς τὸ εὐθὲς τεταγμένος.

Εὐθυγενής. Ordine recto collocatus.

Εὐθύγλωττος. [3]Ἦν δὲ καὶ εὐθύγλωττος πέρα τοῦ δέοντος. ἀντὶ τοῦ, ἀληθής.

Εὐθύγλωττος. Qui aperte ea, quæ sentit, loquitur. Verax. Qui nihil in loquendo dissimulat. *In loquendo autem nimia simplicitate proferebat ea, quæ sentiebat.*

Εὐθύδημος,[4] διδάσκαλος Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως, ἐκ Ταρσῶν τῆς Κιλικίας. ὁ γὰρ Ἀπολλώνιος προελθὼν εἰς ἡλικίαν, ἐν λόγοις πολλὴν ἰσχὺν εἶχε, καὶ μελέτης κράτος, καὶ γλώττης Ἀττικῆς. ὀφθαλμοὶ δὲ πάντων ἐς αὐτὸν ἐφέροντο. καὶ γὰρ περίβλεπτος ἦν τὴν ὥραν. γεγονότα δὲ αὐτὸν ἐτῶν ιδ' παρ' Εὐθύδημον ἄγει ἐς Ταρσοὺς τῆς Κιλικίας· ὃς τοῦτον ἐπαίδευεν· ὁ δὲ τοῦ μὲν διδασκάλου εἴχετο· τὸ δὲ τῆς πόλεως ἦθος ἄτοπόν τε ἡγεῖτο, καὶ οὐ χρηστὸν ἐμφιλοσοφῆσαι. τρυφῆς τε γὰρ οὐδαμοῦ μᾶλλον ἅπτονται· [5]σκωπτόλαί τε καὶ ὑβρισταὶ πάντες, καὶ δεδώκασι τῇ ὀθόνῃ μᾶλλον, ἢ τῇ σοφίᾳ Ἀθηναῖοι. [6]ποταμός τε αὐτοὺς διαῤῥεῖ Κύδνος, ᾧ παρακάθηνται, καθάπερ τῶν ὀρνίθων οἱ ὑγρότατοι. μεθίστησιν οὖν τὸν διδάσκαλον δεηθεὶς τοῦ πατρὸς εἰς Αἰγὰς τὰς πλησίον, ἐν αἷς ἡσυχία τε πρόσφορος τῷ φιλοσοφήσοντι, καὶ ἱερὸν Ἀσκληπιοῦ ἐπίδηλον τοῖς ἀνθρώποις. ἐνταῦθα ξυνεφιλοσόφουν μὲν αὐτῷ Πλατώνειοί τε, καὶ Χρυσίππειοι, καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ Περιπάτου. [7]οὐδὲ τῶν Ἐπικούρου λόγων ἀπεσπούδαζε. διδάσκαλος δὲ ἦν αὐτῷ τῶν Πυθαγόρου λόγων Εὔξενος.

Εὐθύδημος. Euthydemus, magister Apollonii Tyanei, Tarsensis, Cilix. Apollonius enim, cum ad ætatem adultam pervenisset, in dicendi facultate magnam vim habuit, & exercitationis robur, & Atticæ linguæ magnam peritiam. Quamobrem omnium oculi in ipsum conjiciebantur. Nam & forma valde conspicuus erat. Ipsum autem natum XIV. annos pater ad Euthydemum Tarsos Ciliciæ ducit, qui ipsum docuit. Hic autem præceptori quidem adhærebat: illius vero civitatis mores absurdos [ac ineptos esse] judicabat, & minime commodos ad operam philosophiæ ibi dandam. Nusquam enim deliciis magis sunt addicti, & derisores, & dicaces, ac insolentes sunt omnes, & se dederunt velis, [i. e. rebus nauticis] magis, quam Athenienses sapientiæ. Per ipsorum autem urbem fluit Cydnus fluvius, cui assident, ut aves locis humidis assuetæ. Quamobrem exorato patre magistrum in vicinum oppidum Ægas transtulit, ubi & tranquillitas erat apta philosophaturo, & Æsculapii templum valde conspicuum hominibus. Ibi cum eo philosophati sunt & Platonici, & Chrysippei, & Peripatetici. Sed ne Epicuri quidem doctrinam contempsit. Euxenus vero fuit ipsi Pythagoricæ disciplinæ magister. *Port.*

Εὐθυδικία. ὅταν εἰσάγηταί τις κριθησόμενος, περὶ ὧν μηδέπω γνῶσις ἐγένετο δικαστηρίου, τοῦτο εὐθυδικία καλεῖται. περὶ ὧν γὰρ κεκρίσθαι τίς φησι, περὶ τούτων παραγράφεσθαι ἔξεστι. Οὐκ ἀκούσαντες τῆς εὐθυδικίας, καὶ εἰκότως. οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ δικάζειν ἐκάθηντο, ἀλλ' ἐπὶ σχήματι καὶ προσώπῳ δικαστῶν.

Εὐθυδικία. Quum quis in jus vocatur, causam dicturus de re, in judicio nondum disceptata; id εὐθυδικία vocatur. Cum enim reus se accusari dicit ob rem jam ante judicatam, exceptione ei uti licet. *Cum causæ in judicium introductæ negligerentur: & merito. Non enim judicandi causa sedebant, sed tantum, ut judicum speciem & personam repræsentarent.*

Εὐθυεπείαις. ὀρθολογίαις.

Εὐθυεπείαις. Sermonibus rectis & ab omni simulatione remotis.

Εὐθυκλῆς. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν Ἄσωτοι, ἢ

Εὐθυκλῆς. Euthycles. Ex ipsius comœdiis

1 Εὐθίας. ὄνομα κύριον. τῶν ἐπὶ συκοφ.] Ex Harpocratione.

2 Εὐθιξία ἔχων τὸν νοῦν. εὐθ.] Locus hic & corruptus & mutilus esse videtur: ex quo, prout potui, me expedivi.

3 Ἦν δὲ καὶ εὐθύγλωττος πέρα τοῦ δ.] Hæc sunt verba Damascii de Isidoro philosopho, ut patet ex Photio, apud quem in Excerptis ex Damascio, pag. 1032. hic ipse locus auctior legitur. Confer etiam Nostrum supra v. Ἀφέλεια.

4 Εὐθύδημος, διδάσκαλος Ἀπολλ.] Totum hunc articulum excerpsit Suidas ex Philostrato *de Vit. Apoll.* lib. 1. cap. IV. & V. ut Pearsonius etiam monuit.

5 Σκωπτόλαι] Apud Philostratum rectius legitur σκωπτόλαι, per ο in syllaba penultima; & sic apud ipsum Suidam infra v. Σκωπτόλαι, ubi hic ipse locus repetitur. Photius quoque in *Bibliotheca*, pag. 1017. fragmentum hoc inter Collectanea sua retulit, ubi itidem legitur σκωπτόλαι.

6 Ποταμός τε αὐτοὺς διαῤῥ.——οἱ ὑγρότατοι] Fragmentum hoc repetitur infra v. Κύδνον ῥέοντα.

7 Οὐδὲ τῶν Ἐπικούρου λόγων ἀπεσπ.] Locus hic legitur etiam supra v. Ἀπεσπούδαζε.

Ἐπιτολή.

Ἐπιστολή· ὥς φησιν Ἀθήναιος ἐν τοῖς Δειπνοσοφισταῖς.

Εὐθυλήπτων. εὐχερῶς κρατουμένων. εὐκόλων. Τοῦτο γὰρ δρᾷν εἰώθασιν αἱ σφοδραὶ ἐπιθυμίαι, οὐκ εὐθυλήπτων ὄντων τῶν ἐπιθυμουμένων.

Εὐθυμένης.[1] ὄνομα κύριον. Ἄρχων Ἀθηναῖος· ἐφ' οὗ κατελύθη τὸ ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν, γραφὲν ἐπὶ Μορυχίδου.

Εὔθυμος,[2] Λοκρὸς, τῶν Ἐπιζεφυρίων· ὃς ἠγωνίσατο πὺξ πρὸς Θεαγένην τὸν Θάσιον· καὶ ὑπερέβαλλε μὲν ὁ Θεαγένης, ἐπηρεάσας τὸν Εὔθυμον. οὐ μέντοι ἐν παγκρατίῳ λαβεῖν ἠδυνήθη τὸν κότινον, προκατειργασμένος ὑπὸ Εὐθύμου. ἐνίκησε δὲ Εὔθυμος τὰς ἐφεξῆς Ὀλυμπιάδας τρεῖς, καὶ ἐστεφανώθη, τοῦ Θασίου μὴ καταβάντος οἱ ἐς πυγμὴν, ἀλλ' ἑτέρων ὄντος ὁ Εὔθυμος ἠγωνίσατο καὶ πρὸς τὸν ἐν Τεμέσῃ ἥρωα Ἀλύβαντα. ἡ δὲ Τέμεσα τῆς Ἰταλίας ἐστὶν, εἰς ἣν Ὀδυσσεὺς πλανώμενος περὶ Σικελίαν ἦλθεν. ἔνθα εἷς τῶν ναυτῶν μεθύσας, καὶ παρθένον βιασάμενος, κατελεύσθη ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. καὶ Ὀδυσσεὺς μὲν ἐν οὐδενὶ θέμενος τὴν ἀπώλειαν, ἔπλει. τούτου δὲ τελευτήσαντος ὁ δαίμων οὐκ ἀνίει τοὺς ἐν Τεμέσῃ ἀνθρώπους ἐπεξερχόμενος καὶ φονεύων· ὥστε καὶ ὁρμῆσαι φυγεῖν καταλιπόντες τὴν πόλιν, εἰ μὴ ἡ Πυθία σφᾶς ἐπέσχε, τὸν ἥρωα ἱλάσκεσθαι [κελεύουσα,] τέμενος ἐργασαμένους, καὶ κατ' ἐνιαυτὸν τὴν καλλίστην οὖσαν παρθένον ἐς γυναῖκα ἐπιδιδόντας. ταῦτα πολλοῖς ἔπεσι τελούμενα πυθόμενος ὁ Εὔθυμος, εἰσῆλθεν εἰς τὸ τέμενος, καὶ τὴν παρθένον ἰδὼν, καὶ οἰκτείρας, πρὸς δὲ καὶ ἐς ἔρωτα ἐλθὼν, ἐσκευάσατο ὡς πολεμήσων τῷ δαίμονι, καὶ αὐτὸν μὲν νύκτωρ φανέντα ἐνίκησε, καὶ ἐξήλασεν, ὡς μηκέτι αὐτόθι φανῆναι· τὴν δὲ παρθένον γαμετὴν ἠγάγετο.

Εὐθύνη.[3] κυρίως ἣν εἰσάγουσιν οἱ Λογισταὶ πρὸς τοὺς δόξαντας μὴ ὀρθῶς ἄρξαι τῆς πόλεως, ἢ πρεσβεῦσαι κακῶς. καὶ τὰ δικαστήρια μὲν οἱ Λογισταὶ κληροῦσι· κατηγορεῖ δὲ ὁ βουλόμενος· καὶ τοῖς δικασταῖς ἐφεῖται τιμᾶσθαι τοῖς ἁλοῦσι. † Ὅτι τῆς ἐλεφαντίνης Ἀθηνᾶς, ἣν Φειδίας ἐποίησεν, ἐπὶ τοῖς ἀναλώμασι ταχθεὶς ὁ Περικλῆς, καὶ νοσφισάμενος ν' τάλαντα, ἵνα μὴ δῷ τὰς εὐθύνας, τὸν πόλεμον ἐκίνησε.

Εὐθύνας. δίκας. τιμωρίας.

Εὐθῦναι. ἐξετάσαι. ὀρθῶσαι.

Εὔθυναι.[4] ὄνομα ἀρχῆς παρὰ Ἀθηναίοις. δέκα δὲ τὸν ἀριθμὸν ἄνδρες ἦσαν, παρ' οἷς ἐδίδοσαν οἱ πρεσβεύσαντες, ἢ ἄρξαντες, ἢ διοικήσαντές τι τῶν δημοσίων, τὰς εὐθύνας.

est & ea, quæ *Asoti*, vel *Epistola* inscribitur, ut ait Athenæus in *Dipnosophistis*.

Εὐθυλήπτων. Rerum, quæ facile capi possunt. Facilium. *Hoc enim facere solent vehementes cupiditates, cum iis, quæ concupiscimus, haud facile potiri possumus.*

Εὐθυμένης. Euthymenes. Nomen proprium Archontis Atheniensis, sub quo abrogatum est decretum, Archonte Morychide scriptū, quo Comicis adimebatur libertas aliquem in Scena perstringendi.

Εὔθυμος. Euthymus, Locrensis, Epizephyrius, qui pugilatu certavit cum Theagene Thasio. Et Theagenes quidem Euthymum superavit, contumeliose ei insultans. Non tamen in pancratio coronam oleaginam accipere potuit, ab Euthymo ante superatus. Euthymus vero tres sequentes Olympiadas vicit, & coronatus est, in pugilatu non cum illo Thasio, sed cum aliis congressus. Idem Euthymus etiam cum Alybante Temesæo Heroe pugnavit. Temesa autem est Italiæ urbs, in quam Ulysses, circa Siciliam errans, venit. Ibi unus de nautis ebrius, cum virginem violasset, lapidibus obrutus fuit ab indigenis. Ulysses vero nulla necis ejus habita ratione, discessit. Mortui autem Genius Temesæos persequi & occidere non desinebat. Quare urbe relicta fugere statuerant, nisi Pythia ipsos retinuisset, monens, ut Heroem placarent, fano extructo, & formosissima virgine quotannis tradita, quæ esset ipsius uxor. Quæ cum per multos annos fieri comperisset Euthymus, in illud fanum ingressus, & virginem conspicatus, & miseratus, præterea vero ejus amore captus, se armavit, ut qui cum illo dæmone pugnaturus esset; ipsumque, cum nocte apparuisset, superavit, & illinc expulit; ita ut nunquam postea illic apparuerit: virginem vero postea uxorem duxit. *Port.*

Εὐθύνη. Sic vocatur actio, quam Logistæ instituunt contra eos, quos suspicio est Rempubl. non recte administrasse, vel legationem perperam obiisse; ut muneris a se gesti rationem reddant. Et judicia quidem Logistæ sortiuntur: accusat vero, quisquis vult. Judicibus autem licet mulctam irrogare reis convictis. † Pericles, curator constitutus pecuniæ, in Minervam eburneam, quam Phidias fecit, impendendæ, cum L. Talenta intervertisset, ne rationes reddere teneretur, bellum excitavit.

Εὐθύνας. Judicia. Pœnas. Examina.

Εὐθῦναι. Examinare. Corrigere. Dirigere.

Εὔθυναι. Nomen magistratus apud Athenienses. Erant autem viri numero decem, apud quos rationes reddere tenebantur illi, qui legationem obierant, aut magistratum gesserant, aut pecuniam aliquam publicam administraverant.

1 Εὐθυμένης. ὄνομα κύριον. Ἄρχων Ἀθηναῖος.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Acharnens*. pag. 373. 374. (264. Ed. Bas. *Port.*)

2 Εὔθυμος, Λοκρὸς, τῶν Ἐπιζεφ.] Totum hunc locum consarcinavit Suidas ex Pausania, qui eadem refert lib. vi. pag. 355. Nonnulla autem, quæ apud Pausaniam leguntur, Suidas brevitatis gratia præteriit; nonnulla item paulo aliter habet, ut ex collatione locorum cuilibet patebit.

3 Εὐθύνη. κυρίως ἣν εἰσάγ.] Confer Nostrum supra v. Ἀλογίου, & infra v. Λογισταί.

4 Εὔθυναι. ὄνομα ἀρχῆς παρὰ Ἀθην.] Ex Harpocratione. Confer etiam Petitum *de Leg. Att.* pag. 224.



 Εὐθύ-

Εὐθύνοντας. ὁρμῶντας.

Εὔθυνος. εὐθυντής.

Εὐθύνουσιν. ἐρωτῶσι. δίκας εἰσπράττουσι.

Εὐθυωρία. τὸ κατ' εὐθεῖαν.

Εὐθυωρόν.[1] ἀντὶ τοῦ, κατ' εὐθεῖαν. οὕτως Ἀντιφῶν καὶ Ξενοφῶν.

Εὐθυωρόν. αὐτῇ τῇ ὥρᾳ. [2]Τὸ δὲ βέλος ἀνεῳγμένον προφθάσαν τὸ στόμα, ἐκεῖσε ἐμπεσόν, κατέπαυσε τὴν πλῆσιν. καὶ δὴ ὁ Κὼχ εὐθυωρὸν ἀπεβίω.

Εὐθυῤῥήμων. εὐθυλόγος. ἐτυμολόγος. καὶ ῥῆμα, εὐθυῤῥημονῶ. ὅτε λέγει Ἀριστοφάνης τὸ δεῖνα, τὸ ῥηθησόμενον ἀηδὲς [3]ἐκφεύγειν εὐθέως λέγει, ἵνα μὴ εὐθυῤῥημονήσῃ.

Εὐθύς. ἀντὶ τοῦ, ἐν ἀρχῇ. παραυτίκα. [4]Ἀριστοφάνης·

Ἐπίσχες. εὐθὺς γάρ σ' ἔχω μέσον λαβὼν ἄφυκτον.

τὸ ἑξῆς, λαβών σε ἄφυκτον ἔχω, εὐθὺς μέσον λαβών. ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν παλαιστῶν, τῶν λαμβανομένων εἰς τὸ μέσον, καὶ ἡττωμένων. καὶ αὖθις [5]Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Σὺ δὲ τοὺς νῦν εὐθὺς ἐν ἱματίοισι διδάσκεις ἐντετυλίχθαι.

Εὐθύς, καὶ εὐθέως. ἀμφότερα Ἑλληνικά. τὸ δ' εὐθὺ διαφέρει τούτων. οὐ γὰρ τὸ παραχρῆμα σημαίνει, ἀλλὰ τὸ ἕως, καὶ εἰς οἷον. [6]Παρὰ Θουκυδίδῃ, τὸ παραχρῆμα, καὶ τὸ ἐξ εὐθείας, καὶ τὸ ἀσκόπως.

Εὐθὺ σκοποῦ. ἀκριβές. κατ' εὐθεῖαν. Καὶ οἱ μὲν ἐκ τοῦ λιμένος ἀπῆραν, εὐθὺ δὲ Παχύνου ἐφέροντο.

Εὐθὺ τοῦ Διός. ἀντὶ τοῦ, πρὸς τὸν Δία.

Εὐκαρδίως. προθυμητικῶς. Ἡ δὲ κόρη ὑπακούει προθύμως τε καὶ εὐκαρδίως.

Εὐκατάπρηστος. εὐκατάκαυστος.

Εὐκατεργάστου. εὐχειρώτου. εὐδιαλύτου. Τῆς οἰκονομίας οὔσης εὐκατεργάστου.

Εὐκαιρία. [7]Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς πάνυ ὠρέγετο τῆς Ἐφέσου, διὰ τὴν εὐκαιρίαν, τῷ δοκεῖν μὲν κατὰ τῆς Ἰωνίας καὶ τῶν ἐφ' Ἑλλησπόντου πόλεων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ἀκροπόλεως ἔχειν θέσιν, κατὰ δὲ τῆς Εὐρώπης ἀμυντήριον ὑπάρχειν ἀεὶ τοῖς Ἀσίας βασιλεῦσιν εὐκαιρότατον.

Εὐκέαστον. τὸ εὔσχιστον.

Εὔκερως βοῦς. ὁ καλὰ κέρατα ἔχων. Εὔκαιρος δέ, ὁ καλὸς καιρός. καὶ εὐκαίρως, ἐπιῤῥηματικῶς. ἀντὶ τοῦ ἁρμοζόντως. εἰς καιρὸν δέοντα. Εὐκαίρως δὲ παριόντος Κράτητος, ὁ βιβλιοπώλης δείξας αὐτόν, φησί, τούτῳ παρακολούθησον.

Εὐθύνοντας. [Dirigentes.] Cum impetu ruentes.

Εὔθυνος. Qui rationes gesti muneris ab aliquo exigit.

Εὐθύνουσιν. Interrogant. Examinant. Pœnas exigunt.

Εὐθυωρία. Extensio rei secundum lineam rectam.

Εὐθυωρόν. Secundum lineam rectam. Recta via. Sic Antiphon & Xenophon.

Εὐθυωρόν. Eadem hora. Statim. *Telum autem, cum per os apertum intrasset, in gutture hæsit. Cochus vero statim ex vita excessit.*

Εὐθυῤῥήμων. Qui aperte & absque ulla circuitione rem ipsam loquitur. Et verbum, εὐθυῤῥημονῶ, simpliciter & aperte verum dico. Aristophanes aliquando voce δεῖνα utitur, cum rem ipsam aperte dicere non vult, ne scilicet id, quod auribus ingratum est, proferat.

Εὐθύς. Statim. Confestim. Aristophanes: *Siste gradum. Nam statim nunc medium te tenebo prehensum, ut elabi non possis.* Ordo constructionis talis est, λαβών σε ἄφυκτον ἔχω, εὐθὺς μέσον λαβών. Metaphora sumpta est a luctatoribus, qui medii prehensi ab adversariis vincuntur. Et iterum Aristophanes *Nubibus : Tu vero nostri temporis homines illico vestimentis involvi doces.*

Εὐθύς, & εὐθέως. Utrumque Græcum est. At εὐθὺ ab his differt. Non enim significat statim, sed, recta ad aliquem locum. Apud Thucydidem vero [τὸ εὐθὺς] non significat, statim, sed aperte, vel non dissimulanter, & inconsulto.

Εὐθὺ σκοποῦ. Recta ad scopum. Recta. *Illi vero portu solverunt, & Pachynum recta petierunt.*

Εὐθὺ τοῦ Διός. Recta ad Jovem.

Εὐκαρδίως. Prompte. Cupide. *Puella vero alacriter & prompte obtemperavit.*

Εὐκατάπρηστος. Facilis combustu.

Εὐκατεργάστου. Illius, qui facile confici, vel subigi, & dissolvi potest. *Cum œconomia illa facile dissolvi posset.*

Εὐκαιρία. Temporis commoditas. Opportunitas. *Antiochus Rex Ephesum vehementer appetebat, propter illius urbis oportunitatem, quod adversus Ioniam quidem & Hellesponti urbes terra marique arcis situm obtinere videretur; contra Europam vero propugnaculum Asiæ Regibus commodissimum semper esset.*

Εὐκέαστον. Quod facile scindi vel findi potest.

Εὔκερως βοῦς. Bos pulchra cornua habens. Εὔκαιρος vero, opportunus. Et εὐκαίρως, adverbialiter. Opportune. Convenienter. Opportuno tempore. *Cratete autem opportune prætereunte, bibliopola eum demonstrans, dixit: Hunc sequere.*

1 Εὐθυωρόν. ἀντὶ τοῦ, κατ' εὐθ.] Ex Harpocratione.
2 Τὸ δὲ βέλος ἀνεῳγμ.] Fragmentum hoc legitur etiam infra v. Ὁ Κώχ.
3 Ἐκφεύγειν εὐθέως λ.] Locus hic corruptus mihi videtur, in quo pro εὐθέως rectius forsan legas ἐθέλει.
4 Ἀριστοφάνης] *Nubibus*, pag. 182. (111. Ed. Bas. *P.*)
5 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 179. (109. Ed. Bas. *P.*)

6 Παρὰ Θουκυδίδῃ, τὸ παραχρῆμα, καὶ τὸ ἐξ εὐθ.] Aliter prorsus Scholiasta Thucydidis ad lib. II. cap. v. unde hæc sumpta sunt. Sic enim ille: Εὐθὺς ἀπροφασίστως. τὸ εὐθὺς οὐκ ἔτι παραχρῆμα, ἀλλ' ἐξ εὐθείας, ἢ ἀσκόπως. Hanc lectionem, quæ etiam Suidæ restituenda est, in versione secutus sum.
7 Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς π.] Fragmentum hoc Casaubonus ad Polybium refert.

Εὐκαι-

Εὐχαρεῖν. πλουτεῖν. [1] Ὁ δὲ ἐκάλει τῶν πολιτῶν τοὺς δοκοῦντας εὐχαρεῖν τοῖς βίοις.

Εὐχαρεῖν. Opulentum esse. *Ille vero vocavit cives, qui opulenti esse videbantur.*

Εὐχρείαν. [2] Ὁ δὲ θαυμάσας τὴν τῆς πόλεως θέσιν, καὶ τὴν τῆς ἀκροπόλεως εὐχρείαν, πρός τε τοὺς ἐντὸς Ἰσθμοῦ, καὶ πρὸς τοὺς ἐκτὸς ἀπολαμβανομένους τόπους. καὶ αὖθις· [3] Οἱ δὲ ἐθαύμαζον τὴν ἀρετὴν τῆς χώρας, καὶ τὰς κατὰ τὸν Νεῖλον εὐχρείας.

Εὐχρείαν. Opportunitatem. *Ille vero admiratus illius urbis situm, & arcis opportunitatem, tam ad loca, quæ erant intra Isthmum, quam ad ea, quæ extra eum sita erant.* Et iterum: *Illi vero mirabantur illius regionis bonitatem, & Nili commoditates.*

Εὐκηλήτειρα. κατευνάστρια. ἡ ἡσυχάστρια.

Εὐκηλήτειρα. Demulcens. Leniens. Sopiens.

Εὔκηλος. ὁ ἥσυχος.

Εὔκηλος. Quietus. Placidus. Tacitus.

Εὐκλεές. ἔνδοξον.

Εὐκλεές. Gloriosum. Illustre.

Εὔκλεια. ἡ δόξα. Ἡγεῖσθαι μὲν ἀγαθὸν οὐδὲν εἶναι τὴν εὔκλειαν, ἀντιποιεῖσθαι δὲ αὐτῆς ἱκανῶς, ὠφελείας ἕνεκα τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, ὡς τοῖγε φιλοσόφοις δοξάντων ἀσχημονεῖν, οἴχεσθαι ἐκ τοῦ βίου πᾶσαν αἰδῶ, καὶ ζήλωσιν τοῦ ἀμείνονος ἤθους. καὶ αὖθις, [4] Ἰώσηπος· Θέμενος εὐκλείας ἐν δευτέρῳ τὸ ζῆν.

Εὔκλεια. Gloria. [*Dicebat vero,*] *gloriam quidem in bonorum numero non esse ponendam; attamen operam dandam, ut eam consequaris; propter utilitatem aliorum hominum. Nam si Philosophi turpiter se gerere viderentur, omnem verecundiam, & meliorum morum studium ex vita sublatum iri.* Et iterum Josephus: *Vitam gloriæ postponens.*

Εὐκλείδης [5], Μεγαρεὺς, (Μεγάρων δὲ τῶν ἐν τῷ Ἰσθμῷ) φιλόσοφος, ὃς τὴν ἐξ αὐτοῦ κληθεῖσαν Μεγαρικὴν αἵρεσιν εἰσήγαγεν· ἣν δὴ καὶ Διαλεκτικὴν καὶ Ἐριστικὴν προσηγόρευσαν. γέγονε δὲ μαθητὴς Σωκράτους· μεθ' ὃν Ἰχθύας, εἶτα Στίλπων ἔσχον τὴν σχολήν. συνέγραψε διαλόγους, Ἀλκιβιάδην, Αἰσχίνην, Κρίτωνα, [6] Φοίνικας, Λαμπρίαν, Ἐρωτικὸν καὶ ἄλλα τινά.

Εὐκλείδης. Euclides, Megarensis, (ex Megaris nimirum in Isthmo sitis oriundus) Philosophus: auctor sectæ, ab ipso *Megaricæ* appellatæ; quam alii etiam Dialecticam & Eristicam vocarunt. Idem fuit Socratis discipulus: cui Ichthyas, & postea Stilpon in Schola successerunt. Conscripsit Dialogos, *Alcibiadem, Æschinem, Critonem, Phœnices, Lampriam, Amatorium,* & alia quædam.

Εὐκλείσον. ἀντὶ τοῦ, δόξης καὶ εὐκλείας ἄξιον.

Πρόφρων ἁμετέραν εὐκλείσον γενεάν.

Εὐκλείσον. Gloria & honore illustra. *Propitius nostrum gloria illustra genus.*

Εὐκληρία. εὐτυχία.

Εὐκληρία. Felicitas.

Εὐκολίνη. ἡ εὔκολος πόλις.

Εὐκολίνη. Eucoline. Urbs.

Εὔκολος. [7] ἁπλοϊκὸς τὸν τρόπον, καὶ ἐλευθέριος. ἢ ὁ ἐναντιούμενος τῷ δυσκόλῳ. Ὁ δὲ ἁπλοῦς ὤν, καὶ μάλα εὔκολος, [8] συμπειθόμενος καὶ παρελκόμενος ἀγωνιᾷ τὸ ἀνδράποδον, καθάπερ Ὀδυσσειόν τινα καὶ Θεμιστόκλειον παρεληλυθότα δεινότητα καὶ πανουργίαν.

Εὔκολος. Simplex. Apertus. Ingenuus. Vel facilis, & qui contrarius est moroso. *Ille vero, cum esset simplex & facilis, ab aliis persuasus in certamen descendebat cum mancipio, quod vel Ulyssis & Themistoclis astutiam & calliditatem superabat.*

Εὐκραής. ἀντὶ τοῦ, εὔκρατος.

Εὐκραής. Bene temperatus.

Εὐκρας. εὐκρασία.

Εὐκρας. Idem. Et εὐκρασία. Bona temperies.

Εὐκρινές. εὐχερές.

Εὐκρινές. Distinctum. Clarum. Purum.

Εὐκρίνεια. ἡ καθαρότης.

Εὐκρίνεια. Diluciditas. Puritas.

Εὐκρινής. συνήθως μὲν ὁ ἐξ ἀῤῥωστίας ὑγιάνας λέγεται. παρὰ τὸ εὖ κεκρίσθαι. οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ νεκροῦ τέθεικε κατ' ἀντίφρασιν.

Εὐκρινής. Communiter quidem sic vocatur ille, qui ex morbo convaluit: ab εὖ bene, & κεκρίσθαι, distinctum vel secretum esse. Per antiphrasin vero etiam mortuus sic dicitur.

Εὔκριτος. ὄνομα κύριον.

Εὔκριτος. Eucritus. Nomen proprium.

Εὐκταῖον. εὐχῆς ἄξιον. πολύτιμον. ὑγιές. Παρ' ἐμοὶ δειπνήσατε πρότερον ἀμφότεροι. θύων γὰρ τυγχάνω ἱερὰ εὐκταῖα, καὶ τοὺς παῖδας ἄγων ἴθι, καὶ τὸν

Εὐκταῖον. Optandum. Voto dignum. Pretiosum. Sanum. *Apud me cœnate prius ambo. Sacra enim facio præclara: & filios huc*

1 Ὁ δὲ ἐκάλει τῶν πολιτῶν τοὺς δοκ.] Fragmentum hoc Valesius Polybio tribuit. Certe, τὸ εὐκαιρεῖν τοῖς βίοις, pro, opulentum & divitem esse, est phrasis Polybiana, ut patet ex Collectaneis Constantini Imperat. pag. 165. ubi in fragmento Polybii inter alia & hæc leguntur: Περιέγραψε γὰρ τοὺς εὐκαιροῦντας τοῖς βίοις φυγάδας, οὐ μόνον ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας. Id est: *Locupletes enim quosque, non viros solum, sed etiam fœminas, exules proscripsit.*

2 Ὁ δὲ θαυμάσας τὴν τῆς π.] Fragmentum hoc Fulvius Ursinus ad Polybium refert.

3 Οἱ δὲ ἐθαύμαζον τὴν ἀρετὴν τῆς χ.] Hæc sunt verba Diodori in *Excerpt. Legat.* ab Ursino editis, cap. XXXII. ut Pearsonius etiam observaverat.

4 Ἰώσηπος.] *De Bello Jud.* lib. 1. pag. 709. ubi de Eleazaro filio Mattathiæ verba fiunt.

5 Εὐκλείδης Μεγ.] De eo vide plura apud Laertium.

6 Φοίνικας] Laertius, Φοίνιξ: numero singulari.

7 Εὔκολος. ἁπλοϊκὸς τὸν τρόπον. ἐλευθ.] Scholiastes Aristophanis ad *Ranas* pag. 214. Εὔκολος. ἁπλοϊκὸς, ἢ ἐλευθέριος. τοιοῦτος δὲ ὁ Σοφοκλῆς.

8 Συμπειθόμενος ἢ παρελκόμενος ἀγωνιᾷ αὐτῷ.] Totus hic locus & ἀνακόλουθος est & obscurus, quem frustra quis emendare & illustrare conetur, nisi prius integrum locum auctoris, unde hæc deprompta sunt, invenerit.

φίλων, οὓς χρῄζεις. καὶ εὐκταῖος.

Εὐκτήμονος. πλουσίου.

Εὐκτόν. ἐπιθυμητικόν. [1]Ἀγαθίας· Οἱ δὲ Φράγγοι ἀφειδῶς ἐνέκειντο, ὡς τὸν Ναρσῆν ζωγρήσοντες, καὶ πέρας ξὺν βραχεῖ πέρας εὐκτὸν ἐπιθήσοντες ἅπαντι τῷ πολέμῳ.

Εὐλάβεια. παρὰ Σοφοκλεῖ, [2]ἔννοια, καὶ σκέψις.

--- Ἐν γὰρ τῷ μαθεῖν
Ἔνεστιν εὐλάβεια τῶν ποιουμένων.

οὐ γὰρ τὸν φόβον φησὶ νῦν.

Εὐλάβεια. ἡ καθαρότης, καὶ ὁ φόβος. Εὐλαβία δὲ, ὄνομα κύριον.

Εὐλαβηθείς. Τῶν Ῥωμαίων τὸ πρόθυμον εὐλαβηθεὶς ὁ Γεζέριχος, τοῖς ἑαυτῷ ἑπομένοις ἐσήμαινε διὰ τάχους ἐπικουρεῖν. καὶ Πισίδης·

Οὐκ ηὐλαβήθης τὰς ἐνοχλούσας νόσους.

Εὐλαβής. ὁ εὖ τῶν πραγμάτων ἐπιλαμβανόμενος. ὁ μὴ προχείρως τι ποιῶν. ἢ καὶ ὁ εἰς λαβὴν ἐπιτήδειος· οἷον, εὐλαβὴς μάχαιρα. ἢ ὁ εὖ προλαμβάνων τὸ μέλλον. δυσάλωτος δὲ, ὁ δυσχερής. ἀπὸ τῶν χειρῶν.

Εὐλαβοῦ. φυλάσσου.

[3]Εὐλαβοῦ δὲ, μὴ 'κφύγῃ σε. καὶ γὰρ οἶδε τὰς ὁδοὺς,
Ἅσπερ Εὐκράτης ἔφευγεν εὐθὺ τῶν κυρηβίων.

ἐπὶ τῶν φευγόντων. Ἀριστοφάνης. καὶ εὐλαβοῦμαι, αἰτιατικῇ. γενικῇ δὲ· Ἀψύχων εὐλαβοῦμαι. εἰ γὰρ βαπτίσω σε.

Εὐλαβῶς. [4]Ὁ δὲ Φίλιππος, ὁρῶν τοὺς Ἀχαιοὺς εὐλαβῶς διακειμένους πρὸς τὸν κατὰ Ῥωμαίων πόλεμον, ἐσπούδαζε κατὰ πάντα τρόπον ἐμβιβάσαι αὐτοὺς εἰς ἀπέχθειαν.

Εὔλαχα. τὸ ἄροτρον, [5]παρὰ Θουκυδίδῃ ἐν χρησμῷ τινι. Δώριος δὲ ἡ λέξις.

Εὐλαί. σκώληκες. καὶ [6]εὐλέων, τῶν σκωλήκων. [7]Ἡ δὲ Φερετίμα, ἡ Κυρήνης βασίλισσα, ἀνθ' ὧν ἔδρασε δίκας ἔτισε. ζῶσα γὰρ ἐξέζεσεν εὐλέων. ὅ ἐστι, σκωλήκων. [8]ὥς φησι Βάβριος ἐν μυθικοῖς. καὶ αὖθις· Ἐξέζεσε [9]ζῶν κακοῖς θηρίοις· οἱ μὲν, εὐλαῖς· οἱ δὲ, ὅτι οὐ ταύταις, φθειρσὶ δὲ μᾶλλον. ἢ [10]οὕτω, φθειρσί γε μήν.

Εὐληπτος. ὁ ταχέως καταλαμβανόμενος.

Εὐλόγησα. καὶ οὐκ ηὐλόγησα. ὡς Ἀττικώτερον γὰρ τὸ εὐλόγησα. Εὐλογημένος γὰρ λέγεις, καὶ οὐκ ηὐλογημένος.

tecum adduc, *& ex amicis illos, quos cupis.* Et εὐκταῖος. Optandus.

Εὐκτήμονος. Opulenti. Divitis.

Εὐκτόν. Optandum. Expetendum. Agathias: *Franci vero acriter & strenue hostibus instabant, tanquam Narsetem vivum capturi, & sic finem optatum toti bello imposituri.*

Εὐλάβεια. Apud Sophoclem [sic dicitur] consideratio, & deliberatio. *Nam qui rem ante cognoscit, prudenter de eo, quod facturus est, deliberare potest.* Εὐλάβεια enim hic non significat metum.

Εὐλάβεια. Puritas, & metus. Εὐλαβία vero, nomen proprium. Eulabia.

Εὐλαβηθείς. Timens. Formidans. *Genfericus Romanorum promptitudinem formidans, illis, qui ipsum sequebantur, significavit, ut sibi celeriter opem ferrent.* Et Pisides: *Non reformidasti molestos morbos.*

Εὐλαβής. Qui recte res aggreditur. Qui nihil temere facit. Vel etiam, qui commode prehendi potest: ut εὐλαβὴς μάχαιρα, gladius, qui commode capi vel prehendi potest. Vel, qui recte futurum præcipit. Δυσάλωτος vero est, qui difficulter capi potest.

Εὐλαβοῦ. Cave. [Aristophanes:] *Cave, ne te effugiat. Novit enim vias, per quas Eucrates recta effugit ad paleas.* Dicitur de fugientibus apud Aristophanem. Et εὐλαβοῦμαι, accusativo jungitur. Item, genitivo. *Inanimata caveo. Si enim te baptizavero.*

Εὐλαβῶς. Caute. Timide. *Philippus autem animadvertens, Achæos a bello contra Romanos suscipiendo metu deterreri, ipsos quavis ratione iis infensos reddere studebat.*

Εὔλαχα. Sic apud Thucydidem in oraculo quodam dicitur aratrum. Est autem vocabulum Doricum.

Εὐλαί. Vermes. Et εὐλέων. Vermium. *Pheretima vero, Cyrenes Regina, pro facinoribus a se perpetratis pœnas dedit. Vivens enim vermibus scatuit.* Et ut ait Babrius in Fabulis. * * * * Et iterum: *Vivus malis animalculis scatuit; ut alii quidem tradunt, vermibus; vel, ut alii, pediculis potius.*

Εὔληπτος. Qui facile & cito capi potest.

Εὐλόγησα. [Sic dicendum est.] Non autem ηὐλόγησα. Laudavi. Celebravi. Magis enim Atticum est εὐλόγησα. Pariter, εὐλογημένος dices, non autem ηὐλογημένος.

1 Ἀγαθίας] Lib. I. pag. 34.

2 Ἔννοια] Sic recte Scholiasta Sophoclis ad *Oedip. Colon.* pag. 275. unde hæc Suidas descripsit. At in prioribus Editt. male legitur, εὔνοια.

3 Εὐλαβοῦ δὲ, μὴ 'κφύγῃ σε.] Duo hi versus Trochaici leguntur apud Aristophanem *Equit.* pag. 301. (202. Ed. Bas. *P.*)

4 Ὁ δὲ Φίλιππος, ὁρῶν τοὺς Ἀχ.] Fragmentum hoc Valesius Polybio tribuit.

5 Παρὰ Θουκυδίδῃ] Lib. V. cap. XVI. sed ubi legitur, εὐλάκα, per κ. Scholiasta ibi sequentia notat: Εὐλάκαν δὲ τὴν ὕνιν Λακεδαιμόνιοι λέγουσι. ἔνιοι δὲ, τὴν δίκελλαν. ἀπὸ τοῦ λακαίνειν, ὅ ἐστι σκάπτειν. εὐλάκαν οὖν, δίκελλαν.

6 Εὐλέων] Ionice dictum est, pro εὐλῶν, ut ex exemplo sequenti patet. In prioribus autem Editt. male legitur, εὐλαίων.

7 Ἡ δὲ Φερετίμα, ἡ Κυρήνης βασίλισσα, ἀνθ' ὧν ἔδρ.] Herodotus lib. IV. in fine: Οὐ μὲν οὐδὲ ἡ Φερετίμη εὖ τὴν ζόην κατέπλεξε. ὡς γὰρ δὴ τάχιστα ἐκ τῆς Λιβύης τισαμένη τοὺς Βαρκαίους ἀπενόστησε ἐς τὴν Αἴγυπτον, ἀπέθανε κακῶς. ζῶσα γὰρ εὐλέων ἐξέζεσε. Hinc Suidas fragmentum hoc consarcinavit, ut Portus etiam observavit.

8 Ὥς φησι Βάβριος ἐν μυθικοῖς] Cum nihil præcedat, vel sequatur, ad quod verba hæc referri possint, vel dicendum est, ea ut supervacanea delenda esse, vel, ῥῆσιν Babrii hic excidisse.

9 Ἐξέζεσε ζῶν κακοῖς θηρίοις· οἱ μὲν, εὐλ.] Fragmentum hoc legitur etiam supra v. Ἀπόλαυε.

10 Ἢ οὕτω, φθειρσί γε μήν] Hæc nihil aliud sunt quam varia lectio verborum proxime præcedentium.

Εὐλο-

Εὐλογείτω. καὶ εὐλογείτωσαν. ἐπαινείτωσαν.

Εὐλόγηκεν. ἐβλασφήμησεν. ἐπὶ τοῦ Ἰώβ. Εὐλογιῶν εὐλογήσει.

Εὐλογῆσαι. ἐπαινέσαι, ὑμνῆσαι, ἐγκωμιάσαι. Ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ εὐλογηθήσεται.

Εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεός. αἰτιατικῇ. [1] Εἰδέναι προσήκει, ὡς εὐλογοῦντες μὲν οἱ ἄνθρωποι τὸν Θεὸν, λόγους αὐτῷ προσφέρουσι μόνους· ἔργῳ δὲ αὐτὸν εὐεργετῆσαι οὐ δύνανται. ὁ δὲ Θεὸς εὐλογῶν βεβαιοῖ τοὺς λόγους τῷ ἔργῳ, καὶ παντοδαπὴν παρέχει φορὰν ἀγαθῶν τοῖς εὐλογουμένοις.

Εὐλογιστίας. εὐλογίας. εὐβουλίας.

Εὔλογον [2] ἀξίωμα. τὸ πλείονας ἀφορμὰς ἔχον εἰς τὸ ἀληθὲς εἶναι· οἷον, Βιώσομαι αὔριον. † Λόγου [3] ποτὲ γενομένου πρὸς [4] Κλεάνθην τὸν φιλόσοφον, καὶ Πτολεμαῖον τὸν βασιλέα, περὶ τοῦ δοξάζειν τὸν σοφὸν, καί τινος εἰπόντος, ὡς οὐ δοξάζει· βουλόμενος ὁ βασιλεὺς ἐλέγξαι αὐτὸν, κηρίνας ῥοιὰς ἐκέλευσε παρατεθῆναι. τοῦ [5] δὲ σοφοῦ ἀπατηθέντος, ἀνεβόησεν ὁ βασιλεὺς, ψευδεῖ συγκατατεθεῖσθαι αὐτὸν φαντασίᾳ. πρὸς ὃν ὁ σοφὸς εὐστόχως ἀπεκρίνατο, εἰπὼν, οὕτω συγκατατεθεῖσθαι, οὐχ ὅτι ῥοιαί εἰσιν, ἀλλ' ὅτι εὔλογόν ἐστι, ῥοιὰς αὐτὰς εἶναι. διαφέρειν δὲ τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν τοῦ εὐλόγου.

Εὐλόφως. γενναίως. [6] Ὁ δὲ πρὸς τοὺς ἐπαναστάντας εὐλόφως ἀγωνισάμενος, ἐπέδειξεν ἀληθῆ ὄντα τὸν λόγον, ὃν ἔφη Σωκράτην εἰπεῖν ὁ Ξενοφῶν πρὸς Ἰσχόμαχον, [7] ὡς ἔστιν ἄρα τὸν ἀγαθὸν ὠφελεῖσθαι καὶ ὑπὸ τῶν βλάπτειν αὐτὸν πειρωμένων. καὶ αὖθις· [8] Εὐλόφῳ αὐχένι τὴν ἄσκησιν ὑπομένων ἐφαίνετο, ὅτε τὸ σῶμα κεκακωμένος, ὅτε τὴν ψυχὴν καταλαπαγμένος.

Εὔλυτος. [9] Μάρκος Ἀντωνῖνός φησιν· Ἔσο ἀναμένων τὸ ἀνακλητικὸν ἐκ τοῦ βίου εὔλυτος, μήτε ὅρκου δεόμενος, μήτε ἀνθρώπου τινὸς μάρτυρος.

Εὐμάθεια. τὸ καλῶς μανθάνειν.

Εὐμαρείη. ἀπόπατος [10] παρὰ Ἡροδότῳ.

Εὐμάρεια. ἡ εὐκολία. [11] λέγεται δὲ καὶ ἡ εὐκοσμία

Εὐλογείτω. Laudet. Celebret. Et εὐλογείτωσαν. Laudent. Celebrent.

Εὐλόγηκεν. [Per antiphrasin, pro] Maledixit. De Jobo dicitur: *Laudibus celebrabit.*

Εὐλογῆσαι. Laudasse. Celebrasse. *Ipsius anima in vita ejus celebrabitur.*

Εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεός. *Benedicat nobis Deus.* Accusativo jungitur. *Scire oportet, homines, cum Deo benedicunt, sola verba ipsi offerre, re ipsa vero ipsi benefacere non posse. Deus vero, cum benedicit, verba factis confirmat, & iis, quibus benedicit, omnigenam bonorum copiam largitur.*

Εὐλογιστίας. Rationes bene subductas. Prudentiam in capiendis consiliis.

Εὔλογον ἀξίωμα. Axioma probabile: sive illud, quod plures habet rationes, cur verum credatur; ut, *Cras vivam.* † Cum aliquando inter Cleanthem philosophum & Ptolemæum Regem ortus esset sermo, de eo, an sapiens opinetur; & quidam negaret, eum opinari; Rex eum convincere volens, mala Punica cerea apponi jussit. Cum igitur externa species Sapientem decepisset, Rex exclamavit, eum falso viso assensum esse. Cui Sapiens argute respondit, dicens, se ita assensum esse, non quod existimaret, ea esse mala Punica sed quod probabile putaret, ea esse mala Punica. Differre autē visionē, quæ cōprehendendi facultatem habeat, ab eo quod sit probabile.

Εὐλόφως. Generose. Fortiter. *Ille vero cum fortiter cum adversariis certasset, ostendit, verum esse dictum illud, quod Socrates, ut ait Xenophon, ad Ischomachum dixit, Virum bonum etiam utilitatem capere posse ex iis, qui ipsi nocere conentur.* Et iterum: *Erecta cervice labores & molestias ita perferebat, ut nec corpus ejus debilitaretur, nec animi robur & vires frangerentur.*

Εὔλυτος. Paratus discedere. Expeditus. Marcus Antoninus ait: *Expeditus classicum expecta, quo e vita avoceris, nec jurejurando proprio, nec alius cujusquam testimonio indigens.*

Εὐμάθεια. Docilitas. Discendi facilitas.

Εὐμαρείη. Apud Herodotum locus, ubi venter exoneratur. Vel, ipsa ventris exoneratio.

Εὐμάρεια. Facilitas. Item tranquillitas, sive,

1 Εἰδέναι προσήκει. ὡς εὐλογοῦντες μὲν οἱ ἄνθρ.] Hæc sunt verba Theodoreti ad Psalmum LXVI. v. 6.

2 Εὔλογον ἀξίωμα—— Βιώσομαι αὔριον] Hæc leguntur apud Laertium in *Zenone Cittieo*, pag. 483. Edit. Henr. Steph. ut Pearsonius recte observaverat.

3 Λόγου ποτὲ γενομένου πρὸς Κλεάνθην τὸν φιλόσοφον, καὶ Πτολεμαῖον τὸν βασ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba ejusdem Laertii in *Sphæro*, ut itidem Pearsonius monuit.

4 Κλεάνθην] Imo, Σφαῖρον, ut patet ex Laertio, qui hæc de Sphæro Philosopho refert.

5 Τοῦ δὲ σοφοῦ] Laertius, τοῦ δὲ Σφαίρου. Et sic paulo post, Σφαῖρος, pro σοφός.

6 Ὁ δὲ πρὸς τοὺς ἐπαναστάντας κτλ.] Fragmentum hoc ex Damascio depromptum esse suspicor.

7 Ὡς ἔστιν ἄρα τὸν ἀγαθὸν ὠφελεῖσθαι καὶ ὑπὸ τ.] Nescio an auctor anonymus, ex quo Suidas ista depromsit, respexerit ad locum illum Xenophontis in *Oeconom.* pag. 820. Οἶσθα μὲν ἄρα ὅτι ἀγαθοῦ ἐστι τοῖς ἐχθροῖς ἐπισταμένου χρῆσθαι, ὥστε ὠφελεῖσθαι ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν. Sed hæc Socrates ad Critobulum, non vero ad Ischomachum dicit.

8 Εὐλόφῳ αὐχένι τὴν ἄσκησιν ὑπομένων ἐφ.] Hæc sunt verba Damascii de Salustio philosopho, ut patet ex Photio, apud quem in Excerptis ex Damascio. pag. 1048. hic ipse locus sic legitur: Ἐφαίνετο δὲ ἀδάμαντι ἐπὶ πολλοῖς χρόνοις ὅτι ἀφόρητος τὸ σῶμα, ὅτι ταλαιπωρούμενος τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ, τὸ λεγόμενον, εὐλόφῳ αὐχένι τὴν ἄσκησιν ὑπέμενε. De Salustio philosopho, ut diximus, hæc intelligi debere, liquet ex iis, quæ apud Photium loco laudato præcedunt.

9 Μάρκος Ἀντωνῖνός φ.] Lib. III. cap. V. ut Pearsonius quoque observaverat. Vide etiam Nostrum supra v. Ἀνακλητικὸν, ubi idem fragmentum legitur.

10 Παρὰ Ἡροδότῳ] Lib. II. pag. 64. ubi scriptor ille de Ægyptiis inquit: Εὐμαρείῃ χρέωνται ἐν τοῖσι οἴκοισι. ἐσθίουσι δὲ ἔξω ἐν τῇσι ὁδοῖσι. Locum hunc Herodoti observavit Portus in Lexico Ionico: uti & alterum, qui occurrit lib. IV. pag. 163. ubi eadem voce Herodotus utitur.

11 Λέγεται δὲ καὶ ἡ εὐκοσμία παρὰ Μάρκῳ Ἀντ.] Respexit Suidas ad locum illum, qui exstat lib. IV. cap. III. ubi Marcus ait: Τὴν δὲ εὐμάρειαν λέγω οὐδὲν ἄλλο, ἢ εὐκοσμίαν.

παρὰ Μάρκῳ Ἀντωνίνῳ. καὶ [1] ἐν Ἐπιγράμματι· Οὐ βαθύπεπλος εὔμαρις.

Εὐμάρεια. ἡσυχία παρὰ Ἡροδότῳ. Τοῦτο φυγῆς τῷ Ἀννίβᾳ πλείστα εὐμάρειαν παρέσχε. διώκειν γὰρ οἱ τετρωμένοι [οἷοί τ'] ἦσαν ἥκιστα.

Εὐμάρειαι. εὐχέρειαι. τὸν πλοῦτον κτήσασθαι μὲν εὐμαρές· φυλάξασθαι δὲ, οὐ ῥᾴδιον.

Εὐμαρής. εὔκολος. εὐχερής. Εὔμαρις δὲ, θηλυκόν.

Εὔμαιος. ὄνομα κύριον.

Εὐμένης, [2] βασιλεὺς Μακεδόνων· ὃς τῇ μὲν σωματικῇ δυνάμει παραλελυμένος ἦν, τῇ δὲ τῆς ψυχῆς λαμπρότητι προσανεῖχεν· ἀνὴρ ἐν μὲν τοῖς πλείστοις οὐδενὸς δεύτερος τῶν καθ' αὑτὸν βασιλέων γενόμενος, περὶ δὲ τὰ σπουδαιότατα καὶ κάλλιστα μείζων καὶ λαμπρότατος. ὅς γε πρῶτον μὲν λαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν βασιλείαν συνεσταλμένην τελέως εἰς ὀλίγα καὶ λιτὰ πολισμάτια, ταῖς μεγίσταις τῶν καθ' αὑτὸν δυναστειῶν ἐφάμιλλον ἐποίησε τὴν ἰδίαν ἀρχήν· οὐ τύχῃ τὸ πλεῖον συνεργῷ χρώμενος, οὐδ' ἐκ περιπετείας, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀγχινοίας καὶ φιλοπονίας, ἔτι δὲ πράξεως τῆς αὑτοῦ. δεύτερον, τῶν καθ' αὑτὸν βασιλέων φιλοδοξότατος ἐγενήθη, καὶ πλείστας μὲν πόλεις Ἑλληνίδας εὐηργέτησε, πλείστους δὲ κατ' ἰδίαν ἀνθρώπους ἐσωματοποίησε. τρίτον δὲ, ἀδελφοὺς ἔχων τρεῖς, καὶ κατὰ τὴν ἡλικίαν καὶ πρᾶξιν [ἀκμάζοντας,] πάντας τούτους συνέσχε πειθαρχοῦντας αὑτῷ, καὶ δορυφοροῦντας, καὶ σώζοντας τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα. τοῦτο δὲ σπανίως εὕροι τις ἂν γεγονός. ὁ [3] δὲ Εὐμένης οὗτος ὑπὸ Ἀντιγόνου ἀναιρεῖται, ἀνὴρ σοφώτατος, ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς τῶν Μακεδόνων, δόξας εἶναι, καὶ ἀνεπίληπτος ἐν στρατηγίαις, ὡς καὶ τοῖς ἔπειτα χρόνοις παρασχεῖν ὄνομα.

Εὐμενίδες. αἱ Ἐρινύες, αἵ εἰσι καταχθόνιαι δαίμονες. [4] μεταβαλεῖν δέ φασιν αὐτὰς τὸ ὄνομα ἐπὶ Ὀρέστῃ. τότε γὰρ πρῶτον Εὐμενίδας κληθῆναι, εὐμενεῖς αὐτῷ γενομένας, κριθέντα νικᾶν παρ' Ἀθηναίοις, καὶ ὁλοκαυτώσαντα αὐταῖς οἶν μέλαιναν. Φιλήμων δὲ ὁ κωμικὸς ἑτέρας φησὶ τὰς Σεμνὰς Θεὰς τῶν Εὐμενίδων. [5] Σοφοκλῆς·

—— Αἱ γὰρ ἔμφοβοι
Θεαί σφ' ἔχουσι, γῆς τε καὶ σκότου κόραι.

καὶ παροιμία· [6] Ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ καλά. παρ' ὅσον τὰς Εὐμενίδας ἄλλοι ἄλλως καλοῦσιν. ἄλλα γὰρ ὀνόματα παρ' ἄλλοις καλὰ νομίζονται, παρ' ἡμῖν δὲ ταῦτα, τὸ ὀνομάζειν αὐτὰς Εὐμενίδας κατ' εὐφημισμὸν τὰς Ἐρινύας.

animi probe compositi status, apud Marcum Antoninum. Et in Epigrammate: *Non laxa & sinuosa eumaris.*

Εὐμάρεια. Tranquillitas apud Herodotum. [Item, facilitas, facultas.] *Hæc res majorem fugæ facultatem Annibali præbuit. Vulnerati enim hostem persequi minime poterant.*

Εὐμάρειαι. Facilitas. [Et εὐμαρές, facile.] *Opes parare facile est: at easdem conservare, difficile.*

Εὐμαρής. Facilis. Εὔμαρις vero, [genus vestis, vel calcei;] est fœmininum.

Εὔμαιος. Eumæus. Nomen proprium.

Εὐμένης. Eumenes, Macedonum Rex, corpore quidem erat infirmo atque imbecilli, sed animi vigore infirmitatem corporis compensabat: vir in plerisque rebus nulli ætatis suæ Regum secundus; in rebus autem gravissimis ac pulcherrimis omnium maximus ac splendidissimus. Qui primum quidem, cum regnum paucis ac tenuibus oppidulis coarctatum a patre accepisset, amplissimis temporis sui imperiis parem dominationem suam præstitit, non tam fortunæ auxilio & casu quodam, quam solertia & industria sua. Deinde præ cæteris ætatis suæ Regibus gloriæ cupidissimus fuit, atque unus plurimas Græciæ civitates ac plurimos singillatim homines beneficiis suis locupletavit. Denique fratres cum haberet tres, & ætate & industria pollentes, eos in officio omnes continuit, & morigeros custodesque regni, ac dignitatis suæ habuit satellites: quod raro admodum contigisse reperias. Hic Eumenes ab Antigono occisus est, vir reliquorum Macedonum longe sapientissimus, & Imperator omnibus numeris absolutus, adeo ut & posteris nominis sui memoriam reliquerit.

Εὐμενίδες. Eumenides, sive Furiæ, Deæ infernæ: quas ob id, quod Oresti accidit, nomine mutato *Eumenides* primum appellatas esse ajunt; quod scilicet εὐμενεῖς, i. e. propitiæ ei fuissent, cum Athenis absolutus, ovem nigram eis immolasset. Philemon vero Comicus ait, Deas illas, quas Græci Σεμνὰς vocant, diversas esse ab Eumenidibus. Sophocles: *Terribiles enim Deæ ipsum tenent, Telluris & Caliginis filiæ.* Et proverbium: *Alia alibi censentur pulchra.* Eumenides enim alii aliter appellant: quod alia nomina apud alios pulchra censeantur. Apud nos vero usu receptum est, ut Furias per euphemismum *Eumenides* appellemus.

1 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. III. cap. XII. pag. 339. ubi legitur εὐμαρίς, cum acuto in ultima. Fuisse autem *eumarin* genus vestis vel ornamenti muliebris, ex dicto loco Anthologiæ apparet. Erat etiam genus quoddam calceamenti, quod apud veteres εὔμαρις vocabatur: de quo vide Pollucem.

2 Εὐμένης. βασιλεὺς Μακεδόνων· ὃς τῇ μὲν σωματικῇ —— σπανίως εὕροι τις ἂν γεγονός] Hæc omnia sunt verba Polybii apud Constantinum in Collectaneis a Valesio editis, pag. 166. unde ea Suidas descripsit. Vocem autem Μακεδόνων Suidas de suo addidit: & quidem male. Eumenes enim non fuit Rex Macedonum, sed Pergami, ut ex historia satis constat.

3 Ὁ δὲ Εὐμένης οὗτος ὑπὸ Ἀντιγ.] Hæc pertinent ad Eumenem Cardianum, Cappadociæ satrapam, a priori Eumene omnino diversum, ut recte monuit Reines. *Var. Lect.* lib. III. pag. 368. quem confer.

4 Μεταβαλεῖν δέ φασιν αὐτὰς τὸ ὄνομα ἐπὶ Ὀρ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ Sophocl. ad *Oedip. Colon.* pag. 272. ut Portus etiam monuit.

5 Σοφοκλῆς] *Oedip. Colon.* pag. 272.

6 Ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ καλά] Hæc apud Sophoclem loco laudato sequuntur: quæ non necesse est proverbiis cum Suida accensere.

Εὐμενίδες.[1] Αἰσχύλος Εὐμενίσιν, εἰπὼν τὰ περὶ τὴν κρίσιν τὴν Ὀρέστου, φησὶν, ὡς [2] ἡ Ἀθηνᾶ ἐπράϋνε τὰς Ἐριννύας, ὥστε μὴ χαλεπῶς ἔχειν πρὸς τὸν Ὀρέστην, καὶ Εὐμενίδας αὐτὰς ὠνόμασεν. εἰσὶ δὲ τρεῖς, Ἀληκτὼ, Μέγαιρα, Τισιφόνη.

Εὐμεταβολώτερος κοθόρνου. κόθορνος εἶδος ὑποδήματος, ἑκατέροις ποσὶν ἁρμόζον. [3] ὅθεν καὶ Θηραμένην, τὸν ἐπὶ τῶν Τριάκοντα, Κόθορνον ἐκάλουν οἱ Ἀθηναῖοι. ἐπὶ τῶν ἐν συνεχῶς μεταβαλλομένων ἡ παροιμία.

Εὐμολπία. ἡ εὐφωνία, ἢ [4] εὐημερία.

Εὐμολπίδαι. γένος ἀπὸ τοῦ Θρακός· ὃς καὶ τὴν μύησιν εὗρεν. ἢ ἀπὸ τοῦ Μουσαίου υἱοῦ, ὃς ἦν [5] ἀπὸ τοῦ δευτέρου πέμπτος. † [6] Ἐπηράσαντο δὲ αὐτῷ Εὐμολπίδαι καὶ Κήρυκες. καὶ αὖθις· Εἶτα μέντοι παρ' οὐδὲν θέμενος τὰ σεμνὰ Εὐμολπιδῶν, καὶ Κηρύκων, καὶ τῶν ἄλλων γενῶν ἱερῶν τε ὄντων καὶ θεοφιλῶν, ἐπίρρητον δὲ καὶ θῆλυν σοφίαν προελόμενος.

Εὔμολπος, Ἐλευσίνιος, ἤτοι Ἀθηναῖος, υἱὸς Μουσαίου τοῦ ποιητοῦ· ὡς δέ τινες, μαθητὴς Ὀρφέως, ἐποποιὸς τῶν πρὸ Ὁμήρου. γέγονε δὲ καὶ Πυθιονίκης. πρὸς λύραν γὰρ ἐπεδείκνυντο οἱ ποιηταί. οὗτος ἔγραψε τελετὰς Δήμητρος, καὶ [7] τὴν εἰς Κελεὸν ἄφιξιν, καὶ τὴν τῶν μυστηρίων παράδοσιν, τὴν ταῖς θυγατράσιν αὐτοῦ γενομένην, ἔστι τὰ πάντα τρισχίλια. [8] Χειροσκοπικὰ πεζῶς, βιβλίον ἕν.

Εὐμοιρία. εὐκληρία. καὶ εὐμοιρότερον, εὐτυχέστερον. Οἱ δὲ τοὺς ἀχρείους σφῶν ὑπὸ τοῦ λιμοῦ πιεζόμενοι ἐξέβαλον εἰς τὸ μεσοτείχιον, καὶ ἐκεῖνοι εὐμοιρότερον ὑπὸ τῶν πολεμίων. † [9] Εἰς θέαν καὶ νόησιν τοῦ ἀληθοῦς καὶ ψευδοῦς, εὐμοιρίαν. Δαμάσκιος.

Εὐνάς. κοίτας. ἢ ἀγκύρας. καὶ εὐνιῶν, τῶν στρωμάτων. Οἱ μὲν ἐκ τῶν εὐνιῶν ἀνεπήδων· οἱ δὲ ὡπλίζοντο ἀμελῶς.

Εὐνίκα, Σαλαμινία.

Εὐνηθέντας. κατακοιμηθέντας.

Εὔνηος.[10] ὄνομα κύριον.

Εὐνίδαι.[11] γένος ἐστὶ παρ' Ἀθηναίοις οὕτως ὀνομαζόμενον. ἦσαν δὲ κιθαρῳδοὶ, πρὸς τὰς ἱερουργίας παρέχοντες τὴν χρείαν.

Εὖνις. ἡ γαμετή.



Εὐμενίδες. Eumenides. Æschylus *Eumenidibus*, postquam exposuit ea, quæ in Orestis judicio contigerunt, dicit, Erinnyas a Minerva mitigatas fuisse, ne Oresti infensæ essent; & ideo Eumenidas ab ipsa appellatas fuisse. Sunt autem tres: Alecto, Megæra, Tisiphone. *Port.*

Εὐμεταβολώτερος κοθόρνου. Cothurno versatilior. Cothurnus erat calcei genus, utrique pedi aptum. Unde etiam Theramenem illum, qui xxx. Tyrannorum tempore vixit, Athenienses *Cothurnum* appellarunt. Proverbium igitur hoc dicitur in eos, qui crebro mutantur.

Εὐμολπία. Suavitas vocis. Suavis cantus. Vel, felix rerum successus.

Εὐμολπίδαι. Eumolpidæ. Genus, [quod originem ducit] ab [Eumolpo] Thrace: qui etiam rationem initiandi invenit. Vel a Musæi filio, qui fuit a secundo quintus. † *Devoverunt autem eum Eumolpidæ & Ceryces.* Et iterum: *Deinde vero spretis Eumolpidarum, & Cerycum, aliarumque familiarum sacrarum mysteriis, infamem & effœminatam sapientiam illis anteposuit.*

Εὔμολπος. Eumolpus, Eleusinius, vel Atheniensis, filius Musæi Poetæ, &, ut quidam tradunt, discipulus Orphei, poeta Epicus ante Homerum. Vicit etiam Pythia. Ad lyram enim Poetæ de palma inter se certabant. Scripsit Initia Cereris, ejusque ad Celeum adventum, & mysteria filiabus ejus tradita: eaque omnia tribus versuum millibus. Chiroscopicorum librum unum, oratione prosa.

Εὐμοιρία. Felicitas. Et εὐμοιρότερον. Felicius. *Illi vero, cum a fame premerentur, eos ex suis, qui ad res gerendas inepti erant, in pomœrium ejecerunt; qui ab hostibus melius interficiebantur.* Et, *Felicitatem, per quam verum & falsum contemplamur & intelligimus.* Damascius.

Εὐνάς. Cubilia. Vel, ancoras. Et εὐνιῶν. Stragulorum. Stratorum. *Alii quidem ex stratis exsiliebant; alii vero negligenter se armabant.*

Εὐνίκα. Eunica, Salaminia.

Εὐνηθέντας. Dormientes. Sopitos. Cubantes.

Εὔνηος. Euneus. Nomen proprium.

Εὐνίδαι. Eunidæ. Erat familia quædam apud Athenienses, sic appellata: qui erant citharœdi, sacrorum usui inservientes.

Εὖνις. Lecti consors. Uxor.

1 Εὐμενίδες. Αἰσχύλος Εὐμ.] Ex Harpocratione.

2 Ὡς ἡ Ἀθηνᾶ ἐπράϋνε τὰς Ἐριν.] Alii ab ipso Oreste Furias placatas esse referunt. Vide Anonymi argumentum in Æschyli *Eumenides.*

3 Ὅθεν καὶ Θηραμένην, τὸν ἐπὶ τῶν λ'. Κόθορνον ἐκάλ.] Vide, quæ notamus infra ad v. Θηραμένης.

4 Εὐημερία] Malim εὐφωνία: ut habet Hesychius.

5 Ἀπὸ τοῦ δευτέρου πέμπτος] Imo, ἀπὸ τοῦ πρώτου πέμπτος. i. e. a primo Eumolpo quintus: ut ex Scholiasta Sophoclis ad *Oedip. Colon.* rescribendum hic esse recte monuit Meursius *Eleusin.* cap. 11. quem consule.

6 Ἐπηράσαντο δὲ αὐτῷ Εὐμολπ.] Fragmentum hoc Kuhnius ad Ælianum refert.

7 Καὶ τὴν εἰς Κελεὸν ἄφιξιν] Hæc verba desiderantur in prioribus Edit. quæ ex MSS. Paris. revocavi. Erat autem Celeus pater Triptolemi, ut docet Suidas infra v. Ῥαριάς: quem locum confer.

8 Χειροσκοπικὰ πεζῶς, βιβλ.] Locum hunc ex MS. Paris. A. emendavi, qui in prioribus Edit. male sic legitur: Χειροσκοπικὰ πεζὰ ἢ βιβλίον ἕν.

9 Εἰς θέαν καὶ νόησιν τοῦ ἀληθ.] Loci hujus sensus est omnino mutilus & imperfectus, quem ex Photio suppleri posse recte observavit Pearsonius. Apud eum enim in Excerptis ex Damascio, pag. 1033. sic legitur: Ὅτι αἴσχιστον τὴν ἕξιν ὁ Ἰσίδωρος ἔλεγε —— εἶναι θείαν κρίσιν, ἥτις ἀφανίζουσα καὶ ἀποτυφλώσασα τὰ τῆς ψυχῆς ὄμματα, ἃ τῷ ἱερῷ φωτὶ καταλάμπεται, εἰς θέαν ἃ νόησιν τοῦ ἀληθοῦς καὶ τοῦ ψευδοῦς. εὐμοιρίαν ταύτην ἕκαστος ὀνομάζει. Clare hinc patet, Suidam ex eodem auctore, ex quo & Photius, (i. e. ex Damascio) locum hunc deprompsisse.

10 Εὔνηος] Poetice, pro Εὔνεος. Sic autem appellabatur filius Jasonis, cujus meminit Homerus Il. Η. v. 468. & Il. Ψ. v. 747.

11 Εὐνίδαι] Potius Εὐνεῖδαι, per diphthongum ει; ut habent Hesychius & Etymologus. Vide etiam Valesium ad Excerpta Peiresc. pag. 66.

Εὖνις. ἐςερημϑμη τ̃ ἐπιτηδείων.

Εὐνοϊκῶς. Φιλικῶς. πιςῶς.

Εὐνομία. εἰρήνη.

Εὐνομιανός. ὄνομα κύριον. [1] Τὸν δὲ Εὐνομιανὸν ἔλϑσε Βελισάριος τὸ θεῖον λυτρὸν, (ἀντὶ τῦ ἐβάπτισε) χερσὶ δὲ οἰκείαις ἀνελόμϑμος, εἰσποιητὸν ἐποιήσατο παῖδα, ᾗπερ εἰσποιεῖσϑαι Χριςιανοῖς νόμος.

Εὐνομυμϑμη. εἰρηνδύουσα. [2] εὐϑηνυμϑμη. [3] καλῶς διοικυμϑμη.

Εὐνόμιος. [4] ὗτος εἰς Κύζικον περιβάλλε) Ἐπίσκοπος ἐπὶ Οὐάλεντος βασιλέως. ὑπογραφεὺς δὲ ὗτος γέγονεν Ἀετίυ, τῦ ἐπικληϑέντος Ἀϑέυ. συνὼν δὲ αὐτῷ, τὸν ἐκείνυ σοφιςικὸν τρόπον ἐζήλωσε, λεξειδίοις τε χολάζων καὶ ποιῶν ἑαυτῷ σοφίσματα οὐκ ᾐσϑάνετο. ἐκ τύτων δὲ τυφωϑεὶς εἰς βλασφημίαν ἐξέπεσε, τὸ Ἀρείυ δόγμα ζηλῶν, κτ̀ πολλὰ δὲ τοῖς τῆς ἀληϑείας δόγμασι πολεμῶν, ὀλιγομαϑῶς μϑμ ἔχων πρὸς τὰ ἱερὰ γράμματα, καὶ μηδὲ συνιέναι αὐτὰ δυνάμϑμος. [5] πολύχυς δὲ τὴν λέξιν, καὶ τὰ αὐτὰ περιςρέφων ἀεὶ, καὶ μὴ δυνάμϑμος περιγενέσϑαι τῦ προτεϑέντος σκοπῦ· ὡς δεικνύυσιν οἱ ζ τόμοι, ὓς ἐματαιοπόνησεν εἰς [6] τὰς πρὸς Ῥωμαίυς ἐπιςολάς. πολλὺς γὰρ λόγυς ἐς αὐτὰς ἀναλώσας, τῆς ἐπιςολῆς τὸν σκοπὸν ἑλεῖν ὐ δεδύνη). ἐφάμιλλοι δὲ αὐτῦ καὶ οἱ ἄλλοι λόγοι τυγχάνυσιν, ἐν πολυλεξίᾳ ἔχοντες νοημάτων εὐτέλειαν.

Εὐνοίας. Φιλίας. [7] Τὸν γὰρ ςρατὸν, ᾧ καταρασόμϑμοι ἐλϑεῖν αὐτὸν παρακαλῦσι, δι' εὐνοίας εἶναι τῷ Θεῷ.

Εὐνοῶ σοι.

Εὔνυς. [8] Ἀριςοτέλης λέγει ἐν τοῖς Τόποις· Δεῖξαι ϑέλοντες, τὸν Φίλον μὴ εἶναι εὔνοιαν ἀεὶ, εἰ εὔνυς μϑμ ὁ ὀρϑῶς νοῶν, καὶ τὰ ἀληϑῆ, καὶ τὰ ἀγαϑὰ νοῶν· ὐ πάντα δὲ ὀρϑῶς ὁ Φίλος νοεῖ. ὁ δὲ τόπος ὗτος τὸ μϑμ πιϑανὸν καὶ ἔνδοξον καὶ διαλεκτικὸν ἔχει, ὐ μὴν ὑγιὲς τὸ λεγόμϑμον ἐπὶ πάντων. ὔτε γὰρ εὐϑάλασσος λέγε), ὁ ἔχων ἀγαϑὴν ϑάλασσαν· ὔτε εὔχειρ, ὁ καλὰς ἔχων χεῖρας, ἀλλ' ὁ πυκτικός· ὔτε μεγαλόψυχος, ὁ ἔχων ψυχὴν μεγάλην. διὸ ὐδὲ

Εὖνις. Neceſſariis & propinquis orbata. Vidua.

Εὐνοϊκῶς. Benevole. Amice. Fideliter.

Εὐνομία. Bona legum conſtitutio. Pax.

Εὐνομιανός. Eunomianus. Nomen proprium. *Hunc autem Eunomianum Beliſarius divino lavacro lavit, propriiſque manibus ſuſceptum in filii locum adſcivit, eo nimirum ritu, quo Chriſtianis adoptare mos eſt.*

Εὐνομυμϑμη. Pacata. Tranquilla. Felicitate florens. Recte gubernata.

Εὐνόμιος. Eunomius, ſub Valente Imperatore Epiſcopus urbis Cyzicenæ conſtitutus, notarius fuit Aetii, cognomento Athei: cum quo diu verſatus, ſophiſticum ejus diſſerendi modum imitatus eſt: & inanibus quibuſdam voculis nimis deditus, fallaces argumentationes in ſuum ipſius damnum imprudens contexuit. Ob hæc arrogantia elatus, in blaſphemiam prolapſus eſt, dum Arii quidem dogma ſectatur, veritatis autem doctrinam variis modis impugnat. Et ſacrarum quidem ſcripturarum parum omnino peritus fuit, nec earum intelligentiam aſſequi potuit. Verborum vero copia abundans, & eadem aſſidue repetens, nunquam propoſitum ſibi ſcopum potuit contingere; ſicut manifeſte declarant ſeptem libri, quos in Epiſtolam [Pauli] ad Romanos incaſſum elaboravit. Quamvis enim in ejus interpretatione multa conſumpſerit verba, inſtitutum tamen Apoſtoli nullatenus eſt aſſecutus. Hujuſmodi ſunt etiam cæteri, qui circumferuntur, ejus libri, verborum quidem copia abundantes, at ſententiarum inopes.

Εὐνοίας. Amicitiæ. Benevolentiæ. [*Dicebat enim,*] *exercitum, ad quem diris devovendum ab ipſis accerſatur, Deo charum eſſe.*

Εὐνοῶ σοι. Benevolo animo ſum erga te.

Εὔνυς. Benevolus. Ariſtoteles in *Topicis* dicit: Demonſtrare licet amicum non ſemper eſſe εὔνυν, (i. e. benevolum) ſi εὔνυς ſumatur pro eo, qui recte ſentit, veraque & bona intelligit. Atqui amicus non ſemper recte ſentit. Hic autem locus habet quidem aliquid probabile & Dialecticum; non tamen in omnibus ſanum [ac verum eſt id,] quod dicitur. Neque enim εὐϑάλασσος dicitur ille, qui bonum mare habet; neque εὔχειρ, ille, qui pulchras manus habet; ſed qui ad pugilatum eſt

1 Τὸν δὲ Εὐνομιανὸν ἔλυσε Βελισάριος τὸ ϑ.] Male hic Suidas Eunomianum vocat adoleſcentem illum, qui apud Procopium *Hiſtor. Hiſt.* cap. 1. (unde locus hic excerptus eſt) Eunomianis parentibus natus fuiſſe dicitur; ſed cui Theodoſio nomen erat. En verba Procopii: Ἦν δέ τις νεανίας ἐκ Θρᾴκης ἐν τῇ Βελισαρίυ οἰκίᾳ, Θεοδόσιος ὄνομα, δόξης μετὸν ἐκ πατέρων Εὐνομιανῶν καλυμϑμων. τῦτον ἡνίκα ἐς Λιβύην ἔπλει ἔμελλεν, ἔλυσε μὲν ὁ Βελισάριος τὸ ϑεῖον λυτρὸν, καὶ χερσὶν ἀνελόμϑμος &c. Hinc Suidæ ἀνεψία pateſcit. Cæterum, Pearſonius recte monuit, Gothofredum in *Prolegom.* ad Philoſtorg. pag. 2. ex loco hoc Suidæ Eunomianum aliquem ſibi confinxiſſe, qui nullus exſtitit. Verba enim ejus hæc ſunt: *In his* (nimirum, qui Philoſtorgii meminerunt) *Eunomianus quidam occurrit, cujus in Philoſtorgii hiſtoriam Epigramma ad me ultro tranſmiſſum ab Ampliſſimo V. P. Puteano, veteri amico meo, e codice Epigrammatum, olim Palatino, nunc Vaticano. Vetus is procul dubio ſcriptor; incertum tamen, quo tempore vixerit: quando & hoc nomine plures alii occurrunt. Inter alios Eunomianus quidam apud Suidam duobus locis, in v.* Εὐνομιανός, *& in v.* Ἔλυσε: *quem ſub Juſtiniano Imperatore Beliſarius e baptiſmo ſuſcepit.* Sed falli virum doctiſſimum, ex iis, quæ diximus, liquere poteſt.

2 Εὐϑηνυμϑμη] Hanc lectionem ex MS. Pariſ. A. revocavi: cujus loco priores Editt. minus recte habent εὐϑυνυμϑμη. Verbum enim εὐϑυνῦμαι Græca lingua non agnoſcit.

3 Καλῶς διοικυμϑμη] MS. A. habet, καλῶς διακειμϑμη. Sed lectio vulgata recte ſe habet: quamvis nec altera penitus ſpernenda ſit.

4 Εὐνόμιος. ὗτος εἰς Κύζικον προβάλλεται Ἐπίσκ.] Hæc, & quæ ſequuntur uſque finem articuli, ſunt verba Socratis *Hiſtor. Eccleſ.* lib. IV. cap. VII. ut Pearſonius etiam obſervavit.

5 Πολύχυς δὲ τὴν λέξιν, καὶ τὰ αὐτὰ περιςρ.] Locus hic repetitur infra v. Πολύχυς.

6 Εἰς τὰς πρὸς Ῥωμαίυς ἐπις.] Scribe, εἰς τὴν πρὸς Ῥωμαίυς ἐπιςολήν: ut habet Socrates.

7 Τὸν γὰρ ςρατὸν, ᾧ καταρασόμϑμοι ἐλϑεῖν αὐτὸν παρακ.] Fragmentum hoc legitur apud Joſephum *Antiq. Jud.* lib. IV. cap. IV. pag. 112. ubi de Balaamo vate verba ſunt.

8 Ἀριςοτέλης λέγει ἐν τοῖς Τόποις] Imo, Ἀλέξανδρος ὁ Ἀφροδισιεὺς εἰς τὰ Τοπικά. Quæ enim ſequuntur, non ſunt verba Ariſtotelis, ſed Alexandri Aphrodiſienſis in *Topica* Philoſophi illius, ut Pearſonius etiam monuit. Et prior quidem Eclogæ hujus pars uſque ad verba illa, ἐ τὸν διαμϑμον εὖ ἔχων τ̃ ἐν αὐτῷ, legitur apud modo dictum Aphrodiſienſem in *Topic.* lib. II. pag. 94. Reliqua vero

εὐϑάλασσον

εὐδαίμων ὁ σπουδαῖος, ὡς ἤδη καὶ τὸν δαίμονα [1] εὖ ἔχων τὸν ἐν αὐτῷ. καὶ τὸ τοῦ φίλου ἔργον αἱρετώτερον, ἢ τὸ τοῦ εὔνου· καὶ φιλία, εὐνοίας· ἔστι δὲ τοῦ μὲν φίλου ἔργον, ἡ μετὰ βουλήσεως πρᾶξις τῶν ἀγαθῶν εἰς τὸν φίλον· τοῦ δὲ εὔνου, ἡ βούλησις μόνον. καὶ ἐπεὶ φιλία εὐνοίας αἱρετωτέρα, καὶ τὸ τῆς φιλίας ἔργον τοῦ τῆς εὐνοίας αἱρετώτερον· καὶ τὸ εὖ ποιεῖν τοὺς φίλους τοῦ κακῶς ποιεῖν τοὺς πολεμίους. καὶ ἔστι τὸ μὲν εὖ ποιεῖν τοὺς φίλους, ἔργον τοῦ ἐλευθερίου· τὸ δὲ κακῶς τοὺς ἐχθροὺς, τοῦ ἀνδρείου.

aptus: neque μεγαλόψυχος, ille, qui magnam animam habet. Quamobrem ne εὐδαίμων quidem dicetur vir bonus, quasi jam & bonum dæmonem intra se habeat. Et amici officium præstantius est, quam hominis benevoli; & amicitia præstantior est benevolentia. Nam amici opus est, beneficia scientem & volentem in amicum conferre. At benevoli, sola tantum voluntas. Et quia amicitia præstantior est benevolentia; officium etiam amicitiæ præstantius est officio benevolentiæ. Sic etiam amicis benefacere præstat, quam hostibus malefacere. Et amicis quidem benefacere, est hominis liberalis; inimicis vero malefacere, viri fortis.

Εὔνους [2] ὁ σφάκτης. τοῦτο κυρίως δύναται λέγεσθαι ἐπὶ τοῦ Ὀρέστου.

Εὔνους ὁ σφάκτης. Benevolus jugulator. Hoc proprie de Oreste dici potest.

Εὐνούστατα. Φιλίως.

Εὐνούστατα. Benevole. Amice.

Εὐνοῦχος. [3] Ἀνήρ τις ἦν (εἰ δοίημεν αὐτὸν ἄνδρα εἶναι) διὰ τῶν Ἐπικούρου λόγων τὴν ψυχὴν ἐκθηλυνθεὶς, καὶ θῆλυς γενόμενος, ὁ χλούνης τε, καὶ γύννις, ὥσπερ ἐπιλαθόμενος, ὠθήσειν ἑαυτὸν εἰς τὸ μέγαρον φέρων ἔνθα δή που τῷ ἱεροφάντῃ μόνῳ παρελθεῖν θεμιτὸν ἦν. † Ὅτι Ἀριστόνικος Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως εὐνοῦχος ἦν, ἀλλ' ἀνδρώδης τὴν προαίρεσιν. ζήτει καὶ ἄλλα φερώνυμα ἐν τῷ Ἄῤῥεν. † [4] Ὅτι ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος ὁ μικρὸς ὀργῇ τῇ πρὸς τὸν Ἀντίοχον τὸν Πραιπόσιτον, ἐξεφώνησε διάταξιν, εὐνοῦχον ἐν τοῖς πατρικίοις μὴ τελεῖν. καθῃρέθη δὲ εὐθὺς καὶ ὁ Πραιπόσιτος Ἀντίοχος τῆς τιμῆς, καὶ ἐδημοσιεύθη, καὶ τοῖς ἱερεῦσι κατετάγη, [5] διαβληθεὶς εἰς καθοσίωσιν.

Εὐνοῦχος. Eunuchus. *Vir quidam erat, (si demus eum esse virum) Epicuri philosophia enervatus, & effœminatus, idemque eunuchus & semivir, qui sui oblitus, in adytum irrumpit, quo videlicet solum Hierophantam secundum leges mysteriorum intrare fas erat.* † Aristonicus Regis Ptolemæi eunuchus erat, sed animo virili præditus. Quære reliqua nomina, quibus eunuchus significatur, in v. Ἄῤῥεν. † Imperator Theodosius minor, Antiocho Præposito iratus, edictum promulgavit, ne eunuchus inter Patricios censeretur. Quare Antiochus Præpositus illico dignitate pristina exutus, bonisque ejus publicatis, in sacerdotum ordinem relatus est, criminis læsæ Majestatis accusatus.

Εὔξενος, [6] οὐ πάνυ σπουδαῖος, οὐδὲ ἐνεργῷ τῇ φιλοσοφίᾳ χρώμενος. γαστρός τε γὰρ ἥττων ἦν, καὶ ἀφροδισίων, καὶ κατὰ τὸν Ἐπίκουρον ἐσχημάτιστο· τὰς δὲ Πυθαγόρου δόξας ἐγίνωσκεν, ὥσπερ οἱ ὄρνιθες, ἃ μανθάνουσι παρὰ τῶν ἀνθρώπων. τὸ γὰρ Χαῖρε, καὶ τὸ, Εὖ πρᾶττε, καὶ τὸ Ζεὺς ἵλεως, καὶ τὰ τοιαῦτα οἱ ὄρνιθες εὔχονται, οὔτε εἰδότες ὅ, τι λέγουσιν, οὔτε διακείμενοι πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ ἐῤῥυθμισμένοι τὴν γλῶτταν. ὁ δὲ, ὥσπερ οἱ νέοι τῶν ἀετῶν ἐν ἁπαλῷ μὲν τῷ πτερῷ παραπέτονται τοῖς γειναμένοις, μελετώμενοι ὑπ' αὐτῶν τὴν πτῆσιν· ἐπειδὰν δὲ αἴρεσθαι δύνωνται, ὑπερπέτονται τοὺς γονέας, ἄλλως τε κἂν λίχνους αἴσθωνται, καὶ κνίσσης ἕνεκα πρὸς τῇ γῇ πετομένους· οὕτω καὶ ὁ Ἀπολλώνιος προσεῖχε τῷ Εὐξένῳ παῖς ἔτι, καὶ ἤγετο ὑπ' αὐτοῦ· προελθὼν δὲ ἐς ἔτος ιϛ', ὥρμησεν ἐπὶ τὸν Πυθαγόρου βίον, πτερωθεὶς ἐπ' αὐτὸν ὑπό τινος κρείττονος. οὐ μὴν δὲ τὸν Εὔξενον ἐπαύσατο ἀγαπῶν, ἀλλ' εἰς προάστειον, ἐν ᾧ κῆποί τε ἁπαλοὶ ἦσαν, καὶ πηγαὶ, τοῦτον ἀναγαγὼν, ἔφη, Σὺ

Εὔξενος. Euxenus, vir non admodum probus, nec actuosæ philosophiæ deditus. Nam & ventri & rebus venereis nimium addictus erat, & Epicuri moribus imbutus. Pythagoræ vero opiniones ita cognoscebat, ut aves ea, quæ discunt ab hominibus. Nam & *Salve*, &, *Bene rem gere*, &, *Jupiter tibi sit propitius*, & alia hujusmodi, aves optant [hominibus;] quamvis neque sciant quid garriant, neque sint bene affectæ erga homines: sed linguam tantum informatam habeant. Ille vero, quemadmodum aquilarum pulli infirmis adhuc alis juxta parentes volant, ab ipsis volatum discentes; quum vero se possunt efferre, parentes volatu superant; præcipue vero quum eos prædæ cupidos esse, & ob nidorem juxta terram volare sentiunt: sic etiam Apollonius, dum adhuc esset puer, Euxenum audiebat, & ab ipso regebatur: sed ad decimum sextum ætatis annum progressus, ad Pythagoricam vitam se contulit, a meliore quadam [naturæ vi] ad eam impulsus. Euxenum tamen amare non desiit: sed

usque ad finem articuli, exstant apud eundem in *Topic.* lib. III. pag. 127. qui posterior locus a Pearsonio observatus non fuerat.

1 Εὖ ἔχων] Sic recte habet Aphrodisiensis loco laudato. At in prioribus Editt. legitur tantum ἔχων, vocula εὖ male omissa.

2 Εὔνους ὁ σφάκτης] De hoc proverbio plura vide apud Zenobium.

3 Ἀνήρ τις ἦν (εἰ δοίημεν αὐτὸν ἄνδρα εἶναι) διὰ τῶν Ἐπ.] Fragmentum hoc Kuhnius ad Ælianum refert: cujus particulæ etiam leguntur apud Nostrum, v. Ἐκθηλυνθεὶς, v. Ἱεροφάντης, v. Μέγαρον, & v. Χλούνης.

4 Ὅτι ὁ Βασιλεὺς Θεοδόσιος ὁ μικρ.] Eadem refert Suidas infra v. Θεοδόσιος, ὁ μικρ. & v. Ὕπατοι.

5 Διαβληθεὶς εἰς καθοσίωσιν] Portus ridicule & nullo sensu: *Ad expiationem a quibusdam accusatus.* Nos veram sententiam in versione expressimus.

6 Εὔξενος, οὐ πάνυ σπουδ.] Totum hunc locum deprompsit Suidas ex Philostrati *de Vit. Apollon.* libro 1. cap. v. ut Pearsonius etiam observaverat.

μὲν ζῆθι τὸν σαυτοῦ τρόπον· ἐγὼ δὲ τὸν Πυθαγόρου ζήσομαι.

Εὔξεινος. ὄνομα πελάγους. ὁ Πόντος. λέγει Ἡρόδοτος· Πελαγέων γὰρ ἁπάντων ἐστὶ θαυμασιώτατος.

Εὐξίθεος.[1] προδότης Ἠλείων.

Εὔξοον. καλῶς ἐξεσμένον.

Εὐοδία. ἡ καλὴ ὁδός. ἔστι δὲ καὶ κύριον ὄνομα. Εὐωδία δὲ, ἡ εὐοσμία, διὰ τοῦ ω μεγάλου.

Εὐοδιανός. ὄνομα κύριον.

Εὐοδίας. ὄνομα κύριον.

Εὔοδος, Ῥόδιος, ἐποποιός, γεγονὼς ἐπὶ Νέρωνος, ὁ θαυμαζόμενος εἰς Ῥωμαϊκὴν ποίησιν. τούτου τὰ βιβλία οὐ φαίνεται.

Εὐομιλότατος. εὐόργητος. πρᾶος.

Εὐοργήτως. ἀντὶ τοῦ, εὐτρόπως. ὀργὴ γὰρ, ὁ τρόπος, παρὰ Θουκυδίδῃ.

Εὐορκία. τὸ καλῶς ὀμνύειν.

Εὐόρκου. ἀληθοῦς. εὐσεβοῦς. [2]Ἡσίοδος·

Ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.

καὶ [3]Ἀριστοφάνης·

Ἀλλ' εἴ τι χαίρεις ἀνδρὸς εὐόρκου τρόποις.

Εὔοπτος ἀνήρ. καὶ εὐόφθαλμος.

Εὐόφθαλμον. τὸ εὔοπτον. καὶ [4]εὐοφθάλμως, Ἀντιφῶν, ἀντὶ τοῦ εὐπρεπῶς.

Εὐοχεῖται. ἐπὶ τοῦ ἐλέφαντος. ἀντὶ τοῦ, καλῶς ἡνιοχεῖται. Εὐωχεῖται δὲ, ἀντὶ τοῦ εὐφραίνεται ἐν τραπέζῃ.

Εὐοψίαν. ἀντὶ τοῦ, εὐπροσωπίαν.

Εὐωδία. ἡ εὐοσμία.

Εὐωδοῦτο. κατευωδοῦτο. καὶ εὐωδώθη, κατευωδώθη.

Εὐοίκη. ὄνομα κύριον.

Εὔωνον. εὐτελές. καὶ Εὔωνος. ὄνομα κύριον.

Εὐώνυμον. τὸ ἀριστερόν.

Εὐωρία. ψιλῶς, τὸ μὴ πάνυ φροντίζειν, ἀλλὰ ῥαθυμότερον πως ἔχειν.

Εὔωπος. ἡ εὐόφθαλμος.

Εὔωροι. ἀπαραφύλακτοι. Εὐφορίων· Οὐδέ τοι εὔωροι θυέων. παρὰ τὸ εὖ ὠρεῖν, καὶ φυλάσσειν, κατ' ἀντίφρασιν.

Εὐωρῶ. τὸ παίζω.

cum eum in ſuburbium deduxiſſet, in quo & horti erant amœniſſimi, & fontes [limpidiſſimi,] ei dixit: *Tu quidem tuo more vive; vero meo more Pythagorico vivam.* Port.

Εὔξεινος. [Pontus] Euxinus. Nomen maris. *Pontus*, ut ait Herodotus, *eſt omnium marium maxime admirabilis*,

Εὐξίθεος. Euxitheus, Eleorum proditor.

Εὔξοον. Bene politum.

Εὐοδία. Bona via. Eſt & proprium nomen. Εὐωδία, vero, per ω, odor ſuavis.

Εὐοδιανός, Euodianus. Nomen proprium.

Εὐοδίας. Euodias. Nomen proprium.

Εὔοδος. Euodus, Rhodius, poeta Epicus, ſub Nerone vixit, poeta Latinus admirabilis. Hujus libri nulli exſtant.

Εὐομιλότατος. Valde affabilis. Suavibus moribus præditus. Mitis.

Εὐοργήτως. More ejus, qui miti & ſuavi ingenio præditus eſt. Ὀργὴ enim apud Thucydidem idem ſignificat quod τρόπος, i.e. mores, vel ingenium.

Εὐορκία. Religio & ſinceritas, qua quis juſjurandum præſtitum ſervat.

Εὐόρκου. Illius, qui ſincere & ex animi ſententia jurat: vel, qui jusjurandum religioſe ſervat. Veracis. Pii. Heſiodus: *Viri, cui jusjurandum ſanctum eſt, progenies longo poſt tempore floret.* Et Ariſtophanes: *Sed ſi ullo modo delectaris viri religioſi & pii moribus.*

Εὔοπτος ἀνήρ. Vir pulchros habens oculos. Idem quod εὐόφθαλμος.

Εὐόφθαλμον. Pulchris oculis præditum. Et εὐοφθάλμως Antipho dixit pro, decenter & decore.

Εὐοχεῖται. De elephante dictum, ſignificat, habenis facile regitur. At εὐωχεῖται, per ω, epulatur.

Εὐοψίαν. Formæ elegantiam. Faciem formoſam.

Εὐωδία. Suavis odor. Suavitas odoris.

Εὐωδοῦτο. Rectam viam ingrediebatur. Et εὐωδώθη, rectam viam ingreſſus eſt.

Εὐοίκη. Euoece. Nomen proprium.

Εὔωνον. Res vilis pretii. Et Εὔωνος, nomen proprium.

Εὐώνυμον. Siniſtrum.

Εὐωρία. [Cum componitur ex ὥρα, quod] tenui ſpiritu notatur, ſignificat negligentiam, & animum cura vacuum.

Εὔωπος. Pulchro vultu prædita. Pulchris oculis decora.

Εὔωροι. Qui negligenter cuſtodiuntur. [Vel potius active, qui negligenter aliquid curant & cuſtodiunt.] Euphorion: *Neque enim ſacrificiorum negligentes ſunt cuſtodes.* Ab εὖ, bene, & ὠρεῖν, curare, vel cuſtodire: per antiphraſin.

Εὐωρῶ. Ludo. [Negligo.]

1 Εὐξίθεος. προδότης Ἠλ.] Hujus inter reliquos proditores Græciæ meminit Demoſthenes in orat. pro Cteſiphonte, pag. 354. Vide Harpocrationem.

2 Ἡσίοδος] Ἐν Ἔργ. καὶ Ἡμ. v. 285.

3 Ἀριστοφάνης] Pluto, pag. 8. (5. Ed. Baſ. P.)

4 Εὐοφθάλμως. Ἀντιφ.] Ex Harpocratione.

Εὐωχία. ἡ τράπεζα.

Εὐωχοῦμαι. γενικῇ.

Εὐπάθεια. διάχυσις καὶ ἄνεσις τῆς ψυχῆς, καὶ τρυφή. ἡ [1] εὐπάθεια διαιρεῖται εἰς χαρὰν, εὐλάβειαν, βούλησιν. καὶ τὴν μὲν χαρὰν ἐναντίαν εἶναι [2] τῇ λύπῃ φασὶν, οὖσαν εὔλογον ἔπαρσιν. τὴν δὲ εὐλάβειαν τῷ φόβῳ, οὖσαν εὔλογον ἔκκλισιν. φοβηθήσεσθαι μὲν γὰρ τὸν σοφὸν οὐδαμῶς, εὐλαβηθήσεσθαι δέ. τῇ δὲ ἐπιθυμίᾳ ἐναντίαν εἶναι τὴν βούλησιν, οὖσαν εὔλογον ὄρεξιν. καθάπερ οὖν ὑπὸ τὰ πρῶτα πάθη πίπτει τινά· τὸν αὐτὸν τρόπον ὑπὸ τὰς πρώτας εὐπαθείας. καὶ ὑπὸ μὲν τὴν βούλησιν, εὔνοιαν, εὐμένειαν, ἀσπασμὸν, ἀγάπησιν. ὑπὸ δὲ τὴν εὐλάβειαν, αἰδῶ, ἁγνείαν. ὑπὸ δὲ τὴν χαρὰν, τέρψιν, εὐφροσύνην, εὐθυμίαν.

Εὐπαθεῖσθαι. ἀντὶ τοῦ τρυφᾷν, καὶ διαχεῖσθαι. Τοῖς δὲ λοιποῖς ἐν τοῖς καπηλείοις διεκελεύετο εὐπαθεῖσθαι. καὶ εὐπαθοῦντες, ὑγιαίνοντες, τρυφῶντες.

Εὐπαλάμων [3] ὕμνων. ἀντὶ τοῦ, εὖ διακεχειρισμένων, ἢ συντεταγμένων. Τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων. ἀντὶ τοῦ, εὖ διακεχειρισμένων, ἢ συντεταγμένων.

Εὐπαράγωγος. εὐπειθής. [4] Ἀριστοφάνης·

'Αλλ' εὐπαράγωγος εἶ,
Θωπευόμενός τε χαί-
ρεις, κἀξαπατώμενος,
Πρός τε τὸν λέγοντ' ἀεὶ
Κέχηνας. ὁ νοῦς δέ σου
Παρὼν ἀποδημεῖ.

καὶ αὖθις· Ὁ δὲ εὐκολώτερος ἦν, καὶ διὰ μελέτην μέθης εὐπαράγωγος.

Εὖ προσχόν. ἀντὶ τοῦ, προσχόντος. δηλοῖ, ὅτι τοῦ δαίμονος. ὅ ἐστι, δωρησαμένου τὴν νίκην.

Εὐπάρεδρον. καλῶς προσεδρεῦον, καὶ διηνεκῶς.

Εὖ παρῆσο.

Εὐπάρακτον. εὐπαράγωγον.

Εὐπάρυφα. εὐκατέργαστα, ἢ πλούσια. Ἰδὼν Διογένης ὁ Κύων εὐπάρυφόν τινα ἐν Κορίνθῳ, ἔφη· Τούτῳ με πώλει. † [5] Ἔπειτα ἐς τὰ ἱμάτια ἠξίουν ἅπαντες εὐπάρυφοι εἶναι, κομψοτέρας, ἢ κατὰ τὴν ἑκάστου ἀξίαν, ἐνδιδυσκόμενοι τὴν ἐσθῆτα. κτᾶσθαι γὰρ αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα ἐξ οὐ προσηκόντων παρῆν. τοῦ δὲ χιτῶνος τοῦ ἀμφὶ τὼ χεῖρε μέρος αὐτοῖς τὰ μὲν εἰς τὸν καρπὸν ξυνῄει σφίσιν ἐν στενῷ μάλιστα· τὰ δὲ ἐνθένδε ἄχρις ἐς ὦμον ἑκάτερον ἐς ἄφατόν τι εὖρος διεκέχυτο. ὁσάκις δὲ αὐτοῖς ἡ χεὶρ σείοιτο, ἀναβοῶσιν ἐν τοῖς θεάτροις τε καὶ ἱπποδρομίαις, ἢ ἐγκελευομένοις, ᾗπερ εἰώθει, ἐς ὕψος αὐτοῖς τοῦτο τὸ μέρος ἀπεχνῶς ᾔρετο, αἴσθησιν παρεχόμενον τοῖς ἀνοήτοις, ὅτι δὴ

Εὐωχία. Mensa. [Convivium.]

Εὐωχοῦμαι. Genitivo jungitur. Pascor. Satior.

Εὐπάθεια. Animi diffusio & remissio; & voluptas. Hæc autem εὐπάθεια dividitur in gaudium, cautionem, & voluntatem. Ac gaudium quidem tristitiæ contrarium esse dicunt; quod est animi cum ratione elatio. Cautionem vero timori, quæ est declinatio mali cum ratione. Sapientem enim nunquam timere, sed cavere ajunt. Cupiditati vero contrariam esse voluntatem, quæ est appetitio cum ratione. Quemadmodum igitur primis perturbationibus quædam subjiciuntur; ita etiam primis illis commotionibus animi, quæ εὐπάθειαι vocantur. Et voluntati quidem subjici ajunt, benevolentiam, lenitatem, comitatem, & dilectionem. Cautioni, verecundiam, & castitatem. Gaudio, jucunditatē, hilaritatē, & animi tranquillitatē.

Εὐπαθεῖσθαι. Deliciis indulgere. Voluptate affici. Exhilarari. *Reliquos vero in cauponis genio indulgere jussit.* Et εὐπαθοῦντες. Bene valentes. Genio & deliciis indulgentes.

Εὐπαλάμων ὕμνων. Hymnorum eleganter elaboratorum, & bene compositorum. *Hymnorum bene elaboratorum auctores.*

Εὐπαράγωγος. Cui facile aliquid persuadetur. Deceptu facilis. Aristophanes: *At tu deceptu facilis es, & palpum tibi obtrudi, fucumque fieri gaudes, & loquentem ore hianti intueris. Mens vero tua præsens peregrinatur.* Et iterum: *Ille vero simplicior erat, & ob studium ebrietatis deceptu facilis.*

Εὖ προσχόν. [Attice dictum,] pro εὖ προσχόντος. Id est, cum felicem successum & victoriam [nobis] largitus sit. Deus scilicet.

Εὐπάρεδρον. Quod constanter & perpetuo alicui assidet, vel, in aliqua re perseverat.

Εὖ παρῆσο. Recte, vel decenter assidebat.

Εὐπάρακτον. Quod facile ex aliquo loco transferri, vel traduci potest.

Εὐπάρυφα. [Pulchro limbo prætexta.] Eleganter confecta. Vel, splendida. *Diogenes Cynicus, quendam Corinthi conspicatus splendide vestitum, Huic, inquit, me vende.* † [Procopius:] *Deinde omnes vestibus pulchre prætextis se ornabant, iisque splendidioribus, quam pro cujusque dignitate, induti superbiebant. Talia enim iniquis prædis sibi comparare poterant. Manicæ autem vestis ad volam strictissime coibant: inde vero ad humeros in miram amplitudinem diffundebantur. Cum autem in Theatris vel Circis manum agitantes vociferarentur, vel alios incitarent, ut fieri solebat; ea potissimum vestimenti pars exerebatur, stultos in eam opinionem inducens, ip-*

1 Ἡ εὐπάθεια διαιρεῖται εἰς χαρὰν, εὐλάβ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Laertii lib. VII. segm. CXVI. ut Pearsonius etiam observaverat.

2 Τῇ λύπῃ] Imo, τῇ ἡδονῇ, ut recte habet Laertius: quem vide.

3 Εὐπαλάμων ὕμνων. ἀντὶ τοῦ, εὖ διακεχειρ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 319.

4 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 351. (248. Ed. Bas. *P.*)

5 Ἔπειτα ἐς τὰ ἱμάτια ἠξίουν ἅπαντες.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Procopii *Hist. Arc.* cap. VII. p. 22.

αὐτοῖς ὑπὸ χαλῶν τε τὸ σῶμα καὶ [1] ἁδρὸν ἂν εἴη, ὥστε δεῖν γε αὐτοὺς πρὸς τὴν ποιητὴν ἱματίων χαλύπτεσθαι, καὶ οὐκ ἐνενόουν, ὅτι δὴ αὐτοῖς τῷ τῆς ἐσθῆτος ἠχαιωμένῳ τε καὶ κενῷ, πολλῷ ἔτι μᾶλλον τὸ τοῦ σώματος ἐξίτηλον διελέγχθείη.

Εὐπατέρεια. [2] ἡ καλὸν πατέρα ἔχουσα. καὶ Εὐπάτορος. ὄνομα κύριον.

Εὐπατρίδαι. [3] εὐγενεῖς.

Εὐπερίκοπος. Ὁ δὲ [4] πρὸς τὰς ἐντεύξεις εὐπερίκοπος ἦν, καὶ ἀνεπίφθονος.

Εὐπερίοπτον. εὐκαταφρόνητον. Ἠσθάνετο γὰρ τὴν τῆς Μακεδόνων ἀρχὴν εὐπερίοπτον ἐσομένην, εἰ δὴ τῆς πρώτης πείρας οἱ ἐπαναστάντες κρατήσαιεν.

Εὐπερίστατον. [5] μωρόν. ταχέως περιτρεπόμενον. καὶ ὁ Ἀπόστολος· Καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν.

Εὐπέτεια. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι διὰ πολλῆς εὐπετείας τῆς ὑπαίθρου ἐκράτησαν. † Εἴτε κατ' εὐπέτειαν ἀπανισταμένους μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν εἴτε ἄλλο τι γινώσκοντας. † Ὁ οὖν Γανυμήδης κατ' εὐπέτειαν ἑαυτὸν ξίφει διεργάσατο. τουτέστιν, εὐχερῶς. † Φύσει γὰρ πάντες ἐς τὸ εὐπετὲς τρέπονται.

Εὐπετής. εὐχερής. καὶ εὐπετῶς. ῥᾳδίως. εὐχερῶς. εὐκόλως. καὶ εὐσταλῶς.

Εὖ πεφυκώς. [6] ἁρμόδιος. [7] Παρεκελεύσατο ἐμβαίνειν τοὺς στρατιώτας. καὶ γὰρ ἦν εὖ πεφυκὼς, εἰ καί πρὸς ἄλλο τι, πρὸς τὸ θάρσος ἐμβαλεῖν καὶ συμπαθεῖς ποιῆσαι τοὺς παρακελευομένους.

Εὐπείθεια.

Εὐπείθιος, [8] καὶ Ἀρχιάδας, δύο υἱοὶ Ἡγίου. [9] καὶ ὁ μὲν Εὐπείθιος εὐφυέστερος ἐγένετο· τὰ δὲ ἤθη ἐπιστρεφόμενος εἰς ἰδιωτισμόν. ἤδη δέ τι καὶ ἀτοπώτερον ἢ κατ' ἰδιώτην ἔχων. ὡς δὲ συλλήβδην εἰπεῖν, πολλοῦ τοῦ πατρὸς ἀπολειπόμενος. ὁ δὲ Ἀρχιάδας, τὸ μὲν ὅλον, τοῦ πατρὸς οὐκ ὀλίγῳ διαφέρων εἰς ἀρετὴν, καὶ τῶν πολλῶν· τὰ δὲ ἐς Φιλοσοφίαν ἀργότερα παρειμένος, ἅτε πρὸς ταῦτα ἀνάγωγος ὤν, διὰ τὴν

*sis corpus esse adeo pulchrum & delicatum, ut illo vestium amictu indigerent. Non cogitabant autem, tenuem illam & inanem vestem potius ostendere inutilem & mollem corporis ipsorum habitum.*

Εὐπατέρεια. Nobili patre procreata. Nobilis fœmina. Et Εὐπάτορος. Nomen proprium. [A recto Εὐπάτωρ.]

Εὐπατρίδαι. Patricii. Nobiles.

Εὐπερίκοπος. [Polybius:] *Ille vero in congressibus iis erat moribus, ut importunitatem aliorũ facile pateretur, ipse nemini esset odiosus.*

Εὐπερίοπτον. Quod contemnitur. Quod spernitur. *Sentiebat enim, imperium Macedonum omnibus contemptui fore, si seditiosis primus conatus ex sententia successisset.*

Εὐπερίστατον. Stultum. Quod facile everti potest. Et Apostolus: *Peccatum, quod nos facile circumvenit.*

Εὐπέτεια. Facilitas. *Romani autem regione campestri facili admodum negotio potiti sunt.* † *Sive casu quodam cum liberis & uxoribus inde migrantes; sive aliud quoddam consilium animo agitantes.* † *Ganymedes igitur gladio facile se transfixit.* Κατ' εὐπέτειαν enim hic significat, εὐχερῶς. † *Omnes enim natura se convertunt ad id, quod est facile.*

Εὐπετής. Facilis. Et εὐπετῶς. Facile. Sine molestia. Expedite.

Εὖ πεφυκώς. A natura egregie ad aliquid comparatus, vel factus. Aptus. *Milites [stagnum] ingredi jussit. Si enim ad quicquam aliud, ad id certe egregie a natura fuit comparatus, ut fiduciam animis hominum adderet, ac suos affectus iis ingeneraret, quos adhortabatur.*

Εὐπείθεια. Obedientia.

Εὐπείθιος καὶ Ἀρχιάδας. Eupithius, & Archiadas, duo Hegiæ filii. Et Eupithius quidem ingenii dexteritate præstabat: moribus vero ad simplicitatem vulgi propensus. Quinetiam aliquid habebat, quod erat absurdius, quam idiotam deceret. Ut autem rem totam paucis complectar, patre longe inferior erat. Archiadas vero, in summa quidem, patre & vulgo non parum virtute præstan-

1 Ἁδρὸν] Sic etiam habet Procopius. Sed sensus potius requirit, ut scribatur ἁβρόν: quam lectionem in versione expressi.

2 Εὐπατέρεια] Hac voce usus est Homerus Il. Z. v. 292. & alibi.

3 Εὐπατρίδαι] De significatione hujus vocis notanda sunt ea, quæ habet Scholiasta Sophoclis ad *Electram*, pag. 81. Εὐπατρίδαι παρὰ Ἀττικοῖς οἱ αὐτόχθονες, καὶ κατὰ τοῦτο διαφανεῖς· οἷον οἱ εὖ ἔχοντες ἕνεκα τῆς πατρίδος. ὥστε εἴ τις εὐπατρίδης, καὶ εὐγενής. οὐ μὴν, εἴ τις εὐγενής, καὶ εὐπατρίδης. Hinc lucem capit Hesychius, in cujus Collectaneis & hæc leguntur: Εὐπατρίδαι, αὐτόχθονες, οὐχὶ ἐπήλυδες.

4 Ὁ δὲ πρὸς τὰς ἐντεύξεις κτλ.] Fragmentum hoc legitur apud Polybium lib. XI. cap. VIII.

5 Εὐπερίστατον] Voce hac usus est auctor Epistolæ ad Hebræos, cap. XII. v. 1. de cujus significatione fuse & docte disputat Gatakerus *Adversar. Posthum.* cap. III. pag. 426. 427. 428. quem Lector consulat. Nos tantum breviter hic proponemus interpretationem aliquam vocis hujus, reliquis viris doctis & S. Scripturæ interpretibus, ni fallimur, indictam, quæ nobis quidem minime contemnenda videtur. Ea autem sic se habet. Περίστατον apud Græcos dicitur id, quod ab hominibus circumsistitur: velut si circulatores περιστάτους dicas, quod homines eos circumstare & corona quadam cingere soleant, præstigias illorum & imposturas cum admiratione spectantes. Harpocratio: Περίστατοι. Ἰσοκράτης περὶ τῆς ἀντιδόσεως· Θαυματοποιίαις ταῖς οὐδὲν ὠφελούσαις, ὑπὸ δὲ τῶν ἀνοήτων περιστάτοις γεγενημέναις. ἀντὶ τοῦ, περὶ ἃς κύκλῳ ἵστανται οἱ θεώμενοι. Id est, Περίστατοι. *Isocrates in oratione de Permutatione: Præstigiis prorsus inutilibus, sed quas stulti circumsistunt.* [Περιστάτοις *enim hic significat,*] περὶ ἃς κύκλ. *Quas spectatores circumstant.* Hinc igitur ducta translatione Apostolus peccatum videtur appellare εὐπερίστατον; quasi dicat, tale, quod homines libenter circumstant, vel sectantur, fraudibus & lenociniis ejus inescati: velut hominum vulgus circulatorem circumsistere solet, inanes ejus præstigias cupide & cum admiratione spectans. Hæc interpretatio si forte cuipiam durior & longius petita videbitur; comparet eam, quæso, cum reliquis virorum doctorum interpretationibus, & videbit forsan, eam minus difficultatis habere, quam cæteras.

6 Ἁρμόδιος] Ridicule Portus vocem hanc pro nomine proprio viri accipiebat, eamque cum sequenti fragmento conjungendam esse censebat, cum sit interpretatio τοῦ εὖ πεφυκώς: ut nemini non facile patet.

7 Παρεκελεύσατο ἐμβαίνειν τοὺς στρατ.] Hæc sunt verba Polybii lib. X. cap. XIV.

8 Εὐπείθιος, καὶ Ἀρχιάδας, δύο υἱοὶ Ἡγ.] Totam hanc Eclogam Suidas ex Damascio excerpsit, ut vel ex Photio patet, apud quem in Excerptis ex illo scriptore pag. 1065. nonnulla eorum, quæ Suidas hic habet, αὐτολεξεὶ quoque leguntur.

9 Καὶ ὁ μὲν Εὐπείθιος εὐφυέστερος —— μεγαλόπολιν πατρῴαν οὐσίαν] Hæc ad verbum etiam leguntur apud Photium loco laudato, ut Pearsonius recte observaverat.

οὐκ ἀκολάκευτον παρέχειν οὐ πάνυ· ἱερὰν δὲ ζωὴν προβεβλημένος, εἴπερ τις ἕτερος, καὶ πολυπειρίαν ἀσκήσας ἱερῶν ἔργων τε καὶ λόγων οὐδέν τι μεῖον τοῦ πατρός. ἐγὼ γὰρ τοῦτο καὶ τῷ Ἡγίᾳ μαρτυρῶ. ὁ δὲ Ἀρχιάδας καὶ τοῦ καθαροῦ συνειδότος ἐπεμελεῖτο διαφερόντως οὐδὲν ἧττον τῶν φιλοσοφούντων. [1] Ἦν ἂν αἰσθάνεσθαι πάντων. ᾐσθανόμην δὲ καὶ αὐτὸς ἑκάστοτε τοὺς ἀμφ' αὐτῷ κενοῦ φυσήματος ἄνδρας ἐμπεπλησμένους. παθῶν δὲ παντοίων κατάμεστοι ὄντες, οὐδὲ ἐν μέσοις αὐτοῖς τοῖς δρωμένοις οἷοί τε ἦσαν ἤθεσι μετρίοις ἐγκαρτερεῖν. ἐπεὶ τά γε ἔξω μυσαγαγία κακῶν ἐφαίνετο μηδὲν διαφέρουσα τῆς τῶν ἀγελαίων ἀνθρώπων. ὁ δ' οὖν Διομήδης διέφθαρτο καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῆς συνουσίας, καὶ οὐδὲν ἔχων ἐξαίρετον φύσεως, ἔτι ταπεινότερος ἐγεγόνει πρὸς τὰ ἐπιταττόμενα, καίτοι ὑπὸ κολάκων διεφθάρη τὴν διάνοιαν. εὐφυής τε γεγονὼς ὁ ἀνὴρ πρὸς φιλοσοφίαν, ἣ οὐδὲν ἀλλοτρίῳ κακῷ βλάπτεται, οὐδὲ φθείρεται, οἰκείῳ δὲ μόνῳ, ὥς ἔφη Σωκράτης. διὸ καὶ φιλοσοφίαν ἐλυμήνατο τοῦτο αὐτὸ οἴκοθεν ὄνειδος. ὃν γὰρ ἔδει μάλιστα διασώζειν καὶ θεραπεύειν πρὸς τὸ βέλτιστον, τοῦτον πρὸς ἡδονὰς ἀνατρέψαντες, καὶ μετεωρίζοντες ἐς αὔχημα μεῖζον ἢ καθ' ἑαυτόν, ἔλαθον ἑαυτοὺς ἐς πᾶσαν ἀτιμίαν καταβάλλοντες.

tior erat: sed in iis, quæ ad Philosophiam ducunt, negligens; quippe quod ad hæc non esset educatus, propter paternas opes, assentationis non expertes. Sanctam autem vitam, si quis alius, sibi colendam proposuerat, & in sanctorum factorum & dictorum notitia se exercuerat non minus, quam ipse pater. Nam & hoc testimonium Hegiæ dicere possum. Archiadas vero etiam puræ conscientiæ vehementer erat studiosus, non minus quam Philosophi. Licebat igitur omnia sentire. Sentiebam & ipse, ipsius familiares inani spiritu repletos esse. Variis autem affectibus referti, ne in rebus quidem gerendis morum moderationem servare poterant. Nam quod ad externa attinet, malorum colluvies a gregariorum & vulgarium hominum vita moribusque nullo modo differens videbatur. Diomedes igitur & ipse a consuetudine, [quam cum mulieribus habebat,] corruptus est, quamvis nullam naturæ excellentiam haberet. Longe autem abjectior & humilior factus est ad imperata facienda; quanquam ab assentatoribus mente corruptus esset. Cum autem vir iste naturæ dotibus aptus esset ad Philosophiam, quæ alieno malo nec læditur, nec corrumpitur, sed suo tantum, ut ajebat Socrates; ideo etiam domesticum hoc probrum Philosophiam labefactavit. Quem enim maxime conservari & ad optima quæque institui decebat, hunc in voluptatibus educantes, & animum ipsius majore fastu efferentes, quam eum deceret, imprudentes semet ipsi in omnem infamiam conjecerunt. *Port.*

Εὐπίδαξ χῶρος. ὁ καλὴν πηγὴν ἔχων.

Εὐπίδαξ. Locus pulchrum fontem habens.

Εὐπήληκος. καλὴν περικεφαλαίαν ἐχούσης.

[2] Ἀλλὰ καὶ εὐπήληκος Ἀθηναίης ἐπὶ δουρὶ
Τὸν τέττιγ' ὄψει μ', ὦ 'νερ, ἐφεζόμενον.

Εὐπήληκος. Pulchram galeam habentis. [In Epigrammate:] *Sed & in hasta Minervæ pulchra galea ornatæ me cicadam, o vir, insidentem videbis.*

Εὐπλοῆσαι. τὸ καλῶς πλεῦσαι.

Εὐπλοῆσαι. Secunda, vel prospera navigatione uti.

Εὐπλοίαν. εὔπλοιαν.

Εὐπλοίαν. Secundam navigationem. Pro εὔπλοιαν.

Εὐπλοκαμίδες. καλλιπλόκαμοι.

Εὐπλοκαμίδες. Quæ pulchros crines habent.

Εὐποιία. ἐλεημοσύνη. [3] Ἀποστέρησις δέ ἐστι τὸ τὰ ἀλλότρια λαβόντας κατέχειν, καὶ ὅταν ἐλεημοσύνην μὴ παρέχωμεν, ἐν ἴσῳ τοῖς ἀποστεροῦσι κολαζόμεθα.

Εὐποιία. Beneficentia. Eleemosyna. *Est autem fraudatio, aliena, quæ acceperis, retinere: &, cum eleemosynam [pauperibus] non damus, æque punimur ac illi, qui alios rebus suis fraudant.*

Εὐπολείδης. ὄνομα κύριον.

Εὐπολείδης. Eupolides. Nomen proprium.

Εὔπολις, [4] Σωσίπολις, Ἀθηναῖος, κωμικός, καὶ οὗτος ιζ' ἐτῶν γεγονώς, ἤρξατο ἐπιδείκνυσθαι, καὶ ἐδίδαξε [5] δράματα ιζ'. ἐνίκησε δὲ ζ'. καὶ ἀπέθανε ναυαγήσας κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον ἐν τῷ πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμῳ. καὶ ἐκ τούτου ἐκωλύθη στρατεύεσθαι ποιητήν. τὰ δὲ δράματα αὐτοῦ, Αἶγες, Ἀστράτευτος, ἢ Ἀνδρόγυνοι, καὶ ἄλλα.

Εὔπολις. Eupolis, Atheniensis, Comicus: qui annos natus XVII. in Scena certare cœpit, ediditque fabulas XVII. vicit autem septies. Idem in bello contra Lacedæmonios naufragio in Hellesponto periit. Unde lex lata est, quæ poetas militare vetuit. Fabulæ ejus sunt, *Capræ*, *Astrateutus*, vel *Androgyni*, & aliæ.

1 Ἦν ἂν αἰσθάνεσθαι πάντων. ᾐσθανόμην δὲ κ.] Hæc, & quæ sequuntur, cum præcedentibus minime cohærent, eorumque sensus paulo obscurior est. Nos versionem Porti hic retinuimus, non, quod eam probaremus (est enim prorsus frigida, & nonnullis in locis falsa) sed quia per temporis angustiam nobis hæc aliter vertere non licuit. Quare Lector nobis ignoscet.

2 Ἀλλὰ καὶ εὐπήληκος Ἀθην.] Distichum hoc est pars Epigrammatis in cicadam, quod integrum legitur Anthol. lib. VI. cap. XVI. ut Portus etiam monuit.

3 Ἀποστέρησις δέ ἐστι τὸ τὰ ἀλλ.] Hæc nihil faciunt ad v. Εὐποιία: quæ rectius leguntur supra sub v. Ἀποστέρησις, & v. Ἐλεημοσύνη.

4 Σωσίπολις] Vel scribendum est, ὡς Σωσίπολις; ut sit sensus, τὸν Εὔπολιν eodem modo dictum esse, quo Σωσίπολιν; vel, Σωσιπόλιδος, ut Eupolis Sosipolis filius fuisse intelligatur; vel. vox illa penitus delenda est.

5 Δράματα ιζ'] Vel erravit Suidas, vel numeri hic corrupti sunt. Plures enim fabulæ Eupolidis, quam XVII. apud veteres laudantur: quarum ecce nomina. Αἶγες. Ἀλιεῖς. Ἀστράτευτοι. Αὐτόλυκος α'. Αὐτόλυκος β'. Βάπται. Δῆμοι. Διαιτῶντες. Δυάς. Εἵλωτες. Κλονηταί. Κόλακες. Λάκωνες. Μαρικᾶς. Νουμηνίαι. Πόλεις. Προσπάλτιοι. Πόλεις. Στιφανοπωλίδες. Σφῆκες. Ταξίαρχοι. Ὑβριστοδίκαι. Φίλοι. Χρυσοῦν γένος. Confer Meursium in *Bibliotheca Attica*.

Εὐπόριστον. εὐχερῶς πορίζόμενον. Λέγεται γὰρ, ὡς παρὰ Τούρκοις οὐκ εὐπόριστον χρῆμα ὁ σίδηρος.

Εὐποτμία. εὐτυχία. Ζηλῶ τοῦτον τῆς εὐποτμίας. καὶ αὖθις· Εὐποτμίας δὲ ἀπολαύουσι πάσης, ἐξ οὐρίων φερόμενοι. καὶ πάλιν· Ἐν εὐποτμίᾳ τε καὶ εὐδαιμονίᾳ διῆγον πολλῇ.

Εὐπότμως. εὐτυχῶς. Ἡ τοῦ στρατηγοῦ φρόνησις ἔχουσά τι καὶ τύχης εὐπότμου δι' αὐτήν.

Εὐπραγέστερος. εὐτυχέστερος.

Εὐπραξία. εὐημερία. εὐτυχία. [1] Ὁ δὲ Ὀζίας ὤλισθεν ὑπ' εὐπραγίας καὶ κατηνέχθη πρὸς τὰ τοῦ πατρὸς ἁμαρτήματα, πρὸς ἃ κἀκεῖνον τῶν ἀγαθῶν ἡ λαμπρότης καὶ τὸ μέγεθος τῶν πραγμάτων, οὐ δυνηθέντα προστῆναι καλῶς αὐτῶν, ἤγαγεν.

Εὖ [2] πράττειν. οὕτως ἡ ἐπιγραφὴ τῶν ἐπιστολῶν Πλάτωνος. ἔγραψε δὲ ἐπιστολὰς ιγ'. εἰσὶ δὲ τοῦ ἠθικοῦ εἴδους. Εὖ διάγειν. οὕτως Ἐπίκουρος ἐπέγραφε. Χαίρειν δὲ ἐπέγραφε Κλέων.

Εὐπρεπῶς. κοσμίως. ὡραίως.

Εὔπρηστον. [3] εὐφύσητον.

Εὐπροσοδώτατον. τόπος εὔδρομος.

Εὐπροσιτώτατος. ὁ πάνυ ἥμερος.

Εὐπρόσωπος. εὐπροσήγορος. [4] Σοφοκλῆς·

Ἥπου Τελαμὼν, σὸς πατὴρ, ἐμός τ' ἴσως,
Δέξαιτ' ἂν εὐπρόσωπος.

Εὐπρόσωπος. εὔμορφος. Ὁ δὲ ἐπισυράμενος, εὐπρόσωπον λίθον στήλην ἔστησεν.

Εὐπτέρων. [5] Ἀριστοφάνης·

Κἀτ' ἐκ γυναικῶν εὐπτέρων, τῶν Κοισύρας.

ἀντὶ τοῦ εὐγενῶν. ἢ κούφων. ἢ ὧν ὁ λογισμὸς ἵπταται. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ὀρνίθων τῶν μετεώρων καὶ ὑπερηφάνων. ἢ τιμίων, καὶ εὐγενῶν.

Εὐπτόρθον. εὐκλαδον.

Εὐποιῶ. αἰτιατικῇ.

Εὐράξ. ἐκ πλαγίου.

Εὗρες. [6] Ἀριστοφάνης·

Εἴθε φαύλως, ὥσπερ εὗρες, ἐκβάλοις τὴν ἔνθεσιν.

ἐπὶ τῶν παρὰ προσδοκίαν εὐδοκιμησάντων. τὸ δὲ εὗρες δηλοῖ τὸ καμάτῳ καὶ πόνῳ περιγενέσθαι τινός· καὶ ἔστι τῆς τοῦ κάμνοντος γνώμης καὶ προαιρέσεως ἔλεγχος. τὸ δὲ εὑρεῖν, ἁπλῶς τῆς παρατυχούσης τύχης, καὶ οὐ τῆς τοῦ εὑρόντος γνώμης καὶ προαιρέσεως.

Εὐρεσιέπεια. εὑρεσιλογία.

Εὑρεσιλόγος. φλύαρος. [7] ἑτοιμολόγος. Πολύ-

Εὐπόριστον. Facile paratu. Parabile. *Ajunt enim, ferrum apud Turcos rem non esse parabilem.*

Εὐποτμία. Felicitas. *Hunc beatum prædico felicitatis causa.* Et rursus: *Omni vero felicitate fruuntur, & cuncta ipsis ex sententia succedunt.* Et iterum: *Felicem admodum & beatam vitam agebant.*

Εὐπότμως. Feliciter. [Et εὔποτμος. Felix.] *Imperatoris prudentia propter ipsam & fortunæ felicitate adjuta.*

Εὐπραγέστερος. Felicior.

Εὐπραξία. Felicitas. Prosperitas. *Ozias vero felici rerum successu elatus, ad paterna peccata prolapsus est, ad quæ & eum bonorum splendor & magnitudo felicitatis, quam moderate ferre nesciebat, impellebat.*

Εὖ πράττειν. Hanc formulam salutandi Plato epistolis suis præscribere solebat. Scripsit autem epistolas XIII. easque morales. Epicurus vero iisdem inscribebat εὖ διάγειν; & Cleon, χαίρειν.

Εὐπρεπῶς. Decenter. Modeste. Venuste.

Εὔπρηστον. Quod facile inflatur.

Εὐπροσοδώτατον. Accessu valde facile.

Εὐπροσιτώτατος. Accessu facillimus. Valde affabilis & comis.

Εὐπρόσωπος. Qui est læto & hilari vultu. Comis. Sophocles: *Scilicet Telamon, tuus pater æque ac meus, læto ac hilari vultu [me redeuntem] excipiet.*

Εὐπρόσωπος. Formosus. Pulcher. *Ille vero pulchrum lapidem columnæ loco erexit.*

Εὐπτέρων. Bonas alas habentium. Vel, nobilium. Vel, levium, & quorum mens volat. Translatio ducta est ab avibus, quæ in sublimi volant. Vel superbarum, & honoratarum. Aristophanes: *Et ex mulieribus nobilibus, Cæsyræque similibus, natus est.*

Εὐπτόρθον. Bonis & pulchris ramis præditum.

Εὐποιῶ. Bene facio. Accusativo jungitur.

Εὐράξ. Ex obliquo. Oblique.

Εὗρες. Invenisti. Aristophanes: *Utinam bucceam æque facile, ac invenisti, rursus ejicias.* Dicitur de iis, qui præter spem, ob rem præclare gestam, gloriam consequuntur. Τὸ εὗρες autem hic singularem quandam emphasin habet. Labore enim & industria rem aliquam consequi, laborantis mentem & consilium arguit. At simpliciter rem aliquam invenire, totum est fortunæ, non vero rationis & consilii.

Εὐρεσιέπεια. Loquacitas. Copia verborum.

Εὑρεσιλόγος. Garrulus. Cui verba ad loquen-

1 Ὁ δὲ Ὀζίας ὤλισθεν ὑπ' εὐπραγίας, καὶ κατηνέχθη.] Hæc sunt verba Josephi *Antiq. Jud.* lib. IX. cap. XI. pag. 319. ut Pearsonius etiam observaverat.

2 Εὖ πράττειν. οὕτως ἡ ἐπιγρ.] Vide Laertium in *Platone*, segm. LXI. & Nostrum supra v. Εὖ διάγειν; ubi eadem leguntur.

3 Εὔπρηστον. εὐφύσητον] Ex Scholiasta Homeri ad Il. Σ. v. 471.

4 Σοφοκλῆς] In *Ajace*, pag. 58. ut Portus monuit.

5 Ἀριστοφάνης] *Nubibus*, pag. 171. (102. Ed. Basil. *P.*) Vide ibi Scholiastam, cujus scrinia Suidas hic compilavit.

6 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 31?. (211. Ed. Basil. P.) Scholiasta ad eum locum: Ὥσπερ εὗρες. ὥσπερ ἐπέτυχες. ἐμφαίνει δὲ τῇ λέξει τῇ εὗρες κέχρηται. τὸ μὲν γὰρ καμάτῳ καὶ πόνῳ περιγενέσθαι τινὸς, τῆς τοῦ κάμνοντος γνώμης καὶ προαιρέσεως ἔλεγχον ἔχει. τὸ δὲ εὑρεῖν, ἁπλῶς τῆς παρατυχούσης τύχης. οὐ τῆς αὐτοῦ τοῦ εὑρόντος γνώμης τὸ ἔργον. ὡς οὐκ ἐκ συνέσεως τοῦ Κλέωνος κατορθώσαντος, ἃ διεπράξατο, ἀλλ' ἁπλῶς εὑρόντος εὕρημα. Hinc Suidas partim supplendus, partim emendandus est.

7 Ἑτοιμολόγος] Sic recte MS. Paris. A. At priores Editt. male, ἑτοιμολόγος. Idem mendum est apud Hesychium v. Εὑρεσιλογίας, apud quem pro ἑτοιμολογίας pariter scribendum est, ἑτοιμολογίας.

βιος· Ἔχων δὲ καὶ πλείω λέγειν, ἀγωνιῶ, μὴ δόξω τισὶν ὑμῶν [1] οὐκ ἀναγκαίων εὑρεσιλογεῖν.

Εὑρεσιεπής. χαριλόγος.

Εὑρετής. [2] Ἦν δὲ καὶ εὑρετὴς ἑτοιμότατος ὧν τε αὐτὸς ἠπόρει πρὸς ἑτέρους, καὶ ἃν ἕτεροι πρὸς αὐτὸν, οὐ πολυμαθείᾳ καὶ ἀλλοτρίων δραμάτων ἱστορίᾳ καταχωννὺς μὲν τὴν ἀλήθειαν καὶ ἀποκρύπτων, ἐπιστομίζων δὲ τοὺς ἀπορῶντας. Εὑρέτις δὲ, θηλυκὸν, διὰ τοῦ ι. ἡ ἐφευρετική.

Εὐρεῖα. [3] Ὅμηρος· Τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών. οὐ καθολικὸν δὲ ἐπίθετον ἡ εὐρεῖα, ἀλλ' ἐν ἴσῳ τῷ εὐρεῖα γενομένη. οἷον, Εὐρύ μοι χάσμα γένοιτο.

Εὐρείτης. ἐπίθετον. ὁ καλῶς ῥέων ποταμός.

Εὕρημα. ἐπιτήδευμα. βούλευμα. Δῆλον δὲ, ὡς τὰ πολλὰ πεπαιδευμένον, καὶ πολλὰ εἰδέναι γλιχόμενον, καὶ ταῦτα εὑρήματά ἐστι. τουτέστι, βούλευμα. ἐπιτήδευμα. καὶ εὑρήματα, ὁμοίως. ἐπιτηδεύματα, βουλεύματα. Ξενοφῶν· Ἐπεὶ εἶδον ὑμᾶς εἰς πολλὰ κἀμήχανα ἐμπεπτωκότας, εὕρημα ἐποιησάμην, εἴ πως δυναίμην παρὰ βασιλέως αἰτήσασθαι, δοῦναί μοι ἀποσῶσαι ὑμᾶς εἰς τὴν Ἑλλάδα. † Εὕρημα δὲ τοὺς Μάγους ἐποιεῖτο, οἳ Βαβυλῶνα καὶ Σοῦσα οἰκοῦσιν.

Εὔρηνος. ὁ καλλιπρόβατος. [4] Πάμπαν εὔρηνός τε καὶ εὔβοτος.

Εὑρήσεται. [5] ἀντὶ τοῦ, εὑρεθήσεται.

Εὑρεσιλογίας.

Εὐρίζῳ. [6] Δαβίδ· Εὐρίζῳ ἀγαλλιάματι πάσης τῆς γῆς. ἀντὶ τοῦ, ἐπιμόνῳ. καλῶς ἐρριζωμένῳ.

Εὐριζῶν. πλατύνων. ἢ καλὰς ῥίζας καρποποιοὺς ἔχων. [7] καλῶς θεμελιῶν καὶ παγίως, ὥστε ἀσάλευτον αὐτὴν καὶ ἀτρεμῆ διαμένειν.

Εὔρινος. εὔοσφρητος. [8] Σοφοκλῆς· Κυνὸς εὐρίνου βάσις. τουτέστιν, ἡ βάδισις.

Εὐρινώτατος. καλόρρινος. ἢ καλῶς ὀσφραινόμενος.

Εὐριπίδειον ἔπος. τοῦ Εὐριπίδου. καὶ Εὐριπίδειος λόγος, ὁμοίως. ἔφη Εὐριπίδης·

Ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσιν βρύων.

καὶ αὖθις·

Στῦλοι [9] γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄῤῥενες.

Εὐριπίδιον. Ἀριστοφάνης. [10] ἐρωτικὴν μιμεῖται φωνήν. οἱ γὰρ ἐρῶντες εἰώθασι τοὺς ἐρωμένους ἐρωτικῶς δι' ὑποκορισμῶν καλεῖν.

dū semper suppetunt. Polybius: *Quamvis autem plura habeam dicenda, vereor tamen, ne cui vestrum verbosior esse videam, quam necesse est.*

Εὑρεσιεπής. Novorum verborum inventor.

Εὑρετής. Inventor. *Promptissime autem invenire norat solutionem dubiorum, quæ vel ipse aliis, vel alii ipsi proponerent, non varia doctrina, nec rerum alienarum cognitione veritatem obruens & abscondens, dubitantibus autem os obturans.* Εὑρέτις vero, per ι, est fœmininum. Inventrix.

Εὐρεῖα. Lata. Spatiosa. Homerus: *Tunc mihi lata tellus dehiscat.* Τὸ εὐρεῖα autem hic non est epithetum universale terræ, sed ita accipiendum est, ac si Poeta dixisset, εὐρεῖα γενομένη, i. e. lato hiatu discedens.

Εὐρείτης. Epithetum fluvii. Pulchre fluens.

Εὕρημα. Inventum. Lucrum, quod alicui casu obtigit. Commentum. Consilium. *Manifestum autem est, virum eruditum, & multa scire cupientem, & ista meditando invenire.* Et εὑρήματα, similiter, studia, consilia, commenta. Xenophon: *Postquam vos in multas & magnas difficultates incidisse video, rationem excogitare cœpi, qua a Rege impetrarem, ut mihi permitteret vos salvos in Græciam reducere.* † *Magos investigavit, qui Babylonem & Susa incolunt.*

Εὔρηνος. Bonas, vel pulchras oves habens. *Omnino & ovium & pascuorum bonitate excellens.*

Εὑρήσεται. Pro εὑρεθήσεται. Invenietur.

Εὑρεσιλογίας. Loquacitatis. Garrulitatis.

Εὐρίζῳ. Firmis radicibus nixo. Constanti. Diu duranti. David: *Constanti exultatione totius terræ.*

Εὐριζῶν. Radices dilatans. Vel, bonas radices habens. Bene firmiterque [terram] fundans, ita ut inconcussa & immota permaneat.

Εὔρινος. Sagaces nares habens. Olfactu pollens. Sophocles: *Canis sagacis gressus.*

Εὐρινώτατος. Sagacitate narium præstans. Optime olfaciens.

Εὐριπίδειον ἔπος. Verbum, vel versus Euripidis. Et Εὐριπίδειος λόγος, oratio Euripidis. Euripides dixit: *Aliorum medicus, ipse ulceribus scatens.* Et, *Columnæ enim domuum sunt liberi mares.*

Εὐριπίδιον. Euripidium. Aristophanes. Imitatur autem sermonem amantium. Amantes enim diminutivis nominibus compellare solent eos, quos amant.

1 Οὐκ ἀναγκαίων] Puto addita præpositione παρ' legendum esse, παρ' οὐκ ἀναγκαίων. Alias enim constructio claudicabit.

2 Ἦν δὲ καὶ εὑρετὴς ἑτοιμότατος ὧν τε αὐτὸς κτ.] Hæc sunt verba Damascii de Isidoro philosopho, ut discimus ex Photio, apud quem in Excerptis ex isto scriptore pag. 1036. hoc ipsum fragmentum legitur, ut Pearsonius recte observaverat.

3 Ὅμηρος] Il. Δ. v. 182. Brevis Scholiasta ad eum locum: Οὐ γὰρ ἐπιθετικῶς λέγει αὐτὴν τὴν γῆν εὐρεῖαν, ἀλλὰ τὴν εὐρὺ τῇ διαστάσει χάσματι ποιοῦσαν.

4 Πάμπαν εὔρηνός τε κ.] Metri gratia scribendum est, πάμπαν εὔρηνός τε καὶ εὔβοτος. Est enim initium Hexametri.

5 Εὑρήσεται. ἀντὶ τοῦ εὑρεθήσεται] Atticorum est, verba media pro passivis accipere. Sophocles *Oedip. Colon.* pag. 291.

Ποίῳ γὰρ ἂν σοι προσφορᾷ δηλώσεται.

Scholiasta monet, τὸ δηλώσεται ibi positum esse pro δηλωθήσεται.

6 Δαβίδ] Psalm. XLIII. v. 3. sed ubi legitur εὐριζῶν. Vide vocem sequentem.

7 Καλῶς θεμελιῶν καὶ παγίως, ὥστε ἀσάλευτον αὐτὴν κ. τ. λ.] Hæc sunt verba Theodoreti ad Psalmum in nota præcedente indicatum.

8 Σοφοκλῆς] In *Ajace* pag. 2. ut Portus etiam monuit.

9 Στῦλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄῤῥ.] Senarius hic legitur apud Euripidem in *Iphigenia in Tauris*, v. 57. ut Portus observavit.

10 Ἐρωτικὴν μιμεῖται φωνήν. οἱ γὰρ ἐρ.] Hæc sunt verba Scholiastæ Aristophanis ad *Acharnens.* pag. 391. (179 Ed. Bas. P.)

Εὐριπίδης, Ἀθηναῖος, τραγικὸς, πρεσβύτερος τοῦ ἐνδόξου γενομένου. ἐδίδαξε δράματα ιβʹ, εἷλε δὲ νίκας δύο.

Εὐριπίδης, τραγικὸς, τοῦ προτέρου ἀδελφιδοῦς, ὡς Διονύσιος ἐν χρονικοῖς. ἔγραψε δὲ Ὁμηρικὴν ἔκδοσιν, εἰ μὴ ἄρα ἑτέρου ἐστί. δράματα αὐτοῦ ταῦτα, Ὀρέστης, Μήδεια, Πολυξένη.

Εὐριπίδης, Μνησάρχου, ἢ Μνησαρχίδου, καὶ Κλειτοῦς, οἳ φεύγοντες εἰς Βοιωτίαν μετῳκήσαν· εἶτα ἐν τῇ Ἀττικῇ. οὐκ ἀληθὲς δὲ, ὡς [1] λαχανόπωλις ἦν ἡ μήτηρ αὐτοῦ. καὶ γὰρ τῶν σφόδρα εὐγενῶν ἐτύγχανεν, ὡς ἀποδείκνυσι Φιλόχορος. ἐν δὲ τῇ διαβάσει Ξέρξου ἐκυοφορεῖτο ὑπὸ τῆς μητρὸς, [2] καὶ ἐτέχθη, καθ' ἣν ἡμέραν Ἕλληνες ἐτρέψαντο τοὺς Πέρσας. γέγονε δὲ τὰ πρῶτα ζωγράφος· εἶτα μαθητὴς Προδίκου μὲν ἐν τοῖς ῥητορικοῖς, Σωκράτους δὲ ἐν τοῖς ἠθικοῖς καὶ φιλοσόφοις. [3] διήκουσε δὲ καὶ Ἀναξαγόρου, τοῦ Κλαζομενίου. ἐπὶ τραγῳδίαν δὲ ἐτράπη, τὸν Ἀναξαγόραν ἰδὼν ὑποστάντα κινδύνους, δι' ἅπερ εἰσῆξε δόγματα. σκυθρωπὸς δὲ ἦν τὸ ἦθος, καὶ ἀμειδὴς, καὶ φεύγων τὰς συνουσίας. ὅθεν καὶ μισογύνης ἐδοξάσθη. ἔγημε δὲ ὅμως πρώτην μὲν Χοιρίνην, θυγατέρα Μνησιλόχου· ἐξ ἧς ἔσχε Μνησίλοχον, καὶ Μνησαρχίδην, καὶ Εὐριπίδην. ἀπωσάμενος δὲ ταύτην, ἔσχε καὶ δευτέραν, καὶ ταύτης ὁμοίως ἀκολάστου πειραθείς. ἀπάρας δὲ ἀπ' Ἀθηνῶν, ἦλθε πρὸς Ἀρχέλαον τὸν βασιλέα τῶν Μακεδόνων, παρ' ᾧ διῆγε, τῆς ἄκρας ἀπολαύων τιμῆς. ἐτελεύτησε δὲ ὑπὸ ἐπιβουλῆς Ἀρριβαίου τοῦ Μακεδόνος, καὶ Κρατεύα τοῦ Θετταλοῦ, ποιητῶν ὄντων, καὶ φθονησάντων αὐτῷ, [4] πεισάντων τε τὸν βασιλέως οἰκέτην κύνας ἐπαφεῖναι αὐτῷ. οἱ δὲ ἱστορήσαν, οὐχ ὑπὸ κυνῶν, ἀλλ' ὑπὸ γυναικῶν νύκτωρ διασπασθῆναι, πορευόμενον ἀωρὶ πρὸς Κρατερὸν τὸν ἐρώμενον Ἀρχελάου, (καὶ γὰρ σχεῖν αὐτὸν καὶ περὶ τοὺς τοιούτους ἔρωτας) οἱ δὲ, πρὸς τὴν γαμετὴν Νικοδίκου τοῦ Ἀρεθουσίου. ἔτη δὲ βιῶναι αὐτὸν οέ, καὶ τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ ἐν Πέλλῃ μετακομίσαι τὸν βασιλέα. [5] δράματα δὲ αὐτοῦ κατὰ μέν τινας οέ. κατὰ δὲ ἄλλους, ἐνενήκοντα δύο. σώζονται δὲ οζʹ. νίκας δὲ εἷλετο έ. τὰς μὲν τέσσαρας περιών· τὴν δὲ μίαν μετὰ τὴν τελευτὴν, ἐπιδειξαμένου τὸ δρᾶμα τοῦ ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ Εὐριπίδου. ἐπεδείξατο δὲ ὅλους ἐνιαυτοὺς κβʹ. ἀπέθανε δὲ ἐπὶ τῆς ἐνενηκοστῆς τρίτης ὀλυμπιάδος.

Εὐριπίδης. Euripides, Atheniensis, Tragicus, antiquior celebri illo Euripide. Docuit fabulas XII. Vicit bis.

Εὐριπίδης. Euripides, Tragicus, prioris ex fratre nepos, ut tradit Dionysius in *Chronicis*. Scripsit editionem Homericam: nisi forte ea alterius sit. Fabulæ ejus sunt, *Orestes*, *Medea*, *Polyxena*, [&c.]

Εὐριπίδης. Euripides, Mnesarchi, seu Mnesarchidæ, & Clitonis F. qui in exilium pulsi, in Bœotiam migrarunt: deinde vero in Attica habitarunt. Non est autem verum, matrem ejus fuisse olerum venditricem. Nam genere nobilissimo natus fuit, ut demonstrat Philochorus. Xerxe vero in Græciam trajiciente, mater eum in utero gessit: natusque fuit eo die, quo Græci Persas fugarunt. Fuit autem initio pictor: deinde Prodici in Rhetoricis; Socratis vero in doctrina de moribus, & in rebus philosophicis discipulus. Audivit etiam Anaxagoram Clazomenium. Animum vero ad tragœdiam scribendam appulit, cum vidisset Anaxagoram in capitis discrimen venisse, propter dogmata, quæ docuerat. Fuit autem homo severis moribus præditus, & tristis, & qui congressus fugiebat. Unde etiam osor mulierum est habitus. Nihilominus tamen uxorem duxit; primum quidem Chœrinam, Mnesilochi filiam, ex qua Mnesilochum & Mnesarchidem & Euripidem suscepit. Hac vero repudiata, habuit & alteram, quam æque impudicam est expertus. Cum autem Athenis discessisset, ad Archelaum Macedoniæ Regem ivit, apud quem summo fruens honore vixit. Obiit sublatus insidiis Arrhidæi Macedonis, & Crateuæ Thessali, qui poetæ erant, ac ipsi invidebant, & Regis servo persuaserant, ut canes in ipsum immitteret. Alii vero non a canibus, sed a mulieribus noctu laceratum fuisse tradunt, cum intempesta nocte ad Craterum Archelai delicias; (nam illum & hujusmodi amoribus addictum fuisse ferunt) ut vero alii, ad uxorem Nicodemi Arethusii iret. Annos eum vixisse ajunt LXXV. ossaque ejus Pellam a Rege translata fuisse. Fabulæ ejus, secundum nonnullos, fuerunt LXXV. secundum alios vero, XCII. ex quibus exstant LXXVII. Vicit quinquies: quater superstes; semel vero post obitum, fabulam ejus in Scena exhibente Euripide, filio fratris ipsius. Fabulas edidit per totos annos XXVI. Obiit Olympiade XCIII.

*Port.*

1 Ὡς λαχανόπωλις ἦν ἡ μήτηρ] Aristophanes tamen initio *Equitum* Euripidem ut filium λαχανοπωλίδος oblique his verbis perstringit:

Μὴ μοί γε, μὴ μοι, μὴ διασκανδικίσῃς.

Scholiasta ad eum locum: Διασκανδικίσῃς. διευριπιδίσῃς. ἡ γὰρ μήτηρ Εὐριπίδου σκάνδικας ἐπίπρασκεν· ὅ ἐστι, ἄγρια λάχανα. Ἄλλως. Μὴ ἀποδιελκύσῃς, μὴ μετεωρολήσῃς. σκώπτει δὲ τὸν Εὐριπίδην ὡς λαχανοπώλιδος υἱόν. σκάνδιξ γὰρ, εἶδος λαχάνου. Apertius idem Comicus in *Acharnensibus*, pag. 394.

*Εὐριπίδιον γλυκύτατον, ὦ φίλτατον,*
*Σκάνδικά μοι δὸς, μητρόθεν δεδεγμένος.*
*Euripides dulcissime & amicissime,*
*Scandicem mihi da, quam a matre accepisti.*

Scholiasta: Σκάνδικά μοι δός. ἔτι ἐν τοῖς Ἱππεῦσι δεδήλωται, ὅτι ἡ μήτηρ Εὐριπίδου πολλάκις ἐλέγετο σκάνδικας. φιλονεικῶς δὲ ἡ σκάνδιξ ἐλέγετο. ἔστι δὲ λάχανον ἄγριον εὐτελές. Et in *Thesmophoriaz*. pag. 786.

Εὐριπίδου τοῦ τῆς λαχανοπωλητρίας.

2 Καὶ ἐτέχθη, καθ' ἣν ἡμέρ.] Euripidem natum esse anno primo Olympiadis LXXV. Calliade Archonte, testatur Laertius in *Socrate* segm. XLV.

3 Διήκουσε δὲ καὶ Ἀναξαγόρου τοῦ Κλαζ.] Idem testatur etiam Laertius loco laudato.

4 Πεισάντων τε τὸν βασιλέως οἰκέτην κύνας ἐπαφ.] Locus hic in MS. A. auctior sic legitur: Πεισάντων τε τὸν β. οἰκ. τοὔνομα Λυσίμαχον, δέκα μνῶν ἀγορασθέντα, τοὺς βασιλέως, οὓς αὐτὸς ἔτρεφε, κύνας ἐπαφεῖναι. &c. Confer Nostrum infra v. Προμέρου κύνες: ubi Promerus aliquis canes in Euripidem immisisse traditur.

5 Δράματα δὲ αὐτοῦ] Fabulas Euripidis accurate recenset Meursius in libello de trium Tragicorum fabulis: quem confer. Diligentiam tamen ejus effugit fabula Κρῆσσαι; cujus meminit Scholiasta Aristophanis ad *Ranas*, pag. 252. & 276. ut & ante nos monuit Richardus Bentlejus in eruditissima Dissertatione ad Malalam, pag. 22.

Εὔελπος.

Εὔριπος. πέλαγος στενόν, ἢ τόπος ὑδατώδης μεταξὺ δύο γαιῶν, τουτέστι [1] Βοιωτίας καὶ Ἀττικῆς. ἑπτάκις δὲ τῆς ἡμέρας τὸ ἐκεῖσε ὕδωρ τρέπεται.

Εὕρομεν. [2] παρατατικός. καὶ εὕροσαν.

Εὐρονάεταις. καλῶς ῥέουσιν.

Εὐρυώτερος.[3] ὁ πλατύτερος.

Εὔρους. [4] Ἐμοὶ δὲ ἐξηγεῖτο λόγους Ἰσοκρατείους, ὅτε εἶδον ἄνθρωπον εὔρουν τε ἅμα καὶ ἀμφιλαφῆ τὴν διάνοιαν πρὸς τὰς πολιτικὰς ἐξηγήσεις.

Εὐρυάγυια. ἡ πλατυάμφοδος.

Εὐρώεντα. σκοτεινά. ζοφώδη.

Εὐρώεις. ὁ σκοτεινός. ἢ ὁ πλατύς. καὶ κλίνεται, εὐρώεντος.

Εὕρωμι. ἀντὶ τοῦ εὑρήσω. καὶ εὕρωμεν, ἀντὶ τοῦ εὑρήσομεν.

Εὐρώπη. ὄνομα κύριον. καὶ ὁ τόπος. καὶ Εὐρώπιον κλίμα. τὸ τῆς Εὐρώπης. καὶ πρέσβεις Εὐρωπαίων.

Εὐρώς. ὑγρότης σεσηπυῖα. Καλλίμαχος· Πέδιλα τὰ μὴ πύσε νήχυτος εὐρώς.

Εὐρώς. ἡ νοτία. παρὰ τὸ αὖρα, αὐρός· καὶ τροπῇ, εὐρώς. καὶ εὐρωτιῶ. [5] Θεόκριτος· Ἁ σύριγξ εὐρῶτι παλύνεται.

Εὐρώταν. ἐν Ἐπιγράμματι·

Τὸν δ' ὑπεροιδαίνοντα κατέσχεν πεπταμένη χείρ,
Οὐχ ὅλον Εὐρώταν, ἀλλ' ὅσον ἠδύνατο.

περὶ αἰδοίου ἀνδρὸς ὁ λόγος. καὶ αὖθις, Φησὶ Λάκαινα πρὸς τὸν ἴδιον υἱόν·

Λεῖπε [6] τὸν Εὐρώταν, ἴθι Τάρταρον, ἡνίκα δειλὴν
Οἶσθα φυγὴν τελέθειν, οὔτ' ἐμός, οὔτε Λάκων.

Εὐρώτας. ποταμὸς Λακωνικῆς.

Εὐρῶτι. σηπεδόνι.

Εὐρωτιῶν. σαπείς. ἠφανισμένος. ἢ [7] εὐρωτιῶν, σκωληκοβρώτων.

Εὐρωτιῶν,[8] τοῦ εὐρωτιῶντος. ἐξήγησις τοῦ εἰκῆ κείμενος. τοῖς γὰρ εἰκῆ καὶ ἀμελῶς κειμένοις ἱδρὼς προσίζει καὶ νοτίς. τοιοῦτος δὲ ὁ τῶν ἀγροίκων βίος, ὥσπερ ἂν ἐπιμελὴς καὶ καθάριος ὁ τῶν ἀστικῶν. διόπερ καὶ εἰς πενίαν συνεχῶς ὑπὸ τῶν ποιητῶν τύπτεται καὶ ὀνειδίζεται· ὡς φησι Μένανδρος· Εἰς [9] τὰ καθαρὰ λιμὸς εἰσοικίζεται.

Εὔριπος. Euripus. Mare angustum, sive fretum inter duas terras, Bœotiam nempe & Atticam: cujus aqua septies quotidie fluit & refluit.

Εὕρομεν. Invenimus. Imperfectum. Et εὕροσαν, [Bœotice pro εὗρον,] invenerunt.

Εὐροναίταις. Late fluentibus. Pulchre fluentibus.

Εὐρυώτερος. Latior.

Εὔρους. Copiose fluens. Facundus. *Exponebat mihi orationes Isocratis: quo tempore vidi virum illum non tantum ob linguæ facundiam, sed etiam mentis ubertatem, aptissimum esse ad politicam prudentiam docendam.*

Εὐρυάγυια. Latas vias habens. Ampla.

Εὐρώεντα. Situ squalida. Obscura. Tenebrosa.

Εὐρώεις. Squalidus. Obscurus. Vel, latus. Et declinatur, εὐρώεντος.

Εὕρωμι. Pro εὑρήσω. Reperiam. Et εὕρωμεν· Pro εὑρήσομεν. Reperiemus.

Εὐρώπη. Europa. Nomen proprium. Item, regio. Et Εὐρώπιον κλίμα. Clima, vel plaga Europæ. Et, πρέσβεις Εὐρωπαίων, legati Europæorum.

Εὐρώς. Situs. Caries. Humiditas putris. Callimachus: *Crepidæ, quas putredo non corrupit.*

Εὐρώς. Caries. Situs. Humiditas. Putredo. Ab αὖρα fit αὐρὸς, & mutato α in ε, εὐρώς. Et εὐρωτιῶ. Situ squaleo. Putresco. Theocritus: *Fistula situ squalet.*

Εὐρώταν. Eurotam [fluvium. Item, membrum virile.] In Epigrammate: *Illum vero penem supra modum tumentem expansa manus continuit; non totum, sed quantum potuit.* De membro enim virili hic verba fiunt. Et in alio Epigrammate fœmina Lacæna filio suo dicit: *Linque Eurotam, abi ad Orcum, quandoquidem timidorum & ignavorum more fugere consuevisti, nec meus [filius,] nec Lacon.*

Εὐρώτας. Eurotas. Fluvius Laconicæ.

Εὐρῶτι. Situ. Putredine.

Εὐρωτιῶν. Putrefactus. Situ obsitus. Corruptus. Vel, εὐρωτιώντων. A vermibus corrosorum.

Εὐρωτιῶν. Situ obsitus. Squalidus. Est explicatio ejus, [quod apud Comicum sequitur,] εἰκῆ κείμενος. Rebus enim per neglectum temere in aliquo loco jacentibus humor & mucor aliquis adhærescit. Talis esse solet vita rusticorum: ut contra urbanorum munda & nitida. Quare etiam ut pauper a Comicis frequenter perstringi & vituperari solet. Nam, ut Menander ait: *In mundas & nitidas ædes fames intrat.*

1 Βοιωτίας καὶ Ἀττικῆς] Imo potius, Βοιωτίας καὶ Εὐβοίας. Vide Geographos.

2 Παρακειμενικός] Rectius. Ἀόριστος β΄. Est enim ab εὗρον: quod esse Aoristi secundi, vel pueris notum est. Cæterum pro παρακειμενικός, ut habent MSS. Parif. in prioribus Editt. nullo sensu legitur, παρ' Ἀττικοῖς.

3 Εὐρυώτερος] Confer Etymologum v. Εὐρώεσσα.

4 Ἐμοὶ δὲ ἐξηγεῖτο λόγους Ἰσοκρ.] Idem fragmentum legitur etiam supra v. Ἀμφιλαφῆ, & infra v. Σπουδαιοτέρους: ubi integrum locum scriptoris anonymi habes.

5 Θεόκριτος] *Idyll.* IV. v. 28.

6 Λεῖπε τὸν Εὐρώταν, ἴθι Τάρτ.] Distichum hoc decerptum est ex Epigrammate Antipatri Thessalonicensis, quod ex codice MS. Anthologiæ ineditæ integrum exhibuimus supra v. Ἀρεῖ.

7 Εὐρωτιῶν] Scribe εὐρωτιώντων, ut respondeat voci sequenti σκωληκοβρώτων.

8 Εὐρωτιῶν] Nota hæc referenda est ad locum illum Aristophanis *Nubibus*, pag. 125.

Ἐμοὶ γὰρ ἦν ἄγροικος ἥδιστος βίος,
ΕΥΡΩΤΙΩΝ, ἀκόρητος, εἰκῆ κείμενος.

Vetus interpres: Εὐρωτιῶν. ἀντὶ τοῦ, ἰδρῶν. ἑρμηνεύει δὲ τοῦτο διὰ τοῦ εἰκῆ κείμενος. εὐρωτιῶσι γὰρ τὰ εἰκῆ κείμενα, ὥσπερ νοτίδος αὐτοῖς ἐμπεφυκυίας καὶ σηπεδόνος. πρὸς τὸ εὐρὼς, ὁ σκώληξ. ἐπεὶ τοῖς ἀμελῶς κειμένοις ἱδρὼς προσίζει τοιοῦτος. Confer etiam Nostrum supra v. Ἀκόρητος.

9 Εἰς τὰ καθαρὰ λιμ.] Ut senarius sit αὐτάρκης, scribendum est, Εἰς γὰρ τὰ καθαρὰ λιμὸς εἰσοικίζεται.

Εὐρυάγυια.[1] πλατυάμφοδος.

Εὐρυάγυια. Latas vias habens.

Εὐρυβατεύεσθαι. πονηρεύεσθαι. τὸν γὰρ Εὐρύβατον, ἕνα τῶν Κερκώπων, γενέσθαι τοιχωρύχον φασίν. οἱ δὲ προδότην περὶ τοὺς χρόνους τοῦ Κροίσου.

Εὐρυβατεύεσθαι. Eurybati improbitatem & malas artes imitari. Eurybatum enim, unum ex Cercopibus, alii effractorem; alii vero circiter Crœsi tempora proditorē fuisse ajunt.

Εὐρυβάτης. ὄνομα κύριον.

Εὐρυβάτης. Eurybates. Nomen proprium.

Εὐρύβατον[2] ἄνδρα. Φασὶ τοῦτον Ἐφέσιον εἶναι, καὶ λαβόντα χρήματα παρὰ Κροίσου, ὥστε στρατιὰν συναγαγεῖν εἰς τὸν πόλεμον τὸν εἰς τοὺς Πέρσας, προδότην γενόμενον, ἐγχειρίσαι τῷ Κύρῳ τὰ χρήματα τοῦ Κροίσου· καὶ ἐντεῦθεν τοὺς πονηροὺς Εὐρυβάτας καλεῖσθαι.

Εὐρύβατον. Eurybatum. Hunc ajunt Ephesium fuisse, &, cum a Crœso pecuniam accepisset, ut ea exercitum ad bellum contra Persas compararet, turpi proditione pecuniam Crœsi Cyro tradidisse. Hinc omnes mali & improbi dicti fuerunt Eurybatæ.

Εὐρύβατος.[3] πονηρός. ἀπὸ τοῦ πεμφθέντος ὑπὸ Κροίσου ἐπὶ ξενολογίαν μετὰ χρημάτων, ὥς φησιν Ἔφορος· εἶτα μεταβαλλομένου πρὸς Κῦρον. ἦν δὲ οὗτος Ἐφέσιος. οἱ δὲ τὸν Κέρκωπα τὸν ἕτερον. Διότιμος Ἡρακλέους ἄθλοις·

Κέρκωπές τοι πολλὰ κατὰ τριόδους πατέοντες
Βοιωτῶν σίνοντο. γένος δ' ἔσαν Οἰχαλιῆες,
Ὦλός τ' Εὐρύβατός τε, δύω βαρυδαίμονες ἄνδρες.

Νίκανδρος, Αἰγινέα Εὐρύβατον πανουργότατον· οὗ μνημονεύει Ἀριστοτέλης ἐν ά περὶ δικαιοσύνης. Δοῦρις δὲ ἐν δ' τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα, ἀπὸ τοῦ Ὀδυσσέως ἑταίρου. καὶ Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ, ὑποθέμενος τὸν Δία εἰς πολλὰ ἑαυτὸν μεταβάλλοντα, καὶ πλουτοῦντα, καὶ πανουργοῦντα, Εἴ δή τις ὑμῶν εἶδεν Εὐρύβατον Δία. λέγεται τὸν Εὐρύβατον κλέπτην ὄντα, εἰρχθέντα καὶ παραφυλαττόμενον, ἐπειδὴ συμπίνοντες ἔλυσαν αὐτὸν οἱ φυλάσσοντες, ἐκέλευσαν ἐπιδείξασθαι τὴν ἐπὶ τοὺς οἴκους ἀναρρίχησιν, τὸ μὲν πρῶτον διωθεῖσθαι· δεομένων δὲ ὡς οὐ βουλόμενον, ἐπεὶ μόλις ἀνέπεισαν, περιθέμενος τοὺς σπόγγους καὶ τὰς ἐγκεντρίδας, ἀναδραμεῖν εἰς τοὺς τοίχους. [4] ἀναβλέποντες δὲ ἐκεῖνοι, καὶ θαυμάζοντες τὰς τέχνας, λαβεῖν αὐτὸν τὸν ὄροφον, καὶ ὑπερβάλλοντα, πρὶν ἐκείνους κύκλῳ περιελθεῖν, ἀπὸ τοῦ τέγους καταπηδῆσαι.

Εὐρύβατος. Eurybatus. Id est, homo malus. Ductum hoc est ab eo Eurybato, qui a Crœso cum pecunia missus ad milites mercede conducendos, ut ait Ephorus, deinde ad Cyrum defecit. Erat autem Ephesius. Alii eum alterum Cercopum fuisse ajunt. Diotimus in *Herculis laboribus*: *Cercopes in triviis Bœotorum frequenter versantes, multis nocebant. Hi genere erant Oechalienses, nomine Olus & Eurybatus, ambo viri pernitiosissimi.* Nicander Ægineum Eurybatum callidissimum fuisse [tradit:] cujus meminit Aristoteles in primo *de Justitia*. Duris vero libro IV. de rebus ab Agathocle gestis, ab Ulyssis socio [proverbium hoc ductum esse ait.] Et Aristophanes *Dædalo* introducens Jovem in varias formas se mutantem, & divitem, & callide alios decipientem, *Si quis vestrum*, inquit, *vidit Eurybatum Jovem.* Ferunt autem Eurybatum, qui fur erat, cum in vinculis & custodia asservaretur, a custodibus largius se invitantibus solutum, jussumque edere specimen solertiæ suæ in ædibus conscendendis, primum quidem hoc recusasse; deinde vero cum tanquam invitum rogarent, & ægre rem ei persuasissent, tandem aptatis sibi spongiis & stimulis, parietes adscendisse. Illis autem suspicientibus, & has artes admirantibus, ipsum prehenso lacunari, eoque superato, priusquam illi ædes circumire possent, per tegulas [aufugisse, & de tecto] desiliisse.

Εὐρυδίκη. ὄνομα κύριον.

Εὐρυδίκη. Euridice. Nomen proprium.

Εὔρυθμον. εὖ τεταγμένον.

Εὔρυθμον. Concinnum. Aptum.

Εὐρυκλῆς.[5] πᾶς ὁ ἐγγαστρίμυθος. ἀπὸ Εὐρυκλέους τοιούτου τινὸς μάντεως.

Εὐρυκλῆς. Eurycles. [Sic appellatur] quivis engastrimythus, sive ventriloquus: ab Eurycle, qui hujusmodi vates fuit.

Εὐρυκρείων. μεγάλως βασιλεύων.

Εὐρυκρείων. Late dominans.

Εὐρυμέδων.[6] ποταμὸς Παμφυλίας.

Εὐρυμέδων. Eurymedon. Pamphyliæ fluvius.

Εὐρύνεται. πλατύνεται.

Εὐρύνεται. Dilatatur. Amplificatur.

Εὐρυόδεια.[7] ἡ πλατεῖα ὁδός. καὶ κλίνεται εὐρυοδείας.

Εὐρυόδεια. Latas vias habens. Lata via.

1 Εὐρυάγυια] Est urbis epithetum apud Homerum.

2 Εὐρύβατον ἄνδρα. Φασὶ τοῦτον Ἐφέσιον εἶναι, &c.] Ex Harpocratione. Huc egregie facit locus Diodori in Collectaneis Constantini a Valesio editis pag. 241. qui sic habet: Ὅτι Κροῖσος ὁ τῶν Λυδῶν βασιλεὺς προσποιησάμενος εἰς Δελφοὺς πέμπειν, ἔπεμψεν εἰς Πελοπόννησον Εὐρύβατον τὸν Ἐφέσιον, δοὺς αὐτῷ χρυσίον, ὅπως ὡς πλείστους ξενολογήσῃ τῶν Ἑλλήνων. ὁ δὲ μισθωθεὶς, πρὸς Κῦρον τὸν Πέρσην ἀποχωρήσας, τὰ καθ' ἕκαστα ἐδήλωσεν. διὸ καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐπίσημος γεγενημένης τῆς περὶ τὸν Εὐρύβατον πονηρίας, μέχρι τοῦ νῦν, ὅταν τις ὀνειδίσαι τινὶ βούληται μοχθηρίαν, Εὐρύβατον ἀποκαλεῖ. Id est, interprete Valesio: *Crœsus Lydorum Rex Eurybatum Ephesium simulans se Delphos mittere, in Peloponnesum cum grandi pecunia misit, ut quam plurimos milites conquireret. Sed Eurybatus ad Cyrum Persarum Regem transfugiens, cuncta Crœsi consilia ei detexit. Quamobrem cum hæc Eurybati fraudulentia insignis apud Græcos exstiterit, hinc factum est, ut etiamnum, cum alicui malitiam exprobrare volunt, Eurybatum eum compellent.* Hic locus pulchre confirmat ea, quæ Suidas ex Harpocratione de Eurybato hic refert.

3 Εὐρύβατος. πονηρός] Æschines in oratione contra Ctesiphontem pag. 293. Ἀλλ', οἶμαι, οὔτε Φρυνώνδας, οὔτε ΕΥΡΥΒΑΤΟΣ, οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς πώποτε τῶν πάλαι πονηρῶν, τοιοῦτος μάγος καὶ γόης ἐγένετο.

4 Ἀναβλέποντες δὲ ἐκεῖνοι, καὶ θαυμάζοντες] Sic etiam habet Michael Apostolius. Sed, ne oratio sit ἀνακόλουθος, scribendum est, ἀναβλεπόντων δὲ ἐκείνων, καὶ θαυμαζόντων, &c.

5 Εὐρυκλῆς. πᾶς ὁ ἐγγαστρίμυθος· ἀπὸ Εὐρ.] Ex Enarratore Comici ad *Vespas* pag. 503. qui plura habet.

6 Εὐρυμέδων. ποταμὸς Παμφ.] Ex Harpocratione.

7 Εὐρυόδεια] Eadem vox occurrit supra post v. Εὐρεῖς: sed loco alieno.

Εὐρύ-

Εὐρύοπα. μεγαλόφθαλμον. ἢ μεγαλόφωνον. ἡ εὐθεῖα, εὐρύοψ.

Εὐρυπύλης.[1] πλατείας πύλης.

Εὐρύς. ὁ πλατύς.

Εὐρυσάκης. ὁ μεγάλην ἔχων ἀσπίδα. [2] Σοφοκλῆς·

Ἀλλ' αὐτό μοι σὺ, παῖ, λαβὼν ἐπώνυμον
Εὐρύσακες, ἴσχε διὰ πολυῤῥάφου στρέφων
Πόρπακος ἑπτάβοιον ἄῤῥηκτον σάκος.

Εὐρυσάκης. ὄνομα κύριον. Καὶ [3] Εὐρυσάκειον. τέμενός ἐστιν Εὐρυσάκου τοῦ Αἴαντος ἐν Ἀθήναις οὕτως ὀνομαζόμενον.

Εὐρυσθένης. μεγαλοδύναμος.

Εὐρυσθεύς. ὄνομα κύριον. καὶ Εὐρυσθείδης.

Εὐρυχωρία. πλάτος. Εὐρύχορος δὲ, ἡ καλλίχορος.

Ἐΰς. ὁ ἀγαθός. παιδὸς ἐῆος. ἀντὶ τοῦ, ἀγαθοῦ. καὶ, [4] Θεοὶ δωτῆρες ἐάων. ἀντὶ τοῦ, ἀγαθῶν.

Εὐσέβεια.[5] ἐπιστήμη Θεοῦ θεραπείας. σπουδαῖοι τοίνυν θύειν Θεῷ ἁρμόδιοι, ἁγνοὶ τυγχάνοντες. [6] ἐκνεύειν γὰρ τὰ περὶ Θεὸν ἁμαρτήματα, καὶ τὸν Θεὸν ἄγασθαι αὐτούς· ὁσίους τε γὰρ εἶναι καὶ δικαίους. καὶ [7] μὴν τούτους ἱερέας εἶναι. ἐπισκέφθαι γὰρ περὶ θυσιῶν, ἱδρύσεων, καὶ καθαρμῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν πρὸς τὸ θεῖον οἰκείων. † [8] Ὅτι ἡ εὐσέβεια κοῦφόν ἐστι, καὶ σωφροσύνης ἀνάπλεων, καὶ ἥκιστα ἀχθεινόν. ἡ γὰρ εὐσέβεια οὐ συνθνήσκει βροτοῖς· κἂν ζῶσι, κἂν θάνωσιν, οὐκ ἀπόλλυται.

Εὐσεβεῖν δεῖ τὰ πρὸς Θεὸν, ὡς τἄλλα πάντα δεύτερ' ἡγεῖται πατὴρ Ζεύς. καὶ αὖθις ἕτερος λέγει· Ὁδὸς ἀνθρώποις εἰς εὐδαιμονίαν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καταδείχθη μία διὰ τῆς ἀρετῆς. τιμιώτατον δὲ ἐν αὐτῇ, καὶ ὥσπερ κεφάλαιον ἀρετῆς ἁπάσης, εὐσέβεια. μόνη γὰρ αὕτη τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἱκανῶς ἐπιμελεῖται, καὶ πρὸς τὰ θεῖα γίνεται ἡγεμὼν ἀνθρώποις ἀγαθή.

Εὐσέβιος,[9] ὁ Παμφίλου, προσκείμενος τῇ Ἀρειανικῇ αἱρέσει, Ἐπίσκοπος Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, σπουδαῖος ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς, καὶ τῆς θείας βιβλιοθήκης ἅμα Παμφίλῳ τῷ μάρτυρι ἐπιμελέστατος ἀνιχνευτής. ἐξέδωκε πολλὰ τεύχη, ὧν εἰσι τάδε· Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως λόγοι κ'. Εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς λόγοι ιε'. Θεοφανείας λόγοι ε'. Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας λόγοι ι'. [10] Χρονικῶν κανόνων παντοδαπῆς ἱστορίας, καὶ τούτων ἐπιτομή. καὶ περὶ τῆς τῶν Εὐαγγελίων διαφωνίας. Εἰς τὸν προφήτην Ἡ-

Εὐρύοπα. Magnos oculos habentem. Vel, magna voce præditum. Casus rectus est, εὐρύοψ.

Εὐρυπύλης. Latæ portæ. Latam portam habentis.

Εὐρύς. Latus, Amplus.

Εὐρυσάκης. Ingentem clypeum habens. Sophocles: *Sed, fili Eurysaces, accipe scutum septemplex, & nulli telo pervium, nominique tuo conveniens; idque tene & versa, arrepto loro accurate consuto.*

Εὐρυσάκης. Eurysaces. Nomen proprium. Et Εὐρυσάκειον, fanum est Athenis Eurysacis, filii Ajacis, ita vocatum.

Εὐρυσθένης. Magnam ac amplam habens potentiam.

Εὐρυσθεύς. Eurystheus. Nomen proprium. Et Εὐρυσθείδης. Filius Eurysthei.

Εὐρυχωρία. Ampla & late patens regio. Εὐρύχορος vero, pulchrum chorum habens.

Ἐΰς. Bonus. Ut, παιδὸς ἐῆος. Filii boni. Et, Θεοὶ δωτῆρες ἐάων. *Dii donatores bonorum.*

Εὐσέβεια. Pietas est scientia cultus divini. Bonis igitur viris convenit, Deo sacrificare, quia casti sunt, & a peccatis in Deum abstinent, Deumque venerantur. Iidem etiam sancti sunt, & justi, & soli sacerdotes. Sunt enim periti sacrificiorum, dedicationum, lustrationum, & aliorum, quæ ad cultum numinis divini & sacra pertinent. † Pietas est res levis, & modestiæ plena, & minime gravis. Pietas enim una cum hominibus non moritur: nec perit, sive illi vivant, sive moriantur.

Εὐσεβεῖν δεῖ τὰ πρ. *Pietas erga Deum colenda est. Cætera enim omnia minoris facit Jupiter pater.* Et alius inquit: *Hominibus ad felicitatem unica per virtutem via a Deo monstrata est. Ipsius autem melior pars, & universæ virtutis caput quasi est pietas. Hæc enim sola justam rerum humanarum curam gerit, & hominibus ad Deum fidelis est dux.*

Εὐσέβιος. Eusebius Pamphili, Arianæ sectæ addictus, Cæsareæ Palæstinæ Episcopus, sacrarum scripturarum studiosus, & divinæ bibliothecæ una cum Pamphilo martyre diligentissimus investigator. Multa edidit opera, inter quæ sunt ista: Demonstrationis Euangelicæ libri xx. Euangelicæ Præparationis libri xv. Theophaniæ libri v. Ecclesiasticæ Historiæ libri x. Canones Chronici variæ historiæ, & eorum epitome. De Euangeliorum dissensione. In Prophetam Esaiam libri x. Contra Porphyrium, qui tunc, ut

1 Εὐρυπύλης. πλατείας πύλης] Eustathius, εὐρυπυλὲς, πλατεῖαν πύλην ἔχον.

2 Σοφοκλῆς] *Ajace*, pag. 34. ut Portus monuit.

3 Εὐρυσάκειον. τέμενός ἐστιν Εὐρ.] Ex Harpocratione.

4 Θεοὶ δωτῆρες ἐάων] Homerus Odyss. Θ. v. 325. sed ubi legitur δωτῆρες, per ω: uti etiam hic apud Suidam legendum est.

5 Εὐσέβεια. ἐπιστήμη Θεοῦ θεραπ.——τῶν πρὸς τὸ θεῖον οἰκείων] Hæc sunt verba Laertii lib. vii. in *Zenone*, segm. 119. ut Pearsonius etiam observaverat.

6 Ἐκνεύειν] Sic habent MSS. Paris. itemque Laertius loco laudato. At priores Editt. minus recte, ἀγνοεῖν.

7 Καὶ μὴν τούτους] Laertius rectius, καὶ μόνους τούτους.

8 Ὅτι ἡ εὐσέβεια κοῦφόν ἐστι, καὶ σωφρ.] Locus hic auctior legitur infra v. Εὐφημία.

9 Εὐσέβιος, ὁ Παμφ.] Totus hic locus descriptus est ex Sophronio, Hieronymi interprete: ex quo & multa alia Grammaticus noster in Collectanea sua retulit. De Eusebio autem, ejusque scriptis hic quicquam addere supervacaneum judicamus, quoniam alii viri docti de eo argumento abunde egerunt: quorum scripta in omnium manibus versantur.

10 Χρονικῶν καν.] Imo potius, Χρονικοὶ κανόνες, casu recto.

σελίων λόγοι ί. Κατὰ Πορφυρίου τοῦ τότε συγγράφοντος ἐν Σικελίᾳ, ὥς τινες οἴονται, λόγοι λ'. Τοπικῶν λόγος ά. Ἀπολογίας ὑπὲρ Ὠριγένους λόγοι ς'. Περὶ τοῦ βίου τοῦ Παμφίλου λόγοι γ'. Περὶ μαρτύρων ἕτερα συγγράμματα· καὶ εἰς τοὺς ρν' Ψαλμοὺς δεδοκιμασμένα ὑπομνήματα, καὶ ἕτερα πολλά. ἤνθησε μάλιστα ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως, καὶ Κωνσταντίου, καὶ διὰ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς Πάμφιλον τὸν μάρτυρα, τῆς ἐπωνυμίας αὐτοῦ ἠξιώθη.

Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου. οὗτος ὁ Εὐσέβιος ἔγραψε καὶ πρὸς Μαρῖνον, ἐν ᾧ λέγει, [1] ὅτι ἡ Χριστοῦ Ἐκκλησία δύο βίους νομοθετεῖ, καὶ τρόπους· τὸν μὲν ὑπερφυᾶ, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης πολιτείας ἐπέκεινα, οἷός ἐστιν ὁ μοναδικός· τὸν δὲ ὑποβεβηκότα, καὶ ἀνθρωπινώτερον, ὃς καὶ γάμοις ὑποπίπτει συγκατανεύειν.

Εὐσέβιος, Ἀράβιος, σοφιστής, ἀντισοφιστεύσας καὶ αὐτὸς Οὐλπιανῷ.

Εὔσημος. ὁ περιφανής.

Εὐσθένεια. ἡ ἰσχύς.

Εὔσκαρθμος. ὀξύπους. ταχύς.

Εὐσκευούμεθα. [2] καλῶς παρεσκευάσμεθα, καὶ ἔχομεν πάντα, ἃ δεῖ πρὸς θάνατον. Οὕτω μὲν εὐσκευούμεθα. Σοφοκλῆς.

Εὐσπειρῆ. καλῶς συνεσπειραμένον.

[3] ——Τὸν εὐσπειρῆ δὲ δράκοντα,
Χρύσεον ῥαδινῶν κόσμον ἐπισφυρίων.

Εὐστάθεια. ἡ καρτερία.

Εὐσταθής. Αὐτὸς γὰρ λαβὼν ἄνεμον εὐσταθῆ, παρεκομίζετο παρὰ τὴν χώραν, ἀκινδύνως πλέων.

Εὐστάθιος, Ἐπιφανεύς. Χρονικὴν ἐπιτομὴν τὴν ἀπὸ Αἰνείου μέχρις Ἀναστασίου βασιλέως, ἐν [4] τόμοις θ'. καὶ ἄλλα τινά. † Ὅτι Εὐστάθιος Σεβαστιανὸς Μακεδονιανῆς θρησκείας ἦρξεν, ἅμα Βασιλείῳ Ἀγκυρανῷ, Ἐπισκόπῳ τῆς αὐτῆς πόλεως.

Εὐσταθῶς. [5] Ἀππιανός· Ὁ δὲ ἐστρατοπέδευσεν εὐσταθῶς, ἧπερ ἐβούλετο. ἀντὶ τοῦ ἀσφαλῶς. βεβαίως.

Εὐσταλής. καλῶς ἐστολισμένος. ἢ κοῦφος. Ἀπεδίδρασκον εὐσταλεῖς, ὑποζύγια καὶ σκηνὰς καταλιπόντες. † Ἦν δὲ τὸ ἑπόμενον στράτευμα Μαρκελλίνῳ ἐπιφανέστερον τῷ εὐσταλεῖ τῆς ὁπλίσεως.

Εὐστέφανον. εὐτείχιστον.

Εὐστέφιος, Ἀφροδισιεύς, [6] σοφιστὴς ἐπιφανὴς τῶν

quidam putant, in Sicilia scribebat, libri XXX. Τοπικῶν liber unus. Apologiæ pro Origine libri VI. De vita Pamphili libri III. De Martyribus alia opuscula. In Psalmos CL commentarios eruditos; & multa alia. Floruit maxime sub Constantino Imperatore, & Constantio, & ob amicitiam, quæ ipsi cum Pamphilo martyre intercessit, ab eo cognomentum sortitus est.

Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου. Eusebius Pamphili. Hic contra Marinum etiam scripsit: in quo opere dicit, Christi Ecclesiam duo vitæ genera & instituta præcipere; quorum unum sit excellens & supra communem vitæ humanæ rationem longe positum; quale est Monachorum. Alterum vero minus sublime, & communi hominum vitæ accommodatum, quod nec a conjugio abhorreat.

Εὐσέβιος. Eusebius, Arabius, Sophista; qui & ipse Ulpiani æmulus fuit.

Εὔσημος. Insignis.

Εὐσθένεια. Robur. Fortitudo.

Εὔσκαρθμος. Agilis. Celer. Velox.

Εὐσκευούμεθα. Bene instructi sumus, & omnia, quæ ad mortem necessaria sunt, parata habemus. *Sic igitur omnibus instructi sumus.* Sophocles.

Εὐσπειρῆ. In spiras bene convolutum. [In Epigrammate:] *Draconem vero pulchris spiris ambientem graciles talos, quorum est ornamentum.*

Εὐστάθεια. Firmitas. Constantia.

Εὐσταθής. Stabilis. Firmus. Constans. *Ipse enim ventum constantem nactus, juxta terram tuto navigabat.*

Εὐστάθιος. Eustathius, Epiphanensis. Scripsit compendium Chronicum rerum ab Ænea usque ad Anastasium Imperatorem gestarum, libris novem. Item, alia quædam. † Eustathius Sebastianus cum Basilio Ancyrano, ejusdem urbis Episcopo, sectæ Macedonicæ auctor fuit.

Εὐσταθῶς. Firmiter. Constanter. Tuto. Appianus: *Ille vero loco tuto & firmo, ut optabat, castra metatus est.*

Εὐσταλής, Bene vestitus. Vel, levis, expeditus. *Fugiebant expediti, jumentis & tentoriis derelictis.* Item: *Exercitus autem, qui Marcellinum sequebatur, decoro armaturæ genere erat insignis.*

Εὐστέφανον. Bene muris cinctum.

Εὐστέφιος. Eustephius, Aphrodisiensis, So-

1 Ὅτι ἡ Χριστοῦ Ἐκκλησία δύο βίους νομοθ.] Hæc plenius leguntur apud Cedrenum pag. 200. 201. & apud ipsum Suidam supra v. Βίος.

2 Εὐσκευούμεθα. καλῶς παρεσκ.] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Ajacem*, pag. 49. ut Portus monuit.

3 Τὸν εὐσπειρῆ δὲ δράκοντα, χρύσεον ῥαδ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate Antipatri Sidonii in mulieres, mundum suum Veneri dedicantes. Ipsum Epigramma ex cod. MS. Anthologiæ ineditæ integrum publici juris faciemus infra v. Κεκρύφαλος.

4 Ἐν τόμοις θ'] Imo, ἐν τόμοις β'. Ecce enim clare Euagrius *Histor. Eccles.* lib. v. cap. XXIV. Ἅπερ πάντα Εὐσταθίῳ τῷ Ἐπιφανεῖ ἐπιτετμημένως πεπόνηται ἐν δύο τεύχεσιν· ἐν μὲν ἕως ἁλώσεως Ἰλίου. τῷ δὲ ἑτέρῳ, ἕως δωδεκάτου ἔτους τοῦ Ἀναστασίου βασιλέως. Id est: *Quæ omnia ab Eustathio Epiphaniensi scite admodum in compendium redacta sunt duobus voluminibus: quorum prius usque ad excidium Ilii; posterius usque ad annum duodecimum Imperii Anastasii, res gestas complectitur.* Plura de eo vide apud Vossium in Addendis ad lib. II. *de Histor. Græc.* cap. XXI.

5 Ἀππιανός] In *Iber.* pag. 450.

6 Σοφιστὴς ἐπιφανὴς τῶν ἐν Ἀδριανοῦ τῶν ὑπατ.] Locus hic corruptus est, quem Berkelius ad Stephanum v. Ἄδρανα, sic in integrū restituendum esse censet, σοφιστὴς ἐπιφανὴς τῶν ἐν Ἀδριανοῦ οἰκητόρων, ὃς κτίσας, &c. Hanc lectionem & ego secutus sum, quoniam nihil melius in mentem mihi venit.

ἐν

ἐν Ἀδροττίοις τῶν ἐπισήμων, ὃ κεῖται ἐν Λυδίᾳ. ἔγραψε μελέτας.

phista, unus ex illustribus Adrottorum, quæ est urbs Lydiæ, incolis. Scripsit declamationes.

Εὐστιβής. τετριμμένη.

Εὐστιβής. Tritus. Trita.

Εὔστολον. εὔκοσμον. Ὁ δὲ προῆγε, ποιήσας εὔστολον τὴν ἀκολουθίαν.

Εὔστολον. Decorum. Ornatum. *Ille vero præcessit, pulchro comitatu instructus.*

Εὐστομεῖν. τὸ εὐφημεῖν. καὶ οἱ Ἴωνες εὔστομα κείσθω φασί.

Εὐστομεῖν. Linguis favere. Bona verba dicere. Et Iones dicunt, εὔστομα κείσθω. Linguis faveamus.

Εὔστομον. εὐπρόσωπον. ἀπὸ μέρους.

Εὔστομον. Pulchrum. Formosum. [Proprie, pulchrum os habens.] Pars ponitur pro Toto.

Εὐστόχιος,[1] Καππαδόκης, σοφιστής. ἔγραψε κατὰ Κωνστάντιον τὸν βασιλέα καὶ ἀρχαιολογίαν Καππαδοκίας, καὶ λοιπῶν ἐθνῶν.

Εὐστόχιος. Eustochius, Cappadox, Sophista. Scripsit Cappadociæ & reliquarum gentium Antiquitates, tempore Imperatoris Constantis.

Εὔστρα.[2] τὸ μαδιστήριον, ἢ ἡ Φλογίστρα. Ἀριστοφάνης·

Ἐν ταῖσιν εὔστραις κονδύλοις ἡρμοττόμην.

ἀντὶ τοῦ, ἐπαιδευόμην. ἀπὸ τῆς μουσικῆς.

Εὔστρα. Fossa, in qua sues mactatæ uruntur & depilantur. Ustrina. Aristophanes: *In ustrinis porcorum aptabar pugnis.* Id est, erudiebar. Translatio ducta est a musica.

Εὔστοια. εὐσθένεια. [3] Ζῶντά τ' εὐστοίας χάριν.

Εὔστοια. Sanitas. Robur. Salus. [*Te mortuum ab hominibus aliquando requisitum iri;*] *& viventem, salutis causa.*

Εὐσύμβολος.[4] ἀντὶ τοῦ ῥᾳδίως καὶ εὖ συμβάλλων· τουτέστιν ἀγαθὸς συμβάλλειν. Ἀντιφῶν ἐν τῷ Πολιτικῷ.

Εὐσύμβολος. Facile & recte aliquid conjiciens. Bonus conjector. Antipho in *Politico.*

Εὐσυνείδητος. καλῶς ζῶν συνειδότι.

Εὐσυνείδητος. Bona vivens conscientia.

Εὐσυνθετεῖν. εὐνοϊκῶς ἔχειν. Μασσαγέταις ἐβουλεύσατο εὐσυνθετεῖν πρός τε Γελίμερα καὶ Βελισάριον.

Εὐσυνθετεῖν. Benevolo erga aliquem esse animo. Amicum se erga aliquem præbere. *Massagetis vero consultum visum est, erga Gelimerem & Belisarium amicos se præbere.*

Εὐσύνοπτον. εὐεπίγνωστον. εὐθεώρητον.

Εὐσύνοπτον. Conspicuum. Manifestum.

Εὔσχημος, κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν Ἐμπολή· ὥς [5] Ἀθήναιος λέγει.

Εὔσχημος. Euschemus, Comicus. Ex fabulis ipsius est *Empole:* ut ait Athenæus.

Εὐσχήμων. οὐχ ὁ πολλὰ κεκτημένος καὶ πλούσιος, ἀλλ' ὁ κόσμιος καὶ πειθόμενος τοῖς νόμοις, καὶ συνιστῶν.

Εὐσχήμων. Ita vocatur ille, non qui multa possidet, & dives est, sed qui modestiæ studet, & legibus obtemperat.

Εὐταίων. ὄνομα κύριον.

Εὐταίων. Eutæon. Nomen proprium.

Εὖτε. ἔστι καὶ χρονικόν· ἀντὶ τοῦ, ἡνίκα. καὶ ὁμοιωματικόν, ἀναλογοῦν τῷ ἠΰτε. [6] Ἠΰτε βοῦς ἀγέληφι ταῦρος. Βοῦς μὲν, γενικῶς· ταῦρος δὲ, εἰδικῶς.

Εὖτε. Est & adverbium temporis: pro ἡνίκα. Quum. Quando. Est & adverbium similitudinis, cui in carmine respondet τὸ ἠΰτε. Veluti. Ceu. [Homerus:] *Veluti in armento taurus* [*præ reliquis excellit.*] Βοῦς [hic accipiendum est] generaliter: ταῦρος vero, specialiter.

Εὐτέλεια. σμικροπρέπεια. Εὐτελία δὲ, ἡ εὐδαιμονία. παρὰ τὸ εὖ τελεῖν. [7] Ἀριστοφάνης· Σοὶ γὰρ διδόαμεν ἐπ' εὐτελίᾳ τὸν σανδαλίσκον.

Εὐτέλεια. Parsimonia. Avaritia. Εὐτελία vero, felicitas. Ab εὖ & τελεῖν. Aristophanes: *Tu enim ob parsimoniam hunc sandaliscum discidisti.*

Εὐτελής. ἐπὶ ἀρετῆς. ὁ φειδωλὸς, καὶ [8] ὀλιγοδάπανος. οὕτω Μένανδρος·

Ἐγὼ δ' ἀνόητος, εὐτελὴς ὑπερβολῇ.

καὶ ὁ ἄσωτος ἐστὶ πολυτελής. θρασὺς σφόδρα.

Εὐτελής. [Vocabulum hoc interdum in laude ponitur, &] de virtute dicitur. Parcus. Frugalis. Sic Menander: *Ego vero stultus, & supra modum parcus.* Luxuriosus vero, est πολυτελής, i. e. sumptuosus, & valde ferox.

1 Εὐστόχιος] Hujus, ut puto, Eustochii meminit Stephanus Byzantius v. Παρδοκώμη[?].

2 Εὔστρα. τὸ μαδιστήριον, ἢ ἡ φλογ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 357. (252. Ed. Bas. P.)

3 Ζῶντά τ' εὐστοίας χάριν] Apud Sophoclem *Oedip. Colon.* pag. 284. unde locus hic depromptus est, pro εὐστοίας hodie legitur εὐνοίας: minus recte, ut ex serie sensus patet. Utriusque lectionis meminit vetus Enarrator ad istum locum, cujus verba hæc sunt: Εὐνοίας χάριν. ἵνα εὐνοῇς αὐτοῖς. ἐν ταῖς ἀναγκαιοτέραις τῶν ἀντιγράφων γράφεται, εὐστοίας χάριν· ὃ καὶ οἱ ὑπομνηματισάμενοι ἀξιοῦσι. εὔστοιαν δέ φασι τὴν εὐσθένειαν· καθάπερ καὶ ἐν Ἀμφιτρύωνι·

Ἐπὶ δὲ βλαστῶν τῶν τριῶν μίαν λαβεῖν

Εὔστοιαν δοκεῖ.

4 Εὐσύμβολος. ἀντὶ τοῦ ῥᾳδ.] Ex Harpocratione.

5 Ὡς Ἀθήναιος λέγει] Lib. XIII. pag. 571. ad quem locum vide Casaubonum.

6 Ἠΰτε βοῦς ἀγέληφι τ.] Sunt verba Homeri Il. Β. v. 480. ubi sic legitur:

Ἠΰτε βοῦς ἀγέληφι μέγ' ἔξοχος ἔπλετο πάντων

Ταῦρος.

7 Ἀριστοφάνης] In *Ranis* pag. 231. (146. Ed. Bas. P.) ubi sic legitur:

Σὺ γὰρ κατηγόρου με ἐπὶ γέλωτι

Κἀπ' εὐτελείᾳ, τόνδε

Τὸν σανδαλίσκον, καὶ τὸ ῥάκος.

8 Ὀλιγοδάπανος] Huc spectant verba illa Athenæi lib. II. pag. 40. Τελεῖν γάρ, τὸ δαπανᾶν. καὶ πολυτελεῖς, οἱ πολλὰ ἀναλίσκοντες· καὶ εὐτελεῖς, οἱ ὀλίγα.

Εὐτειχεῖ πάγῳ. καλῶς τετειχισμένῳ.

Εὐτειχεῖ πάγῳ. Bene munito colle.

Εὐτοκία. [1] πολύγονος.

Εὐτοκία. Fœcunditas. Prolis copia.

Εὐτόκιος, [2] ἀπὸ Θρᾴκης ἐλθὼν, οὔτε γνώμης ἐπιεικής τις ὢν, οὔτε γένους εὖ ἥκων, ἀλλὰ καὶ στρατιώτης μὲν ὁ τυχών. πολλὰ δὲ χρήματα κοινὰ τοῦ ἰδίου τάγματος ὑποκλέψας, ᾤχετο εἰς τὴν Παλαιστίνην. ἐπεχείρησε μὲν ὑπὸ Ἐλευθεροπολίταις ἑαυτὸν ἐγκαταλέξαι, τῆς βουλῆς μεταχὼν ἐπὶ χρήμασι μεγάλοις. καὶ ἐγλίχετο τὴν τύχην [3] μεταβαλεῖν ἐς τὸ εὐγενέστερον. ἀλλ' ὅμως οἱ Ἐλευθεροπολῖται οὐ προσεδέξαντο τὸν Εὐτόκιον. ὁ δὲ μετεχώρησεν ἐς τὴν Ἀσκάλωνα. καὶ ὁ τότε πρωτεύων Κρατερὸς εὐμενῶς αὐτὸν ὑπεδέξατο μετὰ τῶν χρημάτων, καὶ πολιτικῆς μετέδωκεν ἐλευθερίας. οἱ δὲ Θρᾷκες ὕστερον χρόνῳ κατὰ πύστιν ἥκοντες ἐπὶ τὸν Εὐτόκιον, ἀπῄτουν τὸν Κρατερὸν τὸν Εὐτόκιον καὶ τὰ χρήματα. ὁ δὲ οὐ μεθίει τὸν ἄνδρα. τῶν δὲ στρατιωτῶν ἐπὶ δίκην ἐλθόντων, ὁ Κρατερὸς ὑπεραγωνίζεται τοῦ Εὐτοκίου, καὶ περιγίνεται τῶν Θρᾳκῶν· ἐφ' ᾧ καὶ χρησμὸς ἐξέπεσεν, ἔχων ὧδε.

Εὐτόκιος. Eutocius, e Thracia oriundus, nec animo probo fuit, nec genere nobili, sed miles gregarius: qui cum magnam pecuniæ summam cohorti suæ suffuratus esset, in Palæstinam abiit, operamque dedit, ut apud Eleutheropolitanos in civium numerum reciperetur, postquam magnis largitionibus effecisset, ut in Senatum adsciseeretur. Ex humili igitur conditione ad fortunæ splendorem aliquem pervenire cupiebat. Sed tamen Eleutheropolitani Eutocium non receperunt. Ille igitur Ascalonem migravit: ubi Craterus, vir inter Ascalonitas primarius, ipsum cum pecunia benigne suscepit, & jure civitatis donavit. Thraces igitur, fama ejus rei ad ipsos perlata, ad Eutocium venerunt, a Cratero & Eutocium & pecuniam repetentes. Ille autem virum eis non tradidit. Quare cum milites rem ad judices detulissent, Craterus Eutocium defendit, & Thraces vicit: qua de re tale Oraculum editum est.

Εὐτραπελία. [4] μωρολογία. κουφότης. ἀπαιδευσία. Ὁ δὲ Πτολεμαῖος πάντας ἐκέλευσεν ἀνακροτῆσαι, τῆς εὐτραπελίας ἀποδεχόμενος αὐτούς.

Εὐτραπελία. Facetiæ. Joci mimici. Nugæ leves & indoctæ. *Ptolemæus vero omnes applaudere jussit, facetias eorum probans.*

Εὐτράπελον. Οὔτε τινὰ ἔχων πρόφασιν, οὔτε λόγον εὐτράπελον. εὔστροφον. † [5] Οὕτω δ' ἦν εὐτράπελος τὴν φύσιν, ὥστε παρ' Ἀθηναίοις Ἀθηναῖος ἦν ἄκρος, καὶ Λάκων Λακεδαιμονίοις, καὶ Θηβαίοις Θηβαῖος. † Τὸν εὐτράπελον ἡ κωμῳδία ἐπιδέξιον καλεῖ. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἀνασεσυρμένην. Εὐτράπελος οὖν κυρίως, ὁ μιμολόγος. ὁ γελωτοποιός.

Εὐτράπελον. Scurrilem. Facetum. Vel, qui facile vertitur. Versatilis. *Nec ullam speciosam habens causam, nec facetias orationis adhibens.* † *Ingenio autem fuit adeo versatili, ut apud Athenienses Atheniensis esset perfectissimus, & apud Lacedæmonios Lacon, & apud Thebanos Thebanus.* Εὐτράπελον Comici vocant hominem, naturali ingenii dexteritate præditum. Vide in v. Ἀνασεσυρμένην. Εὐτράπελος autem proprie dicitur homo, jocis mimicis utens. Vel, scurra.

Εὐτρεπῆ. τὰ ἕτοιμα, καὶ τέλος ἔχοντα.

Εὐτρεπῆ. Parata. Perfecta.

Εὐτρεπισμός. ἡ ἑτοιμασία.

Εὐτρεπισμός. Apparatus.

Εὐτρόπιος, Ἰταλὸς, σοφιστής. τὴν Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν [6] ἐπιτομικῶς τῇ Ἰταλῶν φωνῇ ἔγραψε· καὶ ἄλλα.

Εὐτρόπιος. Eutropius, Italus, Sophista. Historiæ Romanæ compendium Latina lingua scripsit: & alia.

Εὐτρόπιος, ὁ εὐνοῦχος, ἐπίτροπος Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως. καί φησιν Εὐνάπιος· Ὁ μὲν γὰρ Ῥουφῖνος, ἀνήρ τε ὢν, ἢ δοκῶν, καὶ ἐν ἀξιώμασι γεγονὼς, καὶ ποικίλαις ὁμιλήσας τύχαις, οὐ παρὰ λόγον, οὐδὲ τοῦ πρέποντος ἐκτὸς ἔδοξε καταξανίστασθαι τῆς νεωτεριζούσης ἅπαντα τύχης. ὁ δὲ θαλαμηπόλος εὐνοῦχος, παραλαβὼν τὸ ἐκείνου κράτος, ἐς τοσόνδε κατέσεισεν ἅπαντα καὶ κατεβρόντησεν, ὥστε οὐ μόνον Ῥουφῖνος ἦν αὐτὸς, ἀλλ' ὁ τοῦ μύθου Σαλμωνεὺς μικρόν τι χρῆμα πρὸς αὐτὸν ἦν. ἔστε ἂν εὐνοῦχος, ἀνὴρ εἶναι κατεβιάζετο. καὶ οἱ μὲν μῦθοί φασι, τὴν Γοργόνα φανεῖσαν, ἅμα τε φαίνεσθαι καὶ τοὺς ἰδόντας

Εὐτρόπιος. Eutropius, Eunuchus, tutor Theodosii Imperatoris. De eo Eunapius inquit: *Rufinus enim, cum vir esset, aut saltem esse videretur, honoribus etiam perfunctus, & varia fortuna jactatus, non præter rationem nec præter decorum fortunæ rerum mutatione gaudenti resistere visus est. Eunuchus vero cubicularius potestatem illius adeptus, omnia adeo concussit & instar tonitru perturbavit, ut non solum esset ipse Rufinus, sed etiam ille fabulis celebratus Salmoneus cum ipso collatus parvum quiddam esse videretur. Hic cum esset eunuchus, vel ab invitis se virum credi voluit. Et fabulæ tradunt, Gorgonem,*

1 Πολύγονος.] Scribendum est πολυγονία, ut Portus etiam monuit.

2 Εὐτόκιος, ἀπὸ Θρᾴκης ἐλθ.] Integrum hunc articulum descripsit Suidas ex Historico aliquo deperdito: quem ex stilo Eunapium esse suspicor. Nam & multa alia Suidas in Collectanea sua retulit, quæ Eunapii esse certo constat.

3 Μεταβαλεῖν εἰς τὸ εὐγενέστερον. ἀλλ' ὅμως οἱ Ἐλευθ.] Locus hic in MS. Paris. A. auctior sic legitur: Μεταβαλεῖν εἰς τὸ εὐγενέστερον. καίτοι ἤδη σαφέστερον μετατιθεὶς τὴν στρατείαν εἰς τὸ κρεῖττον. ἀλλ' ὅμως οἱ Ἐλευθεροπολῖται, τὸ πλῆθος ὑπειδόμενοι τῶν χρημάτων, οὐ προσεδέξαντο τὸν Εὐτόκιον, &c.

4 Μωρολογία.] An potius μιμολογία. In voce enim sequenti ipse Suidas εὐτράπελον exponit μιμολόγον. Hesychius tamen & Etymologus τὴν μωρολογίαν etiam agnoscunt: unde vocem illam non existimo esse sollicitandam.

5 Οὕτω δ' ἦν εὐτράπελος τὴν φ.] Fragmentum hoc de Alcibiade intelligendum esse, patet ex Cornelio Nepote, qui idem plane de eo refert. Eum confer.

6 Ἐπιτομικῶς] Sic recte MSS. Paris. At priores Edit. male, ἐπιτίμως.

μετα-

μεταβάλλειν εἰς λίθον. ὁ δὲ καθ' ἡμᾶς βίος λῆρόν τινα καὶ περιττὸν καὶ φλήναφον τὸν μῦθον ἀπέδειξε. καὶ πολὺν καταχέει διασυρμὸν ὁ ἱστορικὸς τοῦ εὐνούχου τούτου, οὗ βίου αὐτοῦ ἐπάξιον.

Εὐτρόπιος,[1] ὁ τοῦ βασιλέως Ἀρκαδίου πραιπόσιτος οὐδὲν τῶν δεινῶν ἀπελίμπανε, τάς τε ἀρχὰς δημοσίᾳ πιπράσκων, καὶ τοὺς τῆς δυνάμεως συκοφαντῶν, ἐξορίαις τε τοὺς μεγιστᾶνας ὑποβάλλων, καὶ πᾶσαν ὕβριν τοῖς τῆς συγκλήτου ἐπάγων. ἀλλ' οὐδὲ τῆς τῶν βαρβάρων ἀπείχετο συμμαχίας, ὡς ἂν αὐτὸς ἐλπίζων ἐς τὴν τοῦ βασιλέως μεταβαίνειν ἀξίαν. καί ποτε καὶ τοὺς εἰς ἐκκλησίας πεφευγότας συλλαμβάνειν βουλόμενος, προύθηκεν ἐπιτρέπειν τούτους ἐκ τῶν θυσιαστηρίων ἀφέλκεσθαι. καὶ ὁ μὲν νόμος ἐγέγραπτο. δίκη δὲ εὐθέως τῆς ὠμότητος ἠκολούθει. μετ' οὐ πολὺ γὰρ προσκρούσας τῷ βασιλεῖ, ἐν τοῖς προσφύξιν ἐγένετο, καὶ ὑπὸ τὸ θυσιαστήριον προὔκειτο, Ἰωάννου ἐπισκοπεύοντος τοῦ Χρυσοστόμου, ἐκεῖθέν τε ἀφαιρεθεὶς, νυκτὸς τὴν κεφαλὴν ἀπετέμνετο. οὕτω μὲν ὁ Εὐτρόπιος δίκας τῆς ἁμαρτάδος ὑποσχὼν, καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ καταλόγου τῶν ὑπάτων ἠλείφθη, μόνου συνυπατεύσαντος Θεοδώρου γεγραμμένου. † Ἐπὶ τούτου τὸ τῶν εὐνούχων ἔθνος διὰ τὴν ἐκείνου βαρύτητα καὶ δυναστείαν ἐς τοσοῦτον ἐπέδωκε καὶ παρετάθη πλῆθος, ὥστε τινὲς ἤδη τῶν γενειάδας ἐχόντων εὐνοῦχοι βουληθέντες γενέσθαι, σὺν τοῖς ὄρχεσιν ἀφῃρέθησαν καὶ τὰς ψυχάς.

Εὐτρόχαλον. Εἶναι δὲ τὴν ἀσπίδα μικρὰν καὶ εὐτρόχαλον. περιφερῆ.

Εὔτροχον. Οἵ τε[2] ὀφθαλμοὶ τὸ τῆς διανοίας εὔτροχον ἀποσαφοῦντες.

Εὔτυκτα. παρὰ Ἡροδότῳ ἀντὶ τοῦ, ῥᾴδια, ἕτοιμα, εἰργασμένα, καλῶς κατεσκευασμένα.

Εὐτυχεῖ. ἐπιτυγχάνεται. Πόνου τοι χωρὶς οὐδὲν εὐτυχεῖ.

Εὐτυχής.[3] οὗτος [4] ἡγούμενος γέγονεν ἐν Κωνσταντινουπόλει μοναστηρίου, τῆς κατὰ Μάνεντα καὶ Ἀπολλινάριον ἀσεβείας μοίρας τρίτος ὑπασπιστὴς, ἄλλον εἶναι παρ' ἑαυτῷ τὸν Χριστὸν, καὶ ἄλλον τὸν Θεὸν Λόγον κηρύττων, μὴ ἀνεχόμενος ὁμοούσιον ἡμῖν καὶ ὁμοφυῆ τὴν σάρκα τοῦ Κυρίου ὁμολογεῖν· καὶ ἀπηρνεῖτο σώζεσθαι [5] λέγειν ἐν τῷ Χριστῷ δύο φύσεις μετὰ τῆς τούτων ἑνώσεώς τε καὶ συμφυΐας. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τερατώδη τινὰ καὶ ἀλλόκοτα παρέπλαττεν, ἐξ οὐρανοῦ λέγων κατενεχθῆναι τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος τῆς παρθένου παραδραμεῖν τὸν Θεὸν Λόγον, οὐρανόθεν τοῦτο ἐνδεδυμένον, ἵνα δόξῃ γεγεννῆσθαι ἐκ γυναικὸς, καίτοι μὴ γεγεννημένος. Μανιχαῖος οὗτος ὁ λόγος καὶ [6] πεφαυλισμένος πολλῷ μᾶλλον ἐκεί-

*simul ac conspiceretur, spectantes in saxa mutasse. Sed ætas nostra fabulam illam meras & futiles nugas esse demonstravit.* Historicus autem Eunuchum pluribus aliis verbis irridet & insectatur, ut vita & mores ejus merentur.

Εὐτρόπιος. Eutropius, Præpositus cubiculi Arcadii Imperatoris, nullum sceleris genus prætermisit. Nam & magistratus pretio addixit, & viros gratia atque auctoritate pollentes calumniis insectatus est: quosdam etiam proceres in exilium misit, omnique contumeliæ genere amplissimum ordinem vexavit. Sed & barbarorum auxilia sibi adjungere non dubitavit, cum imperium Romanum jam spe sibi destinaret. Denique, cum nonnullos, qui ad Ecclesias confugerant, comprehendere vellet, legem proponi curavit, ut eos ab altaribus abstrahi liceret. Ac lex ipsa quidem publice proposita est: sed Dei vindicta brevi sævitiam ejus consecuta est. Neque enim multo post, cum Imperatorem offendisset, ipse ad Ecclesiam confugit, supplexque ad altare consedit, Joanne tum Chrysostomo Byzantinam Ecclesiam regente: unde noctu extractus, capite pœnas dedit. Hac pœna sceleris sui Eutropius affectus est, nomenque ejus ex fastis Consularibus erasum est, solius Theodori collegæ nomine retento. Sub hoc natio eunuchorum ob illius superbiam & potentiam adeo crevit, ut quidam jam barbati, cum eunuchi fieri vellent, una cum testibus & vitam amitterent.

Εὐτρόχαλον. Rotundum. *Scutum autem parvum & rotundum esse* [*dicebat.*]

Εὔτροχον. Volubile. Mobile. Agile. *Et oculi mentis agilitatem declarantes.*

Εὔτυκτα. Apud Herodotum significat, facilia, parata, elaborata, egregie confecta.

Εὐτυχεῖ. Bene succedit. *Sine labore nihil feliciter succedit.*

Εὐτυχής. Eutyches. Hic fuit Constantinopoli monasterii præfectus, impiæ sectæ Manetis & Apollinaris tertius defensor, docens, alium apud se ipsum esse Christum, & alium Deum Sermonem, non sustinens confiteri Domini carnem eandem habere naturam, quam nos, nobisque cognatam esse. Negabat etiam, salvas in Christo existere duas naturas, cum harum unione & concretione. Quinetiam alia quædam monstrosa ac absurda comminiscebatur, dicens, Domini corpus de cœlo descendisse, & per virginem, tanquam per canalem, transiisse Deum Sermonem, hoc [corpore] indutum, ut ex muliere natus videretur, quamvis ex ea natus non esset. Hæc oratio est Manichæa, & fanatica multo magis, quam illius [Manetis

1 Εὐτρόπιος, ὁ τοῦ βασιλέως Ἀρκ.] Jacobus Gothofredus Disc. Historic. ad leg. *Quisquis*. hæc ex scriptore aliquo Eunapio coætaneo sumpta esse suspicatur. At sunt verba Joannis Antiocheni, quæ exstant in Excerptis a Valesio editis, pag. 849. ut Pearsonius recte monuit. Confer etiam Nostrum infra v. Ὕπατος, ubi hæc ipsa repetuntur.

2 Οἵ τε ὀφθαλμοὶ τὸ τῆς δ.] Hæc sunt verba Damascii de Isidoro philosopho, ut discimus ex ipso Suida supra v. Ἀποσαφοῦντες.

3 Εὐτυχής. οὗτος ἡγούμενος γέγονεν ἐν Κωνσταντ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, ad verbum leguntur apud Theodorum Presbyterum in libello *de Incarnatione Domini*, unde ea Suidas descripsit.

4 Ἡγούμενος γέγονεν ἐν Κωνσταντινουπ.] Theodorus Presbyter habet, ὃς ἦν ἡγούμενος μοναστηρίου ἑνὸς τῶν περὶ τὸ Βυζάντιον.

5 Λέγειν] Hæc vox supervacanea est, & salvo sensu deleri potest.

6 Πεφαυλισμένος] Theodorus Presbyter habet, πεφαντασμένος.

τε. μίαν φύσιν καὶ οὗτος διεστραμμένῃ καρδίᾳ τὸν Χριστὸν ἐπρέσβευεν.

Εὐτυχίδης. πατρωνυμικόν.

Εὐοῖ. σχετλιαστικόν. τινὲς δὲ καὶ ἐπὶ εἰρωνείας ἐξέλαβον.

Εὐοιώνιστον. εὔφημον. καλὰ προσημαίνοντα. [1]Εὐνίκης ἄγαλμα χρυσοῦν ποιήσας, ἀπέστειλε τῷ δήμῳ, ἅμα μὲν διὰ τὸ λυσιτελὲς, ἅμα δὲ διὰ τὸ εὐοιώνιστον εἶναι, [οἰόμενος] προσδέξεσθαι τὴν νίκην.

Εὐοῖ,[2] σαβοῖ. Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος. Βακχικὸν δὲ ἐπίφθεγμά ἐστιν, εὐοῖ, σαβοῖ. μυστικὰ μὲν ἐστὶν ἐπιφθέγματα. φασὶ δὲ τῇ Φρυγῶν φωνῇ τοὺς μύστας δηλοῦν· ἀφ' οὗ καὶ ὁ Σαβάζιος Διόνυσος.

Εὐοῖ ᾆσαι. ἔστι τοῦτο ὕμνος εἰς Διόνυσον. καὶ αἰβάσαι.

Εὐύφαντον.

Εὐφεγγίας. Ἀπὸ τῶν δύο τοίχων εὐφεγγίας ποιούντων.

Ἐφείλιξαν.[3] ἀντὶ τοῦ, ἔφυραν. Σχοινίον δὲ ἐφείλιξαν μίλτῳ.

Εὐφήμει. καλὰ λάλει. ἢ ἐπαίνει. [4]Ἀριστοφάνης·

Εὔφημος πᾶς ἔστω λεὼς
Στόμα συγκλείσας. ἐνδημεῖ γὰρ
Θίασος Μουσῶν ἔνδον μελάθρων.

Εὐφήμει οὖν, σιώπα, μὴ ἀκαιρολόγει.

Εὐφήμου[5] στόμα φροντίδος. ἡ φωνή. στόμα γὰρ, ἡ φωνή. Ὅμηρος· Πολέμου στόμα. καὶ Σοφοκλῆς· Χαλκοστόμου κώδωνος. ὁ δὲ νοῦς, τὴν φωνὴν τῆς εὐφήμου φροντίδος ἱέντες. ὅ ἐστι, μετὰ φροντίδος πολλῆς εὐφήμως τὴν φωνὴν ἀφιέντες. Εὔφημον οὖν, τὴν σιωπηλήν. τὸ [6]γὰρ εὐφημεῖν ἐπὶ τοῦ σιωπᾷν τίθεται.

Εὐφήτης. ὄνομα κύριον.

Εὐφημία. [7]Εὐφημίας χάριν προτιμᾷ τὴν Λακεδαίμονα ὁ Θεὸς, ἤπερ τῶν Ἀθηναίων βωμοὺς σύμπαντας, καὶ ναοὺς, καὶ ἀγάλματα, καὶ ἑκατόμβας, καὶ τὴν λοιπὴν φλυαρίαν τῶν ῥαθυμούντων τε καὶ θοινάζειν γλιχομένων. οὐκοῦν διδάσκει ὁ λόγος, ὡς [8]ἡ ὄντως εὐσέβεια κοῦφόν ἐστι, καὶ σωφροσύνης ἀνάπλεων,

hæresiarchæ oratio.] Hic enim perverso corde Christum unica natura præditum prædicabat. *Port.*

Εὐτυχίδης. Eutychides. Patronymicum.

Εὐοῖ. Euoe. Adverbium lamentantis. Quidam etiam vocem hanc pro adverbio ironiæ acceperunt.

Εὐοιώνιστον. Boni ominis. Faustum. Bona significantem. *Aureum Victoriæ simulacrum fabricavit, idque populo misit, non dubitans quin Victoriam accepturi essent, tum propter pretium, tum propter bonum omen.*

Εὐοῖ, σαβοῖ. Euoe, Saboe. Demosthenes pro Ctesiphonte. Est exclamatio quædam bacchantium: vel, acclamatio mystica. Ajunt autem Phrygum lingua mystas his vocibus indicari: unde etiam Bacchus dictus sit Sabazius.

Εὐοῖ ᾆσαι. Euoe canere. Est hymnus in Bacchum: quem qui canebat, αἰβάσαι dicebatur.

Εὐύφαντον. Bene textum.

Εὐφεγγίας. Claram lucem. A duobus parietibus claram lucem reddentibus.

Ἐφείλιξαν. Miscuerunt. Tinxerunt. *Funemque minio tinxerunt.*

Εὐφήμει. Bona verba dic. Linguis fave. Vel, lauda. Aristophanes: *Linguis faveat omnis populus, ore clauso. Cœtus enim Musarum intus in ædibus præsens est.* Vel, εὐφήμει significat, Sile. Ne intempestive loquaris.

Εὐφήμου στόμα φρ. Bona verba. Vox ejus, qui lingua favet. Στόμα enim interdum *vocem* significat. Homerus: *Vox belli.* Et Sophocles: *Æreum os habentis tubæ.* Sensus autem est: Magna cum cura bene ominatam vocem mittentes; vel, bona verba dicentes. Vel, εὔφημον hic significat tacitam. Εὐφημεῖν enim interdum significat, silere, tacere.

Εὐφήτης. Euphetes. Nomen proprium.

Εὐφημία. Faventia. Silentium religiosum. Pietas. *Pietatem Lacedæmoniorum Deus pluris facit, quam universas Atheniensium aras, & templa, & statuas, & hecatombas, & reliquas ineptias hominum ignavorum & epulari cupientium. Sententia igitur hæc docet, veram pietatem esse rem levem, & modestiæ*

1 Εὐνίκης ἄγαλμα] Scribendum esse, νίκης ἄγαλμα, patet ex ipso Suida infra v. Λυσιτελὲς, ubi fragmentum hoc repetitur.

2 Εὐοῖ, σαβοῖ Δημοσθ.] Confer Harpocrationem. v. Εὐοῖ. Apud Demosthenem vero in oratione laudata pro Εὐοῖ hodie minus recte legitur εὐοῖ, ut Portus etiam monuit.

3 Ἐφείλιξαν. ἀντὶ τοῦ, ἔφ.] Hæc extra ordinem & seriem suam leguntur, quæ infra suo loco repetuntur.

4 Ἀριστοφάνης] *Thesmophor.* pag. 767. (513. Ed. Bas. P.) ubi pro ἐνδημεῖ rectius legitur ἐπιδημεῖ.

5 Εὐφήμου στόμα φροντίδος. ἡ φωνὴ στόμα γ.] Hæc sumpta sunt ex Scholiasta Sophoclis ad *Oedip. Colon.* pag. 275. ut Portus monuit. Ibi autem rectius sic legitur: Εὐφήμου στόμα φροντίδος. στόμα λέγει τὴν φωνήν. στόμα γὰρ ἡ φωνή. Et deinde: Οἱ δὲ τὸ εὐφήμου ἀντὶ τοῦ σιωπηλῆς. τὸ γὰρ εὐφημεῖν ἐστὶ ἐπὶ τοῦ σιωπᾶν τίθεται.

6 Τὸ γὰρ εὐφημεῖν ἐπὶ τοῦ σιωπ.] Vide Stanlejum ad Æschyli *Choeph* v. 579.

7 Εὐφημίας χάριν προτιμᾷ τὴν Λακεδ.] Pulcher est locus: cui multum lucis affert Plato *Alcibiade* II. ad quem auctor anonymus, ex quo Suidas illa mutuatus est, procul dubio respexit. Ibi enim Philosophus refert, Athenienses aliquando ad Oraculum Ammonis legatos misisse, sciscitaturos causam, quare tam infeliciter adversus Lacedæmonios rem gererent, licet sumptuosissimis sacrificiis Deos colerent, eorumque templa pretiosissimis donariis ornarent; Lacedæmonii vero parcos & sordidos in Deorum cultu se ostenderent: Jovem vero respondisse, Βούλεσθαι αὐτῷ τὴν Λακεδαιμονίων εὐφημίαν εἶναι μᾶλλον, ἢ τὰ σύμπαντα τῶν Ἑλλήνων ἱερά: *Malle se Lacedæmoniorum faventiam,* (i. e. *pietatem*) *quam universa Græcorum sacrificia.* Hoc loco Plato per εὐφημίαν intelligit pium & laudabilem Lacedæmoniorum morem, ea tantum a Diis petendi, quæ essent honesta & bona; cum reliqui Græci nullo delectu tam bona quam mala Deos rogarent. Τὴν γοῦν εὐφημίαν, inquit Philosophus, οὐκ ἄλλην μοι δοκεῖ λέγειν ὁ Θεὸς, ἢ τὴν εὐχὴν αὐτῶν. ἔστι μὲν γὰρ πολὺ διαφέρουσα τῶν ἄλλων. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι Ἕλληνες εὔχονται, ἅττ' ἂν τύχῃ ταῦτα. ἐάν τι ἀγαθὸν, ἐάν τι κακόν. Idem paulo ante de Lacedæmoniis dixerat: Ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ ἑκάστοτε παραπλησίαν εὐχὴν εὔχονται, τὰ καλὰ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς τοὺς Θεοὺς διδόναι. Nimirum, interdum contingit, ut homines vel imprudentes ea Deum rogent, quæ revera mala potius, quam bona sunt; vel etiam adeo perfrictæ & ferreæ sint frontis, ut sanctissimo Numini turpes adhibere preces non vereantur. Hanc impietatem notat Seneca Epist. x. his verbis: *Nunc enim quanta dementia est hominum! turpissima vota Diis insusurrant: si quis admoverit aurem, conticescent, &, quod scire hominem nolunt, Deo narrant.* Optime igitur saluberrimum hoc præceptum ibidem adjicit: *Sic vive cum hominibus, tanquam Deus videat; sic loquere cum Deo, tanquam homines audiant.*

8 Ἡ ὄντως εὐσέβεια κοῦφ.] Hæc leguntur etiam supra v. Εὐσέβεια.

καὶ ἥκιστα ἄχθεινόν. εὐφημία γὰρ εὐκολώτατον πάντων. ἤκουσάς που, ὦ παῖ Ἀρίστωνος, καὶ Εὐριπίδου· Εὐφημία γὰρ περὶ σπονδαῖσι κάλλιστον.

*plenam, & minime gravem. Nihil enim minus laboris habet, quam lingua favere. Audivisti etiam forte, fili Aristonis, illud Euripidis: Faventia & silentium religiosum in sacris libationibus pulcherrimum est.*

Εὐφημία. ὅτι Εὐφημίας τῆς γυναικὸς Ἰουστίνου τοῦ Θρᾳκὸς στήλη ἵσταται ἐν τῇ ἁγίᾳ Εὐφημίᾳ, ὑπ' αὐτῆς κτισθείσῃ.

Εὐφημία. Euphemia. [Nomen proprium.] Euphemiæ uxoris Justini Thracis statua stat in S. Euphemia, quam ipsa condidit.

Εὐφημία[1] ἔστω. εὐφημία λέγεται οἱ κωμικοί, ἐπειδὰν εὐχὴν ἢ ψήφισμα εἰσάγωσιν.

Εὐφημία ἔστω. Silentium esto. Linguis favete. Apud Comicos populus linguis favere jubetur, cum votum vel decretum concipitur.

Εὐφήμιος. Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως. ἐν τῷ Φατρία.

Εὐφήμιος. Euphemius, Patriarcha Constantinopolitanus. Quære in v. Φατρία.

Εὐφορία. ἡ εὐθηνία.

Εὐφορία. Fertilitas. Felix rerum proventus.

Εὐφορίων, υἱὸς Αἰσχύλου τοῦ τραγικοῦ, Ἀθηναῖος, τραγικὸς καὶ αὐτός· ὃς καὶ τοῖς Αἰσχύλου τοῦ πατρὸς, οἷς μήπω ἦν ἐπιδειξάμενος, τετράκις ἐνίκησεν. ἔγραψε δὲ καὶ οἰκεῖα.

Εὐφορίων. Euphorion, filius Æschyli Tragici, Atheniensis, Tragicus & ipse; qui fabulis, quas pater in lucem ante non ediderat, in Scena certans, quater vicit. Scripsit & ipse dramata quædam.

Εὐφορίων,[2] Πολυμνήστου,[3] Χαλκιδεὺς, ἀπὸ Εὐβοίας, μαθητὴς ἐν τοῖς φιλοσόφοις Λακύδου, καὶ Πρυτάνιδος· ἐν δὲ τοῖς ποιητικοῖς, Ἀρχεβούλου τοῦ Θηραίου, ποιητοῦ, οὗ καὶ ἐρώμενος λέγεται γενέσθαι. ἐγεννήθη δὲ [4] ἐν τῇ ρκϛʹ ὀλυμπιάδι, ὅτε καὶ Πύρρος ἡττήθη ὑπὸ Ῥωμαίων, καὶ ἐγένετο τὴν ἰδέαν μελίχρους, πολύσαρκος, κακοσκελής, τῆς Ἀλεξάνδρου, τοῦ βασιλεύσαντος Εὐβοίας, υἱοῦ δὲ Κρατεροῦ γυναικὸς Νικαίας στερξάσης αὐτόν. εὔπορος δὲ σφόδρα γενόμενος, ἦλθε πρὸς Ἀντίοχον τὸν μέγαν ἐν Συρίᾳ βασιλεύοντα, καὶ προέστη ὑπ' αὐτοῦ [5] τῆς ἐκεῖσε βιβλιοθήκης· καὶ τελευτήσας ἐκεῖ, τέθαπται ἐν Ἀπαμείᾳ, ὡς δέ τινες, ἐν Ἀντιοχείᾳ. βιβλία δὲ αὐτοῦ ἐπικὰ ταῦτα· Ἡσίοδος. Μοψοπία, ἢ Ἄτακτα. ἔχει γὰρ συμμιγεῖς ἱστορίας. Μοψοπία δὲ, ὅτι ἡ Ἀττικὴ τὸ πρὶν Μοψοπία ἐκαλεῖτο, ἀπὸ τῆς Ὠκεανοῦ θυγατρὸς Μοψοπίας. καὶ ὁ λόγος τοῦ ποιήματος ἀποτείνεται εἰς τὴν Ἀττικὴν χιλιάδα. ἔχει δὲ ὑπόθεσιν εἰς τοὺς ἀποστερήσαντας αὐτὸν χρήματα, ἃ παρέθετο, ὡς δίκην δοῖεν κἂν εἰς μακρόν. εἶτα συνάγει διὰ χιλίων ἐτῶν χρησμοὺς ἀποτελεσθέντας. εἰσὶ δὲ βιβλία εʹ. [6] ἐπιγράφεται δὲ ἡ πέμπτη χιλιὰς περὶ χρησμῶν, ὡς [7] χιλίων ἐτῶν ἀποτελοῦνται.

Εὐφορίων. Euphorion, Polymnesti filius, Chalcide Eubœæ oriundus, discipulus in Philosophicis Lacydis & Prytanidis: in Poeticis vero, Archebuli Theræi, Poetæ, cujus etiam deliciæ fuisse fertur. Natus est Olympiade cxxvi. quo tempore & Pyrrhus a Romanis victus est. Colore fuit mellis instar flavo, carnosus, vitiosis cruribus præditus; quem Alexandri, Regis Eubœæ, Crateri filii, uxor Nicia amavit. Cum autem amplas sibi comparasset divitias, ad Antiochum Magnum Regem Syriæ se contulit, & ipsius Bibliothecæ ab ipso præfectus est: ibidemque defunctus, Apameæ, vel, ut alii tradunt, Antiochiæ sepultus est. Libri ejus, versibus Heroicis scripti, sunt hi: *Hesiodus. Mopsopia*, sive *Miscellanea*. Habet enim historias miscellas. Mopsopia autem vocatur, quia Attica olim dicta fuit Mopsopia, a Mopsopia, filia Oceani. Poema autem hoc scopum sibi propositum habet Atticam Chiliadem; continetque argumentũ adversus eos, qui ipsum pecunia fraudarant, quam apud ipsos deposuerat, [ostendens,] eos vel multo post tempore pœnas daturos esse. Deinde colligit oracula, quæ post mille annos eventus comprobavit. Sunt autem libri v. qui inscribuntur, Chilias, sive de Oraculis, quæ post mille annos eventus comprobavit.

Εὔφορος. κοῦφος. ἐλαφρός. Ὁ δὲ θυρεὸς τῶν Ἰβήρων εὔφορος.

Εὔφορος. Qui facile ferri potest. Levis. *Iberorum autem clypeus est levis.*

Εὔφωνον κήρυκα. δυνάμενον μέγα βοῆσαι.

Εὔφωνον κήρυκα. Præconem vocalem; sive illum, qui magnum clamorem tollere potest.

Εὐφώρατον. φανερόν.

Εὐφώρατον. Quod facile deprehendi potest. Manifestum.

Εὐφραδής. σαφής. ὁ καλῶς λέγων.

Εὐφραδής. In dicendo perspicuus. Disertus. Facundus.

1 Εὐφημία ἔστω] Aristoph. *Thesmophor.* pag. 783. (518. Ed. Bas. P.)

2 Εὐφορίων] Vide Meursium in notis ad Helladium Besantinoum, ubi scripta Euphorionis hujus diligenter & accurate recenset.

3 Πολυμνήστου] Sic rectius MS. Paris. A. quam priores Editt. quæ habent Πολυμνήτου.

4 Ἐν τῇ ρκϛʹ ὀλ.] MS. A. habet, ἐν τῇ ρκʹ ὀλ. i. e. Olympiade cxx: sed quæ lectio rationibus Chronologicis minus congruit. Pyrrhus enim a Romanis victus fuit Olympiade cxxvi; unde & Euphorionem eadem Olympiade natum fuisse oportet, si verum est, quod Suidas hic ait, Euphorionem natum fuisse eo tempore, quo Pyrrhus in Italia a Romanis victus fuit.

5 Τῆς ἐκεῖσε βιβλ.] MS. Paris. A. habet, τῆς ἐκεῖσε δημοσίας βιβλιοθήκης.

6 Ἐπιγράφεται δὲ ἡ πέμπτη χιλιὰς περὶ χρ.] Puto legendum esse, ἐπιγράφεται δὲ χιλιὰς ἢ περὶ χρησμῶν; omissa voce πέμπτη: quam lectionem in versione secutus sum. Si enim vulgata retineatur, oportet statuamus, Euphorionem de pluribus Chiliadibus in opere suo egisse: cui tamen repugnant ea, quæ Suidas ipse paulo ante dicit, ὁ λόγος τοῦ ποιήματος ἀποτείνεται εἰς τὴν Ἀττικὴν χιλιάδα. Non me quidem latet, Euphorionem ab Athenæo & Stephano Byzantio laudari ἐν Χιλιάσιν: sed apud eos ἐν Χιλιάδι rescribendum esse, recte, ut puto, monet Meursius in notis ad Helladium Besantinoum.

7 Ὡς χιλίων ἐτῶν] Scribe, ὡς διὰ χιλίων ἐτῶν. Nam sic & paulo ante Suidas loquitur.

Εὐφραῖος.[1] ὄνομα κύριον. Ὠρείτης ἦν τὸ γένος· μετεῖχε δὲ τῆς τοῦ Πλάτωνος διατριβῆς.

Εὐφραίων. ὄνομα κύριον.

Εὐφρήτης. ὁ Εὐφράτης ποταμός.

Εὐφρόνη. ἐπίθετον τῆς νυκτός. Ταύτην μὲν τὴν εὐφρόνην οὕτως ἔμειναν.

Εὐφρόνη. ἡ νύξ.

Τίς [2] τὸν μεγιστόφωνον εἶδεν τῆς στέγης
Ἔπεισεν ὄρνιν ὡρολογεῖν τὴν ἑσπέραν;

Εὐφρονῶ τὰ σά. ἀντὶ τοῦ, εὔνους σοι εἰμί.

Εὔφρων. εὔθυμος.

Εὔφρων, κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν, [3] Αἰσχρά, Μοῦσαι, Συνέφηβοι, Θεωροί· ὡς Ἀθήναιος γράφει ἐν τοῖς Δειπνοσοφισταῖς.

Εὐφυᾶ. καλὴν φύσιν ἔχοντα. Ὡς εὐφυὴς καὶ εὐεπιχείρητος, ἀπεληλυθὼς τῆς διατριβῆς εἴη νεανίσκος. Πολύβιος· [4] Ὁ δὲ ἦν ὑπηρετικὸν σκεῦος εὐφυές, καὶ πολλὰς ἔχων ἀφορμὰς εἰς πραγμάτων οἰκονομίαν.

Εὐφυΐα. [5] Εὐφυοῦς ἐστι τὸ ἀσπάζεσθαι μὲν πρὸς τὸ ἀληθές, ἀποστρέφεσθαι δὲ τὸ ψεῦδος. ὁ δὲ τοῦτο ἔχων, ἔχει καὶ τὸ κρίνειν τἀληθὲς δύνασθαι καλῶς. οἱ δὲ ῥᾳδίως μέν τισι παρακολουθοῦντες, καὶ μανθάνοντες, ὁμοίως δὲ ἔχοντες πρὸς πάντα τὰ μαθήματα, οὐκ ἂν κυρίως εὐφυεῖς λέγοιντο, τῷ μὴ ἔχειν τὸ κριτικὸν ἐν αὐτοῖς· ὅ ἐστιν ἡ πρώτη καὶ κυρίως εὐφυΐα. [6] καὶ τῶν προσφερομένων, εἴτε μαθήματα ταῦτα εἴη, εἴτε ἄλλα τινά, τὰ μὲν ἄξια ἀσπάζεσθαι καὶ φιλεῖν αἱρούμενοι· τὰ δὲ μὴ τοιαῦτα ἀποστρεφόμενοι καὶ μισοῦντες, εὖ τε τοῦτο ποιοῦσι, καί εἰσιν ἀγαθοὶ κριταί.

Εὐχαί. αἱ ὑποσχέσεις. [7] Τὰς εὐχάς μου τῷ Κυρίῳ ἀποδώσω. εὐχὴ γάρ, ἐπαγγελία Θεῷ τῶν κατ' εὐσέβειαν ἀφιερουμένων. προσευχὴ δέ, δέησις μετὰ ἱκετηρίας τῷ Θεῷ προσαγομένη.

Εὐχαίτης ἵππος. καλόθριξ.

Εὔχεμος.[8] ὄνομα κύριον. ὁ Αἰγεάτης.

Εὐχέρεια. εὐκολία.

Εὔχεται. καυχᾶται.

Εὐχείμονος.[9] τοῦ καλὰ ἱμάτια ἔχοντος.

Εὐφραῖος. Euphræus. Nomen proprium. Erat autem genere Orita, & Platonis discipulus.

Εὐφραίων. Euphræon. Nomen proprium.

Εὐφρήτης. [Ionice pro Εὐφράτης.] Euphrates fluvius.

Εὐφρόνη. Epithetum noctis. [Interdum & ipsa nox.] *Hanc quidem noctem ita manserunt.*

Εὐφρόνη. Nox. [Pisides:] *Quis vocalem gallum docuit in ædibus horas noctis indicare?*

Εὐφρονῶ τὰ σά. Benevolo erga te sum animo.

Εὔφρων. Qui est animo læto.

Εὔφρων. Euphron. Comicus. Ejus fabulæ sunt, *Deformis, Musæ, Synephebi, Spectatores*; ut scribit Athenæus in *Dipnosophistis.*

Εὐφυᾶ. Egregia indole, vel singulari ingenii dexteritate præditum. Aptum. *Ut juvenis* [*ad quasvis scientias*] *aptus, & argumentandi probe peritus esset, si e schola discessisset.* Polybius: *Ille vero erat instrumentum aptissimum, & quo ad multas res gerendas opportune uti posses.*

Εὐφυΐα. Eum, qui a Græcis εὐφυὴς dicitur, talem esse oportet, ut veritatem amet, mendacium vero aversetur. Qui vero hoc habet, præditus est etiam facultate verum recte dijudicandi. Qui autem facile aliquos sequuntur, & [scientias aliquas] addiscunt, & erga omnes disciplinas indifferentes sunt, εὐφυεῖς proprie dici non possunt, quod careant judicio, in quo proprie & præcipue εὐφυΐα, sive ingenii dexteritas sita est. Qui enim ex iis, quæ ipsis offeruntur, sive ea sint disciplinæ, sive alia quædam, digniora amplectuntur & amant; ea vero, quæ talia non sunt, aversantur & oderunt; recte id faciunt, & boni sunt judices.

Εὐχαί. Vota. *Vota mea Domino persolvam.* Εὐχὴ enim, sive votum, est promissio rerum, quæ Deo pie consecrantur. Προσευχὴ vero dicuntur preces supplices, quæ Deo adhibentur.

Εὐχαίτης ἵππος. Equus pulchras jubas habens.

Εὔχεμος. Euchemus. Nomen proprium. Ægeates.

Εὐχέρεια. Facilitas.

Εὔχεται. Gloriatur.

Εὐχείμονος. Pulchras vestes habentis.

1 Εὐφραῖος. ὄνομα κύριον. Ὠρ.] Ex Harpocratione.

2 Τίς τὸν μεγιστόφωνον εἶδεν τ.] Duo hi senarii Jambici leguntur apud Georgium Pisidem in poemate de Creatione Mundi, sive περὶ Κοσμουργίας, v. 1087. 1088.

3 Αἰσχρά] Hujus fabulæ meminit Athenæus lib. VII. pag. 370. sed ubi corrupte hodie legitur, Εὔφρων, αἰσχρομύδας δὲ κωμικός ἐν. Nam scribendum ibi esse, Εὔφρων Αἰσχρᾷ Μίδας &c. ex hoc loco Suidæ recte observavit Casaubonus ad Athen. lib. VII. cap. XII.

4 Ὁ δὲ ἦν ὑπηρετικὸν σκ.] Verba hæc de Damocle intelligenda esse, discimus ex ipso Suida infra v. Σκεῦος, ubi fragmentum hoc repetitur.

5 Εὐφυοῦς ἐστι τὸ ἀσπάζεσθαι μὲν πρὸς τὸ ἀλ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Alexandri Aphrodisiensis in *Topic.* lib. VIII. pag. 278.

6 Καὶ τῶν προσφερομένων εἴτε μαθήματα τ.] Hæc cum præcedentibus non cohærent, nec cum iis conjungenda sunt, quoniam continent interpretationem verborum horum Aristotelis, quæ Suidas omisit: Εὖ γὰρ φιλοῦντες ἢ μισοῦντες, τὸ προσφερόμενον εὖ κρίνουσι. Vide Alexandrum Aphrod. loco laudato.

7 Τὰς εὐχάς μου τῷ Κυρίῳ ἀποδ.] Psalm. CXV. v. 5.

8 Εὔχεμος] Vide Nostrum supra v. Ἐπιβολά.

9 Εὐχείμονος] Imo potius, εὐείμονος, ut Portus etiam monuit. Vel, si hæc conjectura non placeat, quod literarum series ei refragetur, dicendum est, Suidam hanc vocem excerpsisse ex scriptore aliquo, in quo εὐχείμονος corrupte scriptum erat pro λευχείμονος, i. e. albis vestibus induti; a λευκὸς & εἷμα: quod verius mihi videtur. Non raro enim Suidas, corruptis codicibus deceptus, vocabula manifeste spuria in Collectanea sua retulit: ut Lectorem in notis nostris passim monemus. Vide nos supra ad v. Δωτίς.

Εὐχει-

Εὐχειρία. ἡ διὰ χειρῶν εὐκινησία. Οἱ δὲ Μακεδόνες ταῖς εὐχειρίαις πολὺ προεῖχον.

Εὐχειρία. Manuum agilitas. *Macedones vero manuum agilitate longe præstabant.*

Εὐχολόγιον. τὸ βιβλίδιον.

Εὐχολόγιον. Libellus, in quo preces continentur.

Εὐχίδης,[1] καὶ Ἄσαππος, καὶ Χρυσόμαζος, καὶ Ἐχίων, ὀνόματα κύρια. ὠκύτατοι οὗτοι τοῖς ποσὶν ὑπῆρχον.

Εὐχίδης καὶ Ἄσ. Euchides, & Assappus, & Chrysomazus, & Echion, nomina propria virorum, qui cursores velocissimi fuerunt.

Εὔχομαί σοι τάδε. ἀντὶ τοῦ, καταρῶμαι, [2] παρ' Ἀριστοφάνει.

Εὔχομαί σοι τάδε. Hæc tibi imprecor. Apud Aristophanem.

Εὖχος. καύχημα.

Εὖχος. Gloriatio. Jactatio.

Εὐχωλή. εὐχή. ἢ καύχημα.

Εὐχωλή. Votum. Vel, gloriatio. Jactatio.

Εὐχρηστία. ἡ καλὴ χρῆσις.

Εὐχρηστία. Bonus usus. Utendi commoditas.

Εὐχροεῖς.[3] εὐσωματεῖς.

Εὐχροεῖς. Bona es corporis habitudine.

Εὐχυλόπεπτος. ὁ ταχέως πεττόμενος.

Εὐχυλόπεπτος. Qui celeriter concoquitur.

Εὐψυχία. ἀνδρεία. [4] Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῆς Ἐπαμινώνδα καὶ Πελοπίδα καὶ Βρασίδα καὶ Κλεομβρότου τελευτῆς, καὶ διὰ τὴν ἐν τῷ ζῆν ἀρετὴν, καὶ τὴν ἐν τῷ τελευτᾷν εὐψυχίαν, ἀδυνατοῦσιν οἱ συγγραφεῖς ἀξίους εὑρίσκειν λόγους τῆς προσκαθηκούσης τῶν ἀνδρῶν ἐννοίας. καὶ αὖθις· [5] Μὴ εἶναι φοβερὸν, ὅτι πλήθει προέχουσιν οἱ πολέμιοι. τὴν γὰρ εὐψυχίαν ἀεὶ τοῦ πλείονος ἐπικρατεῖν.

Εὐψυχία. Generositas animi. Fortitudo. *Ut enim scriptores de Epaminondæ & Pelopidæ & Brasidæ & Cleombroti morte verba facientes, tam propter virtutem, qua viri illi in vita ornati fuerunt, quam propter animi fortitudinem, qua mortem exceperunt, orationem invenire nequeunt, qua celsam eorum mentem pro meritis laudent.* Et iterum: *Hostes non esse formidandos, quod multitudine sint superiores. A fortitudine enim semper vinci multitudinem.*

Εὔψυχος.[6] Ἀριστοτέλης [7] ἐν τοῖς Τόποις λέγει, τὴν [8] ἐν τῷ ζῆν ἀρετὴν, καὶ τὴν ἐν τῷ τελευτᾷν εὐψυχίαν. οὐχ ὁ ἀνδρεῖος μόνος, εἰ μεταληψόμεθα τὸ εὔψυχος εἰς τὸν λόγον κατὰ τὴν ἐτυμολογίαν. ἔστι δὲ οὗτος ὁ εὖ τὴν ψυχὴν ἔχων. ἀλλὰ μὴν εἰ εὔψυχός ἐστιν, ὁ εὖ τὴν ψυχὴν ἔχων, ἀγαθὴν δὲ τὴν ψυχὴν ἔχει καὶ ὁ δίκαιος, καὶ ὁ σώφρων, καὶ ὁ φρόνιμος· οὐδ' ἂν ὁ ἀνδρεῖος μόνος εὔψυχος εἴη, οὐδ' ἂν ἡ εὐψυχία ἀνδρεία εἴη. ὅτι δὲ εὔψυχος ὁ εὖ τὴν ψυχὴν ἔχων, δείξομεν τῇ τῆς ὁμοίας συνθέσει. καὶ γὰρ εὔελπις, ὁ εὖ ἐλπίζων, τουτέστιν, ὁ ἀγαθὰ ἐλπίζων· καὶ εὐδαίμων, ὁ εὖ τὸν δαίμονα ἔχων. Ἀρριανός· Τῶν μάλιστα εὐψυχίαν τινὰ ἐν τοῖς δεινοῖς ἐπιδεικνυμένων. ἀντὶ τοῦ, εὐτολμίαν. [9] Μένανδρος· Μὴ εἶναι φοβερὸν τοῦτο, ὅτι πλήθει προέχουσιν οἱ πολέμιοι. τὴν γὰρ εὐψυχίαν τοῦ πλείονος ἐπικρατεῖν.

Εὔψυχος. Generoso præditus animo. Fortis. Alexander Aphrodisiensis in *Topica* Aristotelis inquit: *Si velimus ostendere, eum, qui qualicunque virtute præditus est,* εὔψυχον *dici posse, non autem solum fortem;* τὸν εὔψυχον *secundum vocis istius etymologiam definiemus. Est autem* εὔψυχος *ille, qui bonum animum habet: ab* εὖ, *bene, &* ψυχή, *animus. Atqui, si* εὔψυχος *ille est, qui bonum animum habet; bonum autem habet & justus, & temperans, & prudens; non solus fortis erit* εὔψυχος, *nec* εὐψυχία *fortitudo erit.* Τὸν εὔψυχον *autem esse illum, qui bonum animum habet, exemplis vocum similiter compositarum ostendemus. Nam &* εὔελπις *est ille, qui bonam spem habet; &* εὐδαίμων, *qui bonum habet genium.* [Et εὐψυχία, fortitudo.] Arrianus: *Illorum, qui in periculis subeundis fortitudinem & audaciam quandam ostenderunt.* Menander: *Non debere hoc metum ipsis afferre, quod hostes numero militum præstent. A fortitudine enim multitudinem vinci.*

Εὐψύχους. ἀντὶ τοῦ τολμηρούς. Ἐπιλεξάμενος ἄνδρας εὐψύχους τε καὶ γενναίους.

Εὐψύχους. Audaces. Fortes. *Delectis viris audacibus & fortibus.*

Εὐψυχότερον.

Εὐψυχότερον. Audacius. Fortius.

Ἐφ' ἅ. ἐφ' ἅ τινα.

Ἐφ' ἅ. In quæ. Ad quæ.

Ἐφάλια. παραθαλάσσια.

Ἐφάλια. Maritima. Mari vicina.

1 Εὐχίδης, καὶ Ἄσαπ.] Confer Nostrum infra v. Ἴσδακος, ubi pro Ἄσαππος legitur Ἀσαπίς.

2 Παρ' Ἀριστοφάνει] *Equit.* pag. 344.

3 Εὐχροεῖς] Aristophanes *Lysistr.* pag. 840. (543. Ed. Bas. P.)

Ὡς δ' εὐχροεῖς, ὡς δ' ἀφελγῆ τὸ σῶμά σου.

Ad hunc locum Comici Suidas respexit.

4 Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῆς Ἐπαμιν.] Fragmentum hoc Valesius ad Polybium refert.

5 Μὴ εἶναι φοβερὸν, ὅτι κτλ.] Hæc sunt verba Appiani *de Bellis Hispan.* pag. 465. ubi Cato Romanorum dux milites suos alloquitur.

6 Εὔψυχος. Ἀριστοτ.] Totus hic locus, usque ad verba illa, ὁ εὖ τὸν δαίμονα ἔχων, descriptus est ex Alex. Aphrod. in *Topic.* lib. II. pag. 94. ut Pearsonius recte observaverat.

7 Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Τόποις] Imo, Ἀλέξανδρος ὁ Ἀφροδισιεὺς εἰς τὰ Τοπικά. Quæ enim sequuntur, sunt verba Alexandri Aphrodisiensis, ut diximus.

8 Τὴν ἐν τῷ ζῆν ἀρετὴν, καὶ τὴν ἐν τῷ τελευτᾷν εὐψυχίαν] Verba hæc ex articulo præcedenti pessime repetita sunt, quæ nullum omnino hic locum habent. Iis igitur deletis, locum hunc ex Alexandro Aphrodisiensi sic emendabis & in integrum restitues: Εἰ βουλόμεθα δεῖξαι ὅτι ὁ ὁποιανοῦν ἀρετὴν ἔχων, εὔψυχός ἐστιν, ἀλλ' οὐχ ὁ ἀνδρεῖος μόνος, &c. Sic omnia recte se habebunt.

9 Μένανδρος] Imo, Ἀππιανός. Fragmentum enim hoc legitur apud Appianum *de Bellis Hispan.* pag. 465. ut & paulo ante monuimus.

Ἔφαμμα. τὸ περίβλημα. Πολύβιος[1] Οἱ μὲν γὰρ τὰς ἀναξυρίδας καὶ τοὺς εὐτελεῖς τῶν σαγῶν ἔχοντες περὶ αὐτοὺς, ἐξήταζον. οἱ δὲ διὰ φιλοδοξίαν ταῦτ' ἀποῤῥίψαντες, γυμνοὶ μετὰ τῶν ὅπλων ἔστησαν, ὑπολαβόντες, οὕτως ἔσεσθαι πρακτικώτεροι, διὰ τὸ τινας τῶν τόπων βατώδεις ὄντας, ἐμπλέκεσθαι τοῖς ἐφάμμασι.

Ἔφαμμα. Vestimentum. Polybius: *Nam illi quidem braccati ac leviora saga induti prodierunt: horum vero tanta fuit vanitas & confidentia, ut braccis sagisque abjectis, nudi cum solis armis starent; hac ratione se quam expeditissimos fore rati, quum senticeta alicubi essent, quæ vestimentis adhærerent.*

Ἐφάμιλλον. ὅμοιον. ἴσον.

Ἐφάμιλλον. Æquale. Simile. Par.

Ἐφαπλώματα. Ἀριστοφάνης πεπλώματα λέγει. καὶ ζήτει ἐν τῷ Δυσπινῆ, καὶ ἐν τῷ Πέπλος.

Ἐφαπλώματα. Aristophanes πεπλώματα vocat, quæ alii ἐφαπλώματα. Quære in v. Δυσπινῆ & v. Πέπλος.

Ἐφαπτίδας. [2] Οἱ δὲ ψιλοὶ τῶν Ῥωμαίων ἕκαστος αὐτῶν εἶχον ἐφαπτίδας, καὶ κνημῖδά τε, καὶ λογχάριον, καὶ ἀκόντιον, δι' ὅλου σιδήρου πεποιημένον.

Ἐφαπτίδας. Superhumerales vestes. Saga. *Romani vero velites singuli sagum habebant, & ocreas, & lanceam, & jaculum totum ferreum.*

Ἐφαρμόζω. δοτικῇ.

Ἐφαρμόζω. Dativo jungitur. Adapto. Accommodo.

Ἐφαύλιζον. εὐτέλιζον. Οἱ δὲ ἐφαύλιζον αὐτὸν, οὐδαμῇ σπουδαῖον ὄντα. μικρὸς γὰρ ἦν τὸ σῶμα.

Ἐφαύλιζον. Contemnebant. Spernebant. *Illi vero contemnebant ipsum, quod nullius esset usus. Erat enim parva corporis statura.*

Ἐφάψασθαι. ἄρξασθαι. ψηλαφῆσαι.

Ἐφάψασθαι. Incipere. Attingere. Attrectare.

Ἐφεδρεύει. ἐπικάθηται. Ἐφεδρεύειν δὲ ἐκείνοις φίλους καὶ συγγενεῖς τῶν ἀπολωλότων. ἀντὶ τοῦ, εἰσί τινες ἐξ ὑστέρου τιμωροὶ τῶν ἀπολωλότων.

Ἐφεδρεύει. Insidiatur. *Illis autem amicos & cognatos defunctorum insidiari* [*ajebat.*] Quasi diceret: Erunt, qui necem defunctorum in posterum ulciscentur.

Ἐφεδρεία. ἡ ἐπίκληρος παραμονή.

Ἐφεδρεία. Statio, quæ sortito obtigit alicui.

Ἐφεδρεία. τὸ πρᾶγμα. [3] Παρὰ Ῥωμαίοις θάνατος πρόστιμον τῷ λιπόντι τὴν ἐφεδρείαν. τουτέστι, τὴν παρατήρησιν.

Ἐφεδρεία. Actus insidiandi, vel observandi. Item, statio. *Apud Romanos capitale est, stationem sibi commissam deserere.*

Ἔφεδρος. [4] ταυλιστὴς τρίτος, καὶ ἐπεδρεύων. [5] Ἀριστοφάνης Βατράχοις· Νυνὶ δ' ἔμελλε Κλειδημίδης ἔφεδρος καθεδεῖσθαι. κἂν μὲν Αἰσχύλος κρατῇ, ἕξειν κατὰ χώραν. εἰ δὲ μὴ, περὶ τῆς τέχνης διαγωνιεῖσθαι. [6] Ἔφεδρός ἐστιν ἐν τοῖς ἀγῶσιν, ὁ μὴ πλανώμενος εἰς τὸ ἀγωνίζεσθαι τοῖς [7] νικῶσι. ἔφεδρον δὲ λέγει ὁ Σοφοκλῆς τὸν Αἴαντα, ὅτι ἔσχατος καὶ ὡς ἔφεδρος ἐλείφθη μοι ὁ Αἴας εἰς κακόν. οἷον, πρὸς τοῖς πρώτοις κακοῖς, ὥσπερ δεύτερόν ἐστι μοι κακὸν τὸ τοῦ Αἴαντος ξυνεστηκός. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ἔφεδρος. λέγει γὰρ, Κεῖμαι δυσθεράπευτος Αἴας ξύνεστιν ἔφεδρος.

Ἔφεδρος. Tablista tertius, [qui ludentes observat.] Insidiator. Aristophanes *Ranis: Nunc autem ut Clidemides dixit, aderit, spectator & observator certaminis sessurus: &, si quidem Æscylus vicerit, in loco suo se continebit; sin secus, de arte cum Euripide eum dimicaturum esse dixit.* Ἔφεδρος in certaminibus dicitur ille, qui non huc & illuc vagatur, [sed certantes observat,] ut cum victoribus dimicet. Sophocles vero Ajacem vocat ἔφεδρον: [quasi Chorus dicat,] Ultimus, & quasi insidiator, malo meo relictus est Ajax. Vel, præter prima mala & secundum mihi conflatur malum, Ajacis nempe calamitas. Eum enim sensum hic habet vox ἔφεδρος. Ait enim: *Ac incurabilis Ajax velut insidiator mihi adest.*

Ἔφεδρος. ἐλπίζων. παραμένων. [8] Ἔφεδροι γίνονται τοῖς καιροῖς, καὶ ἑτοίμως διάκεινται πρὸς τὸ πάλιν ἀντοφθαλμεῖν τούτοις. † Μεσολαβηθεὶς δ' ὁ νέος ἐξ ἐχθρῶν ὑπερκειμένων καὶ ἐφέδρων, εἰς τὸ ἄντρον εἰσελθὼν, ἐπίπονον βίον συνεστήσατο καὶ θηριώδη.

Ἔφεδρος. Qui occasionem aliquam captat. Qui aliquid sperat. Qui alicui assidet. Insidiator. *Occasioni imminentes, cum hoste rursus congredi cupiunt.* † *Juvenis autem, cum ab inimicis identidem ei imminentibus & insidiantibus interceptus esset, in antrum ingressus, miseram & ferinam vitam vixit.*

Ἐφεθέν. παραχωρηθέν. ὁρισθέν. συγχωρηθέν. Ὁ δὲ

Ἐφεθέν. Permissum. Definitum. Conces-

1 Πολύβιος] Lib. 11. cap. XXVIII.

2 Οἱ δὲ ψιλοὶ τῶν Ῥωμ.] Confer Nostrum infra v. Σαύνια.

3 Παρὰ Ῥωμαίοις θάνατος πρόστιμον τῷ λ.] Polybius lib. 1. cap. XVII. Τὸ γὰρ πρόστιμον παρ' αὐτοῖς θάνατός ἐστι τῷ προεμένῳ τὸν τόπον, καὶ φυγόντι παντελῶς ἐξ ἐφεδρείας. Hunc locum Suidas hic repetere voluit; quamvis, quod sæpe solet, sensus potius quam verborum rationem habuerit. Locum autem hunc Polybii acceptum refero Cl. Jacobo Gronovio, qui eum in notis ad Fragmenta Polybii a Valesio collecta, pag. 461. recte observavit. Confer etiam Nostrum infra v. Πρόστιμον.

4 Ταυλιστὴς] Pro ταβλιστής: i. e. tablista. Τὸ β & υ enim a librariis Græcis perpetuo confundi constat.

5 Ἀριστοφάνης Βατράχοις] Pag. 249. (161. Ed. Bas. P.) ubi sic legitur:

Νυνὶ δ' ἔμελλεν ὡς ἔφη Κλειδημίδης,
Ἔφεδρος καθεδεῖσθαι. κἂν μὲν Αἰσχύλος κρατῇ,
Ἕξειν κατὰ χώραν· εἰ δὲ μὴ, περὶ τῆς τέχνης
Διαγωνιεῖσθ' ἔφασκε πρός γ' Εὐριπίδην.

Vide ibi Scholiastam.

6 Ἔφεδρός ἐστιν ἐν τοῖς ἀγ.] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Ajacem* pag. 37. ut Portus monuit.

7 Τοῖς νικῶσι] Post νικῶσι ex Scholiasta Sophoclis adde, ἀλλ' ὅταν δύο τινὲς παλαίωσι, παλαίσαι τῷ νικήσαντι παρεσκευασμένος.

8 Ἔφεδροι γίνονται τοῖς κ.] Hoc, & sequens fragmentum, Fulv. Ursinus Polybio tribuit.

βασι-

βασιλεὺς Ἀντίγονος, ἐφεθὲν οἱ δικάσαι, προσέταξε κλήρῳ διακριθῆναι.

Ἐφεκτικοί. Φιλόσοφοί τινες. παρὰ τὸ ἐπέχειν περὶ τῶν πραγμάτων, καὶ δογματίζειν αὐτὰ ἀκατάληπτα.

Ἔφεκτος [1] τόκος. ὁ ἐπὶ τὸ ἕκτον τοῦ κεφαλαίου.

Ἐφελκυστής. βοηθός.

Ἐφενάκιζον. ἠπάτων.

Ἐφ' [2] ἕνδεκα κώπαις. κέλευσμά ἐστι ναυτικὸν οὕτω λεγόμενον. [3] Αἴρεσθ' αὐτῶν πολὺ τὸ ῥόθιον. ἀπὸ τῶν ἐρεσσόντων μετήνεγκεν ἐφ' ἕνδεκα κώπαις.

Ἐφέντες. ἐνδόντες. ὑποχαλάσαντες. Οἱ δὲ ἄνδρες, ἐπειδὴ τὸ σύμμετρον ἀπ' ἀλλήλων διέστησαν, ἐφέντες τοῖς ἵπποις τὰς ἡνίας. Ἐφέντας σημαίνει καὶ τό, ἀπὸ δικαστηρίου εἰς δικαστήριον ἐλθόντας.

Ἐφέζεται. ἐπικάθηται.

Ἐφέξει. σταθῇ. [4] ἐφελκύσει.

Ἐφεξῆς. ἐπίσης. κατὰ τάξιν.

Ἔφες. ἐπίπεμψον.

Ἐφέσεις. ὁρμάς. Ἀπὸ [5] δὲ τῆς τῶν στρατιωτῶν γνώμης λαβὼν ἔφεσιν παρὰ τοῦ στρατηγοῦ, ξένην καὶ παράδοξον βοήθειαν ἐπεβάλετο πρὸς τὴν ὑποκειμένην κατάστασιν.

Ἐφέσια [6] γράμματα. ἐπῳδαί τινες δυσπαρακολούθητοι· ἅς καὶ Κροῖσον ἐπὶ τῆς πυρᾶς εἰπεῖν. καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ Μιλησίου καὶ Ἐφεσίου παλαιόντων, τὸν Μιλήσιον μὴ δύνασθαι παλαίειν, διὰ τὸ τὸν ἕτερον περὶ τῷ ἀστραγάλῳ ἔχειν τὰ Ἐφέσια γράμματα. Φανεροῦ δὲ γενομένου, καὶ [7] λυθέντων αὐτῷ, [8] τριάκοντα τὸ ἑξῆς πεσεῖν τὸν Ἐφέσιον.

Ἔφεσις. ἐπιθυμία, ὁρμή. ἔκκλητος. αἵρεσις ἄλλου δικαστηρίου, καὶ μεταγωγή. † Ἡ ἔφεσις λέγεται καὶ ἔκκλητος, παρὰ τὸ ἐκκαλεῖσθαι, καὶ παραιτεῖσθαι καὶ φεύγειν τὸ πρῶτον καὶ ἔλαττον δικαστήριον.

Ἔφεσις. [9] ἡ ἐξ ἑτέρου δικαστηρίου εἰς ἕτερον μεταγωγή. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἔκκλητος καλεῖται. τὸ δὲ ἔφεσις ἀπὸ τοῦ ἐφεῖναι ῥήματος.

Ἐφεσπερία. ἡ τῆς ἑσπέρας.

Ἐφεπόμενα. ἐπακολουθοῦντα.

sum. *Rex vero Antigonus, cum disceptatio controversiæ illi permissa esset, litem sorte dirimi jussit.*

Ἐφεκτικοί. Ephectici. Philosophi quidam, sic appellati ab ἐπέχειν, inhibere: quod assensum de rebus inhiberent, easque comprehendi posse negarent.

Ἔφεκτος τόκος. Usura, quæ sextam sortis partem æquat.

Ἐφελκυστής. Adjutor. Auxiliator.

Ἐφενάκιζον. Decipiebant. Fallebant.

Ἐφ' ἕνδεκα κώπαις. Undecim remis. Est celeusma nauticum, sic dictum. *Strenue remis incumbite, navemque ejus cum læto celeusmate in portum perducite.* Translatio ducta est a remigantibus.

Ἐφέντες. Remittentes. Laxantes. *Viri autem, cum modico intervallo a se distarent, habenas equis laxarunt.* Ἐφέντας etiam significat, ab uno Judicio ad alterum provocantes.

Ἐφέζεται. Insidet.

Ἐφέξει. Inhibebit. Attrahet.

Ἐφεξῆς. Ordine. Deinceps. Postea.

Ἔφες. Immitte.

Ἐφέσεις. Impressiones. Impetus. [Item, ἔφεσις. Permissio.] *Cum autem ex sententia militum potestas ipsi ab Imperatore facta esset, novum plane & insperatum auxilium rebus præsentibus attulit.*

Ἐφέσια γράμματα. Ephesiæ literæ. Id est, incantationes quædam obscuræ, quas & Crœsum in rogo dixisse ferunt. Et Olympiæ Milesio & Ephesio luctantibus, ajunt Milesium luctari non potuisse, quod alter literas Ephesias talo pedis alligasset. Ea autem re comperta, literisque illis solutis, Ephesium tricies prostratum fuisse tradunt.

Ἔφεσις. Cupiditas. Impetus. Item, provocatio ad aliud Judicium. Translatio causæ ab uno Judicio ad aliud. † Ἔφεσις etiam dicitur provocatio ad aliud Judicium; quam Græci alio nomine ἔκκλητον vocant: quod is, qui talem provocationem instituit, causam evocet, & prius ac inferius tribunal recuset & fugiat.

Ἔφεσις. Translatio causæ ab uno Judicio ad aliud. Provocatio ad aliud Judicium. Idem etiam ἔκκλητος vocatur. Ἔφεσις vero deductum est a verbo ἐφεῖναι.

Ἐφεσπερία. Vespertina.

Ἐφεπόμενα. Subsequentia. Sequentia.

1 Ἔφεκτος τόκος. ὁ ἐπὶ τ.] Ex Harpocratione: sed apud quem rectius legitur, ἐπὶ τῷ ἕκτῳ τοῦ κεφ.

2 Ἐφ' ἕνδεκα κώπαις. κτλ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 320. (220. Ed. Bas. *P.*)

3 Αἴρεσθ' αὐτῶν πολὺ τ.] Aristophanes loco laudato:
Αἴρεσθ' αὐτῷ πολὺ τὸ ῥόθιον, παραπέμψατ' ἐφ' ἕνδεκα κώπαις.
Sic etiam apud Suidam scribendum est.

4 Ἐφελκύσει] Hæc interpretatio pertinet ad vocē ἐφέλξει, non ἐφέξει.

5 Ἀπὸ δὲ τῆς τῶν στρατιωτῶν γν.] Fragmentum hoc Valesius ad Polybium refert.

6 Ἐφέσια γράμματα. ἐπῳδαί τινες δυσπαρ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, ad verbum etiam leguntur apud Etymologum, & Eustathium ad Odyss. Τ. pag. 1864. Confer etiam Hesychium & Mich. Apostolium.

7 Λυθέντων] Subintellige, γραμμάτων, vel ὑποδημάτων.

8 Τριάκοντα τὸ ἑξῆς π.] Si verum est, Ephesium luctatorem tricies ab adversario prostratum fuisse, legendum est, τριακοντάκις, ut habet Eustathius loco ante laudato. Sed, ut verum fatear, sententia hæc mihi suspecta est, malimque legere, τρὶς τὸ ἑξῆς π. Agitur hic enim de luctatoribus, qui tunc vicisse censebantur, si adversarium ter prostravissent: uti contra, qui ter cecidisset, vel dejectus fuisset, victus palmam alteri concedebat. Seneca *de Benef.* lib. v. cap. III. *Luctator ter abjectus perdidit palmam, non tradidit.* Æschylus *Eumenid.* v. 592.
Ἓν μὲν τόδ' ἤδη τῶν τριῶν παλαισμάτων.
Scholiasta ad eum locum: Τριῶν παλαισμάτων. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν παλαιόντων, οἳ ἐπὶ τοῖς τρισὶ πτώμασιν ὁρίζουσι τὴν νίκην. Hinc τριάξαι & ἀποτριάξαι dicebatur luctator qui adversarium vicerat, i. e. ter dejecerat: uti contra τριαχθῆναι, qui ter prostratus, & sic victus fuerat. Confer Nostrum infra v. Τριαχθῆναι, & Salmasium ad Solinum p. 206. qui plura de hoc argumento congessit. Non temere igitur quis suspicetur, pro τριακοντάκις hic apud Suidam scribendum esse τρίς, cum non alius loci hujus sit sensus, quam Ephesium luctatorem, qui antea ope literarum Ephesiarum in certamine palmam semper reportaverat, postea literis illis ipsi ademptis, ab adversario victum, i. e. ter dejectum fuisse. In trina enim dejectione adversarii, ut diximus, victoria luctatorum posita erat.

9 Ἔφεσις. ἡ ἐξ ἑτέρου δικασ.] Ex Harpocratione.

'Εφ' ἑστίας. ἀντὶ τοῦ, κατ' οἶκον. καὶ ἐφέστιοι, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τῆς οἰκίας γενόμενοι. τουτέστιν, ἔποικοι. [1] Σοφοκλῆς·

—— Εἶτα τόνδ' ἐφέστιον

Πῆξαι λαβόντα σκῆπτρον.

'Εφεστιασάμενος. εὐωχηθείς.

'Εφέστιοι. αὐτόχθονες. σύνοικοι. ἔποικοι.

'Εφεστὼς πόρρωθεν τῆς παρατάξεως.

'Εφεστρίς.[2] ἱμάτιον Ῥωμαϊκόν. λέγεται δὲ μανδύας, καὶ βίῤῥον· ἅπερ ἐν ὀνείρῳ βλεπόμενα, θλίψεις σημαίνουσιν.

'Εφεστρίς. Ἐξ ὧν οἱ τοξόται ταῖς ἐφεστρίσι καλυπτόμενοι, βάλλουσι τοὺς ἐπὶ τῶν τειχῶν. ὕφασμα ἐξ αἰγείων τριχῶν. † Ἀρτῶντες κύκλῳ ἐφεστρίδας, καὶ νάκη, ὡς ἂν τὰ τοιαῦτα προβλήματα μὴ εὔφλεκτα εἴη.

'Εφεστρίς. χλαμύς. [3] Ἀγαθίας· Γύναια δὲ πολλὰ διαπληκτιζόμενα, καὶ τὰς ἐφεστρίδας περιεῤῥηγνύντα, ἀνὰ τοὺς προμαχεῶνας ἐφοίτα. καὶ αὖθις· Οὐκ ἐπιφερόμεθα χρημάτων περιουσίαν, πλήν γε δὴ στρατιωτικὴν ἐφεστρίδα, ἥν γε δὴ καὶ περιβεβλήμεθα.

'Εφέται.[4] ἄνδρες, οἵτινες π' δίκας ἐδίκαζον. Ἐφέται δὲ ἐκλήθησαν, ἤτοι ὅτι ἐπὶ αἵματι δικάζουσιν· ἢ ὅτι ἔφεσις παρ' αὐτῶν οὐ δύναται εἰς ἄλλο δικαστήριον γενέσθαι. τουτέστιν, ἔκκλητος.

'Εφέται. ἄνδρες ὑπὲρ ν' ἔτη γεγονότες, καὶ ἄριστα βεβιωκέναι ὑπόληψιν ἔχοντες· οἳ καὶ τὰς φονικὰς δίκας ἔκρινον. ἐκαλεῖτο δ' αὐτῶν τὰ δικαστήρια, 'Εφετῶν.

'Εφέται.[5] οἱ δικάζοντες τὰς ἐφ' αἵματι κρίσεις ἐπὶ Παλλαδίῳ, καὶ ἐπὶ Πρυτανείῳ, καὶ ἐπὶ Δελφινίῳ, καὶ ἐν [6] Φρέατι, οὕτως καλοῦνται. καὶ 'Εφέτης. ὁ δικαστής.

'Εφετικός. ἐπιθυμητικός.

'Εφετόν. [7] Εἶδον ἐγὼ δικαστὴν ἐφετὸν, μετροῦντα τοῖς ἀγορεύουσι τὸν χρόνον.

'Εφευρετὰς κακῶν. τοὺς ἐπὶ τοῖς παλαιοῖς κακοῖς ἕτερα καινοτομοῦντας κακά.

'Εφείλιξαν. [8] Σχοινίον τε ἐφείλιξαν μίλτῳ. ἀντὶ τοῦ, [9] ἔρυσαν, καὶ περιείλιξαν.

'Εφειμένον. συγκεχωρημένον. Ὡς δὲ ἐφειμένον αὐτῷ παραγίνεσθαι, ἐς ὄψιν ἐλθὼν, εἶπεν.

'Εφεῖναι. συγχωρῆσαι. κελεῦσαι. Ἡ δὲ οὐκ ἐπείσθη, πρὶν ἢ τοὺς προσήκοντας ἐφεῖναι λαβεῖν.

'Εφ' ἑστίας. In domo. Domi. Et ἐφέστιοι. Quod domi fit. Domesticum. Sophocles: *Deinde sceptrum hoc domesticum sumpsisse & fixisse.*

'Εφεστιασάμενος. Convivatus. Epulatus.

'Εφέστιοι. Indigenæ. In iisdem ædibus habitantes. Domestici. Inquilini.

'Εφεστὼς πόῤῥ. Qui procul ab acie stat.

'Εφεστρίς. Vestis Romana, sive lacerna: quam alii etiam μανδύας & βίῤῥον vocant. Hæc si in somnis cernatur, calamitates significat.

'Εφεστρίς. Tegumentum ex caprinis pilis contextum. Ephestris. *Ex quibus locis sagittarii ephestridibus tecti sagittis petebant eos, qui in muris stabant.* † *Prætendentes sibi undique ephestridas, & pelles caprinas, quod hujusmodi tegumenta igne haud facile cremari possent.*

'Εφεστρίς. Læna. Amiculum. Agathias: *Mulieres autem multæ pectora plangentes & amicula discerpentes per propugnacula cursabant.* Et iterum: *Non afferimus magnam divitiarum & pecuniæ vim, præter militarem hanc lænam, qua etiam induti sumus.*

'Εφέται. Ephetæ. Erant viri numero LXXX. qui de cædibus commissis judicabant. Dicti autem sunt 'Εφέται, vel quod de cædibus judicarent, ab ἐπὶ & αἷμα: vel quod ab ipsis ad aliud judicium provocatio, quam ἔφεσιν Græci vocant, fieri non posset.

'Εφέται. Ephetæ. Judices quidam ita vocati, quinquagenariis majores, vitæque inculpatæ & integræ existimationis: qui de cædibus commissis judicabant. Judicia vero illorum vocabantur Ephetarum.

'Εφέται. Qui de homicidiis ad Palladium, ad Prytaneum, ad Delphinium, & ad Phreattum judicabant, dicebantur Ephetæ. Et 'Εφέτης, Epheta, sive Judex, qui de homicidiis judicabat.

'Εφετικός. Ad concupiscendum proclivis.

'Εφετόν. [Lege, 'Εφέτην.] *Vidi ego judicem Ephetam, causidicis tempus dimetientem.*

'Εφευρετὰς κακῶν. Inventores malorum. Sive, qui post vetera mala, alia nova machinantur.

'Εφείλιξαν. Circumplicuerunt. Circumvolverunt. *Funemque minio [tinctum] circumplicuerunt.*

'Εφειμένον. Permissum. Concessum. *Facta autem ipsi potestate accedendi, cum in conspectum venisset, dixit.*

'Εφεῖναι. Permittere. Concedere. Jubere. *Illa vero non paruit, priusquam cognati ipsi permisissent, ut id acciperet.*

1 Σοφοκλῆς] *Electra*, pag. 101. ut Portus monuit.

2 'Εφεστρίς. ἱμάτιον Ῥωμαϊκόν. λέγεται δὲ μανδ.] Artemidorus lib. II. cap. III. Χλαμὺς δὲ, ἣν ἔνιοι μανδύην οἱ δὲ ἐφεστρίδα, οἱ δὲ βίῤῥον καλοῦσι. θλίψιν καὶ στενοχωρίαν τοῖς δικαζομένοις καὶ τοῖς νοσοῦσι μαντεύεται, διὰ τὸ ἐμπεριέχειν τὸ σῶμα. Hinc Suidas sua consarcinavit, ut Pearsonius recte monuit.

3 Ἀγαθίας] Lib. II. pag. 23.

4 'Εφέται] Confer Nostrum supra v. Ἐπὶ Παλλαδίῳ.

5 'Εφέται. οἱ δικάζοντες τὰς ἐφ' αἵμ.] Ex Harpocratione.

6 Φρέατι] Scribe ἐν Φρεαττοῖ. Confer nos supra ad v. 'Εμφρεάττει.

7 Εἶδον ἐγὼ δικαστὴν ἐφ.] Hæc sunt verba Synesii in *Dione*, pag. 54. sed ubi legitur 'Εφέτην, uti etiam hic apud Suidam legendum est.

8 Σχοινίον τε ἐφείλιξαν μ.] Locus hic est mutilus qui sic fortasse suppleri debet: Σχοινίον τε ἐφείλιξαν μίλτῳ βεβαμμένον. Hanc conjecturam in versione secutus sum. 'Εφείλιξαν autem est ab ἐφειλίσσω.

9 'Εφυσαν] An ἔσυρσαν? Certe ἔφυσαν stare non potest.

'Εφιάθω

Ἐφείσθω τούτοις [1] ἐξονυχίζειν. ἀντὶ τοῦ, συγχωρείσθω ἀκριβολογεῖσθαι.

Ἐφεῖτο. συνεχωρεῖτο. Καὶ οὐδενὶ ἐφεῖτο μὴ κελευσθὲν ἐξωτέρω προϊέναι.

Ἐφεῖτο, ἐνετέλλετο. [2] Ἀριστοφάνης· Χθὲς οὖν Κλέων ἡμῖν ἐφεῖτ' ἐν ὥρᾳ ἥκειν.

Ἐφηβεία. νεότης. ἡ ἀκμὴ τῆς ἡλικίας.

Ἔφηβος. παῖς. νέος. ἐν αὐτῇ τῇ ἀκμῇ. ὅθεν καὶ ἐφηβεύω. [3] Τιμασίων, μειράκιον Αἰγύπτιον, ἐφήβου δὲ ἄρτι ὑπαπήει, καὶ τὴν ὥραν ἄρτι ἔρρωτο. σωφρονοῦντι δὲ αὐτῷ ἡ μητρυιὰ ἐρῶσα ἐπέκειτο, καὶ χαλεπὸν τὸν πατέρα ἐποίει.

Ἔφηβος. [4] Κιλίκιος λόγος· Ποῖ τρέχεις; ἢ ἐπὶ τὸν ἔφηβον; ἐπὶ Ἀπολλωνίῳ ἐλέγετο, καὶ παροιμιώδη τιμὴν ἔσχε. † [5] Μόνοις δὲ ἐλευθέροις ἐφίησιν ὁ νόμος ἐφηβεύειν. [6] ἐχρῆν δὲ τὸν ἔφηβον ἐν τῇ χλανίδι τὴν δεξιὰν ἔχειν ἐνειλημμένην, διὰ τὸ ἀργὴν εἶναι εἰς ἔργα καὶ λόγους εἰς ἐνιαυτὸν, καὶ μὴ προϊέναι τὴν χεῖρα. ἔνδημον δὲ χρὴ εἶναι τὸν ἐφηβεύοντα. ἡ δὲ ἐφηβεία κανὼν τοῦ ὀρθοῦ βίου καὶ ὑγιοῦς.

Ἐφήγησις. [7] ἐστὶ δίκη εἰσαγομένη ἐπὶ τοὺς ὑποδεξαμένους τὸν εἰργόμενον ὑπὸ τῶν νόμων ἐπιβαίνειν τῆς χώρας, οἷον φυγάδα, ἢ ἀνδροφόνον· ἢ ὅταν τῶν δημοσίων τι κατέχειν δοκῇ τις κρύφα.

Ἐφήδεσθαι. εὐφραίνεσθαι.

Ἐφήδῃ. εὐφραίνῃ σύ.

Ἐφήδοιτο. τέρποιτο. καὶ ἐφήδοντο. ἐπέχαιρον. Αἰλιανός· Καὶ αὐτῷ τῶν συγγενῶν τινες ἐφήδοντο, ὡς τὰ αὐτοῦ διαδεξόμενοι. ἐκείνῳ γὰρ μὴ εἶναι παῖδας, ἅτε ῥᾴθυμον βίον καὶ λάγνον, τὸν εἰς ἑταίρας καὶ πότους, περιερρηγμένῳ. καὶ αὖθις· Ὁ δὲ ἔσπευδε, θέλων ἐφησθῆναι αὐτοῖς.

Ἐφῆκα. ἔπεμψα.

Ἐφήλαντο. ἐπεπήδησαν.

Ἐφηλίς. ἡ ἐκ τοῦ ἡλίου περὶ τὸ πρόσωπον γινομένη ἔγκαυσις, καὶ μελανία, καὶ πάθος περὶ τὸ πρόσωπον γινόμενον. εἴρηται ἀπὸ τοῦ ἡλίου. γράφεται καὶ ἔφηλις.

Ἔφηλος. ἐφηλίδας ἔχων εἰς τὴν ὄψιν.

Ἔφηλος. ὁ ἀπατηλός. ἐκ τοῦ φηλῶ, τὸ ἀπατῶ.

Ἔφηλος. ὁ ἧλος. καὶ ἔφηλος, ὁ ἡλωμένος.

Ἐφ' ἡμᾶς ξυμβοηθήσειν οἴει; ἀντὶ τοῦ, καθ' ἡμῶν.

Ἐφημερία. ἡ πατριά. λέγεται δὲ καὶ [8] ἡ τῆς ἡμέρας λειτουργία.

Ἐφείσθω τοῦ. Permittatur his ad unguem [omnia] exigere, & minutatim expendere.

Ἐφεῖτο. Permittebatur. Concedebatur. *Nec ulli permittebatur injussu ejus foras prodire.*

Ἐφεῖτο. Mandavit. Jussit. Aristophanes: *Heri Cleon nos jussit mature venire.*

Ἐφηβεία. Pubertas. Juventus. Vigor ætatis.

Ἔφηβος. Ephebus. Puber. Tiro. Qui est in ipso ætatis flore. *Timasion, adolescens Ægyptius, qui ex ephebis nuper excesserat, & summa pulchritudine vigebat. Hic cum castus esset & pudicus, noverca eum amans solicitare non desinebat, patremque ipsi infensum reddebat.*

Ἔφηβος. Ephebus. Puber. Adolescens. *Dictum erat apud Cilices usitatum, Quo curris? An ad ephebum? Quod cum de Apollonio diceretur, in proverbium tandem abiit.* † *Solis ingenuis lex tirocinium agere permittit. Tirones vero anni spatio dextram intra togam continere oportet, neque manum protendere, utpote quæ ab omni opere & oratione per annum cesset. Peregre autem proficisci tironi non licet: estque tirocinium norma vitæ recte ac sancte compositæ.*

Ἐφήγησις. Actio, quæ dabatur in illos, qui suscepissent eum, quem leges regionem aliquam ingredi vetant, ut exulem, aut homicidam: vel quando quis ex pecunia publica clam aliquid retinuit.

Ἐφήδεσθαι. Lætari. Voluptate affici.

Ἐφήδῃ. Lætaris. Delectaris.

Ἐφήδοιτο. Delectetur. Et ἐφήδοντο. Re aliqua lætabantur. Ælianus: *Et quidam ex propinquis ea re lætabantur, utpote hæredes ejus futuri. Nullos enim ei liberos esse ajebant, utpote homini mollem & libidinosam vitam agenti, & in meretricum vinique amorem effuso.* Et iterum: *Ille autem properabat, cupiens iis insultare.*

Ἐφῆκα. Immisi. Misi.

Ἐφήλαντο. Insilierunt.

Ἐφηλίς. Asperitas cutis in facie, quæ a sole adusta & infuscata est. Vel, vitium faciei, a Solis ardore ortum. Dicta est vox ista ab ἧλιος, i. e. Sol. Scribitur & ἔφηλις.

Ἔφηλος. Qui maculas in facie habet, a Solis ardore ortas.

Ἔφηλος. Impostor. Deceptor. A φηλῶ, decipio.

Ἔφηλος. Sol. Item, clavis transfixus.

Ἐφ' ἡμᾶς. Pro, καθ' ἡμῶν. Contra nos. *Contra nos te cum illis venturum putas?*

Ἐφημερία. Familia. Item, munus diurnum.

1 Ἐξονυχίζειν] Vide supra h. v.

2 Ἀριστοφάνης] In *Vespis*, pag. 445. (319. Ed. Bas. P.)

3 Τιμασίων, μειράκιον Αἰγ. ἐφήβου δὲ ἄρτι ὑπ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Philostrati lib. VI. *de Vita Apoll.* cap. 2. eademque repetuntur infra v. Τιμασίων.

4 Κιλίκιος λόγος. Ποῖ τρ.——τιμὴν ἔσχε] Et hæc leguntur apud Philostratum *de Vit. Apoll.* lib. 1. cap. VI. ut Pearsonius observaverat.

5 Μόνοις δὲ ἐλευθέροις ἐφίησιν ὁ νόμος ἐφ.] Hæc, & quæ sequuntur, Valesius ad Polybium refert: sed sunt verba Artemidori lib. 1. cap. LVI. ut Pearsonius recte monuit.

6 Ἐχρῆν δὲ τὸν ἔφηβον ἐν τῇ χλανίδι τὴν δεξ.] De hoc more loquitur Seneca Rhetor. lib. V. Controv. VI. *Apud patres nostros, iis, qui forensia stipendia auspicabantur, nefas putabatur brachium extra togam exerere.* Item Cicero in Orat. pro Cœlio: *Nobis quidem olim annus erat unus ad cohibendum brachium toga constitutus.* De anno pulchre Artemidoro cum Cicerone convenit. Confer etiam Valesium ad Excerpta Peiresc. pag. 34. qui de eodem more ibi agens, citatum locum Ciceronis quoque adducit.

7 Ἐφήγησις. ἐστὶ δίκη εἰσ.] Vide Salmasium *de Modo Usur.* pag. 777.

8 Ἡ τῆς ἡμέρας λειτ.] Vide interpretes ad Luc. 1. v. 5. & 8.

Ἐφημέριοι. βροτοί. καθημερινὰ εἰδότες, οὐ προορώμενοι τὸ μέλλον.

Ἐφημερίς. τῶν ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας συμπιπτόντων ἀπογραφή.

Ἐφήμερος. πρόσκαιρος. ἐφήμερον δηλητήριον. τὸ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀναιροῦν. [1]λέγεται δὲ καὶ ἀμφήμερος καὶ ἀμφημερινὸς πυρετός.

Ἔφηνεν.[2] ἔδειξεν.

Ἐφῆπτο. ἐπεκρέματο. ἐπέκειτο.

Ἐφησθέντες. ἐπιχαρέντες. καὶ ἐφησθείεν. ἐπιχαρεῖεν.

Ἐφήσθη. ἐχάρη. Οἱ δὲ τοῖς τῶν πολεμίων σώμασιν ἐφήσθησαν. καὶ αὖθις· Ἐφησθῆναι θέλων ἐκείνοις, ἔσπευδεν. ἤγουν, ἐπιγελάσαι.

Ἐφιάλτης. ἡ εἰς τὴν κεφαλὴν ἀναβρέχουσα ἀναθυμίασις ἐξ ἀδηφαγίας καὶ ἀπεψίας παρὰ ἰατροῖς ἐφιάλτης λέγεται· ὁ λεγόμενος παρὰ πολλοῖς [3]βαβουτζικάριος.

Ἐφιᾶσι. συγχωροῦσιν. ἐπιτρέπουσιν. Ἐφιᾶσιν ὅπῃ τις ἐθέλοι ἀπιέναι.

Ἐφιέμενοι, ἐπιθυμοῦντες.

Ἐφιέναι. [4]Ὑποκριτοῦ τραγῳδίας ἐφιέναι φήσαντος. ἐξελαθῆναι γὰρ παρὰ Πολέμωνος κατ' ἀρχὰς τοῦ δράματος. ὁ δὲ Ἀντωνῖνος ἤρετο, πηνίκα εἴη, ὅτε τῆς σκηνῆς ἠλάθη. τοῦ δ' εἰπόντος, ὡς μεσημβρία τυγχάνοι οὖσα· μάλα ἀστείως ὁ αὐτοκράτωρ, Ἐμὲ δὲ, εἶπεν, ἀμφὶ μέσας νύκτας ἐξήλασε τῆς οἰκίας, καὶ οὐκ ἐφῆκα. ἐχέτω ταῦτα δήλωσιν βασιλέως πρᾴου, καὶ ἀνδρὸς ὑπέρφρονος.

Ἐφίερον.[5] Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ [6]τοῦ ἐπιτριηραρχήματος. ἱερόν ἐστι τῶν ιβʹ Θεῶν ἐν Βοσπόρῳ.

Ἐφίεται. γενικῇ. ἐπιθυμεῖ.

Ἐφιέτω. ἀνιέτω.

Ἐφιζάνει. ἐπικάθηται.

Ἐφίζεται. ἐπικαθέζεται.

Ἐφίει. ἐπέτρεπεν. Ὁ δὲ Καῖσαρ δῃοῦν τὰ περὶ τῆς πόλεως ἐπέτρεπεν.

Ἐφίει. πέμπει. καὶ ἐφιείς. ἐπιπέμπων. ἐπιβάλλων.

Ἐφίῃ. ἐπιθυμεῖς. Τί [7]μοι τῶν δυσφόρων ἐφίῃ. γλίχῃ. Τί μοι, φησὶ, τούτων γλίχῃ, ἅπερ ἐστὶν οὐκ εὐκόλως φέρειν, θρήνους καὶ πένθους;

Ἐφίησι. ἐπιτρέπει. ἐπιπέμπει.

Ἐφημέριοι. Mortales, qui tantum de rebus præsentibus & quotidianis cogitant, futura vero non prospiciunt.

Ἐφημερίς. Diarium, sive liber, in quo acta quotidiana scribuntur.

Ἐφήμερος. Ad breve tempus durans. Et ἐφήμερον δηλητήριον. Venenum, quod uno die homines necat. Dicitur etiam ἀμφήμερος & ἀμφημερινὸς πυρ. Febris quotidiana.

Ἔφηνεν. Ostendit. Monstravit.

Ἐφῆπτο. Impendebat. Imminebat.

Ἐφησθέντες. Aliqua re lætantes, vel gaudentes. Et ἐφησθείεν. Aliqua re lætentur. Insultent.

Ἐφήσθη. Lætatus est. Cum gaudio insultavit. *Illi vero hostium cadaveribus insultarunt.* Et iterum: *Properabat, ut illis insultaret.*

Ἐφιάλτης. Exhalatio ex nimio ciborum esu & cruditate in caput adscendens, a Medicis Ephialtes appellatur: vulgo Babutzicarius dictus.

Ἐφιᾶσι. Permittunt. Concedunt. Sinunt. *Permittunt omnibus ire, quo velint.*

Ἐφιέμενοι. Cupientes.

Ἐφιέναι. Ad judicem aliquem provocare. *Histrione tragico dicente, se [ad Imperatorem] provocare, (sub initium enim fabulæ se a Polemone ex scena expulsum fuisse) Antoninus eum percunctatus est, quo tempore diei ex scena expulsus fuisset. Illo autem respondente, meridiem tunc fuisse: perfacete Imperator, Me vero, inquit, circa mediam noctem ex ædibus expulit, nec tamen provocavi. Ex his patere potest, quam clementi ingenio & animo excelso Imperator ille præditus fuerit.*

Ἐφίερον. Demosthenes in oratione de prorogatione Trierarchiæ. Est templum XII. Deorum in urbe Bosporo.

Ἐφίεται. Concupiscit. Cupit. Genitivo jungitur.

Ἐφιέτω. Remittat. Permittat.

Ἐφιζάνει. Insidet.

Ἐφίζεται. Insidet.

Ἐφίει. Permittebat. Sinebat. *Cæsar permittebat, ut suburbia vastarentur.*

Ἐφίει. Immittit. Mittit. Et ἐφιείς. Immittens. Injiciens.

Ἐφίῃ. Cupis. Desideras. *Quid toleratu difficilia desideras?* Quare, inquit, ista desideras, quæ non facile ferri possunt, luctum nimirum & mœrorem?

Ἐφίησι. Permittit. Immittit.

1 Λέγεται δὲ καὶ ἀμφήμερος καὶ ἀμφημερινὸς πυρ.] Hæc nihil faciunt ad v. Ἐφήμερος.

2 Ἔφηνεν] Sic recte MSS. Paris. cujus loco priores Editt. habent ἔφησεν.

3 Βαβουτζικάριος] Meursius in Glossario v. Καπίτζιον, legit καπιτζικάριος.

4 Ὑποκριτοῦ τραγῳδίας ἐφιέναι φήσαντος. &c.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Philostrati in Vita Polemonis, pag. 534. ut Pearsonius monuit

5 Ἐφίερον. Δημοσθ.] Ex Harpocratione: sed apud quem legitur Ἐφ' ἱερὸν, duabus vocibus. Confer de hoc loco Salmasium *de Modo Usur.* pag. 211.

6 Περὶ τοῦ ἐπιτριηραρχ.] Hæc oratio hodie adhuc exstat, in qua locus Oratoris, ad quem Harpocratio respexit, sic se habet: Καὶ τοῦ σκηνοῦ ἅμα Τιμομάχου συσκευάσαντος πλεῖν Ἐφ' ἱερὸν ἐπὶ τὴν παραπομπὴν τοῦ σίτου, οὐ μισθὸν οὐ διδόντος.

7 Τί μοι τῶν δυσφόρων ἐφίῃ] Hæc sunt verba Sophoclis *Electra*, pag. 87. Quæ vero sequuntur, sunt verba Scholiastæ ad dictum locum.

Ἐφικέ-

Ἐφικέσθαι. γενικῇ. καταλαβέσθαι.

Ἐφικνούμενος. γενικῇ. καταλαμβανόμενος. Μέγα ἀνεβόησε, καὶ ἀνθρώπου ἐφικνούμενον.

Ἐφίκοντο. ἐφήψαντο.

Ἐφικτόν. δυνατὸν καταληφθῆναι. Ὁ δὲ ᾔτει αὐτῷ παρὰ τῶν Θεῶν πολλὰ καὶ ἀγαθὰ, τά τε ἄλλα, καὶ τῆς ἀρχῆς τὸ κράτος, ἐς ὅσον μήκιστον ἀνθρώπῳ ἐφικτόν.

Ἐφίλατο. ἠγάπησε.

Διπλοῦς[1] ἐς λυκάβαντας ἐφίλατο τὴν καλαμῖτιν.

Ἐφίππιον. Ἐκλῦσαι δὲ τὸν ἵππον τοῦ χαλινοῦ καὶ τοῦ ἐφιππείου. † Οἱ δὲ Σκύθαι ᾔτουν ἀποδοθῆναι σφίσι τὸ ἐφίππειον, τοὺς αἰχμαλώτους Ῥωμαίων ἀντιδωρούμενοι. ἐμοὶ μὲν ἔξω λόγου δοκεῖ, ὅτι τοσούτου τὸ ἐφίππειον ἐτιμήσαντο. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τοὺς αἰχμαλώτους οὐκ ἠλλάξαντο. Προκόπιός φησιν.

Ἐφίππιον. ἀγώνισμα ἐφίππων τρεχόντων.

Ἔφιππος,[2] Ἀθηναῖος, κωμικὸς τῆς μέσης κωμῳδίας.

Ἔφιππος,[3] Κυμαῖος, υἱὸς Δημοφίλου, οἱ δὲ, Ἀντιόχου, Ἰσοκράτους ἀκουστὴς τοῦ ῥήτορος, ἱστορικός· ἔσχε δὲ υἱὸν Δημόφιλον τὸν ἱστορικόν. ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ἐνενηκοστῆς τρίτης ὀλυμπιάδος, ὡς καὶ πρὸ τῆς Φιλίππου βασιλείας εἶναι τοῦ Μακεδόνος. ἔγραψεν ἀπὸ τῆς Ἰλίου πορθήσεως, καὶ τῶν Τρωϊκῶν, μέχρι τῶν αὐτοῦ χρόνων, [4]βιβλία λʹ. Περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν βιβλία κδʹ. Παραδόξων τῶν ἑκασταχοῦ βιβλία ιεʹ. [5]Εὑρημάτων, ὧν ἕκαστος εὗρε, βιβλία βʹ. καὶ ἄλλα.

Ἐφίππων[6] ὀνόματα. Ἴλη ἱππέων, ἄνδρες ξδʹ. Ἐπιλαρχία, δύο ἶλαι ἱππέων, ἀνδρῶν ρκηʹ. Ταραντιναρχία, δύο Ἐπιλαρχίαι ἱππέων, ἀνδρῶν σνϛʹ. Ἱππαρχία, δύο Ταραντιναρχίαι ἱππέων, ἀνδρῶν φιβʹ. Ἐφιππαρχία, δύο Ἱππαρχίαι ἱππέων, ἀνδρῶν ͵ακδʹ. Τέλος, δύο Ἐφιππαρχίαι ἱππέων, ἀνδρῶν ͵βμηʹ. Ἐπίταγμα, βʹ Τέλη ἱππέων, ἀνδρῶν τετρακισχιλίων ἐνενήκοντα ἕξ.

Ἐφίπταται. αἰτιατικῇ.

Ἐφιστάμενος. ἀναμένων. σχολαίως βαδίζων. [7]Ὁ δὲ ἐπορεύετο ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ἐφιστάμενος. ὅσον δ' ἂν χρόνον τὸ ἡγούμενον τοῦ στρατεύματος ἐπιστῇ, τοσοῦτον ἀνάγκη χρόνον δι' ὅλου τοῦ στρατεύματος γίνεσθαι τὴν ἐπίστασιν.

Ἐφίστη. ἔταττεν. ὥριζεν. Ἀρχέλαός τε ἐφίστη τοῦ-

Ἐφικέσθαι. Genitivo jungitur. Aliquid assequi. Aliquo pervenire.

Ἐφικνούμενος. Genitivo jungitur. Attingens. Perveniens. Assequens. *Valde exclamavit, ita ut clamor ejus ad hominem perveniret.*

Ἐφίκοντο. Assequuti sunt. Attigerunt.

Ἐφικτόν. Ad quod quis pervenire potest. Quod quis assequi potest. *Ille vero a Diis ipsi precabatur cum alia multa bona, tum etiam tantam imperii diuturnitatem, ad quantam ætas humana pertingere posset.*

Ἐφίλατο. Dilexit. *Per duos annos me locustam, inter culmos versantem, dilexit.*

Ἐφίππιον. Ephippium. Sella. *Equo frænum & ephippium detrahere.* † *Scythæ autem postulabant ut ephippium sibi redderetur, dicentes, se captivos Romanos pro eo reddituros esse. Mihi autem absurdum videtur, eos ephippium tanti æstimasse. Romani vero captivos eo non redemerunt.* Procopius inquit.

Ἐφίππιον. Certamen equestre.

Ἔφιππος. Ephippus, Atheniensis, Comicus mediæ Comœdiæ.

Ἔφιππος. Ephippus, Cumanus, filius Demophili, vel, ut alii tradunt, Antiochi, Isocratis oratoris auditor, Historicus: qui filium habuit Demophilum Historicum. Vixit Olympiade XCIII. ita ut Philippi Macedonis regnum antecesserit. Scripsit historiarum ab Ilii expugnatione Trojanoque bello ad sua usque tempora libros XXX. De bonis & malis libros XXIV. Rerum admirabilium, quæ in quavis regione occurrunt, libros XV. De rebus, quas quisque invenit, libros duos: & alia.

Ἐφίππων ὀνόματα. Nomina ad rem equestrem pertinentia. Ἴλη, sive turma equitum, est virorum LXIV. Epilarchia, duæ turmæ equitum, virorum CXXVIII. Tarantinarchia, duæ Epilarchiæ, virorum CCLVI. Hipparchia, duæ Tarantinarchiæ, virorum DXII. Ephipparchia, duæ Hipparchiæ, virorum MXXIV. Τέλος, duæ Ephipparchiæ, virorũ MMXLVIII. Epitagma, duo Τέλη, virorum MMMMXCVI.

Ἐφίπταται. Accusativo jungitur. Advolat.

Ἐφιστάμενος. Subsistens. Expectans. Lente progrediens. *Ille vero proficiscebatur, subinde subsistens. Quamdiu enim primum exercitus agmen subsistit, tamdiu necesse est & reliquos in toto exercitu milites gradum sistere.*

Ἐφίστη. Constituebat. Statuebat. Præficie-

1 Διπλοῦς ἐς λυκάβαντας ἐφίλατο τὴν καλ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate in locustam, quod integrum exstat Anthol. lib. III. cap. XXIV. pag. 384. Ibi autem pro καλαμῖτιν legitur ἀκανθοβάτιν, & totus hic locus ita conceptus est:

——— Τὸν γὰρ ἀοιδὸν
Ἀκρίδα, τὴν ἐπὶ [illegible] [illegible]
Διπλοῦς ἐς λυκάβαντας ἐφίλατο· καί με θανοῦσαν, &c.

Καλαμῖτιν autem significat, inter culmos versantem vel degentem; idemque notat, quod καλαμαία: quo epitheto locusta insignitur a Theocrito. Confer Nostrum infra v. Καλαμαίης.

2 Ἔφιππος] De fabulis ejus vide Meursium in *Bibliotheca Attica*.

3 Ἔφιππος] Turpi errore Ἔφιππος hic positum est pro Ἔφορος. Quæ enim sequuntur, pertinent ad Ephorum, historicum inter veteres celebrem; ut recte monuit Vossius in opere *de Histor. Græc.* lib. I. cap. VII. quem vide.

4 Βιβλία λʹ] Liber quartus laudatur a Scholiasta Apoll. Rhodii ad lib. II. v. 360. Liber quintus, ab eodem ad lib. I. v. 1289. & ad lib. II. v. 847. Liber nonus ab eodem ad lib. II. v. 967.

5 Εὑρημάτων] Operis hujus meminerunt Strabo & Athenæus.

6 Ἐφίππων ὀνόματα. Ἴλη ἱππ.] Totus hic locus in prioribus Editt. corruptissimus & mutilus circumfertur, quem partim ex MS. A. partim ex catalogo vocabulorum Tacticorum, Lexico huic Suidæ subjuncto, emendavi & in integrum restitui.

7 Ὁ δὲ ἐπορεύετο ἄλλοτε καὶ ἄλλ.] Fragmentum hoc Valesius ad Polybium refert.

τοις ἅπασι τοὺς ἀδωροτάτους, ὅπως μὴ διὰ φιλοπλουτίαν βλακεύωσι.

bat. *Et Magistratus his omnibus præfecit integerrimos, & muneribus corrumpi nescios, ne propter amorem pecuniæ de rigore muneris sui quicquam remitterent.*

Ἐφθαλέω. ἑφθοῦ. καὶ ἑφθεῖν, τὸ ὀπτᾷν, ἢ τὸ δι' ὕδατος ἕψειν.

Ἐφθαλέω. Cocti. Elixati. Et ἑφθεῖν. Assare, vel, aqua elixare.

Ἐφθοὶ πυροὶ διεγερτικοί εἰσι πρὸς συνουσίαν. καὶ πυροὺς τῇ Ἀφροδίτῃ ἔθυον.

Ἐφθοὶ πυροὶ διεγ. Triticum elixum ad Venerem excitandam valet. Unde Veneri triticum offerebant.

Ἔφλα [1] με. ἔτυπτέ με.

Ἔφλα με. Verberabat me.

Ἐφλέγετο. ἐν ἐπιθυμίᾳ ἦν. Αἰλιανός· Ὁ δὲ Ἰάσων ὁ Θετταλὸς ἐπὶ τοῖς ἀναθήμασιν ἐν Δελφοῖς ἐφλέγετο.

Ἐφλέγετο. Ardebat. Cupiditate flagrabat. *Jason autem Thessalus donariorum, quæ Delphis erant, cupiditate flagrabat.*

Ἐφοδεύεται. διοδεύεται.

Ἐφοδεύεται. Percurritur. Obitur. Transitur.

Ἐφοδευσάτωσαν. χαλκοσκοπησάτωσαν.

Ἐφοδευσάτωσαν. Speculentur. Lustrent. Obeant.

Ἐφόδια. τὰ πρὸς τὴν ὁδὸν ἐπιτήδεια ἀναλώματα. Ἐφόδιον παιδείας ὁ πλοῦτος.

Ἐφόδια. Viatica. *Divitiæ sunt eruditionis viaticum.*

Ἐφόδιον. Εὔχεται τῷ Θεῷ, τοὺς κακοὺς μὴ δυναστεύειν, καὶ ἔχειν πλοῦτον εἰς ἐφόδιον ἀδικίας.

Ἐφόδιον. Viaticum. *Deum orat, ne mali rerum potiantur, neve opes habeant, injustitiæ viaticum.*

Ἔφοδος. ὁρμή.

Ἔφοδος. Impetus. Impressio. Invasio.

Ἐφόλκια. ἀκάτια μικρά. παρὰ τὸ ἕλκεσθαι ὑπὸ τῶν κωπηλατῶν, ἢ τῶν μεγάλων πλοίων. [2] Καλοῦνται δὲ καὶ οἱ τῆς πόλεως τὰ ὤνια ἐπισκοπούμενοι. Τῶν δὲ στειλάντων ἐν ἐφολκίῳ τινάς, καὶ μαθόντων Ῥωμαϊκὴν εἶναι τὴν πεῦσιν. Καὶ τὰ ἔπιπλα τὰ ἀγώγιμα. [3] Ὄλπη μοι, καὶ πήρη, ἐφόλκια. καὶ [4] Ἀριστοφάνης Σφηξίν·

Οὐ μὴν περὶ τοῦ γ' ἐφολκὸς ἦν, ἀλλὰ πρῶτος ἡμῶν
Ἤειδ' ᾄδων Φρυνίχου.

ἀντὶ τοῦ, ὕστερος. καὶ αὖθις· Ἐθάρρει γὰρ τὸν χῶρον ἐφολκὸν εἶναι τῇ ὄψει, καὶ πολλοὺς Ῥωμαίων ἐπάξεσθαι. ἀντὶ τοῦ, ἐφελκυστικόν.

Ἐφόλκια. Parvæ naviculæ: sic dictæ, quod a remigibus, vel navibus majoribus trahantur. Ab ἕλκω, traho. Sic etiam vocantur rerum venalium in civitatibus inspectores. *Cum autem illi quosdam in epholcio misissent, & intellexissent, interrogationem illam Romanam esse.* Item, supellex, sive vasa, quæ nobiscum portamus. *Ampulla olearia & pera mihi sunt supellex.* Et Aristophanes *Vespis*: *Antea nos non sequi, sed præire nobis solebat, cantans carmina Phrynichi.* Ἐφολκὸς hic positum est pro ὕστερος, i. e. posterior, vel, qui sequitur. Et iterum: *Sperabat enim fore, ut locus ille aspectui blandiretur, & multos Romanos ad se alliceret.* Ἐφολκὸς hic proprie significat, attrahendi vim habens.

Ἐφολκίδα. Ὁ τοίνυν Βλαῖσος ἐπὶ τὴν θοίνην ἀνακληθεὶς οἷον ἐφολκίδα ἄκλητον ἐπάγεται Ἀσκώνιον Παιδιανόν. ἐξῆν γὰρ καὶ ἐπικλήτους οἱονεὶ σκιὰς ἑαυτοῖς παρακαλεῖν τινας. ἐν τῷ Ἀπίκιος Μάρκος.

Ἐφολκίδα. Parvam navem, quæ a majore trahitur. [Item metaphorice, appendicem.] *Blæsus igitur ad convivium invitatus, Asconium Pædianum invocatum, tanquam appendicem, secum adduxit. Licebat enim invitatis aliquos tanquam umbras ad convivium secum adducere.* Vide in v. Ἀπίκιος Μάρκος.

Ἐφορεύειν. ἐποπτεύειν.

Ἐφορεύειν. Inspicere. Inspectorem esse.

Ἐφορεία. ἡ ἐποψία. ἡ ἐπίσκεψις.

Ἐφορεία. Inspectio. Vel, munus Ephori.

Ἐφορεία. [5] ἡ ἐπὶ τῶν ὅρων γινομένη προσαγόρευσις. ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους.

Ἐφορεία. Denunciatio, vel promulgatio, quæ fit in finibus. Demosthenes in oratione contra Aristocratem.

Ἐφορμεῖν. [6] ἀντὶ τοῦ ἐφεδρεύειν. οὕτω Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς. [7] ἐνεδρεύειν δὲ ἐν πλοίοις.

Ἐφορμεῖν. Insidiari. Ex insidiis aliquem invadere. Sic Demosthenes in *Philippicis*. Proprie autem significat, classe vel navibus aliquem invadere.

Ἐφόρμους. [8] Θουκυδίδης· Οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς ἐφόρμους ἐπ' ἀμφοτέροις τοῖς λιμέσιν ἐποιοῦντο. τὰς ἐφορμήσεις.

Ἐφόρμους. Invasiones hostiles, quæ classe fiunt. Thucydides: *Athenienses utrumque portum infesta classe invaserunt.*

1 Ἔφλα με] Aristophanes *Nubibus*, pag. 199. (124. Ed. Bas. P.)
Κᾆτ' ἔφλα με, καὶ πατοῦντε, κἀπνιγε, κἀπέτριβεν.
Ad hunc locum Suidas respexit.

2 Καλοῦνται δὲ καὶ οἱ τῆς πόλεως τὰ ὤνια ἐπισκ.] Mira interpretatio vocis ἐφόλκιον: de qua Lector proinde cogitet.

3 Ὄλπη μοι καὶ πήρη ἐφόλκια] Hæc verba sunt pars Epigrammatis in Diogenem Cynicum, quod integrum legitur Anthol. lib. III. cap. XXXIII. pag. 420.

4 Καὶ Ἀριστοφάνης Σφηξί] Pag. 447. (320. Ed. Bas. P.)

5 Ἐφορεία. ἡ ἐπὶ τῶν ὅρων γιν.] Ex Harpocratione: apud quem pro προσαγόρευσις rectius legitur προαγόρευσις.

6 Ἐφορμεῖν. ἀντὶ τοῦ ἐφεδ.] Et hæc Suidas mutuatus est ab Harpocratione; apud quem tamen vox ista plenius sic exponitur: Ἐφορμεῖν. ἀντὶ τοῦ ἐφεδρεύειν. τὸ μὲν γὰρ κυρίως τινων ὁρμεῖν, ἐπιτηρεῖν ἕως καιροῦ ἐπιθῶνται, οὕτως ἔλεγον. Quæ autem apud Suidam sequuntur, ἐνεδρεύειν δὲ ἐν πλοίοις, apud eundem desunt.

7 Ἐνεδρεύειν δὲ ἐν πλοίοις] Sensus hujus loci est imperfectus, qui sic suppleri potest, κυρίως δὲ οὕτως ἔλεγον τὸ ἐν πλοίοις ἐνεδρεύειν. Id est, *Proprie autem sic vocabant, navibus vel classe alicui insidiari.*

8 Θουκυδίδης] Lib. III. cap. VI.

Ἔφορος.

Digitized by Google

Ἔφορος. ὁ πάντων ἐπόπτης καὶ θεωρὸς Θεός.

Ἔφορος, Κυμαῖος, ἱστορικός, ὁ νεώτερος. ἔγραψε τὰς [1] Γαλιήνου ἱστορίας ἐν βιβλίοις κζ΄. Κορινθιακά. Περὶ τῶν Ἀλευάδων, καὶ ἄλλα τινά.

Ἔφορος [2] Κυμαῖος, καὶ Θεόπομπος Δαμασιστράτου, Χῖος, ἄμφω Ἰσοκράτους μαθηταί, ἀπ' [3] ἐναντίων τό, τε ἦθος καὶ τοὺς λόγους ὁρμώμενοι. ὁ μὲν γὰρ Ἔφορος ἦν τὸ ἦθος ἁπλοῦς· τὴν δὲ ἑρμηνείαν τῆς ἱστορίας ὕπτιος, καὶ νωθρός, καὶ μηδεμίαν ἔχων ἐπίτασιν. ὁ δὲ Θεόπομπος τὸ ἦθος πικρὸς καὶ κακοήθης· τῇ δὲ φράσει πολύς, καὶ συνεχής, καὶ φορᾶς μεστός· φιλαλήθης ἐν οἷς ἔγραψεν. [4] ὁ γοῦν Ἰσοκράτης τὸν μὲν ἔφη χαλινοῦ δεῖσθαι· τὸν δὲ Ἔφορον κέντρου. φυγὰς δὲ γενόμενος ὁ Θεόπομπος, ἱκέτης ἐγένετο τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος. ἐπέστελλέ τε πολλὰ [5] κατὰ Χίων Ἀλεξάνδρῳ· καὶ μέν τοι καὶ αὐτὸν Ἀλέξανδρον ἐγκωμιάσας πολλά. λέγεται δὲ καὶ ψόγον αὐτοῦ γεγραφέναι, ὃς οὐ φέρεται.

Ἐφόρουν. ἐκόμιζον. [6] Θουκυδίδης· Ἐφόρουν δὲ τὴν ὕλην εἰς αὐτό, καὶ λίθους, καὶ γῆν, καὶ εἴ τι ἄλλο ἀνύεσθαι μέλλοι ἐπιβαλλόμενον.

Ἔφοροι. [7] Περικλῆς τοὺς Ἐφόρους τῶν Σπαρτιατῶν συμπείσας ἐπὶ τῷ τῆς πόλεως συμφέροντι χρήμασι, τοῦτο μὲν τοῖς λόγοις οὐκ ἀνέγραψεν, ὡς ἂν ἀπόρρητον ὑπάρχον, καὶ πολλὴν αἰσχύνην τοῖς δωροδοκήσασι φέρον. ἐς μέν τοι τὸ δέον ἀναγέγραφεν αὐτὰ ἀνηλῶσθαι. καὶ αὖθις· [8] Οἱ δὲ Ἡρακλεῶται συμπίπτουσιν εἰς στάσιν βαρεῖαν. εἶτα ἐπανελθεῖν εἰς φιλίαν καὶ συμβιβάσεις βουλόμενοι, προαιροῦνται ἔφορον τῆς αὐτῶν ὁμονοίας τὸν Κλέαρχον. καὶ αὖθις· Ὁ δὲ πρὸς τοὺς Ἐφόρους ἔγραψεν, ὡς ἐκείνους κήρυγμα ποιήσασθαι δημοσίᾳ, τὴν τε πίτταν τῶν βαλανείων ἐξαιρεθεῖσαν, καὶ τὰς παρατιλτρίας ἐξελαυνομένας, ἐς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαθίστασθαι.

Ἔφοροι. παρὰ Λακεδαιμονίοις τὸν ἀριθμὸν ε΄, οὓς Ἐφόρους ἐκάλουν, διὰ τὸ ἐφορᾶν τὰ τῆς πόλεως πράγματα. ἐν διαδοχῇ δὲ ἦσαν.

Ἐφόσον. ἐν μέρος λόγου.

Ἐφ' ὅτῳ. ἐφ' ᾧ τινι.

Ἐφούδ. [9] τὸ μὲν ὄνομα Ἑβραϊκόν, ἑρμηνευόμενον δήλωσιν [10] ἢ λύτρωσιν σημαίνει. τὸ δὲ εἶδος αὐτοῦ σημ-



Ἔφορος. Omnium rerum inspector & spectator Deus.

Ἔφορος. Ephorus, Cumanus, Historicus, junior. Scripsit historiam Galieni libris XXVII. Corinthiaca. De Aleuadis: & alia quædam.

Ἔφορος Κυμ. Ephorus Cumanus, & Theopompus Chius, Damasistrati filius, ambo Isocratis discipuli, sed ingenio & stylo quam maxime inter se discrepantes. Nam Ephorus ingenio erat simplici, &, quod ad dictionem ejus historicam attinet, supinus, & segnis, semperque remissus. Theopompus vero ingenio erat acerbo & maligno; at dictione copiosus, & densus, & vehementiæ plenus: cæteroqui veritatis studiosus in iis, quæ scribebat. Isocrates igitur hunc quidem frænis; Ephorum vero calcaribus indigere dixit. Theopompus autem in exilium ejectus, supplex ad templum Dianæ Ephesiæ confugit. Multas etiam epistolas contra Chios ad Alexandrum scripsit; eundemque multis laudibus ornavit. Dicitur etiam vituperium ejus scripsisse; sed quod non exstat.

Ἐφόρουν. Ferebant. Portabant. Thucydides: *Portabant autem eo materiam, & lapides, & terram, & si quo alio illuc injecto opus celeriter absolutum iri videbatur.*

Ἔφοροι. Ephori. Pericles, cum Spartanorum Ephoros utilitate Reip. exigente muneribus corrupisset, idque in rationes referre nollet, ut rem arcanam, & quæ magno dedecori futura erat illis, qui dona illa acceperant: scripsit tantum, pecuniam illam in usus necessarios expensam fuisse. Et iterum: *Inter Heracleotas vero gravis seditio exorta est. Illi vero, cum in amicitiam mutuam redire & pacem inter se facere vellent, Clearchum concordiæ suæ moderatorem elegerunt.* Et iterum: *Ille vero ad Ephoros scripsit, ut per præconem publice edicerent, se pice ex balneis sublata, & mulieribus depilatricibus ex urbe expulsis, rem in pristinum statum restituere velle.*

Ἔφοροι. Ephori apud Lacedæmonios erant numero quinque: ita dicti, ab ἐφορᾶν, i. e. inspicere; quod Reip. Inspectores essent.

Ἐφόσον. Est unica pars orationis. Quatenus. Quantum.

Ἐφ' ὅτῳ. In quod. Propter quod.

Ἐφούδ. Ephud. Nomen est Hebraicum: quod, si interpreteris, *declarationem*, vel *re-*

1 Γαλιήνου] Non dubito quin scribendum sit Γαλλιηνοῦ: prout hic apud Suidam legit Raphael Volaterranus lib. XV. *Commentar. Urban.* Solenne enim est librariis duas istas voces inter se confundere, & τὸ Γαλλιηνοῦ in Γαληνοῦ, ut nomen notius, mutare: cujus παρορθώσεως exemplum & alibi apud Suidam notavi.

2 Ἔφορος Κυμαῖος, & Θεόπομπος.] Comparationem hanc Ephori & Theopompi Suidam ex Polybio desumpsisse puto.

3 Ἀπ' ἐναντίων τό, τε ἦθος, & τοὺς λ.] Sic habet MS. Paris. A. At in prioribus Editt. excusum est, ἀπ' ἐναντίων τότε ὄντων ἐς τοὺς λόγους, &c. Utraque lectio corrupta est. Scripserim, ἀπ' ἐναντίων ἠθῶν ἐς τοὺς λόγους ὁρμ. ut sit sensus, eos contrariis ingeniis præditos, ad scribendam historiam animum appulisse.

4 Ὁ γοῦν Ἰσοκράτης τὸν μὲν ἔφη χαλ.] Idem referunt Cicero in *Bruto*, & Quintil. lib. II. cap. IX.

5 Κατὰ Χίων] Priores Editt. male habent, καὶ Βραχίων. At MS. A. κατὰ Χίων, quæ lectio recte se habet. Theopompus enim erat Chius: qui cum a popularibus suis in exilium pulsus esset, graviter eos in epistolis ad Alexandrum criminatus est, ut Regem illum adversus patriam suam incitaret. Hic enim est loci hujus sensus.

6 Θουκυδίδης] Lib. II. cap. LXXV.

7 Περικλῆς τοὺς Ἐφόρους τῶν Σπαρτ.] Plenius hæc traduntur supra v. Δέον, & infra v. Εἰς τὸ δέον.

8 Οἱ δὲ Ἡρακλεῶται συμπίπτ.] Locus hic longe auctior legitur infra v. Κλέαρχος.

9 Ἐφούδ.] In MSS. Paris. vox hæc absque interpretatione legitur.

10 Δήλωσιν ἢ λύτρωσιν σημαίνει] Male. Significatio enim & etymologia vocis Ephud nihil cum hac interpretatione commune habet. Sed video, quid Suidam deceperit. Lapilli pretiosi, quibus Ephud, sive pectorale summi Pontificis Judæorum distinctum erat, & per quos Deus arcana quadam ratione voluntatem suam manifestare solebat, ab Hebræis appellabantur *Urim* & *Thummim*; quod LXX Interpretes reddunt, δήλωσις καὶ ἀλήθεια. Hanc interpretationem Suidas in mente habuit, sed qui pro ἀλήθεια non recte hic sub-

θαυμαστὸν ἦν, ὕφασμα δίκην περιστηθίου ἐκ χρυσοστήμου τέχνης ποικίλης πεποιημένον. καὶ ἐν μὲν τῷ μέσῳ εἶχεν ὥσπερ ἀστέρα ὁλόχρυσον· ἑκατέρωθεν δὲ αὐτοῦ δύο σμαράγδους, ἔχοντας ἀνὰ ἓξ τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τῶν σμαράγδων, λίθον ἀδάμαντα. ἡνίκα γοῦν ἔμελλεν ὁ ἱερεὺς ἐρωτᾷν τὸν Θεὸν περί τινος κεφαλαίου, ἐδέσμει αὐτὸ ἐν τῇ ἐπωμίδι κατὰ τὸ μέσον τοῦ στέρνου, καὶ ἐπετίθει τὰς χεῖρας αὐτοῦ ὑποκάτωθεν, καὶ εὑρίσκετο ἐν ταῖς παλάμαις αὐτοῦ ἐξηπλωμένον ὥσπερ πυξίον· καὶ ἀποβλέπων εἰς τὸ Ἐφοὺδ, ἠρώτα τὸν Θεὸν τὸ ἐρώτημα. καὶ εἰ μὲν ἀρεστὸν ἦν τῷ Θεῷ τὸ ἐρώτημα, εὐθέως ἤστραπτεν ὁ ἀδάμας λίθος, καὶ ἐφεγγοβόλει, ἀκτῖνας ἐκπέμπων. εἰ δὲ οὐκ ἦν ἀρεστὸν, ἔμενεν ἐν τῇ ἰδίᾳ τάξει ὁ λίθος. εἰ δὲ ἔμελλεν ὁ Θεὸς εἰς μάχαιραν παραδιδόναι τὸν λαὸν, ἐγίνετο αἱματώδης· εἰ δὲ [1] θανατικὸν ἔμελλεν, ἐγίνετο μέλας.

*demptionem* significat. Quod ad formam ejus attinet, erat palmi magnitudine, pectorali simile, & ex auro artificiose contextum. In medio habebat veluti stellam totam auream: utrinque vero duos smaragdos, quibus insculptæ erant XII. Tribus Israeliticæ; singulis sex. In medio vero horum smaragdorum erat adamas. Cum igitur sacerdos Deum de aliqua re consulturus erat, Ephod epomidi alligatum, medio pectori applicabat, manu ei supposita; & in palmis ejus reperiebatur explicatum instar pugillarium: in quod sacerdos intuens, Deum interrogabat. Si igitur id, de quo Deum consulebat, ei placuisset, adamas confestim coruscabat, fulgorem & radios emittens. Sin secus, naturalem colorem servabat. Porro, si Deus populum suum ferro hostili perditurus erat, adamas colore sanguineo suffundebatur: si vero pestilentiam vel luem eidem immissurus erat, niger fiebat.

Ἐφ' ᾧ. ἐπὶ τούτῳ. Πολύβιος· Ὁ δὲ Μάρκος δοὺς πίστεις ὑπὲρ ἀσφαλείας, ἔπεισεν αὐτοὺς ἐκχωρεῖν εἰς Ἰταλίαν, ἐφ' ᾧ λαμβάνοντας μέτρημα παρὰ τῶν Ῥηγίνων, πορθεῖν τε Βρεττιανὴν χώραν ὄντας, ὡς ἂν ἐκ τῆς πολεμίας ὠφεληθῶσι. καὶ αὖθις· [2] Καὶ συνέθεντο μεθέξειν τῆς κοινῆς συμμαχίας, ἐφ' ᾧ λαμβάνειν κ' τάλαντα κατ' ἐνιαυτόν.

Ἐφ' ᾧ. Ea conditione. Polybius: *Marcus vero data publica fide, ipsis persuasit, ut Italiam peterent, & commeatu a Rheginis accepto, Brutorum agrum vastarent, postquam eo potiti essent, & ex hostico victum sibi compararent.* Et iterum: *Et ad communem societatem sese adjuncturos esse promiserunt his legibus, ut annua vicena talenta acciperent.*

Ἐφώδευσαν. ἐπέτρεχον. Incurrerunt. Invaserunt.

Ἐφ' ᾧ πάρει; καὶ Χριστὸς πρὸς τὸν Ἰούδαν· Ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει; ἀντὶ τοῦ, οὗ χάριν παραγέγονας; Qua de causa venisti, vel ades? Sic Christus ad Judam dicit: *Amice, qua de causa ades?*

Ἐφωδήγει. ἐποδήγει δέ. Itineris dux erat. [Scribitur per φ.] At ἐποδήγει, [per π.]

Ἐφραθᾶ. τόπος. ὅ ἐστι Βηθλεέμ. [3] παρ' Ἑβραίοις δὲ Μαρία σημαίνει τὸ Ἐφραθᾶ. Ephratha. Locus. Id est, Bethleem. Apud Hebræos vero Ephratha significat Mariam.

Ἐφραίμ. ὄνομα κύριον. Ephraim. Nomen proprium.

Ἐφραῖος. ὄνομα κύριον. Ephræus. Nomen proprium.

Ἔφριξα. τὰς τρίχας ὀρθώθην. [4] ἐπυκνώθην. Ὅμηρος· Ἔφριξε δὲ μάχη. καὶ [5] Σοφοκλῆς·
Ἔφριξ' ἔρωτι, περιχαρὴς δ' ἀνεπτάμην.
ἀντὶ τοῦ, ὀρθώθην τῇ ἡδονῇ. ἀνεπτερώθην.

Ἔφριξα. Horrui. Capilli præ horrore mihi steterunt. Sum animo ob metum contracto. Homerus: *Pugna vero horruit.* Et Sophocles: *Animo ob gaudium erecto sum, & lætitia gestio.* Vel, erectus sum gaudio, & lætitia efferor.

Ἐφρύαξαν. [6] ἐταράχθησαν. Turbati sunt. Fremuerunt.

Ἐφοινίσσετο. ἠρυθραίνετο. [7] Αὐτίκα οὖν τῷ πληκτικῷ τοῦ λόγου συγχέας τὸ πρόσωπον ἐφοινίσσετο. Rubefiebat. Erubescebat. *Ille autem verbis objurgatus, confuso vultu statim erubescere cœpit.*

Ἔφυ. ἐγένετο. Natus est. Fuit. Est.

Ἔφυγον [8] κακὸν, εὗρον ἄμεινον. τάττεται ἐπὶ τῶν ἀπὸ κακοῦ εἰς κρεῖττον ἐλθόντων. ἔθος γὰρ Ἀθήνησι

Ἔφυγον κακὸν, &c. *Effugi malum, inveni melius.* Dicitur hoc de iis, quorum conditio e deteriore fit melior. Moris enim erat Athe-

stituit λύτρωσις: & deinde voci *Ephud* male tribuit, quod, ut diximus, ad *Urim* & *Thummim* pertinet.

1 Θανατικόν] Portus emendat θανατικῶν: quod probo.

2 Καὶ συνέθεντο μεθ.] Hæc sunt verba Polybii lib. IV. cap. XXIX. sed ubi legitur συνέθετο, numero singulari.

3 Παρ' Ἑβραίοις δὲ Μαρία σημαίνει τὸ Ἐφρ.] Somnians ne an vigilans hæc scripsisti, o bone? Quis enim tibi hic fidem habeat? Aut potius, quis mentem tuam hic intellexerit? Sed cum nugis confligari non soleo.

4 Ἐπυκνώθην] An potius ἐπαχνώθην? Hesychius: Παχνοῦται, θυμοῦται. πήσσει] (παρὰ τὴν πάχνην) ΦΡΙΣΣΕΙ, λυπεῖται, ἀνιᾶται.

5 Σοφοκλῆς] *Ajace*, pag. 42. ut Portus monuit.

6 Ἐφρύαξαν. ἐταράχθησαν] Respexit Suidas ad locum illum Psalmi secundi: Ἵνα τί ἐφρύαξαν τὰ ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; Theodoretus ibi τὸ ἐφρύαξαν exponit, ἠλαζονεύσαντο.

7 Αὐτίκα οὖν τῷ πληκτικῷ τοῦ λ.] Fragmentum hoc legitur in Eclogis Legationum e Menandro excerptis, pag. 105.

8 Ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμ.] Dictum hoc non solum in nuptiis apud veteres Athenienses usurpari solebat, ut Suidas in sequentibus tradit, sed etiam in initiationibus, ut discimus ex oratione Demosthenis pro Ctesiphonte, pag. 350. ubi inter alia & hæc leguntur: Καὶ καθαίρων τοὺς τελουμένους, καὶ ἀπομάττων τῷ πηλῷ καὶ τοῖς πιτύροις, καὶ ἀνιστὰς ἀπὸ τοῦ καθαρμοῦ, κελεύων λέγειν, ΕΦΥΓΟΝ ΚΑΚΟΝ, ΕΥΡΟΝ ΑΜΕΙΝΟΝ.

ἐν

ἐν γάμοις [1] στρέφεσθαι ἀμφιθαλῆ παῖδα, ἀκάνθας μετὰ δρυΐνων καρπῶν φέροντα, καὶ λίκνον πλῆρες ἄρτων, καὶ λέγειν τὸ προκείμενον, αἰνιττόμενος τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολήν. τὸ γὰρ ἐκ τῶν δρυῶν καὶ ἀκανθῶν στέμμα, κακὸν ἔλεγον.

Ἔφυδρος. Ὕδωρ ἐπάγων. Κολυμβηταῖς ἐφύδροις. Ὑφύδρους δὲ ἁλύσεις διατείνας διὰ τοῦ στόματος τοῦ λιμένος.

Ἐφ' ὕδωρ. [2] ἐν ταῖς πρὸς ὕδωρ δίκαις ἐλάγχανεν ὁ ἐπιμελησόμενος τούτου.

Ἐφυλάξατο. ἐξέκλινεν. εἶκεν. Τὰ μαλακὰ καὶ γεώδη ἢ ψαμμώδη ἐφυλάξατο διὰ τὰς ἐσομένας ὑφιζήσεις.

Ἐφύμνιον. τὸ ἐπὶ τῷ ὕμνῳ ᾆσμα.

Ἐφῦντο. ἐνέφυσαν. Σφόδρα [3] ἐπεβάλλοντο, ὥστε δοκεῖν συμπεφυκέναι.

Ἐφύπερθεν. ὑπεράνω.

Ἔφυρον. ἔβρεχον. ἢ ἔπλυνον.

Ἐχάτιζεν. ἐχρῄζεν.

Ἐχέγγυον, ἀσφαλῆ.

Ἀλλ' [4] ὥσπερ ἔλαβες τὸν ἱκέτην ἐχέγγυον,
Ῥύου με καὶ φύλασσε. ——————

Ἐχέγγυος. ὁ ἀσφαλὴς ἐγγυητής. ὁ διὰ πίστεως ἄξιος. [5] παρὰ δὲ Θουκυδίδῃ, ἰσχυρὸν, ἐγγυῆσαι δυνάμενον.

Ἔχε δή. ἀντὶ τοῦ ἄγε δή. ἢ ἄρα δή. πρόσεχε. ἤ τι τοιοῦτο.

Ἐχέδημος. ὄνομα κύριον.

Ἔχεεν. ἔχωσεν.

Ἐχεκρατίδας, καὶ Ἐχεκρατίδης. ὁ τοῦ Ἐχεκράτου παῖς.

Ἐχεμυθεῖ. ἔχει ἐν ἑαυτῷ τὸν λόγον.

Ἐχεμυθία. σιωπή. μυστήρια.

Ἐχέμυθος. μυστήριον κρυπτὸν φυλάττων. ἢ φρόνιμος. [6] Ἦν δὲ ἐχέμυθος ἐς τὰ μάλιστα καὶ κρυψίνους· ἀλλ' εἴς τε συναύξησιν ἀρετῆς καὶ [7] κακίας μείωσιν, ὅλην ἐξεκέχυτο τὴν ψυχήν.

Ἐχεμυθότατος. ὁ φρονιμώτατος.

Ἐχενηΐς. ἡ κρατοῦσα τὴν ναῦν ἄγκυρα. [8] ἐν Ἐπιγράμματι·

Ἀγκυράν τ' ἐπὶ τοῖς ἐχενηΐδα, δεσμὸν ἀέλλης.

Ἐχενηΐς. γένος ἰχθυδίου, ὃ ἐστιν ἄβρωτον. μέγεθος δ' ἔχει κωβιοῦ, καὶ πτέρυγας δ'. χρῶνται δέ τινες αὐτῷ πρὸς φίλτρα καὶ δίκας. εἴληφε δὲ τὸ ὄνομα

nis, ut puer, cujus uterque parens viveret, spinis & glandibus in nuptiis coronaretur, vannumque plenam panibus ferens, ante dictam sententiam pronuntiaret, significans rerum mutationem in melius. Coronam enim ex spinis & glandibus contextam malum dicebant.

Ἔφυδρος. Aquam inducens. In aquæ superficie versans. *Urinatoribus in aqua versantibus.* [At ὕφυδρος, sub aqua latens.] *Cum per ostium portus catenas sub aqua latentes extendisset.*

Ἐφ' ὕδωρ. Ad aquam. In causis, quæ ad clepsydram agebantur, forte aliquis constituebatur, qui ejus rei curam gereret.

Ἐφυλάξατο. Cavit. Declinavit. Vitavit. *Mollia & terrestria & arenosa loca vitabat, utpote vestigiis cedentia.*

Ἐφύμνιον. Carmen, quod post hymnum canitur.

Ἐφῦντο. Inhærebant. Firmiter inhærebant, vel adhærebant. *Tam arcte conjuncta erant, ut coaluisse viderentur.*

Ἐφύπερθεν. Superne. Super. Supra.

Ἔφυρον. Rigabant. Miscebant. Aqua macerabant. Vel, lavabant.

Ἐχάτιζεν. Indigebat.

Ἐχέγγυον. Tutum. Firmum. [Sophocles:] *Sed quemadmodum supplicem me suscepisti, ut defenderes, sic etiam me tuere & ab injuria immunem præsta.*

Ἐχέγγυος. Sponsor fide dignus, & cui tuto credere possis. Apud Thucydidem vero metaphorice sic dicitur firmus, & cui tanquam idoneo sponsori fidere queas.

Ἔχε δή. Age igitur. Vel, Eja igitur. Ergo. Attende. Vel aliquid hujusmodi.

Ἐχέδημος. Echedemus. Nomen proprium.

Ἔχεεν. Pro ἔχωσεν. Aggerem excitavit.

Ἐχεκρατίδας, & Ἐχεκρατίδης. Echecratis filius.

Ἐχεμυθεῖ. Silet. Tacet.

Ἐχεμυθία. Silentiũ. Taciturnitas. Mysteriũ.

Ἐχέμυθος. Qui mysterium occultum servat. Vel prudens. Taciturnus. *Erat autem maxime taciturnus & dissimulator: sed ad augendam virtutem & imminuenda vitia omni studio incumbebat.*

Ἐχεμυθότατος. Prudentissimus. Valde taciturnus.

Ἐχενηΐς. Ancora navem retinens. In Epigrammate: *Ancoramque præter hæc, retentricem navis, vinculumque procellæ.*

Ἐχενηΐς. Remora. Genus pisciculi, quod esui non est: gobium magnitudine æquans, & quatuor pinnas habens. Quidam eo

1 Στρέφεσθαι] Lege στέφεσθαι. Sic enim habet Hesychius, & patet ex iis, quæ hoc ipso loco apud Suidam sequuntur.

2 Ἐφ' ὕδωρ. ἐν ταῖς πρὸς ὕδ.] Vide quæ notavimus supra ad v. Διαμεμετρημένη ἡμέρα.

3 Ἐπεβάλλοντο] Malim συνεβάλλοντο.

4 Ἀλλ' ὥσπερ ἔλαβες τὸν ἱκ.] Hæc sunt verba Sophoclis in *Oedip. Colon.* pag. 281. ut Portus observavit.

5 Παρὰ δὲ Θουκυδίδῃ] Respexit Suidas ad locum illum Thucydidis, qui exstat lib. III. cap. XLVI. Οὐκοῦν χρὴ ἐπὶ τῶν ἐκουσίων τῇ ζημίᾳ ὡς ἐχεγγύῳ πιστεύσαντας, χεῖρον βουλεύσασθαι. Scholiasta: Ἐχεγγύῳ. βεβαίῳ. ἰσχυρῷ. ἐγγύησαι δυναμένῳ.

6 Ἦν δὲ ἐχέμυθος ἐς τὰ μάλιστα καὶ κρυψ.] Hæc sunt verba Damascii de Isidoro philosopho, ut docet ipse Suidas infra v. Ἰδιώτης, ubi locus hic repetitur.

7 Κακίας μείωσιν] In prioribus Editt. ridicule legitur, κωμῳδίας μείωσιν: quod Portus bona fide *comœdiæ imminutionem* verterat. Sana, quam hic exhibuimus, lectio, non solum occurrit in MSS. Paris. sed etiam apud ipsum Suidam infra v. Ἰδιώτης. v. Μεῖον, & v. Ὅλην ἐξεκέχυτο: ubi hic ipse locus repetitur.

8 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. VI. cap. III. pag. 549.

ἀπὸ

ἀπὸ τοῦ ἔχεσθαι τῶν θυσιῶν νηῶν· ὃ καὶ ναυκράτης καλεῖται. ὁ [1] ἅγιος Βασίλειος περὶ τούτου φησίν.

adhæreat, easque retineat: unde etiam ναυκράτης appellatus est; quasi dicas, navis retentor. De hoc S. Basilius verba facit.

Ἐχέπωλος.[2] ὁ ἔχων ἵππους.

Ἐχέτλη. ἡ χειρολαβὴ τοῦ ἀρότρου. [sic: ἡ ἀρότρου τὸ κράτημα]

Ἔχετον. ἀντὶ τοῦ ἐχέτωσαν. δυϊκῶς. Καὶ λέγετον τοῦτο Τίμαιος καὶ Ἀναξιμένης, ἔχετον δὲ καὶ Κλείταρχον αὐτοῖς ὁμόνοιαν εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτήν. καὶ ἐχέτην, δυϊκῶς, ἀντὶ τοῦ εἶχον.

Ἔχετος. τύραννος ἀπηνὴς καὶ σκληρός. [3] Ὅμηρος·

Πέμψω σ' Ἤπειρόνδε, βαλὼν ἐν νηῒ μελαίνῃ,
Εἰς Ἔχετον βασιλῆα, βροτῶν δηλήμονα πάντων,
Ὅς κ' ἀπὸ ῥῖνα τάμῃσι, καὶ οὔατα νηλέϊ χαλκῷ·

καὶ ἕτερος· [4] Ἐκπέμπεται δὲ ὁ Φῆστος, τὸν ποιητικὸν καὶ μυθώδη Ἔχετον, καὶ εἴ δή τις ἄλλος ἐκ Σικελίας ἢ Θετταλίας, [5] χρυσὸν ἀποδείξων καὶ πανήγυριν.

Ἐχέτω. κρατείτω. [6] Ἀριστοφάνης·
Ἐχέτω δὲ πνοιὰς νήνεμος αἰθήρ·
Κῦμα δὲ πόντου μὴ κελαδείτω
Γλαυκόν.

Ἐχέφρων. συνετός.

Ἔχει αὐτὸν ὁ τοῦ θανάτου ζόφος χαλινώσας. ἀντὶ τοῦ, τέθνηκεν.

Ἔχει ὁ ἀνὴρ γυναῖκα. ἔχεται δὲ ἡ γυνὴ ὑπὸ τοῦ ἀνδρός.

Ἐχειρώθη. ἐκρατήθη.

Ἔχεις [7] τι; ἐπὶ τῶν ἀγρευόντων [8] ἤτοι ὄφιν, ἢ ἰχθύν. λέγεται δὲ τὸ ἔχεις τι; ἀντὶ τοῦ, εἴληφάς τι. συνεβούλευε γὰρ αὐτῷ ὁ Σωκράτης ὥσπερ [9] ἀναπτῆναι τὴν διάνοιαν, ἐάσαντα τὴν φροντίδα, τῇ τῶν ἀγρευόντων χρησάμενος λέξει. τοῖς γὰρ ἁλιεῦσι καὶ τοῖς ὀρνιθοθήραις οὕτω φασίν· Ἔχεις τι; ὁ δὲ γέρων φησί, Μὰ τὸν Δί', οὐδὲν ἔγωγε. οὐδὲν πάνυ; οὐδέν. πλὴν τὸ πέος ἐν τῇ δεξιᾷ. τουτέστι, τὸ αἰδοῖον. καὶ [10] μιμεῖσθαι τὸν δερμύλλοντα ἑαυτόν.

Ἐχεῖτο. ἐξεκέχυτο.

Ἐχηρώθησαν. ἀνδρῶν ἐστερήθησαν. ἐχήρευσαν.

Ἐχήρωσεν. ἐστέρησεν. Ὁ δὲ τῶν ἀγαθῶν τὴν βασιλείαν ἐχήρωσεν ἁπάντων.

Ἐχίδιον. τὸ ὀφίδιον.

Ἔχιδνα. ὄφις.

Ἐχινὰς, Ἐχινάδος. ὄνομα νήσου.

ad philtra & judicia utuntur. Nomen autem inde accepit, quod navibus currentibus

Ἐχέπωλος. Equos habens.

Ἐχέτλη. Stiva.

Ἔχετον. Dualiter, pro ἐχέτωσαν. Habeant. Dicant hoc Timæus & Anaximenes, habeantque secum consentientem Clitarchum. Et ἐχέτην, dualiter, pro εἶχον, habebant.

Ἔχετος. Echetus. Tyrannus sævus & crudelis. Homerus: *Mittam te in Epirum, in navem nigram conjectum, ad Echetum Regem, communem mortalium perniciem: qui nasum tibi amputabit & aures sævo ferro.* Et alius [inquit:] *Festus vero* [*in Asiam*] *mittitur, qui crudelitate sua effecturus erat, ut Homericus & fabulosus ille Echetus, & si qui alii olim fuerunt in Sicilia & Thessalia tyranni, cum eo collati, aurum & festivitas quædam viderentur.*

Ἐχέτω. Retineat. Teneat. Coerceat. Aristophanes: *Coerceat vero ventos tranquillus æther, fluctusque glaucus maris ne resonet.*

Ἐχέφρων. Prudens. Cordatus.

Ἔχει αὐτὸν ὁ τοῦ θανάτου. Mortis tenebræ eum vinctum tenent. Id est, mortuus est.

Ἔχει ὁ ἀνὴρ γυναῖκα. Vir habet uxorem. At uxor habetur a viro.

Ἐχειρώθη. Captus est. In potestatem redactus est.

Ἔχεις τι; Cepistine aliquid? De venatoribus dicitur, qui vel avem, vel piscem ceperunt. Suadebat enim ei Socrates, ut mentem & meditationem velut suspenderet, aucupum voce utens. Ex piscatoribus enim & aucupibus vulgo quæri solet, *Habes ne aliquid?* Senex autem respondet: *Nihil, per Jovem.* Socr. *Nil prorsus?* Streps. *Nihil profecto, præter penem in dextra.* Imitabatur enim masturbantem.

Ἐχεῖτο. Fundebatur. Effundebatur.

Ἐχηρώθησαν. Viduatæ sunt. Viris orbatæ sunt.

Ἐχήρωσεν. Viduavit. Privavit. Orbavit. *Ille vero regnum omnibus bonis privavit.*

Ἐχίδιον. Parva vipera.

Ἔχιδνα. Vipera.

Ἐχινάς. Nomen insulæ. Echinas.

1 Ὁ ἅγιος Βασίλειος περὶ τούτου φησ.] Homil. VII. in *Hexaemeron*, circa finem, ubi sic inquit: Ὅταν δὲ ἀκούσῃς, ὅτι τὰ μέγιστα τῶν πλοίων ἱστιοδρομοῦντα ἐξ οὐρίας φερόμενα τὸ μικρότατον ἰχθύδιον ὁ ἐχενηῒς οὕτω ῥᾳδίως ἵστησιν, ὥστε ἀκίνητον ἐπὶ πλεῖστον φυλάσσειν τὴν ναῦν ὥσπερ καταῤῥιζωθεῖσαν ἐν τῷ πελάγει, ἆρ' οὐχὶ καὶ ἐν τῷ μικρῷ τούτῳ τὴν αὐτὴν τοῦ κτίσαντος δυνάμεως λαμβάνεις ἀπόδειξιν; Sed hanc fabulam de remora pisce, quam & Ælianus & alii in literas referre non dubitarunt, ratio & experientia satis refellunt.

2 Ἐχέπωλος] Est vox Homerica Il. Ψ. v. 296.

3 Ὅμηρος] Odyss. Σ. v. 83. 84. 85.

4 Ἐκπέμπεται δὲ ὁ Φῆσ.] Scribe, ἐκπέμπεται δὲ ὁ Φῆστος εἰς τὴν Ἀσίαν, ut recte legitur infra v. Φῆστος, ubi monemus fragmentum hoc ex Eunapio depromptum esse. Cæterum, Portus a vero hujus loci sensu quam longissime aberravit, ut ex versione ejus patet, quæ sic se habet: *Emittit autem Festus poeticum & fabulosum Echetum, & si quis alius hujusmodi erat, ex Sicilia, vel Thessalia, suum aurum & conventum & celebritatem ostentaturus.* Præstitisset sane nullam hic dare versionem, quam talibus ineptiis chartas conspurcare. Vide nostram versionem, in qua verum hujus loci sensum expressimus.

5 Χρυσὸν ἀποδείξων καὶ παν.] Sensus est is, quem in versione expressimus. Græci enim, cum significare volunt, rem aliquam alteri longe præferendam esse, dicere solent, eam *aurum* videri, si cum altera re comparetur. Proverbium hoc cum apud alios scriptores occurrit, tum etiam apud ipsum Suidam infra v. Μακρός, & supra v. Ἐπιχλευάσας, ubi vide quæ notavimus.

6 Ἀριστοφάνης] *Thesmophor.* circa initium.

7 Ἔχεις τι; ἐπὶ τῶν ἀγρευόντων ἤτοι ὄφ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Nubes*, pag. 168. (98. Ed. Bas. *P.*)

8 Ἤτοι ὄφιν] Lege, ἤτοι ὄρνιν, ut habet Enarrator Comici loco laudato.

9 Ἀναπτῆναι] Scribe ἀναπτερῶσαι, ut legitur apud Scholiastam Aristophanis.

10 Καὶ μιμεῖσθαι τὸν δερμύλ.] Locus hic est mutilus, quem ex Scholiasta Comici supplebis.

Ἐχῖνος

Ἐχῖνος τὸν τόκον ἀναβάλλει. λέγεται ἐφ' ὧν τὸ ἀναβάλλεσθαι πρὸς χεῖρον γίνεται. καὶ γὰρ οἱ χερσαῖοι ἐχῖνοι δοκοῦσι κεντούμενοι ἀνέχειν τὸν τόκον· εἶθ' ὕστερον ὑπὸ τραχυτέρων τῶν ἐμβρύων χάκιον ἀπαλλάσσειν ἐν τῷ τόκῳ. ἐχῖνος δὲ καὶ τὸ ζῶον, καὶ ἡ γαστὴρ τοῦ βοός. ἐν [1] Ἐπιγράμμασι·

Ὀξέσι λαχνήεντα δέμας κέντροισιν ἐχῖνον.

καὶ αὖθις·

Κάμαυλος [2] τὸν ἐχῖνον ἰδὼν ἐπὶ νῶτα φέροντα
Ῥᾶγας, ἀπέκτεινε τῷδ' ἐπὶ θηλοπέδῳ.

Ἐχῖνος.

Τοῖς [3] δὲ Νηρεὺς τῶν ἐχίνων τοῖς σάλοις
Προβλεπτικὰς δίδωσιν ἐν βυθῷ κόρας,
Ὅπως φύγωσι πρὸ ζάλης τὰ τῆς ζάλης.

καὶ παροιμία· Πρὶν δὲ δύο ἐχῖνοι ἐς φιλίαν ἔλθοιεν. ὁ μὲν ἐκ πελάγους, ὁ δὲ ἐκ χέρσου. ἐπὶ τῶν ἀνομοίων.

Ἐχίνους. τοὺς χοιρογρύλλους.

Ἐχῖνος. [4] ἀγγεῖόν τι, εἰς ὃ τὰ γραμματεῖα τὰ πρὸς τὰς δίκας ἐτίθετο. μνημονεύει Δημοσθένης τοῦ ἄγγους τούτου, ἀλλὰ καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ Ἀριστοφάνης. ἔστι δὲ καὶ πόλις, ἧς μνημονεύει Δημοσθένης ἐν ε΄ Φιλιππικῶν. ἔστι δέ τι καὶ ζῶον χερσαῖον, καὶ θαλάττιον ὄστρεον.

Ἐχῖνοι. [5] οἱ μὲν, χαλκοῖ· οἱ δὲ, ἐκ κεράμου· εἰς οὓς καθιᾶσιν οἱ διαιτηταὶ τὰ γραμματεῖα τῶν μαρτυριῶν, ἅ τινες ἐμαρτύρησαν, καὶ κατασημηνάμενοι μετὰ ταῦτα, εἰ ἐγκληθείη ἡ δίαιτα, τοῖς δικασταῖς ἐπεδίδουν.

Ἐχίων. ὄνομα κύριον. καὶ συστέλλει. ἦν δὲ ὠκύπαλος ποσίν.

Ἔχις. εἶδος ὄφεως. ἀπὸ τοῦ κατέχειν. διότι μόνος τῶν ὄφεων οὐκ ᾠοτοκεῖ, ἀλλὰ ζῳοτοκεῖ. ἡ δοτικὴ τῷ ἔχι. καὶ ἐχίδιον. λέγεται καὶ αἱμόῤῥους γένος ἔχεως, ἐν τοῖς πετρώδεσι χηραμοῖς ἔχον τὰς διατριβάς.

Ἐχθραντέος. [6] Σοφοκλῆς·

Ὅτ' ἐχθρὸς ἡμῖν, ἐς τοσόνδ' ἐχθραντέος,
Ὡς καὶ φιλήσων αὖθις. ἔς τε τὸν φίλον
Τοιαῦθ' ὑπουργῶν ὠφελεῖν βουλήσομαι,
Ὡς αἰὲν οὐ μενοῦντα.

Δεῖ, φησὶ, προσέχειν τοῖς ἐχθροῖς, ὡς αὖθις φίλοις ἐσομένοις· καὶ τοῖς φίλοις, ὡς ἐχθροῖς. συμμέτρως οὖν φησι χρῆσθαι τοῖς πράγμασι.

Ἐχθαίρει. αἰτιατικῇ. μισεῖ.

Ἔχθημα. μῖσος.

Ἔχθιον. ἐχθρότερον. Σοφοκλῆς·

Ἐχῖνος τὸν τ. *Erinaceus partum differt.* Dicitur de iis, qui aliquid malo suo differunt. Erinacei enim terrestres, cum a fœtu pungi incipiunt, partum tamen differunt. Postea vero, cum fœtus asperior evasit, majore cum incommodo & molestia partu defunguntur. Ἐχῖνος vero & erinaceum animal significat, & ventrem bovis. In Epigrammate: *Acutis hirsutum aculeis corpus habentem erinaceum.* Et iterum: *Rusticus erinaceum videns dorso portantem uvas, hac in area interfecit.*

Ἐχῖνος. Erinaceus. *Nereus autem erinaceis in profundo maris oculos dat, quibus futurum prævidere queant, ut ante tempestatem tempestatis incommoda fugiant.* Et proverbium: *Prius vero duo erinacei amicitiam inter se ineant.* Alter nimirum marinus, alter vero terrestris. Dicitur de iis, qui valde dissimiles sunt.

Ἐχίνους. Hystrices. Erinaceos.

Ἐχῖνος. Vas quoddam, sive capsa, in qua instrumenta litis reponebantur. Ejus meminit Demosthenes; itemque Aristoteles & Aristophanes. Erat etiam urbs, sic appellata, cujus mentionem facit Demosthenes in quinta Philippica. Sic etiam vocatur animal quoddam terrestre; itemque ostreum marinum.

Ἐχῖνοι. Echini, sive capsæ judiciales. Harum aliæ erant æreæ, aliæ vero fictiles: in quas arbitri tabellas testimoniorum conjiciebant, easque postea, si quis arbitrium illud culparet, obsignatas judicibus tradebant.

Ἐχίων. Echion. Nomen proprium: quod corripit [penultimam.] Erat autem insigni velocitate pedum præditus.

Ἔχις. Vipera. Sive genus serpentis: sic dictum a κατέχειν, i. e. continere. Sola autem vipera inter serpentes non est ovipara, sed vivipara. Dativus est τῷ ἔχι. Et ἐχίδιον, parva vipera. Est & αἱμόῤῥους genus viperæ, in saxosis latibulis degens.

Ἐχθραντέος. Odio prosequendus. Sophocles: *Et inimicus nobis ita odio prosequendus est, ut qui rursus amare nos possit. Et amicum ita opera & officiis meis juvabo, ut qui talis semper mansurus non sit.* Oportet, inquit, inimicos ita odisse, ut qui amici rursus futuri sint: & amicos ita amare, ut qui aliquando possint esse inimici. Moderationem ergo in rebus servandam esse monet.

Ἐχθαίρει. Accusativo jungitur. Odit.

Ἔχθημα. Odium.

Ἔχθιον. Odiosius. Magis inimicũ. Sophocles:

1 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Anthol. lib. vi. cap. vii. Epigr. iv. ut Portus observavit.

2 Κάμαυλος τὸν ἐχ.] Et hoc distichum legitur Anthol. lib. vi. cap. vii. ut iisdem Portus observaverat.

3 Τοῖς δὲ Νηρεὺς τῶν ἐχίνων τοῖς σ.] Tres hi versus Jambici leguntur apud Pisidem in Κοσμοποιΐᾳ, v. 1133. 1134. 1135. Versus autem primus apud Suidam corruptus est, qui apud Pisidem sic se habet:

Πολλοῖς δὲ Νηρεὺς τοῖς ἐχίνοις ὤπασεν.

Vox ultima in isto versu mihi non placet, pro qua si quis legendum censuerit τὸ πάλαι, me non habebit dissentientem.

4 Ἐχῖνος. ἀγγεῖόν τι, εἰς ὃ τὰ γραμματεῖα τὰ πρ.] Ex Harpocratione.

5 Ἐχῖνοι. οἱ μὲν, χαλκ.] Ex Enarratore Comici ad *Vespas*, p. 533. (362. Ed. Bas. P.) Confer etiam Nostrum supra v. Διαιτηταί.

6 Σοφοκλῆς] *Ajace* pag. 41. ut Portus monuit. Cæterum, tam apud Sophoclem, quam hic apud Suidam versus primus mendo laborat, quo sensus Tragici non parum obscuratur. Nam pro, ὅτ' ἐχθρὸς ἡμῖν, levissima mutatione scribendum est, ὅ, τ' ἐχθρὸς ἡμῖν: quam lectionem in versione secutus sum. Confer Nostrum supra v. Ἄγαν, ubi idem locus Sophoclis legitur.

Βουλῆς γὰρ οὐδέν ἐστιν ἔχθιον κακῆς.
Ταύταις ἐγὼ ζῆν τοῖς νόμοις οὐ βούλομαι.

Ἔχθιστος. ἐχθρότατος.

Ἐχθοδοπεῖν.[1] ἐχθροποιεῖν.

Ἐχθόμενος. ἐχθρὸς, ἢ μισούμενος.

Ἔχθος. ἔχθρα. μῖσος.

Ἐχθραίνει. δοτικῇ. ἐχθρὸν ποιεῖ. καὶ ἐχθρεῦσαι. ἐχθρεὺς γενέσθαι. ἐχθρεῦσαί φασιν ἀετὸν καὶ κάνθαρον, ἐκ τοῦ ἑκάτερον αὐτῶν θατέρου τὰ ᾠὰ διασπᾶν.

Ἐχθρὸς, καὶ ἐκδικητής. παρὰ τῷ Δαβὶδ ὁ Διάβολος.

Ἐχθροδῶς. ἀπεχθῶς. κακῶς.

Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κοὐκ ὀνήσιμα. ὁ Αἴας φησίν·

[2] Ἀλλ' εἶμι πρός τε λουτρὰ, καὶ παρακτίους
Λειμῶνας, ὡς ἂν λύμαθ' ἁγνίσας ἐμὰ,
Μῆνιν βαρεῖαν ἐξαλύξωμαι Θεᾶς.
Μολὼν δὲ χῶρον, ἔνθ' ἂν ἀστιβῆ κίχω,
Κρύψω τόδ' ἔγχος τοὐμὸν ἔχθιστον βελῶν,
Γαίας ὀρύξας, ἔνθα μή τις ὄψεται,
Ἀλλ' αὐτὸ νὺξ ᾅδης τε σῴζοιεν κάτω.
Ἐγὼ γὰρ, ἐξ οὗ χειρὶ τοῦτ' ἐδεξάμην
Παρ' Ἕκτορος δώρημα δυσμενεστάτου,
Οὔπω τι κεδνὸν ἔσχον Ἀργείων πάρα.
Ἀλλ' ἔστ' ἀληθὴς ἡ βροτῶν παροιμία·
Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κοὐκ ὀνήσιμα.
Τοιγὰρ τὸ λοιπὸν εἰσόμεσθα μὲν Θεοῖς
Εἴκειν· μαθησόμεσθα δ' Ἀτρείδας σέβειν.
Ἄρχοντές εἰσιν. ὥσθ' [3] ὑπεικτέον τιμῇ.
Καὶ γὰρ τὰ δεινὰ, καὶ τὰ καρτερώτατα
Τιμαῖς ὑπείκει. ---

Ἐχθροῖς[4] συνέσθειν, εἰς καταλλαγὴν φέρει.

Ἔχμα. τὸ στήριγμα.

Ἐχολώθησαν. ὠργίσθησαν.

Ἐχόμενα. Ὁ δὲ Πέρσης πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἔδρασεν ἀσεβείας τε καὶ ὕβρεως ἐχόμενα, καὶ βάρβαρον ἀμαθίαν τε καὶ ἀπαιδευσίαν ὁμολογοῦντα. ἀντὶ τοῦ, ἀκολουθοῦντα, καὶ ἀντεχόμενα.

Ἐχόμενος. ἐγγὺς, ἢ κατέχων.

Ἔχοντας σιτί' ἡμερῶν τριῶν. Ἀριστοφάνης. ἀντὶ τοῦ, πολεμεῖν μέλλοντας. [5] οἱ γὰρ πολεμοῦντες πρὸς γ' ἡμέρας ὠρίζοντο παρὰ τῶν στρατηγῶν ἔχειν σιτία εἰς τὸν πόλεμον. ἐχορηγοῦντο δὲ αὐτὰ ἐκ τῶν δημοσίων.

Ἔχοντες. οἰκοῦντες.

Ἐχόντων. ἀντὶ τοῦ, ἐχέτωσαν. Ἐχόντων μὲν οὖν ὡς ἔχουσιν ἕκαστοι, καὶ ὥς τῳ ἑκάστῳ φίλον, κρινέτω.

*Consilio enim nihil est odiosius malo.*
*His ego vivere legibus nolo.*

Ἔχθιστος. Inimicissimus. Odiosissimus.

Ἐχθοδοπεῖν. Quod odium & inimicitias conciliat.

Ἐχθόμενος. Inimicus. Vel odiosus.

Ἔχθος. Inimicitia. Odium.

Ἐχθραίνει, Dativo jungitur. Inimicum facit. Et ἐχθρεῦσαι. Inimicitias exercere. Ajunt inter aquilam & scarabæum hostile esse odium, quod alter alterius ova disperdat.

Ἐχθρὸς, καὶ ἐκδικ. Inimicus, & ultor. Sic apud Davidem Diabolus vocatur.

Ἐχθροδῶς. Inimice. Hostiliter. Male.

Ἐχθρῶν ἄδωρα δ. *Hostium dona infausta sunt & perniciosa.* Ajax inquit: *Sed abeo ad lavacra & litoralia prata, ut a piaculo cædis me purgem, & sic gravem iram evitem Deæ. Deinde, postquam in locum desertum pervenero, ibi gladium istum, meorum telorum mihi invisissimum, defodiam, ut nemo eum videat, sed æternis tenebris conditus lateat. Mihi enim, ex quo ab Hectore inimicissimo donum hoc accepi, nullus honor a Græcis amplius habitus est. Sed verum est illud mortalium proverbium: Hostium dona infausta sunt & perniciosa. Quamobrem posthac ita nos comparabimus, ut & Diis cedamus, & Atridis honorem habeamus. Principes enim sunt. Cedendum igitur illis est. Quidni? Nam & ferocissima quæque & robustissima honoribus cedunt.*

Ἐχθροῖς συνέσθ. *Cum inimicis edere, reconciliationem significat.*

Ἔχμα. Retinaculum. Fulcimentū. Fulcrū.

Ἐχολώθησαν. Irati sunt.

Ἐχόμενα. Hærentia. Adhærentia. Conjuncta. *Persa vero & multa alia perpetravit, cum impietate & insolentia conjuncta, & quæ barbaram ejus imperitiam & feritatem aperte testarentur.*

Ἐχόμενος. Adhærens. Conjunctus. Vicinus. Vel, retinens.

Ἔχοντας σιτ. *Habentes commeatum trium dierum.* Aristophanes. Id est, militaturos. Milites enim ad bellum profecturi a ducibus jubebantur cibaria & commeatus trium dierum secum ferre: quæ ipsis e publico suppeditabantur.

Ἔχοντες. Inhabitantes. Incolentes.

Ἐχόντων. Pro ἐχέτωσαν. Habeant. *Singuli autem, ut habent, habeant, & ut cuique placet, ita judicent.*

1 Ἐχθοδοπεῖν] Sic recte MS. Paris. A. At in prioribus Editt. contra literarum seriem legitur, ἐχθροδοπεῖν.

2 Ἀλλ' εἶμι πρός τε λουτρὰ καὶ παρακτ.] Versus hic, & sequentes, leguntur apud Sophoclem *Ajace*, pag. 40. ut Portus monuit.

3 Ὑπεικτέον τιμῇ] Apud Sophoclem locus hic ita legitur & distinguitur, ὑπεικτέον. τί μήν; Sic etiam apud Suidam scribendum est. Nam τὸ τιμῇ priorem longam habet, & proinde propter metrum stare non potest.

4 Ἐχθροῖς συνέσθειν εἰς καταλλ.] Versus hic ad somniorum interpretationem pertinet, qui etiam legitur apud Astrampsychum & Nicephorum. Sed prior pro καταλλαγὴν habet καταλλαγάς.

5 Οἱ γὰρ πολεμοῦντες πρὸς γ' ἡμ.] Aristophanes *Equit.* pag. 350. (247. Ed. Bas. P.)

Τοῦτος ὁ μισθὸς τῆς Ἀλωπεκῆς πᾶς;
Ἐγὼ πορεύομαι τούτων ἡμερῶν τριῶν.

Scholiasta ad illum locum: Εἰώθασιν εἰς τὸν πόλεμον ἐξιόντες οἱ στρατιῶται λαμβάνειν τροφὴν ἡμερῶν τριῶν. Locus est nostro huic plane similis.

Ἔχειν.

Ἔχουν. ἐχώννυον. Κὰκ τούτου οἱ μὲν ἔχουν, οἱ δὲ τοῖς βάλλουσιν ἀντεμάχοντο. καὶ αὖθις· Καὶ [1] χώματα δύο ἑκατέρωθεν ἔχουν, ὡς πρὸς τὸ τεῖχος. ξύνδεσμος δὲ τοῦ χώματος αἱ πλίνθοι ἐγένοντο, αἱ ἐκ τῶν οἰκιῶν.

Ἔχουν. Aggerem exstruebant. Terram aggerebant. *Postea vero, alii aggerem educebant; alii vero contra eos, qui tela mittebant, pugnabant.* Et iterum: *Et utrinque duos aggeres excitarunt, quibus murus oppugnaretur. Vinculum autem aggeris fuerunt lateres ex aedibus detracti.*

Ἐχώλαναν. [2] Ἐχώλαναν ἀπὸ τῶν τρίβων αὐτῶν. ἐξέκλιναν ἀπὸ τῆς εὐθύτητος.

Ἐχώλαναν. Claudicarunt. *Claudicarunt a semitis suis.* Id est, a recta via declinarunt.

Ἔχραον. μετὰ βλάβης ἐπῆλθον.

Ἔχραον. Infesto animo invaserunt.

Ἐχρηματίσθη. χρησμὸν ἐδέξατο. καὶ ἐχρήσθη, ὁμοίως.

Ἐχρηματίσθη. Oraculum accepit. Et ἐχρήσθη, idem.

Ἐχρῆν. ἔπρεπεν. ἥρμοζεν.

Ἐχρῆν. Oportebat. Decebat.

Ἔχρησεν. ἐμαντεύσατο. ἢ ἐδανείσατο.

Ἔχρησεν. Oraculum reddidit. Vel, foeneratus est.

Ἔχριμπτ' [3] ἀεί. ἐπλησίαζε. καὶ ἔχριμψαν.

Ἔχριμπτ' ἀεί. Accedebat. Appropinquabat. Et ἔχριμψαν. Appropinquarunt.

Ἔχρισεν. ἤλειψεν.

Ἔχρισεν. Unxit.

Ἐχρωματίσθη. χρῶμα ἐδέξατο.

Ἐχρωματίσθη. Colore illitus est.

Ἐχύμισαν. ἀντὶ τοῦ, ἔγχυμον ἐποίησαν. [4] Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις· Ἀνακρέων, Ἀλκαῖος, οἳ τὴν ἁρμονίαν ἐχύμισαν.

Ἐχύμισαν. Succulentam & sapidam effecerunt. [Metaphorice, gratiam & venustatem conciliarunt.] Aristophanes *Thesmophoriazusis: Anacreon & Alcaeus, qui numeris musicis gratiam & venustatem conciliarunt.*

Ἐχύρωμα. ἀσφάλεια. Ὁ δὲ [5] σκόλοπας ὀξεῖς ἐπιφερόμενος, ἐνάλλεται τῷ ἐχυρώματι, καὶ μετεωροπορεῖ.

Ἐχύρωμα. Munimentum. *Ille autem palos acutos secum ferens, in munimentum insilit, & in sublime scandit.*

Ἐχυρῶς. [6] ἰσχυρῶς. ἢ ἀσφαλῶς.

Ἐχυρῶς. Valide. Firmiter. Vel tuto.

Ἐχύρωσεν. ἰσχυροποίησεν.

Ἐχύρωσεν. Munivit. Firmum fecit.

Ἐχυρώτατον. ἀσφαλέστατον.

Ἐχυρώτατον. Munitissimum. Tutissimum.

Ἕψα. ἑφθὸν ἐποίει.

Ἕψα. Elixabat.

Ἑψανόν. ἁπαλόν. καὶ ἀτέραμνον, τὸ δυσέψανον. οὕτω Πλάτων.

Ἑψανόν. Coctu facile. Tenerum. Et δυσέψανον. Durum. Sive, quod difficulter coqui & igne molliri potest. Sic Plato.

Ἕψεαι. ἀκολουθήσεις.

Ἕψεαι. Sequeris.

Ἕψημα. ὁ ἀπό τινος ἑψηθεὶς ζωμός.

Ἕψημα. Jus ex aliquo cibo excoctum.

Ἕψεται. ἀκολουθήσει. ἢ ἀκολουθεῖ.

Ἕψεται. Sequetur. Vel, sequitur.

Ἑψήσας. καὶ ἑψημένος.

Ἑψήσας. Qui coxit. Qui elixavit. Et ἑψημένος. Coctus. Elixus.

Ἑψητήριον. ἡ λοπάς.

Ἑψητήριον. Olla, vel patina.

Ἑψητόν. καὶ ἑψητός, ὁ ἑψημένος.

Ἑψητόν. Coctum. Elixum. Et ἑψητός. Coctus.

Ἔψηχον. κατέμασσον. ἔτριβον. ἔξεον. Οἱ μὲν τοὺς ἵππους ἔψηχον.

Ἔψηχον. Abstergebant. Fricabant. Radebant. *Alii quidem equos abstergebant.*

Ἑψία. ἡ ὁμιλία.

Ἑψία. Colloquium.

Ἕψια. [7] τὰ ἀπὸ λόγων παίγνια. καὶ φιλέψιος, ὁ φιλοπαίσμων. ψιλούμενον δὲ, φιλόλογός ἐστιν ὁ φιλέψιος.

Ἕψια. Sermones ludicri. Et φιλέψιος, qui verborum ludicra amat. Cum vero φιλέψιος tenui notatur, significat eum, qui orationis amans est.

Ἑψιάσθων. [8] παιζέτωσαν. καὶ ἑψιᾶται, παίζει.

Ἑψιάσθων. Ludant. Et ἑψιᾶται. Ludit.

Ἑψιατέον. παικτέον. δεῖ παίζειν.

Ἑψιατέον. Ludendum est.

Ἑψιάτιμον. γνωστὸν παίγνιον.

Ἑψιάτιμον. Notum ludicrum.

Ἐψιλωμένοι. γεγυμνωμένοι.

Ἐψιλωμένοι. Nudati.

1 Καὶ χώματα δύο ἑκατ.] Thucydides lib. II. cap. LXXV. Ὀρῶντες τὸ χῶμα αἰρόμενον, ξύλινον τεῖχος ξυνθέντες, καὶ ἐπιστήσαντες τῷ ἑαυτῶν τείχει, ᾗ προσεχοῦτο, ἐσῳκοδόμουν ἐς αὐτὸ πλίνθους, ἐκ τῶν ἐγγὺς οἰκιῶν καθαιροῦντες. ξύνδεσμος δὲ ἦν αὐτοῖς τὰ ξύλα &c. Locus hic est nostro quodammodo similis, ut Suidas, nonnullis mutatis, sua inde desumpsisse videatur.

2 Ἐχώλαναν ἀπὸ τῶν τρ.] Haec sunt verba Davidis Psalm. XVII. v. 46.

3 Ἔχριμπτ' ἀεί] Locus integer, ad quem Suidas hic respexit, extat apud Sophoclem *Electr.* pag. 113. ut Portus monuit.

4 Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις] Pag. 775. (515. Ed. Bas. P.)

5 Ὁ δὲ σκόλοπας ὀξεῖς ἐπ.] Haec sunt verba Theophylacti Simocattae lib. II. cap. XVIII.

6 Ἐχυρῶς] Alias, ὀχυρῶς. & ὀχύρωσεν.

7 Ἕψια] Potius ἔψια, cum spiritu tenui. Scholiasta Apollonii Rhodii ad lib. I. v. 459. Ἐψιόωντο. παρὰ τὴν ἐψίαν, ὅ ἐστι διὰ λόγων παιδιάς· οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἔπω, παρὰ τὸ ἔπος. διὸ καὶ ψιλοῦται. ὅτι δὲ δασύνεται, ἀντὶ τοῦ ἀκολουθοῦσι.

8 Ἑψιάσθων] Imo ἐψιάσθων, & ἐψιατέον, cum spiritu tenui. Ἑψιάομαι enim, cum spiritu aspero, significat sequor. Vide notam praecedentem.

Ἔψιμον. τὸ παίγνιον.

Ἔψισαν. ἐψώμισαν.

Ἑψόμενος. ἀκολουθήσων. ἕψων.

Ἕψοντα κυάμους.

Ἑψῶν. τοῦτο βαρύνεται, καὶ περισπᾶται. ὁ ἐνεστὼς, ἑψῶ, ἑψήσω. Ὥσπερ οἱ τὴν χρυσῖτιν γῆν ἑψοῦντες.

Ἐψώμισεν. ἔθρεψεν.

Ἔψον, καὶ ἀπέψον, τὸ ἕψιον, διὰ τοῦ ο μικροῦ. Ἀπέψων δὲ, τὸ ἀπεσπόγγιζον, διὰ τοῦ ω μεγάλου. [1] Ἐψῶν δὲ, ἀντὶ τοῦ, κνηθόμενος.

Ἔψυγεν. [2] ἀπεδίωξεν.

Ἐψυχαγώγησεν. ἐπήλπισε. παρεμυθήσατο. ἢ ψυχὰς διὰ μαγγανείας τῶν τελευτησάντων ἀνήγαγεν.

Ἐψύχθη. ἀπεπαύθη. ἠρέμησεν.

——— [3] Ἄγρια δ' αὐτοῦ

Ἐψύχθη χαλεπῆς [4] πνεύματα θευφορίης.

---

Ἔψιμον. Ludicrum.

Ἔψισαν. Cibum alicui præbuerunt. Nutriverunt.

Ἑψόμενος, & ἕψων. Sequuturus.

Ἕψοντα κυάμους. Elixantem fabas.

Ἑψῶν. Est verbum barytonum & circumflexum. Præsens est ἑψῶ, ήσω. *Quemadmodum qui arenam auream coquunt.*

Ἐψώμισεν. Nutrivit.

Ἔψον, & ἀπέψον, & ἕψιον, per ο scribuntur. At ἀπέψων, abstergebant, per ω. Ἐψῶν vero, qui scalpit, qui fricat.

Ἔψυγεν. Abegit. Repulit.

Ἐψυχαγώγησεν. Spe lactavit. Spe implevit. Consolatus est. Vel animas defunctorum arte magica ex Inferis evocavit.

Ἐψύχθη. Refrixit. Sedatus est. Quievit. Cessavit. [In Epigrammate:] *Furor autem ejus fanaticus resedit.*

---

1 Ἐψῶν] Imo. ψῶν, ᾶ ψάω.

2 Ἔψυγεν. ἀπεδ.] Hesychius: Ἔψυξεν. ἀπήλασεν. ἀπεδίωξεν. Sic etiam apud Suidam scripserim.

3 Ἄγρια δ' αὐτοῦ ἐψύχθη χαλ.] Verba hæc decerpta sunt ex eleganti Epigrammate Dioscoridis in Gallum, sive sacerdotem Deæ Cybeles, leonem strepitu tympani fugantem: quod Epigramma ex cod. MS. Anthologiæ ineditæ integrum exhibemus infra v. Θαλάμη.

4 Πνεύματα θευφορίης] In Anthologia inedita legitur, πνεύματ' ὑπὸ θευφορίης. Sed minus recte. Lectio enim Suidæ & sensui & constructioni magis congruit. Confer Heinsium in *Aristarcho*, pag. 203. qui hunc ipsum locum Epigrammatis ex Anthologia inedita adducens, in codice suo scriptum invenit, πνεύματι θευφορίης: sed quæ lectio propter sensum stare non potest.

zed by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google